PRAXIS AVREA

CELEBERRIMI ET ANTIQVI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, IOANNIS PETRI DE FERRARIIS PAPIENSIS:

Rerum quotidianarum, quæ ad vſum forenſem pertinent, breuem & eruditam tractationem, receptioréſque in iudiciis ſententias, continens.

Opus ab Innocentio Gentilleto Iuriſconſulto Delphinenſi concinnatum, ampliſſimè Summariis auctum, infinitiſque mendis, quibus antea ſcatebat, repurgatum.

Idem adiecit ex PETRO IACOBI, itidem clariſſimo & antiquiſſimo Doctore, appendicé aliquot Libellorũ, qui in Papienſi noſtro deeſſe videbantur.

Cum Indicibus Titulorum ſeu Libellorum, necnon & Rubricarum prax. Petri Iacobi.

Acceſſit præterea in praxim auream Iohannis Petri de Ferrariis Papienſis, & appendicem ex praxi Petri Iacobi, index copioſiſſimus, & vtiliſſimus; qui cauſidicis & procuratoribus poteſt eſſe inſtar magni repertorii.

Apud hæredes Euſtathij Vignon.

M. D. XCIIII.

ORNATISSIMO VIRO, D. SOfredo à Calignon, HENRICI IIII, Franc. & Nauarr. Regis Christianissimi, in sacro consistorio Consiliario, Senatus Gratianopolitani Præsidi, & regni Nauarr. Nomophylaci, S.

SCIS, vir ornatissime, quàm malè audiant, qui parentum, fratrum, vel etiam amicorum rectas voluntates rescindunt, vel ratas non habent. In id vitium ne incurram multa me mouent: syncerus ac verè fraternus in me amor fratris mei, Innocentij Gentilleti, (viri de literis, de patria sua, ac etiam de tota Gallia benemeriti, si quisquam alius, vel etiam maleuolorũ suorum testimonio,) tum etiam magnus ille tuus amor, quo illũ semper prosequutus es. Is, dũ adhuc in viuis esset, & de editione praxis Papiensis cogitaret semper in animo habuit, illam sub nominis tui præsidio in lucem emittere. Velle debeo ac volo quod ille voluit. Illam ergo tibi do dedicóque. Qualem operam, quámque strenuam, nauauerit in hoc opere frater meus, facile innotescet omnibus iis, qui librum hunc euoluent. Præcipua eius cura fuit, vt membra illa, quibus hic auctor truncatus fuerat à fautoribus ecclesiasticæ tyrannidis, restituerentur reliquo corpori, quod spoliatum ac deturpatum fuerat innumeris in locis. Quàm autem fideliter se præstiterit in hac restitutione ac retensione, te ipsum iudicem appello. Quàm de-

nique ſit vtilis hic tractatus de Ferrariis, ex ipſo maleuolorum ſuorum iudicio apparet, qui, quum reliquos omnes libros, aliquid aduerſus tyrannidem eccleſiaſticam continentes, igni ac ferro perſequantur & integros aboleant, hunc adeò vtilem reipublicæ iudicarunt, vt ea ſatis illis fuerit abolere, quibus noſter hic auctor perſtringebat tyrannidis illorum ambitionem ac auaritiam. Cæterùm, plura hîc de laudibus, tum huius auctoris noſtri, tum etiam fratris illius mei recenſere, ſuperuacaneum eſſet. In encomia autem virtutum tuarum ingredi, vt ſolent qui libros viris illuſtr. dicãt, prohibet epiſtolæ breuitas. Et cur omnibus nota pluribus cõmemorarem? Nullus enim neſcit qua pietate, qua fide, qua ſedulitate, quo iudicio iam per tot annos Principi noſtro inſeruieris: & Princeps ipſe palàm teſtatus eſt, quum te nec opinantem tot dignitatibus illuſtrem reddidit. Ergo hæc omnia miſſa faciam, & redibo ad noſtram hanc editionem, quam, vt iam dixi, tibi do dedicóque: petóque à te vt me etiam digneris, vt & olim fratrem meum, in album tuorum inſcribere. D. O. M. & tibi & tuis omnibus conſiliis faueat, téque diu incolumem Gallia præſtet.

Dat. Gratianopoli, a. d. 15. Kal. Septembres, M. D. XCIIII.

Tui addictiſſimus,

Lud. Gentilletus.

INDEX TITVLORVM, SEV LIbellorum praxis aureæ I. P. de Ferariis, in quo prior numerus titulum, alter paginam ostendit.

FORMÆ *interrogationum fiendarum reo conuento realis actione. Tit.1. pag.2*

Forma libelli in actione reali. 2.17

De declinatione iurisdictionis alicuius iudicis, & de allegationibus suspicionis. 3.134

Forma responsionis rei conuenti. 4.155

Forma positionum actoris 5.215

Forma excipiendi contra positiones. 6.230

Forma capitulorum actoris. 7.240

Forma capitulorum, quando testes producũtur ad æternam rei memoriam. 8.248

Forma sequestri seu saximenti. 9.254

*Forma iuramenti testiũ.*10.260

Forma publicationis testium. 11.271

Forma opponendi contra testes post publicationem. 12.272

Forma productionis instrumentorum. 13.293

Forma petendi copiam instrumentorum. 14.299

Forma opponendi contra instrumenta. 15.303

Forma iuramenti quod defertur à parte patti. 16.324

Forma sententiæ interlocutoriæ, super incompetentia iudicis. 17.329

Forma interlocutoriæ super legitimatione personarum. 18.333

Forma appellationis ab interlocutoria. 19.337

Forma sententia diffinitiua. 20.346

Forma appellationis à sententia diffinitiua. 21.368

Forma responsionis iudicis à quo appellatur. 22.383

Forma apostolorum 23.386

Forma libelli appellantis. 24.387

Forma sententiæ in causa appellationis. 25.390

Forma executionis sententiæ diffinitiuæ. 26.393

Forma libelli quo agitur vt rescindatur seu annulletur sententia lata prætextu falsi instrumenti. 27.410

Forma libelli quo agitur ad pœnã ex cõpromisso. 28.420

Forma super solutione pedagiorum. 29.448

Forma in actione cõfessoria pro seruitutibus. 30.455
Forma libelli in actione negatoria. 31.484
Forma libelli in actione noui operis. 32.490.
Forma libelli quo uxor agit ad dotem & usumfructũ. 33.498
Forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi. 34.549
Forma libelli quo agitur ad reddendũ rationẽ tutelæ. 35.580
Forma libelli quo agitur vt pacta seruentur. 36.607
Forma libelli in causa venditionis. 37.620
Forma libelli in causa societatis. 38.647
Forma libelli cõtra plures reos debendi. 39.655
Forma libelli quo agitur pro donatione. 40.671
Forma libelli super petitione restitutionis in integrũ. 41.688
Forma libelli quo agitur ad facti præstationem & rei relaxationem. 42.705
Forma libelli in actione hypothecaria. 43.728
Forma responsionis in actione hypothecaria. 44.764
Forma libelli in causa spoliatæ possessionis. 45.790
Forma libelli pro turbata possessione. 46.805
Forma libelli pro legato rei singularis. 47.823
Forma libelli quo petitur hereditas ex testamento. 48.872
Forma libelli pro hereditate ab intestato delata. 49.890
Forma libelli quo agitur ex substitutione. 50.915
Forma libelli pro hereditate vel re singulari diuidenda. 51.982
Forma inquisitionis. 52.1005

SEQVITVR INDEX RVBRIcarum decerptarum ex praxi Petri Iacobi.

De actione furti manifesti, Rubr. 1. *Pag.* 1049
De actione furti nec manifesti. 2. 1051
De accusatione furti. 3.1054
De actione de pauperie. 4.1058
De actione in factum edilitia 5.1065
De actione in factum ex albo corrupto. 6.1066
De actione in factum, ex edicto, de eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio sistat. 7.1068
De actione in factum ex edicto, ne quis eum, qui in ius vocatus

tus eſt, vi eximat. 8.1072
De actione iniuriarum ex lege Cornelia. 9.1074
De actione iniuriarum prætoria. 10.1080
De actiõe legis Aquiliæ. 11.1083
De actione legis Aquiliæ noxali. 12.1094
De actione quod metus cauſa. 13.1096
De actione rerum amotarum. 14.1099
De actione vi bonorum raptorum. 15.1105
De Authent. Ex cauſa exhæredationis. C. de liber. præteri. vel exhared. 16.1106
De ceſſione bonorum. 17.1117
De conſulibus. 18.1122
De electione conſulum. 19.1126
De foſſatis & muris. 20.*ibid.*
De furno. 21.1128
De gargeris. 22.1131
De munere quod imponitur perſonis pro rebus. 23.1134
De munere quod imponitur rebus vel locis. 24.1135
De præiudiciali actione in rem, de partu agnoſcendo. 25.1141
Econtra, de præiudiciali in rem actione, quum quis ſe negat filium. 26.1143
De præiudiciali in rem, per quã quæritur, an aliquis ſit libertus. 27.1145
Econtra, de præiudiciali in rem actione, quum quis aſſerit ſe ingenuum. 28.1147
De refectione murorũ. 29.*ibid.*
De ſeruitute pecoris depaſcendi. 30.1152.
De condictione ex conſuetudine, [pro iure pecoris depaſcendi.] 31.1157
De ſtatu curiarum. 32.1162
De ſtatu curiæ Romanæ. 33.1166
De ſtatutis vniuerſitatis. 34.1172
De cõdictione ex lege, Inſtit. de action. §. quadrupli. 35.1176

PRAXIS AVREA CELEBERRIMI ET ANTIQVI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS

Ioannis-petri de Ferrariis, Papiensis: rerum quotidianarum, quæ ad vsum forensem pertinent, breuem & eruditã tractationẽ, receptioréſque in iudiciis sententias, continẽs.

Summæ præfationis.

1 *Prouidẽtia Dei literarum vſus adinuenta, vt oblationi hominum succurreretur.*

2 *Authoris ſcopus eſt omnem iudiciariam praxin in compendium contrahere.*

3 *Iuris forensis candidatos hortatur, vt opus hoc elaboratum grate ſuſcipiant, & ſtudiosè euoluant.*

4 *Vtilia in hac breuitate vitæ perdiſcenda eſſe, ne dum omnia ſcire cupimus deſipere videamur.*

Præfatio authoris.

VONIAM vita brevis ac incerta quaſi ruit, ſenſuſq; hebet. negligentiæ torpor, multimodã diuersorũ occupatio nos pauca ſcire permittunt, & quæ plerunque ſunt ſcita, ingiter excutit & euellit fraudatrix obliuio, memoriæ inimica, neceſſarium fuit, † vt prouidẽtia diuina in remedium infirmitatis humanæ literarum vſum mortalibus exhiberet, vt per illum, quæ geſta ſunt & geruntur, conſeruarẽtur in æuum. niſi enim ipſa diuina natura philoſophos produxiſſet antiquos, quorum beneficio plura inſinuata ſunt poſteris, quibus gaudemus, & eorũ vtimur inuentis, periſſent artes, euanuiſſẽt iura, & totius philoſophiæ ac religionis & fidei corruiſſent officia. Vnde meritò & ritu deorum colendi ſunt, à quibus tanti boni initia fluxerunt.

2 Qua † de re animaduertens ego Io. Petrus de Ferrariis, inter legum doctores minimus, fil úſque egregij doctoris domini Auguſtini ciuis inclytæ ciuitatis Papiæ, quia diuitiarum, & fortunæ gloria fluxa atque fragilis eſt, virtutum autem gloria clara, æternáque habetur, quódque etiam nulli nato præcluſa eſt via aliquid inuẽtis adiicere, cum ipſa veritas nõdum ſit occupata, ſed ex ea multum futuris relictum eſt, propoſui ſequi eximij Catonis exẽplum, qui octuageſimum ſextum a-

gens annum, vt nec memoriam tardiorem, aut laterum infirmitatem, & aut quassatam carnem, aut membra torpentia, aut linguam impeditam quicquam animaduerteret Græcis literis post Latinas appetit eruditi. Et cum sibi eloquentiæ gloriam comparasset, id egit vt iuris quoque ciuilis peritissimus haberetur. Ergo in mei aliqualem memoriam, ac Manfredi filij mei, necnon procuratorum & notariorum dictæ ciuitatis Papiæ doctrinam, præsens opusculum modernæ iudicialis Practicæ aggregaui sub breuiori & clariori compendio, quàm fieri mihi possibile fuit, vt eo mediante facilior via sit singulis capere in biennio, ad quod quærendum anteà difficile peruenire fuerat in decennio.

3 Itaq; † fratres & filioli prædilecti, alacri studio præsens opusculu sub memorabili noua ætate inchoatu, [illegible] nūc currente M. CCCC. (quo [illegible] mense Septembri, natus est prædictus Manfredus filius meus) gratiosè suscipite, curioſè prælegite, & fructuosæ memoriæ commendate, vt cogni efficiamini rempublicam vestro patrocinio gubernare, vt inquit Imperator in proœmio Institutionum. in fin. & in l. Aduocatos. C. de aduo. diu. iudicio imputantes sollicitè materiam iurgiorum, per quæ respublica læditur, & plerunque confunditur. vt l. Si quis ingenuam. §. in ciuilibus. D. de capt. & postlim. reu.

4 Sed † quoniam pauci ad annos XXX. pauciores ad XL. pauciſſimi ad LX. perueniunt. & ii tempora detrahuntur dormitionis, ac infantiæ & decrepitæ ætatis, paruiſſimum tempus restat alicui fructus omnis operationis, & denique mundana scientia perit ex toto finita vita, quia (vt inquit Aristoteles) non reminiscimur post mortem eorum quæ sciuimus in vita, licèt secùndum S. Thomam de Aquino, alius succedere debeat altior intellectus, nescio consulere alicui personæ, (nisi forsitan clerico, aut magno diuiti) quòd in huiusmodi scientia ad gradum Doctoratus ascendat, sed ad sobrietatem sapere sufficiat, gradus enim iste redigit hominem de libertate in seruitutē, cum sumptu etiam magno quæritur, & cum anxietate tenetur. Ideo nos admonens Seneca, inquit: Quanta dementia est superuacua discere in tanta temporū egestate, & ex hoc tēpore, quod sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiamsi diligentissimè custoditum fuerit, maiorem partem in supernacua erogare? Deo gratias agens infinitas. Amen.

FORMÆ INTERrogationum fiendarum reo conuento reali actione.

TITVLVS I.

QVM iure cautū sit, ꝙ agere intēdēs quauis actione reali, prius requirere debeat, An reus cōueniendus, sit illius rei possessor, vel eriā detētator, super qua libell⁹ est offerēdus, ne illo nō possidēte, seu detinēte frustratoriè laboraret:

I. Idcirco à vobis domino præstante, vestróq; Vicario,

ciuitatis Papiæ, petit, & requirit Andrinus de la Corona, suo proprio nomine, quatenus ex officio vestro, & meliori modo, iure, via & forma, quibus melius fieri potest, [a] interrogetis in iure Ioannem de Olearijs, super omnibus & singulis infrà scriptis, & interrogatum respondere [b] cogatis, sub eius calūniæ iuramento, & omnibus iuris remedijs.

II. Primò, an dictus Ioannes [c] teneat & possideat peciam vnam terræ cultæ, positam & iacentem in loco Satyranæ, quæ est perticarū. C. cui cohęret ab vna parte, &c.

III. Item an in solidū, vel pro parte teneat, vel possideat ipsam peciam terræ.

IIII. Itē & p̄ quota & quāta parte illā tenet & possidet.

a *Interroget.* Adde quo iure interrogationes fuerunt inuentæ. Spe. in tit. de posses. §. 3. & ibi qualiter differant à positionibus, & per glo. in c. 1. de confess. in vi. per Host. in summa eo. tit. Paul. de Cast. consil. ccc. in 1. impres. Adde quod est consil. ccxvii. inst. Volu. consil. nouorum Io. Th. Et qualiter & quibus interrogationibus iudex debet facere responderi. vide per Spe. in §. de seruit. ver. post lit. & in rer. sed quæritur & interrogatio non est admittenda, quæ interrogantem non releuat. c. cum contingat. de offi. dele. c. per uas extra de sy. firmat Ro. consil. 259. & latè vide Spec. in tit. de interrog. quæ fiunt ante litem contest. Bert.

b *Cogatis.* Adde & hoc quæri, quod etiam potest. adde infrà in verbo, quatenus ex officio vestro. An iudex post conclusum in causa possit interrogare. & vide Alexand. de Imol. in authent. qui semel in apostil. C. de probationib. vbi quod sic, & quod possunt fieri, & per Georgium Natam in repet. clemen. 1. pe. §. & quia. col. 22. in gl. in verbo Interrogabit, & in col. 5. ver. 10. not. & ibi, an etiam super non agitatis, & dicit quod sic alleg. Aut. de But. in ca. cum Ioannes. & ibi. Imò, extra de fide instr. & ibi Abb. & Ro. in l. admonendi, col. 28. de interdictis. & quod interrogationes fiant etiam post conclusum in causa, adde Rom. in consil. 373. & Alex. de Imol. in consil. 43. in fin. in 4. vol. & in consi. 73. eod. vol. vbi in causis, in quibus proceditur summarie, iudex interrogat ad instantiam partis etiam post conclusum in causa, quod not. pro statutis tertarū, in quibus disponeretur, quod in omnibus causis procederetur summariè, &c. vide eundem Alexan. in consil. 82. col. 2. post princip. vbi etiam in causis ciuilibus iudex etiam parte absente interrogat post conclusum in causa. Verumtamen no. in practica, quod quando interrogatio non releuaret, vel iudicium esset finitum, talis interrogatio fieri non deberet. ita Rom. in consil. 24. quinimò dicit Paul. de Cast. & ibi etiam dixi in l. iudices. C. de iudi. quod quando interrogatoria fierent circa merita causæ, quis non tenetur respondere, secus si circa præparatoria. Quod intellige verum, quando fierent ante litis ingressum, secus quādo fierent post, per ea quæ dicunt doct. in d. c. cum Ioannes, & in l. 4. §. hoc autem. D. de dam. infec. & de materia, quando possit interrogari ad merita ante litem contestat. & post conclusum in causa: vide per Fran. de Are. in c. 1. de iud. post do. Aut. & alios ibi. & per Felyn. in d. c. cū Ioannes, & vltra prædicta, quòd iudex interrogat post conclusum in causa, adde Alex. de Imo. in consil. 53. col. fin. ver. & hoc potest. in primo volu. & Barba. in consi. 30. incip. scribitur &c. quidem viso processu. Franc. Curt.

c *Teneat, possideat.* Adde quòd conuentus rei vend. non tenetur respondere de qualitate suæ possessionis, ita Paul. de Cast. in consil. 196. col. 4. ver. sequitur videtis incipien. super. i. dubio in vol. consil. nouorum. & ibi, quòd si interrogetur in petitione hæreditatis, non tenetur respondere an sit hæres ex testa. vel ab intesta. & adde quod interrogationi superfluæ vel calumnioſæ, vel aliter non admittendæ quis non teneatur respondere, ita Ang. Are. in §. alii, circ. pen. inst. de act. F. Cur.

V. Item quo iure & titulo.
VI. Item an dolo vel culpa ipsam terrā desierit possidere & tenere, &c.

SVMMAE.

1 *Volens agere actione in rem, debet primò certus esse an re⁹ possideat.*
2 *Ius ciuile & canonicum fundatum super exemplis, ex quibus elicitæ sunt regulæ iuris, & Doctorum cōclusiones quas Sūmaria vocāt.*
3 *Iuris scientia hodie spreta, propter multifarias cauillationes iuris professorum.*

GLOSSA I.

AD declarationem præsentium interrogationum, Dei eiúsque matris virginis gloriosæ (cuius hodie vigiliam celebramus) auxilio & suffragio accedentes, capio literam ibi, cum iure cautum sit. 1. Dic† quod istud ius habetur in l. Qui petitorio. in prin. D. de rei ven. & in l. Qui seruū. §. in iure. D. de inter. act.

2 Et† quia de iustitia & iure tractaturi sumus, sciendum est quòd vniuersum ius Ciuile & Canonicū fundatum est super exemplis, tam hodie quàm olim occurrentium casuum. nec immeritò, quia, vt inquit Seneca, longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. Ex his enim exemplis res fit magis clara & manifesta, vt in l. Prætor. §. quoties. D. de col. bon. & Instit. de gradi. in §. Hactenus. Super quibus exemplis elicitæ sunt iuris quædam generales regulę, vt D. de reg. iur & ex eo tit. per to. Et etiam à legum doctoribus eliciuntur multæ conclusiones generales, quæ à plerisque Summaria appellantur.

3 Sciendum† est etiam, quod peritia & doctrina huius iuris fuit olim eximię reuerentiæ, sed hodie est maleuolentię, vt inquit Tullius, qui sic ait: Iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio, quam ante hanc confusionem temporū principes in ipsa possessione retinuerunt. Nunc verò vt honores, vt omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est. nec immeritò, videmus enim hodie plurimas prouincias quę legibus non vtuntur, sed vel statutis vel consuetudinibus reguntur, & hoc propter multifarias cauillationes professorum in hac scientia. Sola verò Medicina vbique locorum retinet gradum suum. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Possessor requirendus in rei vendicatione, hypothecaria, publiciana, & similibus in rem actionibus.*
2 *Secus in personalibus, in quibus non est necesse possessorem requirere.*
3 *In actione in rem scripta, quæ competit in possessorem, primùm requirendus est possessor.*
4 *Mixtæ actiones quādoque exercentur tanquam personales, quandoque tanquam reales.*
5 *Interrogationes fieri possunt in personalibus.*

GLOSSA II.

QVavis actione reali. 1 Exempla† huius patent in rei vendicatione. vt d. l. Qui petitorio. & l. 1. C. de actio. iud. mut. causa facto cum similibus. Et in actione hypothecaria quę realis est. vt l. Et quę nondū sunt. §. quod dicitur. D. de pignor. facit l. 3. §. est autem. D. Ad exhib. Similiter & in actione publiciana. vt in l. eum qui. §. si petenti. & §. In Publiciana. D. de public. Et in multis aliis actionibus realibus, de quibus habetur

habetur & notatur in Instit. de actio. §.1. & 2.

2 Secus † autem dico, si agendū sit aliqua actione personali, puta actione Depositi, vel Commodati, aut Pro socio, vel similibus. Nam in actionibus personalibus non est vtilis, nec necessaria requisitio possessorum: quia eorū natura est, vt persequatur personā, & non rem. vt l. Actionum genera, in §.1. D. de act. & oblig. & in l. fideicommissum. in §. tractatum. D. de iudic. & in l.1.§. si hæres fundum. D. ad Trebel.

3 Sed † quid erit in actione in rem scripta, puta in actione quod metus causa, vel ad exhibendum? Dic, quod si agitur contra possessorem: idem seruandum, quod suprà dictum est in merè reali. vt in l.3. in fi. cum l. seq. D. ad exhi. & in l. Metū. in §. cum autē. & l. Si cum exceptione. §. in hac. D. Quod met. caus. 4 Deinde † quæro, quid in actione mixta, vt familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum, de quibus in §. Quædam. Instit. de actio. Respondetur attendendū esse modum & qualitatem agendi. quia in his actionib⁹ diversimodè agi potest. ideo iudicatur de his & procedi tur quandoque tāquam de personalibus. quandoque tanquam de realibus, vt ibi notatur per Glo. & Dyn.

5 Vnum † tamen [a] est aduertendum, quod licèt præmiserim in personalibus actionibus non expedire interrogare possessorē, sed solū obligatum, non credas per hoc in personalibus actionibus interrogationes [b] esse superfluas. imò dico quā plures esse vtiles & necessarias interrogationes: maximè si agitur cōtra hæredem obligati. nam interrogabitur, an sit hæres, & pro quota parte. vt in l.1. in prin. & in l. Qui interrogatur, cū simil. D. de inter. act. Itē si agitur pro damno dato per seruum vel aliud animal, fieri poterūt interrogationes, vt l. si quis in iure. & l. qui seruum in prin. & l. Si defensor in fi. D. de inter. actio. & in pluribus aliis casib⁹ quos enumerat Glossa in d.l.1. vers. est autem. D. de interrog. actio. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Possidere & detinere sunt diuersa, tamen actio realis datur tam in possidentem quàm detinentem.*

GLOSSA III.

Vel etiam detentator. Hoc ideo dicit, quia aliud est 1 rem † possidere, & aliud detinere, vt probatur in l. Stipulatio §. hæc quoque. D. de verb. oblig. & l. possessio §.1. D. de acquir. poss. ēt reales actiones dantur

a *Vnum tamen.* Adde etiam quod interrogari potest ante lit. conte. ad instantiam partis, ille qui conuenitur vigore scripturæ priuatæ per eum confectæ, an talis scriptura quæ producitur sit sua manu scripta, vt consuluit Rom. consil. 373.

b *Interrogationes.* Quid si reus interrogatur an possideat, & responderit se non possidere, an actor possit petere se mitti in possessionem, tanquam possessionem à reo vocantem? no. Ang. in l. fi. C. de re indi. Spec. in tit. de interro. quæ fiunt antè lit. cōtest. §.1. Bal. in l. seruū §. qui in iure. D. de inter. actio. Adde tu meliùs ad id quod hic dicitur, quando hæres possit interro. Oldra. consil. 249. & latè per Bal. consil. 192. & c. l.1. & si reus negat se possidere, die quod possessio transferatur in actorem absque alio libello, vel lit. conte. vt est gloss. no. in §. illud el. 2. in auth. de trien. & semi. quā communiter docto. sequuntur, & eius opin. aliquibus mediis cōprobat Roma. consil. 91. & vide Spec. in loco allegat. in apost. præcedenti. quod vnum verbum dicit quod hic deficit.

tam contra detinentem quàm contra possidentem.vt in l.officium.D.de rei ven.cum si.&c.

SVMMA.

1 *Reus conuentus si non possidet, vel sine dolo & culpa sui possidere desiit, absoluitur: secus si dolo vel culpa desiit.*

GLOSSA IIII.

FRustratorié[a] *Laborare.* Huius est ratio, 1 quia si appareret † reũ non possidere sine culpa & dolo sui, siue ante litem cõtestatam siue post, deberet absolui.vt in d.l.Qui petitorio.& in l.Sin autem in prin.D.de rei ven.& l. Si fundus.§. in venditione. D.de pig.cum similibus. Vbi autem desiisset possidere dolo vel culpa, tunc perinde condemnandus esset, acsi possideret,secũdum determinationem l.Si culpa, & l.Si is qui dolo. D.de rei vendi.

SVMMAE.

1 *Interrogationes fiunt officio Iudicis, sine libello.*

2 *Interrogationes præparatoriæ litis fiunt ante contestationem. Decisoriæ litis fiunt vbicunque iudicem æquitas mouerit.*

3 *Interrogationes præparatoriæ fieri possunt simul cũ libello, vel ante.*

GLOSSA V.

QVatenus ex officio[b] *vestro.* Notãter dicitur in litera *ex officio.* 1 quia † interrogationes non fiunt iure actionis.vt notat.Glossa super rubrica D.de interrogatio.Nec in eis offertur libellus, sed summatim per iudicem expediuntur. vt l. Si defensor.in §. illud quæritur. D. de interrog.actio. 2 Sed † quo tempore fiunt huiusmodi interrogationes? Dic quòd quædam sunt quæ fiunt ad litis ordinationem, seu præparationem,& istæ fiunt ante litis contestationem vt illæ de quibus supra.Quædam verò fiunt ad litis decisionem. & istæ fiunt post litem contestatam, vbicunque iudicem æquitas mouerit.vt l.Vbicunque.D.de interr.act. & ibi Glossa & Doctores. De hoc etiã Glossa disputat latè in l.r. in prin.D. eo.tit.& Speculator in titul. De int. §.1. 3 Et † secundùm aliquos fiunt tales præparatoriæ interrogationes vno contextu cum libello.aliqui autem faciunt ante libellum. vt notatur per Glossam in l.1.D.ad exhib.& per Bartolum in l.Si finita. §.Iulianus.D.de dam.infec.versi. Itẽ quæro. Vtrumque est satis tolerabile,& practicabile.

SVMMA.

1 *Interrogare in iure, est coram iudice.*

GLOSSA VI.

INterrogatio *in iure.* Intellige *in iure,* † id est,coram iudice & apud iudicem. vbicunque constitutus sit, siue ad tribunal, siue in camera, siue in alio honesto loco. vt l.Voluit. in fi.& l.Qui seruum.§.in iure.D.de interrog.actio. Sequitur in litera.

a *Frustratorié.* Adde quod & iudex debet inuigilare ne delusorii actus & frustratorij coram eo fiant.vt dicit Roma.cons.376.Bernard.

b *Ex officio.* Adde an interrogatio fiat officio iudicis,& an in quacunque parte iudicij.Ro.consi.20.& 176.& consi.374.vbi de verbo,vbicunque,de quo etiam per Oldra.consi.323.Bernard.

SVM-

SVMMAR.

1 *Reus iurare debet de calumnia. Et respondere interrogationibus, nisi iustam causam recusandi habeat.*

2 *Si reus nolit iurare, damno totius litis afficitur. Si nolit respondere pro negante vel confesso habebitur prout utilius fuerit interroganti.*

3 *Pœna sunt non respondere, & obsistere respondere.*

4 *Responsio in iure obligat tanquam contractus, nisi iuri vel naturæ repugnet.*

5 *Confessio in iudicio & extra iudicium parte præsente, obligat: secus si parte absente.*

6 *Confessio extra iudicialis, facta parte absente in testamento, non revocata, præiudicat. Emissa inter vivos non præiudicat.*

7 *Responsio revocari potest ex iusta causa, si ius actoris non lædatur.*

8 *Confessio extra iudicialis, scienter facta, super his quæ per consensum possunt induci, nec iuri nec naturæ repugnant, non revocatur.*

9 *Confessio emissa in testamento, parte præsente, vel alio eius nomine acceptante, non potest revocari.*

10 *Confessio per errorem iuris naturalis aut quasi naturalis facta non potest revocari. Idem cum per errorem iuris civilis quod publicè notum est & certatur de damno vitando.*

11 *Confessio facta per errorem iuris civilis, ubi agitur de lucro captando, non revocatur cum incommodo alterius. Nec etiam si procedat sine alterius iniuria, si potuit consulere peritiores.*

12 *Error in facto alieno publicè noto non revocatur. Nec in facto proprio si agatur de lucro captando, vel de damno vitando cum alterius iniuria.*

13 *Confessio falsa scienter in iudicio facta, respiciens iurisdictionem iudicis, non potest revocari prætextu erroris.*

14 *Confessio falsa, quam & ipse actor sciebat falsam, facta ante litem contestatam, super præparatoriis litis, potest revocari. Si actor ignorabat falsam, non potest. Si reus obtulit se litis, vel si revocatione actoris res fiat deterius.*

15 *Confessio scienter falsa super præparatoriis post litem contestatam facta, nullo modo revocatur.*

16 *Confessio falsa scienter facta super iis quæ respiciunt causas decisionem in causa criminali non ligat confitentem, nisi in ea perseueret. At in causa criminali confessus pro iudicato habetur. Excipe &c.*

17 *Confessio falsa ignoranter facta, respiciens iurisdictionem iudicis, semper revocari potest.*

18 *In omnibus casibus in quibus confessio falsa scienter facta revocatur, multo magis ignoranter facta revocabitur.*

19 *Confessio falsa, ignoranter facta sine vlla culpa, revocari potest vsque ad sententiam, probato errore. Et aliquando post sententiam ope exceptionis.*

20 *Confessio falsa, facta per ignorantiam quæ in se habet culpam latã, non revocatur vt si confessionẽ præcesserit deliberatus in facto proprio.*

21 *Confessio emissa à procuratore, tutore, curatore, quando noceat.*

22 *Error probatur demonstrando rem se aliter habere. Et decendo de circunstantijs ex quibus probabiliter cadere potuit in errorem, cum confessio sit de facto proprio, & vtraque certat de damno vitando.*

23 *Circunstantiæ probabiles in errorem*

inducentes, longinquitas temporis, facti implicitas.
Secus in facto alieno. Secus etiam si adsit levis culpa tantum.

24 *Error iuris non præsumitur, sed probari potest ex personarum & negotiorum qualitate.*

25 *Confessio erronea eodem modo revocatur coram arbitro vt coram iudice.*

GLOSSA VII.

COmpellatus *respondere.* 1 An autē† iurabit de calumnia? Puto q̄ sic, per l.2.§.1.C.de iureiur.cal. & C.1.ext.& iuram.cal. Quid autē si nolit respondere?[a] Dic quòd per iudicem est compellendus iuris remediis.vt in l.Volunt.in princ. & in l.Si defensor §. illud quæritur. D.de interroga.act. nisi fortasse iustam causam haberet recusādi.vt in l.Et quia. in §.interdum. D.eo. tit. De quo iudex summatim cognoscet,& si opus fuerit,tempus ad deliberandum reo statuet,vt in d.§.illud, & l.Qui interrogatur eo.tit. 2. Sed quid† si ei paratus respondere, sed non vult iurare,an tenebitur? Responsio, dic quod in pœnam suæ contumaciæ damno afficietur totius causæ.vt C. fin.ext.de iuram. cal.& in d.l.2.in fi. C.eo.tit. Quid autem econtra si iurauit, & tamen respōdere recusauerit? Dic quòd habetur pro negante, vel confesso,pro vt fuerit vtilius interroganti,vt in l.De ætate §.qui tacuit. D. de interrog.act. Et idem si obscurè respondeat: 3 quia† hæc sunt paria, non respondere, vel obscurè respondere, vt d.l. De ætate.in §.nihil. & facit ad prædicta.C.1.& 2. & quod ibi notatur ext. de confess. lib.v 1.

4 Sed posito† quod solenniter sit facta responsio,an obligetur ipse re-

a *Nolit respondere,* not. quid sit fiendum,si nolit respondere. vide gl.fing.in l.certum.in prin. D.de confess.per Cynum in l.2.§.pen.C. de iur.cal. & extra de confess. c.2.lib.6.per Butr.in l.1 §.feciendum.D.de ventre inspi.&c. Quæro an ad interrogationes aduersarij cogatur quis respondere.gl.in l.fine. D.de int.ac.dicit, quod non,si tamen respondebit,præiudicabit responsio,vt ibi.hoc verum secundū Goffr.e.quando fit interroga.ante lit.contest.sed positionibus,quæ fiunt post litem sic,quia tenetur respondere, assignat Gof. rationem, quia interrogatio non fit per iu. sed positio sic.Ego dico idem in posi.sicut in interrogatione.Nam interrogatio & positio, licet fiat per partem, tamen pars non astringitur ad respondendum, nisi præcedente iussione iudicis. Ideò stilus curiæ sic habet,quòd pars non astringitur ad respondendum positio nisi sint datæ in scriptis,vt ponens confiteatur, & sic æqualitas hinc inde seruetur,vt l.fi.C.de fru,& lic.expen. reg. non licet de reg. iu. li. 6. Interrogationes autem ante lit.contest.de practica curiæ illæ non dantur in scriptis.sed iudex ad instantiam partis interrogat,secundum dominos de Rota conclu,fatentur tamen,quòd si non datis in scriptis voluntarie respondeatur, præiudicabit sibi confes. Quæro an sufficiat quælibet responsio,die quod non, imò debet facere certum illum, cui respondetur.D.eo.l.de ætate.§ nihil.aliàs contra ipsum fiet interpretatio, extra de dol & contu.c.dilecti. Istæ tamen interrogationes possunt fieri aliter quàm in iudicio, & iudice sedente pro tribunali,quia possunt fieri in itinere & domi.tex.in l.volun. D. de in.er.ac tamen vbi repetitum scriptum Petrus in iure constitutus intelligeretur in iudicio sedente pro tribunali, quia aliter non posset dici constitutus in iure, ita videtur concludere tex.ibi cum gl.per locum à speciali,vbi dicitur,quod alibi quàm in iure fieri possunt,& glo.exponit.i.in iudicio,vbi dicitur in iure in c.1. in prin.& in l.fin.D.de in.er.ac. Adde quò ad prædicta videndum Imo.in l.cum mulier.D.fo. ma.Alex.in l.de pupillo §.si quis ipsi prætori.D.de oper.no nun. & per Cyn. in loco alle.ibi per.Bar.in d.l.voluit per Io.de Ana. consilio 85.infrà alle.

spondent

ſpondens ex hac reſponſione? Die breuiter quòd ſic, ſicut ſi contraxiſſet.[a] vt in d.l. De ætate. §. qui interrogatus. & l.Si is cuius. §. fin. D.de in ter.actio. N.ſi talis reſponſio iuri.vel naturæ repugnaret,[b] vt l.Confeſſionibus, & l.Si is cuius. D.eo.tit. & notatur per Gloſſam.in l.1.C.de cõfeſſ.

5 Regularitet † enim confeſſio præiudicat confitẽti, ſi fuerit em ſa in iudicio.vt d.l.1.Idẽ ſi fuerit emiſſa extra iudicium,parte præſente. ſecus autem ſi ea abſente. vt in l. certum. in §.ſi quis abſente.D.de confeſſ.

6 [c]Sed † quid erit ſi confeſſio ſit emiſſa extra iudicium parte abſente,coram vicinis.an præiudicet confitenti,dic quòd aut confeſſio emiſſa eſt in vltima volũtate, & tũc præiudicat, ſi non fuerit reuocata,

a *Si contraxiſſet.* Adde Roma. conſi.153.& quam actionem patiat talis confeſſio, per eundem in ſing. ſuis fol.1. Ber.

b Repugnaret. Adde quando confeſſio repugnat iuri,quod non præiudicet, Bal.cõſil.28.5.lib.Cep. conſil.33.Alexan.conſil.116.3.lib. Bernard.

c No.de confeſſione extra iudicium, noq. tamen quòd confeſſio facta coram ſacerdote præiudicat confitenti & probatur per ſolum ſacerdotem, no.gl.ſi.inc.tua nos, extra deſpont.& in c.ſignificaſti.ext. de homi.& Alber.in l. vnica. C.de confeſſ. Adde quòd Bal.in l. archigerontes, tenet quod confeſſio facta coram ſacerdote non probatur in iudicio, quia eſt facta tanquam deo non homini. Adde tu ad hoc Abb.in c.ſi. de ſucceſſ ab inteſt. Et ſic confeſſio,quam quis facit,quòd vſuras extorſerit,vel quid malè abſtuleritin teſtamento abſente parte,poteſt reuocari reuocando teſtamẽtũ: quia non eſt ſpecies probationis,vt quis ex ea poſſit conuenire,ſed eſt ſpecies vltimæ voluntatis,quæ reuocari poteſt,alle. Bal.in addi. ad Spec.ti.de confeſſ.in §. confeſſio facta,&c. Pro quo notat glo.in l.hæredes palam.§. ſi.D.de teſt.& ex prædictis poteſt colligi,quòd ex vlti confeſſione reuocata non probatur quis vſurarius manifeſtus,de quo in c.quanquam,de vſur.in 6.& ita ad hoc alle.Ange.in q.per eum diſputata quę incipit Aſſenſis miles,Flo.in l.iiquis teſtamẽtum. D. ad l. Aqui.ita tenet Bar.in l.cum quis decedens.§.codicillis.D.de leg.2.cõtrarium tenet Bald.in l.rationes. C.de probã.& clarius in l.generaliter,C.de non nu. pec. quia confeſſio quæ emanat in vltima voluntate,quo ad totum pœnitenciale, vel ſpirituale fauore animæ, non poteſt reuocari,idem Bal.in c.innotuit.extra de elec.pro qua opi.eſt glo. in c. quoties cordis oculos.1.q.7 quia non eſt neceſſaria præſentia partis in confeſſione pœnitentiali, vel ſpirituali, &c.Cogita. Adde tu ſupradictis.quæ ad propoſitũ nõ faciũt, Abb.cõſ.2.2.lib.Fr. de Ar.cõſ.64.fer.cõſ.63.3.aſſ.Lap.all.30.& 127.quò verò ad dicta hic per do. de cõfeſſione iudiciali & extraiudiciali abſẽte parte,vide Io.de Ana.cõſ.80. vbi vnũ dictũ pulchrum videbis,per Matthe. no. ſuis fol.23.per Ro. ſing.ſuis fol.11. Franciſc. de Aret.conſil. ſuprà alleg.& conſil.9.& de confeſſione in rem facta abſente parte,per eundem conſil.36.per Roma.conſil.167.& 206.& 291.per Alexan.conſil. 20. per Ioannem de Imol. cõſil.123. & 132.& 137.& quibus caſibus valeat confeſſio facta parte abſente per Paulum de Caſtro, conſil. 176. & quando valeat confeſſio coram notario,vel vicario,per Old.conſil 292.& de cõfeſſione facta coram vicinis per creditorem quod eſt ſacrificatus. Baldus conſil.128.libro 5.Federic. conſil.128. & de confeſſione emiſſa in vltima voluntate, vide Abb. conſil.85. domi. Cardi. conſilio 37. Franci.de Aret.loco ſuprà alleg. Fulg. conſil 135 & an confeſſio poſſit reuocari, & quid de iuramentalibus,vide Alexan.conſil.19.1.ſi.per Ro.conſ.346 & ibi quid de extraiudiciali,& q d ſi eſt geminata. Et an confeſſio emanata à creditore poſſit debitori abſenti adiberandum, vide in lege prima,C.de fal.can.adi.leg.& quod not. Bart.in l.non ſolum.§.liberationis verba. D.de li.leg.Nec.de confe. emiſſa in vltima voluntate an poſſit reuocari. Adde tu hoc & vide etiam per Bald.in leg.rationes,& aurẽ. ibi poſita. C.de proũ.Panor.in c.ſi de ſucceſſ.ab inteſt. & Alexan.in conſi.45.colum. 2 verſicu.ſed præmiſſis.in primo volum. & in conſil 24. colum. penul. & in conſil. 154.in 2.volumi.& 4.conſil.19,& in conſilio 20.in principio.Franciſ.Curtius.

tam ipsi quàm hæredi suo, vt plenè notatur per Cy. in l. Generaliter. in 7. quæstione, cum seq. C. de non nū. per. Aut fuit emissa inter viuos, & tunc aut est obligatoria, & non præiudicat, vt in l. Cum de indebito. in fi. D. de proba. & notatur in d. l. i. per doctores. Aut est confessio liberatoria, & tunc opiniones sunt contrariæ, Glossæ & doctor. vt plenè disputat Bartolus in l. non solum. §. si liberationis. D. de lib. leg. Dicunt quidam, quòd ex hac confessione parti quæritur doli exceptio, quæ æquitate nititur. vt. l. qui æquitate. D. de dol. excep. & hanc opinionem tenet Glossa. in d. §. si liberationis. & in l. Pomponius scribit. D. de neg. gest. Pro qua facit quod notat Innocentius in c. veniens. Ex de renūciat. & Doctores in l. Postquā. C. de pact. & in Auth. de testib. §. & licet. Alij dicunt, quòd nulla exceptio quæritur, quam opinionem sequitur Glossa l. Idem, cum duabus seq. & l. heredi. §. nos autem D. de pact. & §. Iulianus. in Glossa. quæ incipit, Non idem in extraneo. & hāc partem Bartolus sequitur. Non obstant contraria, quia dic vt per eum notatur in d. §. si liberationis.

7 Quid autē † dices, si facta responsione dictis interrogationibus per reum, postea dicat ipse reus, me pœnitet talis responsionis factæ tali interrogationi, vnde ipsam reuoco, an sit audiendus? Dic quòd sic regulariter. si subsit iusta causa pœnitentiæ, & ius actoris non lædatur, nec deterius ex tali reuocatione efficiatur. vt in l. De ætate. §. Celsus. & in §. ex causa, & in §. qui iustè. D. de interrog. act. de quo latius dic, vt infrà determinabitur.

Sed circa hoc quæro, quando & quo tempore admittatur talis reuocatio & pœnitentia? Et quidam dicunt, quòd ante litem contestatam tātùm. Alij quòd etiam post, de quo notatur per Glo. in d. §. Celsus. Tu tamen secūdum Doctores & Bartolum dic vt notatur in l. Non fatetur. D. de confess. distinguēdo sic. Si quæritur, an & quādo quis reuocare possit confessionem, vel responsionem, aut loquimur de confessione emissa extra iudicium. & de ea dic, vt habetur per Cy. & Iacobum Butrigarium in l. Error. C. de iur. & facti igno. & Dynum in c. ignorantia. Ext. de regu. iur. in & per Glossam in l. Generaliter. C. de non num pec. & l. Cum de indebito. in fi. D. de proba. In quo articulo distinguitur per eos sic.

8 Aut quis † confitetur aliquid extra iudicium scienter aut ignorāter. Primo casu, aut confessio iuri vel naturæ repugnat, & non tenet ipso iure, ideò de facto reuocatur. sic vt de facto processit. vt l. Confessionibus. & l. si is cui. D. de interrogat. Aut conuenit iuri & naturæ, & tunc subdistingue. aut confessio emittitur super his, quę per cōsensum possunt induci, & non potest reuocari. vt l. 3. §. in amittenda. & l. Si quis vi. §. differentia. D. de acquir. poss. l. tale pactū. D. de pact. Aut emittitur super his quæ per cōsensum induci nō possunt, & potest reuocari. vt l. cum falsa. secundum primam lecturam. C. de iur. & facti igno.

9 Sed quid † in confessione emissa in vltima voluntate, an possit reuocari? Dicit Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pec. in 12. quæstione quòd non potest reuocari secūdum Petrum. Sed secundum Iacobum de Bellouiso in Auth. de iureiur. distinguit aliter. aut cōfessio est facta parte præ-

te præſente, vel alio eius nomine recipiente, per quam poteſt parti abſenti acquiri. vt puta notario, ſeruo, vel filio, & tunc non poteſt reuocari. Aut confeſſio eſt facta parte abſente, & notario nullius nomine recipiente, & tunc non præiudicat, & poteſt reuocari. quam opinionem tenet Barto. in l. Cùm quis decedens. §. codicillis. D. de leg. 3. arg. l. fi. D. de interrog. actio. & l. Certum. §. ſi quis abſente D. de confeſ. iuncta prædictâ l. Generaliter, cum ſimilibus & notatis in l. hęredes palam. §. fin. D. de teſtam.

10 Secundo † caſu principali cum quis confitetur ignoranter & erranter, dic ſecundum Dyn. vbi ſuprà, quòd aut erratur in iure aut in facto. ſi quidem erratur in iure, aut erratur in iure naturali, & error nõ excuſat, nec reuocatur, vt in l. Si adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum. D. ad leg. Iul. de adulter. Aut erratur in iure communi quaſi naturali, & adhuc idem. vt l. 2. C. de in ius vocand. Aut erratur in iure ciuili. & tunc aut agitur de damno euitãdo, aut de lucro captando, ſi quidem agitur de damno vitãdo, & tunc aut erratur in eo, in quo requiritur dolus verus, aut in eo, in quo ſufficit dolus præſumptus, vel lata culpa, vel leuis, vel leuiſſima. Si quidem erratur in caſu in quo verus dolus requiratur, tunc error talis excuſat, & reuocatur, vt l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. D. ad Sillen. Si verò in eo, in quo ſufficit dolus præſũptus, vel lata culpa, tunc ſubdiſtinguendũ eſt: Aut illud tale erat publicè notũ verè vel præſumptione iuris, vt quia facta eſt lex, & cõcurrerunt duo mẽſes a tempore publicationis ipſius, & tunc error talis non excuſat, nec reuocatur. vt in l. Leges ſacratiſſimę. C. de legib. & C. de iur. & fact. igno. l. Conſtitutionis. & l. fi. §. licet. D. de public. & l. Diuus Claudius. in prin. D. ad leg. Cor. de fal. Si verò non erat publicè notũ, verè, vel præſumptiuè, tũc reuocatur, & ignorãtia excuſat. vt l. vlt. D. de decr. ab ord. fac.

11 Vbi † autem agitur de lucro captando, ſubdiſtingue: quia aut lucrum procedit cum alterius incõmodo. vt eſt in vſucapione, & præſcriptione, & tunc error non reuocatur, neque ignorantia excuſat, ſiue potuit petitiones conſulere, ſiue nõ. vt D. de iur. & fac. igno. l. Ignorantia & D. de vſuc. l. Nũquam. & l. Si fur. Aut lucrum procedit ſine alterius iniuria & incommodo. tunc diſtingue, aut potuit conſulere peritiores, & tunc non excuſatur, nec error reuocatur. aut non potuit conſulere, & tunc ignorantia toleratur, & excuſat, & ſi opus eſt, error reuocatur. vt. D. de iur. & fac. ig. l. regula. §. ſed iuris. & §. quis, & D. de bon. poſ. l. In bonorum. & quis ordo in bon. poſ. ſer. l. 2. §. fin. Fallit in caſu. l. ſi duo. D. de acquir. hær. quòd ea ratione contingit, quia ibi cauſa de qua agebatur, originem ſumebat à lucro, ideò licèt in conſequentiam damnum inducat, nõ per hoc dicitur, quod tractetur ibi ſimpliciter de damno vitãdo, quia origo & principium magis attenditur, quàm id, quod poſteà, & in conſequentiam ſequitur, vt in l. 1. in prin. D. de auth. tut. & l. Quia, in prin. D. de dolo & l. Clam poſſidere in prin. D. de acqui. poſſ. & l. Tutor. D. de fideiuſſ.

Secundo caſu principali, quando videlicet erratur in facto, tũc di-

Duo menſes. Adde quòd voluit Ro. conſ. 330. d. Car. conſi. 33. Fed. conſ. 219.

stingue: aut erratur in facto proprio, aut in alieno. 12 Si in † alieno, tunc subdistingue, aut tale factū erat publicè notum, & tunc ignorātia non excusat, nec error reuocatur vt l. Sed & si pupillus. §. proscribere. D. de instit. Aut non erat publicè notum, & tunc error excusat, & reuocatur, vt l. fi. D. pro suo. & in regula. Cum quis in ius. de reg. iur. lib. vi. Si verò fuit error in facto proprio, super quo emissa dicitur respōsio, vel confessio, aut confitēs tractat de damno vitando, vel de lucro captando. Si quidem de lucro captando: tunc error non toleratur, nec reuocatur, vt l. Regula. & l. Cum quis D. de iuris & fac. ig. Si verò tractatur de damno vitando, & tunc aut cum alterius iniuria, & tunc error non excusat. l. quanquam. D. ad senatusco. Velle. aut sine alterius iniuria: & tunc error reuocatur & excusat. vt. D. de condict. indeb. l. Sed si me putem \in prin. & in §. cum inter. D. de actio. emp. l. Si tibi liberum. & sic intelligatur l. Si res obligata & quòd ibi notate D. J. leg.

Quid autem dicemus inconfessione. vel responsione facta in iudicio? Dic secundùm Bartolū & alios Doctores (vt notatur in l. Non fatetur. D. de confes. & in. l. Error. C. de iur. & fact. ig. & in l. t. C. de conf.) sic distinguendum esse. quia aut quis confitetur falsum scienter, aut ignoranter & per errorem. Si quidem cōfitetur scienter, aut talis confessio fit super aliquo tendente ad litis præparationem, aut ad litis decisionē. 13 Primo † casu quoniam tendit ad litis præparationem, aut illa respōsio, vel confessio respicit iurisdictionem iudicis, & tunc non reuocatur sed potiùs obseruatur, vt l. 1. & 2. in prin. cum ibi notatis in Glossa D. de iudi. 14 Aut † respicit persecutionem causæ, & tunc aut actor sciebat illud falsum esse, sicut ipse confitens & respondens, & potest talis confessio vel responsio reuocari. vt l. Nam si actor. D de rei ven. Aut ignorabat, & tunc aut lis nondum erat contestata, aut erat contestata. si non erat contestata, tunc subdistingue, aut actor erat ignorans de persona contra quam dirigeret actionem suā, & hic obtulit se defensioni litis scienter tanquam possessor rei, & tunc non poterit confessio & responsio reuocari. vt l. Is qui se obtulit. & ibi notatis per Gl. D. de rei vē. Aut actor erat certus de persona cōtra quam intendebat agere. hic è ille se obtulit, & tunc ex reuocatione confessionis vel responsionis actoris ius efficeretur deterius, & no auditur, nec admittitur reuocatio. vt in d. l. De ætate §. Celsus alias secus, vt ibi. 15 Si verò † lis esset contestata tunc iudistinctè reuocatio non habet locum, nec admittitur. vt in d. l. Is qui se obtulit. in prin.

Vbi autem confessio, vel responsio fit super his, quæ tendunt ad litis decisionem (quod est secūdum mēbrum principale distinctionis) distingue sic. 16 Aut confessio † fit in causa corporali & criminali, & nō ligat confitētem. nisi in ea perseueret. vt D. de appel. l. Non tantùm, & l. t. §. diuus, & §. siquis vltrò. D. de quæstion. vnde posset reuocari. Aut fit confessio in causa ciuili & pecuniaria, & tunc regulariter non potest reuocari, imò confessus statim habetur pro iudicato. vt in l. t. C. de conf. quia in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in ferendo sentētiam contra eum, si lis est contestata.

vt l.

vt l.proinde. D. ad leg. Aquil. Item in assignando terminum ad solutionem faciendam, lite non contestata. vt l.si debitor. D. de iudi. Fallit tamé regula in casibus positis per Glossã & doctores in d.l.i. C. de confes.

Dixi viterius quòd aliquãdo quis confitetur in iudicio fallum ignoráter, vel erranter. 17 Et hic † cõsidera, quia aut talis erronea cõfessio [a] emittitur circa ea quæ respiciunt iurisdictionem iudicis, & tunc potest reuocari tam ante sententiam quàm post: vt l. si per errorem. D. de de iurisd. omn. iud. & l. 1. & 2. C. Si à non compet. iud. quòd notatur in l. 2. in prin. D. de iud. 18. Aut † respicit præparatoria, & prosecutionem causæ, & tunc in omnibus præmissis casibus, in quibus dictum est quod potest confessio reuocari facta scienter, poterit & multò magis, facta ignoranter vel erranter. In aliis autè casib[b] subdistingue: 19. aut † error ille nullã habet in se culpam, & poterit confessio reuocari vsque ad sententiam, probato de errore. vt in l. Error. & ibi notatis per Glossa. C. de iur. & facgnor. & hoc ipso iure. Sed aliquando ope exceptionis admittitur reuocatio post sentẽtiã ex clausula generali. vt d.l. De ætate. §. ex causa. D. de inter. act. & l. fideicõmissa. D. de confes. 20 Aut † error habet in se culpam annexam, & tunc aut latam, & non potest reuocari confessio. vt d.l. De ætate. §. qui iusto. in fin. Et ideo si quis errat in iure, non auditur volens confessionem reuocare, quia lata culpa est ius ignorare. D. de verbo. sig. l. latæ culpæ. & l. Leges sacratissimæ. C. de leg. etiam notatur in d. §. qui iusto. Similiter non auditur quis, quando in facto proprio, & precedente deliberatione super hoc, confessus est aliquid. puta quia habuit terminum deliberandi & respondendi à iudice assignatũ. vt notatur per Archidiaconum & alios in c. fi. ext. de iureiu. lib. vi. & est ratio, quia est tunc in lata culpa. [b] Secus ergo si in facto alieno cõfessus fuerit, vt ibi notatur.

Aut error habet in se leuem culpam, & tunc potest reuocari etiam vsque ad sententiam probando contrarium. vt l. Non fatetur. D. de conf. & ibi notatur de hac materia.

21 Et prædicta † procedunt in cõfessione emissa scienter vel igno-

a *Confessio.* No. quod si statutum dicit, quod si aliquis habeatur pro confesso, debet intelligi, si iudici videbitur & sic sub hoc est interloquendum. Bal. in l. 1. C. ne ex del. def. Item quid significat haberi pro confes. notat Bar. in l. eius. D. de iu. fi. vide infr. de confes. lib. 6. Adde huic impertinenti apostillæ, quod voluit Franciscus de Are. consil. 148. & quo ad dicta hic facit, quia partium consensus non potest iurisdictionem tribuere. Quæro an confessio procuratoris noceat domino. Distingue, aut procurator habet speciale mandatum ad sic confitendum. & tunc clarum est, quod sic arg. no. in l. proinde. D. ad legem Aqui. aut non habet tale mandatum: sed est generale, & tunc aut confitetur in præsentia domini non contradicentis, & præiudicat, & sic intelligitur vna opi. recitata per Cyn. in l. vni. in 8 q C. de cõf. aut confitetur in absentia domini, & tunc aut confitetur per viam voluntariæ iu. & non præiudicat, puta quia voluntariè accedit ad iudicem, & ipse cõfitetur, quod limitat Io. de Imol. quando procurator conuenit cum aduersario de adeundo iudicem, aut procurator confitetur per viam contentiosæ iurisd. quia respondet positionibus, quibus astrictus respondere, & tunc præiudicat domino c. 2. de conf. li. 6 & sic intelligo no. per gl. & alios in l. certum. §. sed an & ipsos. D. de conf. &c. Adde an confessio procuratoris noceat, d. Old. cons. 146. & 263. Ale. cons. 126. vo.

b *Lata culpa.* Adde Ro. consi. supra allegat. 3. vbi latiùs Bernardus.

ranter ab ipsa principali persona. Si autem talis confessio emissa fuerit à procuratore eius, vel tutore, vel curatore, an præiudicet domino? Dic vt habetur, & notatur in l. Certum. §. sed an & ipsos. D. de cõf. & per gl. in c. 1. in fi. vt lite. non cont. & ibi per Doctores. & vide quæ scripsi infrà circa rũ sionem sequentis libelli. In Glossa super verbo, *Simonino Spelæ.*

22 Sed hîc † restat quærere qualiter probatur de errore? [a] Respondetur secũdum Glossam cõiter (vt notatur in d. l. Non fatetur. & in d. l. Certum. §. sed an & ipsos. & ibi Doctores. D. de confes. & in l. Cum de in debito. D. de probat. & per Doctores in d. l. Error.) quod probabitur, si demonstrabitur rem se habere aliter quàm confessus fuerit. Cui opinioni consonat textus in d. l. De ætate. §. ex cã. ibi, *mox prolato testamẽto.* Et facit quod notatur per Dy. in c. Ignorantia præsumitur. Ext. de reg. iur. lib. vi. Tu tamen secundum Bartolum, plenius distingue. Aut loquimur de errore adhibito extra iudicium, aut in iudicio. Primo casu, aut quis vult reuocare [b] errorem alienum, qui fingitur esse proprius, vt puta procuratoris sui, vel tutoris, seu curatoris, tunc sufficit probare rem aliter se habere quã eius confessio exprimat. vt d. §. sed an & ipsos. & ibi Glossa. licet ille §. prima facie loquatur in cõfessione iudiciali. Aut quis vult reuocare [b] errorem verè suum proprium: & tunc aut confessio interuenit super facto eius, & tunc aut ille qui allegat suum errorem, tractat de damno vitãdo, & aduersarius de lucro, & adhuc sufficit probare rem aliter se habere. vt l. Si post diuisionem. C. de iur. & fac. ignor. & l. Sed si me putem. in. §. cum inter. D. de condi. indeb. & glossa in l. Cum de indebito. D. de prob. Exemplum in pecunia soluta, quæ tanquam indebita repetitur: Nam sufficit probare causam falsam, propter quam secuta est solutio. Aut vterq; tractat de damno vitando, & sic sunt in pari causa: & tunc si error intercessit in facto alieno, sufficit probare rem aliter se habere, vt suprà dictum est. Si verò interuenerit in eius facto proprio, tunc non sufficit probare rẽ aliter se habere, nisi probentur aliæ circũstantiæ, ex quibus verisimiliter potuerit cadere in errorem. vt verbi gratia, si probet se inductum aduersarij vel alterius eal liditate, ad sic respondendum. vt l. 1. in fi. D. quãdo actio de pecul. est annal. & in l. Hominem. D. pro suo.

23 Idem † si responsio vel confessio facta est super eo quod erat multum de longinquo, in quo potest cadere error, vel ignorantia. vt l. Peregrè in prin. D. de acquir. poss. & notatur per Dynũ in c. præsumitur ignorantia de regulis iuris, in vi. Vel si intercessit super aliquo facto implicito. vt l. pen. D. de confess. & l. Emptor in §. Lucius. D. de pact.

Secundo autem casu principali,

a *Qualiter probabitur error.* Adde Alexan. consilio 89. 3. volumi. Cald. consilio primo de confessio. suprà alleg. Bernard.

b *Errorem verè suum.* Nota tamen non posse corrigere errorem nisi parte citata, & causa cognita ex doctrina Bartol. in leg. si Librarius. D. de regulis iur. quando est de pertinentibus ad partem, etiamsi sit data copia parti, vt dicit ibi Bart. non posse corrigi talem errorem, nisi parte citata & de mandato iudicis. facit quod nota. Bald. in l. imperator. D. de sta. ho. cano. in c. cum P. tabellio. de fi. instru. Adde hic non puto, quia de hoc hîc non agitur, sed alibi ponam errorem iu-

cùm loquimur de errore intercedente in iudicio tunc cõsidera, quia aut error intercedit circa præparatoria iudicij, vel causæ: & sufficit, probare rẽ aliter se habere quo probato, de errore præsumitur. vt d. l. de ætate. §. qui iusto. Aut intercedit circa decisoria causæ, & tunc si quidem in facto proprio, non sufficit probare rem aliter se habere, nisi probentur circumstantiæ, de quibus suprà dixi. Si verò in facto alieno, tũc sufficit probare rem aliter se habere vt notatur in d. §. sed an & ipsos, & prædicta procedunt in errore facti.

24 Quid † autem dicam de errore iuris? Dic quod regulariter iuris error nõ præsumitur, probatur tamen de iuris errore ex qualitate personarum, & negotiorum. vt l. Regula. D. de iur. & fac. igno. & l. Si adulterium cum incestu. §. 1. D. de adul.

25 Quæ † autem superiùs dicta sunt, de errore adhibito coram iudice, locum habent etiam coram arbitro electo cum pœna, vel sine, rato manente pacto. vt l. cum antea. C. de arbit. & etiam coram arbitratore, cuius sententia ex formâ statutorum mandatur execution[i], sicut sententia iudicis. vt sequitur Bartolus in d. l. non fatetur. in fi. Ad quod facit quod de arbitratore notatur per eum in l. Post rem. D. de trãsact. & in l. A divo pio. §. 1. D. de re iudic. Sequitur in litera.

GLOSSA. VIII.

Sub eius Calumniæ iuramento. An autem teneatur tale iuramentum præstare? Dixi in præced. Glossa, & vide in Glossa fi. tit. prox. seq.

SVMMAS.

1 *Tenere ad nudum factum, possidere ad ius pertinet.*

2 *Mentiens se non possidere amittit ne multatur possessionis*

GLOSSA IX.

1 *Primo an dictus Ioannes teneat & possideat.* Differentia † est inter tenere & possidere, cum tenere ad nudum factum, possidere autem ad ius referatur. vt suprà dixi, & probatur in l. Possessio & l. 1. §. 1. D. de acquir. possess.

2 Quid † autem dices, si respõdet se nõ possidere nec tenere, & tamẽ reuera probatur ipsum tenere & possidere? Dic quòd in pœnã sui mẽdacij aufertur sibi possessio, & efficietur ipse re[a] de reo petitor. vt l. fi. & D. de rei vẽd. & l. Qui seruum. §. qui in iure. D. de interrog. actio. & facit Auth. Hoc si debitor. C. de pig.

a * L. fi. Hoc habet locum in reali, secus si de personali agatur. secundum Gl. ibidẽ. tenent Bart. Cal. & Angel. in l. fi. alle. & est text. opti. & melior Glo. quæ sit in iure, in §. illud quoque. in auth. de trien. & semi. idem si facta interrogatione, & respondeat nominando Titium possessorem, qui non possidebat, sed interrogatus conuictus de mendacio, priuatur possessione, & non potest fateri postea dicẽdo possideo pro me, ita Spe. in titul. de primo & secundo decre. §. restat. verticu. quid si nominatio, & nota Bal. in d. l. fi. quod intelligas verum, nisi pœniteat ante litem conteſt. secundum Bal. ibi, & sic propter mendacium priuatur possessione, adeò quòd non potest opponere excep. dominij etiamsi velit incontinenti probare, aliàs non priuaretur possessione, licet officium iu. sit adipiscendæ possessionis, vt no. gl. in d. l. fi. & ibi Bar. & Bal. Sed an requiratur nouus libellus? Bar. dicit quod non, sed officio iud. expeditur in d. l. fi. de quo vide gl. in d. §. illud quæ. videtur dicere contra, sed breuior via, quando actor non vult probare de mendacio est, vt petat se mitti in possessionem ipsius rei in præiudicium negantis, & non alterius, in d. §. illud, qui videtur dicere

contra, & ista est sing. practica secundum Ang. in d. l. fi. vide Bald. in l. qui seruum. §. in iure. D. de inter. ac. & Spe. in tit. de inter. quæ fiunt ante li. cõte. §. 1. & dum hanc viam practicassem castro in nostro nouo in causa Tidini & Bertrami fratrũ de lanz, contra illos de gratiis, venit pars aduersa post lit. contest. & dixit confitendo te tenere aliam tertiam partem, interrogati enim primò an possiderent domum, responderunt quòd sic pro duabus partibus tantùm, & quidam curator datus bonis vacãtibus fratris ipsorum absenti respondit, quòd ipsi duo totam tenebãt, sed intendebat consequi ab aliis duobus partem suam tertiam, quæritur an stante confess. mutatio in possessorũ habeat? quidã gl. in d. l. fin. facit quòd non, quia nõ fuerunt grauati onere probandi de mendacio facit text. clarus in d. §. Illud quoque. contrarium obtinui, quia his erat contest. & sic actor grauatus, qui ia reus fuit in dolo, sic respondendo. cum ipsi de gratiis emissent à tertio fratre absente, facit optime text. in l. electio §. neque. D. de noxa. & in l. de ætate, ver. cessus. D. de inter. act. & l. is qui. D. de rei ven. & sic potest intelligi gl. in d. l. fi. ante li. conte. quando procederetur ante lit. conte. ad probandum de mendacio, quia nullum est damnum actoris, quando confitetur, imò reuelatio ab onere probandi. & sic loquitur materia, anth. cõ te qui propriam. C. de non num. pec. sed vide dictum Bar. in l. de ætate. §. qui iusto. supra alle. quòd diligenter quis falsum dixit in præpatatoriis iudicium probando tempus se habere ex testib. vel instrumentis præsumitur error, sed te remitto ad not. in l. non facit. D. de confess. Fran. Cur. Adde tu melius videndum per Ro. cons. 71. per Abb. cons. 17. qui in eodem facto consuluerunt. Bernard.

Svmmae.

1 *Nemo cogi potest titulum suæ possessionis dicere.*

2 *Nemo positioni vel interrogationi iuri contrariæ respondere tenetur.*

GLOSSA X.

ITem Quo iure & titulo. Licet 1 autẽ † huiusmodi interrogatio possit fieri, tamen non tenetur reus respondere, quoniam est iuri cõtraria. vt l. Cogi possessorem. C. de petit. hær. & ibi notatis. & 2 regula † est. Quid positioni vel interrogationi quæ sit contraria iuri, non compellitur quis respondere. [a] vt notatur in l. 1. C. de confes. & per Bartolum in d. l. Non fatetur. circa fi. & in l. Ornamentorum. D. de auro & argen. leg. Sequitur in litera.

Svmmae.

1 *Quicquid probari pot in facto poni pot.*

2 *Qui dolo possidere desiit perinde condemnatur ac si ipse possideret.*

GLOSSA XI.

ITem an dolo desierit. Ista interrogatio non est multum in vsu, sed tamen fieri potest: quia 1 † omne quod est probabile est ponibile, vel in modum positionis, vel interrogationis. vt nota. Gloss. in c. 1. & 2. ext. de confes. lib. vi. & Bartolus in in d. l. Non fatetur. & Speculator in tit. de positionib⁹. in prin. Si enim † 2 probetur quòd dolo vel culpa possidere desierit, perinde conuenitur & condemnatur, ac si possideret. vt in l. proinde. D. de re. iudic. & l. is qui dolo. & l. Si culpa. D. de rei ven. & facit l. Qui pertotio. D. de rei ven. & l. Si rem. D. de excep. rei iu. cum similibus. Vide tali interrogationi tenetur respondere. l. Quoties. in §. prætor. D. de noxal. quod sequitur Bartolus in l. fi gener. D. de his quib. vt in d. g. Insuper scias, q⁹ hîc potuissem iactare materiam

a *Respondere.* Adde quid si respondeat positioni, cui respondere non teneatur, an sibi præiudicet d. Abb. consi. 98. & an quis cogatur ostendere tit. possessionis suæ, vide in c. ordinariis. de off. ord. in 6. & per Calde. consil. 32.

positio-

positionū. sed ipsam reseruo ꝯ. in speciali tractatu positionum, sub tit. de position. bus. His præparatoris expeditis, venio ad formationem libelli. &c.

FORMA LIBELLI in actione reali.

TITVLVS II.

CORAM vobis egregio & potēti viro, domino Potestate ciuitatis Papiæ, necnō domino Vicario vestro, agit & in iure proponit, non in modum solennis libelli, sed qualis qualis petitionis, seu facti narrationis, Andrinus de la Corona, suo proprio nomine, cōtra & aduersus Ioannem de Olcariis, & contra quamcūque personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparantem.

I. Dicens & in iure proponēs, quòd *suprà* scriptus Ioannes, licèt indebitè & iniustè, tenet & possidet quandā peciam terræ cultæ, perticarum centum, positarum & iacentium in loco & territorio Satiranæ, districtus Papiæ, cui cohæret ab vna parte, &c.

II. Quæ quidem pecia terræ simul cū pertinentiis suis, spectauit, pertinuit, & hodie spectat & pertinet ad suprascriptum Andrinum, iure dominij vel quasi, ex veris & legitimis titulis & causis.

III. Idē dicit & proponit, vt suprà, quòd idem Ioannes spatio annorū quinque proximè præteritorum habuit & percepit, vel verisimiliter percipere potuit, ex dicta pecia terræ, tot & tantos fructus, inter frumentum & siliginem, qui fuerunt & hodie essent, si extarent, precij & valoris, vno anno cum alio computato, in summa totius temporis ante dicti florenorum 300.

IIII. Item dicit & proponit vt suprà: quòd ipse Ioannes prescriptam peciam terræ, simul cum fructibus perceptis, & quos percipere potuit ex eadē, hucusque dare, soluere, relaxare, ac dimittere recusauit, & iniustè recusat concluso, &c.

Quare petit & requirit idē Andrinus, à vobis dominis Potestate & Vicario antedictis, quatenus ex officio vestro, & omni modo, iure, via, & forma, quibus melius de iure potestis, per vestram diffinitiuam sententiam pronuncietis & declaretis suprascriptam peciam terræ cultæ

spectasse & pertinuisse, hodie spectare & pertinere ad ipsum Andrinū, iure dominii vel quasi: quódque condemnetis supradictū Ioannē versus d. Andrinum, & condemnatum omnibus iuris remediis compellatis, ad dimittendum, restituendum, & relaxandum, ac dandum, & soluēdum ipsi Andrino, præfatam peciam terrę cum pertinentiis suis, simul cum fructibus, & redditibus inde perceptis, & qui percipi potuerunt, si extant, & si nō extant in valore, precio & æstimatione prædictis. Ac etiam in florenis 15. pro damno, & interesse passis, factis, & supportatis, ac supportandis, fiēdis, ac patiendis in futurum. Et vlterius in expensis præsentis causæ & quæstionis factis & fiēdis, pro vt liquidabitur in processu.

Et prędicta petit & requirit per vos fieri debere, & executioni mandari, sūmariè & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & velo leuato.

Deducendo in præsenti iudicio omne ius suum sibi competēs & competiturum, vndecunque, quomodocunque, & qualitercunque.

Saluo iure minuendi, addendi, mutandi, & corrigendi, & alterius petitionis quādocunque fiendæ.

Non se astringens propterea ad probandū, nisi solū ea omnia & singula quę sibi sufficiant ad victoriā suæ causæ.

Petens insuper idem Andrinus debere cogi, & compelli dictum Ioannē respondere petitioni, & contentis in ea, per sacramentum calumniæ. Et inde, &c.

Svmmar.

1 *Fatuus est Iudex, qui cōtra vel præter libelli formam pronuntiat.*
2 *Libelli sex significata.*
3 *Libelli definitio.*
4 *Verborū prolixitas à iure respuitur.*
5 *Conuersio ordinis nō vitiat libellū.*
6 *Scriptura est de substantia libelli. In certis casibus tamē fit sine scriptura.*
7 *Claritas amica iuris & legū obscuritas inimica.*
8 *Iudici & parti libellus offerendus, & cur.*
9 *Etiam in criminalibus libellus formandus est.*
10 *Libellus offertur coram omni iudice, nisi cognoscat non seruato iuris ordine.*
11 *Renunciari potest oblationi libelli quoad partem, non quoad iudicē.*
12 *Actor libellū expensis suis dare debet reo.*
13 *Libellus potest dari reo cùm citatur, vel cum est in iudicio.*
14 *Reo datur dilatio 20. dierum ad respondēdum libello, quæ abbreuiari potest à iudice.*

15 In

15 *In actione vniuersali & generali sufficit rem & causam generaliter exprimere. In singulari causa etiam remota debet exprimi, & res describi: immobilis per latera & confinia, mobilis per numerum & colorem.*

16 *Cuiusque actionis duplex est causa, proxima & remota. In reali proxima est dominium, remota contractus. In personali proxima obligatio, remota contractus.*

17 *In actione personali vtraque causa exprimi debet. In reali pro dominio sufficit exprimere causam proximam.*

18 *Non est necesse in libello exprimere nomen actionis: nisi facti narratione parent plures actiones.*

19 *Libellus semper est offerendus, nisi in causis summarijs, aut quando imploratur officium iudicis mercenarium, aut cum petitur aliquid fieri à iudice tantùm.*

GLOSSA I.

AD euidentiam & pro clariori intellectu tã præsentis libelli, quam generaliter omnium libellorum maximè le quibus infernus tractabitur, t sciẽdum † est quòd discretus iudex & aduocatus ante omnia debet diligenter considerare formam libelli & qualitatem propositæ actionis, quia secundùm libelli tenorem sententia est formãda, alias si iudex contra vel præter libelli formam pronunciet, fatuus reputatur. vt dicit textus in l. Vt fundus. D. com. diuid. & c. Licet hely. Ext. de fim. & l. fin. C. de fideicom. lib.

2 Item † sciendum est, quòd libellus in iure nostro sumitur multis modis[a]. Primo modo sumitur pro pane albo. vt probatur per textum qui non est alibi. l. iudices. C. de episc. aud. Secundo modo dicitur libellus petitio & assertio actorum, facta in iudicio, cum solennitate iuris, de quo in Auth. Offeratur. C. de lit. contest. & in c. 1. & 2. ex. de lib. ob. Et isto modo sumitur in præsenti opusculo & tractatu. Tertio modo dicitur libellus, qui datur à iudice parti appellanti à sententia. vt l. 1. de l. b. dimiss. Quarto modo dicitur libellus, scriptura priuata facta ad alicuius infamationem. vt l. prima. C. de famo. libel. Quinto modo dicitur delegatio causæ. vt l. Nec quicquam. §. vbi decretum. D. de offic. proconsi. & leg. Sexto modo dicitur libellus paruus liber, ad differentiam magni, prout dicimus in vulgari.

3 Deinde † quæro quæ sit diffinitio libelli de quo loquimur in præsenti tractatu? Respondeo, quod libellus est breuis & ordinata scriptura, claram continens & iudici ac parti demonstrans intentionem agentis, vel accusantis. Quam diffinitionem approbat Cynus in dicta Auth. Offeratur. Condescendo ad declarationem eius quod dixi. Dixi ergo in diffinitione *breuis*. 4 Hoc † ideo dictum est, quia verborum prolixitas à iure respuitur. vt l. Ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appellat. Dicitur etiam in diffinitione, *ordinata*, quod idem sequitur, quia

a *Modis.* Adde Spec. in tit. de lib. concept. in princip. & Host. de lib. obla. 1. & Spec. eo tit. vbi dicit, quòd libelli fiendæ sunt tres copiæ de quib. ibi vide.

ordo petitionis non debet conuerti, vt prius velit quis petere executionem antequam sententia sit lata. vt l.1.C.de exec.rei iu. Nec debet etiam conclusio libelli præcedere facti narrationem. vt l.Precibus.C.de impuber. & aliis substit. & l.Vt respõsu.C.de trãsact. 5 Veruntamen † si quis in libello sic formaliter diceret, Peto talem peti & condemnari, &c. non per hoc talis conuersio ordinis vitiaret libellum, quia sermo iste reducitur iuris interpretatione ad congruum ordinem, attenta potiùs mente proferentis, quàm forma scripturæ. vt in l.talen. D. de hær. instit. & hoc sequitur Bartolus in l. Si eum nulla. D. de re iudic. & aliàs plenius dicã. 6 Itẽ † dicitur in diffinitione scripturæ. quòd non sine ratione exprimitur, quoniam scriptura est regulariter de libelli substantia. vt in d. Auth. Offeratur. & c.1.Ext.de lib.oblat.& in c.Quoniam contra falsam. Ext. de probat. Fallit tamen huiusmodi regula in pluribus casibus, qui notari solent per Gl.& D. ff.in l.Nec quicquam. §. de plano. D.de offi.procon. & lega.in Auth.de exh h.reis. §. facimus igitur. Fateor tamen secundum Cynum vbi suprà, quòd si consuetudo fori esset quòd libellus posset offerri in vulgari, vel sine scriptis, quòd tunc scriptura nõ esset de substantia, quia cõsuetudo fori [a] derogaret iuri scripto. vt l.3.in fine.D.de test.b.& arg.l.De quibus.D.de legibus. 7 Subiungitur † insuper in diffinitione, claram, nec immeritò, quia claritas est amica legibus. vt in Auth.de testam.imperf.c.§.1.obscuritas autem est iuri inimica. vt l. Ita fideic. D. de iur.fisc. 8 Denique † dicitur in ea, iudici & parti, quod quidem ideo est, quia non solum iudicis sed etiã parti [b] libellus est dandus. vt in d. Auth. Offeratur. ad hoc vt iudex possit ruxta formam libelli suam proferre sententiã. vt l.vt fundus.D.commu.diuid. & vt si parti. vt possit deliberare, an velit cedere liti, vel contendere. vt l.1 in prin.D. de eden. 9 Postremo † subinfertur, vel accusãtis, quod ideo exprimitur, quia ne dum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, libellus offerendus est. vt l Libellorum.D.de accusa.

10 Quæro † vlterius an coram omni iudice sit de necessitate offerendus libellus? Dic quod sic, siue sit ordinarius, siue delegatus siue arbiter, per textum in Auth. Offeratur. qui generaliter loquitur. iur & l. pen.in fi.C.de arb. Sed coram arbitratore non offertur de necessitate libellus, quia nullus ordo iudiciarius coram eo est necessarius. vt notat. Innocentius in c. Quintauillis. Ext. de iureiur. & Speculator in tit. de arbit.& per Doctores & maximè Bartolum in l.Si societatem.§. arbitrorum. D. pro soc. Nec coram illo iudice, qui potest cognoscere sine figura [c] iudicii. vt in Clem. Sæpe de verbo.sig

11 Secundo † quæritur, an libellus possit remitti à partibus in

a *Fori.* Adde quòd libellus possit formari secundũ stilum curiæ. Ang.conf. 114.
b *Sed etiam parti.* Adde quod primò iudici, vt dicit Spec.in tit.de libt.concep.§. restat videre.
c *Figura.* Adde videnda per Specul. multos casus in quibus requiritur libellus in tit. de lit.cont.§. nunc videndum, & in §. restat videre, & ibi an coram arbitratore offeratur.

iudicio,

iudicio, vel extra. Super quo sunt opiniones, vt refert Cynus in d. Auth. Offeratur. Tu tamē secundùm eum & alios dist ngue. Aut quæritur an rem suo facta à partibus teneat quòad ipsas partes, ne possit altera ab altera parte petere sibi libellum offerri, & dicendum est, quòd hoc respectu tenet remissio. Vnde quia communiter solent instrumentis notarii dicere, Quòd vna pars promisit non petere libellum, &c. repellitur volens petere ipsum, cum liceat vnicuique iuri pro se introducto renunciare. vt l. Si quis in conscribendo. C. de pact. Aut quæritur an talis remissio teneat quòad iudicem. & dico quòd non: quia quòd ad eum, libellus est principium & fundamētum sententiæ proferendæ, vt suprà dictum est. cum secūdum tenorem libelli sententia est formanda. vt l. Vt fundus. D. commu. div. Vnde opus erit parti suum libellum offerre iudici, & describi per notarium in actis, de quo potest aduersarius exinde copiam postulare per notarium sibi suis propriis expensis fieri. 12

Quid † ergo [a] si pars non remisit petitionem libelli, numquid actor *debit libellum* reo expēsis propriis ipsius rei, an verò expensis propriis ipsius actoris? Ioannes Andreas dicit, quòd est dandus reo expensis actoris vt notatur per eum in Clem. Sæpe contingit §. de verb. signifi. quæ opinio probatur per textum. in d. Auth. Offeratur. nam offerre est nō petenti dare. vt l. Iulianus. §. offerri. D. de actio. empt. & in l. fideicommissi. §. si rē. D. de leg. 3. quia igitur offert actor libellū, vt astringat reū inuitum in iudicio stare (vt l. Inter stipulātem. §. si Stichum. D. de verb. oblig.) merito nō debet reus grauari onere illius, vel expensis quas subit inuitus, licèt Cynus vbi suprà sentiat contrarium.

13 Quæro † vlterius, an ante libelli oblationem reus debeat citari? & de hoc sunt opiniones inter aliquos, vt refert Cynus vbi suprà. Credo de iure verius esse, quòd reus prius citari debeat, quàm libellus offeratur. per textū. d. Auth. Offeratur. cum ibi dicatur, quòd libellus offertur ei qui ad iudicū vocatur. ergo patet quòd reus esse debet in iudicio, quando offertur libellus. & hāc partē sequitur Glossa in c. Eccle sia sanctæ Mariæ. Ext. de cōstitutio. & probatur per c. Quoniam contra falsam. Ext. de probat. Verùm communis practica plurium se habet, quòd vel prius citetur reus ad accipiendum libellum, vel libellus ex parte iudicis mittatur reo ad domū quæ practica fundatur in c. significauit. Ext. de libel. obla.

14 Sextò † quæro, an reo sit dāda dilatio, & quanta ad respondendum libello? Dic quòd dari debet

a *Quid ergo.* Adde nota. Bal. in l. non ignorat. C. de fru & lit. expen. quod potest peti expensa instrumenti de iure Italico in libell. quando cum prius interpellatum. &c.

b *citari.* Nō quod vbi ex forma statuti debeat citari per diem ante, vt in casu nouo non valeret petitio, si citaretur eo die facit l. de vno quoque. D. de test. in capitulo inter quatuor extra de mat. & vbe lea que. C. quomodo & quando iu. Contra videtur facere not. per Bartol. in l. Iouia. D. de act. & ibi, an quia forma statuti nō est seruanda in feudis, sed Bald. primum & dum tenet. & nota in c. de milit. vas. qui contu. & quod forma statuti ad vnguem sit obseruanda tenet Bal. in repertorio super Iano. verbi. contumax. Adde quod melius scribitur per Angel. consil. 216. vbi concludit quòd citatio est nulla, cùm non seruatur forma tradita à statuto.

terminus 20. dierũ, per dictã Auth. Offeratur. qui quidem terminus an possit de iure per iudicem abbreuiari, fuit opinio & contentio inter Doctores, vt refert Cynus &. Iacobus Butrigarius in d.Auth. Offeratur. Verùm tamen generalis consuetudo probauit, quod talis terminus possit per iudicem abbreuiari. Ita etiam videtur confirmare [illegible] authoritate l. 2. & ibi notati. D. de re iudic.

Septimo q æritur de forma & tenore libelli. 15 Ad† quod respõdendum est, in hoc esse considerandum actionis qualitatem. Aut enim agitur actione vniuersali, vt puta vniuersali hæreditatis petitione: vel actione generali, vt negotiorũ gestorum, tutelæ &. in his casibus sufficit causam, & rem quæ petitur, vniuersaliter & generaliter exprimere. verbi gratia, Peto hæreditatẽ Sempronij, vel Peto vt reddas mihi rationem administrationis tutelæ, vel curæ, nec est necesse, cum peto hæreditatem, dicere causam, an ex testamento vel ab intestato ad me pertineat. sufficit enim, quòd hoc liquidetur in causæ processu. vt l. Si mater. in prin. D. de except. rei iudic. & per Glossam in l. 1. in prin. D. edẽdo. Aut agitur iudicio siue actione singulari, vt ex vendito, locato, vel cõmodato & tũc causa remota debet in libello exprimi. vt l. Et an eadem. §. actiones. & l. S. mater. D. de except. rei iudic. & l. Edicto. §. fin autem. C. de edict. diuin. Adria. tollen. Ac etiam res quę petitur, debet designari per loca, latera, & confinia, si sit res immobilis. vt l. forma. D. de cẽsib. notatur per Glossam in c. Significantibus. ext. de libel. obla. Si verò sit res mobilis, tunc debet demonstrari per numerum. & colorem. vt l. Si in rem. D. de rei vendit. de quo notatur per Glossam in d. l. 1. in princ. D. de eden & per Innocentium in c. Conquerente. in Glossa. fid. ext. de offic. ord.

16 Verùm† quia superius dictum est causam in libello exprimendam [a] quæritur quæ sit ista causa: cuius gratia sciendum est, quòd cuiuscunque actionis tam realis quàm personalis duplex est causa, scilicet proxima, & remota. Proxima autem causa in actione reali est dominium. vt l. In rem. in prin. D. de rei vendit. Remota autem est contractus. vt l. 3. §. ex pluribus. D. de acquir. possessio. In actione verò personali, proxima causa est obligatio. vt in l. Licet. §. ex obligatio. D. de procur. Remota autem est contractus. vt l. Consensu. & l. Actionum genera. §. actionum quædam. D. de actio. & obligat. & Instit. de oblig. quæ ex consens. §. 1. 17 Ad† propositum ergo est dicendum, quod siquidem agitur actione personali, sufficit exprimere causam proximam, secundùm quosdam. puta si dicatur in libello, Peto decem, ad quæ es mihi obligatus. Sed verius est dicendum non sufficere expressionem talis causæ, secundùm Cynum & alios Doctores. quia per expressionem simplicis causæ proximæ reus non redditur certus an cedat vel contendat, quod fieri debet. vt l. 1. in prin. D. de eden. Vnde requiritur expressio causæ remotæ, vt dicatur sic: Peto à te decem, ad quæ es mihi obligatus ex

a *Exprimendam.* Adde an quis teneatur causam exprimere, vide Alexandrũ consilio 121. in libello.

causa

cauſa mutui, vel depoſiti. Quam opinionem ſequitur Archidiaconus in c. Abbate ſanè. ext. de reg. iur. lib. VI. Si verò agitur actione reali pro domino, vel quaſi, tunc ſecundùm omnes ſufficit exprimere cauſam proximam, hoc modo: Peto talem rem, quæ mea eſt iure dominij, vel quaſi. per hoc enim reus certus efficitur, an cedat vel contendat, cùm res non poſſit eſſe plurium in ſolidum. vt l. Si vt certo. §. ſi duobus vehiculum. D. commo. & l. Pomponius. §. ſed & is. D. de procurat. nec etiam vnius tantum, ex pluribus cauſis, ſed vna ſola. vt l. 3. §. ex pluribus. D. de acquir. poſſeſſione. Quid autem iuris ſit in aliis actionibus realibus quæ competunt ratione alterius iuris quàm dominij, dicam infrà, & tangitur per Bartolum in d. l. Et an eadem. §. actiones.

18 Octauo † quæritur, an proprium nomen actionis [a] exprimi debet in libello vt ſit neceſſe dicere, Ago contra te actione Depoſiti, vel Publiciana, vel Seruiana, & ſimilia? Dic quòd aut cauſa quæ exprimitur in libello eſt apta producere vnam ſolam actionem: & tunc ſufficit eã exprimere, & nomen actionis tacere. verbi gratia dico, Domine iudex Titio commodauì librum talem, quem peto condemnari ad reſtitutionem. non enim eſt neceſſe exprimere ego actione Commodati, & idem in ſimilibus. Aut cauſa propoſita eſt apta producere plures actiones, vt patet in exemplo de colono, qui arbores ſuas cidit. vt l. in Duobus. §. colonus. D. de iureiur. & D. arbor. fur. cæſ. l. 1. & l. pen. Quo caſu dantur tres actiones, videlicet ex locato, & legis Aquiliæ & ex lege XII. tabularum vt ibi habetur. & debet exprimi nomen actionis, quam intentare intendit, ne ſola expreſſio nudæ cauſæ reddat reum incertum ſuper qualitate actionis propoſitæ ſecundùm Cynum. Iacobum Butrigarium & alios Doctores vbi ſupra.

19 Nono † quæritur, an in omni cauſa [b] debeat offerri libellus? Dic breuiter quòd aut loquimur de cauſa principali, aut de cauſa appellationis. Primo caſu ſubdiſtingue, quia aut proceditur iure actionis, aut officio iudicis. Si iure actionis, aut cauſa ſui natura eſt plenaria, aut ſummaria: ſi quidem plenaria, tunc offertur libellus. vt in d. Auth. Offeratur. & in c. 1. Extra de lib. oblat. Aut cauſa eſt ſummaria, vel ex forma iuris communis, vel municipalis, aut reſcripti, qui caſus ponuntur per Gloſſam in l. 3. §. ibidem. D. ad exhib. & in Authentica de exhib. rei. §. ſancimus igitur, & in dicta l. Nec quicquam. §. de plano. D. de offic. procon. & leg. & tunc non offertur libellus parti, ſed qualis qualis petitio offertur iudici inſcribenda apud acta, de qua petitione reus accipit copiam ſuis expenſis ſi vult. vt in Clem. ſæpe. de verborum ſignificatione ſuper qua iudex formabit ſuam ſententiam, vt in l. 2. C. de ſent. exper. reſp. & in Authent. Niſi bre-

a *Nomen actionis.* Adde an actio in libello exprimenda ſit. Oldradus conſilio 314.

b *Omni cauſa.* Adde Specul. in titul. de libell. concept. §. nunc videndum, per totum.

uiores ibi posita. Si verò agitur officio iudicis nec certatio deficiente, actioni proposit a, tunc in illo casu offertur libellus quia sufficit quòd semel super actione fiat oblatus, & nec intercurrat Glossa in l. 1. D. de inter. act. Aut agitur officio nobili, & tùc aut petit aliquid dari aut fieri à parte, aut à iudice tātum. Si à parte tùc est causa plenaria, & offertur libellus, vt l. Quòd si minor. §. est autem. D. de minor. & l. 1. §. fina. Aut causa est summaria, & qualis qualis petitio sufficit. vt dictum est per l. 1. §. cum patronus. D. de offic. præsid. & l. Si quis à liberis. §. meminisse. D. de lib. agno. & l. Si iudex. D. de his qui sunt sui vel alieni. Si autem petitur aliquid fieri à iudice simpliciter, vt puta decretum interponi super alienatione rei, super constitutione tutorum vel curatorum, vel actorum, & tunc libellus non offertur libellus, nec petitio scripta est necessaria, vt d. l. Nec quicquam §. vbi decretum. D. de offic. procon. & in l. Omnia. D. de regul. iur. Secundo casu principali cum loquimur de causa appellationis, dic in illis casibus, in quib⁹ est in causa principali necessarius libell⁹, in illis est necessarius in causa appellationis[2] illas non: quia causa appellationis assimilatur tibi in ea causæ principalis, vt illis modis regulentur, vt in Auth. vt cū de appel. cognoscim. prin. collat. 8. & de quo nugit Speculator in tit. de appellat. §. dicendum restat. & Innocentius. in c. Cum contingit. de offic. delegat. & Bartolus in l. 1. in fi. D. de appell. His igitur omnibus præmissis de conclusis & transcursis, accedamus ad textum libelli præsentis, qui se habet in hunc modum.

SVMMA.

1 *Libellus quicunque continere debet in narratione, nomen iudicis, actoris, rei causam ex qua agitur, & rem vel quantitatem quæ petitur. Postremò sequi debet conclusio.*

GLOSSA II.

CORAM *vobis domino potestate.* 1 Libellus † iste continet duas partes principales, in quarum prima præmittitur facti narratio, in secunda subijcitur narrationis conclusio. Secundò ibi, *Quare petit*, &c. Prima pars continet quinque, prout continere debet quilibet istorum libellus, videlicet nomen iudicis proprium, vel appellationum coram quo libellus offertur. Secundò, nomen actoris. Tertiò nomen rei, cōtra quē libellus producitur. Quartò, causam ex qua agitur. Quintò rem vel quantitatem quæ postulatur, de quibus notatur per Glossam in c. Si contra vnum. Ext. de offic. deleg. lib. vi. & l. 1. in princ. D. de eden. & l. edict. C. de eden. & in dicta Auth. offeratur.

SVMMAE.

1 *Iudicis & eius vicarii idem est tribunal, sintque ambo iudices ordinarij: nec ab vno ad alium appellatur.*

2 *Cum plures iudices ordinarij cæperint de vna causa cognoscere simul desinunt imperium habere, & vnus solus cæperit cognoscere, solus definire poterit.*

3 *Dele gatus in necessitatem causarū æquiparantur ordinario.*

4 *Delegati ad certas causas non pos-*

2 *In causa appellationis.* adde de hoc dicendum vt per Rom. singul. suis fol. 22. supra deleg. in apostilla an libellus possit remitti.

sunt

sint vnus sine alio procedere, nisi sine delegati cum clausula conditionali vel alternativa.

5 *Cùm ex pluribus iudicibus vnus iurat de causa sibi non licere, cæterorum sententia valebit, nisi cùm vnus tantum supererit.*

6 *Si sententiæ diuersæ latæ sint à pluribus ordinariis prævalet ea quæ pro libertate, vel pro reo.*

7 *Si diuersæ sententiæ latæ sint pluribus ad vnam causam delegatis, prævalet ea quam ordinarius confirmauit.*

8 *Tribus delegatis ad vnam causam, si duo sententiam dixerint, tertio absente, non valet, nisi cum clausula sint delegati, vt duo absente tertio procedere possint.*

GLOSSA II.

NEc *non Vicario.* Vicarius [a] appellatur vices gerês ipsius Potestatis, vt l.1.C.de offic.eius qui vices alterius gerit.& in c.1.& 2.ext.de offic. vic. 1 Et † censetur idem esse tribunal. & auditorium vtriusque. adeò q̃d à sententia lata ab vno non appellatur ad alium [b] vt in c.1.ext.de const.lib.vi.& notatur. per Glossum in c.Si contra vnũ in fi. ext.de offi.deleg.lib.vi Sùntq; ambo iudices ordinarij: vt in dicitur [b].

Pro cuius declaratione q̃æro, si Potestas solus vel Vicarius solus velit in causa ista procedere & sententiam ferre an possit sine altero? Ad solutionem huius quæstionis sic est latius considerandum, & distinguẽdum: Aut ipsi iudices coram quibus simul est libellus oblatus sunt omnes iudices ordinarii, aut sunt omnes iudices delegati. 2 Si † sunt omnes iudices ordinarij, vt isti de quibus hîc dicitur, tunc aut omnes cœperũt de causa cognoscere simul, aut vnus solus. Si quidem omnes, tunc ex eis vnus solus poterit in ipsa causa procedere, & sententias interlocutorias ferre: diffinitiuè autẽ pronunciare non poterit [c] solus. vt l.Pomponius. alias incipit Si vni.D. de re iudic.& ibi notatis per Glossã & Bartolum. Si verò vnus solus cœpit cognoscere, tunc omnia facere poterit, & sententiam diffinitiuam solus proferre, quia iurisdictio est insolidum in omnibus. vt l.1. D. de offic.consul. & occupãtis melior est conditio.vt in c. Cum plures ext.de offic. delega. lib. vi. notatis in d.l. Pomponius.

Secundo casu principali quando omnes sunt delegati, subdistingue. quia aut ad vniuersitatem causarũ, aut ad certas speciales causas. 3 Si quidem † sunt delegati ad vniuersitatem causarum, tũc dic per omnia in eis, sicut dictum est suprà in pluribus ordinariis, quia tales delegati æquiparantur ordinariis. vt D.de offic.eius cui mand. est iurisd. in prin. & ibi notata per Glossã. & l. à diuo pio. in prin. D.de re iudic.& per Bar. in d.l.Pomponius.& per Glossam & docto. in c. prudentiam, de offic. deleg. 4 Vbi autem † sunt delegati ad certas speciales causas, tunc subdistingue. quia aut sunt delegati omnes purè, simpliciter, & sine

a *Vicarius.* Adde quot sint genera vicariorum, & de eorum potestate videndum per Fed.de cen. eius consil. antepe.

b *Non appellatur ad alium.* Adde de hoc videndum per Cal.consi.2.de appel.

c *Non poterit.* Adde Rom. consil. 62. per dominos de Roc. decis. 255. in nouis. de arb.

clausula. & tunc vnus non potest sine alio procedere[a], nec sententiam diffinitiuam proferre sine alio: vt in dic. prudentiam & in l. duo ex tribus D. de re iud. & quod notatur in dicta. l. Pomponius eo. tit. Aut sunt delegati cum clausula conditionali, videlicet quòd si omnes [b] interesse nequiuerint, tûc vnus, aut duo procedant, &c. & tunc aut constat de impedimento tertii, & tunc alter, aut alii poterunt in causa procedere: aut non constat de eius vel ipsorum impedimento, & tunc alter sine aliis vel alio non poterit in causa procedere. & habentur hæc in d. c. prudentiam. Aut sunt delegati cum clausula alternatiua, videlicet quòd vnus aut duo possint in causa procedere, & tunc occupantis melior est conditio: quia alternatiua contulit iurisdictionem, & eius exercitium cuilibet insolidum. vt in d. c. cùm plures, ext. de officio delegat. lib. 6. & tangit Bart. in d. l. Pomponius.

5 Sed circa † præmissa occurrit dubitatio, si sint plures iudices ordinarii, vel delegati ad vniuersitatem causarum, qui simul cœperint de quadam causa cognoscere, deinde tempore sententiæ vnus dicit sibi de causa non liquere, & hoc iurat. an cæteri poterût ferre diffinitiuam sententiam? Distingue, aut isti iudices sunt numero tres vel plures, aut duo tantùm. Primo casu tenebit sententia aliorum. Secundo casu non. vt l. Pomponius. D. de re iu. Et sit ratio: quia lex non tantùm confidit de sententia vnius solius, sicut de sententia plurium. vt in dic. prudentiam. pro quo facit d. l. Pomponius ibi plurium sententia, &c.

6 Denuo † quæro, quid si plures iudices simul cognouerunt de certa causa, & inter se diuersas [c] sententias diffinitiuas protulerunt, an omnes sententiæ, aut nulla, vel aliqua teneba? Distingue, aut isti iudices erant omnes ordinarii, vel delegati ad vniuersitatem causarum qui ordinariis æquiparantur & tunc si quidem sententia lata sit super statu personæ, valebit illa, quæ lata est pro libertate. Si verò sit lata super re alia, tunc valebit illa, quæ lata est pro reo. vt l. inter pares. D. de re iudic. 7 Aut † omnes erât delegati in certa causa speciali, & tûc valebit sententia illius, quam ordinarius confirmauerit. vt l. duo iudices. D. de re iudi. & in c. si ext. de re iud.

8 Item † quæro, pone causa delegata est tribus iudicibus, duo tantùm sententiam diffinitiuam in cõcordia protulerunt, alter verò nihil pronunciauit. an valet sententia duorum. [d] Distingue sic, aut talis sententia fuit lata tertio præsente, & valet: aut eo absente, & tunc aut causa fuerat commissa cum clausula, quòd duo ex eis possent tertio absente procedere. & tunc si lata fuit ipso monito & citato, valet, alias non: vt in d. c. prudentiam, de offic. dele. Aut causa fuerat commissa

a *Procedere.* Adde quod domini de Ro. de ..110. in nouis, de offi. delega. dicûs, quod citatus an vno, ex tribus collegis datis insolidum, non tenetur comparere coram eo qui non citauit nec tenet processi.

b *Quòd si omnes.* Adde videndum per dominos de Ro. de offic. delegat. in nouis decis. 166 & 214.

c *Diuersas.* Adde Paul. de Cast. consilio 23. in 1. impress.

d *Sententia duorum.* Adde Ioan. de Ana. consil. 50.

simplici-

simpliciter & sine clausula, & tunc non valet: vt in d. l. duo ex tribus. de re iudicata. & de his aliàs dicam.

SVMMÆ.

1 *Libellus est solennis scriptura: at qualis qualis petitio, est simplex facti narratio minus solennis.*

2 *Qualis qualis petitio non sufficit in causis magnis.*

GLOSSA IIII.

QVALIS] *Qualis a petitionis.* Quæritur hic quid sit ad effectum † libellus à quali petitione? Respondeo quòd libellus[b] est solennis scriptura, vt supra dictum est in eius diffinitiones: sed qualis qualis petitio est brevis facti narratio minus solenniter apud acta descripta, quæ solùm in causis modicis, vel summariis admittitur, vt in authentica nisi breviores. C. de sen. ex peti. recit. & in c. sæpe. ext. de verb. signific. & lege Friderici, quæ incipit Ad reprimendum. 2 Licet † ergo de consuetudine alia verba inseratur, tamen modicum operantur in causis magnis, & in quibus versatur plena causæ cognitio nisi fortè in negotiis, in quibus per partem renunciatum est petitioni libelli, vt fit quotidie in instrumentis obligationum, vt suprà dixi.

SVMMA.

1 *Legitimè comparere dicitur procurator, habens generale vel speciale mandatum domini, & defensor etiam sine mandato, cùm satisfat iudicatum solui.*

GLOSSA V.

LEGITIME *comparentem.* Sed quis † dicitur legitimè comparere alieno nomine? Respondeo, quilibet procurator, domini habens generale vel speciale mandatum. vt in leg. 1. C. de procurato. & l. 1. & l. non solùm. & l. sed & hæc in fine. cum l. sequenti. D. de procurato. & c. qui generaliter ext. de procurato. lib. VI. Item simplex defensor sine mandato, cum satisdatione tamen de iudicato soluendo. vt l. seruum quoque. § publicè. D. de procurato. & l. quæ proprio. § 1. eo. tit. & institut. de satisdationibus. §. si autem. Sed an contra procuratorem, vel defensorem, mitterur sententia executioni? Die vt infrà dicam Institu. de forma executionis sententiæ.

a *Qualis.* Not. differentiam inter libellum, & qualem qualem petitionem, & aduerte quòd verba generalia trahi debent ad iuris intellectum, vt disponant de iure, vnde si in libello fiat narratio, licet postea non concedat, tamen ex eo tenetur debet iuridica dispo. vnde si dicit dicere vendidi talem rem pro tanto precio, peto condemnari ad precium non oportet dicere act. ex empto, &c. de quibus vide aurea dicta Bal. & doct. in l. gallus. §. quidam rectè. D. de lib. & posthu. &c. ad de vnum verbum aureum, quòd sicut libellus ineptus in plenariis vitiat processum eodem modo in summariis qualis petitio inepta dictum est Per. de An. cons. 33. incip. in Citisti nomine per statutum, & ibi vide rationes, vide de hoc per Alexand. in l. vitium col. 8. in fin. D. si cert. pet. & per domi. Matra. Soci. in c. primo de libel. obl. Cur.

b *Libellus nec.* tamen vnum, quod contenta in libello quis videtur fateri, l. cum precium, & ibi glos. C. de libe. causa quæ dicit idem in libello supplicatorio.

SVMMAE.

1 *Rei vendicationis duo extrema, dominium agentis possessio rei.*

2 *Mentiens se possidere, tanquam possessor condemnatur.*

3 *Qui lite pendente dolo vel lata culpa desiit possidere tanquam possessor condemnatur.*

4 *Qui lite pendente desiit possidere, casu, vel levissima culpa, tenetur ad æstimationem, nisi fuisset bonæ fidei possessor.*

5 *Rei vendicatione agitur in simpliciter detinentem, donec nominarit eum cuius nomine possidet.*

6 *Sententia lata contra detinentem qui desiit possidere, mandatur executioni contra eius successorem, si reus possidere desiit post sententiam latam, vel si in erat de dominio.*

GLOSSA VI.

TENET [a] *& possidet.* Hoc enim est necesse, vt aduersarius teneat vel possideat. 1 Nam† rei vendicationis duo sunt substantialia extrema, scilicet dominium vel quasi ex parte agentis. vt l. in rem actio. in princ. D. de rei vend. & possessio vel detentio ex parte rei conuenti. vt l. officium. & l. is qui destinauit. D. de rei vendic. & in l. 2. C. de aliena. iudic. mu. causa facta. & ibi plenè per doct.

2 Quid† si ste conuentus tempore libelli oblati non tenebat nec possidebat, sed tamen asserit se tenere vel possidere, an tenebit processus contra eum? Videtur quòd non, quasi deficiat vnum ex extremis substantialibus. arg. l. 3. §. hoc autem à superiore. D. de itin. actúque priua. In contrarium est veritas. Vnde dicendum quòd tenet processus in odium mendacis & dolosi. & perinde condemnabitur, ac si verè teneret vel possideret. vt l. si is qui se obtulit. D. de rei vendic. cum distinctione tamen de qua ibi. & in l. fin autem. D. eodem tit. facit l. 4. in princip. D. de rei iud. 3 Sed† circa hoc quæritur, quid si reus conuentus desiit possidere lite pendente, an debebit absolui? Respondetur,

a *Tenet.* No. quod aliud est tenere, aliud possidere, quia tenere importat possessionem facti, possidere ciuilem & iuris possessionem, verbum habere potest referri ad vtrumque. l. sti. §. hi quoque, & ibi Barto. & doct. ff. de verb. obl. qui dicunt, quod eo ipso quod quis tenet, præsumitur de iure possidere. idem Inn. in c. cum olim de probat. vbi notat, & dicit ibi Bartolus, quòd non valet dictum testis, qui deponit super possessione ciuili, quia non cadit in eius actibus, &c. Sed quæro an ex possessione præsumatur dominium. Distingue, aut agitur principaliter de dominio, aut incidenter. Primo casu non secundo sic, ita Barto. l. penult. D. de cond. instit. quem refert Ro. Raph. Ful. in l. si à furio. D. si cert. pe. vide gloss. in l. ficut. §. si quæratur. D. si ferui vend. idem Ange. l. si Titio. D de pi. qui alleg. Bart. in l. apud Trebatium D. de aqua pluuiæ idem Ang. in l. fin. D. de pig. vide etiam Bal. in leg. pleres §. si ferrus D. ad l. Aquil. qui vult quòd ibi dominium deducitur incidenter, vel accessorie, sufficit probare possessionem cum tit. alleg. l. Titia. de solu. & d. §. si quæratur. & ibi Salutio cauetur quòd missus in possessionem lucretur fructus & per talem missionem possessio transfertur, Bald. in l. conuenientem C. quomodo & quando iud. &c. Adde an possidens ciuiliter teneatur libellum offerre naturaliter possidenti. Ful. consil. 250. Franc. de Are. consil. 21. & qualiter debeat deponere testis de possessione, dicetur loco tuo, & an ex possessi præsumatur dominium, vide Franc. de Are. consil. 154. Alexan. consil. 38. 3. lib. & consil. 10. 4. lib. 10.

aut de-

aut desiit[a] possidere dolo vel culpa lata, & tunc condemnabitur, ac si possideret. vt l. is qui dolo. & l. si culpa. D. de rei ven. aut culpa leuissima vel casu, & tunc debet absolui. vt d. l. in autem §. 1. D. de rei vēdic. l. ligni. §. si quis. D. ad exhibē. 4 kl † hoc ut fit bonæ fidei possessori, & iustam causam habuerit. Ingrediatur. enim tenetur ad restitutionē. & hæc probantur in l. item si vulneratus. in fin. cum l. seq. D. de rei vendica. & ibi plenè notatur per Glossam. & facit l. illud. cum similibus. D. de petitio. hæred.

5 Item † quæro, si agitur cōtra simpliciter detinentem, puta colonum, depositarium, vel commodatariū, (quod fieri potest. vt. d. l. officiū. D. de rei vēdicatio.) an potuerūt tales p̄sonę euitare iudiciū? Dic q̄ sic, nominando dominū[b] rei in iudicio. quo nominato, & eo suscipiente litem in se, tunc actor litem prosequetur contra ipsum dominum nominatum. vt hæc & alia probantur in l. 2. C. vbi in rem actio. & ibi per Cynum & doctores.

6 Postea † quæritur si lata sit sententia contra reum detinentem vel possidentē, vel si adhuc lis penderet, & desinat reus dolo possidere, an poterit fieri executio sententiæ, sine alio nouo processu in ipsum rei successorem? Dic quod aut iam lata erat sententia, aut lis pendebat. Primo casu poterit fieri executio contra hunc successorem absque alio processu. vt l. si superatus. §. fi. D. de pigno. & l. si mater. in §. fina. & l. iudicatæ rei. in fine. & l. si à te in fine. D. de excep. rei iudic. Secūdo casu subdistinguc, aut per talem litem res facta erat inalienabilis, vt quia agebatur causa de rei dominio, & hoc casu ius exequendi transit contra ipsum successorem. vt C. de litigio. l. 2. & l. fina. 2. respō. Aut res non erat effecta litigiosa, vt quia agebatur de iure pignoris, & tunc non transit ius exequendi sententiā postea latam in successorem, sed opus est nouo processu. vt in auth. de litigiosis. §. ad hoc. quæ est authentica posita super d. l. 2. de quo vide Cynū in l. 1. C. de alie. iudi. mu. causa facta. & Barto. in l. creditores. C. de pignoribus.

SVMMAS.

1 *Res immobilis debet describi per loca, latera, & confinia.*

2 *Debet designari qualitas fundi, vt si sit pratum, vinea, terra.*

a *Dolo desiit.* Adde quod voluit Oldra. consilio. 120. vbi vide quis probare debet, quod dolo desierit possidere.

b *Dominum.* Nota quod habens ius in re, potest nominare dominum in iudicio, Barto. & Bald. in lege secūda C. vbi in rem ac. Specu. tit. de primo decre. §. restituat vers. sed numquid, & ibi Io. And. & in ca. quoniam. §. in aliis, vt lic. non contesta. & qualiter debet fieri nunciatio dic. absenti, & an ipso veniente sit opus nouo libello, & an sententia lata contra ipsum non defendentem, licet alius defenderit, noceat & sufficiat si à tergo sibi nunciatum fuerit, vide vbi suprà & Barto. de rei ven. l. offic. & de acquiren. pos. l. peregrē. §. quibus an executio possit fieri contra successorem sine nouo processu, quando pendente lite est res alienata, vide etiam infrà in forma executionis sententiæ, in verbicu. sed quid dices si se opponens, &c. adde an simpliciter decidens teneatur dominum nominare. Dic quòd si non nominat, domino præiudicat, nisi aliter sit dominus certificatus, & quòd hoc solum habet locum in reali, in personali autem nominatio locum non habet, vt concludit Roma. decis. 76. incipien. vbi autem de causa possessorio. & propri. vide Specula. de actio. seu petit. §. 3. circa princ.

3 *Res mobilis designatur per quãtitatẽ, qualitatẽ, numerũ, põdus, colorẽ.*

4 *Petens partem tantum debet eam designare.*

5 *Confines fundi, probantur per testes & instrumenta.*

6 *Confines iurisdictionis probantur per expressas vel tacitas assertiones partium, per vulgi opinionem, per iudicium accolarum, per sententias iudicum vel arbitrorum, per perceptionem redditũum, per appositionem custodum, per exercitium iurisdictionis.*

7 *Si erretur in confinibus non vitiatur libellus, modo de corpore constet alia demonstratione.*

8 *Defectus confinium non vitiatur legatum vel venditio.*

9 *Si reus dubitet an rem teneat, actor eam demonstrare tenetur ad oculũ.*

10 *Si in venditione non sit expressum mensura genus, cuius loci mensura attendetur, an loci contractus, an eius in quo res sita est visitatio in regione.*

GLOSSA VII.

1 CVi cohæret ab vna parte. † Nota quòd res quæ petitur, si est immobilis debet designari per loca generalia,[a] & specialia, & per latera, & cohærentias saltem duo[b]. vt l. forma. D. de cenib. & l. si in rẽ in fi. D. de rei vendicatio. & notata Glossæ, in c. 2. ext. de libelli oblat. Sed nõ pucq; mẽsura vel numerus pertinarũ sit de necessitate exprimẽdus, vbi constat de cõfinibus. arg. l. patronus. §. 1. & 2. D. de legat. 3. 2 Debet † etiã designari qualitas rei, an sit pratũ. vinea, an terra culta. vt in d. l. si in rẽ in fi. D. de rei vẽdic. & l. si quis intra prouinciã. C. de bonis proscrip. 3 Vbi † autẽ res mobilis petitur, tunc debet exprimi eius quantitas & qualitas, pondus, & numerus, & color secundum naturã rei. vt d. l. si in rẽ in prin. & §. 1. exprimè facit. l. 1. §. si quis argẽtum. & §. stipulationes. D. depositi. & l. in actio. in principio. D. de furtis.

4 Sed † an agẽs debet exprimere in libello, an petat rẽ in totũ vel pro parte determinat etiã hoc Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. D. de operis noui. nuncia. quòd aut quis vult petere partem rei tantùm, & tunc debet hoc exprimere sic intelligatur Glossa in l. Põponius. §. si is.

a *Loca generalia*. Adde an sufficiat dicere, peto quicquid habes in tali loco, allega. consi. 184. lib. 2.

b *Confinia duo*. Adde videndum per Alexandrũ. consilio 73. vol. 3. & qualiter probantur confinia per Bald. consilio 153. & an per chartas, consi. 228. & an per literas antiquas, per eundem consil. 361. 1. libro. Et adde tu per quæ probentur confinia, vide vltra prædicta quæ ponit dic. Bartol. Soci. in consil. tuo, 861. col. prima, in fine & seq. & in consil. 79. in col. prima & secunda, & in col. fin. versi. præterea, ibi quod fines episcopatus probantur in antiquis per instrumenta, & in dictis locis quando sufficiat fama & communis opinio, & vide eundem in consil. 96. col. 7. versicu. præterea ex alio, & ibi per quos testes, & vide eundem in consil. 114. col. pen. versicu. nulla est, vbi quòd per instrumenta inter alios confecta non probantur fines iurisdictionis, & in col. fin. versicu. confirmatur ista conclusio, licèt probantur per coniecturas, tamen hoc non procedit quando non constaret de iustitia potestatis illius contra quem ageretur. Adde tamen quòd illud præsumitur esse illius factum, cuius commodum est Bart. in l. cùm seruus. D. de contrahen. emp. & Barto. & Alexand. in l. demonstratio. falsa. D. de condi. & demonstra. Alexan. in consil. 14. in 3. volu. & Soci. in consilio 3. col. 2. circa medium, duplici. in consilio 166. & in consilio 127. & in consilio 161. & in consilio 181. col. 2. post med. versiculo circa secundum. & de probatione finium, vide per Alexand. in consil. 14. vol.

D. de

D. de procurat. aut vult petere totam ipsam rem. & tunc sufficit simpliciter rem petere. & ita procedit Glossa in l. si in rem. D. de rei vendic.

5 Sed † qualiter probabuntur confines vel cohærentiæ? Dic per testes, vel per instrumenta. vt notatur per Glossam & doctores in l. cùm aliquis. C. de iu. deliberan. l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipulat. & in l. prædns. §. Titio. D. de legat. 3. & etiam aliis modis. vt pulchrè notatur per Glossa & per docto. in c. cum olim. ext. de centib. & c. cum causam. ext. de probatio. Verumtamen, secundum Bald. in quodam consilio suo, sciendum est quòd interdum loca territorium seu confinium sunt euidenter & notorie discreta, quòd quidem contingit variis modis, aliquando scilicet per vias regales, & quandoque per montes vel flumina, quandoque per lapides, vel signa alia multum apparentia, quibus modis confinia communiter distingui consueuerunt. vt notant Gos. & Ioan. And. in d. c. cum causam, de proba.

6 Interdum † probantur fines iurisdictionis per expressas vel tacitas assertiones partium. vt habetur, & notatur per Glossam in d. l. optimam. & l. cum aliquis. Aliquando verò probantur per vulgi opinionem, & iudicium circumcolentium, qui præ cæteris in hac re idoniores sunt testes. vt l. 1. §. 1. D. de termin. iu. Aliquando verò probantur per sententiam iudicum vel arbitrorum. vt D. de arbitris, l. inter stellionem. & Instit. de offic. iudicis. §. fina. Aliquando verò per perceptionem redditum. vt Cod. finium regun. l. si quis super. Quandoque probantur per appositionem custodum. D. de fundo instru. l. si ita. §. mulier villæ custos. Item per exercitium iurisdictionis: vt notat. Innoc. in c. cùm ad sedem. de restitu. spo. & facit c. super quibusdam. de verbo. significatio.

7 Sed † quid dicet si erraretur in demonstratione finium, an vitiabitur libellus? dic quòd non, si tamen aliter constat de eo pore, vel per rei euidentiam, vel aliis modis. vt probatur in d. l. patronus. §. 1. & 2. D. de leg. 3. Hinc est quòd si certo nomine aut signo res demonstretur, non est necessaria expressio aliorum confinium. vt in l. cum seruo. in fine. D. de contrahen. emp.

8 Postea † circa hoc quæro, quid dicendum est in contractibus & in vltimis voluntatibus, puta in legatis, si dictum sit, vendo vel lego omnes possessiones quas habeo in tali loco vel villa, nec aliter de finibus vel cohærentiis expressum sit, an vitietur legatum seu venditio? Dic quòd non. [a] vt l. vxor. §. legauerat. D. de legat. 3.

9 Sed † quid, si reus dicit dubito super re quæ petitur, an illa teneam vel possideam, faciatis quòd actor ostendat mihi ad oculum illã rem, an teneatur actor hoc facere? Dic quòd sic. vt in c. significauit. ext. de libel. ob. & notat Bartolus in l. 1. in in prin. D. de eden.

10 Denuo † quæro de quadam quæstione de facto occurrente: Ecce Titius vêdidit simpliciter perticã terræ situatæ alibi quã in loco cõtractus. cõtentio oritur inter emptorẽ,

a Dic quòd non. Adde, & vide de Alexan. in Lloeus. D. de acqui. re. do. Cur.

& venditorem super quãtitate mensuræ, cum ita sit, quòd alia sit mensura [a] loci vbi res sita est, & alia loci contractus, quæ ergo mensura attenditur? Videtur quòd attendi debeat mensura, quæ seruatur in loco contractus. vt l. si fundus. D. de euictio. & in l. semper in stipulationibus. D. de regu. iuris. Alij dicunt inspici debere locum illum, in quo vigeat mensura vtilior pro emptore. arg. l. veterib. s. D. de pact. Alij dicunt obseruari debere illam mensuram, quæ sit communior & generalior in vniuersa regione. & sic intelligunt. l. Imperator. D. de contrahen. emptio. & quod habetur in l. arbitrio. §. de eo. D. de dolo.

Sequitur in litera.

SVMMAE.

2 *Verbum pertinere ius dominij & pignoris complectitur.*

2 *Ius dominij & pignoris eadem actione persequi non possumus.*

GLOSSA VIII.

SPectat & pertinet. [b] Per hęc verba † videtur actori in iudicium omne ius suũ deduxisse, tã ius dominij quã pignoris, propter eorũ generale significatum. vt l. verbũ Pertinere. D. de verbor. signifi. quòd sequitur Glossa in c. inter dilectos ext. de fide instrum. super verbo Pertinere. & in l. si quis intentione ambigua. D. de iud. & Innoc. in c. cum ecclesia sutrina. ext. de causa possess. & proprie. 2 Tamen † non posset vtrunque ius prosequi, quia ius dominij, & ius pignoris in eadem re non cucurrerunt. vt in l. neque pignus. D. de regul. iur. & l. ex testante. §. Latinus. D. de excep. rei iud. sed debet eligere iuxta notata in l. quod in hæredem. §. eligere. D. de tributor. & per Dynum in regula Nullus pluribus. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Si res petat causa exprimi, actor tenetur.*

2 *Dominium. (nemo.)*

3 *Dominium non cadit proprie in rem incorporalem.*

4 *Dominij res species, directum, vtile, & quasi dominium.*

5 *Vtile duplex, oppositum directo, & contrarium.*

6 *Dominium aliud proprium, aliud improprium. Improprium dicitur quasi dominium. Proprium duplex est, directum, vtile.*

7 *Quasi Dominium acquiritur per traditionem à nõ domino factam, ex iusto titulo.*

8 *Vtile dominium oppositum directo præscriptione acquiritur. Concurrens vero cum directo, traditione à domino directo facta, per successionem, & per præscriptionem.*

9 *Directum dominium a quibus 15 modis iure gentium introductis, & ad quos modis a iure ciuili additis.*

10 *Quinque præcipui modi iure gentium inducti occupatio, thesauri inuenti, alluuio, captura in bello, & traditio.*

11 *Quomodo thesaurus inuentus applicandus quandoque inuentori,*

a *Mensura loci*, quòd locus contractus debeat semper attendi. Adde secus esse in matrimoniis, vbi seruantur statuta domicilij viri. l. exigere, & quæ ibi notantur per Ang. & Mo. D. de iudi. Cur.

b *Spectat & pertinet*, adde quid si dicat spectasse & pertinuisse, an libellus procedat d. de Ro. deci. 3. incipit. si in libello. in nouis dicunt quòd sic, quia sufficit hoc illum præsumptiuè concludere, & ibidem respondet ad contraria.

quandoque

quandoque domino fundi in quo reperta est, & quandoque fisco, multiplex distinctio.

22 Alluuione quæritur dominium si incrementum sit latens, non si sit patens.

23 Hostes sunt quibus Po. Romanus, Imperator, Papa, bellum indixerunt, vel quitpsis.

24 Capti in bello inter inferiores principes non fiunt serui. Nec res captæ fiunt capientium de iure, sed de consuetudine.

25 Casus in quibus inferior potest bellum indicere sine licentia Imperatoris, vel Papæ pro defensione suæ personæ & rerum suarum pro recuperatione rerum suarum inconsumti, vel etiam ex intervallo cum deest iudex ad quem recurratur. Pro exercitio propriæ iurisdictionis pro denegata iustitia.

26 Pro denegata iustitia Represaliæ conceduntur.

27 Derogari dicitur iustitiæ, cum index rei, cum literis requisitoriis iudicis actoris, & cum libello aditus, audientiam actori denegat, sine causa legitima.

28 Nō dicitur iustitia denegata quando iniustè pronunciatum est.

29 Cum sententia iniusta per appellationem confirmata est, represaliæ possunt concedi, si sententia lata est per grauamen partis, vel per gratiam magistratus.

30 Principi soli conceditur Represalias.

31 Soluenti succurritur contra debitorem, nisi sit iudex qui denegauit iustitiam, in quem Represaliæ sunt obtentæ & exactæ.

32 Traditione rei transfertur dominium, cum causa legitima subest, & res alienari potest, & tradens habet domandi facultatem.

33 Maritus rem dotalem uxoris, tutor rem pupilli, prælatus rem ecclesiæ, seruus rem domini, filius rem patris, alienare non possunt.

34 Solus titulus, sine rei traditione, non transfert dominium. sallit in legato, in hærede, in ecclesia. &c.

35 Res tradita dicitur introductione in corporalem possessionem. 2. patientia domini. 3. clausura traditione. 4. positione custodum ad rem. 5. aspectu rei. 6. clausula constituti. 7. traditione instrumenti præcedentis acquisitionis. 8. retentione vsus-fructus.

36 Castri apprehensione acquiritur possessio territorij, & partis fundi apprehensione possessio totius fundi. At pluribus fundis simul venditis vnius apprehensione non acquiritur possessio cæterorum.

37 Traditione fundi dominium acquiritur, licèt res ab alio sit possessa. Sed talis traditio non valet ad præscriptionem inducendam, vel publicianā intentādam.

38 Dominium acquiritur per plantationem vel ædificationem.

39 Causa dominij inducit vendicationem, quasi dominij publicianam.

40 Dominium & quasi dominiū possunt simul proponi in eodem libello, sed disiunctim, non coniunctim.

41 Dominiū simpliciter dictū fieri potest & ad directum & ad vtile.

42 Cū vterque actor ex rebus probāt quasi dominiū, quis obtinere debeat.

43 Actor nō potest eodem libello proponere, si quis dominium & quasi.

44 Vtilis de dominio poterit tamen agere de quasi dominio.

45 Si actor articulos ponat de dominio, & probet tantùm de quasi dominio, causa cadit.

C 3

36 *Libellus in quo nulla causa exprimitur, sed generaliter concipitur, nihilominus valet sed rem potest petere causam proximam exprimi: at non specialem dominij titulum.*

37 *In actione personali vtraque causa exprimi debet, proxima & remota. Idem in reali pro quasi dominio & in seruiana, hypothecaria, negatoria & confessoria personalis in rem scripta. At pro dominio sufficit expressio causæ proximæ, vt in rei venditione, & petitione hæreditatis.*

38 *Verba* pleno iure, *denotant ius dominij.*

39 *Ius superueniens pendente lite in actione reali includitur in generali petitione. Secus in actione personali.*

40 *Quinque modi acquirendi dominij iure ciuili introducti, per successionem, arrogationem, religionis ingressum, vsucapionem, & sententiam iudicis.*

41 *Iure ciuili introducta est successio ex testamento: at ab intestato iure gentium.*

42 *Possessio non acquiritur per successionem sed opus est apprehensione corporali.*

43 *Adoptio & arrogatio quid, & quomodo differant.*

44 *Quilibet non potest arrogare vel adoptare, nec arrogari vel adoptari: sed opus est causæ cognitione. nec fit arrogatio, nisi solius principis authoritate.*

45 *Bona arrogati hodie acquiruntur patri arrogatori quoad vsumfructum tantum. In adoptantis autem potestatem nec bona nec persona adoptati transeunt.*

46 *Bona ingredientis religionem acquiruntur monasterio, quãdo ingressus fit solemniter.*

47 *Habitus non facit monachum, sed professio.*

48 *Forma professionis monachatus.*

49 *Per ingressum religionis dominium acquiritur Monasterio ipso iure, sine traditione. at non quasi dominium.*

50 *Per professionem & dedicationem acquiritur etiam possessio ecclesiæ, sine apprehensione. At non per donationem, venditionem, vel alium titulum.*

51 *In ecclesijs in quibus quis potest habere proprium in singulari, bona eius non acquiruntur ecclesiæ per ingressum.*

52 *Bonorum retentio est contra substãtiam monachatus.*

53 *Retentio bonorum posita in conditione, ingressus vitiat ingressum. Idem si posita sit in conuentione incontinenti cum ipso ingressu. Secus si ex interuallo, quia tenet ingressus & retentio vitiatur.*

54 *Ingressu reuocato per vxorem virum repetentem bona dedicata restituuntur, si vir ignorabat ingressum non tenere. vel si sciebat, & bona sua dedicauit sub conditione, si ingressus teneret. secus si dedicauit pure & simpliciter.*

55 *Conuersi vxorem retinẽtes non sunt religiosi, sed tamen eximuntur à iurisdictione seculari.*

56 *Priuilegia à stultis Imperatoribus ecclesijs concessa conseruant statũ laicorum & Imperij.*

57 *Ecclesia tenetur ad expensas murorum ciuitatis, & ad custodiam, & ad refectionem viarum & pontium.*

58 *Vsucapionis definitio.*

59 *Vsucapione quæritur dominium directum*

rectum, præscriptione verò longissimi temporis quæritur vtile.

80 *Per sententiam in actione realis non transfertur dominium, sed declaratur ad quem pertineat. At in actione personali transfertur.*

GLOSSA IX.

IVRE Dominii [a] vel quasi. Idem si dixerit rem ad se pertinere pleno iure, vt dicam infra versi. sextus modus circa fin. 1 Quid † si nullam causam expressit, sed simpliciter dixit rem ad se pertinere, an procedat libellus? Dic quòd licitamen si reus petat exprimi causam, tunc actor illam tenetur exprimere. aliter non protederet libellus. vt notatur in c. Abbate sanè. ext. de re iudic. lib. 6. & vide quod infrà dicam, verſic. nunc autem.

2 Hic † quærendum est de aliquibus, & primò quæritur quid sit dominium? Et secundùm doct. dic (vt refert Bart. in l. siquis vi. §. differentia. D. de acqui. poſſeſ.) quòd dominium est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. Declaratur diffinitio sic: dicitur enim in ea. *Ius*, quod ideo in ea ponitur, vt differentiam denotet à re ipsa, in quæ cadit ipsum ius. res namque de se facti est. quod probatur ex rubrica de acquiren. rerum dominio. & ad hoc facit l. & an eadem. §. actiones. D. de excep. rei iudic. 3 Subiungitur † subsequenter, *de re corporali*. quod positum est ad differentiam rei incorporalis, in qua non cadit propriè dominium. vt in l. 4. & ibi notatis. D. de vsufruct. Postea subinfertur, *perfectè disponendi*. vt l. in re mandata. C. mandati, & ad differentiam simplicis poſſeſſionis, quæ est ius insistendi rei. vt notatur in l. 1. in prin. D. de acq. poſſeſſione. Quod autè additur, *nisi à lege prohibeatur*, dictum est ideo propter res pupilli, & ecclesiæ; & quarundam aliarum personarum, quæ à iure alienari prohibentur, nisi certa intercedente solennitate. vt C. de prædiis minorum, per totum. & in authent. de nõ alienandis, per totum. & in auth. hoc ius porrectum. C. do sacrosanct. eccleſiis. & ext. de rebus eccleſiæ non alienandis, per totum. & D. de rebus eorum qui sub tut. vel cur. per totum.

4 Deinde † quæritur quotuplex est dominium? Dicũt quidam, quòd est vnum solum numero, & substantia, licèt ejus qualitates sint plures, vt videtur colligi ex rubrica. De acquiren. rerum domin. nam dicitur ibi dominio non in plurali, sed in singulari. ergo patet esse vnũ. In contrarium tenet Bartolus, & alii doctores (vt ipse notat, in d. l. siquis vi. §. differentia) videlicet quòd sit duplex in substantia, scilicet directũ. & vtile. Probatur hoc per l. poſſeſſores in fine. C. de fund. patrimo. libro 11. vbi dicitur, quòd empbyteuta est dominus: idem probatur

a *Iure dominij, vel quaſi.* Adde tu quòd licèt quis dicat rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi, quod non tamen sit, & ex narratis constet, quòd ex alia causa spectet, quòd libellus sustineatur & iudicium procedit, ita Per. de Anchar. in consilio 23. in fine, & facit, quia multiplicatio verborum non necessaria non mutat substantiam actus. Limitatur. D. de verb. verb. & l. pedicul. §. 1. D. de aur. & arg. leg. Francisci de Cur.

in l.1.& 2.C.de iure emphyt.& tamē constat quòd alius est dominus, scilicet ille,cui debet solum census, vel fictum, vt ib. sequitur ergo quòd sint domini diuersa specie dominij: nam eadem specie dominij nō potest esse quilibet eorum dominus. vt in l.3.§.ex contrario.D.de acqui. possess.l.Si vt certo. §. si duobus vehiculum. D. cōmo.la ad quod optimè facit,c.1.de inuestitu.de re aliena facta. in vsibus feudorum, & l.2. D. si ager vectigalis. Potest etiam adiici tertia species dominij,licèt sit impropria: vt est quasi dominium quod competit ei qui rem emit à non domino bona fide, nec eam vsucepit adhuc. vt habetur in l.1. D. de pub. in rē actio. 5 Vltra † quæritur, an vtile dominium, de quo suprà,sit vnum solum,sicut directū? Dic quòd est duplex. Vnum quippe est vtile dominium,quod est oppositum & aduersans suo directo.vt est exemplum in vtili domīnio quæsito in re immobili,ex longæua præscriptione.vt notatur in l.si quis emptionis.§.2.C.de præscriptio. 30. vel 40. annor. in authentic. nisi. C. de bonis mater.in l.Vsucapio. D. de vsucapio. Aliud verò est vtile dominium,quod est conforme & comparabile cum directo, cōcurrens cum eo, & exhibens illi reuerentiam tāquam suo superiori. cuius exemplū est in vtili domīnio,quod competit emphyteutæ,superficiario feudatario.& similibus.vt in d.l.2.C.de iure emphyt. cum similibus.

Nunc autem quæri potest, quibus modis dominium acquiratur [a]? Pro cuius solutione sufficeret remissionem facere ad leges & iura, quæ habentur D. de acquir. rerum domin. per totum titul. & l.fin. de rerum diuis.§.fi ig.lo.um, cum sequentib.s. Verūm tamen vt iuuenes faciliùs capiant explanabo. 6 Sciendum † est igitur, pro vt suprà præmissi. quòd duplex est dominiū, proprium scilicet, & improprium. Quo autem est proprium, subdiuiditur: nam quoddam est directū. & quoddam vtile. Improprium autē dicitur quasi dominiū. 7 Ideo † aduertendum est, quòd si quæratur, qualiter quasi domin.ū acquiratur, dicendum est quòd illud acquiritur ex traditione facta à non domino, ex aliquo iusto vel legitimo titulo vt l.1. cum seq. D. de publ.in rem act. & Inst.de actio.§. sed istæ & ibi notata. 8 Vtile † autē dominium qualiter acquiratur?respondeti potest,quòd si quæritur de dominio, quod est oppositum ipsi directo,tale dominium quæritur ex præscriptione.vt d.l. siquis emptionis.§.2.cum fin.suprà alleg. Si verò quæritur de dominio concurrente cum directo,& recognoscente directum,tunc tale vtile dominiū quæritur tripliciter. Vno modo traditione facta ab eo, qui est dominus directus,ex iusto titulo. vt d.l. 2.C. de iure emph.& d.c.1. le inuest.de re alie.fact.& l.1.D. si ager vect. per totam.& in c.1.quis dic dux.marchio cum fin. Secundo modo quæritur per successionem,vt in c.1. de grad. suc. in feu. 10. coll. Tertio modo quæritur per præscriptionem vt in c.finis per 30.annos si de feu. fuer. cōtrouer.colla.10.& notata per Cy. in l.competit. C. de præscrip 30. vel 40.ann.

a *Dominium acquiratur.* Adde Spec.in tit.de act.& pet.§.2.vers.vt autem.

9 Si

9 Si autē † quæratur de acquisitione directi dominii, tunc dicendum quòd directum dominiū quæritur certis modis à iure gentium introductis, & aliis modis per ius ciuile superadditis. De iure itaque gentium quæritur directum dominium 14. vel 15. modis, vt apertè colligitur Inst. de rer. diuis. §. singulorū, vsque ad fin. 10 Inter † quos sunt 5. qui sunt quòd ad præsens digni recitatione. Primus modus acquirendi est ille qui fit per occupationem rerum quæ in nullius priuati sunt bonis, sed esse possunt. vt in volatilibus cœli, & animalibus siluestribus, & piscibus fluminum: vt habetur Instit. de rer. d. §. singulorū. & D. de acq. re. do. l. 1. in fi. & l. 2. & 3. Secundus est modus, quem nec vidi nec audiui de facto contingere, videlicet per inuentionem thesauri. vt in §. thesauros, Inst. de rer. di. & in l. nunquam. § thesauros. D. de acq. re. do. 11 Circa † quod sic solet plenius per Glossam & doct. distingui. Aut thesaurus reperitur in loco priuato, aut in loco sacro, aut in loco fisci, vel in publico, vel ciuitatis. S quidem reperitur in loco priuato, subdistingue, aut reperitur in suo aut in alieno. si in suo proprio, tunc aut est inuentus arte magica, & sic opera illicita & reprobata, & tunc directum dominium efficitur fisci, non autem inuentorum. vt l. 1. C. de thesau. lib. 10. aut est inuentus casu fortuito, vel data ad hoc opera licita, & tunc efficitur in totum inuentorum. vt in §. thesauros. & in d. §. thesaurus. Aut reperitur in alieno, & tunc si quidem casu fortuito, dimidia pars efficitur inuentorum, alia verò dimidia efficitur domini loci, in quo inuētus est. si verò data ad hoc opera licita, tūc in totum efficitur domini loci, & hoc probatur in d. §. thesauros, & hoc siue ille esset dominus loci vtiliter, vt feudatarius & emphitheuta, siue directus. vt notatur in dicto §. thesaurus. Vbi autem thesaurus inuentus est in loco publico, vel fiscali, aut ciuitatis, tunc si quidem data ad hoc opera licita, efficitur in totum domini ipsius loci. si verò casu fortuito, tunc thesaurus diuiditur, & dimidia quæritur inuentori, alia quæritur fisco: vt c. 1. in fi. quæ sunt regalia. colla. 10. Sed si fuerit inuentus in loco sacro vel religioso, tunc si data est ad hoc opera licita, quæritur in totum domino loci. Si casu fortuito, licèt de hoc sint opiniones, tamen idem dicendum quod suprà, videlicet quòd dimidia sit inuentoris & alia fisci: vt in l. 3. §. fi. D de iur. fis. Sed quare non est presbyteri vel pontificis potiùs quàm fisci nō video. vnde fortè hodie per iura canonica pontifici applicaretur. arg. c. quæ in ecclesiarū. ext. de const. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. eo. ti.

12 Tertius † est principalis modus per alluuionem. vt Inst. de rer. diui. § præterea, & D. de acqui. re. do. l. adeò § 1. Est autē alluuio incrementum latens facto fluminis interueniens, vt dictis iuribus comprobatur. Vb. verò esset incrementum patens & apertum, vt puta si quodam impetu flumen agrum meum diuisisset in partes duas, vel si codē impetu ipsum agrum in formam insulæ redegerit, tunc non perditur dominium nec alii acquiritur. vt in d. §. præterea. & in §. quòd si aliqua parte. Insti. eo. ti. vel si cruſtram agri mei in alium agrum transtulerit, dū modo radices ibidem non emiserit,

non perditur dominium. vt in dictis iuribus. & in l. hoc amplius. §. alphenus. D. de dam. infec. & idem si opere manu facto ipsum flumen alueum mutauerit.

Quartus modus acquisitionis est, per res vel personæ apud hostes cõstitutæ captionem & apprehensionem. vt in §. item ea quæ insti. de rer. diuis. 13 Sunt autem † hostes illi quibus populus Romanus, vel Imperator, seu Papa bellum indixit, & econtra illi qui ipsis bellum faciunt & indicunt, siue sint Christiani, vel Saraceni, vt l. hostes. D. de cap. & postli. reuer. & l. quos nos. D. de ver. sign. Et ex hoc sequitur quòd omnia quę capiuntur in aliis bellis, aliter, & inter alios, non efficiuntur capientium. 14 Vnde † quæro quid si bellum fiat & indicatur inter alios inferiores principes vel dominos, pro vt fieri quotidie videmus, an illa quæ inuicem capiuntur, efficiantur capientium, & an homines capti efficiantur serui? Respondeo secundùm Innoc. quòd personæ captæ non efficiuntur seruæ. vt notatur per eum in c. olim causam. ext. de resti. spo. quam opinionem sequitur Bar. in d. l. hostes. Res autem captæ efficiuntur capientiũ de consuetudine, secũdùm Bart. vbi suprà, sed de iure non. per d. l. hostes. quod sequitur Innoc. in c. ficut. extrà. de iureiu. Imò, secundùm Inno. de iure hoc est, quod quilibet inferior imperatore vel papa, qui bellum fecerit iniustè, tenetur ad restitutionem omnium damnorum & rerum ablatarum in huiusmodi bello iniusto. arg. l. si cum exceptione. §. pedius. & §. in hac. D. quod me. causa. cũ similibus & ita notatur per eum in c. si ext. quod me. causa.

15 Sunt † tamẽ aliqui casus speciales, in quibus licitum est inferiori bellum indicere, sine imperatoris vel papæ licentia, videlicet pro defensione suæ propriæ personæ ac rerum suarum. vt habetur & notatur in l. vt vim. D. de iusti. & iur. & l. 1. C. vnde vi. Item pro recuperatione suarum rerum, dum tamen fiat incontinenti. vt in l. 3. §. cùm igitur. D. de vi & vi arm. & si fortasse non esset copia iudicis superioris, ad quẽ posset haberi recursus, adhuc liceret bellum indicere ex interuallo. vt l. nullus. C. de Iudæ. & l. si alius. § bellissimè. D. quod vi aut clàm. & l. ait prætor. §. si debitorem. D. Quæ in fraudem credit. Item pro exercitio iurisdictionis propriæ in sibi subiectos. l. qui restituere. D. de rei vend. & l. non est singulis. D. de reg. iu. & l. si quis miles. D. ne vis fiat ei. quos casus notat Inno. in. d. c. ficut. & in c. olim causam. vbi vide. Item, secundùm eum, potest iustè indici bellum [a] contra dominum vel superiorem, qui denegat iustitiam facere de homine suo, qui iniuriã aut damnũ intulit homini meo. vt multoties fieri videmus per Marchionẽ Montisferrati, Comitem Sabaudiæ, & principem Achaiæ, & etiam capere de ipsius hominibus, vsque ad integram satisfactionem iniuriæ, & damni dati. vt notatur in c. dilectus.

a *Bellum.* No. secundùm Bartolum in l. hostes. D. de capt. & Postlim. reuer. quòd bona, quæ capiuntur in bello, etiam iniusto, efficiuntur capientium de consuetudi- & . Adde quis possit indicere bellum, Oldr. cons. 90. per d. Cat. cons. 29. an præ- ossim bellum indicere per Cal. cons. 1. vbi latissimè quis possit bellum indice- as tunc in bello capta, Bernard.

ext. de

ent.de appell.cui opinioni multum refragari videtur l.1.C. vt nullus exigatur pro alien.debi.libr.11.& in Auth. vt non fiant pignor.§.1. & ibi notata per Iaco. de Bell. & C. ne filius pro patre,per totum. & C.ne vxor pro mari. per totum.

16 Sed aduerte † quòd in hoc conueniunt omnes, vt pro iustitia denegata possint concedi represaliæ,[a] quæ de iure ciuili appellantur pignorationes.vt notatur in d.titul. vt non fiant pignor. & habetur & notatur in c.1. de iureiur. lib.vi. & est textus aureus 23. quæsti. 2.c. dominus noster. 17 Dicitur † autem denegari iustitia,si agens potuerit libellum suum coram iudice rei, qui iudex ipsum admittere & audire recusauit sine causa legitima. Nec sufficit ipsi actori ire cum literis sui iudicis, ad iudicem rei, super iustitia obtinenda, sine libello modo debito ordinato.in quo multi erant secundùm Bartolum, vt plenè scripsit in suo tractatu Represaliarum. Sed cum talibus literis debet etiam ipsi iudici rei suum libellum dirigere, & in ipsa lite persistere modo debito. vt traditur in dicta Authent. off-ratur, cum similibus. alioquin non diceretur iustitia denegata. 18 Quid † ergo si libellum obtulit,& litem prosecutus est vsque ad sententiam inclusiuè, & iudex ipse reum absoluit, vbi condemnare debuit, an diceretur iustitia denegata? Videtur quòd non: quia ius & iustitia ministrari dicitur, etiam cùm per iudicem iniquè *discernitur & pronunciatur.vt l.penulti.* post princip. D. de iustitia, & iur.& probatur in l.1.§. in hoc inter dicto.D. de liber.ho. exhib. & in c cùm inter vos. in fine. ext. de re iudicat.& notata per Glossam in l.1.in prin.D.ad Turpillia. Bartol. verò in dicto tractatu distinguit, aut extat iudex appellationis, & tunc ad eum est habēdus recursus.vt in titulo de appellationibus, maximè in l.1.§.si quis in appellatione. D.de appel. Si autem nullus sit iudex appellationis. tunc pro represaliis poterit ad iudicem suum habere recursum. quod verum intellige, priùs eidem facta fide legitimè de iniustitia, & præcedente debito processu.secundùm eum. 19 Quid † autem dices,si lata sit sententia iniusta contra eum per iudicem rei conuenti, & actor appellauit semel & bis, per iudicem appellationis fuit prima iniusta sententia confirmata, an poterit actor pro represaliis ad suum iudicem habere recursum? Dicit idē Bartolus quòd aut est lata iniustè proprio motu iudicis, & tunc nullū est remedium: aut est lata per grauamen partis, & tunc sicut posset peti restitutio in integrum coram superiore (vt l. præfecti. D. de minor)ita represalię coram suo iudice. Aut est lata ob gratiam, vel inductionem præsidentis,& tunc ipsi tenentur ad interesse: ergo per consequens represaliæ erunt concedendæ. argument. in leg. nec quicquam. D. pro socio. 20 Nec † credas quòd quilibet officialis possit concedere represalias, imò solus superior omnium. puta princeps, vel Rex, aut Dux vel Marchio,illas concedere possunt, secundùm eundem Bartolum, in Authentica habita.

[a] *Represaliæ.* Adde Rom. consil.139. & Cal.vbi proximè,& dicit Rom. consil. 312 quòd præsumitur,quòd superior faciat iustitiam. Bernard.

21 Quomodo † autem succurratur illiquæ virtute repræsaliarum coactus est soluere[a]? Dicit Bartol. distinguendum, aut repræsaliæ sunt concessæ contra officiales, vel iudices, & exactio contra eum secuta, qui iniuria facere negauit, aut sunt concessæ generaliter contra quemlibet de ciuitate, & exactio contra alium de populo secuta. Primo casu subdistingue, aut iudex peccauit in faciendo iustitiam, puta iniquè pronunciando: aut peccauit simpliciter negligendo. Primo casu non succurritur contra principalem debitorem: vt notatur in l. si quis dolo. D. de re iudic. Secundo autem casu ubi succurritur. arg. in l. missi apparitores, in fine. C. de exact. trib. libro x. Vbi verò fuerit exactus alius de populo, tunc ei succurritur contra ipsum debitorem, secundùm Iacobum de Aretio. per l. 2. in fine. & ibi notata. D. de verb. obl. g. & D. de neg. gestis. l. nam & seruus. & D. naturæ caupo. ff. ab. l. licet. §. finali & D. de his qui defece. vel effu. de. l. si verò. in §. cùm autem. & si voluerit poterit petere iste priusquam soluat. vt sibi cedantur à creditore actiones, ad exemplum correi & fideiussoris, &c. per d.l. licet. in fin.

22 Quintus † modus acquisitionis est ille qui fit per rei traditionem factam ab eo qui rei dominus est. vt l. traditionibus. C. de pact. & l. traditio. D. de acquirend. rerum dom. & in § per traditionem. & in §. venditæ. Institut. de rerum diuisio. & hic modus quotidie est in vsu, ideoque notandus est. Igitur sciendum est quòd non omnis traditio transfert dominium, sed debet habere in se causam ad hoc dispositam. vt l. nunquam nuda. D. de acquirend. rerum dom. Debet etiam res esse talis naturæ, quæ subiici possit alterius dominio. nam si esset res sacra, vel religiosa, aut homo liber, non posset traditio dominium transferre. vt l. in tantùm. §. sacræ. D. de acquir. rerum dom. & Institut. de rerum diuis. §. sacræ. & l. liber. D. de contrahen. empt. cum simil. Item persona quæ tradit, debet esse talis naturæ, status, & conditionis, vt habeat ipsius rei liberam alienàdi facultatem. 23 Nam † maritus non potest fundi dotalis dominium in alium transferre: vt D. de fundo dotali. l. 1. & Institut. quibus alien. licet, in princ. Nec tutor rem pupilli[b], nisi cum magna solennitate. vt in l. magis puto. §. ne passim. D. de rebus eorum. & l. lex quæ tutores. C. de administrat. tuto. & Institut. quibus alien. licet. §. Nunc admonendi. Nec etiam prælatus rem ecclesiæ, sine magna solennitate. vt cx. de rebus eccle. non alienand. capitulo 1. & 2. & facit Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. Nec seruus vel filius, rem domini vel patris sui. vt l. si seruus. C. de pact. & l. quanto magis. D. de iureiuran. cum simil. ib. notatis.

24 Et aduerte † quòd notanter dictum est de traditione rei, quia

a *Coactus est soluere.* Vide Alex. consil. 147. in 1. colum. in 2. vt Bernar.

b *Rem pupilli.* Adde quòd nec decreto iudicis nullum transfertur dominium rei minoris: vt D. de re. eorum. l. primi, vers. manente, & l. magis puto. §. maneat, eo titulo,

solus

solus titulus [a] regulariter non trāsfert dominium, nisi sequatur traditio. vt l. si ager. D. de rei vend. & l. pen. C. de rei vendic. Fallit in legat. in quo transfertur dominium sine traditione. vt l. à Titio. D. de furt. & l. cum pater. §. fundo. D. de leg. 2. & l. fin. C. quando dies leg. ced. Item fallit in hærede. vt notatur in d.l. si ager. & habetur in d.l. cum hæredes. C. de acquir. poss. Et in ecclesia. vt l. fin. C. de sacrosanc. eccle. & in aliis certis casibus, de quibus aliàs loquemur.

25 Ad † declarationem autem eius quod de traditione rei dicem [b], est videndum quando & qualiter dicatur res esse tradita? Vbi respōdetur quòd pluribus modis, de quibus plenè notatur per Glossam & doctor. in l. 3. in princ. D. de acquir. poss. & in c. 1 de consuet. recti feud. colla. 10. Primo dicitur res tradita, si introducatur in corporalem possessionem, ambulando per ipsam. vt l. si me in vacuam. D. de acquir. poss. Secundò, si sciente & volente vel patiente domino rei, emptor ingressus sit per se ipsum in rem. vt l. 2. C. de acq. possessio. secus si eo inuito, quia tunc vim committeret. vt l. si ex stipulatu. D. de verb. obliga. Tertiò, si tradantur tibi claues [b] portæ domus, vel solarij, vel scrinij in quo res recondita est. vt l. claubus. D. de contrahend. emptio. Quartò, si emptor ponat custodem ad rem ipsam. vt l. quarundam. D. de acquir. possessio. Quintò, si res est in conspectu [c] & dicat tradens habeas tibi illam rem, vel similia. vt l. 1. §. si insserim. D. de acquir. possess. Sextò si alienans rem quam possidet, constituat eam ré precario nomine [d] emptoris possidere. vt l. quod meo. D. de acquir. possessio. & l. interdum. eo. tit. & in c. cùm venissent. in fine. ext. de restitut. spoliat. cum similib. Septimò si alienans tradat emptori instrumentum præcedentis acquisi-

a *Solus titulus.* Not. quod tibi processit titulus, & reperitur habens titul. possidere præsumitur vigore tituli præsumpti. glos. & docto. in l. quædam mulier. de rei vendit. & in l. a. C. de acquirē. poss. Et not. quod dominium etiam potest probari per indicia, Bartol. pulchrè in l. Celsus. D. de vsucapio. Bald. clarè, & Angel. sequitur in l. *indicia.* C. de rei vendic. vbi dicunt quòd non solùm per instrumentum, sed etiam per alia indicia potest probari dominium, vide infert. Bald. quòd si pater tenuerit rem aliquam & decesserit, & ego succedor possideo illam rem, ita quòd probatur possessio decem ann. mei & patris, probatur dominium etiam non apparente de titulo patris mei, amplius ibi Angel. quòd si habeo titulum, & reperior in possessione, quòd præsumitur possessio mihi tradita per titulum præcedentem: vt dict. leg. quædam mulier. & ideò ex hoc fatis indicat dominium, vt obtinere possint in rei vendi. dict. leg. quod ita per Bald. in 4 Q. facit quod not. ipse Bald. in rubric. extrà de præscriptis, in 4. col. & Bart. in dict. leg. celsus, maximè in verbic. pone pater tuus emit fundum, Et adde an quis præsumitur vigore tituli possidere, vbi præcessit titulus. Alexand. consi. 78 & qualiter probetur dominium per Rom. consil. 222. Alexandrum consil. 4. 2. lib. per Franciscum de Are. consilio. 149. Ber.

b *Tradantur.* Adde quòd si tradantur ab eo, qui non potest de re solus disponere, quòd possessio non transferatur vt per Oldr. consil. 209.

c *& dicat.* Adde an per illa verba. Dedit, Tradidit, præsumatur res fuisse in conspectu. Oldra. consil. 217. Rom. consil. 409. Ber.

d *Precario nomine.* Adde quando per constitutum transferatur possessio, vide Alexandrum cons. 31. 3. volumine, & consi. 28. 2. volumine, per Oldra. *consi. 128.* & de hoc plenè tam membranæ, & vide Mat. no. diuis fol. 30, & 31. Bern.

tionis ipsius rei.vt l.1.C. de donatio. Octauo si alienator retineat vsumfructum [a] rei alienatę.vt l.quisquis. C.de donatio.

26 Vlterius† quæritur,si aliquis vēdit castrum cum eius territorio, an per apprehēsionem castri videatur quæsita possessio territorii? Distingue tres casus pro omnium doctrina. Aliquando quis vendit castrum modo præfecto. Aliquando quis vēdit plures fundos separates, & sequitur apprehensio vnius,an vno apprehēso videatur quæsita possessio cæterorum? Aliquando quis vendit vnum fundum, & secuta est apprehensio partis,an videatur quæsita possessio cæterarum partium? Primo casu vbi quis castrum vēdit, dic quòd per apprehensionem castri quæritur possessio etiam territorii [b] eius.arg.in l.Caius.D.de legatis 2. & in l.Cinna. & in l.patronus. & in l. Titia testamento. D.de legat.3. Pro quo facit quod notat.Innocent.in c. mulieres. ext.de restitut. spoliat. & sequitur Bart. in d.l.2.& adde quod notat.Innocent.in c.dilectus. ext.de capell. monacho. & ipse Bartolus in l.1.in prin. & in § si quis.de aqua pluuia.arcen.Nam & si princeps donet castrum, videtur concessisse iurisdictionem contentam in castro. vt notat Bartol.& doctores in l.2.C. de bonis vacan. Secundo casu, cùm facta est alienatio plurium fundorū, tunc per apprehensionem vnius fundi non acquiritur possessio aliorum. vt notat Glossa in dicta l.3. in prin.Tertio autē casu,apprehēsione partis prædij inducitur acquisitio possessionis in toto.vt in d.l.3.in pr.

27 Vnde† quæro ad prædictorū declarationē, an ad hoc vt quæratur dominiū rei traditę sit necesse quòd tunc cùm tradebatur, fuerit vacua [c] possessio,aut à nullo alio occupata? Dic quòd non. vt l.si fundum. D.de fund.do. Licèt quò ad præscriptionē [d] inducendā,& publicianā intentandam, sit necessaria vacuæ possessionis traditio.vt notat.Iacob. Butrig. & Salyce.in l.2.C.de acquirē.possess. conuertūtur enim hæc inter se. vt l. eum qui.in prin.D.de publici.

28 Sextus † modus additur per quem dominiū quæritur, videlicet per plantationē vel ædificationē. vt in §. cùm in suo. Institut. de rerum diuis.& l.si quis sciens.C. de rei vendic. vnde versus : Quicquid plantatur,seritur vel ædificatur.Omne solo cedit, [e] radices si tamen egit.

29 Denuo† sciendū est, quòd ex verbis in præsēti libello positis,quibus dicitur,*iure dominii vel quasi*,demōstratur qualitas & effectia propositæ actionis,ad quem verbū *pertinet* hinc inferū referetur & restringitur, cùm tamē de se latiùs pateat. vt habetur in l verbū pertinere [f] D.de verbo.sign. Vnde ex ea parte qua dicitur *iure dominii*,intelligitur proponi, & in libello deduci directum domi-

a *Vsumfructum.* Adde Oldra.cons.117. suprà allegato,Bern.

b *Etiam territorii.* Adde latè vidēdū per Ro.cōs.444.& vide q̄ voluit Old.cōs.252.

c *Vacua.* Adde quot modis possessio dicit̄ posse vacua.Old.cons.311.

d *Ad præscriptionem.* Adde quòd ad præscriptionē facta possessio non sufficit gloss. quam Rom.dicit singularem,in c.fine possessio. de regul.iur.libro 6.Bern.not. quòd dominium quæritur,licèt possessio non sit vacua.vt l.si fundum.D.de donat.

e *Solo cedit.* Adde singulariter notandum, quòd hoc est de iure naturali gentium, vt hic dicitur,& per principem tolli non potest. & dicit Rom.in singulis suis, fol.11. alle.l.qui domum.D.ad l.Aquil.Ber.

f *Pertinere.* Adde Rom.consil.112.Bern.

nium,

nium, vel vtile, & per consequẽs rei vendicatio, quæ soli domino datur. vt l. in rem 10 prin. D. de rei vendit. Ex alia autem parte, quæ subiungitur, *vel quasi*, intelligitur proponi quasi dominium, & sic actio publiciana, quæ datur quasi domino. vt l. 1. D. de publicia. in rem actio. & Instit. de act. §. sed istæ. versic. aliæ autem. 30 Ex quibus † patet quòd dominium & quasi dominiũ possunt simul proponi [a] in eodẽ libello, in mẽdum agendi. Super quo licèt hactenus fuerit dubitatio, tamen hodie firmatum est. vt habetur & notatur in c. Abbate sanè. ext. de re iudicata. lib. VI. & per glos. & doctor. in d. §. sed istæ. & per Dyn. c. nullus pluribus. ext. de regulis iur. lib. VI. Et hoc verum si vtrunque proponitur d. iunctiuè: vt hic. secus autem, si copulatiuè proponatur, puta dico talem rem ad me pertinere iure dominii & quasi. tunc enim libellus non procederet tanquam contraria [b] manifestè in se continens. arg. in l. 1. C. de furt. & l. Vbi repugnantia. D. de regu. iur. quod clare tenet Ioan. Andr. & Archidiac. in dicto c. Abbate sanè. & in d. §. sed istæ. 31 Sed † pone q̃ actor solùm proponat ius dominii, simpliciter dicendo rem ad eum pertinere iure dominii, quæritur quale dominium videtur esse propositum, cùm, vt suprà dixi, duplex sit dominium, scilicet vtile & directum? Dicunt quidam quòd solum directum, quia dominiũ simpliciter prolatum refertur ad directum. vt l. fina. & ibi notata per gl. D. si ager vecti. In contrariũ quod etiam vtile [c] firmat gl. in d. §. sed istæ. & Bartolus & Cyn. in l. si mater. §. eandem. D. de except. rei iud. & hoc verius per illum §. & per textum in l. si possessori. §. item si iurauero. D. de iureiu.

32 Quid † autem si actor proponat ius quasi dominii, videlicet publicianã, & tam actor quàm reus probant de titulo proprio & traditione rei, quis obtinere debet, cùm vterque sit in pari causa? Distingue, vt habetur in textu & glossa in lege siue autem. §. si duobus D. de public.

33 Sed † vnum quæro, iste agens proponit d. iunctiuè simul, ius dominii vel quasi, an poterit vtrũque simul prosequi, & super vtroque probationes & capitula simul facere? Quædam glossa in d. §. sed istæ. tenet quòd non. & idem Arch. & Ioan. Andr. in d. c. Abbate sanè. & Barto in d. §. eandem quasi vtrumque prosequendo videatur sibi cõtrarius. 34 Quid † igitur si actor prosecutus est causam dominii tantũ, & feratur superinde sentẽtia absolutoria simpliciter, an obstabit exceptio rei iudicatæ si velit intẽtare & prosequi ius quasi dominii per se in alio iudicio? Videtur quòd sic: quia sentẽtia simpliciter lata, videtur referri ad omnes causas in libello cõtentas. vt notat gl. in l. hoc enim. in pr. D. de exceu. tut. Io cõtrariũ tenet Arch. & Ioan. And. in d. c. Abba. sanè. Idẽ sequitur glos. in d. §. sed istæ. & Bartol. in d. §. eandem Pro qua opinione facit tam. §. fera. D. de euictio. & est ratio, quia sententia debet referri, & restringi ad prosecuta. vt in l. licet. & ibi notata. C. de iud. & l. si de certa. & quod no-

a *Simul propon.* Adde Al. cõs. 57. 4. vo. & cõs. 21. vo. 1. & 207. 2. ver. Ber. b *Contraria.* Adde. Ang. cõs. 167. Ber. c *Etiã vtile.* Adde an statutũ faciens mẽtionẽ de dominio. comprehendat vtile. Frãc. de Are. cons. 29. Ber. d *Dicimus.* Adde videndum Spec. in tit. de actio. & peti. §. 2. vers. item. not. Ber.

catur in l.sub prętextu.C.de trāsact.

35 Ex † præmissis sequitur quòd si iste actor capitulariter, pro vt communiter fieri solet, quòd talem rem emit à tali, & quòd ipsam possedit spacio 30. vel 40. annorum, & non probet nisi possessionem triennalē, & titulum, & traditionem, quòd nihilominus reus debet absolui. Ratio est, quia talia capitula referuntur, & respectum habent ad dominium saltem vtile, & sic ad rei vendicationes. Vnde, quia ex forma processus apparet, quòd prosecutus est ius dominij, licèt probet de quasi dominio & sic in publiciana, tamen debet succūbere, & reus est absoluēdus, quia super vtroq; nō potest fieri prosecutio, vt dictū est, quod est notādū, quia multi decipiūtur [a] in hoc.

36 Nunc aurē † quæritur, quid si libellus sit conceptus generaliter, nulla causa expressa, vt Petat talem rem quam dico ad me pertinere, an procedat iste libellus? Videtur quòd non: quia verbum Pertinere latissimum est, & aptum referri ad omnē actionem tam personalem quàm realem, vt l. verbum Pertinere. D. de verb. significat. & generalitas parit obscuritatē. vt l. fideic. in prin. D. de iure fisc. vnde sequitur, quòd reus non redditur ex hac forma libelli certus, an cedat vel contendat, quod esse debet. vt l. 1. post prin. D. de edē. Tu dic quòd procedit talis libellus, & videtur actor deduxisse omne ius suū, vndecunque & qualitercunque sibi cōpetens. vt l. si mater. §. eandē. & l. & an eadē §. actiones. D. de except. rei judic. & hanc partem tenet Glossa. in l. 1. in prine. D. de eden. & videtur tex. in c. Abbate sanè. & ibi idē sequitur Io. And. Archid. & Spec. in tit. de causa poss. & propri. §. sequitur. Puto tamē quod reus possit petere ab actore causam proximam exprimi. nam verbum Pertinere potest habere relationem tam ad personalem actionem quàm ad realē, vt dictum est. Sed non posset petere exprimi specialem dominii titulū. vt notat. Gl. in d. l. si mater. vers. denique. quod etiam sequitur Gl. & Archid. in d. c. Abbate sanè. licèt reus petendo in actione realī titulū specialē exprimat, suum pedē percutiat cum digone, vt ait Bulgarus secundùm quod refert Cy. in l. edita. C. de eden. Et eodē modo admitteretur petitio generalis in actionibus personalib^s. vt si dicat peto à te decē. in quibus es mihi obligatus. l. fin. C. de anna. except. licèt reus possit petere specialē & remotā causam exprimi. vt not. in d. c. Abbate sanè. & in c. i. de lib. obl. & in iuribus suprà alleg.

37 Quæritur † ergo. si reus petat causam exprimi quę erit illa cā, quę erit necessariò exprimēda, cū suprà dixerim cuiuscunq; actionis duplicē esse causā, scilicet proximā & remotā? Dic latiùs q̄ suprà dixerim circa principiū huius libelli, quòd si quidē libellus offertur in actione personali, tūc vtraq; causa est exprimēda, scilicet proxima & remota, vel saltē remota: quoniā per eius expressionē infertur ad causam proximā. quod verū est vbi agitur contra cū qui contraxit, vel eius hæredē. arg. l. cōtensu. & l. obligamur. D. de act. & oblig. Secus si agatur contra aliū, quia tūc puto vtranque causā exprimendā. arg. l. fin. D. pro suo, cū sim. Si verò libel. offertur in actione realī, tūc cōsiderandū est, quia actio realis proponitur pro dominio vtili

a *Decipiuntur.* Adde videndum Spec. in tit. de actio. & peti. §. 2. vers. item, not. Bet.

vel

vel directo, aut pro quasi dominio, aut pro alio iure separato. Primo casu sufficit expressio causæ proximæ scilicet dominii, puta dicendo, Peto istam rem iure dominii. Secundo casu requiritur expressio causæ remotæ, videlicet tituli siue cõtractus, vt dicitur in actione personali, cùm eadem sit ratio. nam ex pluribus causis cõpetit publiciana, vt l.1. in fin. cum l. seq. ff. de publi. Tertio autẽ casu, verbi gratia si agitur Seruiana vel hypothecaria, quæ realis est, vt Inst.. de act. §. itẽ Seruiana. tunc exigitur expressio, causę remotæ, & sic idem est quod in actione personali, ex paritate rationis, quia pignus potest constitui ex pluribus causis. vt C. etiã ob chyro.pe.l.1. cum simil. Idẽ dico in cõfessoria & negatoria, quæ cõpetunt pro seruitute, eadem ratione. vt l.3. ff. de vsufru. & l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æstu. & l. in cõcedendo. ff. de aqua plu. arc. Quid autem dices de actione mixta, puta petitione hæreditatis? Dic idẽ quod in reali actione, quæ pro dominio cõpetit, vt *superius* dictũ est, cùm non possit quis esse hæres in solidum, nisi *ex vna causa*. vt l. si mater. & l. ex textante. D. de excepti. rei iu. In actione autem personali in rem scripta dicam idem quod in merè personali, per eandem rationem, quia ex pluribus causis deberi potest.

38 Sed quid † dices, si dicat actor in libello talem rem ad se pertinere pleno iure? [a] Dic quòd hæc verba *pleno iure*, denotant ius dominii in libello proponi. vt probatur *in l.* Titia. D. de au. & arg. l. si Titio. D. de vsufru. & l pater D. de serui. leg. & l. si tibi. D. quib. mo. vsusfr. amitt. & in c. querelam. ext. de elect. & l. generaliter, in fin. D. qui & à quib. ap. li. & c. cum inter. ext. de re iu. & ibi per Innocen. & ad le quod notatur in d. l. si mater. §. eandem. D. de excep. rei iudic. per Bartol.

39 Et nota † quòd si pendente iudicio in actione reali generaliter proposita superueniat *ius* actori, quod non competebat tempore libelli oblati, quòd procedet nihilominus iudicium. Et includetur [b] hoc tale ius sub ipsi generali petitione. vt in d.c. Abbate sanè. de quo iure superueniente iudicio pẽdente. notatur per gl. & doct. in l. non potest. D. de iud. & in d. §. actiones. In actione autem personali generaliter proposita superueniens noua causa seu nouũ ius, iudicio pẽdente, nõ claudetur in ipsa generali petitione: quia hæc actio personalis determinationẽ habet certi loci & temporis, quo celebratus fuit cõtractus, secundùm Bart. vbi suprà.

Tractauimus hucusq; certos casus, quibus dominiũ directũ quæritur de iure gentiũ, quibus ilã quæstionibus applicatis. 40 Nũc † autẽ cõnumerabimus certos alios casus, quib. directũ dominiũ quæritur iure ciuili, qui sũt quinq. videlic. per successionẽ, per arrogationẽ, per religionis ingressũ, per vsucapionẽ, & & per sententiã iudicis. Capio primũ modũ, qui per successionẽ induitur, qui duplex est. Nã vel quis succedit ex testamẽto, vel ab intesta. vt patet D. & C. de hæred. instit. per totũ & C. & D. de suis & leg. per totũ.

41 Aut † ergo quæritur de successione ex testam. & per hũc modũ quæritur dominiũ de iure ciuili,

a *Pleno iure.* Adde quòd importent hæc verba Franci. de Are. cõs. 156. Ro. cõs. 75. Oldra. 224. Bec. b *Includetur.* Adde quod al. eg. Oldr. cons. 198. Bec.

quia eius causa est à iure ciuili introducta, scilicet factio, & ordinatio testamenti. vt Instit. de testam. post prin. & in l. testamenti factio. D. de testa. Aut quæritur de successione ab intestato, & tunc puto quòd hic modus quærendi dominium fuerit à iure gentium introductus, iuxta illud: Si filius, ergo hæres. Ad quod facit quod habetur in §. sui. Instit. de hære. quæ ab intest. & D. de libe. & posth. l. in suis. & l. cum ratio in prin. D. de bo. dam. Vnde iste modus cõgruè potest adaptari cum aliis præcedentibus modis, quibus dictũ est dominium quæri de iure gentium. 42 Sed † licèt per successionem dominium quæratur, non tamen possessio quæritur, nisi corpore apprehendatur. [a] vt l. cùm hæredes. D. de acquir. poss. Nec huic repugnat quod de possessione dicitur in l. cũ miles. D. ex qui. eau. ma. quia ibi loquitur quò ad cõplendum vsucapionem iã cœptam, in quo casu fingitur possessio cõtinuari in hæredem. secus autem quò ad alia.

Secundus modus à iure ciuili introductus quærendi dominium directum est per arrogationẽ, vel adoptionẽ, de quo loquitur. Inst. de acqui. per arro. per totum. & in l. cum in adoptiuis. C. de adop. 43 Est autẽ † arrogatio vel adoptio actus quidam legitimus, per quem quis efficitur filius, qui secundũ naturam non erat, vt in dictis iuribus cõprobatur. Arrogatio autem fit de eo qui est sui iuris, sed adoptio fit de eo qui est in alterius potestate. vt in l. 1. & 2. D. de adopt. & in d. l. cũ in adoptiuis. cum similibus.

44 Non tamen † credas quòd quælibet persona possit sibi in filiũ aliquem arrogare, vel adoptare: nec quod quilibet possit adoptari, vel arrogari. Vnde de hoc vide, quod habetur in l. 1. in fi. & in l. si pater. §. fin. & l. nec ei permittitur. cum simi. D. de adopt. & quod no. Azo in sũma. C. de adoptio. Exigitur enim causæ cognitio hinc inde, maximè in authoritate præstandâ: nã arrogatio fit principis solius authoritate. vt l. 2. in prin. D. de adop. Adoptio verò fit authoritate cuiuscunque inferioris magistratus habentis merum & mixtum imperium. vt l. 1. C. de adop. facit Instit. de adoptio. in prin. & Insti. quibus modis. testa. infirm. in princ. Per quæ patet, qp multæ arrogationes & adoptiones, quę fiunt in Monte ferrato & Pedemõtio nullius sunt momenti, quia in eis non interuenit debita causæ cognitio, nec superioris authoritas. 45 Facta † autem arrogatione vel adoptione, trãsibant olim omnia eius bona pleno iure in patrem arrogatorem. vt. l. si pater. in prin. D. de adopt. hodie autem in filio arrogato transeunt quo ad vsumfructum tantùm, ad similitudinem filij naturalis. vt Insti. de acqui. per arro. post prin. In filio verò adoptato per extraneam personam nihil transit nec bona nec persona. vt d. l. cùm in adoptiuis. & in d. §. sed hodie. Inst. de adop. & quia iste modus multum non est in vsu, & rarissimè de facto cõtingere vidi, ideo nõ prosequor.

46 Tertius † est modus acquisi-

a *Corpore apprehendatur.* Adde quòd ideo vt plurimum in ciuitatibus sunt statuta, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem, de quorum vigore vide per Alex. consi. 83. 2. libro. per Bald. con. 114. Ber. Not. de ingressu monasterij. Not. casus, quibus directi dominium quæritur iure ciuili. Not. de arrogatione & adoptione.

tionis,

tionis, qui consumpsit & quotidie consumit statum laicorum, per ingressum religionis. vt in authen. ingressi. C. de sacrosā. eccl. & in authē. si qua mulier. eo. tit. & in authen. de mona. §. illud. Facit. c. fi. ext. de succes. ab intest. & in c. cū ad monasterium. ext. de sta. mo. 28. q. 2 c. qui ingredientis. & in c. si qua mulier, cum simi. Quod intelligo verum, quādo ingressus fit solenniter, cum proposito renunciandi seculo, & profitendo regulam [a] 47 Quia † non habitus sed ꝓfessio facit monachum. vt in d. c. porrectum. ext. de regula. & transeunt. ad religio. & in c. consuluit. ext. Ne cleri. vel mo. cum simi.

48 Forma † autem professionis. [b] est, vt cancellatis manibus in præsentia Abbatis, vel alterius monachi dicat. Profiteor me velle seruare regulam istam cotis temporibus vitæ meæ. vt in c. vidua. 20. q. 1. & deinde ponatur sibi vestis monachalis? vt notatur in d. c. porrectum. 49 Acquiritur † autem isto casu ecclesiæ, ipso iure, omnium bonorū plenum dominium, sine alia traditione, fauore ecclesiæ. vt l. fi. C. de sacrosan. & ecclesi. & in d. authent. ingressi. cū simi. Non idem est dicendū in quasi dominio pro quo datur publiciana, imò in eo requiritur traditio in Ecclesia sicut in priuato, vt tenet Speculator in titulo. de loca. versic. 67. quia lex scripta in dominio nō debet extēdi ad quasi dominiū. [c] arg. l. si verò. §. de vero. D. fol. mat. 50 Quid † autē dicem in possessiōe, an trāsibit i eccle siā sine apprehēsione? Glossa. in d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. tenet ꝙ non. Alibi Gl. sol. in d. c. cū qua mulier. 18. q. 3. tenet ꝙ sic. Tu autē ꝙ cōcordia distingue n. Aut res alienatur i eccle siā ꝙ dedicatiōe seu ꝓfessione, & tunc trāsit possessio [d] in ecclesiā sine traditione, vel apprehēsione. ita loquitur Gio. in d. c. fi qua mulier. Aut res alienatur alio titulo, puta donatione, vel vēditione, & tunc licēt trāsferat dominiū, tamē no trāsit possessio. & ita procedit Gl. l. fi. de sacrosā. eccle. 51 Præmissa † aūt quę dicta sunt, intellige vera de ingrediente religionē aliq. in qua non ꝑōt habere qs ꝓpriū in singularis, sed solū in cō mun, vt sūt regulariter monachi. Secus si ingrederetur ecclesiam, in qua posit habere ꝓpriū i cōmuni & i singulari, vt sūt illi canonici, & ꝓsbyteri seculares: qa tūc no trāsiret dominiū in ipsā ecclesiā, sed adhuc remaneret penes ingredientē. vt in l. sacro sāctas. & in auth. ꝓsbyteros. C. de episco. cleri. Et facit 12. q. 1. c. sūt manifesta. & 12. q. 4. c. 1. & ext. de pecul. cle. c. 1. & c. ingrēte. 52 Sed † qd si aliqs ingrediturs solēniter religionē monachalē, hoc pacto & cōuentione ꝙ eius bona nō acqrātur monasterio, sed sibi pleno iure remaneāt, qritur an ingressus vitietur, [e] seu sola retētio bonorū. an vtrūque? Et certē qtū ad bona pertinet, clarū est ꝙ nō valet bonorū retētio, sed vitiatur ōnino, qa est cōtra substātiā monachatus. vt in c. cùm ad monasteriū. ext. de sta. mo.

a *Professendo regulam.* Adde oportere quòd & regula sit approbata, & quòd professus stat in manibus habentis potestatem recipiendi professionē iuxta not. per Cal. consil. 13. & 27. & 16. de regu. per Lapum alle. 129. & Abbat. consil. 111. 2. vol Ber.

b *Forma professionis.* Adde quotuplex sit ꝓfessio, & qualiter fiat domi. Car. cōs. 21. Ber.

c *Quasi dominium.* Adde Are. consil. 29. Ber.

d *Transiuit possessio.* Adde Old consil. 167. Ber.

e *Vitietur.* Adde quæ posui in auth. ingressi. in apostil. ad Bart. in insp̄ref. de tortis, & quando monachus possit habere proprium, vide per Cal. consil. de regula. Ber.

53 Relinquitur† ergo ſola dubitatio circa perſonam, an ingreſſus ex hoc vitietur? Super quo variæ ſunt opiniones gloſſæ & doctorum, vt refert Cyn. & Iac. But. in d. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. & tangitur iſtud dubium in gloſſa d. Authen. ingreſſi. & in gl. l. per ſeruum. in fi. D. de vſu. & ha. & in c. fi. ex. de condi. app. & in c. inſinuante, ex. qui cle. vel vouen. & ibi Innoc. & Ioan. Andr. Concluſiuè autem ſic dicendum eſt: quòd aut ſit retentio bonorum in conditione quò ad ipſum ingreſſum: verbi gratia, Dedico me, ſi mihi liceat retinere bona mea: aut in ſola conuictione ſeu exceptione, vt puta, Dedico me ſine meis, vel quòd mihi licitum ſit mea poſſidere. Primo caſu vitiatur ingreſſus, quia actus illius ingreſſus magis ſapit naturam contractus inter viuos quàm vltimæ voluntatis. Ideóque conditio iſta tanquam impoſſibilis de iure, vitiat ingreſſum, ſicut contractum. vt l. non ſolum. D. de act. & obl. & in §. ſi impoſſibilis. Inſti. de inutil. ſtip. & ita intelligitur gloſſa iuris canonici præallegata. Secundo caſu ſubdiſtinguitur aut ſit iſta deductio bonorum incontinenti ſimul cum ingreſſu, & adhuc ingreſſus vitiatur, quaſi talis ingreſſus contineat in ſe repugnantiam, cum talis retentio bonorum ſit contra ſubſtantiam ipſius ingreſſus. vt ſuprà dictum eſt. Aut ſit ex interuallo, & tunc tenet ingreſſus, & retentio vitiatur. Facit pro hac diſtinctione textus. in l. 1. §. 1. D. ſi vſufr. petat. & l. 3. §. ſi loci. ff. de ad mun. leg. & l. per ſeruum in fi. de vſu. & ha.

54 Quid† autem dicemus ſi ingreſſus vitietur propter vxorationé, an vitiabitur dedicatio bonorum? vt ecce, quidã habens vxorem ſine voluntate vxoris dedicauit ſe & ſua bona, vxor repetit virum (quod facere potuit. vt in c. quidam. & in c. ſanè cum ſimil. ext. de cõuer. cõiug.) vnde ingreſſus remanet vitiatus, an bona reſtituentur ipſi viro, vel manebunt apud monaſterium? Iſta quæſtio eſt multum reuoluta tam apud antiquos quã apud modernos, vt refert Cyn. in d. auth. ingreſſi. & diuerſimodè diſtinguitur. Pro† cuius tamen ſolutione dic, ſecundùm ſanam & ꝙ quiorem opinionẽ: Aut ingrediens errauit putans ingreſſum tenere. aut ſciuit ingreſſum non tenere. Primò caſu bona ibi reſtituẽtur, tanquam in eis vitietur dedicatio & ſtratio, quia cum ipſum monaſterium ſuccedere debeat iſt s bonis tanquam filius (vt in auth. niſi rogati. C. ad Treb.) quem filium non eſt habiturus propter defectum ingreſſus. merito ſequitur quod collata in ipſum monaſterium tanquã filium, quem filium eſſe credebat, qui non eſt, reuocatur. vt l. ſi pater. C. de hær. inſti. & l. eam quam. C. de fideic. Secundo verò caſu quando ſciebat ingreſſum non tenere, tunc ſubdiſtinguitur aut bona ſunt dedicata ſub conditione expreſſa, ſi ingreſſus teneat, & tunc vitiato ingreſſu, conſequenter vitiatur dedicatio bonorum, tanquam conditione defecta. arg. l. ſi mihi litem. C. de cond. ob cau. cum ſi. Aut ſunt dedicata purè & ſimpliciter tacitè vel expreſsè, & tunc non vitiatur dedicatio bonorum, nec fit eorum reſtitutio quaſi videatur ille iactare & donare. arg. l. 1. D. de condi. indeb. & l. cuius per errorẽ. D. de reg. iur. Sunt tamẽ aliqui, qui voluerunt hoc caſu aliter diſtinguere dicendo: aut bona fuerunt dedicata expreſsè, aut

aut tacitè. Recurrũt ad illam viam brocardicam, an vitiato expreſſo, vitietur tacitũ. de quo notatur per Cyn. & alios docto. in d. Authent. ingreſſi, & l. item ſic. §. qui habet. D. de ſeruitut. ruſtic. prædior. rene primam.

55 Sed † circa prædicta quæritur, quid iuris de conuerſis, qui aſſumunt habitũ ſimplicem conuerſorum, & vxores retinent & bona. vt de b. guinis & fratribus gaudẽtibus [a]? Dic breuiter quòd tales nõ ſunt religioſi, ſed ſolùm exmuntur à iuriſdictione ſeculari. vt habetur & notatur in cle. 1. ext. de reli. do. & 12. q. 1. c. duo ſunt genera. & notata per Bart. in l. fin. D. de iureiuran. & per Ioan Andr. in clem. cum ex eo. in princ. ext. de ſent. excom.

56 Habes † ergo ex præmiſſis vnum amplum eccleſiarum priuilegium, quod habuit, & habet conſumere ſtatum laicorum. Sunt etiã alia multa eccleſiarum priuilegia, à ſtultis Imperatoribus eis collata. vt patet in tit. de ſacroſanct. eccle. & in tit. ex. de immu. eccl. per quæ deſtructus eſt ſtatus Imperij. 57 Inter † quæ eſt, ſecundùm aliquos, vt eccleſia non teneatur ad expenſas murorum ciuitatis, quanquam teneatur ad refectionem pontium & viarũ. vt notatur in l. ad inſtructionem. C. de ſacr. ſanct. eccl. & in clem. ext. de immu. eccle. Quod eſt falſum: imò etiam tenetur ad expenſas murorũ, maximè ſi muri fiant potiùs ad neceſſitatem, quàm ad ornatum [b]: vt probatur per textũ in l. ad portus. C. de oper. pub. quam ſententiã ſequitur Iac. Butr. in d. l. ad inſtructionẽ. Et pro hac opinione facit, quia eccleſia tenetur ad expenſas cuſtodiæ ciuitatis. vt in c. 2. ex. de immu. eccleſ. ergo eodem modo expenſas murorum, quę fiunt propter cuſtodiam eius.

Quartus ſubiicitur modus acquiſitionis per vſucapionem. 58 Eſt † autem vſucapio acquiſitio dominij directi, per legitimi tituli interuentum, & poſſeſſionis continuationem, ſpatio & tempore à lege diffinito. vt probatur, & notatur in l. vſucapio. D. de vſucapionibus.

59 Et notanter † dixi per vſucapionem quæri dominium directũ. vt l. traditionibus. C. de pact. ad differentiam præſcriptionis longiſſimi temporis. nam per illam non quæritur dominium directum, ſed

a *Fratribus gaudentibus.* Not. quòd milites gaudẽtes non gaudent clericorum priuilegiis, & ideo tenentur ad collectas vil. cit. circa fin. D. de munet. & honor. ita Bart. C. de reſta. mill. l. idem Specul. tit. de ſtat. mon. quòd illi, qui exercent aliquam hoſpitalitatem, & habent proprium & de vxo. non defendi ab eccleſia tanquam perſona eccleſiaſtica, niſi de epiſc. authoritate ſint recepti, quod imò rector hoſpitalis ſit perſona eccleſiaſtica, tenet Spec. in d. tit. verſic. 56. & ſic gaudent priuilegio clericali. lib. 2. quæſt. 1. vt text. ſit quæſt. 2. aliud. etiã de ſent. excom. c. parochianos. 12. q. duo ſunt, & c. quiſquis, 11. q. 4. alleg. 10. 7. quæſt. 4. in glo. ordi. in verbo eccleſiaſticis, iglitur ad iudicem eccleſiaſticum toto proceſſu formato contra ipſum eſt remittendus: vt c. ſic igitur laicus, de ſent. excom. lib. 6. nec poteſt reuerenter ſine pœna canonis *ipſum* retinere, &c. Adde an beguini & aſſumentes aliquem habitum conuerſorum gaudeant priuilegio clericali. Anto. de Butr. conſi. 19. Cald. conſi. 7. de iud. d. Cat. conſi. 12. Ber.

b *Quãm ad ornatum.* Adde videndum Cal. conſi. 1. de conſi. & Anch. conſi. 93. Bernardus.

d. k.

vtile tantùm, vt suprà dixi, & probatur in l. si quis emptionis §. sed & si quis. C. de præscriptioni. 30. vel 40. annor. & notata per glo. & docto. in d. l. vsucapio. Circa quē modum acquisitionis de pluribus esset videndu, de quibus vide quod scripsi infrà circa responsionem libelli, in Glossa super verbo *præscriptionis*.

Quintus modus subinfertur, qui fit per sententiam iudicis[a]. 60 Circa† quē modū sic est distinguendū: aut sententia fertur in actione reali, aut personali. Primo casu per sentētiam non transfertur dominiū, quia iudex simpliciter declarat, cuius est dominium vt l. ex diuerso. D. de rei ven. non autem agit disponere, vel dominium de vno in alium trāsferre, meritò vltra eius intētionem sententia non operatur. l. non omnis. D. si cert. peta. l. si cùm argentum. in prin. & l. si ex testamento, in fin. D. de excepti. rei iudi. & hoc sequitur gl. in l. inter officium. D. de rei vendic. licèt alij contra. vt plenè notat. Cyn in l. 1. C. communia vtri. iud. Secundo autem casu sententia trāsfert dominium, propter rei iudicatę authoritatem. vt l. 2. in fin. si ex noxa. cauf. agat. & l. generaliter. & l. qui ex pluribus. D. de noxalib. & notata per Glossam Institu. de offi. iud. § fin. l. & l. Pomponius § si iussu. & ibi per Bartol. D. de acquirend. possessio. cum similib. pro quo optimè facit text. in l. & si quis. §. 1. ibi, *& dominium habeatur.* & in c. fin. de relig. & sump. fune. Dicam de hoc infrà in rubrica de forma sententiæ diffinitiuæ.

SVMMAE.

1 *Titulus legitimus est qui legibus approbatur.*

2 *Traditione, sine titulo non transfertur dominium, nec causa præscribendi.*

3 *Defectus formæ vitiat contractum, vt in stipulatione si responsio præcedat interrogationē vel non congruat interrogationi.*

4 *Defectu consensus vitiantur contractus. Hinc fit vt in contractu simulato non valeat quod simulatè concipitur.*

5 *In contractu simulato non transfertur dominium, sed bene possessio quæ tamen præsumitur simulata.*

6 *Ad actionē conditionis quæ sit impossibilis natura, vel de iure, vel de facto, vitiatur contractus.*

7 *Infans non potest contrahere nec obligari nisi cum stipulatur. Rem suam sibi saluam fore, vel cùm vtiliter vel necessariò sibi negotium gerit.*

8 *Ex delicto infans & proximus infantiæ non obligatur. Secus in pubere, vel pubertati proximo.*

9 *Impuberis contractus valet, si fiat legitimè interposita tutoris autoritate. Nisi fiat alienatio rei suæ immobilis: nam tunc requiritur iudicis decretum & authoritas.*

10 *Impubes maior factus alienationem fundi sui sine decreto factam potest ratam habere expressè, puta confirmando, & tacitè per lapsum quinquennij post annum 25.*

11 *In quibus casibus minor rectè contrahit, restituitur tamen, si lædatur.*

12 *Pubes rectè solus contrahit, si curatorem non habeat, restituitur tamen, si lædatur, nisi iuraverit.*

13 *Sex hominis ætates.*

a *Sententiam iudicis.* Adde Alexan. consil. 86. 2. volu.

14 Emanci-

14 *Emancipatus filius rectè cum patre contrahit. At filius qui est in potestate minimè, nisi de peculio castrensi vel quasi. Idem si contrahat cum fratre qui sit etiam in potestate.*

15 *Filiusfamilias rectè contrahit cum extraneo, nisi mutuum.*

16 *Servus contrahens cum domino vel extraneo naturaliter obligatur, nec non civiliter domino suo acquirendo.*

17 *Ex contractu servi cum extraneo dominus obligatur de peculio, quod ipsa, & de in rem verso.*

18 *Monachus non potest contrahere nec testari.*

19 *Mutus rectè gerit omnem contractum nisi stipulationem, nisi curatorem habeat.*

20 *Furiosus non potest contrahere, sine iudicis & curatoris authoritate. Nisi sibi acquirat, in casibus in quibus hominis sanæ mentis ignoranti acquiritur.*

21 *Mente captus & furiosus æquiparantur.*

22 *Prodigus interdictus administratione bonorum suorum non potest contrahere. Secus ante interdictionem sibi acquirendi.*

23 *Lege municipali prohibitus acquirere, non censetur prohibitus succedere ab intestato.*

24 *Lex municipalis tanta est potestatis in suo municipio, quanta lex generalis in universo.*

25 *Magistratus tempore suæ functionis cum iurisdictione sua subiecta contrahere lege prohibetur. Sed de consuetudine secus.*

26 *Medicus durante infirmitate cum ægroto contrahere non potest, nec advocatus cum clientula pendente lite.*

27 *Peregrinus sive extraneus non potest acquirere ab habitatoribus Arelatensis territorii.*

28 *Heres non potest alienare res hereditarias pendente iudicio familiæ erciscundæ.*

29 *Ex contractu contra legem non transfertur dominium. Secus si fuerit præter legem donatum.*

30 *Prohiberi potest alienatio per sententiam iudicis: & per sententiam arbitri, qua habet vim pacti, sed si contra fiat, non impeditur dominii translatio.*

31 *Alienatio ex causa necessaria, quæ causam trahit à testatore, valet contra ipsius prohibitionem. Si causam habeat ab herede, post eius mortem revocatur.*

32 *Alienatio voluntaria, contra prohibitionem testatoris, non valet si prohibitio facta sit sine certa causa, vel sine alicuius personæ contemplatione.*

33 *Cum prohibitio facta est per verba præteriti temporis, alienatio non impeditur. Secus si per verba futuri.*

34 *Cum prohibitio facta est contemplatione certæ personæ, si alius instituatur non valet institutio, si persona illa superstes. At si alius ab intestato succedat prohibitio non impedit alienationem.*

35 *Alienatio quæ sit contra prohibitionem testatoris valet, si omnes in quorum contemplatione facta est prohibitio consentiant. & qui non consenserint revocare poterunt.*

36 *Heres non potest revocare alienationem à defuncto factam contra prohibitionem.*

37 *Persona, quorum contemplatione*

facta est prohibitio, possunt inter se alienare.

38 *Cùm prohibitio concepta est in rem, perpetuò durat: cùm in personam, semel alienatione facta in personâ permissam, potest postea alienatio fieri in personam prohibitam, quia sufficit semel satisfactum esse voluntati testatoris.*

39 *Prohibitione facta in contractu inter vivos non impeditur translatio dominij, nisi prohibens aliquod ius in re ipsa sibi reservaverit, & nisi alienatio sit sua natura irrevocabilis.*

40 *Cùm pacto convenit ne res alienentur, si interfit paciscentis, aget ad id quod interest. Interesse autem intelligitur si prohibitio facta sit contemplatione certarum personarum.*

41 *Potentius agit prohibitio testatoris quàm contrahentis: nam & testator sine traditione potest dominiũ transferre.*

42 *Potest per contractum prohiberi alienatio cum effectu, remendo rei dominium & possessionem in casum alienationis.*

43 *Hæreticus non potest contrahere, testamentum facere, testis esse, quinimò omni privilegio & dignitate privatur, bonáque eius sunt ipso iure confiscata a tempore quo cœpit esse hæreticus.*

44 *Ex ōmunicatus potest de rebus suis disponere, testari, non autem in iudicio agere.*

45 *Apostasia est temerarius recessus à statu fidei, obedientiæ, vel religionis.*

46 *Apostata à fide hæretico comparatur, apostata inobedientiæ infamis sit, & excommunicatus nō potest accusare nec testimonium dicere, at contrahere potest.*

47 *Iudæi & Sarraceni contrahere possunt inter se & Christianos, & omni Romanorum iure vti. Arma illis vendi non debent. Servum Christianum habere non possunt. Nullis dignitate gaudent, arbitri esse possunt. Illis singulis legari potest.*

48 *Christianis non licet propria autoritate vsurpare res infidelium. Potest tamen illis iustè bellum induci pro bonis imperij quæ vsurpaverunt, quæ nullo tempore præscribuntur.*

49 *Quis dicatur reus Maiestatis.*

50 *Pœna reorum maiestatis, mors, & bonorũ amissio: mox crimine perpetrato testamenti factionem amittunt, & contrahendi facultatem. Liberi eorum fiunt infames & omnibus bonis spoliantur.*

51 *Perpetrans crimen in quo non cadit publicatio bonorum, contrahere potest. Si in eo cadat publicatio bonorum, ante crimen commissum alienare potest, nisi in fraudem id faciat.*

52 *Fraus sex modis probatur. 1. si alienavit omnia bona sua. 2. si alienavit in personam coniunctam. 3. si post alienationem ipse nihilominus tenet, reditus percipiendo 4. si alienatio fit clam. 5 Si de propinquo sequatur delictum. 6. si alienatio fiat sub hac conditione. Si bona mea contigerit publicari.*

53 *Donatio causa mortis, facta ab eo qui crimen commisit in quod cadere potest publicatio bonorum, mox ipso condemnato reuo fit. Nisi facta sit vxori, & crimen nō sit Maiestatis.*

54 *Alienatio post commissum crimen, propter quod statim bona publicã-*

tur, nulla est. Idem in alienatione voluntaria post commissum crimē propter quod nō statim bona publicantur. Secus in alienatione necessaria, quæ sua natura non sit revocabilis.

55 *Etiam necessaria alienatio facta à reo absente, post crimen perpetratum & accusationem porrectam, non valet.*

56 *Sententia appellatione suspensa non infirmat contractum, donec per appellationem confirmetur.*

57 *Fiscus in bonis rei nullum ius habet hypothecæ ante sententiam latam.*

58 *Mulier propter fragilitatem sexus non potest se pro alio obligare.*

59 *Mulier renuntiare potest suæ hypothecarum s.d renunciatio facta in uno contractu viro non porrigitur.*

60 *Res quæ non est in rerum natura, nec esse speratur, alienari non potest.*

61 *Alienatio non valet rerum quæ iure alienari prohibentur, vt sunt res propria emptoris, res sacra, religiosa, dotalis, litigiosa, publica, ecclesiæ.*

62 *Differentia rei religiosæ & sacræ.*

63 *Res sola proprietate publicæ, certa solemnitate seruata, possunt alienari.*

64 *Emens rem, quam scit iure prohibitam alienari, non agit ad interesse contra venditorem. Secus si ignoret.*

65 Solemnitas *obseruanda in alienatione rerum immobilium ecclesiæ.*

66 *Forma tractatus qui fit in capitulo ecclesiarum.*

67 *Duos tractatus requiri.*

68 *In alienationibus ad nouem annos sufficit cautiones superuris.*

69 *Instrumenta venditionis rei ecclesiæ referenti solemnitatem interuenisse non creditur. Et debent fieri instrumenta separata de ipsa solennitate.*

70 *Consuetudine minor solēnitas introduci potest quàm de iure requiratur.*

71 *Alienatio rei ecclesiæ sine solemnitate nulla est, & punitur alienator, potestque ipse alienationem reuocare.*

72 *Alienatio rei ecclesiæ solemniter facta potest rescindi ob lasionem, infra quadriennū post acquisitionē.*

73 *In alienatione rei immobilis Monasterii non requiritur consensus episcopi, nisi Monasterium subiectū sit Episcopo.*

74 *Actio ecclesiæ sine solemnitate alienari non potest, cum respectu sui censeatur res immobilis. Sed respectu ipsius rei censetur mobilis, si fauoris inclusio vel odij exclusio id exigat, licèt res sit immobilis. Censetur & mobilis cùm res est mobilis. Et his casibus alienari potest sine solennitate.*

75 *Fundus dotalis ex causa necessaria potest alienari, vt detur in solutum creditori mulieris. Et ex causa voluntaria titulo singulari, cum æstimatus datur marito, & mulier æstimationis restitutione contenta est.*

76 *Si non apparet mulierem sibi reseruisse electionem restitutionis fundi dotalis vel æstimationis eius, in dubio electio erit viri.*

77 *Iuramentum mulieris confirmat alienationem fūdi dotalis, nisi priùs iuraverit se nunquam alienaturam.*

78 *Cùm agitur de dominio vel vsufructu res litigiosa non potest alienari. Secus si agatur de eius seruitute vel hypotheca, vel de ea actione*

personali.

79 *Sola citatione res efficitur litigiosa, iure canonico.*

80 *Alienans rem litigiosam punitur.*

81 *Alienatio rei litigiosæ in vltima voluntate valet.*

82 *Alienatio rei ciuitatis valet, obseruata debita solennitate.*

83 *Alienatio rei, quæ futura est litigiosa, valet, nisi fiat in potentiorem ratione sui officij. Sed si fiat in duriorem aduersarium, puta diuitem, agitur contra alienantem ad interesse.*

84 *Ecclesia censetur esse durus aduersarius.*

85 *Promissio rei turpis, vel ob causam turpem, nulla est. Turpiter extorta exceptione eliditur, & actione reuocatur.*

GLOSSA X.

VERIS ac legitimis[a] titulis. 1 Est enim† legitimus titulus, qui lege iuuatur & approbatur. vt l. legitima. D. de pactis. quod est quando in eo concurrunt sua substantialia. vt in l. consensu. & l. obligationum. D. de actio. & obligat. Ille verò titulus, qui reprobatur à iure, non est legitimus sed pro nullo reputatur, vt l. 2. & l. fi. C. de vsucapio. pro empto. & l. nullo. C. de rei ven. & facit l. si nulla. & l. improba. C. de acquir. possessio. cum similibus. 2 Et†, notanter dicitur *iustus titulus*, quia nuda traditio sine vero titulo, vel saltem putatiuo, non facit transire dominium, nec est iustum præstat prescribendi. vt d. l. nuda, cum similibus. & de acquiren. rerum domi. l. nunquam nuda.

Redditur autem contractus minùs legitimus[b] tribus modis principaliter. Primo casu ratione defectus formæ vel consensus, vel propter accidens aliquod seu adiunctū. Secundo principaliter, ratione defectus personarum contrahentiū. Tertiò, ratione defectus rei, super qua fit cōtractus. 3 Ratione† namque formæ, contractus efficitur inutilis multipliciter: vt patet in cōtractibus, qui verbis contrahuntur, vt est stipulatio. Nam si responsio præcedat interrogationem, vitiatur stipulatio. vt Inst. de verb. oblig. in princ. Vel si ex interuallo sequatur responsio. vt D. de verb. oblig. l. 1. §. 1. Vel si ad interrogata non adaptetur responsio. vt Inst. de inuti. stipu. in §. præterea. 4 Item† & ex defectu consensus: vt patet in contractibus, qui re contrahuntur, vt depositi cōmodati. vt Instit. quib. mod. re. contra. obli. per totū. & in contractibus qui solo cōsensu contrahūtur. vt locatio, venditio, & similes. vt Institu. de obligatio. quæ ex consen. per totum. Nam si omnibus his deficit consensus contrahentium, contractus inutilis est. vt ibi, & l. in venditionibus. in prin. D. de contrah. emp. & l. quid tamen. eod. tit. Item etiam est exemplum in contractibus simulatis, in quib⁹ valet quod agitur tacitè, non quod expressè concipitur: quia in expresso deficit consensus. vt l. 1. & 2. C. plus vale. quod agitur, & l. imaginaria. D. de reg. iuris. & l. nuda. D. de cōtrah. empt. 5 Adeò† quòd ex tali imaginario contractu

[a] *ac legitimis titulis.* Quot modis accipiatur titulus, vide per Alex. in l. 1. D. & Tran. Cur.

[b] *legitimus.* Adde an minùs legitimus titulus excusat à fructibus do. Car. & 14.

non transit

non transit dominium, vt ibid. sed possessio bene transit, quia in illa transferenda non requiritur titulus vel causa.l.i.§. si vir. D.de acquiren. possessio. licèt ipsa trãslatio possessionis præsumatur simulata, si contractus esset simulatus. arg. l.cùm proponas.C. si quis alteri vel sibi. quod tenet Bartol. in l. emptor. D. de aqua pluuia.arcend. 6 Item† eodem modo redditur inutilis ratione alicuius accidentis vel adiuncti, vtputa quando contractui adiicitur condtio impossibilis de iure, vel de natura,seu de facto. vt l.non solum.D de actio. & oblig. & Inst. de inutili stipulatione.§.si impossibilis.

Dixi secundò quòd ratione personarum contrahentium redditur inutilis contractus, quod quidé variis modis contingit. Primò, ex defectu ætatis. Secũdò,ex defectu suæ potestatis. Tertiò, ex defectu naturalis sanitatis. Quartò, ratione prohibitionis. Quintò, ratione delicti. De primo contingente ex defectu ætatis, patet exemplum in infante, cuius ætas quicquid videt ignorat. vt l.1. in fine. C. de fals. monet. 7 Hic† enim regulariter contrahere non potest nec obligari. l.1.in prin. & l.si minor. D. de verb. obligat.& in l.1.§ furiosum. D. de actio. & obliga.& Inst. de inutil. stipulatio. § pupillus.Fallit in duobus casibus: Primus est in stipulatione. Rem pupilli saluam fore. vt l.ferũ. D.item *pupil. sal.fore*. Secundus est in obligatione,quæ nascitur ex negotio vtiliter vel necessariò gesto.vt l.furiosus.D.de actio.& oblig. 8 Quinimo† nec ex delicto infans obligatur. vt l.quòd infans. D.de rei ven.& l.infans. D.ad legem Corncl. de fic. De his notatur per Glo. in l. pupillus.D. de reg. iur. & l.1.D. de noua. In maiore autem infante distingue. Aut est proximus infantiæ, & tunc idem ferè per omnia dicendum est quod in infante suprà dixi. vt in d. §.pupillus cum similibus.Instit.de inut.stipulat. & notata in d.l.pupillus de reg.iur. Aut est impubes proximus pubertati, & tunc est idem dicendum quod in pubere. 9 In† quo impubere distinguit Glossa in d.l.pupillus.de regul. iuris.quia aut contrahit cum suo tutore, eius authoritate,& tunc est cõtractus nullus[a]. vt in l.1.post prin.& l.pupill[o]. in §. item ipse.D.de author. tutor. Aut contrahit cum suo tutore, alterius contutoris authoritate, & tunc valet contractus. vt d.§. Item ipse. Aut contrahit cum alio quàm cum tutore, & tunc si quidem cõtrahit sine tutoris authoritate. contractus est nullus. vt leg. obligari. in princ.D.de authoritate tutorum & Institut. de authoritate tutorum. in principio. & in §.sed neque. Aut contrahit cum authoritate tutoris, & tunc valet contractus. vt Institut. de authoritate tutor. post princip. & l. impuberes. D. de authoritate tutor. & l. clarum. C. de authorit. præstant. dum tamen authoritas sit leg timè interpolita, aliter pro non interpolita habetur. vt l.r. in fi. & l.2 & l. obligari. §. tutor. D de authorit.tutor.

10 Hæc autẽ† vera sunt,nisi fieret contractus super alienatione rei

a *Nullus.* Adde quòd Arg. inclinat, quòd contractus valeat, sed si inuenit se decepium, potest petere restitutionem in integrum, ita dixit eius consilium 95. Bernard.

immobilis ipsius impuberis, quia tunc sola authoritas tutoris non sufficit vt contractus teneat, sed exigitur etiam decretum & authoritas iudicis, alias contractus esset nullus, vt in l. magis puto. §. nec passim. D. de rebus eorum, & C. de predijs minorum. & l. non solum. & l. minorum. & l. prædiorum. cum similib⁹. Licèt factus maior vēditionem factam nec de facto possit expressè cōfirmare. vt C. si maior factus ven. sine decr. quod est notandum. 11 Illud † tamen est etiam per te memorię commendandum, quod in omnibus casibus in quibus dictum est contractū factum cum pupillo vel minore tenere. si apparet quòd ipse minor ex huiusmodi contractu vel venditione de re sua immobil. quantuncunque solenniter facta lædatur, potest petere rescindi per beneficium restitutionis in integrum huiusmodi cōtractus & venditionem. vt l. in causa. §. interdum. D. de minor. & ibi glo. & l. fi. C. si aut. vel cu. interue. & l. fi. C. si aduert. ven. cum tit. seq. 12 Vbi † autem esset maior pubertate, minor autem 25 annis, tunc dicit per omnia vt dictum est in impubere habente tutorē. vt l. cum & vos minores. C. si aduer. rem iudic. Aut nullum habet curatorem. & tunc tenet venditio, & quilibet alius contractus ab eo gestus. sed tamen si ex eo sit læsus potest petere se in integrum restitui. vt D. de minor. l. 1. & per to. tit. & C. si aduer. ven. l. 1. cum alijs titul. seq. nisi iurauerit non venire contra cōtractum. vt in Auth. sacramēta puberum. C. si aduer. ven. de quo alias dicemus. & vide quod notatur ibi per Gl. & doctor. 13 Quid † autem sit infantia, pupillaris ætas, pubertas, adolescentia, senectus & ætas decrepita, & quid sit ætas proxima infantię, quid proxima pubertati, vide quod notatur per Glossam. Instit. de inut. stipul. §. pupillus. & in c. 1. de pace iurat firma. colla. 10. & per Archid. in c. 1. de cle. coniug. lib. vi.

Venio nunc ad secūdum principale, quod est quando contractus redditur inutilis ex defectu proprię potestatis. cuius exemplū est in filiofamilias & seruo contrahētibus cum eorum patre vel domino, & in Monacho vel alio religioso. 14 Et † quidem si filius contrahat cum patre. Aut est emancipatus, & valet omnis contractus inter eos habitus. vt l. si. C. de in ius voc. & notata. in l. lis nulla. D. de iudic. Aut est in potestate, & tunc aut contractus celebratur super re profecticia vel aduentitia, & contractus est nullus, licèt obligatio naturalis[a] vnde oriatur. aut super re castrensi, vel quasi, & tunc tenet. & hæc habentur per doct. & Gl. in l. frater a fratre. §. 1. D. de condict. indeb. & l. sine emancipatus. C. de donat. quia in peculio castrensi vel quasi reputatur filius tanquam paterfamilias. & sui iuris. vt in l. 1. in fin. & l. 2. D. ad Maced. Aut cōtrahit cum extraneo, & tunc aut contrahit cū alio fratre suo in eadē potestate

a *Obligatio naturalis.* Adde quòd Franciſ. de Are. ſequitur op. Bar. contra Bal. quòd ex donatione facta per patrem filio, oriatur naturalis, & per conſequens firmetur iuramentum, vide eius conſ. 73.

consti-

constituto, & idem dic quod *in* patre per d.l. frater à fratre. 15 Aut† contrahit cum alio penitus extraneo, & tunc tenet omnis cõtractus cum eo habitus regulariter. vt l. si quis cum filio. D. de pecul. & l. tam ex contractibus. D. de iudic. & in l. filiusfa. D. de actio. & oblig. Fallit in mutuo. vt C. & D. ad Macedon. & in voto. vt l. si quis rem. in §. voto. D. de pollicit. licèt iste casus nõ pertineat ad contractus. 16 Si† verò seruus contrahit cum domino suo, tũc nulla nascitur ex eo efficax actio, sed sola naturalis obligatio. l. si id quod dominus. D. de cond. indeb. & Instit. de inuti. stipul. §. item inutilis. Vbi autem contrahit cum extraneo, tũc aut contrahit acquirendo domino suo, & tenet contractus. vt Instit. de stipul. ser. per totum, aut contrahit alienando & se obligando, & tunc non tenet contractus, sed naturaliter tantùm obligatur. vt l. in personam. D. de reg. iur & l. nec seruus D. de pecul. & l. serui. D. de act. & obl. Fallit in casibus notatis in l. 3. C. an seruus ex suo facto. 17 Dominus† autem ex contractu gesto per seruum cum extraneo obligatur ciuiliter & naturaliter, solummodo de peculio, etiam inuitus. vt l. si quis seruum. in fin. D. de pecul. Tenetur etiam quod iussu, si iussisset seruo, vt contraheret. vt D. quod iussu. l. 1. & 2. Item tenetur de in rem verso, si seruus vertisset in vtilitatem ipsius domini. vt D. de in rem verso. l. 1. & 2. & hoc generaliter. Fallit tamen *in* aliquibus casibus in dictis titulis annotatis. 18 Vbi† autem Monachus vel religiosus contrahit vel testatur, non valet contractus[a] nec testamentum. vt in Auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. & 18. q. 3. in c. qui ingredientibus. & *in* cap. si qua mulier. cum simil.

Transeo ad tertium principale, quando contractus redditur inutilis ex defectu naturalis sanitatis. Cuius exempla inueniuntur in muto, surdo à natura, prodigo, furioso, & mẽtec-pto. 19 Quæritur† ergo primò, quid iuris sit in muto, an teneat contractus gestus per eum? Dic, aut contrahit acquirendo, aut se vel sua obligando. Primo casu, aut per eum geritur contractus in quo requiritur de substantia eius verborum expressio, vt stipulatio, & tunc non tenet huiusmodi contractus. vt l. 1. in prin. D. de verb. oblig. & Instit. de inutil. stipulat. §. mutum. & D. de actionib[b] & oblig. l. 1. in fin. Aut geritur cõtractus in quo sufficit solus consensus, vt est venditio, locatio, & similes, & tũc tenet cõtractus. vt l. in quibuscunque negotiis. D. de actio. & oblig. & notata. in l. vbi nõ voce. D. de reg. iur. Et idẽ dic per omnia seruandũ in surdo per iura prędicta. Secundo verò casu cùm cõtrahit se vel sua obligãdo, tũc distinguendũ est. Aut tẽpore cõtractus habuit curatorẽ, & nõ tenet alienatio vel obligatio, nisi curatoris authoritas & iudicis decretũ intercesserit. vt probatur in d.l. cũ & vos mino. C. si aduer. rẽ iudicat. l. si curatorẽ habens. C. de integr. restit. mino. & facit l. cõfilio.

[a] *Nec valet contractus.* Adde quòd Monachus potest obligare bona monasterii pro expensis studii, vt voluit Abb. cons. 88. & ibi vide an interipsum & prælatum possit fieri obligatio, vide ad materiam Cald. consil. 1. de fil. & an Monachus æquiparetur seruo, vel filiofamilias, vide Ang. consil. 91.

in prin.& l.Iulianus.D.de cura. furio.& C.eodem titul.l.2.& Instit.de cura.§.item.Aut nullum habeat curatorem, & tunc aut gerit contractum verbotû.& non valet contractus,per d.l.1. in princ. cum similib. Aut gerit contractum alium.& tũc valet.arg.d.l. Si curatorem habeas. & quod ibi notatur cum similibus.

20 In furioso† [a] autem qui seipsum percutit & alios (vt l. congruit.in fin.D.de offic.præsid.)dicêdum est,quòd cùm iste accipiat ipso iure à lege curatorem, & per consequés à iure sit eidem interdicta potestas alienandi (vt notat. Glo. Inst. de cura.§. furiosi. & D.de curat. furio.l.1.in prin.) quod non possit alienare nec obligari sine iudicis ac curatoris authoritate,vt in iurib' proximè allegatis. An autem possit acquirere per seipsum dubitario est,tamẽ est distinguendum. Aut gerit contractum qui re contrahitur, vt mutui vel depositi, aut verbis vel consensu. Primo casu tenet contractus. vt l.si à furioso. D.si certum pe. Et idem in quibuslibet casibus, quibus alii sanæ mentis ignoranti obligatio quæritur.vt l.si à furioso.D.de actio. & oblig. In secundo autem casu dicendum quòd non tenet contractus gestus per seipsum,vt ex eo sibi quæratur, propter defectum consensus. vt habetur in l.furiosi. D.de regul. iur.& l.1.§.furiosus.D.de actio.& oblig.& facit l.qui ad certũ.D. loca.& l.emptionem. C.de contrah. emptio. & quod habetur, & notatur in d.l. vbi non voce. in fin.D.de reg.iuris.& l. 2.§.voluntatem.D.solu.ma. 12 Et hæc eadem † distinctio per omnia seruanda est in mentecapto per iura præallegata. Est autem mentecaptus, qui nullum offendit, carens penitus intellectu. Quid autem dicendũ in prodigo? Videtur idem per omnia quod in furioso dictum est,quia furiosus & prodigus à iure æquiparãtur.vt in d.§.furiosi.Instit.de cur.& D.de cura.fur.l.1.in prin. 22 Ad† cognitionem cuius est videndum an prodigo sit interdictum bonis à lege ipso iure, sicut furioso,an verò requiratur quòd fiat interdictio à iudice. Et videtur primò quòd sit à lege interdictio facta prodigo sicut furioso. Pro quo facit similitudo de qua suprà,& text'. in l.sepe.de cura. fur.quod videtur etiam confirmare Glossa.Instit.de cura.§ furiosi.& l.is cui.D. de test. In oppositum videtur, quòd requiratur interdictio iudicis. [b] vt l.Iulianus D.de cur.fur.Et hanc opinionẽ tenet Glossa & Bart. & l.is cui bonis.D.de verb.oblig.& in l.1.in prin.D.de cura.furios.& in d.l.furiosi.D de re.iud.& hæc est verior sententia. Secundùm quam est ad quæsitum respondendum hoc modo. Aut prodigus contrahit alienando vel acquirendo ante interdictum sibi factum à iudice,vel dationem curatoris,& tunc aut contrahit sibi acquirendo, & tenet cõtractus: aut contrahit se obligando, vel sua alienando, & non tenet. vt d.l.is cui bonis.D.de verb.oblig. cum similibus suprà allegatis in furioso.

Descendo ad quartum casum,

a *Furioso.* Adde qualiter probatur furor, & an semper durare præsumatur, & an valeat eius obligatio,per Alexãdrũ cõs.141.v. volumine. Late Ande.Sicu.cõs.60.quid de demẽte.per Ancha. cõsi mihi 37. per Fulgo.vbi vide quid de cõtractu inebr. Bet.

b *Interdictio iudicis.* Adde hic quæ posui in leg. is cui bonis,in apostil. ad Bartol.in stampa de tortis.Bernard.

quando

quãdo cõtractus est inutilis ratione prohibitionis. In quo articulo est attẽdendũ, q̃ persona prohibetur aliquã lo contrahere à lege, aliquando ab homine, & si quidẽ ab homine, aliquãdo p̃hibetur à iudice, aliquãdo à priuato. Et si à priuato, aliquãdo in vltima volũtate, aliquãdo inter viuos 23 Venio † ad primũ, cuius exẽpla sunt tã in lege municipali, quã in cõmuni. De lege enim municipali patet, si statuto cauetur q̃ forensis non possit emere[a] vel contrahere. arg. in l.1. C. non li. habi metro. li. 11. Quo casu, an possit ex successione sibi acquirere, distinguitur, an succedat testamento, & sic ex hominis voluntate, & nõ potest: an ab intestato, & sic legis autoritate, & tũc bene succedit. vt notat Bart. in l. si ita quis. §. ea leg. D. de verb. oblig. & facit quod infrà dicã. Vel pone exemplũ, si statuto cauetur, quòd mulier vel filiusfim. non possit contrahere [b] & in aliis multis exemplis, de quibus tangit Bart. in l. si quis pro eo D. de fideiuss. & l. more. D. de acquir. hær. in quibus casibus contractus redditur *inutilis*, quia contra l. celebratus. l. non dubiũ. C. de legibus. 24 Nec † mirũ si redditur inutilis: quia tantæ potestatis est statutum in sua ciuitate, quantæ est ipsa lex cõmunis in suo vniuerso. vt l. omnes populi D. de iusti. & iur. & ibi notatur & in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide catho. Cõstat autẽ quòd per legẽ communẽ potest persona prohiberi cõtrahere, vt statim dicã, ergo & per statutũ. Subijciamus ergo exempla, quãdo de iure cõmuni, & per legem communem persona contrahere prohibetur. & certè varia sunt exempla. Et quidẽ prohibẽtur, infans, pupillus, furiosus, mẽtecaptus, & similes. de quib. suprà dictũ est. dic vt ibi. Itẽ sunt & aliæ personæ, quæ prohibentur cõtrahere de iure cõmuni. l. prohibente. 25 puta officialis dũ est in officio non potest contrahere cũ sibi subdito[b]. vt l. non licet. & l. qui officii causa. D. de contrah. empt. & C. de conditt. indeb. l. 1. sed per consuetudinem legibus est derogatum. 26 Item † medicus non potest cum in firmo durante infirmitate cõtrahere. vt l. Medicus[c] D. de va. & extraor. cognit. Itẽ aduocatus nõ potest contrahere cum clientulo suo lite pendente. vt l. quæsitum. §. præterea. C. de postulan. Itẽ nec illæ personæ, de quibus habetur in l. 3. & 4. C. de

a *Emere.* Adde an appellatione forensis veniat mulier alibi nupta domi. Card. consilio 135. & ibi vide de statuto prohibente alienationem in forensem, de quo per Fulgo. consil. 215. & per Roman. consilio 509. & ibi vide, an stante prædicto statuto, si fiat donatio immobilium forensi debeatur iuliem æstimatio, & an contractus validetur, si fiat statutum, quòd forensis possit acquirere, & vide de hac materia in consilio Bald. multa quæ credo potuisse in lege cunctos populos, in apo. ad Bartol. Bero.

b *Contrahere.* Adde quæ voluit Aug. consilio 300. Roma. consil. 108. & 394. & vide quod voluit Sing. Lutibus suis. fol. 10.

c *Sibi subdito.* Adde quòd tamen potest habere concubinam: vt l. si D. de cens. quod singul. alleg. Ro. sin. suis. fol. 13. & idem dicit gl. in l. 1. C. si rector prouin. Ber.

d *Medicus.* Adde tamen quòd si medico promittantur 10. dictim ad curandũ infirmum, & oporteat eum equitare extra ciuitatem, quòd illa 10. debentur præ dictus quib. est in itinere: vt est tex. in l. si, fine. D. de opt. li. quem singularem dicit Rom. sing. suis. & de eo Bald. festum facere. Ber.

cõmer.& merca. 27 Itẽ † forẽsis nõ potest quicquã emere vel acquirere ab habitatoribus metrocomiæ vt l. 1.C.nõ.lice. habi.metro.li.11. Itẽ pater non potest filiũ alienare, vt l.1.C.de patri. qui fi. dist.ax. 28 Itẽ † nec hæres potest cõtrahere super re hereditaria, pendẽte iudicio famil. erciſc. vt l. alienationes. D. fa. er. In his enim casibus,& (vt generaliter dixerim) in omnib. casib. in quibus persona prohibetur contrahere per l.municipal. vel cõmunẽ, ſi contra fiat,cõtractus redditur inutilis. vt d. l.non [illegible]ũ.Vnde præscriptio non currit nec procedit. vt l. 2. C.de vſucap.pro emp.& l.nullo C.de rei vendi. 29 Sed † an transferatur dominium rei quæ traditur ex huiusmodi contractu inutili? Distingue latiùs circa.Aut contractus eſt inutilis, quia contra legem, aut præter legem. Si contra leg. vt suprà in præcedentibus casibus, tunc non transfertur ex eo dominium.vt l. quemadmodum. C. de agricol.& censi. lib. 11. & ibi notata. & bene facit l.1.de habi.metro. lib.11.Si verò eſt præter legem, tunc transfertur dominiũ & poſſeſſio. vt l multum interest. C. ſi quis alteri vel ſibi. & ibi notata. & l. contractus. C. de fide inſtrum. & ibi notata. De quo vide quod notat.Bart.in l.1.§.ſi vir.D.de acquiren. poſſeſ.

30. Dixi † vlterius in præcedẽti quòd aliquando quis prohibetur contrahere per iudicẽ.De quo patet exemplum in l. in quorũ. D. de pignor.& in l.moris eſt.§. ſunt & aliæ.D.de pen. vbi iudex per sentẽtiã potest prohibere personã ne cõtrabat. Probatur etiam hoc l. vtrũ. in prin. D.de petitio. hęre. quod tenet Bartol.in l. filiusfam.§ diui.D. de legat.1.Sed nunquid per sententiã arbitri potest à cõtrahendo persona prohiberi? Dic quòd ſic [a] quẽ admodum poſſet per pactum expreſſum contrahentium. ſed tamẽ ſi contrafaceret, non impediretur translatio dominii, eadem ratione. quia non impediretur per pactum (vt l.ea lege.C. de condict.ob causam) ergo nec per arbitrium. vt l. non diſtinguemus. §. nunc de officio.D.de arbitris.quod ſequitur Innocent. in c. Raynaldus, ext. de teſtam. & Bartol.vbi suprà.

Denuò dixi,quòd aliquando persona prohibetur cõtrahere à teſtatore.Verbi gratia, ſi teſtator iubeat vel præcipiat hæredi ne fundũ vendat,vel donet. vt l. pero. §. fratre. & l.cũ pater.in §. fidei hęredum.D.de legat. 2. & facit l. pater.§ fundum. & §.quindecim.D. de leg. 3. & in l. filiusfam.§.diui.de leg.1. 31 Sed circa † hoc quęro, ſi ſiona prohibita cõtrahere vel alienare à teſtat. [b] cõtra faciat, nunquid teneat cõtractus & transferatur dominium rei alienatę? Diſtingue ſic breuiter: Aut loquimur in alienatione neceſſaria,

a *Dico quòd ſic.* Adde Ful.conſ. 117.& vide Bar. in leg.ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſac. Alex. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum in apo. D. pro ſo.& in con. 120. & in conſ.226. 2. vol.Franc. Cur.

b *A teſtatore* Adde an prohibitio alienationis impediat dominii translationem vel inſtitutionẽ hęredis.Ful.cõſ.20.per Raph.in cõſi.13.& cõſi.99. Itẽ per Ro. cõſi. 456.per d. Car. conſi.17. per Alex.conſi.3.& cõſi. 55.& 59.3. lib.cõſi.56. 1.li.per Ang. conſi. 7. & 57. & 168. & vide vnum pulchrum per Ro. conſi. 29. & vide Franc.de Aret. conſi.22.

aut

ſit in voluntaria. Primo caſu ſubdiſtingue, aut cauſa neceſſaria [a] traxit originem à defuncto, vt quia defunctus obligauit ſe & ſua, & ob hoc creditori res datur in ſolutum, vel alias ſimilis cauſa interuenit, & tunc tenet contractus, & alienatio perpetuò. vt in l. filius familias. §. diui. D. de legat. 1. & ibi nota. arg. in l. 1. D. de fundo dot. & in l. alienationes. D. fa. er. Aut cauſa alienationis traxit originem ab ipſo hærede, vt quia ipſe hæres obligauit ſe & ſua, vnde eius creditori res dantur in ſolutum: & tunc tenet alienatio in vita hæredis [b] tantùm, poſt eius mortem verò reuocatur. vt in d. l. peto. §. prædium. D. de leg. 2. 32 Si verò † loquimur in alienatione voluntaria, tunc aut prohibitio facta eſt ſine certa cauſa, vel ſine alicuius perſonæ contemplatione, & tunc prohibitio eſt nulla [c] & valet contractus, & dominium transfertur. vt in d. §. diui. & in l. pater filiũ. §. Iulius Agrippa. D. de leg. 3. 33

Aut † prohibitio vel interdictio eſt facta cum cauſa legitima: & tunc aut eſt facta per verba præteriti temporis (verbi gratia, quia dixit. Si alienauſti vel alienaueris, res deueniat in talem) & tunc tenet contractus alienatione ſecuta. arg. in l. Stichus ſeruum. D. de ma. teſta. Aut prohibitio eſt facta purè & ſimpliciter, per verba præſentis temporis (vt quia teſtator dixit, Nolo quòd hæres meus alienet tale caſtrũ vel talẽ furnũ, qa volo quòd remaneat in agnatione mea) & tũc non tenet cõtractus, nec dominium transfertur, & ſtatim admittitur reuocatio. vt in d. §. diui. & in l. cũ pater. in §. libertus. & l. vnum ex familia. §. ſi talia. D. de lega. 2.

34 Sed † circa præmiſſa quæritur, ſi facta ſit prohibitio à teſtatore cum cauſa, vel cõtemplatione certæ perſonæ, ne res alienetur, an inſtituendo aliũ hæredẽ videatur alienare? In quo articulo ſic diſtingue: aut prohibitio eſt facta limitatiuè reſpectu tẽporis, vt quia eſt facta prohibitio, ne alienatio fiat in vita ipſius prohibiti & tũc videtur conceſſa poſt mortem per tex. in l. pater. in §. fundum. D. de leg. 3. Aut reſpectu perſonarum. vt quia teſtator prohibuit rem alienari in illis de beccaria, vel de comitibus: & tunc inſtituendo hæredem aliquam perſonam ex ipſis dicitur alienare, & contra prohibitionem teſtatoris facere & ſic contractus nullus. vt l. codicillis in §. matre. D. de legat. 2. Aut eſt facta prohibitio ſimpliciter quo ad omnes, & tunc aut res tranſit ad hæredem extraneum expreſsè inſtitutum, & tunc videtur alienatio prohibita quò ad eum. vt in l. peto. §. fratre. D. de legat. 2. & l. ſi ita quis. §. ea lege. D. de verbo. obligat. Et hoc verum, quando ſuperſunt illæ perſonæ quarum cauſa eſt facta prohibitio aliàs ſi nullus ſupereſſet, tunc poſſet extraneus hæres licitè inſtitui. vt l. qui ſolidũ. §. prædium. D. de legat. 2. quod eſt notãdũ. aut trãſit ad hæredem legitimũ ab inteſtato ſuccedentẽ: & tunc talis alienatio non

[a] *Neceſſaria.* Adde Ang. loco ſuprà allegg. 7. & Rom. conſi. 232. Ber.

[b] *In vita hæredis.* Adde Rapha. in cõſ. 13. ſed quid ſi res alienata eſt propter cõdẽnationẽ prohibiti ſoluendã: quia erat in carceribus, vide Bal. cõſ. 87. 2. li. & ibi vide quòd ſi permiſſum eſt alienare in caſu neceſſitatis, & ſit facta alienatio non in caſu qui euenit caſu poſſit poſt modum etiam alienare. Ber.

[c] *Eſt nulla.* Addo quæ ſuprà poſui in apoſtilla ſignata à Ber.

cadit in prohibitionē. vt l.cū pater. §. cū inter libertos. & ibi notata. de legat.2.de quo dic.vt nota.in d.§.fratre. 35 Quid † aūt si illi omnes, quorum cautā testator prohibuit alienationē,cōsentiant ipsi alienationi,an tunc tenebit cōtractus, & alienatio? Dic ꝙ sic. [a] vt l.codicillis. §. insulā. & in l.cū pater.§.libertus de legat.2. & in l.nihil, in § 1.de legat.1. l. quoties.C.de fideicommiss. Vbi autem non omnes cōsentiūt, sed aliqui ex eis,tunc illi qui nō cōsenserunt,alienationē reuocare poterunt,vt d.§.libertus. 36 Quid † ergo si disposuerit testator quod fundus in sua familia remaneret,& hæres cōtra prohibitionem alienauit,deinde decessit hæres superstitibus filiis nepotibus testatoris,an poterunt hāc alienationem reuocare? [b] Dic aut isti nepotes sunt omnes hæredes ipsius hæredis prohibiti, & tunc non possunt reuocare. Aut sunt omnes exheredati, vel aliq exheredati, aliqui instituti, & tūc illi soli qui nō sunt hæredes, pro portionibus suis tantūm, possunt alienationē reuocare. & hæc habētur & notātur in l.filius familias.§. cūm pater.D. de legat.1. & l. vnum ex familia. §. sed si vnoverticul.talia. D. legat.2. & l. is qui cūm plures. D. de leg.3. Et est ratio, quia hæres nō potest impugnare factū defuncti. vt in l.filios cum similib* ibi notatis.C. de his quæ in fraudem credito. 37 Sed nūquid illę † personæ,quarum contēplatione facta est prohibitio, poterunt inter se inuicē vna alteri, & econuerso alienare? Respōde ad hoc, & dic ꝙ sic,ex præsumpta voluntate testatoris. vt in l.quoties.& in l. volūtas& ibi notatis.C.de fideicōmissis. & in d.§.fratre,& ibi notatis.& in l. pater filium in §.quindecim. D. de leg.3. 38

Quid † ergo fit dicendū, si vnus alteri alienauit,an poterit res ipsa amodo alienari in extraneū? [c] Distingue, aut prohibitio est in rem(verbi gratia, dixit testator.Prohibeo rem alienari,&c.)& tūc prohibitio durat perpetuò.vt in d.§. fratre, & ibi per Bart.o.aut est facta in personā(verbi gratia, nolo quòd hæres meus rem alienet) & tunc si semel facta fūt alienatio in personam permissam, poterit deinceps alienari in personā prohibitā:vt in d.§.quindecim. Ex quo apparet ꝙ sufficit semel esse satisfactum voluntati testatoris.l. boues.§. hoc sermone.D.de verb.signific.

Venio ad alium articulum, videlicet quādo persona prohibetur cōtrahere inter viuos,verbi gratia,Vēdo tibi hanc rē, vel dono hoc pacto ne alienes. 39 In quo † q̄ritur,si contrā fiat,an dominū trāsferatur [d]? Dic sic. Aut ille qui paciscitur ne res alienetur, aliqđ ius sibi in re ipsa reseruat,& tūc si contrafiat,nō valet contractus,& dominij trāslatio impeditur vt patet in domino q dedit rē in emphyteusim perpetuò.& pactus est ne liceat emphyteutæ rē alienare.vt probatur in l.fi. C.de iure emphyteu. ad quod facit .l. si creditor. D. de distra. pign. secundū cōmunē literā. Aut nullū ius sibi reseruat, & tūc aut fit alienatio irreuocabiliter,

a *Quid sic.* Adde Raphael.Cu.cons.55.Ber.
b *Reuocare.* Adde Ro.cons. 18.Ber.
c *In extraneum.* Adde Bal.cons.378.2.lib.Ber.
d *Transferatur.* Adde Alex.cons.120.4.vol.& cons.90.4.volum.per Ful.cons.1?, & 202.Ber.

Vt patet

Vt patet in datione libertatis quæ nō potest revocari, & tūc cōtractus est nullus & alienatio. vt l.ea quidē. C.si mancipium fuer.alie. cū ibi notatis. Aut est revocabilis alienatio de sui natura, & tunc secundū omnium opinionē tenet contractus, & dominium transfertur. vt l.ea lege. & ibi plenè per Cy.C.de cōdi.ob.caus.& l. si ita quis. §. ea lege per Cyn. D.de verbor.oblig & ibi per Bart. 40 Sed † dubitatur, qualiter succurratur [a] illi qui pactus est ne res alienetur cōtra ipsum alienantem? In quo passu sunt variæ opiniones vt refert Cy.in d.l.ea lege. Tamē cōcludēdo dic sic: Aut tale pactū vel conventio intercessit super re propria pacisceris, aut super re aliena. Primo casu, aut eius interest rē nō alienari, & tūc agitur ad interesse cōtra alienantē. vt in d.l.ea lege & in d. §. si ita quis. Et intellige sua interesse, si facta sit prohibitio fauore certarū psonarū. Aut eius no interest, & tūc non agitur, si cōtrafiat. vt l.si. C. de pact.inter empt.& vendi. Si verò pactū fiat super re aliena, tūc aut non interest pacisc entis alienari, & non agitur ad aliquid. vt D.de pac.l.nemo. Aut interest, & tūc si contrafiat, potest agi ad interesse. vt l.quoties. D. de furt. Dic latiùs per Cy.& alios doct.in d. l.ea lege.& per Bart.in d.§. si ita qs.

41 Patet † ergo ex p̄dictis, quòd quò ad impediendū dominī translationē, potestās agit prohibitio testatoris quī contrahentis. Cuius ratio esse potest, quia testator potest nuda voluntate, sine aliqua traditione, dominium in alium transferre. vt in l. à Titio. D.de fur. Ergo etiā poterit ne trāsferatur impedire, vt contrariorum sit eadē disciplina. vt in §. illud. Inst. de socie. & per regulā, Qui potest velle potest nolle. quæ ratio cessat in cōtrahente. vt in l. traditionib. C. de pact. & in §. vendit̄. Inst. de rerum diuisio. 42 Sed † nunquid sit dare aliquē modū, per quē in contractu possit impediri dominij translatio? Super hoc multi multa dant consilia: ramen duo pro veritate sunt remedia. Vnū est quod verba prohibitiua alienationis referantur ad præambulum ipsius actus alienandi, hoc modo. Vendo vel dono tibi hanc rem sub tali modo, conditione, forma & cōuentione, videlicet q̄ si peruenieris ad aliquē actum alienationis, quod res ipsa ex nunc pro vt ex tunc in me reuertatur, & reuertā esse intelligatur pleno iure, & in eum casū constituis te ipsū rem meo nomine possidere. Vel aliter & secūdò dicatur sic. Vendo vel dono, vt suprà, & promittis mihi ipsa rem nō vēdere, & obligas in eum casum specialiter mihi ipsam rē pignori. Per hoc enim quòd remanet jus in re, impeditur translatio dominij ipsius, vt probatur in l. si creditor. secundū literam cōmunem. D. de distra. pig. De quo vide quod notat. Bart. in l. qui absenti, in §. 1. D. de acqui. posse. & per Iacob. But. in d.l.ea lege.

42 Nūc aūt supest, vt accedamus ad quintū: videlicet q̄lo quis p̄hibe tūr cōtrahere ratione delicti, vt putà hæreticus, excōmunicatus, apostata, dānatus de crimine læsę maiestatis. Discutiamus latiùs de singulis.

43 Et primò † q̄ritur, an hæreticus possit cōtrahere, vendere, vel alienare? Ad quod breuiter dicendum, q̄ non. vt l. Manichæos. C. de hæret. &

a *Succurratur*. Adde Fulg. cons. 132. Ber.

in auth.credentes.eod.tit.& in c.excommunicamus. in §. credentes. ext. de sentent. excommun. Quin imò nec potest testamentum facere, nec testis in iudicio vel extra esse: vt in dictis iuribus. Et vt generaliter dicam, isti [a] hæretici omni priuilegio omnique dignitate tam ecclesiastica quàm seculari sunt priuati. vt in c.ad abolendam & in d.c.excommunicamus cum seq.de hære.Bonaque ipsorú à tempore commissi criminis ipso iure sunt confiscata,sicut in frà dicetur in crimine læ æ maiestatis. vt habetur & notatur in c. cùm secundùm leges.ext.de hære. lib. 6.

44 Quid autem † de excommunicato dicemus? Dic quòd excommunicatus suspensus est ab administratione.Vnde si clericus est,nõ potest alienare rem ecclesiæ. vt ext.de cler.excom.c.fin. & de re iudic.c.ad probandum quod tenet Innocen.in c.veritatis.ext. de dolo & contuma. Super rebus autem suis, siue sit laicus siue clericus , potest disponere provt vult,& ipsas vendere, donare, & alio quouis modo alienare , siue contrahere [b] vt in c. si verò. de sentẽt.excom.& 11.q.3.c.quoniam multos in fin. Sed tamen agendo in iudicio esse non potest.vt ext. de sentent.excom.c.per tuas.& ext.de sen. & re iudica. c. ad probandum & in c.pia.ext.de excep.rei iudic.c.decernimus & ibi notata ext. de sent.excom.libr.6. quod prosequitur idem Innocen.in d. c. veritatis. Nunquid autem possit facere testamentum? Dic quòd sic. [c] vt notat Ioan. Andr. in d. c. decernimus , tam in Glossa quàm in nouella.& idem Bartol. in leg.si quærimus. D.de testam.& Iacob.de Bel.in auth. de sanct. episco. in §. omn.bus collat. 8. & Innocen. in c.cum voluntate ext. de sentent. excommunic. & Specul.in titul. de instrum.editio.§. compendiosè. ver si. quid de excommunicato. Et pro hoc facit c.1. in fin. ext. de sentent. excommunic.lib.vi.

In apostata quid iuris sit? 45 Aduertẽdũ † primò, quòd [d] apost.sia nihil aliud est quàm temerarius recessus, à statu fidei , obedientiæ vel religionis. Et dicitur apostasia quasi post stario vel retro stato. vt habetur 28 quæst.one 6. c. non obseruetis. Vnde apostata dicitur ille, qui ab obedientia vel ab habitu religionis assumpto recedit. De hoc notatur per Gloss. in c.1. ext. de apost. & per Host.ẽ in sũma.ext.de apostat.

46 Quærendum † est ergo, an apostata possit contrahere? Circa quod est distinguendum, quòd [e] aut est apostata per fidẽ.vt putà si Christianus factus est Iudæus , vel aliter deliquit in cõtemptum fidei, & iste non potest contrahere , nec testa-

a *Hæretici.* Adde quòd primò est sciendum,quis dicatur hæreticus, de quo per Colon.consilium.4. & vide de hære. Oldr. consilio 271. & qualiter debeat hæresis probari,per eundẽ cõsil.10.& an Iudex secularis possit se intromittere , cũ bona eius confiscantur,per do.Car.cons.105.& quòd hæreticus igne comburatur, colligitur ex euang.Ioan.15.Ber.

b *Siue contrahere.* Adde Specu.in titu.de procurat.in 1.parte.§. fi & ibi vide an habens cessionem de iure patronatus,ab excomunicato possit præsentare ante absolutionem ipsius.Bernar.

c *Dic quòd sic.* Adde Feli.con.147.

d *Apostata.* Adde quis dicatur apostata.Cal.consil.1.de apostatis.Oldr.consi.84.& precedenti.Bernar.

mentum

mentum facere, vt hæreticus. vt in l.3.& in l. apostatarum. C. de apost. Et generaliter omnes illas pœnas patitur quas hæreticus. vt notat Inno.in d.c.1.ex.de apost.& facit quod habetur 3.quæst.4. Obertus. Si verò sit apostata inobedientiæ vel irregularitatis,tunc infamis efficitur, & repellitur ab accusando, & testimonio,& excommunicandus est. vt 3.q.4.in c.si quis à suo. & 11.q. 3.c.si autem vobis.& 16.q.1.c.legi.& in d.c.fin.cũ similibus. Non tamen prohibetur contrahere, vel alia facere prout de excommunicato dictũ est suprà. & hoc sequitur Innoc. in d.c. 1.de apost.

47 Sed † quid dicemus in Iudæo & Sarraceno,an possint contrahere? Dic quòd inter se & Christianos[a] possunt contrahere & distrahere,super rebus licitis & legitimis. vt in l.nemo. C. de Iudæis. quia Iudæi omni Romanorum iure regulariter vti possunt. vt in l.Iudæi. C. de Iudæis. Arma autem & loricas nõ licet Christianis vendere Iudæis vel Sarracenis.vt ext.de Iudæ.in c. ita quorundã.& in c.ad dehorrendũ. & in l3. C.quæ res expor. non deb. in l.mercatorum. C.de commer. & mercato. Sed nec licet eis Christianũ mancipiũ tenere. vt C.ne Christia.manci.l.1.& in c.1.& 2 ext.de Iudæ. Postremò nec vllam dignitatẽ[b] aut honorem consequi possunt huiusmodi Iudæi. vt in l. fin. C.de Iudæ. Possunt tamen in iudicio litigare,& sententias arbitrales proferre: vt in l. proferre. & in d. l. Iudæi: in fi.C.de Iudæ. Et etiam potest legari eis in singulari,licèt non in cõmuni. vt in l.1. & ibi notatis: C. de Iudæis. 48 Sed † hîc quæro, an liceat Christianis propria authoritate accipere & vsurpare res & bona infidelium[c]? Dic quòd non. vt in l. nemo. & in l. nullus. C.de Iudæis: siue sint Iudæi siue Sarraceni, quia dominia & iurisdictiones, res & bona,quæ tenentur à Sarracenis vel Iudæis,iustè possidentur ab eis: illa videlicet in quibus Romani Imperatores nullum habuerunt dominiũ vnde super talibus bonis non possunt de iure inquietari vel molestari. In alis autem bonis, in quibus Romanorum Imperatores dominium habuerunt, possunt licitè inquietari,& eis bellum iustum indici per Papam vel Imperatorẽ: quia spoliauerunt imperiũ de ipsius bonis. arg.d.l.nemo. & l.nullus. quod sequitur Inn.in c.quod super.ext. de voto.& Ioan.Andr.in addi.Spec.super tit. de Iudæ. Fortè tamen possent Sarraceni allegare præscriptionem[d] tanti temporis, cuius initij memoria non existit. quæ præscriptio habetur pro titulo. vt in l. hoc iure §.ductus aquę.D.de aqua quot. & æst.cum simi. Vnde tuti videntur præscriptione. nisi dicas quòd iura imperij nullo tempore præscribantur. vt in l.comperit. C.de præscri.30.vel 40.ann.& C.ne rei domi-

a *Et Christianos.* Adde Rom.consil.499. Ber.
b *Vllam dignitatem.* Adde quod voluit Anch. consi.283. & quid de neophito,vide Ro.fin.suis,fol.22. & an habens filios in potestate, per Alex.consi.7. 2.libro.
c *Infidelium.* Adde quod voluit Old.consil.72.87.& 291. Ber.
d *Præscriptionem.* Adde quòd si Iudæus rem Christiani præscribit, & dicit Ro.loco suprà allegato,non tamen tem ecclesiæ præscribere potest,vt ibidem Bernat. No.de damnato in ea mihi lasa maiestatis.

vel templo.l.1.& l.fin.facit c.cū non liceat.ext.de præscri. & ibi notata.

49 Sequitur † nunc videre quid iuris in damnato de crimine læsæ maiestatis,[a] qui aliquid molitur seu machinatur dolosè contra personā imperatoris, vel contra eos qui circa eius latus sunt, vel cōtra rempublicam ciuitatis Romanæ, arma mouendo, vel tumultus aut seditiones concitando, & similia, vt habetur in l.1.& 2.D.ad leg.Iul.maie.nō idem dico de tyranno, vel alia ciuitate. 50 Huius † quidem criminis pœna est mors, & bonorum amissio & publicatio. Filii quoque[b] huiusmodi delinquentis omni successione tam paterna, quàm materna, necnon & alia quacunque priuantur, suntque infames. vt hæc habentur in l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiest. Et taliter delinquens statim crimine commisso efficitur intestabilis, nec potest contrahere, vendere, vel alienare. vt in d.l. quisquis. & in c. cùm secundùm leges. ext. de her. lib. 6. & l.fi.C.ad l.Iu.ma.

51 Quid autem † dicemus in aliis delictis, puta in homicida, fure, raptore falsario, & similibus? Dic quòd aut delictum est tale, ex quo bona non sunt publicāda, vt est hodie regulariter in quocunque crimine. vt in auth. bona damnatorū, cum similibus. C. de bon. damna. & tunc taliter delinquens potest contrahere. vt in l. aufertur. §. in reatu. D. de iure fisc. & in l. reo. D. de solu. Sed an testamentum[c] facere possit Die vt notat Bartol. in l. eius qui. §. 1. D. de testamē. Aut est tale delictū, propter quod bona eius sunt publicanda, vel ex forma iuris, vel statutorum ciuitatis, & tunc considerāda sunt quinque tempora. Primum tempus est ante crimen commissū. Secundum post crimen commissum, & ante accusationem. Tertium est post accusationem & litis contestationem. Quartum est post litis contestationem & ante sententiam. Quintū est post sententiā latā. Circa primum, quod est ante crimen commissum, quæritur an crimine postea contracto & secuto, præcedens alienatio vel contractus reuocari[d] debeat? Distingue. Aut alienatio quæ crimen præcessit fuit facta bona fide, & tunc non reuocatur. vt l. fi aliquis. in fin. D. de donatio. cauſ. mortis. & in d.l. post cōtractum. D. de donatio. Aut ipsa alienatio crimen præuenit in fraudem, cum proposito delinquendi: & tunc reuocatur sequuta sententia. vt in d. l. fi aliquis. & in l. in fraudē in prine. D. de iure fisci. 52 Sed † qualiter de fraude probabitur, cùm eius sit difficilis probatio, quia consistit in animo? Dic quòd ex coniecturis probabitur altero ex 6. modis: vt dicit Bartol. in d. l. post contractum. Primò si alienauit omnia bona sua. vt in l. omnes. §. Lucius. D. de his quæ in fraud. credito. Pro quo facit quod notat glo. in l. qui testamen-

[a] *Læsa maiestatis.* Adde quòd dicatur crimen læsæ maiestatis. Cal. consi. vlti. de accusat. Oldr. cons. 44. & latè vide per Bart. in tractatu ad reprimendum. Bern.

[b] *Filii quoque.* Adde an priuentur beneficiis ecclesiasticis. Ro. singul. suis, fol. 20. & an statutum dicens, quòd tale quid committens intelligatur rebellis, ipse & sui, comprehendat fœminas? Franciſ. de Aret. consi. 23. Bernat.

[c] *Testamentum.* Adde an damnatus ad mortē possit testari? Paul. de Cast. cōsi. 83.

[d] *Reuocari.* Adde Ancha. consil. 59. Bern.

tum.

tum. D. de proba. & quod habetur in d.l. in fraudem. in prin. D. de iure fisc. Quod verum intelligę, quando alienatio fit, & causa peruenit de proximo, & suberat aliqua alia causa suspicionis ipsius criminis, puta inimicitiæ magnæ, vel comminationes, & similia. Probatur per c. fin. ext. de rescript. lib. 6. Facit quod notatur per glossam in authen. Sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & l. sed si maritus. in fi. D. qui & à quib. & in l. si mulier. in prin. D. rerum amo. cum simi. de quibus infrà dicemus. Secundò si donauit vel vēdidit personæ coniunctæ, vt l. pen. C. de bon. quæ lib. in prin. Quod esse verum intellige, quando alia causa præcessit præsuptiua criminis: quia per se sola proximitas personarum non sufficeret, vt suprà dixi. probatur in l. si quis post hanc, versi. fiquid. C. de bon. dam. & ibi per Cy. de hac materia. Istud tamen scias, quòd ad reuocandam venditionem exigitur, quòd emptor fuerit particeps fraudis. vt l. ait prætor. §. si quis particeps. D. de his quæ in fraud. cred. Contra quem emptorem de participatione præsumam. si emit à persona coniuncta, cuius qualitatē & conditionem præsumitur scire. vt l. de tutela. C. de in int. rest. minor. & l. octau. D. vnde cogna. Tertiò præsumitur de fraude. si post venditionem vel donationem ipse venditor vel donator reperiatur ipsam rē tenere & possidere. vt l. sicut. in §. superuacuum. D. quib. mo. pign. vel hypothec. sol. & l. si is qui. D. de acquir. hæred. & l. si quis. in fin. C. de natural. lib. cum similibus. Quod semper verum intellige alia causa concurrente vt suprà. Verumtamē lex videtur velle quod ex hoc magis arguatur simulatio quàm fraus. Inter quæ est differentia. quia simulata venditio nulla est. vt l. nuda. D. de contrah. emptio. cum similibus. sed venditio facta in fraudem reuocatur per actionem reuocatoriam. vt Instit. de action. §. in fraudem. Et intelligas prædicta fore vera, si venditor possedit, fructus & reditus in se conuertendo. aliàs si nomine emptoris possedisset, & sibi de fructibus responderet, non præsumetē ex hoc fraudē vel simulationem. arg. l. litibus. C. de agric. & censi. lib. 11. & in l. Iulianus. §. possessionem. D. de action. empti.

Quartò præsumitur de fraude, quando venditio vel donatio facta est clam, vel in occulto. arg. l. fin. D. de ritu nup. & l. non existimo. D. de admi. tu. dum tamen præcedat alia causa simulationis, de qua suprà dixi. Et isto casu puto in vtroque casu opus esse, quòd emptor vel donatarius fraudis sit particeps. vt in d. l. in fraudem. in §. si quis particeps.

Quintò præsumitur, si de propinquo sequatur delictum. vt in l. si ventri. D. de priui. cre. Pro quo facit, quod notatur in simili. in auth. minoris debitor. C. qui tu. da. pos. & in corpore vnde sumitur. Nisi fortasse delictum esset commissum ex inopinata ira. quia tunc non esset præsumptio in dubio, quod animus præcesserit ad hoc.

Sextò præsumitur, si contractus vel alienatio facta sit expressa sub conditione, dicendo. Vendo vel dono, si mea bona contigeris publicari. vt in l. pen. & ibi notatis. D. de stipula. seru. & in l. summa cū ratione. in prin. D. de pecul.

Quæ autem superius dicta sunt vendicant sibi locum in alienatione facta inter viuos. 53 Vbi † autē donatio facta esset causa mortis, extraneæ personæ, per huiusmodi delinquentem, tunc lata sententia condemnatoria indistincte reuocatur. vt l. eius qui, in fi. D. de testā. & l. res vxoris. C. de dona. inter. vi. & vxo. & notatis in l. si aliquis. D. de don. causa mor. Si verò donatio causa mortis fuerit facta vxori, tūc nullo modo reuocatur: vt in d. l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxo. & in l. si quis posthac. C. de bo. proscript. in prin. Nisi maritus condemnetur de crimine læsæ maiestatis, cuius memoria post mortem dānaretur. vt l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maie. & l. cū hic status. §. si maritus. D. de donatio. inter virum & vxor. & notatis per gl. & docto. in d. l. res vxoris.

54 Venio † nunc ad secundum principale tēpus, quod est post delictum commissum, & ante accusationem porrectam. In quo dic. quòd aut delictum commissum est tale, propter quod bona ipso iure sunt in fiscum statim publicata, vt patet in crimine læsæ maiest. vt d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & in c. cùm secūdùm leges. ext. de hæret. l. b. 6. & in crimine contrahentis incestas nuptias vt in auth. incestas. C. de nup. & in corpore vnde sumitur. & in crimine hæretis. sicut in d. c. cùm secūdùm leges. extrà de hæret. lib. 6. & tunc non tenet alienatio, vtpote facta ab eo, qui desiit esse dominus. Aut delictum est tale, per quod non statim dominium bonorum perditur, sed sola administratio interdicitur, vt 5. dixi in excōmunicato, & in aliis certis casibus qui probantur l. quæsitum. D. qui & à quib. & in l. ex iudiciorum. D. de accus. & tunc non tenet alienatio voluntariè facta. Secus autem si fieret ex causa necessaria. vt in l. reo. D. de sol. & in l. alienationes. D. fama. her. arg. l. pero. in §. prædium. D. de leg. 2. Aut delictū est tale propter quod non perditur rerum dominium, nec ipsarum administratio interdicitur, vt est regulariter in omni delicto. vt l. post cōtractum. & l. auferur. §. in reatu. D. de iure fisci. Et tunc distinguitur: Aut est irreuocabilis alienatio, vt manumissio, & non tenet. vt in l. qui pœnæ. D. de manu. Aut est reuocabilis, & tunc tenet alienatio. vt in d. l. post contractum. cum similibus nisi facta esset in fraudem. vt in d. l. si aliquis. D. de donatio. causa mort.

Descendo † ad tertium tempus, scilicet post accusationem porrectā ante litem contestatam. In quo dic. quòd in omnibus illis casibus, in quibus dictum est alienationē prohibitam post crimen commissum, in illis eisdem erit post accusationē porrectam multò magis. In cæteris autem dic, in alienatione voluntaria idem iuris, quod suprà proximè dixi. 55 In † necessaria autem distinguitur, aut reus est præsens, & tunc idem quod suprà, aut est absēs, & tunc non tenet. vt l. fin. in fi. D. de requi. reis.

Capio quartum tempus, quod est post litem contestatam in quo sunt opiniones tamen pro veritate dic idem esse per omnia, quòd suprà dictum est circa tertium tēpus. quod sequitur Bar. in d. l. post cōtractum. & Guil. de cu. in l. non solū. in fi. D. de in inte. re. licèt gl. teneat cōtrariū in d. Lex iudicior. D. de accusatio.

Postremò

Postremò † ad quintum tempus accedo, quod est post sententiam latam, 56 In † quo distingue: aut sententia non est suspensa per appellationem, & sic transiuit in rem iudicatam, & tunc non valet cõtractus vel alienatio, vt in d.l. post contractum cum similibus. aut est suspensa per appellationem, & tunc tenet contractus vel alienatio ipso iure. tamen confirmata priori sententia postea reuocatur arg. l. Chirographis. §. 1. D de administr. tuto.

57 Ex prædictis † apparet, an fiscus habeat in pœnis tacitam hypothecam, [a] sicut habet in contractibus. vt l. quod placuit. D. de iure fisc. In quo dic quod ante sententiam latam fiscus in pœnis nullum ius habet hypothecæ, sed post sic. vt C. de pœn. fisca. cred. præf. l. 1. lib. 10. Pro quo facit quoniam si tale ius haberet ante sententiam, posset per hypothecariam à quocũque possessore alienatã reuocare, quod est falsũ. vt patet ex prædictis. quod sequitur Bart. in d.l. post contractum & in l. aufertur. in §. fiscus. D. de iure fisci. & Cyn. in l. si quis post hac. C. de bon. dam.

58 Sextus † potest prædictis adiungi casus, in quo persona contrahere prohibetur ratione fragilitatis sexus, vt mulier. Non dico indifferẽter, sed solùm in certis casibus. puta si pro alio intercedat, transferendo in se alienum obligationem, vel fideiubendo pro alio, vel similibus. ex his enim casibus non obligatur mulier in effectu, quia ope exceptionis Velleiani ei succurritur [b]. vt l. 1. & 2. & l. senatus. & l. fœminis. C. ad senatusc. Velle. l. 2. D. eod. Sed si obliget se cum viro suo, aut pro viro suo, ipso iure non obligatur. vt in authent. si qua mulier. C. ad Velle. 59 Potest tamen mulier iuri hypothecarum renuntiare, tam in contractu viri quàm extranei, & talis renunciatio tenet [c]. Sed tamen renũciatio facta super vno contractu, vel in persona vnius, ad alium contractum vel aliam personam nõ extenditur neque porrigitur. vt in l. etiam. & in l. rubemus. C. ad Velleia.

Superest nunc assumere tertium principalem casum, qui est, quando contractus prohibetur ratione rei, super qua celebratur contractus. Circa quod est sciendum, quòd cõtractus potest reddi tunc inutilis principaliter ex duobus.

60 Primò, † ex defectu naturæ, vt quia res non extat in natura, nec esse speratur. vt l. nec emptio. & l. & si consensum. D. de contrah. emptio. cum similibus. 61 Secundò, † ex defectu iuris prohibẽtis. Cuius quidem exempla sunt varia, vt puta res propria, res sacra, res religiosa, fundus dotalis, res litigiosa, res publica, res ecclesiæ, & aliæ plures. Prohibetur itaque primò res propria emi. vt l. suæ rei. D. de contrah. emptio. Item prohibetur res sacra alienari, & super ea contrahi: quia talis res non potest esse in commercio vel dominio alicuius, quàm solius Dei. vt §. nullus. Instit. de rerum diuisio. Nisi in ibus casibus ibi notatis per

a *Tacitam hypothecam.* Adde an fiscus habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis. Ful. consil. 39. Ber.

b *Succurritur.* Adde quòd hoc non est simpliciter verum, sed vide Ro. sin. suis fol. 10. inci. casu. quod mulier.

c *Tenet.* Adde. Ro. cons. 139. & 184. Bern.

Glossam & in l. facimus. cum auth. præterea. C. de sacrosanct. eccles. & 12. quæstio. 2. c. sacrorum.

Prohibetur etiam & res religiosa alienari, vt l. locum. C. de relig. §. fin. Inst. tut. de contrah. emptio. & l. & l. bene. D. de contrah emptio. 62 Et † differt religiosa à sacra, quia res sacræ sunt illæ quæ sunt Deo dedicatæ cum authoritate episcopi, vel superioris prælati. vt in d. §. nullius. Religiosæ sunt illæ, quę constituūtur solius hominis priuati voluntate, inferendo corpus mortuū in certum locum, qui locus appellatur sepultura. vt in §. religiosum. Inst. de rerum diuisio.

Et idem est censendum de locis publicis proprietate & vsu, vt theatris, & plateis ciuitatis, quæ nec alienari possunt. vt probatur in dictis iuribus & in l. sed Celsus. D. de contrah. empt. 63 Si autem † essent publica proprietate sed non vsu, vt molendina, & mancipia, tunc possunt vendi cum certa solennitate. vt l. bona. & l. inter publica. D. de verb. signific. & in l. fin. C. de vend. bon. ciui. libro 11. & notatur in d. l. sed Celsus. Idemque dico de libero homine, qui nec potest alienari. vt in d. l. & liberi. 64 In † prædictis autem casibus si emptor fuerit sciens rem esse sacram, religiosam, publicā, vel liberam, non agit contra venditorem ad interesse [a]. Si verò fuerit ignorans, tunc aget contra eum ad omne interesse suum. vt in d. §. fi. de contrah. empt.

Quid autē dicemus in re immobili ecclesiastica. vt in fundo vel domo ecclesiæ? D. c. quòd huic huius rei tenet alienatio, nisi interueniat certa solennitas tradita, tam à iure ciuili quàm canonico. Quæ quidē solennitas tradita est à iure ciuili, vt habetur in Auth. hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccl. & in l. iubemus, eod. tit. De iure autē canonico (cui in hoc standum est) seruatur & seruāda est solennitas [b], quæ traditur 12 quæst. 2. c. sine exceptione. & in c. dudum. 16. de reb. ecclesię non alie. lib. 6. 65 Quæ † quidem solennitas talis est, videlicet quòd si quidem venditur vel alienatur res immobilis ecclesiæ collegiatæ clericorum secularium, tunc requiritur consensus episcopi ecclesiæ, & capituli, ac etiam tractatus inter ipsos de capitulo. 12. quæstio. 2. in c. sine exceptione. Aut venditur res immobilis alicuius monasterij clericorum religiosorum, & tunc requiritur consensus episcopi & Abbatis [c], ac etiam consensus monachorum, & tractatus inter eos. vt 19q. 2. c. Abbatibus. & 17. q. 4. c. in venditionibus. Aut venditur res alicuius parochialis ecclesiæ, & tunc requiritur consensus episcopi, & presbyteri siue rectoris eius [d], secundum Innocent. vt notatur per eum in c. statuimus. in fine. ext. de transact. & per Goffred. in summa, ext. de rebus ecclesiæ non alien. Ex

a *Ad interesse.* Adde quod vobis Alexan. consil. 69. 4. volumine.

b *Est solennitas.* Adde Ioan. de imol. consil. 95. Alexan. consi. 17. 4. volum. do. Cat. consil. 95. Bern.

c *Et Abbatis.* Adde quòd Abb. conuentus, & monachis carens, potest vendere absque tractatibus: vt consulit Ro. consilio 36. Ber.

d *Rectoris eius.* Adde an si ecclesia sit de iure patro. requiratur consensus patroni in alienatione rerum? Arch. consilio 216. Bernar.

his autem

his autē patet quòd omni casu authoritas & cōsensus episcopi est necessarius [a].

66 Sed † ad declarationē præmissorum q̄ritur, quæ sit forma tractatus qui requiritur in alienatione rei ecclesiæ? Dic quòd conueniunt omnes de capitulo, in vno certo loco cōsueto simul, & fiet coram eis propositio super alienatione fienda de re ipsa, & inde singulariter omnes dicēt, quid sibi pro meliori videbitur fiendum. arg. in l. fin. C. de vend. bon. ciui. li. 11. cum l. seq. De quo fiet instrumentum & hoc tenet Glossa in c. tua nuper. ext. de his quæ fiā. præsine consensu capi.

67 Sed † nunquid sufficeret vnus tractatus, an verò requirantur plures? Videtur quòd vnicus sufficiat, quia decretalis loquitur in singulari, c. dudum. ext. de reb. eccl. nō alie. Licēt consultius sit quòd fiant plures. vt in c. Tertio loco. ext. de testi. ibi. *quoties in.* &c. quam opinionem videtur tenere Gl. in d. c. dudū, super verbo *tractatum*. licēt d. Rolandinus in suis notulis teneat, quòd tertius tractat⁹ intercedere debeat. Quæ autem dicta sunt procedūt in *alienationibus* perpetuis. 68 In † illis autem quæ sunt temporales, vt est locatio ad 5. vel 6. vel 9. annos ad plus, non *requiritur* prædicta solennitas, *sed* sufficit [b] sola authoritas Abbatis, vel rectoris, vel alterius administrato in, vt in c. 1. ext. vt eccles. bene, & 16. q. 1. in c. possessores. quod sequitur Innocen. in c. statuimus. de transact. & Archid. in c. 1 ext. de rebus eccl. non alienan.

69 Sed † quid dices de tali quæstione quotidiana? Ecclesia vendidit vel alienauit rem immobilem, & in instrumento ipsius vēditionis dicit notarius quòd interuenerūt tractatus, & certa solennia de quibus suprà, an per hoc instrumentum probabitur de dicta solennitate? Videtur quòd non, quia ista est solennitas extrinseca, quæ non præsumitur, & maximè quando est talis, quæ non potest interuenire tēpore celebrati contractus, quia requiritur tractus temporis. vt l. 1. & quod ibi notatur. C. de fide instrument. & iure hastæ fisc. lib. 10. & l. quæcunque. in fi. D. de public. In contrarium facit quia omnia debent præsumi soléniter acta, postquam sic in instrumeto cōtinetur. vt in §. fin. Instit. de fideiuss. & in l. sciendū. D. de verb. oblig. Et secundùm hanc partem videtur sētire Ioan Andreas in c. tertio loco. ext. de testib. super Glossa 2. Et idem videtur sequi Specul. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendū versic. hoc quoque. Sed Bart. tenet contrariū d. l. sciendū, & hæc magis placet, & est melior [c] pro ecclesiis. Debent ergo fieri instrumēta separata pro ecclesia, de tractatibus præcedētibus, secundū Roland. 70 Vnū † tantùm scias, q̄ licēt de iure requiratur illa solēnitas, si tamē de cōsuetudine ecclesiæ exigeretur minor solennitas,

a *Est necessarius.* Adde quòd si sic consuetudo, quòd inferior ab episcopo alienet sine eius consensu, quòd valet talis consuetudo, vt tenet Cal. consilio 2. & de his, quæ sunt à prælato, & quis alienet tem ecclesiæ, & quis authorizet, Cal. consil. 10. de rebus eccles. non alie. & an prælatus legatus ecclesiæ solus repudiare possit, ide Lapum allegat. 22 Rom. consil 84. Fede. consil. 9.

b *Sed sufficit.* Adde Cald. consilio 5. de rebus ecclesiæ non alien.

c *Et est melior.* Adde Alex. consil. 17. 4. volum. do. Cald. consil. 95. 7. alleg. Cald. consil. 4. de rebus, eccl. non alienandis. Bernard.

illa sufficeret [a] secundùm Innoc. in d.c. statuimus. & idem Archidiaconus in d.c. dudum. & Goffr. in summa. Pro quo vide quod notat Cynus in l.1.C. quæ sit longa consuet. in illa quæstione circa alienationē rei pupillaris. 71 Quid† ergo si fiat alienatio omissa omni solennitate? Dic quòd est ipso iure nulla, vt in d.l.iubemus. & notata in d.c. sine exceptione. Et punitur alienator, vt in d.l. iubemus. & in c. nulli liceat. ext. de rebus ecclesiæ non alien. Et potest ipse idem alienator reuocare ipsam alienationem, & venire contra factum suum [b]. vt d.l. iubemus, &c. siquis presbyterorū ext. de rebus ecclesiæ non alien. 72 Sed† quid si in hac alienatione interuenit omnis debita solennitas, tamen ecclesia est de alienatione multùm læsa, an poterit reuocari ista alienatio? Dic quòd sic, per beneficium in integrum restitutionis § inf. à quadriennium à tempore alienationis numerandum. vt habetur & notatur in c.1. ext. de in integrum restitut. & in c. pen. ext. de rebus ecclesiæ non alienā. his cū similibus: sicut in simili restituitur minor, si facta sit alienatio cum authoritate tutoris & decreto iudicis. vt l. etiam. & in l. fin. C. si tut. vel cura. interuen.

73 Adhuc† formo aliam quæstionem circa prædicta. Contingit plerunque quòd certi sunt prælati, puta Abbates vel præpositi, qui habent sub se aliquas ecclesias vel aliqua monasteria, qui appellantur patres Abbates, & aliquando conferūt ipsis ecclesias, prioratus & abbatias, sicut faciunt episcopi Diocesani. Modò quæritur, si aliquis inferior rector, prior, Abbas, vel Abbatissa, vēdat vel alienet rem immobilem, an sufficiat authoritas & consensus istius patris Abbatis, an authoritas Episcopi? Dicūt quidā quòd requiritur authoritas Episcopi per ea quę notantur in c. hęc vsus præstatio. 10. quæst. 2. & 17. quæst. 4. in eam venditionibus. In contrarium determinat Ioan. Andreas in d. clement. 1. ext. de rebus eccle. non alienandis. vbi dicit quòd sufficit authoritas dicti patris Abbatis [d] quod videtur approbare. Inno. in c. cùm & plantare. §. in ecclesiis ext. de priuile. & in d.c. statuimus de transact. Host. verò in d. §. in ecclesiis, circa hoc distinguit. aut ipse pater Abbas est exemptus ab Episcopo, & tunc sufficit ipsius authoritas. vt in iuribus primo loco allegatis. Aut est subiectus Episcopo, & tunc requiritur Episcopi authoritas. vt in iuribus secundo allegatis, & hoc magis placet.

74 Amplius† quæritur, an actio personalis vel realis competēs ecclesiæ, possit cedi vel alienari, sine prædicta solennitate? De quo plenè notatur per Gloss. & Iaco. de Belvis Aurb. de non alie. aut permu. resolut. 2. In quo considerari oportet, an actiones inter mobilia vel immobilia computentur. Quidam

a *Sufficeret.* Adde quòd non valet consuetudo, quòd prælatus solus vel capitulum solū possit alienare bona ecclesiæ, vt tenet Cal. cōsil. 3. de his quæ fiūt à præl. Ber.

b *Factum suum.* Adde an iuramentum impediatur, franc. de Arc. consil. 14. Bern.

c *Rest. in int. q.* Adde quòd prælatus nō potest renūciare beneficio restitutionis in integr. vt voluit Ang. cōsil. 144. quādo ecclesia est læsa, potest petere restit. in int.

d *Patris Abbatis.* Adde Cal. consil. 8. de his quæ fiunt à prælato. Ber. Nota, quòd actiones inter mobilia vel immobilia computantur.

dicunt

dicunt eas inter immobilia computari. quam opinionem tenet Glossa in l.mouentium.D.de verb.sig.nisi.& l.fin.C. in quibus causis in integr. rest.non est necess. Alij dicunt ipsas inter mobilia tantum computari. per textum in §. exactio. C. de rei vxo.acti. l.1.& l.2. vers. mobiles.C. quando & quib. quarta pars. lib.x. Quæ opinio approbatur in l.1. C.si aduersus vend. Tu autem plenius secundum eundem Iac. sic distingue. aut tractatur de actione respectu sui ipsius, aut respectu rei ad quã competit. Primo casu omnes actiones censentur immobiles, siue competant pro re mobili siue immobili.arg.Instit. de reb.corp. & incorp. §.incorporales. & quod notatur. in d.l. mouentium. Secundo casu aut agitur de fauore, aut de odio aut mistim de vtroque. Si quidem agitur de fauore, tunc si fauor hoc exigit, computantur tãquam mobiles. vt in d.§.exactio. Si autem fauor nõ exigit, tunc loco immobilium cõputentur, si cõpetunt pro re immobili: si autẽ pro re mobili, tunc censentur mobiles. Ideoq; isto casu possunt cædi tã ab ecclesia quàm à minore, quia res ipsa mobilis posset vendi, secundũ distinctionem traditam in l. lex quæ tutores. C. de admin.tut. & notatis in d. Auth. de nõ alien. §. hæc igitur. & hoc modo debet intelligi quod no. in d.l. fin. Si verò agitur de odio, tunc si odij excluditur si mobiles censeantur, mobiles censendæ sunt. alias autem immobiles censeri debebunt. Vbi autem mistim de vtroque tractatur, tũc si causa magis participat in odio q̃ in fauore, tunc immobiles cẽsentur. alias autẽ mobiles. vt l. corruptionẽ. C. de vsufr. & D. de seruit. l. Si cui in princ. & C. de præscrip. lõg. temp. l. fi. Quę omnia nota. pro statutis prohibentibus varias personas alienare. 75 Trãseamus nunc ad fundũ dotalẽ, reuocãdo in dubiũ an fundus talis possit alienari? In quo casu sic sub breuitate distingue: Aut fũdus dotalis alienatur per maritũ vel vxorẽ, ex causa necessaria, & tenet alienatio: vtputa si detur in solutũ creditori mulieris, qui præuenit in obligatione fundi ipsũ virũ in dote. vt l.1. D. de fun.do. facit in arg. l. alienat. D. fam. ercisc. Vel si prouocetur vir ad diuisionẽ ipsius fũdi. nã his casibus permittitur alien. vt in d.l.1. D. de fund.do.& not. Instit. quib. alie. licet vel nõ. in prin. Si verò fiat alienatio ex causa voluntaria, tũc aut fit titulo vniuersali, puta hæredẽ instituẽdo, & tenet alienatio, licèt transeat cũ sua causa. vt in d.l.1. Aut fit titulo singulari, & tunc aut res fuit tradita vsq; inæstimata, & nõ potest alienari. vt l. prædiũ. C. de iure.do.& Inst. quib. alie. licet. in prin.& l.1.§.& cũ lex. C. de rei vxo. ac. Aut fuit tradita res ipsa æstimata[b]

a *Ad quem competit.* Vide Alexan consil.27.3. volu. Rom. consi 409.do.cons. 72. Bet. Vtrum fundus dotalis possit alienari. Adde, & vide sup. in forma libelli in verbem iurauit, vbi valet iuramentum. Franc. Ber.

b *Æstimata.* Adde quòd licèt res detur æstimata, non tamen agitur, vt res restituatur in casu dotis retinendæ: tunc æstimatio non facit emptionem nec venditionem, l. si æstimat & ibi notat. doct. D. sol. mat. melior text. in l. si inter. C. de iur. dot. & ibi notat Bartol. in leg. si vt certo. §. nunc videndum. D. commo. Fran. Arc. in consilio 84. incipi. In Christi diligenter, in 3. colum, cum multis allegat. ibi vide honor. in c. quando, in col. fin. de iureiur. l. vbi melius, fo.5. addo quod voluit. Old. consil 245. Bernard.

& hic subdistingue: aut æstimata fuit & ea æstimatione quæ non facit emptionem, vt quia fuit æstimata eo solo respectu vt sciatur quantum ipsa res soluto matrimonio sit deterior effecta, & idem vt alienari non possit. vt l. ii inter virū. & quod ibi notatur. C. de iure do. Aut fuit æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, & tunc aut data est ipsi mulieri electio petendi quod velit soluto matrimonio, & tūc non potest alienari. vt in l.1. C. de fund. do. Aut est data viro electio soluendi quod velit, vel rem vel precium. & tunc potest alienari. vt l. quòd si fundus. D. de fund. do. & not. & in l. 1. de fundo dotali. 76 In† dubio autem, si de hoc nō apparet, præsumitur esse electio viri. vt l. pletunque. §. pe. & fin. D. de iure do. & notatis per Glossam in d.l. si inter virum. 77 Si autem† vir consentēte vxore fundum dotalem inæstimatum alienaret, & vxor iuraret non contrauenire alienationi, cōfirmaretur virtute iuramenti alienatio. vt in c. cùm contingat. ext. de iureiur. Nisi mulier prius iuraßet se non alienaturam. quo casu non tenet. cōtractus postea celebratus[a] etiā cum iuramento, cùm prius iuramentum tollat posterius. vt ibi notatur. in c. licet, circa fi. de iureiur. lib. 6.

Denique quid iuris sit in re litigiosa videndum restat. Vnde si quæritur, an res litigiosa alienari possit, sic distingue: 78 Aut† pro re agitur rei vendicatione directa vel vtili, & sic de dominio eius quæritur, & tūc nō potest alienari. vt in Auth. litigiosa. C. de litigi. Aut pro ipsa re agitur ad vsumfructū eius actione confessoria, & tunc idem: quia vsusfructus est pars dominij. vt l. 4. D. de vsufr. Secus si pro alia seruitute ageretur. vt notatur in l. 2. C. de litig. Aut ℘ ipsa re agitur actione hypothecaria, & tūc nō efficitur litigiosa, & ideò est permissa alienatio. vt l. 1. C. de litig. & l. 1. C. de præscrip. long. tēp. Aut agitur actione personali. & tūc res ipsa nō efficitur litig osa & inalienabilis, sed ipsa actio sola litigiosa efficitur. vt in l. 2. C. de litigio. Nec mirū si isto casu res nō sit affecta vitio litigiosi, quia si actio hypothecaria nō afficit rē litig. osā, quę rē ipsam respicit, vt suprà dixi, multò magis actio personalis, secundū Iac. Butr. vt per eū notatur. in d. l. 2. C. de litig. 79 Hīc† autē de vno quæritur, an ad hoc, vt res efficiatur litigiosa vel actio, sit necessaria litis contestatio vel sufficiat sola libelli oblatio? Dic secundū eundē Iac. Butr. ℘ aut quæritur de re, aut de actione. Si de re, illa efficitur litigiosa per solā oblationē precū facta principi, vel solā libelli oblationē. vt in d. Auth. litigiosa. Si verò quæritur de actione, tūc illa actio litigiosa efficitur cū lis cōtestata fuerit. vt l. 2. C. de litig. Quod sequitur Iac. But. vbi suprà. & idē Ioc. de Bell. in Auth. de litig. coll. 8. De iure autē canonico inductū est, quòd per solam citationem res & actio sit litigiosa. vt in clemen. 1 ext. vt lite pendente.

80 Et† nota quòd ille qui rē vel actionē litigiosam alienat, punitur. vt in l. 3. C. de litigios. & l. fin. C. eod. tit. Et prædicta procedunt quando fit alienatio inter viuos. 81 Vbi autem† fieret in vltima voluntate, tūc seruatur auth. nūc si hær. C. de litig. vbi disponitur valere legatum rei litig. si contigit hęredem obtinere

a *Postea celebratus.* Adde quòd hoc intelligit verum.

nere in causa, licèt olim esset aliter statutũ. vt l. 3. in fi. C. eo. tit.

82 Quid † autẽ in alienatione rei ciuitatis vel loci? Dic ꝙ est per nulla cũ certa solẽnitate. vt in l. 1. & 2. C. de ven. re. ciu. li. 10. & notatis in l. ciuitas. D. si cert. pet.

83 Quid † autẽ dices, si fiat alienatio rei nõ litigiosæ ante litẽ mota, quæ tamẽ facta est spe futuræ litis? Dic ꝙ aut talis alienatio facta est in potẽtiore ratione officii, & nõ valet, & punitur alienator. vt l. 1. C. ne li. potẽ. Aut est facta in alio dutiorẽ aduersariũ ratione diuitiarũ, vel alia simili causa, & tũc agitur ad interesse cõtra alienantẽ. vt C. de alie. iu. mu. cau. fa. l. 1. & 2. 84 Et aduerte † ꝙ laici dicũtur habere dutiorẽ aduersariũ, quãdocunq; alienatio facta fit in eccles. [a] vt ext. de ali. iud. mu. cau. fa. c. fi. & vide ꝙ not. in c. 1. e. tit. Postremò & quartò principaliter prohibetur cõtractus ratione turpitudinis. vt habetur & notatur in l. general. & in l. si plagii D. de verb. oblig. 85 In † quo casu sic distingue. Aut id qd promittitur in stipulat. est turpe, vt ꝓmitto facere homicidiũ, vel quid simile, & tũc est nulla stipulatio. vt in d. l. general. & l. si plagii. Aut id qd ꝓmittitur est honestũ, sed ipsa ꝓmissio turpiter est exorta, puta per dolũ vel metũ: & tũc valet stipulatio, sed agẽti obstat exceptio. & vltra promissorẽ datur act. vt liberetur. vt plenè traditur in ti. ꝙ me. cau. D. & C. & de dol. per totũ. Aut id ꝙ promittitur, est honestũ, sed causa propter quã promittitur est turpis. vt ꝓmitto tibi centũ si feceris homicidiũ. & tũc licèt gl. & doct. sint in cõtrariis opinionib. vt refert Bar. in d. l. general. & Cy. in l. 2. C. qđ me. cau. & in l. ex eo. D. de inut. stipul. tamen verius est dicendũ, secundũ eũ, ꝙ sit ipso iure nulla ꝓ l. iurisgent. §. si ob malefic. D. de pact. & ꝓ d. l. si plagii. Et hæc sufficiãt quantũ ad præsens. Sequitur in litera.

GLOSSA. XI.

ET Percipere vel similiter potuit. Nũquid reus possessor teneatur ad fructus tã perceptos quã percipiẽdos? Dic vt dica. §. in gl. super verb. simul cũ fructibus. & ꝙ notatur ꝓ gl. & Cyn. in l. certum. C. de rei ven. d. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Actor nõ tenetur in libello exprime re certã quantitate fructũ quos petit, nec eius quod interest, sed per processum liquidantur.*

GLOSSA. XII.

TOT & tãtos fructus. 1 Licèt † hîc exprimatur quãtitas certa super valore fructũ, non tamẽ est de necessitate qđ actor in libell. exprimat [b] certã quantitatẽ fruct. nec æstimationẽ certã ipsorũ, sed relinquẽdũ est in processu, quia actor certã quantitatẽ quã reus percepit potest ꝓbabiliter ignorare, vt tenuit Bar. in l. 1. in pr. D. de edẽ. & Cy. in l. cert. in vlt. quæst. C. de rei ven. & in l. cũ propria petit. C. si quis alte. vel sibi. & in l. 1. C. de sen. quę pro eo qđ interest. in pe. quæst. Secus autẽ est in interesse, secundũ quosdã: nã certa quãtitas super eo debet exprimi in libello, quia actor de suo interesse, & in quãta quantitate, potest certificasse. vt notatur ꝓ Cy. vbi suprà. In contrariũ tamẽ tenet gl. ꝙ etiam in interesse admittitur pet. tio incerta, & sufficit ꝙ in processu postea certificetur [c] vt notatur in l. cer-

a *In Eccles.* Adde Old. cõs. 30. ber. b *Exprimat.* Adde Al. cõ. 90. a. vo. c *Certificetur.* Adde Rom. consilio 311.

ti.cõdictio.in prin.D.si cer.pet.& in l. 1. C. de sen.quę pro eo ꝙ interest profe. & in §. curare. Insti. de act. Quã opin. tenet Iac.Bur. in l.1.C.de sen.quę pro eo ꝙ interest.& Barto. in l. stipular. nõ diuid.in prin.D. de verb.obl.circa fin.apparatus.Et hæc cõmunior est opinio, secun.ũ eũ. & sic patet idẽ iuris esse tã in fructibus quã in interesse, qđ verius est.

SVMMAE.

1 *Cùm reus rem petitam offert, non est in lite vlterius procedendum.*

2 *Si ante litem cœptam actor rem accipere recusauit, quasi omnino sibi inutilem, non admittitur postea eius petitio. Secus si recusauit quia deterior facta esset.*

3 *Si actor recuset rem deterioratam cum interesse accipere, periculum rei postea ad eum spectat. Secus si reus nõ obtulit interesse cũ ipsa re.*

4 *In dubio actor dimes rem vilem prodereliclo habuisse censetur.*

5 *Si res pereat pendente lite cuius sit periculum.*

GLOSSA XIII.

ET hodie recusat. 1 Quid † igitur si non recusat, sed rem offert? Dic quòd vlterius non est procedendum in lite. vt l.si reus paratus.D.de procur.& in l.si fideiussor. D.de doli excepti. 2 Sed † quid si ante libellũ oblatũ rẽ obtulit, quã actor recipere recusauit, an sit vlterius audiẽdus? Dic aut actor recusauit rẽ recipere tanquã sibi inutilẽ omnino, aut quia deteriorata reddebatur. Primo casu videtur habuisse illã pro derelicto,ideóq.ipsius nõ admittitur petitio.vt l.1.& 2. D.pro derelict.& in §.fi.Insti. de rer. diuis.

3 Secũdo † casu subdistinge,aut reus obtulit rẽ & interesse deteriorationis,& tũc si actor renuit illã accipere,dãnũ postea in ea cõtingens pertinet ad damnũ & periculũ eius arg.l.insulã. D.de verb.obl.& in l. rẽ illa.D.de cõst.pec.Aut rẽ obtulit sed nõ interesse deteriorationis, & tũc licuit actori recusare.& reus tenetur ad omne interesse, tã rẽporis prætériti, quã præsẽtis. vt in l.3 §.si reddita.& quod ibi notatur.D.eo.& in l.planè.fin.ere.& in l. tut.§. Lucius D.de vsur.cũ fim.de quo plenè tãgitur ꝑ Cy.in l.exhib.C.ad exh.4. Indubio † aut ẽ vbi nõ apparet de animo actoris recusãtis accipere,dic ꝙ cõsideranda est qualitas & quãtitas ipsi⁹ rei recusatę, ac etiã qualitas ꝑsonæ recusãtis.vt si res fuerit vilis,& actor quidẽ dives & potẽs,prę sumitur recusasse habẽdo ipsã ꝑ derelicto. Si verò fuerit res cõgruens precii,& actor quidẽ pauper,tũc nõ ꝑsumitur animũ habuisse relinquẽdi.arg.l.cũ de indeb.in fi.D.de proba. Et facit ad hãc distinctionẽ, qđ in simili notatur ꝑ gl.in l.cũ qd Di si cer.pe. dũ quæritur ibi quãdo aliquis dicit,accipe tibi hãc rẽ,&c.& ibi ꝑ Bar. 5 Deinde † quęritur,qd si res ipsa quę petitur, est mobilis, puta equus vel bos,qui mortuus est pendẽte lite,an debeat reus ad restitutionẽ precii condẽnari,vel absolui? Dic esse distinguendũ aut fuerit possessor malę fidei vel bonę fidei. vt plenè traditur, & notatur ꝑ glo. & doct. in l.itẽ si verberatũ. §.1. D. de rei vend.& Iulius in princ.D.de pet.hæred.Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *In actore necessaria est cõclusio, multum à iudice ponderanda. In reo non est necessaria.*

GLOSSA XIIII.

QVARE petit.Hæc est libelli cõclusio & actoris petitio. 1 quę

que¶ quidē cōclusio est sēper necessaria in actore, sed in reo excipiēdo nō est necessaria cōclusio, sed sufficit facti narratio, vel exceptionis allegatio secundum Bartol. vt per eum notatur in l.1.D.de excep. & ibi vide. Ad hanc autem conclusionem actoris & eius formam iudex debet multū aduertere, [a] magis quā ad superiorē partē libelli, in qua cōtinetur sola facti narratio, secūdùm Ioan.Andr.vt notat.in c.cùm ecclesia sutrina.in prin.ext.de cau. pos.& propriè. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Officium iudicis duplex, nobile, quod per se subsistit: & mercenarium, quod actioni deseruit & cohaeret.*

2 *Officium nobile duplex, ius commune adiuuans, & ius commune impugnans.*

3 *Officium mercenarium quandoque deseruit, quandoque repugnat actioni.*

4 *Mercenarium deseruit actioni aliquando proponendæ, vt in interrogatoriis, aliquando propositæ vt in citationibus, dilationibus, receptionibus testium, iuramentis, quandoque litis decisiuæ, vt in fructibus, sumptibus, expensis, quandoque executionis.*

5 *Pro Officio mercenario non est offerēdus libellus nec pro nobili quòd impartitur loco exceptionis. Nec pro nobili quod impartitur loco actionis, cùm non est opus causæ cognitione quoad partem.*

6 *Iudex tenetur officium suum inter ponere, sine aliqua requisitione, cùm res respicit principaliter publicam vtilitatem, aut honorem alterius iudicis, aut pietatem sibi cognitam. Aliter non tenetur.*

7 *Nobile officium interpositū in diffinitiua, pro re quæ respicit priuatam vtilitatem, parte non petente non valet. Nec datione curatoris ad negotia adulto. Secus in datione curatoris ad lites.*

8 *Mercenarium respiciens personam iudicis non potest interponi, parte non petente contra contumacem. Nec contra præsentem, cùm res respicit priuatam vtilitatem. Nec cum actus respicit causæ decisionem, & est de emergentibus ante litem contestatam.*

9 *Officium mercenarium respiciens personam partis, non potest interponi parte non petente. Nisi super his quæ tendunt ad publicam vtilitatem, vel iudicis honorem, vel interrogando partes, testes productos repetendo, vel testes & instrumenta producendo pro absente, eo casu quo contra eum ad diffinitiuam procedi posset.*

10 *Iudex non potest in facto supplere ex officio, nisi vbi de veritate instrumēti producti quæritur. & nisi inquirendo de qualitate testium.*

11 *Iudex in criminalibus potest ex officio nouas probationes inducere, accusatore, & accusato præsente. Idem reo absente, in delictis in quibus pœna vsque ad relegationem imponi pōt. Secus si reus est præsens, et accusator absens, nā in re reo postulāte debet vti nemē abolere.*

a *Aduertere.* Adde Ang.consi.126.& 129.not.9 libellus nō dicitur ineptus, sed impersonaliter concludi, & plena sunt acta, quòd in libello non quod narratur, sed quid concludatur inspicitur.

12 *Iudicis officium mercenarium semper concurrit cum actione. Et nobile adiuuans ius commune. At nobile impugnans ius commune datur in defectum actionis.*

13 *Cessat actio & datur officium nobile, cum de iure communi actio non competit, sed subest aliqua iuris ratio qua aequum est subuenire. Item cum verba legis exequi ne ad ipsum iudicem dirigantur.*

GLOSSA XV.

Q Vatenus Ex officio vectro. Hoc officium iudicis quod postulatur, hic appellatur officium mercenarium, quia cohæret actioni propositæ, & est ministerium & auxilium præbet. de quo loquitur Ædiles. § item sciendum D. de ædil. edi. l. 4. C. depositi cum simi.

1 Cuius † gratia est sciendū, quòd duplex est in genere iudicis officium[a]. Est enim quoddam officium nobile, quod ab aliquibus appellatur merum. aliud est iudicis officium mercenarium. Differentia autem est inter vtrunq; officium, quia officium nobile est illud quod per se subsistit, nulli actioni vel exceptioni deseruiens vel adhærens, sed sui solius nobilitate gaudēs, sicut facit homo nobilis, à cuius similitudine nomēn traxit officium nobile. Officium verò iudicis mercenarium est illud, vt dixi, quod adhæret actioni vel exceptioni, imporens iure per seipsum, vnde famulando deseruit alij, sicut faciunt mercenarij. Ideoque tali nomine appellatur, quia nomina esse debent consequentia rebus. vt in §. est aliud, Insti. de donat.

2 Præterea † sciendum quòd officium nobile est duplex. Nam quoddam est quod tendit ad coadiuuandum ius commune, quoddam quod tendit ad impugnandum ius commune. De primo multa sunt exempla. vt in donatione tutoris & interpositione decreti. vt l. 1. de iurisd. om. iudi. D. & l. naturali. D. de confirma. tuto. & in dando aduocatum non habenti vt l. 1. §. ait prætor. D. de postu. & in aduocato & medico faciendo solui de eorū salario, super quo nulla præcessit certa conuentio. vt in l. 1. in prin. & in §. in honorariis. D. de va. & extraor. cogn. & in l. 1. C. de suffra. & in alijs similibus exemplis de quibus per Innocent. in c. 2. ext. de officio iudicis, & per Specula. in titu. de officio iudicis. De secundo tendente ad impugnandū, patet exemplum in integrum restitutione per quam rescindūtur vel rescindi postulantur contractus, sententia, vel præscriptio, alias valida de iure communi. vt patet in titu. D. de minor. & D. ex quibus cau. maio. & C. si aduer. vendi. cum titu. sequentibus. & in l. in causæ in prin. D. de minor.

De officio autē mercenario exempla sunt in §. uctibus, interesse, ac litis expensis, & cæteris occurrentibus post libelli oblationem. vt in d. l. 4. C. deposit. & l. ædiles. in §. item sciendū. D. de ædil. edic. 3 Cuius † gratia sciendum est, quòd hoc officium mercenarium quandoque deseruit actioni, quandoque repugnat ipsi actioni. de secūdo quādo repugnat ipsi actioni patet exēplū, in exceptione opposita per quam petitur, quòd expensarum factarum repetita ratio habeatur, vt in l. planè. D. de pet. hæred. & l. si in area. D. de condict. inde. & l. in fundo, & l. sum.

a *Iudicis officium.* Adde videndum Spec. in tit. de offi. om. iu. vbi latè, quæ dici possunt de officio iudicis.

prus. & quod ibi notatur. D. de rei vendi. 4 De † primo autem quando deserunt actiones, considera q ò d aliquando hoc officium deserunt actioni proponendæ. vt patet in interrogationis quæ fiunt an reus, qui conuenit speratur rem possideat, vel an sit hæres defuncti, & similia. de quo officio traditur & notatur per Glossam & docto. in rubrica de inter.act. Facit lex qui destinauit. D. de rei vendic. & l. volunt cum simili. D. de inter.actio. Quandoque deserunt actioni proponendæ, vt in dilationibus dandis tam reo quam actori, & in citationibus & recognitionibus testium, & in iuramentis. & simi. vt l.i. C. de dila. & l. testium. & l. nutiturandi, & l. quoniam libert. C. de testi. cum simili. Quandoque deserunt actioni in pronunciatione. & litis decisione. vt in fructibus. & vsuris, ac litis expensis. vt in d.l. ædiles. §. item sciendum. & d.l. 4. depositi. & l. terminato. C. de fruct. & lit.expen. cum si. Quandoque deserunt in executione [a] latæ sententiæ. vt l. à diuo pio. in prin. & in §. in venditione. D. de re iu. & C. de excep. rei iu. per totum. de quo dic vt notat. Bar. in l.i. D. de iurisdom. iudic. ¶ Solet † insuper dubitari an iudicis officio nobili implorato offerendus sit libellus? Et Glossæ sunt contrariæ. nam Glos. in rub. D. de inter.act. dicit quòd non & idē sequitur Glossa in auth. de trien. & semis. §. illud. Contrarium tenet Glo. in l. de submissis. C. de naufra. lib. 11. Idem sentit Glossa. in l. 1. in prin. D. de eden. Alibi Glossa. in l. 3. §. dies. D. quis ordo in bonor. possess. seruc. distingue sic: Aut officium iudicis imploratur in forma iudicij, & tunc libellus offertur. l.i. C. de carbo. edic. Aut imploratur extra formam iudicij, & tunc non offertur libeli[b]. vt l. de submersis C. de naufragiis. lib. 11. Sed tu plenè omnia recolligendo distingue secundum doct. quod aut loquimur de iudicis officio mercenario, & in eo libellus nō offertur, quia satis est quòd super actione libellus sit oblatus, aut de proximo offerendus. & ita intelligatur Glo. in d. rubri. de inter.act. & in d. §. illud. Aut loquimur de officio iudicis nobili, & in hoc similiter distingue. Aut hoc officium nobile impartitur loco exceptionis ad impugnandum actionem, & non offertur libellus, propter proximitatem & connexionem actionis super qua libellus est oblatus, licèt posset ferri secundum Dynum in d.l. scire oportet. D. de extusa. tur. Aut officium nobile impartitur loco actionis. & tunc aut in hoc officio proceditur cum causæ cognitione, quò ad partem & quò ad iudicem, & tūc exigitur libellus. vt in salario aduocati. vt in d.l.i. §. in honorarijs. & in l.i. C. suffrag. & de in integ. rest. quæ postulatur a minore vel maiore. vt d.l. in causæ. D. de minoribus. cum similibus. Nam in his & similibus procedit iudiciario ordine. textus est in c. iudicis officium. ext.

a *In executione.* Adde & vide Alex. in libro 4. §. si ex conuentione. D. de re iudi. & in forma executionis sententiæ, in vlti. versic. Spe. in tit. de execut. sen. §. postremo, in fin. Barto. in l. inter. ff. de re iudic. & Alex. in l. 2. D. de iure iur. Franc. Cur.

b *Non offertur libellus.* Adde quòd quando petitur officio iudicis declarari actum nullum non requiritur necessariò, vt dicatur quòd ex officio hoc faciat, sed sufficit dicere quòd declaret actum nullum, ita Pet. de Acha. consilio 72. inci. visis omnibus & singul. colum. 2. Fran. Cur.

de officio iudicis sic potest intelligi Glossa in d.§.dies. Aut in eo non proceditur cum causæ cognitione quò ad partem, sed solummodò quò ad iudicem, quia à parte nihil petitur, vt patet in datione tutoris vel curatoris, vel interpositione decreti, & in petenda bonorum possessione, & similibus. vt l. diuus. C. qui petant tutores. & tunc libellus non est necessarius. sic etiam potest intelligi dict. §. dies. Aut in eo proceditur tunc aliqua causæ cognitione quò ad iudicem & quò ad partem, & tunc nec in eo libellus offertur. vt patet in aduocato petendo. vt l. 1. §. ait prætor. D. de postulando. & l. nec quicquam. in §. aduocato. D. de offi. proconsul. & leg. de quo dic vt notant. doct. in d. rubric. & per aliquos in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. D. de offic. proconsul. & legat. dixi etiam supra in principio huius libelli, in 1. Glos. in fine.

6 Deinde † quæri solet, an iudex teneatur suum officium impartiri parte non petente? Secundò si non teneatur, nunquid si voluntariè suum officium interponat, valeat sine partis requisitione? Circa primum Bartol. in l. 4. in §. hoc autem iudicium. D. de damno infecto. vbi plenariè tractat de his, sic distinguit. Aut tale iudicis officium, quod est interponendum respicit principaliter publicam vtilitatem secundùm suum subiectum. vt putà purgare prouinciam delinquentibus, & tunc iudex tenetur suum officium interponere sine alicuius requisitione. vt in l. congruit. D. de officio præsidis. & in authentic. vt nulli iudicum. §. primo & §. quomodo verò. Aut respicit vtilitatem priuatam, & tunc aut respicit honorem alterius iudicis, & secundùm Bartol. tenetur officium suum interponere sine alterius requisitione. vt in Apostolis dandis & processu parti appellanti. vt l. eos. in fine. & lege iudicibus. Cod. de appellationibus. Ego puto quòd non teneatur, si tamen facit, valet. vt determinat Glossa posita in dict. l. eos. in fine. quæ allegat ad hoc l. 1. §. 1. D. de libellis dimis. Aut respicit tale officium priuatam vtilitatem partis tantùm, & tunc aut ille actus super quo est officium interponendum, est actus pietatis, & fauore miserationis introductus, aut non. Primo casu aut iudex potest in eo habere probabilem ignorantiam, & non tenetur officium impendere, ni si petatur. vt in l. 1. §. magistratibus. D. de magi. conuen. Aut non potest ignorantiam prætendere, vt quia persona adest in iudicio coram eo, & tunc tenetur interponere. vt l. sancimus. §. 1. C. de administ. tuto. & D. de offi. io proconsul. & legat. l. nec quicquam. §. aduocatos. Vbi autem ipse actus explicandus non respiceret actum pium, tunc non tenetur impartiri officium, nisi parte petente & instante. vt d. l. 4. §. hoc autem iudicium. D. de damno infecto.

In secundo verò casu principali, videlicet si iudex non tenetur de necessitate, nunquid voluntariè interpositum valeat sine partis requisitione? Sic dicendum est, quòd in omnibus casibus in quibus dictum est suprà iudicē teneri de necessitate suū officium impartiri, in illis casibus voluntariè interpositum valet sine partis requisitione. In aliis autem casib⁹ distin[illegible]ue hoc modò 7. Aut loquitur in officio nobili, aut in officio mercenario. 7 Primo † casu, aut il-

lud

lud officium respicit publicam vtilitatem, & valet, si fuerit interpositum: vt in præcedentibus dixi. Aut respicit priuatam vtilitatem, & tunc aut in eo est ferenda sententia diffinitiua, & tunc interpositum non valet, nisi parte petente, vt in d. §. hoc autem iudicium. & in c. iudicis officium. ext. de offi. iudicis. in l. in causæ. §. causa cognita cum similibus. D. de minorib. Aut nulla est ferenda sententia diffinitiua, & tunc aut illud officium consistit in dãda administratione miserabili personæ, aut in aliquo actu exercendo. Primo casu dic quòd vbi dictũ est, iudicem teneri ad hoc de necessitate, valebit si interponatur ex voluntate. In alio autem casu considera qualitatẽ personarum. Nam ille cui dandus est ad ministrator, aut est persona furiosa vel prodiga, & tenet datio sine requisitione partis. vt l. Fulcinius. §. 1. D. quibus ex causis in possess. eatur. Aut est pupillus & idem. In adulto autem considerandum est, an detur curator eidem ad negotia, & non tenet datio sine eius requisitione. Aut datur curator ad litem vel iudicia, & tũc tenet sine requisitione. vt probatur Instit. de cur. §. Item inuiti. & C. qui petitoria. l. 1. D. de tute. l. qui haber. in §. si pupillus. & D. de tutorib. & curatori. datis ab his. l. illud. Si verò officium interponatur propter aliud tunc non puro valere nisi partis requisitio præcedẽs vel subsequens intercedat. vt in l. seruus. in prin. D. de bonorum possessio. coniuncta l. 3. §. in vtro. & in §. acquirere. D. de bonor. possess. & hæc procedunt in officio nobili.

¶ Quòd † autem ad officium mercenarium pertinet, distingue, quia quoddam est officiũ mercenarium, quod principaliter radicatur in persona iudicis, vt dare dilationem, ferre interlocutorias, & similia: quoddam est officiũ, quod radicatur principaliter in facto partis, vt opponere exceptiones, producere testes, & instrumenta & similia. In primo officio distingue sic. Aut tale officium exercetur cõtra partem contumacem, & non tenet, nisi parte requirente. vt l. ad peremptorium. D. de iudic. & in §. sed si quidẽ, in l. properandum. C. de iudic. Aut exercetur contra partem præsentem: & tunc aut iste actus pertinet ad litis ordinationem, aut ad litis decisionem. Primo casu aut respicit iuris publici obseruantiam: vt in libello dilatione, iuramento calumniæ præstandis. & similibus, & valet, etiam parte non petente. vt l. 1. D. de offic. assessor. & C. vt nemo priuat. l. 2. & C. de iudic. l. properãdum. §. 1. & in Auth. iubemus. eod. tit. & l. fin. C. vt intra certum tempus. Aut respicit partis vtilitatem, vt puta quòd plures rei dent vnum procuratorem, & non valet, parte non petente. vt D. iudicatum solui. l. iam tamen. §. peo. Secundo casu principali quãdo actus pertinet ad litis decisionem. tunc si est de actibus emergentibus ante litem contestatam, non valet, sine partis requisitione. vt in l. ædiles. §. item sciendum. D. de ædilit. edicto. Nec his repugnat quod habetur in l. de pupillo. §. qui opus. D. de oper. noui nunc. vbi iuramentum calumniæ non præstatur, nisi à parte requiratur, cuius contrarium suprà dixi: quia ibi loquitur in iuramento speciali & particulari, quod respicit partis vtilitatem. Sed quod superiùs dictum est debet intelligi in iuramento generali calumniæ

quod respicit publicam vtilitatem. Et hoc de officio mercenario radicato principaliter in persona iudicis. Sed quia dixi secundò quòd est quoddam officium mercenarium, quod principaliter radicatur in parte, vt opponere exceptiones, instrumenta producere, & similia, 9 in † hoc sic distingue. Aut vult iudex suum officium interponere, sine partis requisitione, super his quę tendunt ad publicam vtilitatem, vel suum proprium honorem conseruandum, & hoc potest facere. l. quos prohibet. D. de postulan. & l. filiusfamilias. §. veteram. D. de procurato. Aut super his, quæ tendunt ad priuatam vtilitatem, & tunc aut vult probationes inducere interrogando partes, vel repetendo testes productos in iudicio, & potest licitè facere. vt l. vbicúque. D. de interrog. act. & quod notatur in auth. de testibus. §. illud tamen. & in c. cum clamor. ext. de testib. cu similibus. Aut vult officium exercere inducẽdo testes non productos, vel instrumenta non producta in iudicio: & tunc aut vult hoc facere pro parte absente, in casu legitimo quo contra eum posset ad sententiam diffinitiuam procedi: & potest licitè facere tam in causa principali. vt C. quomodo & quando iudex. authen. qui semel, ibi, *perquisita veritate*, &c. quàm in causa appellationis. vt l. amplioremen. §. 1. & quod ibi notatur C. de appellatio. Aut vult inducere pro præsente, & tunc 10 regulariter † non potest, per iura, quæ dicũt iudicẽ nõ posse in facto supplere. vt C. vt quæ desũt aduoc. par. iud. supple. & l. illicitas. §. veritas D. de officio præsid. D. de fer. l. 2. & ibi notata cum similibus. Fallit hoc in duobus casibus, quibus potest contra absentem pro presente, & econuerso officium impartiri. Primò vbi de veritate instrumenti quæritur in iudicio producti. vt *in* auth. de tabel. in princ. Secundò in inquisitione quę fit super qualitate & conditione testium [a]. vt notat Glossa in l. 3. super verbo *inimicitiæ*. D. de testib. l. 1. §. si curator. D. de magistra conuen. & in auth. de testib. §. 1. in Glossa quæ incipit, *in arte*.

11 Sed † circa prædicta quæritur, quid in criminalibus [b] causis, an liceat iudici sine partis requisitione nouas probationes inducere? Breuiter secundùm Bart. vbi suprà sic distingue. Aut iudex procedit accusatore & accusato præsente: aut accusato absente & accusatore presente, aut è conuerso accusato presente, & accusatore absente. Primo casu dicquòd iudex ex officio potest nouas probationes inducere. vt in l. si non defendatur. in fi. D. de pœn. vbi seruo accusato, permittitur tam ipsi seruo quàm iudici quærere de eius innocentia. Ad hoc etiam facit. l. 12. in fin. D. de quæstio. vbi iudex post rei cõfessionem adhuc testes alios examinauit super crimine, vt certior redderetur. Ad hoc etiam facit l. 2. C. de aboli. & c. 2. ext. de calumn. & Glossa in l. 3 §. si tibi iudicium. D. de cõdict. ob turpem causam. Secũdo casu quando reus est absens, tũc regula est ista, Quòd in delictis in qui-

a *Conditione testium.* Adde videndum not. maximè Alexan. in d. §. hoc autem iudicium.

b *Criminalibus.* Adde quæ posuit in tractatu Ang. de malefi. in apo. in gl. ex mero officio.

bus pœna

bus pœna imponitur vsque ad relegationem (quo casu potest contra absentem procedi vsque ad diffinitiuam sententiam, secundùm veram opinionem, de qua notatur in l. absentem. D. de pœnis. & per Cynum in l. absentem. C. de accusatio. in vltima quæstione) tunc potest iudex nouas probationes inducere ex officio suo, quia hoc fieri potest in ciuilibus, vt dixi, multò magis in criminalibus, in quibus periculũ vertitur. Tertio casu quando reus est præsens & accusator absens, tunc quia de iure communi iudex non potest sibi assumere officium accusatoris (nisi in exceptis casibus, de quibus notatur in l. 2. §. si publico. D. de adulteriis. & l. illicitas §. veritas. D. de officio prætidis) ideirco non poterit nouas probationes inducere ex officio suo quia etiam non potest procedere ad diffinitiuam sententiam ferendam. imò reo postulante tenetur iudex ipsius rei nomen facere aboleri. vt D. de accusationib. l. libellorum. § fin. cum similibus. De his notatur per Cynũ. in l. 1. C. vt quæ desint aduocatis part. iudex. sup. & per Specul. in titulo. de disputation. & all. leg. § fin. versic. & breuiter. & versic. & quen.

Ex præmissis autem patet soluta quæstio. qua solet quæri, an iudicis officium concurrat cum actione, [a] vt vbi competit actio, detur & intentari possit etiam officium iudicis. 12 In qua quæstione sic † distingue: Aut loquimur in iudicis officio mercenario. & illud concurrit semper cum actione proposita, vt suprà dictũ est. Aut loquimur de officio nobili, & hîc considera, quòd quoddam est officium nobile, quod competit & datur secundùm ius cõmune, illud coadiuuando, & tunc illud competit, vbicũque actio competit. vt in c. conquirenti. & ibi per Innocentium ext. de officio ordinarii. cùm tale iudicis officium sit latissimum. vt in l. 1. D. de iurisdict. omnium iudicum. Quoddam verò est nobile officium, quod datur seu competit contra ius commune, & illud impugnat, de quo loquitur c. iudicis officio. ext. de officio iudicis. & l. in causæ. D. de minoribus. vt est in integrum restitutio. & tunc non datur tale officium, vbi actio competeret, sed solùm datur in defectum alterius actionis. vt d. l. in causæ. quod sequitur Innocentius vbi suprà. 13 Denuo † pro declaratione præmissorum quæro, quomodo potest sciri, quando illud officiũ detur, & cesset actio? Die quòd primò cognoscitur in illis casibus, in quibus cessat actio competere de iure communi. & æquum est aliqua iuris ratione subueniri. Item cognoscitur quòd competit officium & cessat actio, secundũ Bartol. quando verba legis vel statuti exercitiua diriguntur principaliter ad ipsum iudicem: vt ũ lex vel statutũ dicat, Sic faciat iudex & notatur in l. solet. D. de ali. & cib. leg.

SVMMAE.

1 *Iudex de qua re cognouerit de ea pronunciare debet diffinitiuè.*

2 *Sententia quæ non imponit finẽ causæ est interlocutoria.*

3 *Cùm actor causam non prosequitur, reus potest absolui ab obseruatione iudicij.*

4 *Sententia, qualibus agendi de eadem*

[a] *Cum actione.* Adde an procedat libell. in quo petitur per officium iudicis compelli aduersarium. Cat. cons. de lib. obla. Bet. An officium iudicis concurrat cũ act.

re in alio iudicio reſeruatur, eſt interlocutoria.

2 *A ſententia interlocutoria, cuius grauamen illatum non poteſt reparari in diffinitiua, appellari poteſt, etiam de iure ciuili. Et ab omni ſententia de iure canonico.*

GLOSSA XVI.

PER veſtram diffinitiuam ſentẽtiam. 1 Meritò † petitur vt in diffinitiua ſentẽtia hoc declaretur, quia vbicunque offertur libellus in cauſa, debet ſuper ea ferri diffinitiua ſententia, quia de qua recognouerit iudex, de ea pronunciare debet diffinitiuè. vt l. de qua re. & ibi notatis. D. de iud. 2 Et appellatur ſententia diffinitiua [a] illa per quam finis imponitur cauſæ. vt l. 1. D. de re iudic. aliàs eſt interlocutoria, vt notatur in l. quod iuſſit D. de re iudic. 3 Sed quid † ſi oblato libello & lite conteſtata, vlterius non eſt proceſſum in cauſa, & non eſt plenè inſtructus iudex ex his quid iudicare debeat, quid faciet? Reſpondeo, abſoluet reum ab obſeruatione iudicii. vt in l. properandum. in §. & ſiquidem. in fi. C. de iudi. Ad quod facit, quod habetur in l. ſi de meis, in fi. D. de arb. l. Pomponius ſcribit. alias l. Si Vni. D. de re iud. 4 Sed † an hæc ſententia ab obſeruatione iudicii eſt diffinitiua? Dic ſecundùm Bar. aut talis ſentẽtia imponit finem principali cauſæ, vt de cætero agi non poſſit, vt puta ſi dicat, Abſoluo te quia ſoluiſti & tunc eſt diffinitiua. ita intelligatur gl. I. ff. de perpe. & temp. actio. in fi. Aut talis ſententia non imponit finem principali cauſæ ſed reſeruat ius in alio iudicio vtrique parti, vt puta ſi ferat quia libellus eſt malè conceptus. vt l. I. bellorum. D. de accu. vel propter abſentiam actoris. & tunc eſt interlocutoria. & ita debet intelligi gl. in l. Titia. D. de accu. & in §. ſed ſiquidem. in l. properandum. C. de iudic. de quo notatur per Bar. in d. l. Titia. 5 Sed † ſiue dicas hanc ſententiã diffinitiuã ſiue interlocutoriam, omni caſu poterit appellari, pro vt Gloſſa notat & Bar. in d. l. Titia. quia vbi interlocutoria eſt talis poſtquam non ſperatur alia diffinitiua, tunc à tali interlocutoria ſemper poteſt appellari: quia ceſſat ratio quæ eſt in aliis interlocutoriis, in quibus dicitur ideo non poſſe appellari, quia damnum per eas illatum eſt reparabile per appellationem à ſententia diffinitiua in cauſa ferenda. quæ ratio ceſſat hoc caſu. pro quo facit quod notat. gl. in auth. habita C. ne fi. pro pa. & l. prætor ait. in §. permittitur. & l. intra vtile. D. de mino. Et hæc de iure ciuili, ſed de iure canonico ab omni interlocutoria appellatur, vt aliàs dicam, & probatur in c. vt debitus. ext. de appel.

SVMMA.

1 *In actionibus realibus ſententia fertur declaratoria non inductoria.*

GLOSSA XVII.

DEclareris. hoc ideò dicitur, quia in 1 actionibus † realibus ſententia fertur declaratoria, non autem inductoria. vt l. ex diuerſo. D. de rei ven. l. ſicuti. in §. ſi quæratur. D. ſi ſer. v. n. Facit quod dixi ſuprà in gloſſa ſuper verbo, *iure dominij vel cauſæ*, &c.

[a] *Diffinitiua.* Adde Ang. conſil. 114. Paul. de Caſt. conſil. 92. Bet.

SVMMAE.

1 *Si in libello prius petatur executio, quàm condemnatio, non tamen id o vitiatur.*

2 *Remedia ad exequendam sententiam sunt, manus militaris, pœnæ impositio, pignoris captio, iuramentum in litem contra dolosum.*

3 *Cùm in una lite interuenit alius actor iudex melius probanti de iure suo rem adiudicat.*

4 *Cùm unus actor præuenit alterum in sententia obtinenda, cauere debet reo de ipso defendendo aduersus alium actorem. Et si reus non petat cauere, ad interesse tenebitur secundo actori.*

5 *si per iudicem fiat quominus reo caueatur reus liberabitur.*

GLOSSA XVIII.

COndemnetis, & cõdemnatum iuris remediis compellatis. Hic est ordo iuris vt prius feratur sententia, antequam fiat vel petatur executio. vt l. 1. C de execu. rei iudic. & l. si cùm nulla. D. de re iudic.

1 Sed † quid si in libello ordo petendi conuertitur, vt quia dicat actor, Peto reum compelli, & compulsum condemnari, an ex hoc vitietur libellus? Videtur quòd sic, quia præpostera est petitio. vt l. vt dubitem C. de hæred. actio. Tu dic secundùm Bar. quòd non vitiatur. vt per eũ notatur. in d. l. si cùm nulla. & in l. 2. §. interdum. D. vulga. & pupil & in l. quidam. D. de pecu. leg. & in l. ad reprimendum. & est ratio, quia mens loquentis hoc casu potius quàm ordo scribentis debet attendi. arg. l. talem. D. de hęre. instit. & l. si quis intentione ambigua. D. iud. & l. nec enim ordo. D. de solut.

2 Inde † quæritur quæ sunt iuris remedia ad aliquem compellendum? Dic tria, videlicet manus militaris. vt l. qui restituere. D. de rei ven. Pœnæ impositio, & pignoris captio. vt l. 1. D. si quis ius dicen. non obtem. cum fi. est & quartum remedium, videlicet iuramentum in litẽ contra dolosum. vt notatur per gl. in l. à possidente. C. de rei ven.

3 Quid † dices de tali quæstione? Ecce quòd oblato libello & lite contestata, superuenit alius actor qui libellum produxit coram eodem iudice contra eundem rei possessorem, petendo ab eo eandem rem iure dominii vel quasi. quid faciet reus, & quale erit officium iudicis? Dic quòd iudex adiudicabit rem illi qui melius probauerit de iure suo.

4 Et si † vnus præuenerit in sententia obtinenda, debet reus petere à iudice antequàm compellat ipsum rem illi restituere, vt cogat eum idoneè cauere ipsi reo, de defendendo ipsum aduersus alium actorem. vt habetur in l. à quo. D. de rei vend. cum l. seq. & quod notatur in l. Si quis à multis D. de noxal. Aliàs autem si restituerit rem, non exacta, neque petita hac cautione, tenetur suo actori ad interesse, secundùm veram opinionem quia præsumitur fuisse in dolo, restituendo sine cautione. vt habetur & notatur in l. dolo. D. ad leg. fal. & l. hoc autẽ. §. fin. D. Si cui plusquam per leg. fal. & per Bar. in l. pen. D. de pe. hæred. & per Inno. in c. cùm super. ext. de re iud.

5 Quid † ergo si reus fuit sollicitus in petẽda cautione, sed iudex fuit negligẽs in faciẽdo eã præstari? Dic quòd reus est plenè liberatus: quia sine culpa possidere desiit. arg. l. fin autẽ. §. 1. D. de rei ven. & in l. furti. §. q iussu. D. de his q nota. infa. cũ similib. ibi notatis.

SVMMAE.

1 *Pertinentia castri sunt iurisdictio, territorium, Ecclesiæ, bona quibus est dotata, decimæ. Interdicti vnde vi, mobilia, immobilia, damna.*

2 *Cùm princeps donat castrum, pertinentias concedere videtur quæ ante annexa erant.*

GLOSSA XIX.

CVM *pertinentiis suis.* Quid autem contineatur appellatione pertinentiarum? 1 Dic† quòd omnia illa quæ lege, statuto, vel consuetudine deputata sunt vt accedãt. Sicut castro aliquando deputata est iurisdictio, vel certum territorium quod sibi respõdeat. & ecclesiæ deputata est dos sua, & decimæ quæ iure parochiali debentur. vt in c.1. ext. de censi. & ext. de deci. cap. cùm contingat. Et in interdicto Vnde vi, in quo est statutum quòd immobilia & mobilia & damna accedant. vt in c. grauis. ext. de resti. spo. cum similibus. Quæ omnia pertinentiarum [a] nomine comprehenduntur. vt plenè per Ioñ. in c. cùm ad sedẽ. ext. de rest. spo. & in c. ex literis. ext. de iure par. 2 Sed† quid si princeps concedat castrum, vel donet, an iurisdictio dicatur concessa [b] vel donata? Dicit Bart. & Ang. quòd sic. vt notatur in l. 2. C. de bo. va. lib. 10. Quod verum intellige si castrum habebat ante annexam iurisdictionem. aliàs non credo quòd intelligatur conferre de nouo iurisdictionem: quia ex separatis nõ est recta illatio. vt l. Papinianus exuli. D. de minor. Alij dicunt & etiã iurisdictio videtur ex hoc de nouo collata, quia beneficia principum sunt latissimè interpretanda. vt l. fi. D. de cõstit prin. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Fructus perceptos post libelli oblationem iudex potest ex officio, sine partis requisitione, adiudicare. At perceptos ante non potest. Nisi in interdicto Vnde vi: in actione, Quod metus causa: & in actione ex lege, Si quis in tãtã. C. vnde vi.*

2 *Non est necesse in libello exprimere quantitatem fructuum qui petũtur, sed ea in processu causæ probari potest.*

3 *Bona fidei possessor cum titulo, fructus consumptos non restituit, nec compensat, sed extantes. Nisi expensas in re facta actor postulet vel vsura. precij.*

4 *Malæ fidei possessor sine titulo, restituit fructus extantes, consumptos perceptos, & percipiendos. Idem etsi habuit titulum minùs solennem. At si habuit solennem, nõ restituit percipiendos nisi quatuor casibus.*

5 *In bonæ fidei possessore minùs solenne titulus æquipollet vero titulo, quoad fructuum restitutionem, nõ quoad vsucapionem.*

6 *Fructus intelliguntur restituti debere, deductis prius impensis factis pro fructibus percipiendis.*

7 *Colonus partiarius partẽ fructuum*

a *Pertinentiarum.* Adde Old. consil. 10. & qualiter intelligatur pertinẽtia. & quid iuris sit de istis, Spe. in titu. de rel. domi. ver. dictum etiam, d. Car. cons. 47. Abb. congni. & appellatione territorij, & districtus proprietas non continetur, vt per Old. consil. 276. Bern.

b *Concessa.* Adde Oldr. consilio 121. 252. & Ro. consil. 94.

capit

capit pro impensis & operis suis, de consuetudine.

8 *Fructuum appellatione comprehenduntur omnia ad usum hominis inducta.*

9 *Vua vinea fructibus industrialibus computatur.*

10 *Inquilinus domum habitando fructus percipit.*

GLOSSA XX.

SIMVL *cū fructibus*[a]. 1 Notā ter † petuntur fructus per actorem in libello, quia si non essent expressi in petitione, iudex non posset postea ipsos deducere ex suo officio in condemnationem. Quod est intelligendum de fructibus tam perceptis ante libellum oblatum; hi enim necessarii sunt in libello petēdi, nec aliter iudex de his posset ferre sententiam. In aliis autem fructibus perceptis post libellum oblatum, iudex ex officio suo sine partis aliqua requisitione præcedēte, pronunciare potest[b], & cognoscere, & sententiam ferre. vt hæc habentur in l. fructum. D. de vsu. & in l. ædiles. §. item sciendum. D. de ædil. edict. Quod sequitur Inno. & Io. And. in c. grauis. ext. de rest. spo. Fallit autē in rebus casibus, vbi fructus præteriti temporis, & ante libelli oblationem percepti, possunt à iudice in cōdemnationem deduci, sine aliqua petitione actoris. Videlicet interdicto Vnde vi. vt in l. 1. in §. rectissimè, & l. idem est. §. fi. & l. si plures. D. de vi. & vi. ar. Et in actione quod metus causa l. sed & part⁹. D. quod metus causa. Et in constitutione. l. Si quis in tantam. C. vnde vi, vt in ea habetur. Ad quod facit quod notatur in c. 1. ext. quod met. cau. In quibus casibus specialibus, si lata fuerit sentētia super re principali, vlterius ad fructus agi non posset, vel similia accessoria, per regulam traditam in l. 4. C. depos. & in l. eos & l. In bonæ fidei. C. de vsu. quod notatur in l. centum capuæ. D. de eo quod cer. loco. & l. 1. C. de iudic. cum similibus. 2 Illud † tamen notandum, quòd quando fructus petuntur, non est necesse certam quantitatem exprimere[c] in libello, sed sufficit, quòd in processu causæ quantitas certa, pour est possibile, probetur. vt suprà dixi in alia Gl. de quo per Cyn. in l. certum. C. de rei vend. Quando autem fructus peti possunt vel non, tangitur per Bart. in leg. si fundum. D. de verb. ob. 3 Deinde † quæritur, an possessor rei condemnatus, sicut tenetur ad rei ipsius restitutionem, ita teneatur ad restitut. oñē omnium fructuum? Pro cuius solutione sub breuitato

a *Cum fructibus.* Adde quid contineatur appellatione fructuum. Sp. in tit. de interr. quæ sunt ante lit. cont. §. 12. verūm & an appellatione fructuum veniat palea. Rom. sing. 501. fo. 16 Bernard.

b *Pronunciare potest.* Adde Spec. in tit. de alleg. & dispar. §. 1. versicul. sed nunquid, & in tit. de fruct. & interes. per totum, per Specul. in tit. de appellatio. §. 10. versic. sed pone. & in titulo de expensis §. 4 Bernard.

c *Quantitatem exprimere.* Adde quòd licet Bar. in l. ex diuersis. §. 1. D. de rei ven. dicat quod requiritur specificatio tamé communis opin. est, vt dicit hæc practica, & eā ponit Alex. de Imola consi. 90. fin. verti. quin autē, in 2. volu. allegando Inno. & alios: vt ibi per eum, & adde quod Paul. de Castr. consil. 18. in fin. secundum primā impressionē, quòd vbique iudex potest facere condemnationē quātitate nō expressa, & postea illā liquidare in executione, & in proposito. vide Bart. in l. si quod ex Pamph. D. de l. 2. & q ponit do. Mar. Soc. in c. 2. de libel. oblat. 12. q. 3. pr. Frā. Cur. Et vide additi.

ac cõclusiuè distinguitur. Aut quæritur de fructibus perceptis, aut percipiendis, hoc est de his qui percipi potuerunt. Primo casu: Aut est bonæ fidei possessor & cum titulo & malæ fidei, & sine titulo. Si bonæ fidei, aut fructus extant, siue industriales siue naturales, & tenetur eos restituere, vel iure actionis vel iudicis officio, secundum diuersitatem opinionum. vt in l. certũ. C. de rei ven. & ibi per Cyn. & facit l. fructus. C. de vsu. Aut sunt cõsumpti [a], & tunc non tenetur restituere nec compensare. vt Inst. de offic. iudi. §. si verò &. ibi notatis & Inst. de rer. diu. §. si quis à non domino. N. si ipse possessor expensas in re factas per eum postularet, vel vsuras pretii: nam tunc fieret fructuum & expensarum compensatio. vt in l. sumptus. & in l. emptor. D. de rei ven. De percipiendis autem nõ tenetur propter titulum. l. si fundum, & ibi notatis. C. de rei ven. cum sim l. 4 Secundo† casu principali, q. tãdo fuit malæ fidei possessor, subdistingue, quia aut nunquam habuit titulum, & tunc tenetur de omnibus tã perceptis quàm percipiendis, & tã extantibus quàm cõsumptis. vt C. de condict. ex lege. l. malæ fidei. l. si fundum. C. de rei ven. & in d. §. si quis à non domino, & ibi notatis. Aut habuit titulum, & tunc aut habuit titulum solennẽ, & tenetur de fructibus perceptis extantibus vel non extantibus, de percipiendis autẽ propter titulum non tenetur [b]. vt in d. l. si fundum. Nisi in quatuor casibus ibi notatis per Gl. qui infrà scriptis legibus cõprehenduntur. l. sed & partus in prin. D. quod met. caus. l. ait prætor. §. per hanc. D. de his, quæ in frau. credi. l. quemadmodum in fin. C. de agri. & censi. & l. 1. C. de fide instrum. & iure hastæ fiscali. l. x. Aut habuit titulũ minùs solennẽ: & tũc si fuit in mala fide, tenetur de omnibus tam perceptis q̃ percipiendis. arg. d. l. quemadmodum & quod not. in c. qui cõtra iura. de iureiur. lib. vi. 5 Si† verò fuit in bona fide, tunc idẽ dicendum quod suprà dictũ est in habente verum titulũ cum bona fide. Nam hoc casu quo ad fructus talis minùs solennis titulus habetur pro solenni, licèt non quo ad rem præscribendã. vt probatur in l. bonæ fidei. D. de acquir. do. & confirmat Gl. in l. 2. C. si quis ignorans. mino. esse sine decr. comp. & in l. sed si l. §. scire. & ibi Bar. D. de petitio. hæred. & in l. si fur. §. 1. & l. vbi lex in prin. D. de vsucap. & per Dy. in c. possessor. ext. de arg. iur. lib. vi. quod est valde notandũ.

6 Quæ† autẽ superius dicta sunt circa restitutionem fructuũ, debẽt intelligi, deductis priùs expẽsis [c] factis pro ipsis fructibus percipiendis. vt in l. fructus. D. solu. matri. & l. si à non dom. §. fi. & ibi not. D. de petit. hær. & l. fundus qui dotis. in prin. D. famil. erc. & l. quod in fructibus. D.

a *Consumpti.* Adde Angel. consil. 82. & consil. 34. vbi dicit quòd tenetur eatenus, quatenus est factus locupletior, de quo per Ioan. de Imo. consil. 92. per dom. Card. consil 110. Bernard.

b *Non tenetur.* Adde quòd fallit in minore: quia possessor cum titul. tenetur minori de percipiendis per Glossam singularem in l. pater. §. prædium, vers. item ex diuerso. D. de minori, & hoc no. quia dicit Rom. singul. suis quòd ignoranter, & idem tenuit eius consil. 454.

c *Expensis.* Adde an expensæ deducantur ex fructibus qui debentur tit. luctatiuo. Rom. consilio 130.

de vsur.

de vſur. 7 Quid † ergo dices in colono cui eſt fudus locatus ad reddendum dimidiã partem fructuum domino, nunquid de hac dimidia ſumptus per eũ factos primùm detrahere poterit, & reliquũ reddere? Videtur quòd ſic, per iura proximè allegata. In contrariũ eſt veritas, ſecundùm Iac. de Are. & Bart. vt nota. in d.l. fructus. Et ſi ratio in caſu iſto, quia colonus videtur operas ſuas & impẽſas ponere pro reliqua medietate quã lucratur [a]. arg.l. cum duobus §. ſi in cocunda. D. pro ſoc. & ibi not. Et ita de cõſuetudine obſeruatur, quæ obſeruanda eſt. vt l. cum de lanionis. § aſinã. D. de fun. inſtru. & pro hoc bene facit quod notat. Gl. in l. idémque. §. Idem Labeo. D. mand.

8 Sed † quæro quid cõprehẽdatur appellatione fructuum? Dic quòd omne id quod ad vſum hominis inducti eſt. vt l. in fructu. D. de vſuf. l. ſiue ſint fructus naturales [b], vt poma & c. ſiue induſtriales: vt frumentum. & ſimilia. vt l. fructus. D. de vſufru. 9 Sed † nunquid vna de qua ſit vinũ dicatur fructus naturalis vel induſtrialis? Dic quòd eſt fructus induſtrialis. cũ in huiuſmodi fructu magna hominis induſtria requiratur vt not. Gl. in c. contra ius. extra de reſt. ſpo. & per Cy. in l. certũ. C. de rei ven. 10 Sed † nunquid habitãdo domũ dicatur quis fructũ [c] percipere? Dic quòd ſic. vt l. Si is qui bona. §. ſi antichriſis. D. de pign. l. apud Iulianũ. §. 1. D. de leg. 1. & l. prædiorũ. D. de vſur. Per quod deciditur illa quæſtio. quòd ſi emptor domus, qui illã longo tempore habitauit, imputet expenſas venditori, quòd ipſe venditor poterit ſibi cõpenſare fructus habitationis. vt in præalle. l. emptor. & l. ſumptus D. de rei vend.

SVMMAR.

1 *Fructus ſunt ſpecies quæ in fundo naſcuntur. Redditus vero annua quantitas quæ ex locatione redigi conſueuit.*

2 *Fructus & vſusfructus eadem ſunt. Vt & legata alimentorum victus, educationis.*

GLOSSA XXI.

ET redditibus. 1 Quæritur † an inter fructus & redditus [d] ſit aliqua differẽtia? Dic quòd ſic. vt habetur & notat. in l. fundi Trebat. D. de vſu & vſufr. leg. & l. patrimonij. eo. tit. 2 Sed † inter fructũ & vſufructũ nulla differentia eſt: paria enim ſũt legare fructũ & vſufructũ. vt in l. cũ ita. & l. ſeq. D. de vſuf. leg. Sicuti paria ſũt legare alimenta, vel victũ, vel vt talis educetur. vt in l. alimẽta, & l. fina. & ibi notatis de alimẽ. & ci. leg. & l. verbo victus. D. de verbo. ſignifi.

SVMMA.

1 *Poſſeſſor poſt moram reſtituẽdi rem, tenetur præſtare fructus quos petitor percipere potuiſſet.*

a *Quam lucratur.* Adde an colonus partiarius habeat intereſſe fructuum arbor. & an fructus pendentes diuidat cum emptore fund. Specul. in titul. de loc. §. 5. Rom. conſilio 360.

b *Naturales.* Adde qui dicantur fructus naturales, qui induſtriales, & qui ciuiles. Franc. de Aret. conſil. 160. & an olina ſit fructus induſtrialis, per Bartolum, conſilio 64. Bernard.

c *Fructum* Adde an penſiones domorum veniant appellatione fructuum. Franc. de Aret. conſi. ſupra alleg. Alexan. conſil. 171. 2. lib. Bernard.

d *Et redditus.* Adde quæ ſit differentia inter fructus & reditus, & prouentus, Raphaelem Cumã. conſilio 162. Bernard.

GLOSSA XXII.

ET *qui percipi potuerunt*, &c. Quãdo quis teneatur de fructibus percipiẽdis, tractatum est suprà in alia Gl. 1 Sed† quomodo debet intelligi, quãdo de percipiẽdis fructibus tractatur? an de percipiẽdis, hoc est, qui ipsi potuerũt ab ipso possessore[a]. An quos percipere potuisset ipse petitor? Dic secundum Cyn. vbi suprà, quod aut possessor fuit in mora restituendi sẽ, quia fuit interpellatus, & tũc debet intelligi, quòd post morã teneatur de fructibus, qui percipi potuerunt ab ipso petitore, si res ipsa fuisset tibi restituta, ita intelligator. l. si nauis. & quod nota in l. fructus. & l. ex diuerso. D. de rei vẽdit. Aut possessor nõ fuit in mora: & tũc debet intelligi vt teneatur de fructibus quos ipse possessor percipere potuit, vt probatur in l. domũ. cum ibi notatis. C. de rei vendi. De hoc nota. per Bart. in l. apud Iul. §. fructus. D. de l. 1. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Regula est. Cum res non extat ad eius æstimationem recurritur.*

GLOSSA XXIII.

ET *si non extant in eorum valore & æstimatione*[b], &c. hæc enim est 1 iuris† regula, quòd quando id, quod præstari debet, de facto fuit extare per morte vel consumptionẽ, tunc recurritur ad eius æstimat. vt l. item si verberatũ. §. 1. D. de rei ven. & l. si seruũ. in §. effectus. D. de ver. obliga. & l. si quis ab alio. in fin. D. de re iud. & l. vinũ. & l. qui te. D. si certũ peta.

SVMMARIA.

1 *Actor non tenetur in libello exprimere quanti sua interest, nec quãtitatem fructuum.*

2 *Qui non paret mãdato iudicis ad interesse tenetur, quod liquidatur cõtra dolosum iuramento partis. At contra alios aliis probationibus.*

3 *Definitio eius quod interest. Est damnum emergens, vel lucrũ cessans, vel damnũ contingens ex eo quod indebitè fit, non fit, non datur.*

4 *Diuisiones eius quod interest. Aliud est commentum, aliud commune, aliud singulare. Item aliud intrinsecum, aliud extrinsecum. Item aliud consistens in damno passo, aliud in lucro amisso.*

5 *Interesse intrinseci quid sit, & exẽpla in seruo castrato, hæredeinstituto in re precio minuta.*

6 *Extrinsecum quid sit, & exempla in pœna commissa ob rem non solutã suo die: in venditione seruitutis aquæductus: in familia fame perẽpta, ob non solutam pecuniam.*

7 *Interesse intrinsecum venit, cùm non est traditum vel factum quod tradi vel fieri debuit vel quia malè traditum vel factum est quod rectè tradi vel fieri debuit. Primo casu extrinsecũ non venit, nisi intrinseci (propter ipsius rei naturã, vt in pecunia) non possit venire. Altero casu vtrũq; interesse venit.*

8 *Lucri (quod intelligitur omni expẽsa & damno deducto) ratio habẽda est à iudice, quando non est cũ tertij iniuria, nec pendet à fortuna, nec est incertum.*

9 *In cõtractibus habẽtibus certã quãtitatẽ interesse non potest excedere duplum in alios potest.*

10 *Contractus certus dicitur, cùm quid certum in obligationem deducitur. Incertus cùm certa quantitas vel res non exprimitur.*

11 *In con-*

a *Ipso possessore.* Adde Ang. cõs. 302. Frã. de Aret. cõ. 16. vbi vide an sũptus deduc. Ber.
b *Et æstimatione.* Adde quod voluit Rom. consil. 281. Bernard.

11 *In contractu incerto interesse potest excedere duplum.*

12 *Si petatur interesse pro eo quod est factum quod fieri non debuit, excedere non debuit, excedere potest duplum, etiam in contractu certo, quia tunc venit interesse extrinsecum.*

13 *Id quod duplari debet est pretium rei, non pretium conventum.*

14 *Quando interesse committatur in factis dividuis vel individuis. multipliciter distinguit Bart. l. 3. §. Cato. D. de verb. oblig.*

15 *Cum interesse quod petitur est in obligatione vel per se vel legis potestate, iure actionis petitur. sed si accidat rei quæ est in obligatione, petetur officio iudicis. Hæc videtur. summa subtilioris, quàm utilioris disputationis hic inferre.*

16 *Papienses noster consulit vt semper in libellis iudicis officium imploretur simpliciter, nec exprimatur nobile aut mercenarium.*

17 *Iudex potest cõdemnare reum ad interesse & fructus contingentes post litis contestationem, sine partis requisitione.*

18 *Interesse petitum potest de iure canonico, non vsuræ.*

19 *Qui est in mora solvendi die promissa tenetur ad interesse.*

20 *Interesse commune vel conventum, id est, æstimatio rei, probatur habita ratione, loci, temporis, qualitatis rei & circunstantiarum.*

21 *Forma ponendi articulos per actorem, super æstimatione rei immobilis, vel mobilis.*

22 *Æstimatio magis continua & vsitata in foro publico ciuitatis, attendenda est.*

23 *Æstimatio non est metiunda ex*

affectione testium, nisi essent plures decem.

24 *Æstimatio insolita non attenditur, sed ea quæ est in cõmuni cursu.*

25 *Reus, vt æstimationẽ minuat quid deducere & probare debeat.*

26 *Interesse affectionis probatur tantũ per iuramentũ in litẽ. quod defertur quatuor cõcurrentibus, natura rei de qua agitur, natura actionis, dolo aduersarij, habilitate personæ iurantis.*

27 *In actionibus bonæ fidei directis, quibus petitur aliquid restitui, vel tradi, cùm reus habet facultatem rei tradendæ in litem iuratur.*

28 *In actionibus in rem, etiamsi non agatur de dominio, vt in hypothecaria, confessoria, iuratur in litẽ.*

29 *Arbitrariæ actiones sunt in quibus iudex rem restitui percipiendi non paretur. & in his iuratur in litem, vno casu excepto.*

30 *Propter dolum duntaxat, non etiam propter culpam latam (nisi contra tutorem) iuratur in litem.*

31 *In actionibus bonæ fidei sufficit vt dolus intervenerit tempore contractæ obligationis, vt iuramentũ in litem deferatur. At in actionibus stricti iuris oportet dolum intervenisse in mora parendo iudici.*

32 *In actionibus bonæ fidei iudex defert iuramentum in litem lite contestata, & ante sententiam in actionibus stricti iuris arbitrariis & in rem defert post sententiam. Vnde fit vt in his duæ sint ferendæ sententiæ.*

33 *Iurans in litem debet esse dominus litis vel quasi, & pubes.*

34 *Interesse veritatis probatur per iuramentum in litem, cùm dolus adversarij & difficultas probationis intervenerunt.*

35 *Difficultas probationis ſubeſt cùm res non apparet.*

36 *Heſpes qui diſſigillauit ſeruitium eſt in dolo, & in eum iuratur in litè de contentis in ſeruitio.*

37 *Iudex in iuramento inlitem poteſt taxare certam quantitatem vſque ad quam iuretur.*

38 *Intereſſe veritatis tantùm non concurrentibus ſupra dictis, per teſtes probari debet, & quæ ſit forma probandi.*

39 *Intereſſe veritatis probatio, docendo quod in fœnum recidi, vel ſatisfacere alteri non potui, vel pignora dedi ſub vſuris, vel rē meā viliori precio diſtraxi, vel merces auriùs emi, ob mihi non ſolutam pecuniam ſua dum ab eo, à quo intereſſe peto.*

GLOSSA. XXIIII.

ET in florenſis decem, pro omni damno & intereſſe, &c. 1. Licèt †exprimatur certa quantitas intereſſe, attamē de neceſſitate actor nō tenetur nec in fructibus nec in intereſſe [a] in libello quantitatē exprimere, ſed ſufficit in proceſſu liquidare. vt ſuprà dixi, in Gloſſa ſuper verbo, *tot & tantos fructus.* 2 Ad † hoc autē intereſſe tenetur ipſe reus ſi mandato iudicis rem non reſtituerit. vt in d. l. qui reſtituere. D. de rei ven. Super quo intereſſe ſtatur iuramento actoris, ſi reus eſt in dolo. alàs de intereſſe probatur per alios modos à iure introductos. vt d. l. qui reſtituere. & l. quoties D. de reg. iur. De quo latiùs dicam infrà.

Huius igitur gratia, quia de intereſſe mentio hic habetur, quæro de aliquibus. 3 Et primò † quæritur quid ſit intereſſe [b]. Et reſpō. et Gl. in l. . C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. quòd intereſſe eſt damnū emergens vel lucrum ceſſans. Cuius quidem diffinitionis ſenſus eſt ſecundùm ſanum & certum intellectū, quòd intereſſe nihil aliud eſt, niſi cùm quis damnum ſentit vel in perdendo proprium, vel non acquirendo lucrum. Aliquando tamen ſic diffinitur: Intereſſe eſt æſtimatio damni ex eo cōtingentis q̄ aliquid fieri ceſſatur, quod fieri debet, vel dari ceſſatur quod dari debet, vel fit quod fieri nō debet. Quæ diffinitio

a *Nec in intereſſe.* Adde quòd licèt intereſſe in proceſſum non eſſet liquidum, tamen iudex ſuper eo debet condemnare, & non reum abſoluere. ita Abbas in c. cùm cauſam, de teſti. quem refert & ſequitur ibi dom. Benedictus Capr. & dom. Mar. Soci. in capite 2. ar. 12. quæſt. 3. de libello obl. per Bartol. in l. ſi quod ex Pamphila D. de leg. 2. & idem dom. Mar. Soci. in cap. dilecti in Glodā 3. de forma comm. quia licèt intereſſe non ſit probatum, iudex debet id æſtimare per ſe vel alios, præſtito ſibi iuramen. cap. fin. extra quod metus cauſ. & fuit opi. Ioan. Cal. vt refert primus doct. & ſubdit, quòd ſi propter aliquam cauſam iudex non poſſet ſumere aliam declarationem, quòd etiam non debet reum abſoluere, ſed condemnare in id, quod intereſſe probandum in executione ar. not. per Bar. in d. leg. ſi quod ex Pamphila, & l. ſemper. §. in hoc interdicto. D. quod vi aut clàm ad quod etiam adducit text. in cap. auditis de procur. vbi quando quantitas eſt incerta, tamen fertur certa ſententia, ſed non mandatur executioni, donec fuerit certificata: & faciunt not. per Bar. & Bald. in l. a. C. de teſt. ven. & per Bald in l. 1. C. de iu. do. impe. Quæ no. in practica. & adde ad ea, quæ poſui ſuprà in addit. incipient. quantitatem. in §. ſimul cum fructibus, Franc. Cur.

b *Quid ſit intereſſe.* Adde Speculat. in titulo de fru. & intereſſe per totum. vbi latè Bald. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt profe. Ber.

proba-

probatur his legibus. D. de verbor. obl. g. l.stipulationes non diuiduntur.§. fi. l. naturali. D. de præcipt. ve. b. & in l. hoc interdictum. D. de vi & vi ar. ma. l. Iulianus in prin. & l. in fin. & ibi notat s. D. de act. emp.

4 Sed quæritò † quę sit quo plex est interesse? ut glosę in d. l. 1. D. de actio. in prin. & l. Cæsar sent. quæ pro eo quod interest. dicunt, quòd est triplex, scilicet conuentum, commune, & singulare. Alij (quos refert Cyn. in d. l. Cæsar sent. quę pro eo) dicũt, quòd est tantùm vnicum interesse, quod tripliciter æstimatur, vel singulariter, vel communiter, vel conuentionaliter. Die latiùs vt ibi de hoc notatur & per Inno. in c. sacro. ext. de sent. excom. per Dy. in c. mo ra. ext. de reg. in lib. 6. Est & secunda diuisio interesse, videlicet quòd quoddã est interesse circa rem, quod ab aliquib⁹ appellatur interesse intrinsecum: quoddã est interesse extra rem, quod ab aliquibus appellatur interesse extrinsecum.

5 Est† autem interesse intrinsecum defectus valoris & bonitatis ipsius rei, vel alterius concohærentis vel dependẽtis ab ipsa re, ipsamque rem vbique concomitantis & insequentis. Exemplum est tam in precio rei aucto vel diminuto, quã circa interesse serui castrati, vel alterius animalis. vt in l. 3. §. si reddita. D. cõmo. & in l. 1. §. si res deposita. D. de depo. quã etiã circa interesse serui hæredis instituti, vt l. inde Neratius. §. 1. D. ad leg. Aqui. & l. venditor hominis. D. de euict. cum similibus.

6 Interesse verò † extra rem seu extrinsecum est defectus vtilitatis ipsam rem nõ cõtingentis nec rem insequẽtis, sed personæ cohærẽtis. vt patet in pœna commissa propter rem non solutam alteri sua die, quæ non fuisset cõmissa, si solutio facta esset stipulatori. vt l. nũmis. D. de in litem iuran. & inficiando. D. de furt. Et in venditione seruitutis aquæductus ad prędiũ meum. Nam alterius non tantùm interest vti hac seruitute, quantũ mea. vt in l. cùm fundum. D. de leg. 2. Et in familia quæ fame perempta est, quia promissam pecuniam non recepit. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. D. de act. emp. cum similib⁹. Et pro hac diuisione facit l. Lucius. & l. Titius. D. de act. emp. Præterea est & tertia diuisio, quia quoddã est interesse quod consistit in damno passo in re vel propter rẽ de qua agitur, quoddã quod cõsistit in lucro omisso in re ipsa vel propter eam. vt in d. l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest, & in iuribus quę infrà annotabuntur.

Videndum itaq; restat cuius interesse ratio sit habenda per iudicẽ.

7 Et primò † circa interesse extrinsecum, die secũdũ Gl. esse distinguẽdũ: Aut agitur ad interesse, quia nõ est traditum vel factũ quod tradi vel fieri debuit: aut agitur ad interesse, quia est malè traditũ vel factũ quod bene fieri & iustè tradi debuerat. Primo casu venit interesse in cõdemnatione intrinsecũ tantũ. & nõ extrinsecũ. vt l. si sterilis. §. cùm per venditorem. D. de act. emp. & in l. venditor hominis. D. de euict. cũ simi. & l. illud. & l. item si serui. D. de ædi. edi. Fallit quando intrinsecũ circa rẽ non potest venire, propter ipsius rei naturam, vt est in pecunia: quia tunc venit interesse, & est extra rẽ, vt in l. 3. §. fi. D. de eo quod certo. Secundo autem casu dic, quòd habenda est ratio per iudicem vtriusq; interesse in cõdemnatione. vt in l. 1. §.

hoc interdictū.D.de vi & vi ar.D.de fur.l.inficiādo.& D.de in litem ju.l. nūmis cū ſimilib⁹. quā diſtinctionē tenet Gl.in d.l.1.C. de ſent. quæ pro eo q̄ intereſt ꝓfe.& ibi q̄ doctores.

8 Deinde ¶ quæritur an lucri ſimul, & dāni ratio per iudicē ſit habēda? Lucrū autē intelligitur omni expēſa atq; damno deducto. vt in l. Mutius.D.pro ſocio. & plenè notatur per Inno.& alios in c. paſtoralis. ext.de deci. In quo articulo Gl.in d. l.1.dicit, quòd ratio lucri olim iure antiquo regulariter habebatur per iudicē, niſi in incertis caſibus, ſecundū Petrū, videlicet quādo lucrū eſſet cū alterius tertij iniuria. vt l.ſi is cui. §.fin.D.de furt.& in l.denique.D.ex quib.cauſis ma. Et quādo lucrū ipſū eſſet à fortuna.vt in d.§.cùm per vēditorē. Ratio autem dāni & olim & hodie fuit& eſt habēda,cū diſtinctione de qua ſuprà,quando nō eſt factū quod fieri debuit, aut malè factum quod benè fieri debuit, vt ſuprà dixi. Alij dicūt quòd olim & hodie venit lucrū regulariter, & ſic vtrumq; ius eſt vniforme,& hoc per caſus illarum legū quæ notātur in d.§.cùm per venditorē. per quos caſus elicitur regula, Quòd lucri ratio ſemper habenda fuit iure antiquo,& ita fortius hodie:quia hęc regula hodie eſt confirmata per d. l.1. quam opinionem tenet Cy.ibi. Fallit tamen hæc regula in prædictis duobus caſibus. Alij,vt Iaco.de Are. & Iaco. But.diſtinguunt ſic:Aut lucrum eſt captādum cum aliena iactura,vel à fortuna,& non venit lucrū,nec olim nec hodie.vt l. is cuius intereſt. in fin.D. de furt.& in l. denique. Ex qui. cau. ma.& in d.§.cùm per vēditorē. Aut eſt capiendū ſine alterius iniuria, cū perſonæ tantū ſola induſtria,& tunc aut tale intereſſe eſt incertū,[a] & nō eſt habēda eius ratio per iudicē, olim nec hodie. vt l.2.§. portio. D.ad leg.rod.de iact.Aut eſt certū:& tunc aut agitur propter malefitium, & venit lucrū olim & hodie. vt l.ſi fundus.in fin.D.loca. & l. venditor. D. de euic. Aut agitur quia non eſt factum quod fieri debuit: & tunc aut merum factum erat in obligationes quod fieri eſt omiſſum, & tūc venit intereſſe in lucro olim & hodie. vt l.ſi cōmiſſa.D.rem ratā hab. Aut nō eſt merū factū ſed miſtū in obligatione,vt putà rē tradi:& tunc nec olim nec hodie venit lucrum.vt in d. §.cùm per venditorem.Cui,quòd ad hunc vltimum caſum,non aſſentio, ſed ſto cum opinione præcedenti.

9 Inde ¶ quęritur vſq; ad quam ſummā vel quantitatē poteſt aſcendere iſtud intereſſe, ſiue ſit in lucro ſiue ſit in dāno, ſiue intrinſecū ſiue extrinſecū? Super quo licèt ſint diuerſæ opiniones in d.l.1.tamē cōclu ſiuè dic ſecundū Gloſſā & doct.in cō tractib⁹ habēntibus certā quantitatē vel naturā, poteſt intereſſe aſcēdere ad duplū tārū. & nō vltra. In cæteris autē cōtractib⁹ cōtinētibus incertā q̄ntitatē vel naturā.pōt intereſſe excedere duplū. vt colligitur ex d. l.1.

10 Sed ¶ relinquitur adhuc maior dubitatio,q̄s dicatur contractus certus vel incertus.& in hoc opiniones ſunt variæ. Dicit enim Gl.in d.l.1.q̄ quādo in obligatione eſt factū,tunc

a *Incertum.* Adde quòd Ro.ſingul.ſuo inci.tuſcai,quòd in l.ſi conſtante,dicit,quòd licèt aliàs vbi lucri ceſſantis ſit habenda ratio,tamen fallit in piſcatore, aucupatore, & venatore.Bernard.

contra-

contractus incertus dicitur: si verò obligatio continet quid dari, tunc dicitur cõtractus certus arguẽ. in l. vbi aũt non apparet. §. quid q. D. de verb. oblig. Alij dicũt, q̃ ũ obligatio cõtineat aliqd habẽs certos fines limitatos à natura vel homine. vt fundus vel animus, tũc cõtractus appellatur certus: si verò obligatio cõtinet quid, quod nõ habet fines suos ab homine vel natura limitatos, tũc cõtractus dicitur incert'. nec mirũ, si à rebus obligatio & cõtractus naturã suã assumant. vt in l. stipulationes nõ diuid. in prin. D. de verb. obli. Alij vtramõtan (quos videtur sequi Iacob. Butr.) dicũt, q̃ illi appellatur cõtractus certus in quib' habere possumus mutuã relationem huiusmodi: vt putà, si vendidisti mihi rem pro octum, videris illam tantũ æstimasse, & hoc est meũ interesse & tuum. Et sic istud interesse, quod certum est ab vtraq; parte nõ potest duplũ ipsius quãtitatis excedere. 11 Vbi † autẽ in obligatione nõ est certũ qd deductũ ad quod possit habere respectus, vt putà quia promittitur factũ simpliciter sine expressione certæ quãtitatis vel certæ mercedis, tũc cõtractus iste appellatur incertus. vt in d. l. vbi aũt nõ apparet. ff. de verb. obli. & poterit hoc casu interesse duplũ excedere. Nõ ergo secundũ hãc opinionẽ est fienda differẽtia, an in obligatione sit factum vel datio, sed illud solũm attendendum, an certa quãtitas sit in obligatione, vel nulla, vt patet ex præcedẽtibus. 12 Et † prędicta sunt intelligẽda vera, quando interesse petitur pro eo quod est omissum fieri quod fieri debuerat. Sed si peteretur pro eo quod est factum quod fieri non debuerat, tunc quia hoc casu venit interesse extrinsecũ, vt suprà dictum est, puto quòd tale interesse duplũ possit excedere. per iura circa hoc superiùs allegata.

13 Sed † dicet quis, quid est illud quod est duplandũ? Die secundùm opinionem Glossæ & doct. quòd est precium rei non precium cõuentum, licèt aliqui contra. vt notatur in l. 1. C. de sen. q̃ p̃ eo q̃ interest, profert.

14 Vlterius † quæritur, quando pœna[a] vel interesse de quo loquitur, cõmittatur, & cõtra quos? Die quòd aut pœna vel interesse adicitur facto diuiduo, aut indiuiduo. Si quidẽ adicitur facto diuiduo, tunc dic vt habetur & notatur p Gloss. & Bart. in l. 2. §. itẽ si in facto. D. de verborũ obligatio. Si verò adicitur facto indiuiduo, tũc dic vt habetur & notatur per eundem in l. eadem. §. Cato. D. de verb. oblig.

15 Deinde † quæritur, an interesse petatur principaliter iure actionis, an iudicis officio? Breuiter cõcludẽdo multorũ opiniões sic distingue. Aut agitur ad interesse p̃pter id q̃ malè factũ est q̃ rectè fieri debuit, aut p̃pter id quod factũ nõ est quod fieri debuit, aut propter id quod datũ nõ est q̃ dari debuit. Primo casu petitur interesse simpliciter iure actionis in libello, cùm ipsũ interesse sit in obligatione. vt l. Iul. §. 1. & 2. D. de act. emp. & D. loc. l. si fund'. in fi. D. de verb. obl. l. quoties. D. de dona. causa mortis. l. si filio. & l. illud. & l. si is. D. de cõdict. furt. l. si in re furtiua. & D. de vi & vi arm. l. 1. §. hoc interdictum ad quod faciũt omnia iura, in qbus venit interesse p̃pter delictũ S. ecundo casu quãdo agitur p̃pter id qd̃ fa

a Pœna. Adde latè Ro. consil. 159. Bet.

ctum non est quod fieri debuit, tunc subdistingue: Aut in obligatione principali erat mersum factum, vt scribere librum, vel ædificare domum: aut factum mittum, vt rem tradi vel restitui. Primo casu agi potest ad interesse. & super eo diuersimodè libellus formari, secundum diuersitatem opinionum. Nam secundum aliquos, potest iure actionis principaliter peti ipsum factum in libello, & interrogabitur reus an velit facere, & si responderit quòd non, tunc iudex ex officio condemnabit eum ad interesse. vt notatur per Glossam & doctan l.1. D. de act. empt. Vel secundum alios interrogabitur reus ante libellum, an velit facere, & si dixerit quòd non, tunc libellus producetur contra eum, in quo interesse solum petetur. Vel secundum alios potest factum in libello principaliter postulari, & conditionaliter interesse, hoc modo: Peto Sempronium condemnari ad ædificandum mihi domum, quam si facere recusauerit, peto ipsum condemnari ad centum pro meo interesse, &c. Quorum omnium opiniones veræ sunt & practicabiles. vt notatur in d.l.1. & per Bart. plenè in d. l. stipulationes non diuiduntur. in pe. quæstio. Et facit l. si quis ab alio. & quod ibi not. D. de re iud. & l. pœnam. D. de verb. oblig. & l. fina. D. si quis in ius vocatus non ier. & D. de arbit. l. diem proferre. §. fin. Si verò in obligatione sit factum mittum, vt rem tradi vel restitui, tunc ibi Glossæ sunt variæ in libelli formatione (vt notatur. Institu. de emp. & vendit. §. pretiũ. & in l.1. D. de ac. empti.) Tamen considerandum est, vt distinguamus: Aut tractatur de interesse quod habetur ex contractu bonæ fidei, puta emptionis & venditionis aut ex contractu stricti iuris, vt stipulationis. Primo casu, aut quæritur de interesse quod succedit loco rei venditæ, aut de eo quod accedit ipsi rei venditæ. Si quidem quæritur de eo quod loco rei succedit, tunc aduertendum est, nam aut venditor habet facultatem rei tradendæ, & tunc res ipsa est principaliter in libello petenda, & iudex ex officio, in rei nõ traditæ contumaciam, condemnatio ẽ faciet fructuum & interesse. Et hoc modo debet intelligi opinio Martini, de qua notatur in d. §. pretium. & in d.l.1. Aut non habet facultatem rei tradendæ, & tunc interesse debet principaliter peti in libello actionis iure, tãquam subrogatum sit in locum ipsius rei, legis potestate. vt probatur in l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ver. nec enim. &. D. de act. emp. & l.1. in prin. ibi. agitur, &c. D. eo. tit. Et è contrà, vt refert Cy. in l.1. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. Vbi autem tractatur de interesse, quod accedit ipsi rei, vt sunt fructus & partus, tunc tale interesse non deducetur in libello iure actionis, sed iudex super re principali aditus, hoc interesse ex officio deducit in condemnationem. vt l. videamus. §. si causa. D. de vsur. & in l. ædiles. §. sciendũ. D. de ædil. edi. Secundo casu principali, cùm tractatur de interesse quod debetur ex contractu stricti iuris, vt stipulationis, tunc aut in obligatione est rem tradi, aut rem restitui. Primo casu id in libello petendum est iure actionis, quia legis potestate in obligationibus rem tradi, succedit obligatio ad interesse. vt l. si quis ab alio, in fi. D. de re iudi. sicut in obligationibus faciendi. nam tradere facti est. vt l. si cui

rem tradi.D.de verbo.oblig. & hoc sequitur Dyn.in c.mora.ext.de reg. iur. & Bart.in d.l.stipulationes non diuiduntur. Si verò est in obligatione rem restitui, tunc distingue: Aut reus habet facultatē ipsius rei restituendæ, & in libello petitur principaliter, quoniam reus compellendus est præcisè restituere. vt in l.Qui restituere.D.de rei vendic. Si autem non habet facultatem restituendi,& culpa sui, tunc iure actionis interesse in libello petitur principaliter, quia ipsum interesse legis potestate succedit in obligatione.l.in summa.§.si seruum.D.de condict.inde.& l.in re furtiua. D. de condict.fur. quod sequitur Bar.in d. l.stipulationes. Tertio autem casu principali, quando dari est in obligatione, & agitur propter id quod non est datū quod dari debuit, tunc glossa distinguit. Aut agitur ex cōtractu nominato, aut innominato. Si nominato: tunc aut res ipsa extat & petēda est principaliter in libello, quia isto casu interesse succedit in obligatione. vt in l. vbi autem non apparet.in fi.D.de verb.oblig. & l. mortuo boue. D. de leg. 2. aut non extat res, & tunc res ipsa petitur iure actionis in libello ac si extaret: verūm quia dari non potest, iudex ex suo officio super interesse sententiam ferre debet. l.si seruum. §.fin.& l.eum qui. §.1.D.de verbor. oblig. Si verò agitur ex contractu innominato, tunc secundùm aliquos post moram succedit obligatio ad interesse. arg. l.naturalis. §.1. D. de præscrip. verb. Ideóque iure actionis debet principaliter interesse in libello peti. Alij autem dicūt,quòd ex officio iudicis, per d.l. si seruū. quæ generaliter loquitur.

16 Quicquid † tamen sit, si tu vis practicare, reiecta huiusmodi subtilitate, debes semper in libello tuo iudicis officium implorare simpliciter, non exprimendo qualitatem officij, an sit nobile vel mercenarium: quia sermo simplex interpretabitur postea secundùm negotij qualitatem & proferentis mentem. vt l.si quis intentione ambigua. D.de iudi. Et præmissa procedunt, cùm interesse temporis præteriti postulatur.

17 Vbi † autem interesse contingeret post litem contestatam, tunc sine partis requisitione poterit iudex ex suo officio reum ad tale interesse condemnare. & idem in fructibus, vt in l. ædiles. §. item sciendum. D.de ædil. edict. & notatis per Inn.in c.grauis. ext. de restitu.spolia.

18 Sed † circa prædicta quæritur an interesse, de quo suprà possit peti de iure canonico? Dic bene quòd sic. licèt enim eo iure prohibeatur pētitio vsuræ, tamen conceditur petitio ad interesse. vt notatur per glossam & docto. c. cōquestus.ext.de vsur. facit c.i. & 3.ext.de fideiuss. cum si. 19 Et † ex hoc sequitur q̄ si tibi dedi mutuò decē, quę mihi soluere promisisti ad nūdinas sācti Michaelis,& fuisti in mora non soluēdo, q̄ postero à te vlrā sortē petere interesse [a] meū. nec erit vsura. vt in l.i.D.de eo quod certo loco.cū similibus notatis in l. curabit.C. de act.empt.per glo. & doct. Quid autē de pœna addita in cōtumaciam nō soluētis? Dic vt notant doc.in l.cū allegat. C.de vsur.& Bar. in l.cùm seruus ita. D. de condit. &

a Interesse. Adde Ro.consi.ci.Alex.consil.221.Rapha. Cum consil.139. Bec.

dem.& ego scripsi ff. de acti hypo.

Restat nunc quærere qualiter interesse probetur. Super quo est attendendum: aut enim quæritur de probatione interesse communis vel cõuenti, aut de probatione interesse singularis. 20 Primo † casu cum quæritur de probatione communis vel conuenti interesse (quod idem est quod valor seu æstimatio rei. vt l.ti vendidero.§ 1.D.de fur.) aduertendum est quòd valor seu æstimatio rei probatur (secundùm notat. per gl.& doc.in l.2.C.de rescin.ven. & in l.precia rerum.D.ad leg. Falc.) habita consideratione loci & temporis redditus,& ipsius rei qualitatis circunstantiarum. Vnde aut tractatur de probatione æstimationis rei immobilis,vt domus vel prædii: aut de probatione rei mobilis, vt frumenti, vini seu drapi. Primo casu probãda est æstimatio per testes.

21 Forma † autem ponendi & capitulandi quò ad partem,& deponendi quò ad testem, talis esse debet, vt pars sic ponat[a], & testis sic deponat, Quòd ex tali fundo communiter & communi cursu, annis singulis, percipiuntur & colliguntur,& percipi & colligi possunt tot fructus. Item quòd in contrata seu territorio, in quo positum & situm est ipsum prædium vel fundus,& de aliis confinibus & adiacẽtibus prædiis ibidem conuicinis,tanti fructus percipiuntur, & percipi consueuerunt,quanti superiùs dictum est Item & quòd dictus fundus communi æstimatione valet 10. & tantum cõmuniter venderetur, & pro simili precio & valore vendi consueuerũt, & venditi sunt consimiles fundi vel consimilia prædia dicti loci & territorii.vt hæc probantur in d.l.precia rerum ad leg.Falc.& in l.ti quos C.de rescin.ven. & D. de iure fis. l. non intelligitur.§. diui fratres, & l. Cauis.§. Titius.D. de leg.2. cũ simi.

Secundo casu cùm quæritur de æstimatione rei mobilis, tunc probatio fieri debet per testes qui dicant. Quòd saccus frumenti valuit tali tempore,& in platea in qua vẽdi publicè consueuit,solidos.12.& ante ipsum tempus & post. 22 Nam † non sufficeret quòd vna die tantum valuit,quia sic æstimatio esset singularis, quæ non attenditur, sed illa sola debet attendi quæ in vsu fuit magis continua. vt in d. l. precia rerum.& ibi per Bartol.Et ea quæ vsitata est in foro publico ciuitatis illius.vt arg.C.de erogã. milit.anno.l.2. & l.septem diebus.& l. speciebus C. de cohortalibus.lib. 12.Codicis.

23 Sed † quæritur pro declaratione prædictorum,quid si vnus testis vel duo dicta, Res valet tãtum, quia si bi darem tantum, vel ipsam emerem pro tanto, nunquid ex hoc legitimè probatur, quòd res sit tãti valoris? Videtur quòd sic, quia res tantum valet quantum vẽdi potest. vt l.ti seruus.in §.1.& ibi notatis. D. de condict.fur. & l.ti quis vxori. in fi.D.de fur. Ergo,&c. Tu dic cõtra, nam per hoc non est probata vera æstimatio rei, quia precia rerum

a *Sic deponat.* Adde qualiter testis debeat deponere super valore rei, Alex. consilio 172. 2.vol. & valor rei nunquam debet inspici, nisi quantum est in foro, secundùm Bart. in l.septem de erogãtis.mili.anno 12. C. vbi dicit esse casum, & alius est casus in c.1.de empt.& vend.& intellige de rebus venalibus. Bern. Nota formam capitulandi quando probatur de æstimatione rei.

non debeat

non debent considerari secundùm affectionem singulorum, sed secundùm quod communiter & communi cursu vendi possunt. vt in d.l. precia rerum. Non obstat illa regula. l. si seruus. quia debet intelligi quòd res tantum valet quantum vendi potest, scilicet communiter & cõmuni cursu, palàm & publicè, non ab vno emptore, sed à pluribus. Et ideò si x, vel plures testes deponerent singulariter, quòd quilibet eorum tantum daret, si res proponeretur venalis, forsan legitimè probarent veram æstimationem rei, quia talis numerus testium indicaret cõmuniter rem esse tanti precii.

24 Quid † si producuntur testes super valore frumenti, qui dicit quòd tali tempore valuit saccus frumenti solidis 12. ficut fuit anno 1400. an iudex condemnabit ad talem æstimationem? Dic quòd non: quia precium vel æstimatio insolita. & quę currit vno solo tempore, non debet attendi, sed illa æstimatio est attendenda quæ est in communi cursu & cõsuetudine. vt probatur in d.l. precia rerum. & ibi per Bar. quod est notandum. 25 Et ideo † reus, qui conuenitur ad talẽ vel tantam æstimationem, debet esse curtus, & probare, quòd talis æstimatio & precium non consueuit communiter contingere in ipsa ciuitate. Debet etiam probare si de precio rei immobilis quæritur, de vitiis & oneribus ipsi rei incumbẽtibus, propter quæ valor diminuitur. vt puta quòd res est emphyreutica vel feudalis, vel debet talem seruitutem, & similia. quia ex hoc colligitur quòd res ipsa sit vilioris precii.

Dixi vlterius principaliter quòd aliquando tractatur de probatione interesse singularis. & in hoc sunt opiniones apud doct. vt refert. Cy. in d.l.i.C. de sen. quæ pro eo. in pe. q. Sed to clariùs circa interesse singulare sic distingue. Quoddã enim est interesse affectionis, quoddam interesse veritatis. vt colligitur in iuribus supra scriptis. 26 Cùm ergo † quæritur de probatione fidei circa interesse affectionis, in hoc dic quòd interesse affectionis probatur per solum iuramentum in litem deferendum per iudicem, dummodò concurrant illa quæ sunt necessaria ad hoc vt sit locus huic iuramento in litem. Quæ sunt tria, secundùm quod notant doct. & Bar. in d.l. in actionibus. D. de in li. iuri & latiùs scripti infrà circa responsionem quã facit reus præsenti libello. in glo. super verbo *Iurisiurandi*. Videlicet primò natura ipsius rei, quæ talis esse debet vt super ea cadat affectio. vt puta liber, equus, vel seruus. & similia alias non defertur iuramentum. vt l. nummis. D. de in li. iur. vt puta si sit pecunia, vt ibi. Nisi pecunia fuisset subrogata loco speciei, & in ea fuisset dolus commissus directè. vt l. pe. ne quis eum, qui in ius vocat. est. Secundò debet attendi natura actionis intentatæ, vt talis sit quòd super ea possit tale iuramentum deferri. 27 Quod † quidem contingit in tribus casibus, videlicet si actio sit bonæ fidei, vel actio in rẽ, vel actio arbitraria. vt d. l. in actionib. Et quod dixi in actione bonę fidei, intellige verũ in actionibus bonę fidei directis, quia aliud est in cõtrariis. vt l. ei apud quem. D. depo. Et etiã intellige in illis actionibus in quibus penitur aliquid restitui, vt in deposito, & cõmodato.

vt l.3.§.in hoc.D.commo.& l. sed si possessori. §. si cùm de hæreditate. D.de iureiu.& l. 1. §.in depositi.D. depo.& l.si quis.D.loca.Vbi autem petitur aliquid traditumquam debitum, vt in actione ex empto,dubitatio est an iuretur in litem,quia videtur quòd sufficiat interesse præstare.vt l.1.& ibi notata.D.de actio. empt.Verius tamé est vt hic distinguatur,an venditor habeat facultatem rei restituendę, & non vult restituere, vt tunc sit locus iuramento in litem propter dolum suum. sic debet intelligi gl. in d.l.in actionibus. aut non habeat facultatem restituendi,& non iuratur in litem-sic procedit opinio Azonis in summa.

28 Deinde † dixi quòd habet locum tale iuramentum in actionibus in rem, quod intelligas esse verum etiam in illis quæ non dantur pro pleno dominio, sed pro aliquo iure cohærente rei, vt in hypothecaria & confessoria.vt Institut.de actio.§. præterea quasdam actiones. & l.si fundus.§.in venditione. D. de pign. & l.eum qui. §. in publiciana. D.de public. & l.harum.in fin. D. si ser.ven.

29 Tertiò † dictũ est in actionibus arbitrariis locum esse tali iuramento. vt d. l. in actionibus. Pro cuius declaratione est primò sciendum,quę dicantur actiones arbitrariæ [a]. Quod dic,secundùm Bar. vbi suprà.quòd omnes illæ actiones,siue sint reales siue personales siue mistæ, dicuntur arbitrariæ, in quibus ad mandatum ipsius iudicis, & secundùm præceptum suum nõ restituitur res petita in iudicio. vt probatur in l.qui restituere.in fin. D. de rei vendi.& melius in d.§.præterea. Licèt à regula excipiantur aliqui casus, per Glossam in d.l.in actionibus. Sed secundum Bartol. ferè illi omnes casus exceptati comprehenduntur sub dicta regula, excepto vno qui habetur in l.pen.§.1. D. ne quis eum qui in ius vocat.

30 Tertiò † principaliter debet concurrere, vt sit locus huic iuramento,dolus aduersarii. vt probatur. C.de in lit.iurand.l.2. Nam propter culpam regulariter non iuratur in litem. vt d. l. in actionibus, versi. sed in his omnibus, & in l. videamus.§.fin. D.de in lit. iur. Fallit in actione tutelæ.vt l.2.& 4.C.de in lit.iur.vbi propter periculum iuratur contra tutorem. Sed nunquid propter latam culpam sicut propter dolum iuratur in litem? Glo. in d.l.in actionibus. tenet quòd nõ. Et sic culpa lata illo casu non equiparatur dolo. de quo plenè notatur per Bartol.in l.quod Nerua. D. depo.l.si mora.D.solu.matrim. 31 Sed † iste dolus qui requiritur quãdo debet interuenire, ad hoc vt iudex possit hoc iuramentum deferre? Dic breuiter quòd in actione bonæ fidei sufficit, quòd dolus interceſſerit tempore contractæ obligationis,vel postea in non parendo parti. Et idem dico multò fortius si interceſſerit in non parendo iudici.vt l. 1. §. in depositi. D. depo.l. 3. §. in hac.D.comino. & in d.l.in actionibus.D.de in lit.iur.In actionibus verò stricti iuris arbitrariis debet dolus interuenire in non parendo iudici, etiamsi non pareatur parti. vt l. qui restituere. in fin. D. de rei vendic.& l.arbitrio. §.1. & in princ.

a *Arbitrariæ.* Adde pro materia arbitrariarum actionum videndum. Franc. Duarenum in suis commentariis ad tit.de in litem iurand.D.vbi plenè tractat.

D. de

D. de dolo. Et est ratio diuersitatis, quia in bonæ fidei iudiciis bona fides est de substantia contractus, sed in stricti iuris actione, vel aliis arbitrariis, non est de substantia contractus, sed de accidenti. vt notatur in l. bonam fidem. C. de acti. & obliga. & l. eleganter. in prin. D. de dolo. Ideóque grauius agitur contra obligatum ex contractu bonæ fidei, quàm ex contractu stricti iuris.

32 Et ex † his patet solutio ad aliud, videlicet quando iudex debeat istud iuramentum deferre. Quia *respondetur*, quòd in actionibus *bonæ fidei* iudex defert lite contestata. & ante sententiam. quia ante omnia dolus debet probari. vt d. l. in actionibus. & l. 2. D. de in litem iuran. Ergo ante sententiam debet deferri, quia probatio fit ante sententiam, lite contestata. vt l. exceptionem. C. de proba. Sed in actionibus stricti iuris, arbitrariis, vel in rem, iudex defert post sententiam super re principali latam, quia tunc dolus committitur non parendo iudici. vt d. l. qui restituere. in fin. cũ similibus. Ideóque videmus quòd in arbitrariis actionibus duæ feruntur sententiæ. vt in l. si cum exceptione. §. in hac D. Quod metus caus.

33 Quartum † autem & vltimum quod requiritur in tali iuramento est habilitas personæ iurantis, scilicet quòd sit dominus litis, vel quasi dominus, & quòd sit pubes. vt l. quod vulgo. & l. videamus. in princ. §. 1. D. de in litem iuran.

Nunc transitum facio ad interesse veritatis, quod quidem dupliciter probari posse ostenditur. Vno modo per iuramentum partis, quod appellatur iuramentum in litem veritatis, alio modo per testes, quod est regulare. 34 Venio † ad modum probandi per iuramentum in litem. In quo die primò ad hoc vt locus huic iuramento sit duo debere concurrere. vt not. glo. & Bartol. in d. l. actionibus. scilicet dolus aduersarii, & difficultas probationis. Ideò dixi de dolo aduersarii, quia propter culpam non iuratur, vt suprà dixi in iuramento affectionis. Nec attenditur in hoc iuramento, quando dolus fuit commissus, nec an interuenerit in non parendo iudici vel parti. vt d. l. in actionibus. §. planè. & l. nũmis. D. de in litem iur. & l. si quando. C. vnde vi. 35 Illud † autem quod subiicitur de difficultate probandi, intellige difficultatẽ subesse, siue res non possit ad oculũ demonstrari, quia non sit in rerum natura, siue quia aliter nõ apparet. vt l. cùm res. §. pen. & fin. D. de leg. 1. & d. l. nummis. in fi. & d. l. si quando.

Ex quibus colligitur differentia inter vnum iuramentum & aliud, & decisio ad quæstionem sæpè occurrentẽ. 36 Ecce † deposui penes hospitem fardellum, vel vallisiam, aut scrinium sigillatum, deinde restituit mihi dissigillatum. & sic deprehenditur dolus hospitis in dissigillando. Certè probato depósito per testes, creditur de rebus & damno iuramento [a] partis. vt d. l. si quando. & d. l. nummis, in fine. quod sequitur Bar. in d. l. in actionibus. & in l. 1. D. fur. aduer. nau. causta.

37 In † omnibus autẽ huiusmodi iuramẽtis in litem potest iudex taxare certam quantitatem vsque ad

a *Iuramenti partis.* Adde Peg. de Anch. consi. 288.

quam iuretur, vt l. videamus. §. iurare & d.l. in actionibus. in prin. D. de in litem iuran.

Accedamus ad interesse singulare, quod est veritatis tantùm. 38 Et † quo dic quòd omne tale interesse singulare regulariter est probandum per testes, quando non arguitur dolus aduersarij vel quando non concurrunt illa de quibus in superioribus dictum est. vt l. 1. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. & notatis glossæ in l. 2. §. 1. D. de in lit. juran. Quæ autem sit forma, & modus probandi tale interesse veritatis, in hoc debes aduertere, quia quotidie de facto occurrit. Dic ergo (secundùm doct. & notata per Cyn. in d.l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod inter. versic. quinto loco principaliter quæritur, &c.) 39 quòd † dicerti modè poterit tale interesse probari. vt puta si creditor in pœnam cecidit, quia pecuniam suam nō habuit ad terminum, ex qua satisfacere alteri suo creditori non potuit, argum. in l. libet homo. in fin. D. de verb. oblig. vel coactus est pignora sub vsuris ponere, vel res proprias vili precio distrahere, aut merces charius emere, vel alia similia damna habuit in ære. vt notatur in l. 2. & l. centum capuæ. & l. fina. D. de eo quod cer. loc. aut lucrum[a] quod fecisset ex pecunia perdidit, cuius lucri ratio hodie est habenda sicut & damni. vt d. l. 1. Et nota quòd etiam de iure canonico licitè admittitur petitio de interesse, vt notatur per glossam in c. conquestus. ext. de vsu. Sed quid si in instrumēto obligationis reus conuenit stare super dāno & interesse simplici dicto actoris, nunquid testibus opus erit, an sibi soli credatur? Dic per omnia, vt dicetur in quæst. expensarum, §. in proxima glo. & vt notatur per Bartolum in l. fin. de præto. stipul.

Summar.

1 *Expensæ litis in criminalibus & ciuilibus debentur.*

2 *Expensæ aliæ fiunt in litem, aliæ in res mobiles vel immobiles.*

3 *Expensæ in litem debentur vel ratione victoriæ litis, vel ratione contumaciæ, vel ratione retardati processus, vel ratione temerariæ citationis.*

4 *Expensæ petì possunt iure actionis & officio iudicis. idemque semper officium iudicis debet implorari.*

5 *Expensæ cōtumaciæ impediunt prosecutionem litis, si non soluantur, aliæ non.*

6 *Peremptæ instantiæ, condemnatio tamen expensarum super ea fieri poterit.*

7 *Expensæ post litem contestatam factas, à parte non petitæ, poterit iudex, si velit, adiudicare ex officio: at non factas ante contestationem.*

8 *Iudex ipse soluere debet expensas, cùm de lite nihil pronunciauit.*

9 *Expensæ super quibus iudex nihil*

a *Aut lucrum quid fecisset.* Adde & vide Alex. de Imo, in leg. quantum quid, in fine, D. si cert. pet. qui idem tenet quando talis persona erat solita mercari: & Panor. in cap. pen. de off. dele. & in cap. conquestus de vsu, adde tamen quòd lucrum cessans id, quod est absque onere ærisalieni, ita Alex. consil. 12. colum. 3. versic. 4. colligit, in 1. volum. & vide eundem Alex. in consilio 114. colum. 1. in 3. volum. vbi de lucro mercati. Cur.

pronun-

pronunciauit alia instantia peti non possunt, nisi ex commentitijs debeantur, nec ex alia lite originem trahant.

10 *Expensæ probantur per iramentū partis moderatione prius facta per iudicem ex fori consuetudine.*

11 *Si conuentum sit vt super expensis stetur dicto vel iramento partis, stabitur conuētioni, nec iudex taxabit. Sed si iniquè iuret vel dicat, recurri poterit ad viri boni arbitrium. Et potest reuocari taxa conuentio ab vna parte.*

12 *Victus, qui probabilem causam litigandi habuit, non debet in expensis condemnari. Nisi appellans qui vincitur in causa appellationis: debet enim indistinctè condemnari in expensis.*

13 *Multi procuratores & iurisperiti consulunt litigantibus peierare, dicentes iura audaciæ manum non ledere.*

14 *Receptior opinio est, (contra Bartolum, Innocentium & Butrigarii) iuramentum calumniæ non excusare ab expensis.*

15 *Iusta causa litigandi, vt si alteri succesſit, si litigat vt agere possit contra venditorem de euictione.*

16 *Expensarum certam quantitatem non tenetur iudex sententia sua exprimere.*

17 *Iudex nō potest in sua sententia cōdemnationem expensarū refrenare, ei taxationem potest.*

18 *Successor iudicis potest taxare expēsas sui antecessoris.*

19 *Delegatus, si non habeat exequenda sua sententia, potest expensas taxare, alias non.*

20 *Finita iurisdictione delegati durat tamen eius delegatio, ad exequendam suam sententiam.*

21 *Ab iniqua taxatione potest appellari, tanquam ab interlocutoria, in scriptis, & expressis grauaminibus.*

22 *Index potest iniquam suam taxationem (vt & quamlibet interlocutoriam) retractare.*

GLOSSA XXV.

ET *expēsis præsentis causæ.* 1 Ad† huius euidentiam sciendum est quòd litis expensæ tam in causis ciuilibus quàm in criminalibus debētur. In ciuilibus quidem clarum est, per iura de quibus infrà. In criminalibus autem probatur per textum in c. calumniam. ext. de pœn. & in l. qui crimen. in fi. C. qui accu. nō pos. & ibi per Cy. & planè notatur per Bart. in l. 1. in prin. D. ad Turpil.

2 Item† sciendū est, quòd quædam sunt expensæ quæ fiunt circa litem, & de his loquitur textus in l. sancimus. C. de iudi. & ibi plenè per Cy. & per Innoc. in c. finem litibus. ext. de dolo & contu. & per Glossam in l. terminato. C. de fruct. & li. expen. & Spec. in tit. de expen. Quædam sunt expensæ quæ fiunt circa rem mobilem vel immobilem, & de his loquitur. D. de impen. in re. do. fac. per totum. & in l. 1. §. sed nec ob expensas. C. de rei vxo. act. & in l. in sumptus. & in l. in fundo. D. de rei vend. & In commodato. §. possunt. D. commod. & in l. diuortio. §. impendia. D. solut. matri. cum similibus.

3 Circa† expensas litis, de quibus ad præsens est sermo, sciendum quòd huiusmodi litis expensæ variis ex cautis debentur. Quandoque enim debentur ratione victoriæ causæ. & de his loquitur lex properandi. in. §. fin. C. de iudic. & in

Auth.de iudicib.in §.oportet.& in c. fi.ext.de maior.& obed. & in Auth. generaliter. C.de epis.& cle.& in c. fi.ext.de pen.Quandóque debentur ratione contumaciæ,& de his loquitur l. sancimus. C.de iudi. & in c. dilecti. ext.de dolo & contu.& in c.ad hęc ext.de seque.pos.& fru.& ext.vt lit.non contest. c. quoniam frequẽter.§.in aliis. Quandóque debentur ratione retardati processus. de quibus loquitur.l.nõ ignorat.C.de fru. & lit.expẽ.& in c.finem litibus.ext. de dolo & cõtu. & in c.ex literis.eo. tit.& in c.certum. & in c.vlti.ext.de rescrip. Quandóque debentur ratione temeratiæ citationis.& de his loquitur. l. eum quem temere. D. de iudic.& in c.1. ext.de dolo & contu. lib. vi.ad quas quidẽ omnes expensas porrigunt hæc clausula.

4 Sed† circa prædicta de pluribus est quærendũ. Et primò quæro an supradictæ expensæ petantur iure actionis vel officio iudicis [a]? Dicunt Inno.& Glossa in d.c.finem litibus, esse distinguendum, quia aut tractatur de expensis factis ante litem contestatam. puta in præparatoriis ad litem instituendam, vel reum restituendum in mora. vel similia,& illę petuntur iure actionis. Aut tractatur de expensis factis post litem contestatam, & illæ petuntur officio iudicis. argu. l.ædiles. §.item sciendum. & in l. illud.& l.si seruit. D.de ædil. edic. Alij, quos refert Cyn. in d.l. sancimus, dicunt indistinctè expensas, quæuis sint, posse peti officio iudicis, vel iure actionis,scilicet condictione ex lege.Sed si iudex super his non ferat sententiam,vlterius non poterunt peti. vt d.l.terminato. Cum enim tales expensæ ortum habuerint propter litem, finiuntur & moriuntur mortua ipsa lite, per illam regulam,Nolis oriatur ex lite. de qua in d. l. terminato. Et ita,secundũ eos, soluuntur glossæ quæ videntur contrariæ, quarum vna quæ est posita in d.l. terminato dicit quòd peti debet officio iudicis. alia posita in l.1. D.si quis ius dicend. non obtemp. dicit quòd peti debent iure actionis. Cõsilium est ergo quod officium iudicis simpliciter postuletur, & non errabitur.

5 Sed† hîc quæritur, an facta petitione expensarum debeat conuentus repelli à prosecutione litis, *nisi* priùs restituãtis & solutis expẽsis? Dic breuiter quòd aut debentur propter contumaciam, & tunc repellitur [b] donec soluerit eas: aut debentur ratione victoriæ vel alia causa,& tunc non repellitur.vt habetur & notatur. in d.l.sancimus.de iud.

6 Quid† si pars fuerit absoluta ab obseruatione iudicij, propter lapsum instantiæ, an lapso tempore instantiæ poterunt peti expensæ? Dic quòd *lapsa* instantia poterit reus petere se absolui ab obseruatione iudicii, & actorem in expensis condemnari, secundùm Cyn. vt notatur per eum in l. properandũ. in fi.C.de iudi. & in §.illud proculdubio.licèt multũ contra faciat textus.in d.l.properandũ.§. & si quidẽ.

a *Officio iudicis.* Adde Spec.in tit.de offi. om.iudi.§.7. & quæ sit differentia inter damna & expensas per eundem tit.de fruct. & inter.§. fi.versicul. in sum.& vide ad ea quæ dicuntur per hunc compilatorem pulchrum consil.Fed. de Sen.139.

b *Repellitur.* Adde videndum Calde.consi.2. de do. & cont.Bernard.

7 Quid†

7 Quid† autem, dices si expensæ non fuerunt petitæ à parte, numquid ipse iudex à seipso ex suo officio poterit de his absoluere, vel cõdemnare[a]? Distingue: Aut tractatur de expensis factis ante litem cõtestatam, & tunc non potest iudex suum officium impartiri, nisi requisitus fuerit à parte, cùm hoc sit de pertinentibus ad litis decisionem, & contingat ante litem contestatam vt dictum est in Glossa super verbo, *ex officio*. Aut tractatur de expensis factis post litem contestatam, & sic de eis quæ emergunt post litem cõtestatam, & tunc poterit ex officio non requisitus condemnare, vel absoluere. arg. pro hac distinctione. in l. ædiles. in §. item sciendum. & l. illud. & l. item si serui. D. de ædil. edic. Non tamen tenetur si nõ vult, vt patet ex his quæ dicta sunt in Gl. super verbo, *ex officio*. & hanc opinionem sequitur Dy. & Bar. vt nota. per eum in l. 4 §. hoc autem iudicium. D. de dam. infec. Sapienter ergo faciet tã actor quàm reus, si semper petat expensas.

8 Sed† quid si iudex super expẽsis *in sententia* nihil disposuit, an licitum erit *parti in alia* instãtia ipsas expensas petere? Et quidem si semel expensæ sunt petitæ, nec iudex voluit vel omisit super his absoluere vel condemnare, potest pars à iudice petere restitutionem, quia tenetur de suo proprio parti lesæ[b] restituere. vt in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. & notat. per Glossam, quæ debet intelligi cùm petitæ sunt. in l. fi. C. quando prouo. non est necesse.

9 Sed† an in alia instantia possit illas expensas à parte postulare? Distingue secundùm Doct. in l. terminato. C. de fruc. & li. expen. Aut enim expensæ petuntur ex conuentione, vel officio iudicis mercenario sine aliqua conuentione. Primo casu possunt peti in alia instantia, si iudex super illis nihil pronunciauit in prima. l. quod in diem. §. fi rationem. D. de compen. & l. fin. autẽ. in fin. D. de neg. gest. Secundo casu non possunt vllo modo peti. per d. l. terminato. nisi in causa appellationis. vt in d. l. fi. Quando prouo. non est necess. & notatur per Gl. in d. c. finem litibus. Et huius potest esse ratio, quia quando petuntur ex conuentione, tunc veniunt ex hominis prouisione, quæ nulli est auferẽda: vbi verò non petuntur per conuentionem, tunc veniunt legis ptãe, vnde lex potest suum beneficium homini auferre à lege ipsa collatũ. Ad hoc facit, quod dici consueuit. Lex tibi suum nõ tibi tuum denegat auxilium. vt in l. 1. C. si adue. ven. Est alia ratio secundùm Innoc. quia expensæ quæ veniunt officio iudicis post litem contestatam, veniunt accessorie ad rem principalem, ideóque sublato principali tollitur accessorium. vt in d. l. 4. C. de depos. & leg. eos & l. In bonæ fidei. C. de vsur. Cùm verò petuntur iure actionis, tunc veniũt principaliter, sic quòd cessat illa regula, vt per eundẽ Innocẽ. notatur in c. Grauis. ext. de restit. spol. Ex qua solutione colligitur decisio ad quæstionẽ quę

a *Vel condemnare.* Adde Specul. in titul. de disput. & alleg. §. fin. vers. quid d. fructibus. Bernard.

b *Lesa.* Adde Spec. in titul. de appel. in 2. parte. §. 2. versic. 32. & vide quod voluit Anchar. consi. 182. Bernard.

euenire consueuit. Ecce notarius in instrumento mutui vel depositi apponit illam vulgarem clausulam [a], videlicet quòd vna pars alteri promisit restituere expensas litis & extra, pro dicta re vel pecunia habenda vel recuperanda, &c. nunquid si iudex omiserit super his ferre sententiam, poterit pars petere illas in alia instantia? Ex prædictis patet quòd sic, quia expensæ veniũt hîc ex prouisione hominis, & partium conuentione. Ergo, &c. Alij verò distingunt aliter, & sic: Aut expensæ veniunt ex materia primæ litis, aut aliunde. Primo casu, siue fuerint expẽsæ quę veniunt ex conuentione, siue legis potest ite, finita causa non possunt amplius peti. per d.l. terminato. In secundo casu sic. per d.§. si rationẽ. cum similibus.

10 Deinde† quæritur, qualiter huiusmodi expensæ probentur? Dic quòd probantur solùm per iuramẽtum [b] partis, propter difficilem probationem ipsarũ. vt habetur & not. in d.l. properandu. § & si quidẽ. in fi. & in §. fin autẽ ex gestis. & in §. fin autẽ alterutra. C. de iudic. Ita tamen quòd iudex priùs moderetur illas secundũ fori consuetudinẽ, & negotii qualitatem. & postea pars iuramentũ præstet. vt habetur & notatur in l. sancimus. & in Auth. ibi posita. C. de iudi. & in Auth. de iudic. §. oportet. collat. 6. & d. § 1.

11 Sed† quid si reus cõuenit in instrumẽto obligationis stare [c] per expensis simplici dicto actoris, siue iuramento vel cum iuramento, an isto casu iudex teneatur expẽsas taxare, vel possit per se actor sine taxatione expensas declarare? Dyn. dicit quòd valet talis conuentio, & standum erit, absque taxatione iudicis, sacramento vel simplici dicto ipsius actoris, quia licitum est vnicuique renuntiare iuri pro se introducto. vt l. si iudex. D. de minoribus & l. si quis in conscribẽdo. C. de pactis. & quia potest ex conuentione reus actoris iuramento stare super re principali. vt l. iusiurandum quod ex conuentione. C. de iureiurando ergo mul. ò fortius super accessorio. Veruntamen si iniquè ageret in tali declaratione, posset reus petere reductionem ad arbitrium boni viri. arg. l. hæc venditio. D. de cõtrah. empt. & l. in personam. in §. generaliter. D. de reg. iur. cum similibus. Specul. in tit. de proba. in §. nũc videndum. dicit quòd hæc conuentio nihil operatur. & idem sequitur Petrus. vt refert Cy. in l. si quis in conscribendo. C. de episco. & cleric. Pro quibus facit, quia hæc cõuentio induceret quem ad delinquẽdum, Ergo &c. vt in l. conuenire. D. de pact. dot. Non obstat. d.l. iusiurandum. quia intelligitur quãdo iuramentũ defertur post contractum. hîc autẽ in ipso cõtractu, inter quæ est differentia, vt & aliàs in pacto legis cõmissoriæ. vt l. Calipodius. aliàs, quãuis D. de solutio & l. fin. C. de pactis pigno. Nec etiam obstat l. Theopõpus D. de do. præle. quia loquitur in vltimis volũtatibus. Bart. tangit istã quæstionẽ in l. fin. D. de præt. stipul. & sequitur opinionẽ Dyni, vno addito, videlicet q̃ poterit reus hanc

a *Clausulam.* Adde Spec. in titul. de proba. §. 3. vers. quid si ibi dicitur. Bern.
b *Iuramentum.* Adde qualiter expensæ probentur. Fed. de Se. consi. 119. Bern.
c *Stare.* Adde Alex. consil. 37. vol. 3. & eundẽ Alex. in l. iusiurandũ. D. de iureiur. & Ang. Aret. in §. actionum, in princ. Inst. de act. Franc. Cur.

potest a-

poteſtatem datam reuocare, ante factam declarationem expenſarum ab ipſo actore. arg. in l. ſi quis iuſſu randum. C. de iureiuran. Nec obſtat d. l. conuenire. quia in tali promiſſione intelligitur dolus exceptatus. vt in l. creditor. §. Lucius. D. mandat.

12 Poſtea † quæritur, an ſemper in expenſis ſit victus victori condẽnandus? Ad quod breuiter ſic diſtinguitur, ſecundũ Glo. & Inn. in d. c. ſi nemo litibus. de dol. & contum. Aut ex parte victi fuit iuſta & probabilis cauſa [a] litigandi. & tunc non eſt condẽnandus, ſed abſoluẽdus ab ipſis expẽſis: aut nõ fuit iuſta nec probabilis cauſa litigãdi, & tũc eſt cõdẽnandus. arg. in l. qui ſol. in §. etiã D. de leg. 2. & in c. facto. ext. de ſent. excõ. Quã opinionẽ tenet Gl. & Bar. in l. qui ſolid. quę diſtinctio procedit in cauſa principali. In appellatione autẽ dicas, ſi ſuccũbat appellãs ipſũ indiſtinctẽ in expẽſis condẽnandũ. Et ſic intelligitur Glo. in d. c. ſi. & textus in l. fi. C. quãdo prouoc. nõ eſt neceſ. In appellato [b] verò ſuccũbente diſtingue, vt planè notatur p Cy. in l. general. C. de iureiurando.

Nunc autẽ quęrendũ occurrit, an iuramentũ calũniæ excuſet condẽnatũ ab expẽſis? Et Glo. tenet p ſic in d. c. ſinẽ litib. & ibi idẽ ſequitur In. p c. ſanctimus. 1. q. 7. idẽ p omnia ſequitur Gl. in auth. de in. §. oportet. & Ia. But. in l. properan. §. fin aũt al terutra. C. de iud. & in auth. general. C. de epiſc. & cler. & Bartol. in l. 2. ad Turp. Falſit, ſecundũ eũ, in expenſis quæ veniũt ꝓpter ſolã cõtumaciã. vt in l. ſancimus. C. de iud. Vel propter euidentẽ temeritatẽ. [c] vt l. eum quẽ temerè. D. de iud. nã à talib. expenſis iuramentũ calũniæ nõ excuſat. Ex præmiſſis ergo ſequitur, ꝙ cùm omnes iurẽt de calũnia, vel ex forma iuris cõmunis, vel ex forma iuris municipalis, ꝙ ſũt omnes obſoluẽdi ab expẽſis. 13 Sed certè † durus eſt hic ſermo attenta facilitate, & indiſcretione litigantium, & procuratorum conſulentium, nec non multorum (ſi fas eſt dicere) Iuriſperitorum, qui prępponunt amorem & honorem ſeculi, amori & honori Dei, conſulentium parti Iura audacter, quia manus non lędetur, nec tamen adiiciunt animã perdetur. 14 Vnde † aliqui recedunt à dicta opinione & dicunt ſimpliciter quòd iuramentũ calumniæ non excuſat ab expenſis. Reperi etiam quòd idem Bart. in quodam ſuo conſilio ſpeciali dixit aliter. Scilicet quòd aut expenſæ erant debitæ iure actoris, aut officio iudicis. Primo caſu iuramentũ calũniæ nõ excuſat ab expẽſis. arg. l. ſi mulier in §. ſi rẽ. D. de leg. 3. Secudo caſu quãdo expẽſæ nõ fuerũt ꝓmiſſæ, & ſic iudicis officio debẽtur, tũc aut probatur euidẽs temeritas vel eius calũnia, aliter quã per ſolã ſententiã, & tũc iuramentũ nõ excuſat ab expenſis. argum. l. 1. C.

a *Cauſa.* Adde quòd do. de Rot. decis. 182. de dolo & contu. in nouis dicunt, quòd licèt probabilis cauſa excuſet ab expenſis, quòd non tamen excuſat à fructibus, qui ſunt beneficii, & vide Alex. conſil. 159. 2. vol. Ang. conſil. 136. Ber.

b *In appellato.* Adde videndum per do. de Rot. in nouis. de do. & cont. deciſi. 251. Bernard.

c *Temerarium.* Adde d. Abb. conſil. 71. in fin. & an iuramentum calumniæ excuſet ab expenſis per Fulg. conſil. 158. Et vide Alexand. de Imol. in l. 3. D. de iu. in prin. & ibi quòd excuſat à præſumpta calumnia, non autem temeritate. Franc. Ca.

de aduoc. diuer. iudic. & l. eum quē temerè. D. de iudic. & facit instit. de pen. temer. litig. §. hęc autē omnia. & in §. ad excludendas. in auth. de litig. Aut nō apparet eius euidens temeritas, quod est si in aliqua parte eius quod petebatur, apparet eū iustè litigasse, & tunc iuramentū excusat, quia non potest dici improbus vel temerarius litigator, qui saltē aliquam partē eius quod petebat iustè petebat euidenter, vel præsumptiuè. vt in d. §. hæc autē omnia. Aut non fuit iuratū de calumnia, & tūc distingue, vt suprà dictū est, videlicet an habuerit iustā causam litigādi, vel non.

15 Iusta † autē causa pōt esse, si alteri successit. vt in l. fi. D. pro suo. Iniusta esset in facto proprio. vt in l. quisquis. C. de rei. vend. & l. quanquā. D. ad Vell. Itē ex parte cōuenti esset iusta causa, si rē emisset, & eā gratis recusat agenti reddere, sed litigādo resistit, ad hoc, vt agere possit de euictione cōtra venditorem. vt in l. ū dictū. §. si compromiserō. D. de euict. vel alio iusto tit. possideret. De qua etiā materia notat idē Bar. in l. qui in alt. D. de reg. iur.

16 Sed † nūquid iudex super expēsis debet ferre sententiā sub certa & limitata quātitate, an sufficiat sub incerta [a] & inde terminata proferre quantitate? Inn. tenet ꝙ possit ferre sententiā incertā, vt notatur p eū in d. c. finē litib. per Cy. in d. l. terminat. & ibi notatis in c. auditis. ext. de procur. vt sic dicat. Condēno te in expēsis p̄sentis litis, quas fecit aduersarius tuus, vel quas probauerit se fecisse. quod est verū. 17 Sed † an posset iudex potestatē condēnandi super expēsis in sentētia sibi reseruare? Dic quòd nō, per iura prædicta, secundū Inn. vbi suprà. sed lata sentētia super expēsis poterit earū taxationē sibi reseruare [b], vt fit quotidie per ipsos iudices in eorum sentētiis. Nā partē condēnant in expensis, & taxationē earū sibi reseruāt, secundū Inn. vbi suprà. & Cy. & alios in d. l. terminato. Est ergo aliud reseruare condēnationē expensarū, quod fieri nō potest, & aliud reseruare taxationē earū, quod concessū est. vt patet ex prædictis. 18 Quid † ergo si iudex in expēsis condēnauit earū taxatione sibi reseruata, an eius successor in officio poterit hāc taxationē facere? Dicit Bar. & bene ꝙ sic. vt per eū notatur in l. ab executore. D. de appel. Et sit ratio, quia talis reseruatio est sibi facta tanquā iudici, vnde cū successor eius fingatur esse idē (vt l. proponebatur. D. de iud. & l. mort. iudic. D. eo. tit.) sequitur ꝙ talis successor poterit hanc taxationē facere. Pro quo facit l. post mortē. §. 1. & ibi notata D. qđ cū eo. 19 Inde † quæritur quid si erat iudex delegatus ille qui taxationē expensarū sibi reseruauit, an ipse poterit postea taxare, an verò ordinarius eius? Dic secundū Bar. vbi suprà, ꝙ aut est talis delegatus cui post sententiā iurisdictio & potestas cōpetit ipsā exequendi (quod est in casibus notatis p ipsū & Glo. in l. à diuo Pio. in pr. D. de re iudicata) & tunc poterit taxare per seipsū, quia poterit sententiā suā interpretari. Aut est talis delegatus cui ius suā sententiā exequēdi nō cōpetit, & tunc quia nō pōt suā sententiā interpretari nō poterit etiā expensas taxare:

a *Incerta.* Add. Al. con. 82. 2. vo. Bet. b *Reseruare.* Add. Al. con. 37 suprà alle. Ber. sed

sed ad ordinariũ ad quem pertinet illius sententiæ interpretatio, pertinebit similiter expensarum taxatio. in l. duo iudices. D. de re iudic. Talis enim reseruatio videtur facta respectu fuæ delegatæ iurisdictionis, quę iurisdictio censetur eadem cum ea quę est delegantis. vt in l. 1. §. qui mãdata. D. de officio eius cui mand. est iurisdictio. 20 Vnde † licèt illa iurisdictio delegata sit finita per sententiam. (vt l. iudex. D. de re iud. & l. quid tamen in prin. D. de arbitr.) tamen durat illa delegatio. vt in d. l. à diuo Pio. Ideóq; ipse taxabit. Quod multũ nota, [a] quia in hoc multi errant, & illa talis additio sibi nihil nocet. arg. l. si ita. §. qui filio. D. de bon. possessio. secundùm tabel.

21 Quid † si taxatio huiusmodi expensarũ fuerit iniqua & immoderata, an poterit appellari [b] ab ea? Dicit Innoc. quòd sic. vt in c. super eo. ext. quod met. cauſ. & Bart. in d. l. ab executore sicut potest appellari ab immoderata executione vt in d. l. ab executore. Ita tamen quòd in hac appellatione obseruentur illa solennia quæ obseruãtur in appellatione ab executione. vel alia interlocutoria. hoc est, q̃ fiat in scriptis. & in ea inferantur causæ. vt notatur in d. l. ab executore. C. quãdo appella. non recip. quod est valde notãdum. Et sic ratio, quia talis taxatio vim habet interlocutoriæ. Ergo, &c. vt in c. cordi. de appel. lib. vi. & in c. vt debitus. de app.

22 Sed an iudex ipse, si viderit se iniq̃ è taxasse expensas, poterit per seipsum hanc iniquam taxationem reuocare? Dicit Innoc. quòd sic. vt notatur per eum in d. c. si ext. Quod met. cau. arg. in l. quòd iussit. D. de re iudi. cùm hæc taxatio suscipiat vim cuiusdam interlocutoriæ, vt dictum est.

Svmmae.

1 *Iudex ordinarius potest exequi sententiam suam, & suę delegati.*

2 *Delegatus à principe intra annum potest suam sententiam executioni mandare.*

GLOSSA XXVI.

Executioni mandari, &c. 1 Sed quis est † iudex competẽs mittendi sententiam latam executioni? [c] Respondeo, iudex ordinarius, siue sit sententia lata per eum, vel delegatum ab eo. vt in l. à diuo Pio. in prin. D. de re iudi.

2 In † delegato verò à principe sunt opiniones. nam dicit Glossa in d. l. à diuo Pio, quòd ipse non potest suam sententiam exequi. Sed Bart. ibi tenet contrarium, & melius per l. fina. C. qui pro sua iurisdi. dum tamen exequatur infrà annum à die latæ sententiæ. vt est textus. in c. significasti. & in c. pastoralis. ext. de offi. delega. Vide quod notatur, infrà in ti. de for. exe. ienen.

Svmmae.

1 *Causidicorum natura est lites quærere, & lites ex litibus serere.*

a *Multum not.* Adde Rom. cons. 362. in prin. & vide quod voluit Anc. cõs. 182. dum respondet ad l. Paulus. de re iud. Ber.

b *Appellari.* Adde Rõ. cõs. 318. vbi vide an sẽtẽtia lata super appellatione interposita à taxatione expensarum dicatur diffinitiua, vel interlocutoria.

c *Executioni.* Adde Anch. cons. 175. & quid si secunda sententia cõtineat plus quàm prima. per eundem consil. 192. Bern.

2 *figura siue ordo iudiciorum quid sit, & in quibus consistat.*

3 *In processu sine figura Iudicij seruanda sunt ea quæ sunt iuris naturalis vel iurisgentium.*

4 *Per hæc verba, Sine figura iudicij non tollitur citatio, nec qualiscumque petitio (licèt solemnis libellus tollatur) in qua conclusio non est necessaria, modò ex narratu sequatur.*

5 *Nec etiam tolluntur exceptiones peremptoriæ quæ naturali ratione nituntur: at dilatoriæ tolluntur.*

6 *In processu sine figura iudicij potest procedi diebus feriatis, nisi feriæ sint ob honorem Dei, vt repetitur.*

7 *In causa sine figura Iudicij iuratur in litem. Testes iurant, parte præsente vel citata, examinantur secretè, fit testium publicatio: post quã non admittũtur testes in oppositũ.*

8 *Reus actori non tenetur edere instrumenta ad fundandam suam actionem.*

9 *Forma procedendi per iudicem sine figura iudicij. ex clem. sæpe contingit. de verb. sig. in Clem.*

10 *In his in quibus iuris ordo requiritur, partes consentire non possunt vt procedatur sine figura iudicij.*

11 *Summariè & de plano procedere quid sit.*

12 *De iure communi nullo casu procedi potest sine figura iudicij. Excipe quatuor casus de iure canonico, nempe in causis beneficiorum, decimarum, matrimoniorum, & iuramenti.*

13 *In causis, quæ de iure vel ex rescripto sunt summariæ, debet libellus offerri & lis contestari. Sed potest iudex dilationes abbreuiare.*

14 *Vt sic lemáto idem significat quod summariè.*

15 *Hæc verba sine aliqua iuris solemnitate, idem significant quod sine figura iudicij, contra Bartolum.*

16 *Illa clausula, vt iudex procedat secundùm suam voluntatem vel liberum arbitrium, æquipollet huic, sine figura iudicij.*

17 *Clausula, Vt iudex possit procedere secundum eius conscientiam, hanc habet vim vt possit iudicare secundùm suam conscientiam ex proprio visu vel auditu informatam. quod de iure regulariter non potest.*

18 *Clausula, sola veritate inspecta, tollit libelli oblationem, litis contestationem, & similia. At non exceptiones peremptorias & instas.*

GLOSSA XXVII.

SVmmariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij. Ampla fuit dubitatio apud antiquos de significatu istorũ verborũ. Ad q̃ dubitationẽ auferẽdã fuit facta q̃da decretalis, quę incipit. Sæpè cõtingit, & est posita in cle. ext. de verb. significa. Sed adhuc per ipsam decretalem nõ fuit plenè cõsultũ seu succursum auribꝰ cauſidicorũ. 1 Nec † mirũ, quia ipsorum natura ad lites quærẽdas est inclinata, & semper cogitãt lites ex litibus suscitare (contra l. terminato. C. de fruc. & lit. expen.) in animarũ eorũ irreparabile detrimẽtũ. De quibꝰ dictũ est, vę Vobis, qui mãducatis panẽ doloris. Decurrendũ est ergo per te ad illũ textũ & Glossas ibi positas, & ad ea quæ super hoc notat Barto. in quadam extrauaganti Imperatoris Federici, quæ incipit. Ad reprimendum. Veruntamen non omitto vnum exprimere secundùm Ioannem Andream, quod illa verba, *sine*

gura

figura iudicij, tantũ important per se sola, quantũ alia præcedentia simul iuncta. Vnde licèt ista omnia cõungi soleant in literis vel statutis, tamẽ nõ est de necessitate, quãdo illa verba *sine figura iudicij*, apponuntur.

Quæ eodũ est igitur, quæ solennitates videãtur sublatæ per hęc verba, *sine figura iudicij*, &c. 2 Ad † cuius euidentiã præmitto, quòd figura iudicij est ordo substantialis processus, à iure requisitus, quo omisso ipsum iudicium vitiatur. vt in l. prolatã. C. de sen. & interlocu. om. iudic. Qui quidẽ ordo talis esse distinguitur: videlicet libelli, litis contestatio, dilationũ assignatio, iuramẽti testiũ, & instrumentorũ productio, & similia. vt in c. quoniã contra falsam. ext. de proba. & in d. l. prolatã. C. de sen. & interlo. omniũ iudi. De qua figura iudicij loquitur textus. in l. 1. §. ũltimo modo. C. de latis. liber. tollen. Hic igitur ordo, & reliquæ solennitates regulares iudiciorũ videntur per huiusmodi verba esse sublatæ, nisi quatenus exprimuntur in dicta decretali. Sæpè cõtingit, secũdũ. Io. Andr. Vel secundũ Bart. dic quòd per huiusmodi verba iudex subleuatur ab obseruatione omnis iudicialis formę & figurę inductę à iure ciuili, canonico, vel municipali: sed tamen tenetur obseruare formã & figuram de iure gentiũ vel naturali ratione introductã, ad quã formã reducũtur quasi omnes casus expressi in d. cle. Sæpè contingit, quod est valde notandum. Si verò ipsa verba non essent appositа in literis rescripto, vel statuto, sed alia præcedentia sola, tunc secundũ Io. And. nõ haberet locũ dispositio illius, c. Sæpè contingit. quod est valde notã. vt ibi notatur per eũ. Et idẽ sequitur Bart. in dicta extraua. ad reprimendũ. Patet ergo quod illa cle. Sæpè, habet locum, quando ista verba, *sine figura iudicij*, apponuntur per se sola, vel coniunctim cum aliis. alia verò verba sine istis appositа, cessare faciũt dispositа, in d. cle. sæpè ℣ nota ad multa.

Ex præmissis deciuo colligitur ad plura. 4 Vnde † quæro an per dicta verba, *sine figura iudicij*, sit sublata solennitas citationis? Ad quod est dicendum, quòd non. [a] Primo per textum in d. l. ad reprimendum. Secundò per rationem, quia citatio est de iure naturali. Nam ipse Deus citauit Adam dicẽs quẽtem, quũ inquit, Vbi es Adam? quę determinatio approbatur per c. pastoralis, ext. de re iudi. vbi est textus. Insuper quæro an sit sublata correctio libelli? Dic ℣ sic licèt aliqualis petitio oretenus, vel actio sit coram iudice exprimẽda, cũ hoc sit ius quasi naturale, vt patet in quæstione de muliere, quæ coram Salomone filium suum postulauit, dum dixit, Filius meus viuit, & filius istius mortuꝰ est. vt habetur in c. afferte. ext. de præsump. & Regum cap. 3. Et alibi dixit Iesus: Mulier vbi est qui te accusat? Sed tamen in tali petitione non est concluſio necessaria, quæ regulariter requiritur, dum tamen ex facti narratione cõclusio cõprehẽdatur. Quinimò & cõuersio ordinis in forma cõclusionis toleratur, vt si petatur cogi, & cõdẽnari, vel simpliciter cogi.

a *Quidem.* Adde quòd nec citatio tolli potest, licèt in rescripto diceretur, quòd de facto procedat, vt voluit Ancha. cons. 361. & quòd citatio, vt de iure naturali, adeò ℣ per principem tolli possit, vide Ald. cons. 55. Ber.

Nam talia omnia reducuntur ad iustum ordinem, & tolerantur. arg. l. talem. D. de hæred. insti. & notatur in l. si cum nulla. D. de re iudic. & dixi suprà in quadã alia Glossa. quod sequitur Barto. in d. extranagan. ad reprimendum.

5 Sed † ad impediendum processum audietur opponens exceptionem rei iudicatæ, vel aliã similem? Dic quòd sic. quia tales exceptiones sunt de iure naturali, ne sæpius iudicetur in id ipsum. Cæterę autem exceptiones quæ magis tenderent ad differendum & frustrandum processum, quàm ad instruendum eum, sunt per iudicem repellendæ, cùm magis sint cõtra ius naturale quàm secundùm ius. 6 Potest † etiam iudex procedere diebus feriatis propter necessitatem hominum introductis, vt in d. c. sæpè. Secus si propter Dei reuerentiam: quia tales Dei reuerentiæ sunt seruandæ, iuxta illud: Sabbata sanctifices. [a] licèt contra faciat alia authoritas Psalmistæ: Beati qui diligunt iudicium. & iustitiam faciunt in omni tempore. Sed certè potest & debet intelligi illud vniuersale *omni* scilicet congruo & habili. arg. l. vt gradatim. §. sed si lege. D. de muner. & honorib. Et idem dico in feriis repentinis, quod in diuinis dictum est, secundùm Ioannem Andream.

6 Illud præterea est notandum, quòd in causa in qua proceditur sine figura iudicij, iuratur de calumnia, licèt istud iuramentum sit iure ciuili introductum. vt habetur in d. c. sæpè. quod satis naturali rationi cõgruit, vt comprimatur malitia litigantium. vt Instit. in proœ. versic. I. & de pœna temer. lit. in princip. Item testes qui producuntur in causa. debent iurare. vt in l. iurisiurandi. C. de test. b. exemplo eius quod dictum est de iuramento calumniæ. Et licèt tale iuramentum testis possit à parte remitti, [b] vt notat Glossa, in dict. leg. iurisiurandi. tamen non videtur in dubio per rescriptum esse remissum, nisi in eo dicatur, quòd possit procedi sine aliqua iuris solennitate secundùm Barto. vt *infrà* dicam. Debent etiam iurare parte præsente vel citata, ne aliter aduersario copia defendendi tollatur, quod esset contra naturalem rationem. Et fieri debet publicatio testium, & examinatio in secreto. Et eorum dictum debet esse tale, quod rectè concludatur exemplo Danielis. vt in c. cùm causam. ext. de testibus. & notatur. in Glossa. in l. si quando. in fin. Cod. de test. & tenet Bartol. vbi suprà. Nec est licitum post publicationem ipsorum alios testes producere in oppositum, cùm timor sit subornationis. vt notatur in cap. fraternitatis. extr. de testibus. & in l. per hanc. C. de temporib. appellat. Qui timor iuri naturali concordat, vt alter alteri non insidietur. vt legvt vim. D. de iusti. & iure. & vt malitiis hominum occurratur. vt l. in fundo. D. de rei vendicat. 8 Et † si actor peteret à reo sibi edi instrumenta ad eius intentionem fundandam. non deberet iudex ipsum audire, quia ista petitio esset contra naturalem rationem. vt l. qui accusare. C. de edendo.

9 Quę ergo sunt quę iudex facere

a *Sabbata sanctifices.* Adde Bald. consi. 317. 3. vol. Ber.
b *Remissi.* Adde quod voluit Roma. consil. 10. Bernat.

potest

poteſt in cauſa in qua ſine figura [a] iudicij proceditur? Reſpõdeo quòd iudex poteſt procedere ſine datione libelli, quia ſufficit qualiſcũque petitio, vt dixi. Item ſine litis conteſtatione. Item poteſt procedere tempore feriarum ob neceſſitatem hominum introductarum, ſecus in feriis repentinis, principis aut Dei reuerentia introductis, vt prædixi. Ité ſtatuere debet dilationes quantò breuiores poteſt, exceptiones autem fruſtratorias & appellationes friuolas reiicere. Debet inſuper multitudinem teſtium, cõtentiones aduocatorum & procuratorum repellere. Iuſtas autem defenſiones debet admittere, facietq; iurare de calumnia, & veritate dicenda. Necnon & interrogare poterit partes ex ſuo arbitrio quandocunque volet. Debebit præterea partes citare ad ſententiem audiendam, licèt nõ peremptoriè, ac ſententiam in ſcriptis proferri etiam in cauſa in qua non eſt neceſſaria concluſio. Et hęc omnia habẽtur in d.clem. Sæpè cõtingit. Et notandũ quòd de cõſenſu partiũ tacito vel expreſſo, poſſet iudex iſte procedere in iſta cauſa, iuris ordine non ſeruato. vt in d.cle. ſæpè. in fin. arg. in l.non quicquid. D. de iudic.

10 Sed† quid dices econtra, ponamus quòd in cauſa eſt procedendum ſecundum iuris ordinẽ, an poterit iudex de partium conſenſu tacito vel expreſſo procedere ſine ſtrepitu & figura iudicij? Io. And. in d. c. ſæpè. 10 fin. tenet quòd non. arg. eorum quæ notantur per glo. & Inno. in c. de cauſis. ext. de offi. deleg. & 2.q.1 c in primis. in fi. cum ſequ. & idem ſequitur Spec. in tit. de ſentẽ. prol. §. iuxta. verſ. quid ſi de partium. Contrarium notat Hoſt. in c. fi. ext. de re iudi. lib. 6. Primam partem tenet Butr. in l. Si ſocietatem. §. arbitrorum. D. pro ſoc. in 2.q. quam puto veriorem [b].

11 Quid† autem ſignificet verbum *ſummariè* [c] de per ſe, vel verbum *de plano* de per ſe, & in quibus caſibus de iure cõmuni poſſit procedi ſummariè vel de plano, dic vt notatur in l. 3. §. ſciendũ. D. ad exhib.

a *Sine figura.* Adde videndum Old. conſil. 115. vbi ſingula verba clauſulæ expoſuit. & dicit Rapha. Cu conſil. 85. quòd ſi prædicta verba ponantur in ſtatuto, quòd ſolennitas ſtatuti non intelligatur remiſſa. & dicit Rom. conſil. 519. quòd vigore dictorum iudex poteſt incipere ab articulis, & deinde ad ſententiam tranſire.

b *Veriorem.* Adde Rom. conſil. 139. Bernar.

c *Summariè de plano quid importent.* Et adde quòd quando eſſet per principem commiſſa cauſa ſummariè. & viſa veritate, tunc excluduntur omnes ſolennitates rigoroſæ iuris poſitiui, & plus importante dicta verba, viſa veritate, quando committitur ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij. ita Ant. de But. in c. 2. de iura. ca. & ſequitur Alexan. de Imo. in conſil. 6. colum. 1. verſic. tamen hoc non obſt. 3. volum. contrarium voluit Abb. in d.c. 2. & ſequitur Nata. in cle. ſæpe. §. non ſic tamen, col. 30. in prin. de verb. ſign. opi. Anto. de Butr. tenet Fely. in c. 1. col. 16. de conſtit. ver. & ſi dicantur. & ibi alleg. Rom. in d. rubric. de arbitr. & in fin. conſil. 20. ſequentem dicta Anto. in d.c. 2. quam tenet. Et adde quòd quando dicitur, procedas ſecundùm iuſtitiam & æquitatem, iudex non poterit credere priuatæ ſcripturæ, ita Roma. in conſil. 205. incip. in puncto præpoſito, & in rubric. de arbitr. colum. 1. & colum. 4. & Nata. vbi ſuprà, & de clauſula iuramẽta. &c. per eundem Nata. in dicta clementi. ſæpè, in princip. colum. 12. cum iuribus ſequentibus, & de verbo, velo leuato, in dicto §. non ſic, ibi columna 31. Cæt.

& l. nec quicquam, §. de plano D. de offi. procon. & legat. & per glo. in d. c. fæpè. & per Bar. in d. l. ad reprimendum. & Spe. tangit in tit. de offic. iud. §. postremo.

12 Illud † autem aduerte, quòd de iure communi nō potest aliquo casu procedi simpliciter, sine figura iudicii. Fallit hodie de iure canonico, in causis beneficiorum, decimarum, matrimoniorum, & vsurarum. vt in cle. dispendiosam, ext. de iudic.

13 Insuper † notandum, quòd in causis simpliciter summariis tātùm, vel de iure communi vel municipali, vel ex forma rescripti, debet libellus offerri & lis contestari, licèt dilationes possint per iudicem breuiari. vt habetur in c. fi. ext. de officio iudic. & per Speculat. in d. §. postremo. Et per Bartol. in d. l. ad reprimendum. in gloss. super verbo *summariè*.

14 Sed † quid de verbo *vel leuiter*? Dic quòd ista locutio non est f. equens in iure, tamē vnicum textum vidi ad hoc, in l. de subinclusis. C. de naufrag. lib. 11. & idem significat quod verbum summariè, vt ibi notatur per glossam.

15 Deinde † quæro, quid si statuto vel rescripto caueatur, quòd iudex procedat *sine aliqua iuris solennitate*? Dicit Bartol. in l. filiusfamilias D. de donatio. quòd ista verba in aliquibus differūt à prædictis verbis *sine figura iudicii*. Vode secundùm eum isto casu potest iudex testes recipere sine iuramento, & procedere diebus feriatis etiam in honorem Dei, quod non posset in casu præcedenti. Et est ratio, secundùm eum, quia iuramentum testis potest tolli per pactum. vt notatur. D. de feriis, in l. 1. in prin. & l. iurisiurandi. C. de test. bus. & feriæ in honorem Dei possunt tolli per legē. vt l. pronunciarum. C. de fer. Item potest admittere testes infames, & eos qui perdiderunt ea quę sunt iuris ciuilis tantùm. Secus autem in his qui perdidissent ea quæ sunt iuris gentium. arg. l. neque enim. §. 1. & 2. coniuncta l. 1. D. de testam. milit. Sed certè mihi videtur quòd ista sint synonima, vnde dico esse idem in vtroque casu, cùm non sit dare perfectam diuersitatis rationē inter ea. Hæ enim dictiones si quis rectè consideret, synonima sunt. quid enim, vt prædictum est, aliud est dicere sine figura iudicii, quàm sine solennitate iudicii? Certè nihil. aliàs sequeretur legem magis verbis impositam quàm rebus, quod esse non debet. vt in l. 2. C. communia de legat. quia magis sēsui quàm verborum diuersitati adhærendum est, leg. 3. in fine. C. de liber. præt. cu similibus. & pro hoc faciet quod statim dicetur infrà, *in proxima* quæstione.

16 Sed † quid si statuto vel rescripto disponatur, quòd iudex procedat secundùm suum liberum arbitrium[a] vel secundùm suam voluntatem? Dic secundùm Io. And. in d. c. fæpè in glossa super verbo *confessione*. & Bartol. in d. l. filiusfamilias, & in l. ad reprimēdum. in gloss. *videtur expedire*, quòd ista verba illi idem significant & importāt, quod faciunt præmissa verba *sine figura iudicii*. Et pro tanto non poterit iudex auferre parti iustā defensionem. Nam per talem cōcessionē

[a] *Liberum arbitrium.* Adde Rom. consilio 248. Anch. consil. 212. Bern.

& bayliam

& bayliam non videtur concessa potestas lædendi partem circa principale negotium. vt in l. si quando. C. de inoff. test. l. cùm quidam. D. de leg. 2. l. creditor. in §. Lucius. D. mãda. & l. si procurator. in prin. D. de condict. indeb. Facit c. in generali. ext. de re iu. lib. 6. & similibus ibi notatis.

17 Quid † si dicatur in statuto vel rescripto, quòd iudex possit procedere & pronunciare secundùm eius conscientiam? Dicit Io. And. in cle. 1. ext. de iure patro. quod hîc iudex habet latissimam potestatem, ideóque ab eius sententia diffinitiua appellari non potest [a]. Alij dicunt, quòd talia verba idem significant, ac si dictum esset vt pronunciet secundùm eius liberam voluntatem, quia ista conscientia debet esse talis quæ conueniat bono viro, secundùm mentem proferentis. vt in dict. a. quidam. de qua conscientia loquitur textus in c. statutum, in §. assessorem. de referi. lib. 6. Et ideo dicunt posse appellari ab eius sententia, cùm non videatur amplior collata potestas vno casu quã alio. Imò, si rectè penderetur, minor est potestas eius, cui committitur vt iudicet secundùm eius cõscientiam, quàm eius qui iudicare debet secundùm liberam voluntatem, secundùm aliquos. Vel dic verius quòd latior sit potestas huius quàm aliorum. Vnde credo quòd talis iudex possit iudicare secũdùm suam conscientiam informatã proprio visu vel auditu, licèt regulariter sit contra. vt notatur per glo. & doct. in l. illicitas. in §. veritas. D. de offi. præsi.

18 Sed † quid dices de quotidiana quæstione? Ecce sæpius contingit quòd princeps mandat vel committit alicui, vt cognoscat & determinet, *sola veritate inspecta* [b],

a *Appellatum potest.* Adde videndum Rom. consilio 27. & 161. & 467. Alexan. consilio 218. volum. 2. & adde Felyn. quem vide in c. 1. de const. col 15. vers. & si dicatur, ibi quòd potuerit etiam appellari ab hoc, & negotium deuoluere ad superiorem, non vt iudex admittat appellationem, & de quo latè vide per Geor. nat. in repe. cle. 1. sæpè, §. non tic. tamen, colla. 1. & sequ. vbi latissimè quid importet talis clausula & virtã, ibi addicta per eum, adde & vide Bald. in l. fin. ad fin. C. de iur. do. impe. & in sua dispu. inci. statuto cauetur, in col. 9. vbi quid quando sic committitur causa, tunc videtur commissa: vt optimo viro & quòd non debeat leges transgredi, & refert Alex. de Imol. in consil. suo 18. in princ. in 5. volu. & de dicta clausula vide eundem Alexan. in consil. 2. col 1. in 2. vol. Cur.

b *Inspecta.* Adde & no. bene istam doctrinam huius practicæ Papien. quòd virtute verborum, sola facti veritate inspecta, potest delegatus procedere tanquam arbitrator, per rationes hîc allegatas, primò adde de ista dictione solus, sola, solum, quòd ad propositum hor. Ang. in l. solus, de condit. inde facit text. cùm ibi not. in l. quòd si ephesi. de eo quod cert. loco in leg. si seruum. §. sequitur, de verborum obligationib. im vulneratus. B. ad leg. Aquil. vbi sunt text. valde fin. & facit quod not. Bart. in l. diuisti §. quædam. D. manda. Quia per istam clausulam, sola facti veritate inspecta, mandatur prouideri attenta mera veritate, prout Deus prouidet, & sic vir Dei, Bald. in l. fin. in princip. C. de iur. delib. & clarius in cap. inscitiarum. de no. op. fi. per text. cum glos. in Authent. de hær. & fal. in princip. vbi etiam Ang. & per alia ibi per Bald. ail. do. de Ro. conclusio. 30. vbi dicunt istam clausulam fuisse inuentam, per Papam quintum ad imponendum celerem finem litibus, & operari vlra verba sine figura iudicij, secundùm Ioan. Mo. in cap. fin. de præb. libro sexto, vbi dicit eo ipso posse incipi ab articulis, & ipsis probatis posse

deueniti ad diffinitiuam. Adde benefacere dictum Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verſ. ſine figura iudicij, in fin. quem ſequitur Imo. in d. cle. Ixpe, in fin. iunctis no. per eum, antea dum tractauit de clauſula ſine figura iud. cit. ſolaque facti veritate inſpecta, & ſe remittit ad dominos de Ro. in dic. deci. Adde quòd bene dicit auctor, quòd in hoc caſu poteſt dici arbitrator per ea quæ not. Bal. in l. ſolam, in fin. C. de teſti. vel vult quòd præcedens & terminare debens de iure, de facto, virtute ſtatuti dicitur quidam arbitrator legali deputatus, allegans Imo. in cap. quintæ val. de iureiu. ſtatuta & reſcripta æquiparantur. Innoc. in c. quæ in eccle. de conſti. Bald. in l. 2. C. de leg. facit quod not. Bald. in l. nec quicquam ff. vbi decretum, & melius in ff. de plano, de offi. proc. & pulchriùs in ſua ſum. ſuper decreta. in tit. de iureiuranda ite. ima. ver. arbitrator, vbi concludit poſſe laſoc. & alios in d. c. quintaual. quòd ille, cui datur poteſtas procedendi, & diffiniendi ſeruato ordine iuris, cenſetur arbiter, ſi verò iuris ordine non ſeruato, cenſetur arbitrator. Et ſic ſicut arbitrator poſſet iudicare ſtando & die dominica, laco. Bart. & omnes in leg. dies feſtos. C. de fer. & in leg. ſi feriatis D. eod. ita & hic. Specu. in tit. de arbitra. §. diſſert. Bal. in l. 1. C. de arbit. addo Bart. conſi. incip. puncta quæſtionis, vbi ponit habentem poteſtatē diffiniendi de facto, poſſe abſque cognitione probationis ſententiam diffinire, per gloſſ. in leg. ictus fultium, de his qui not. infamia, & ibi Bald. in leg. verum. ff. ex facto, in verſi. reducere, de minoribus, bene facit textus in l. fin. in fin. cum ibi not. per Ang. quod mens cauſa. Imo. in ca. cùm veniſſet, de in integ. reſtitu. vbi non curatur de ſolennitate, ſed attenditur veritas. Adde videndum de prædicta clauſula Ludou. Romanum conſil. 20. & 191. & 519. per Fran. de Are. conſilio 84. Lapum allegatio. rit. domin. de Rota, dictione vltima, de verborum ſignificatio. in nouis. Alexan. conſilio octuageſimo quarto, vol. 1. & conſil. 6. vol. 1. vltra allega. de illa clauſu. vide per Felynum in cap. 1. colum. 6. de conſtitutio. Aret. in c. dilecti, de iudicis. & Paul. de Caſt. in conſil. 66. in primo vol. conſt antiquorum, & nouiſſimè per dominum meū Sozi. in conſi. 96. col. 2. & ibi quis poſſit etiam cum tali clauſ. committere. 10. Thom.

quæ erit forma procedēdi? Ego puto quòd fungatur illa poteſtate, qua fungitur arbitrator electus à partibus, de quo loquitur c. quintaualis. ext. de iureiur. & l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. D. pro ſoc. Vnde poterit delegatus procedere & diffinire ſine datione libelli, litis conteſtatione & ſimilibus, quia veritas non requirit adminicularia nec formalia: vel. l. C. ſi. mino. ab here. ſe abſti. Nec errore vel omiſſione talium lædetur, vel vitiatur, ſed ſuis ſolis terminis eſt contenta. vt in d. §. veritas. Per quem textum firmatur & probatur decilio antedicta, quam etiam confirmare habent leges noſtræ ſcriptæ cum ab notoris videlicet l. quòd ſi Epheſi. D. de eo quod cer. loco. & l. ſi fideiuſſor. in §. ſi quid. D. mād. & l. furti. §. ſi debitori. D. quib. modis pignus, vel hyp. ſol. Per hoc enim quod dicit *ſolam*, excludere intendit omnem aliam formam & ſolennitatem. aliter non diceretur inſpici ſola veritas: hoc enim nomē ſolus ſola, ſolum, ſignificat vnitatē & ſingularitatem tantùm, & non pluralitatem. arg. l. ſolam. C. de teſti. & l. ſi te ſolum. D. de hære. inſti. & l. cùm ſolus. D. de acquir. hære. Puto tamē quòd peremptorias exceptiones & iuſtas defenſiones tenebatur admittere, cùm ſint fundatæ ſuper iure naturali (vt in d. cle. ſæpè) & habēt reſpicere veritatem negotii. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Qui cauſam remotam dominii non exprimit omne ius ſuum in iudicio deperdit.*

2 *Actor deducens vnicam cauſam dominii, ſi vincatur, poterit aliam deduc-*

deducere. Ideóque vtile non est reo vt certam causam actor exprimat. Idque si petat reus, pedem suum cum ligone percutiit, vt dicebat Bulgarus.

3 *Ius superueniens, pendente lite in reali actione, generali libello includitur. Non in eo in quo causa specialis dominii expressa est, nisi ex ea causa dominium superueniat.*

4 *Ius superueniens, lite pendente in actione personali, includitur in libello, nisi in eo certa causa sit expressa, ad quam causa ex qua de nouo ius emersit, non possit retrahi.*

5 *Reus qui non possidebat rem petitam mittio litis, si postea possideat, recte condemnabitur in omni genere actionis.*

6 *Pro debito præsenti & futuro potest condemnatio simul fieri si connexam causam habeat, vt in debito anno, sed solutio futuri differtur in tempus congruum.*

7 *Qui petiit hereditatem ex testamento, si illud appareat esse nullum, non tamen poterit in eodem iudicio petere ab intestato.*

8 *In eodem iudicio possunt iura deduci quæ possunt cumulari.*

GLOSSA XXVIII.

DEducendo in præsenti iudicio. Ista clausula licet sit vulgaris, & communiter adiiciatur in quibuscunque libellorum formis, tamen in casu præsenti, quantum ad actorem, non est necessaria. 2 Quoniam † ille qui proponit ius dominii vel quasi simpliciter, causa remota non expressa, semper videtur tam vtile quàm directum dominium, & omne ius suum in iudicio deduxisse. vt l. si mater. in §. eadem. & l. & an eadem. §. actiones. D. de excep. rei iud. Adeò quòd sententia lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in omnibus. De quo tangitur per Innoc. in c. conquerente. ext. de offi. deleg. & per Bart. in d. §. actiones. 2 Securiùs † ergo esset pro actore vnam causam siue vnum titulum sui dominii proponere, quia tunc sententia non obstaret si postea ageret ex aliqua alia causa, vt in d. l. si mater. §. si quis autè. Idcò inquit Bulgar⁹ doctor antiqu⁹, quod reus percutit pedem suum cum ligone, si petat causam exprimi ab actore in reali actione. prout notatur per gl. & doct. in l. 1. in prin. D. de eden. & l. edita. C. de eden. & in c. 2. ext. de lib. ob.

3 Horum † tamen gratiâ pro clariori doctrina quæro, quid si huic actori qui proposuit ius dominii vel quasi tempore libelli oblati nullum dominium competebat vel quasi, postea verò pendente iudicio & lite contestata factus est dominus, & sic dominii ius vel quasi eidem superuenit, nunquid ex eodem libello potest ferri sententia? Respondeo quòd licèt apud antiquos longa sit dubitatio (vt refert Cy. in l. 1. in 6. q. C. de alie. iu. mu. cau. fact. & notarut per gl. & doct. in l. non potest. D. de iudi) tamen iure canonico hęc quæstio est hodie sopita cum hac distinctione. Aut actor proposuit simpliciter & generaliter ius dominii vel quasi, nulla causa expressa, & tunc superueniens dominium clauditur in ipsa generali petitione, vnde ex eodem libello debet iudex ferre sententiam cõtra reum. Aut actor proposuit ius dominii vel quasi, certa & speciali

causa expressa: & tunc aut dominiũ [illegible] superuenit ex eadẽ causa propo[illegible] & tunc idem quod in casu [illegible] mutatur dominium vel qua[illegible] sunt ex alia diuersa causa & [illegible] dominium non clauditur [illegible] petitione. Ideóque iudex nõ [illegible] ex eodem libello reum cõ[illegible] sed debebit absoluere, & [illegible] postea licebit in alio iudicio ex [illegible] superueniente agere. Nec [illegible] obstabit exceptio rei iudicatæ. vt [illegible] nouæ habentur & probantur in c. Abbas sanè, in ver. si cæterùm. de rescr. lib. 6. & l. si mater. §. si quis autem, & in §. eadem. D. de excep. rei iudi. & notatur per Inn. in d. c. Abbas. circa fi. & adde quod suprà dixi in gl. super verbo, *iure dominii vel quasi.*

4 Sed † quid si actor egit actione personali, ad rem vel quantitatẽ, & tempore libelli oblati nulla actio competebat, sed superuenit postea iudicio pendente, an ex eodem libello debebit reus cõdemnari? Dic, aut ius superueniens pendente iudicio est accessorium eius quod est principaliter petitum in iudicio, & tũc tãquam clausum in libello venit in condemnationem iudicis officio, ex eadem instantia. vt in l. cedibles. §. item sciendum. D. de cedib. edic. & in l. 1. C. de iudi. cum simil. Aut ius superueniens est principale ad id quod in libello est petitum. & tunc aut libellus fuit simplex & generalis sine expressione alicuius specialis causæ. & tunc ius superueniẽs clauditur in tali iudicio, & super eo iudex debet ferre sententiam. vt l. fi. C. de anna. except. Aut libellus fuit specialis cũ expressione certæ causæ, puta mutui vel depositi, & tunc aut est ius superueniẽs ex noua causa quę non retrotrahitur, & tunc tale ius superueniens, quantumcunque specificatum in ipso libello, non clauditur in præsenti iudicio. Ideóque iudex non potest super eo sententiam ferre, sed in alio iudicio debet reseruare. vt in l. non potest. & l. non quemadmodum. D. de iudi. & ibi notatis in d. c. Abbate sanè. Aut ius superueniens est tale quod retrotrahitur, & sic superueniens ex causa de præterito, & tunc clauditur in præsenti iudicio. & tenetur iudex super eo ferre sententiam. vt in l. si rem. §. fi. de pig. actu. & l. si mandauero tibi aut Titio. D. mandat. Ex quibus patet, quòd falsa est opinio Ioannis posita in l. non potest, secũdùm omnes doct. Patet etiam quæ differentia sit inter actiones reales & personales.

5 Denuo † quæritur quid si superueniat ius vel habilitas conueniendi ex parte rei conuentę? Veluti gratia, tempore libelli oblati non possidebat reus rem petitam, postea cœpit pendẽte iudicio possidere, an ex eadem instantia fiet condemnatio? Dic quòd sic, siue actum sit actione in rem, siue in personam siue mista, siue in rem scripta. vt in l. tigni. in §. si quis. D. ad exhiben. & ibi notatis. in l. quæsitum. in prin. D. de pecu. & ibi notatis. & l. 4. D. de peti. hære. & l. fin autem. § 1. D. de rei vẽdi. & l. 1 §. Inde Neratius. D. depo. cũ similibus, facit quod notatur in l. neque. C. ad exhiben.

6 Vlterius † circa prędicta quęritur, Pone quòd aliquis teneatur ad aliquod annuũ, an potest in libello peti vt condemnetur tam pro præterito tempore quàm pro futuro, vt si dicatur sic: Peto Titium condemnari ad centum mihi debita pro victu

victu quatuor annorum præteritorum & ad soluendum mihi singulis annis in futurum? Dicunt quidã quòd non, quia fructus futuri temporis nõ pertinet ad iudicem, ideóque quæ sunt de futuro nõ possunt deduci in iudicio. vt l. quemadmodum. & ibi notatis per Glossam & doctores. D. de iud. & l. 1. C. de iudic. & l. 1. D. de vsur. Alij dicunt, & melius, quòd imò procedit talis libellus, & distinguunt sic. Aut id quod est debitum de futuro cohæret & connexum est ei quod habetur de præsenti, & tunc ratione eius quod debetur de præsenti, admittitur petitio super futuro. vt probatur in l. 1. C. de fideiuss. & ibi per Cyn. de hac quæstione. & facit l. harum. & l. Legi. D. si ser. vend. & l. libertis. §. 1. D. de alimen. & cibar. lega. Et hoc ne singulis annis necesse habeat de iure suo protestari. vt in l. malè agitur. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Aut id quod est debitum de futuro est separatum & remotum ab eo quod est debitum de præsenti, & tunc nullo modo admittitur petitio super futuro. vt d. l. non quemadmodum. & ibi per Bart. & in l. 1. C. de iudi. & l. 1. D. de vsur. Sed dicet aliquis, Cõtra prædicta facit, Quòd quante diẽ agit male agit. vt Instit. de exceptio. § hodie. & l. 1. in fine. D. vsufruct. quemadmo. caue. Sed dico, quòd debitum de futuro non potest in iudicio deduci vt fiat solutio de præsenti, vt in contrario. sed vt fiat solutio congruo tempore, sic ita loquuntur prædicta. Facit quod habetur in l. in omnibus. D. de iu. hic.

Liquet itaque ex præmissis quid operetur ista clausula, *deducẽdo*, &c. quia si rectè ponderentur prædicta parum operatur vltra ius commune. tamen non est omittenda, quoniam talis expressio magis confirmat ius commune, quàm quòd vitiet si tacitè fuerit omissa, & maximè quando intentatur actio personalis. 7 Ex † his etiam infertur, quòd virtute huius clausulæ, si quis egerit ex testamento ad hæreditatem, non potest allegare hæreditatem ab intestato ad ipsum pertinere (si appareat testamẽtum nullum esse): in eadem instantia fundata super libello quo actum est ex testamento. quia de iure communi regulariter causa testati & intestati non possunt (tanquam contraria) simul eodem tempore cumulari, argu. l. quandiu. D. de reg. iur. idem in similibus casibus. Vnde virtus talis clausulæ *Deducendo*, &c. non porrigitur ad tales casus. Facit quod notatur per Dy. in regula, Nullus pluribus & quod statim dicam in Glossa sequenti.

8 Vnde † cõcludẽdo dico, quòd ad illos casus porrigitur hęc clausula tantùm in quibus cumulatio plurium iurium vel actionum de iure communi admittitur. de quibus dicam in proxima Glossa. Ad eos autem casus in quibus cumulatio impeditur, nullatenus porrigitur. quia quod non potest fieri expressè, nec tacitè. arg. in l. cùm quid. D. si certũ petatur. & in l. triticum. D. de verbo. oblig. cum similibus.

SVMMAE.

1 *Actor potest omnino lites renunciare in quacunque parte iudicij. At instantia non, nisi de consensu rei.*

2 *Actor potest quandocunque libellum suum declarare, necnon mutare & emendare congruo tempore.*

3 *Emendare, mutare, addere, quid sint.*

4 *Emẽdatio formalis libelli potest fieri vsque ad sententiam, absoluendo reum ab instantia.*

5 *Emendatio circa rem vel quantitatem petitam admittitur vsque ad litis contestationem. Accessoria autem quæ emergunt post litis contestationem pertinent ad officium iudicis.*

6 *Mutare licet actionem vsque ad litis contestationem tantùm. Glossa tenet omnino mutari nõ posse, quod aquius videtur.*

7 *Regula sex cumulationis actionum, tres prohibitiuæ, & tres permissiuæ.*

8 *Sex illæ regulæ in duas contrahi possunt.*

9 *Quatuor sunt genera diuersarum actionum, in quibus cumulatio admittitur vel reiicitur ex regulis antedictis.*

10 *Hypothecaria potest cumulari cum personali, quia est eius accessoria, licèt sententia lata in personali pariat exceptionem rei iudicatæ in hypothecaria.*

11 *In actione quæ cumulatur, iuratur de calumnia.*

GLOSSA XXIX.

SALVO *iure addendi*, &c. Ista clausula nihil operatur[a] vltra ius cõmune, secundùm Innocen. & Glossam in c. inter dilectos, in prin. ext. de fide instrũ. Quod sequitur Spec. in titul. de libel. concept. §. nunc ostendamus. in fi. & Bartol. in l. non solum. §. morte. D. de operis noui nunc. & in l. Nesennius. D. de neg. gestis.

Est ergo quærendum quid iuris sit de iure communi, an parti liceat aliquando libellum mutare, vel ei addere? In quo distinguitur sic, secundùm doctores, omnia colligendo. 1 Aut† actor vult in totum desistere & liti renunciare, & potest in quacunque parte iudicij. vt l. desistentis. D. de iudic. & in l. postquam lite. C. de pact. Aut vult renunciare soli instantiæ ipsius causæ, & aliam inchoare: aut vult in eadem instantia perseuerare, sed intendit actionem mutare, vel aliã rationem superaddere primæ. Si quidem velit instantiæ renunciare, tunc aut reus huic renunciationi consentit, & tenet renũciatio, & poterit actor nouam instituere litem, sicut si instantia per temporis lapsum esset finita. vt in l. properandum. in §. 1. C. de iudic. Aut reus non consentit huic renunciationi, sed instanter petit in causa proceda. & tunc aut iudici cõstat reum esse absoluendum simpliciter ab instantia iudicij, vel quia libellus est inde conceptus, vel alia rationabili causa & tunc tenet renunciatio. arg. in l. libellorum. D. de accu. & in l. aliquãdo. D. ad Velleia. & l. qui per salutem. D. de iureiur. & ext. de accusatio. in c. qualiter & quãdo. Aut non constat iudici reũ esse absoluendum, & tunc non tenet renunciatio, sed iudex debet procedere ad decisionem causæ. vt in Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in l. de qua re. D. de iudic. cum simil bus. Ex quibus patet quando actor vult liti vel instantiæ renunciare, citandus est reus, quia potest fieri arg. l. de vno quoque. D. de re iudi. & quòd actor debet facere scribi, quòd iudex ipsam renunciationem admisit.

a *Nihil operatur.* Adde Fuig. consil. 139. Bernard.

2 Si†

2 Si† verò actor vult in eadem instantia perseuerare, actione mutata vel alia superaddita, & tunc potest, si mutet vel addat congruo tẽpore. vt in l. edita. C. de edendo. & ibi plenè notatur per Cyn. & alios scribentes. Aliquando actor vult simpliciter libellum obscurum declarare. & tunc potest quandocunque, nisi ad petitionem rei compellatur declarare ante litem contestatam vt habetur & notatur per Bar. in l. si quis intentione ambigua. D. de iudic. & l. inter stipulantem. §. si Stichum. D. de verbor. oblig. & per Dyn. in regula, Contra eum, de reg. iur. lib. vi. & ibi per Ioan. Andr.

Restat igitur quærere vsque ad quod tempus fieri possit additio, vel mutatio, seu emendatio. Sed ante omnia, vt facilius intelligantur sequentia, videamus quid sit mutare[a], emẽdare, vel addere. Et quidem secundùm veram doctrinam Petri (vt notatur in d. l. edita.) 3 Emendare† est illud quod est malè conceptum vel formatum, in melius reformare. vt patet si defectus sit in forma libelli, potest reformari, quãquam reus ab illa iudicii instantia debeat absolui. vt in l. libello. cum. D. de accus. & in l. i. D. si mens. fal. mo. di. Et sic emendare est extra vitiũ ponere. arg. C. de emen. seruo. & C. de emẽd. li. C. licèt Gl. in d. l. edita, aliter dicit. Mutare autẽ (secũdũ Glo. & doct. ibi) est ab actione edita in totum recedere. arg. in l. i. C. de muta. nomi. & in l. conflu. C. §. quibus. Addere verò est actioni propositæ aliam applicare. vt in d. § quibus. ibi, *adiecimus*. &c. Respondendum est nunc ad principale quæsitum: quæritur vsque ad quod tempus possit fieri emendatio, additio, vel mutatio? De singulis per se videamus, & primò de emendatione. In quo articulo, licèt sint variæ opiniones inter Glossam & doctores (vt refert Cyn. in d. l. edita) tamen potest dist. ngni. 4 Aut† agitur de emendatione formali ipsius libelli, & illa admittitur quandocunque vsque ad sententiam diffinitiuã, dum tamen per sententiam reus ab illa instantia absoluatur. vt d. l. libellorum. D. de accusat. & l. i. D. si mens. fal. mo. dix. Aut agitur de emendatione rei vel quãtitatis in libello deductæ (de qua loquitur Gl. in d. l. edita) & tunc aut illa emendatio fit circa qualitatem actionis propositæ, & potest fieri quandocũque vsque ad sententiam. vt l. in delictis. §. si detracta. D. de noxa. 5 Aut† fit circa ipsam rem vel quãtitatem in libello petitam. & tunc aut emendatio tangit principaliter ipsam rem, aut accessoria eius. Primo casu admittitur emendatio vsque ad tempus, ad quod admittitur mutatio, vt infrà dicam. Pro quo facit l. non potest. D. de iudic. & l. de qua re. cod. tit. Secundo casu subdistinguo: Aut illa accessoria emerserunt ante litem cõtestatam, & idem quod suprà dixi de emendatione circa rem principalem. arg. l. fundi. D. de execu. rei iudi. & l. ædiles. §. item sciendum. D. de ædil. edict. Aut emerserunt post litem contestatam, & tunc, quia ista pertinent ad officium iudicis, non est quærendum de emendatione. argumen. d. §. item

a *Mutare.* Adde videndum latiùs per nouit. in l. edita. C. de eden. Specul. in tit. de libell. concept. §. 8. versic. & quid si post. & in tit. de restit. in integr. §. 1. versic. sed si. Bernard.

sciendum. & notatorum per Glossam in l. si quis missum. §. fin. D. de damno infect.

Sed nunc quæritur quid iuris de mutatione? Super quo articulo similiter sunt variæ opiniones vt refert Cy. vbi supra. Glossæ enim cõmuniter tenent quòd hodie per ius Authenticorum (quod habetur in Auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. & in Authen. de litigia. §. omnem) non fit locus mutationi libelli, postquam in iudicio est productus, licèt olim aliter seruaretur, quam opinionem multi sequũtur. Alii dicũt, vt Odofredus, quòd hodie sicut olim, fit locus mutationi. Sed pro concordia sic distingue. Aut quis vult simpliciter renunciare liti, & potest. vt l. postquã lis. C. de pact. Aut vult simpliciter differre & litem prorelare, & non potest. vt in Authen. qui semel. Aut vult prosequi litem mutãdo actionem, & potest olim & hodie. vt d. l. edita. 6 Ex quo patet secundum eos, quòd l. d. l. edita, olim erat hodie correcta, licèt secundum Glossam contra. Et hanc opinionem sequitur Iacob. Butr. & Mar. Syl. secundum quam admittitur mutatio vsque ad litem contestatam tantùm, & non potest, quia reus aliter grauaretur in variis expensis. Quid enim si super actione proposita deliberauit ipse reus cum aduocato & procuratore, & sumptus fecit? si dicamus post litem contestatam locum esse mutationi, adhuc erit necesse redire ad aduocatum & procuratorem. & subire nouas expensas, quod esset valde inconueniens. Super hoc tamen articulo vario modo est per tempora obtentum & pronunciatum. vt referunt doctores antedicti. Tamen puto quòd opinio Glossæ minus cõtineat absurditatis, & plus iuris & æquitatis. Cum enim actor habeat amplum spatium in deliberãdo antequam libellum porrigat, & reus improuisus accedat, magis est faciendum illi opinioni quæ facit pro eo quàm pro actore. arg. in l. petendæ. C. de temp. in integr. restit. & in l. Arrianus. D. de act. & oblig. & in leg. fauorabiliores D. de reg. iur. & in l. inter pares. cum fin. D. de re iudic.

Deinde quæritur quid iuris sit de additione? Ecce actor proposuit vnam actionem in libello, vult postea aliam adicere vel cumulare[a], quæritur an & quando possit? Super quo fũt variæ opiniones tam Glossæ quàm doct. vt refert Cy. in d. l. edita. & Dy. in c. nullus pluribus. de reg.

[a] *Vel cumulare.* Adde Roma. consilio 240.

Petens super præmissis, &c. Adde quòd ista clausula super debet poni in libello, & est vtilis, & operatur quòd secundum qualitatem probatorum, non autem deductorum fit condemnatio, ita Innoc. & Bald. in c. 2. de or. cog. Imol. in c. si cautio. de fi. instr. versic. fin. & dicit. Alexan. de Imo. in cons. 6. colum. 2. vers. hic probatur, in 3. col. volum. & dominus meus Soz. in consilio 146. colum. 2. in 1. vol. vers. confirmatur, vbi quòd licèt con. libelli sit inepta, tamen instentando per talem clausulam ex narratis, aduerte tamen quia d. clausula operatur in ambiguo & obscuro, non autem in casu claro, ita intelligit d. Matia. Soz. in suo consil. 39. colum. 2. versic. insuper, & dicit quòd etiam ita tenuit in c. 2. de hob. arc. 13. q. 2. princ. ita etiam tenet dominus Soz. in consilio 109. col. 4 ver. difficultatem, & ibi quòd operatur quò ad remedia, non autem respectum rei petitæ, & quòd non operetur in casu claro, tenet etiam d. Franc. de Arc. in cons. 17. col. 4. versi. non obstat, & Alexan. de Imo. in consi.

iuris.

121.col. 4.versi. non obstante in primo vol. Ité adverte, quia talis clausula nō operatur, vbi libellus cōtineret repugnantiam vel contrarietatem, adeò si esset narratū in causa restati, nō sustentaretur in causa intestati, ita Alex. in d. cōsi. 121. & col. 4. & in cō. ex col 1. in prin. in 5. vol. cuius contrarium tenet d. meus Soz. in cons. 129. col. 2. vbi quòd libel. continens contrariā sustentatur per talē clausulā & quòd actor obtinet super eo, super quod iustitia habet, & idē in con. 160. col. pen. vbi quod omnia censentur deducta, quæ ex narratione facti, colligi possunt, & in con. 242. 1. col. 2. versi. ex quibus, vbi si est narratū in petito, & probatio facta in possessorio. actor obtinebit, & hoc etiā sequitur Alex. in con. 96. col. 2. in prin. in 5. vol. hanc secundē opi. potes intelligere, quando & instrumentū clau. omni meliori modo, &c. quia tunc libellus continens contraria valuatur, & tenet Alex. in cons. 121. & in l. cons. 6 & 1. oppo. procederet in casu suo, scilicet quando simpliciter esset adiecta illa clausula petens. Quæ not. pro practica vlra dicta per Modern. in §. omnium. Instit. de acti.

iuris. lib. 6. & aliqui in l. quod in hæredem. §. eligere. D. de tribut. & l. nemo. §. quoties. D. de reg iur. ¶ Verumtamen † conclusiuè. dic quòd in materia cumulationis est considerare regulas cumulationis prohibitiuas, & regulas ipsius permissiuas. Regulæ quidem prohibitiuæ sunt tres. Prima est, Quòd quando plures actiones quæ deriuantur ex eadē causa electione tolluntur, non admittitur cumulatio. vt in l. quod in hæredem. §. eligere. D. de trib. & ibi notatis. l. nemo. § quoties. D. de regul. iur. Secunda est, si plures actiones sunt sibi contrariæ, non admittitur cumulatio. vt in l. 1. C. de furt. & l. eū. qui. & l. cōtra ma. C. de inoffi. testam. Tertia est, si plures actiones ita se habēt, quòd sententia lata in vna, pariat exceptionē rei iudic. in alia, non admittitur cumulatio. vt l. fund. & l. fundū. D. de excep. Quarū quidē trū regularū cōcursus simul nō requiritur, vt cumulatio impediatur, sed sufficit q̄ aliqua ipsarū locū habeat, secundum Dy. Ex his satis euidēter colligi possunt regulæ cumulationis permissiuē, quia cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquū. vt Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. in prin. quæ similiter sunt tres prædictus omnino contrariæ. & quarum concursus copulatiuè requiritur, vt cumulatio admittatur, secundùm Dy. in d. c nullus pluribus. Prima est, Vbi sunt plures actiones compatibiles & non contrariæ, cumulatio admittitur. Secunda est, Vbi sunt plures actiones quæ electione nō tollūtur, admittitur cumulatio. Tertia est, Vbi plures sunt actiones, quarū sententia lata in vna nō parit exceptionē rei iud. in alia, admittitur cumulatio. ¶ Sed † secūdū Dy. ab vtraq; parte pōt fieri vna regula, si iungātur omnes tres simul hoc modo: Quādo plures actiones electione tollūtur, vel sunt sibi cōtrariæ inuicem aut sūt talis naturę q̄ sententia in vna parit exceptionē rei iud. in alia, tūc nō admittitur cumulatio. vt in primis iuribus allegatis suprà pro hac parte. Secūda principalis regula est, Quādo sunt plures actiones compatibiles. & quæ electione nō tollūtur, & in quib. sententia in vna nō parit exceptionē rei iudicatæ in alia, tūc permittitur cumulatio. vt in iuribus secundò allegatis suprà pro hac parte. sicq. erūt solū duæ regulę, vna permissiua, alia prohibitiua.

Deinde † sciendū est, secundu Dy. (licèt clarius quā per ipsum) q̄, quò ad præsens attinet, quatuor sunt g̃-

nera actionũ. Vnũ est genus actionũ diuersarũ terũ, ex diuersis causis descendentiũ, & ad diuersa cõpetentiũ. Exemplũ in actione ex deposito pro pecunia, & simil. In hoc genere admittitur cumulatio vsq. ad litẽ contest. secundũ Glo. quia in hoc casu cõcurrunt omnes regulæ permissiuę, & cessãt omnes regulę ꝓhibitiuę, vt probatur in l. si idẽ cum cod. D. de iurisd. om. iud. & l. fi. C. de anna. except. Facit l. hæredes. §. de plurib. D. fam. erc. & l. no est notũ D. de act. empt. & notata in gl. in c. conquerente. ext. de elect & in hoc conueniunt omnes doct.

Quid autẽ dicemus in iudice de legato [b], quot modis potest eius iurisdictio declinari ratione incõpetẽtię iudicis? Dic ꝙ pluribus. Primò videlicet ex defectu potestatis delegantis, quia dicitur nullam vel modicam iurisdictionem habere. vt l. primatorum. D. de iurisdict. omniũ iudicum. & in l. 1. C. qui pro sua iurisd. 12 Sunt † enim tres personæ, quibus competit facultas delegandi: videlicet ordinarius [c], delegatus papæ, & delegatus imperatoris. vt l. à iudice. C. de iudic. & d. c. pastoralis. & in c. super quæstionum. ext. de offic. deleg. facit l. à diuo Pio. in prin. & ibi notata. D. de offic. eius cui manda. est iurisd. & in l. fin. C. vbi & apud quos. & l. eũ prætor. §. 1. D. de iudic. cum similibus. Et etiam est quarta persona, quæ delegare potest, videlicet delegatus ad vniuersitatem causarum. nam iste fungitur vice ordinarii. vt notatur in d. l. à diuo Pio. in prin. probatur in l. fin. D. qui & à quibus appel. nõ licet. & in l. legatus. de offic. proconf. & in lege prætor. D. de iurisdic. omni. iudic.

a *Autem.* Adde videndum latè Spec. in tit. de comp iudi. edi. per totum.
b *Delegato.* Adde videndum latiùs per Spec. in tit. de in. delega.
c *Ordinarius.* Adde quòd delegatus ab ordinario non potest articulum causæ cognitionem requirentem demandare, sed tantùm nudum ministerium, vt dicunt d. de Kot. dec. 167. in nouis de offic. delegat.

Dicitur

13 Dicitur † etiam incompetens ratione ipsius causæ delegatæ, cùm causa ipsa talis sit naturę, quòd delegari nō potest: vt patet in causa liberali. vt C. de pedan. iud. l. placuit. Et in omni causa meri vel mixti imperij. vt D. de offic. eius cui manda. est iurisdict. l. 1. & 2. & D. ad municip. l. ea quæ. & in l. 1 ec quicquam. §. vbi decretum. D. de offic. proconſ. & leg. & l. cùm hi. §. ſi prętor. de tranſact. Idem ſi cauſa ſit talis, quę nō pertineat ad iurisdictionem delegantis. vt in l. 1. C. qui pro ſua iurisdict. & d. l. ſ. C. de iurisdict. omn. iudic.

Tertiò principaliter redditur incompetens, ex defectu vel vitio perſonæ propriæ ipſius delegati, vt dictum eſt ſuprà in ordinario. & probatur in d. l. cùm prætor. §. 1. D. de iudic. cum ſimilibus.

14 Pro † pleniori præmiſſorū declaratione reuoco in dubium, nunquid minor poſſit eſſe iudex ordinarius vel delegatus? Ad quod breuiter ſic reſpōderi poteſt ſecundùm doctores. Aut eſt minor annorum XIIII, & ſic impubes, & tunc non poteſt eſſe iudex ordinarius vel delegatus, quia iudicio caret. vt d. l. cū prætor. §. 1. Niſi princeps ex certa ſcientia conferret in eum iurisdictionem ordinariam, vel ad talem minorem iurisdictio per ſucceſſionem tranſiuiſſet, vt fieri videmus in ſucceſſionibus regū, principum, & marchionū, quos aliquādo præmori contingit pupillis derelictis, in quos tranſit & remanet iurisdictio paterna, licèt ipſius iurisdictionis exercitium committatur tutoribus eorundem. vt in l. cum aliis. C. de curat. fur. ſicut committeretur curatori, ſi quis factus eſſet prodigus, mente captus, aut furioſus. vt in c. 2. de ſupplen. negligen. prælat. lib. 6. coniuncta gl. l. Fulcinius. §. ideo. in fi. D. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Et nota quòd talibus pupillis, propter eorum excellentiam, conſtituuntur tutores cum maiori ſolēnitate quā cæteris inferioribus. vt l. 1. C. de tut. & curat. illuſt. perſo. Aut eſt pubes maior XIIII. annis, minor tamen XVIII. & tunc poterit eſſe iudex, & per ſeipſum exercere iurisdictionem ex conceſſione principis, nedum expreſſa, ſed etiam tacita, ſeu præſumpta, quæ præſumitur per id, quòd voluit dignitatem regiam vel ducalem ad hæredes transferri. Ea tamen quæ pertinent ad patrimonij adminiſtrationem, non poterit per ſeipſū talis minor exercere, ſine auctoritate curatoris. vt habetur in l. ſpurij. §. 1. D. de cur. iuncta l. ſi. C. de legit. tut. De quibus omnibus notatur per Bart. in d. l. quidam conſulebat. Vlterius quæro an minor XXV. annorum poſſit eſſe iudex delegatus? In quo ſic diſtingue, Aut eſt maior annis XVIII, & tunc poterit eſſe iudex delegatus. aut minor, licèt maior XIIII, & tūc non poteſt. Fallit in duobus caſibus. Primus eſt, cùm cauſa fuerit delegata de expreſſo conſenſu partium: Secundus eſt, ſi princeps cauſam ſcienter commiſerit eidem: nam videtur per hoc cum eo diſpenſare. vt probatur in d. l. quidam conſulebat. ad quod facit c. cùm viceſimum, &c. cùm iure peritus. ext. de offic. deleg. & ibi notatis per Inno.

15 Quarto † etiam modo redditur iudex incōpetens, ex tranſcurſu tēporis ſibi in delegatione præfixi ad ferendā ſententiā. vt in c. de cauſis. ext. de off. deleg. & l. 1. §. ſed ſi iu-

dex.D.de iudic.Quod quidem tempus currere incipit sibi à die præsentatæ delegationis.vt in c.super eo in fi.ext. de appell. & notatur per Glo. in c.de cautis.

16 Deinde † quæritur opposita hac exceptione incompetentis iudicis,quis de ea cognoscit?an superior vel ipse?Breuiter sic est distingue secundùm Bart. vt per eum notatur in d. l.quidam consulebat. Aut allegatur in iudice defectus mentis vel intellectus,vtputa quòd sit infans,vel furiosus.& similia:& tunc superior cognoscet:quia illa ratio, quæ eum impedit cognoscere super principali, vendicat sibi locum in cognitione huius exceptionis.vt in d.l.cùm prætor.in fi.Aut allegatur alius defectus, & tũc subdistingue.Aut defectus ille respicit conditionẽ solius causæ vel personæ litigantis, & tunc ipsemet cognoscet,& pronũciabit.vt l.si quis ex aliena. D. de iud.& l.2. D.si quis in ius vocat.non ierit.Fallit autem hoc in duobus casibus.Primus, si ipse percipere deberet aliquod commodum [a] ex quæstione principali.vt l. de iure. D. ad municip. Secundus, si consentus allegat se clericum.vt in c.si iudex laycus.de sentẽ.excom. lib. vi. Aut defectus respicit formam solius delegationis, quia opponitur rescriptum esse subrepticium, vel similia. & tunc ipsemet cognoscit. vt l. præscriptione. C.si cõtra ius vel vtil.pub.& in c.super literis. ext. de rescript.& ibi per Innoc. 17 In † quib⁹ casibus(præter quam in clerico,) si hæc exceptio scienter omittatur, nõ vitiatur processus.vt notatur. in d.l.si.de excep. per Innoc.in c.sciscitatus de rescrip. Aut huiusmodi defectus respicit personã ipsius iudicis, putà quòd sit excommunicatus.vel seru⁹,& similia. & tunc subdistingue.Aut per hoc fugillatur seu percutitur fama ipsius iudicis delegati.(vt quia obicitur ipsum esse infamem,vel hæreticum, aut excommunicatũ, vel seruum,) & tunc nõ poterit ipse cognoscere: quia sic esset iudex in proprio facto. Nam (sicut supra dictũ est,)vbi spectat ad eum commodũ pecuniariũ, non cognoscit: quantò magis repelletur,vbi vertitur cõmodũ vel damnum famæ & status? Facit quod notat Specu.in ti.de excep.in §.nunc videndu.versi.sed si Licèt Innocentius teneat contrariũ, & malè.in c.cùm super ext.de offi.deleg. Si tamẽ hæc exceptio nõ opponatur,tenebit iudiciũ & processus. vt in l.2. C.de sent. & inter.om.iud.& notatur in d.c.sciscitatus.Aut nõ petitur fama iudicis,sed ætatis defectus simpliciter allegatur.&tũc aut allegatur defectus pubertatis,& dic vt suprà.aut allegatur quòd sit pubes, sed minor xviii. annis, & tunc ipse idem poterit cognoscere:quia habet iudicium,vt suprà dictum est. arg.d.l. si quis ex aliena.& l.præscriptione.

18 Verũtamen † si exceptio esset omissa opponi ad processum, posset de nouo opponi post sententiam, & redderetur iudiciũ retro nullum. vt in d.l.quidam consulebat,vbi hoc probatur expressè.

19 Per † quã legẽ etiam aliud est notãdũ,videlicet ꝙ quãdo princeps concedit scienter aliquid alicui indigno vel incapaci, videtur tacitè cũ

a *Aliquod commodum.* Adde videndum Fran.de Are.con.107.

eo di-

eo dispensare. * De quo vide quòd notatur per Innocentium in cap. veniens. extrà de fil. presbyter. & per doctores. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. Circa quod aduerte, quòd si Episcopus aliquem excommunicatum scienter ad ordines promoueat, non videtur per hoc ipsum absoluere, nec cum eo dispensare, secundùm Innocentium, vbi suprà. Cuius ratio est (secundùm eum,) quia in absolutione ab excommunicatione requiritur certa forma tradita à iure. vt in cap. cùm desideres. ext. de sentent. excom.

SVMMA.

1 *Exceptiones incompetentia & suspicionis simul opponi possunt.*

GLOSSA. IIII.

ET *in quantum apparet.* Nota hîc quòd exceptio suspecti iudicis opponitur conditionaliter. Nam etsi iudex competens est, nihilominus recusari potest, vt infrà dicetur.

1 An † autem vtraque exceptio posset opponi purè? verbi gratia, Dico vos esse iudicem incompetentem, & *suspectum.* [b] Videtur quòd non, quasi contraria sint, argumen. *l.* 1. C. de furt. Dic tamen quòd sic: quia conueniunt, *inspecto* fine ad quem fiunt & tendunt. Nam per vtranque exceptionem declinatur iudicium & examen ipsius iudicis. Ideóque concurrere possunt. vt leg. eum qui & l contra maiores. C. de inoffi. testamen. & notatur per Dynum, in cap. quillus pluribus de re iudic. lib. vi.

SVMMAE.

1 *De exceptione suspicionis iudex recusatus non cognoscit.*

2 *Exceptione suspicionis proposita, ligantur manus iudici.*

3 *Quibus iudex potest recusare.*

4 *Arbitri qui de recusatione cognoscunt intra bos dies eligendi.*

5 *Iudex recusatus præfigere potest tem pus arbitris, intra quod de recusatione iudi. erit.*

6 *Exceptio recusationis proponenda est in exordio litis.*

7 *Iudice pronunciato suspecto, quis de causa cognoscit.*

GLOSSA V.

IV *dicem suspectum.* 1 Hæc † exceptio suspicionis differt à præcedenti, in hoc maximè quia de hac nullo casu cognoscit ipse iudex, sed requiritur vt cogat ad eligêdos arbitros p ipsas partes, qui de ea pronûcient &

a *Dispensare.* Adde Rom. consi. 216. & videndum latè Old. consi. 225. vsque ad 233.

b *Iudicem suspectum.* Quæ causæ suspicionis alleg. sint legitimæ, habetur per Specu. in 1. titu. §. superest videre, & not. in c. legitima de appel. lib. 6. vnde si iudex non admisit excep. suspicionis, est legitima causa appellandi ab ipso, probatur in cap. postremo, de appella. extrà, & ita tenet Specu. in titu. de appel. §. 1. 2. col. ver. sed quam dices causam rationabilem &c. item vbi recusatur vicarius, causa recusationis est probanda coram episcopo. c. si contra vnum, de offic. d. leg. lib. 6. tamen cùm vicarius potuit recusari tanquam suspectus. d. c. si contra vnum, & non admisit recus. constat ap. interp. ex legitima causa: quia vbi plura grauamina assignantur in app. sufficit alterum probari dummodo quod libet de per se sit sufficiens, ita inquit Glo. vlt. quam sequuntur fusi. in cap. exhibita, extrà de iud. vnde causa recusa. non admissa sit sufficiens & legitima, d. cap. postremo. Et Specu. in d. ver. sed quam dices, & licèt per. cle. arbitro. non admissa non præbuerit iustam causam appel. constat appellationem *ex legitima causa* interpositam & admitti debuisse, vt probatur in Gloss. superius alleg. quod nota.

cognoscant.vt l.apertissimi. Cod.de iudic. & capit. suspicionis, extrà de offic.deleg.& c.cùm speciali.& cap. secundò requiris.§.fi. de appel.licèt de incompetentia eius possit ipse idem iudex in certis casibus cognoscere, vt suprà dictum est. Cuius ratio esse potest, quia cùm allegatur sola incompetentia, certis casibus ideò cognoscit, quia super hoc non aggrauatur eius fama vel conditio. at cùm allegatur suspicio,tùc eius fama vel conditio aggrauatur, ideò non cognoscit, (argument.in leg.præfecti.D. de minorib.) sed ad arbitros remittitur.

2 Sed † quid dices, si causa suspicionis spreta, & nullis electis arbitris,iudex ipse de facto & ex capite suo in causa procedit? [a] Dic quòd processus erit nullus, quia ligatam habet iurisdictionem statim proposita hac exceptione,vt notat Archi. in cap. cùm plures. de offic. deleg. lib.vi.

3 Deinde † quæritur, an quilibet iudex possit recusari? Dic quòd regulariter quilibet delegatus potest recusari, vt in iuribus præallegatis.An autē ordinari? Respōdeo, sub iudice lis est.Sed secundùm cōmunem opinionem, etiam ipse potest recusari.vt in c. licèt ext. de foro cōpet. & c. legitima de appellat. lib.vi. Attamen Glossa iuris ciuilis in d.l. apertissimi videtur inclinare, quòd ordinarius non possit recusari,dic vt ibi. [b]

4 Sed † quid dices,proposita hac exceptione, infrà quantum tempus sunt eligendi arbitri? Dic quòd infrà tres dies.vt l.fin. C. de iudic. Et per hoc patet,quòd citari debet aduersarius ad hanc electionem fiendam. arg.l. de vnoquoque. D. de re iudic.

5 Sed † infrà quantum tempus debent terminare illi arbitri hanc causam suspicionis? Dic quòd tempus non est de iure aliquo terminatum, sed iudex recusatus potest & debet ipsum tempus præfigere [c] ipsis arbitris,infrà quòd si nō terminent, iudex ipse cognoscet de principali causa,non obstante recusatione proposita. vt hoc habetur in d.c. legitima.de appell.& c. suspicionis. de offic.deleg.

6 Quæritur † quando sit proponenda hæc exceptio recusationis? Dic quòd in exordio litis, sicut alia exceptio incompetentiæ iudicis. & in hoc adæquantur istæ ambæ exceptiones.vt d.l.apertissimi.&habetur in d.c.cùm speciali, cum similibus.

7 Sed † pone quòd arbitri pro-

a *Procedit.* nota quòd vbi opponitur de recus. contra iudicem, si propterea iudex procedat, licèt non fuerit appellatum, nihilominus processus est ipso iure nullus, hoc tenet Hostien.& Ant.de But.in c.cùm speciali, extrà de appella. clarius tenuit Barto.in leg.quia poterat.D.ad Trebel.qui allegat casum, & ibi Bal. qui loquitur etiam de compromisso.in leg.2. C.si quacunque præ po.idem ad primum dictum tenuit G.de hoc latè disputans, in c.iudex, de offic.deleg. libt.6. post cæteros, & aliquid in c.legitimæ,de app.eod.libt.dicens quòd cùm per recusationem omnino impediatur exercitium iurisprocessus factus per iudicem recusatum est ipso iure nullus,&c.Adde tu quòd in notoriis iud.non recus.vt suspectus, dicit Old. consilio 282. Rom.sing. suis,& con.statim alle.& an iud. recus. valeat processi. vide Paul. de Cast. consi.223.Alexan.consi.183.volum.2.Lap.alleg.1.Lu.Ro.vbi vltra omnes consi.220.

b *Dic vt ibi.* Adde Old.consi.301.& 283.suprà alleg.

c *Præfigere.* Adde Old.consilio 51.

nunciauerũt iudicẽ esse suspectum, quid fiet? Die quòd iure codicis alius debet eius loco subrogari. vt d. l. apertissimi. Sed iure authenticorum iudex ipse recusatus non remouetur, sed ei associatur Episcopus loci [a]. vel eo deficiente, associabitur alius iudex, secundùm Iacobum de Bel. vt per eum traditur & habetur in §. si verò, in Authent. vt diff. iud. & est textus in Auth. si verò. C. de iudi. Facit in argumentum l. 1. §. illo. C. si quacunque prędi. po. & in Authen. sed non solùm. §. finalj.

Svmmar.

1 *Causæ recusationis sunt specialiter exprimendæ.*

2 *Arbitri statuũt terminum ad probandum recusationes.*

3 *Iudex recusatus cogere potest arbitros discordes ad tertium eligendum.*

4 *Et ad arbitrium assumendum.*

GLOSSA VI.

Rationibus & causis maximè infrascriptis. 1 Licèt † iure ciuili pro exceptione recusationis nõ sunt causæ specialiter exprimendæ coram iudice, sed sufficit coram arbitris illas proponere, & probare (vt notatur in d. l. apertissimi.) attamen iure canonico decidꝰ cõtrarium. vt in d. c. suspicionis. & c. cùm specialis. & vt notatur per glos. ſam in c. 2. vt lit. non contest. Quæ opinio probatur in l. si pariter. D. de lib. causa. & adde quod notatur in cap. ab arbitris. de officio deleg. lib. 6.

2 Quis † autem assignabit terminum probandi causas propositas coram iudice? Die quòd arbitri electi. vt in d. c. suspicionis, cum similibus.

3 Et † si forsan ipsi arbitri discordes fuerint in procedendo, vel iudicando, ipse iudex recusatus poterit eos compellere ad tertium eligendum. vt proinde stetur sententiæ duorum. vt d. c. legitima. & c. cùm speciali, cum similibus. Et quò ad hoc durat eius iurisdictio. licèt quò ad alia statim recusatione proposita sint eius manus ligatę. vt d. c. suspicionis. vt 3. dixi.

4 Alio † etiam casu durat iurisdictio ipsius iudicis, videlicet si arbitri electi recusauerũt recipere cõpromissum. nam poterunt per eum compelli ad ipsum assumendum. d. c. cùm speciali. & notatur per glossam in d. cap. suspicionis. Licèt alij arbitri conuentionales non cogantur acceptare compromissum. vt l. 3. §. 1. de arbitr. Ioan. Petr. de Per. legum Doctor.

Svmmas.

1 *Consanguinitas iudicis est iusta causa recusationis.*

2 *Et grauamen ab eo illatum indebitè.*

3 *Et inimicitia.*

4 *Ab arbitris appellari potest ad Principem.*

GLOSSA VII.

Frater dicti Andreæ.

1 Ex † hoc patet quòd inter ipsum & iudicẽ erat nimia fa-

[a] *Episcopus loci.* Adde an alius quasi episcopus possit associari Alex. consil. 182. suprà allegat. & quid si ipsemet ordinarius aliam sibi adiungat, an valeat processus? vide Old. consil. 117.

guinis coniunctio [a], quę habet iustè reddere ipsum iudicem suspectum. vt in c. posti. mò. ext. de appella. & ibi notatis per glossam.

2 Est † etiam alia iusta causa, videlicet si pars appellauit in alia causa, ab ipso iudice recusato secùdum ius canonicum. vt in c. propo. fuit. & c. ad hæc. ext. de appellat. Sed de iure ciuili hæc causa amphiboler sumpta non est legitima. vt est textus in l. 1. D. Apud eum à quo app. in alia causa. Ioan. And. & Innoc. dicut, quòd dicta capitula debent intelligi, quãdo coram arbitris probatum est de grauamine indebitè illato, per sententiam eius à quo dicit se appellasse. aliàs sola & simplex appellatio de per se non esset sufficiens causa recusationis. vt d. l. 2. & sic iura iuribus concordanda sunt. vt l. 1. C. de inoffic. donat.

3 Item † est iusta, si interuenerunt inimicitiæ, vt hoc sequitur, & probatur in d. c. secundò requiris. in fi. ext. de appellat. & in d. l. fi pariter. & 3. q. 3. c. quia suscepti. Alię etiam sunt iustæ causæ suspicionis, quæ arbitrorum iudicio relinquuntur. vt notat glossa in d. c. cùm speciali.

4 Sed † quid si arbitri tulerunt sententiam suam, an ab ea poterit appellari? Dic quòd sic. & appellandum est ad Papam, vel ad Imperatorem, secundum Ioan. Andr. cùm sint arbitri iuris. vt notatur in d. c. ab arbitris. & in c. cũ speciali. & hoc modo debet intelligi l. fin. C. de iudic.

Summar.

1 *Procedens in causa videbitur renũciare tacitè exceptioni incompetentiæ & recusationis.*

2 *Actus contrarius protestationi tollit protestationem.*

3 *Quatuor species protestationis, declaratoria, incitatoria, prohibitoria, & certificatoria.*

4 *Protestatio & denunciatio quid.*

5 *Protestatio contra substantiam negotii non valet.*

6 *Actus sequens contrarius protestationi tollit protestationem.*

7 *Protestatio extra iudicium respiciens ius solius protestantis valet, non si respiciat etiam ius alterius: nisi subsit iusta causa, vt cum certatur de damno vitando.*

8 *Protestatio nuda tollitur per actum contrarium, si nõ subsit iusta causa quæ visitatur.*

9 *Præsentia eius qui grauatur in protestatione requiritur, secus si nemo grauetur.*

10 *Persona quæ lædetur protestatio nominatim notificanda est, si sit certa, sin sit persona incerta, publicè notificanda est.*

11 *Præsentia nullius requiritur, cùm protestatio dependet ex mero iure.*

12 *Protestatio respiciens alterum, non valet nisi sit præsens.*

13 *Expressus partis consensus requiritur in protestatione, cum obligatio tollitur aut limitatur.*

14 *Cùm diuersitas obligationis inducitur per protestationem, requiritur expressus consensus.*

15 *Tacitus consensus protestationi sufficit, cùm obligatio, quæ per eam tollitur aut mutatur, re contrahitur.*

16 *Protestatio non requirit partis consensum, cùm non inducit obligationem,*

[a] *Sanguinis coniunctio.* Adde aliquas causas recusandi iudicem per Cald. consil. 7. de appella. vbi dicit, quòd facilius recusatur iudex quàm testis propter amicitiam, & in aliquas causas, vide per Oldr. consil. 101.

tionem,

tionem sed aliud præiudictum generat.

17 *Protestatio coram vicinis valet, cum protestans iudicem adire non audet.*

18 *Protestatio in absentem quomodo fiat.*

19 *Protestatio succedens in locũ actionis fieri debet in scriptis, secus si nõ succedat in locum actionis.*

20 *Protestatio in delictis excusat delinquentẽ, qui gerit actum licitũ.*

21 *Protestatio non excusat in actu qui regi non potest ab animo.*

22 *Protestatio iuri contraria nihil operatur.*

23 *Denunciatio quæ fit obligato cum constituit in mora.*

24 *Denunciatio sine causa, vel ex causa nõ vera nihil operatur ex causa versimili, ne fiat quod ex contractu fieri debet, nihil etiam operatur. al operatur vt cautio præstetur, cùm sit ne fiat quod testamento fieri debuit.*

25 *Denunciationi parendum est cùm vera causa ostenditur, aut cum sit per iudicem.*

26 *In innouatione noui operis requiritur expressio causæ.*

27 *Denunciatio authori de lite mota debet fieri citatione & missio libello, aliquin non creditur.*

GLOSSA VIII.

PRotestans dixit dominus Ioannes &c. 1 Quid † autem si ipse Ioannes post huiusmodi protestationem simpliciter in causa processit, an tibi præiudicetur? Videtur quod non, quia verba protestationis sunt relata ad tempus præsens vel futurum, vt patet ex verbis subsecutis, sicque actus qui sequitur, magis includit dissensum quàm consensum. arg. l. si quis *in principio* testamenti, cum similibus ibi notatis. D. de leg. 3. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. D. de leg. 1. Facit quod notat Innocen. in c. quæstioni ext. de appel. Sicut & aliàs in simili dicitur, de eo qui protestatus est nolle litem contestari. de quo notatur per glo. & doct. in l. 1. C. de lit. contest. & in c. 1. & in c. sollicitudinẽ, in fi. ext. de appel. ad quod etiã facit l. iure gentium. §. quod ferè. D. de pact. 2 In † contrarium facit. nam actus sequens protestationi contrarius tollit ipsam protestationẽ. vt in c. cùm M. Ferrariensis ext. de constitut. & ibi notatur plenè de materia protestationis. Facit l. qui *in aliena*. §. Celsus. D. de acquir. hæred. & l. Aut qui aliter. §. si quis eum D. Quod vi aut clam. & quod habetur in d. c. sollicitudinem. in fi. ext. de appellat. cum ibi notatis. Et hæc pars videtur esse verior per textum in c. gratum ext. de offi. deleg. & c. cùm vemisset. de test. & quod notatur in c. ex parte. de his quæ fiunt à maio. parte capi. & in c. 1. ext. Quod met. caus.

Veruntamen pro pleniori declaratione protestationis, aduertẽdum est quòd super eius doctrina fuit tam apud antiquos quàm modernos non parua dissentio, vt plenius refert post multos Bartolus in l. non solùm. §. morte. D. de oper. noui nũci. de qua ante eum latè scripserunt Ioan. Mo. in c. generi. de reg. iur. lib. 6. & post eum Ioan. Andr. in eodẽ c. in sua nouella. & per Andreã de Pisis, in d. l. si quis in principio testamẽti. de leg. 3. 3 Vnde † (secũdum Bart.) protestatio diuidꝛtur in quatuor partes seu species. Est. n. quædã protestatio declaratoria propriè

voluntatis ipsius potestatis: Quædã incitatoria, vt quid fiat per tertiam personam: Quædam prohibitoria, ne quid fiat per tertiam personam: & quædam certificatoria alicuius facti, vel omissi. Ego autem dico quòd duo sunt genera, quæ inter se videntur idem, & sunt diuersa. nam quædam est propriè protestatio, quædam verò propriè denunciatiõ. Protestatio est illa, quæ fit super eo quod dependet à voluntate vel facto solius protestantis. Denunciatio autem est ea, quæ fit super eo quod dependet à facto tertii, vt infrà patebit. Per quæ concludo, quòd tres vltimæ species superiùs traditæ potiùs pertinent ad denunciationem quàm ad protestationem.

4 Quæritur † ergo quid sit protestatio? Respondeo quòd est quædam præcedens testatio prohibitoria, seu derogatoria, aut conseruatoria alicuius instantiæ, vel futuri facti, seu iuris, aut negocii proprii ipsius protestantis. vt patet manifestè per exempla quæ habentur in d. l. si quis in principio testament. & l. si mihi & tibi §. in legatis. D. de leg. 1. l. si ita scriptum. eod. tit. & l. cùm plures. §. locatio. D. loca. & multis aliis iuribus inferiùs notatis. & hæc est propria & stricta protestatio. Denunciatio est quædam notificatio, qua quis incitatur ad aliquid faciendum, vel desistendum, vel omittendum. Exempla eius colligũtur in l. denunciasse. in prin. D. de adult. & l. 1. in prin. & §. nunciatio. & l. de pupillo. §. memini sse. D. de noui operis nuncia. l. emptor. C. de eui. & l. si nudo. §. fi. & l. si per imprudentiam. §. 1. D. de euict. & in aliis iuribus de quibus infrà dicetur. & talis denunciatio est impropriè protestatio, licèt ipsi doctores appellẽt ipsam protestationem, & malè.

Quæritur de effectu protestationis. Dic distinguendum esse secundùm Io. An. vt per eum notatur in c. cùm M. Ferrariensis ext. de consti. 5 Aut † fit protestatio contra substantiam rei seu negocii super quo fit ipsa protestatio, aut præter vel secundùm substantiam ipsius negocii. Primo casu non valet protestatio. vt patet in recepto in canonicum, cum protestatione, ne habeat præbendam. vt in d. c. cùm M. & de præben. c. dilectus. & 1. quæst 3. c. si quis abiecerit. Et in professo sub protestatione, vt retineat sibi proprium [a]. vt in c. cùm ad monasterium. de statu mona. Et in eo qui matrimonium contrahit, protestãdo se velle prolem euitare [b]. vt in c. fin. ext. de condi. appo. Et in eo qui cõcedit rem precariò sub protestatione, ne liceat reuocare. vt l. cùm precariò. D. de preca. Et in eo qui vendit vel donat vsumfructum, cum protestatione quòd vsus nõ cadet in donationem, vel in venditionem. vt l. per seruum. §. fin. D. de vsu & hab. & l. 1. & 2. §. si loca. D. de adimen. leg.

Secundo principali, quando est præter vel secundùm substantiam, subdistinguitur. 6 Aut † protestatio fit in iudicio, & tunc actus sequens contrarius protestationi, tollit protestationis effectum. vt patet

a *Sibi proprium.* Adde And. sic consi. 60.
b *Euitare.* Adde quid si dicat quòd non intendit contrahere nisi sit virgo. Fely. consi. 82. Bernar.

in eo

in eo qui est protestatus, nolle litem cõtestari. Nam si postea ex intervallo respondeat libello simpliciter, erit lis contestata. vt notatur in c. 1. de litis contestat. Ideóque dicunt procuratores, In sequendo actu causæ, inhærẽdo protestationibus alias factis. 7 Aut † fit extra iudicium: & tunc aut tangit ius solius protestantis, & valet protestatio. vt 7. quæst. 1. c. Pontifex. & ext. de postu. c. bonæ memoriæ. lib. VI. & de cens. c. olim. Facit. D. de acquir. hæred. l. pro hærede. & de tribu. l. 1. §. scientiam. Facit d. l. si quis in principio testamenti cum similibus suprà allegatis. quia in propria causa quilibet debet esse moderator & arbiter. vt l. in re mandata. C. mãd. Aut tangit ius protestantis & alterius. & tunc aut subest iusta causa quę protestationem corroborat, & tunc valet protestatio, & operatur suum effectum. & maximè dum tractatur de damno euitando. vt est textus de offic. ordi. c. pastoralis. 16. quæst. 3. pen. verſic. Is autẽ. & l. vt perfectius. C. de anna. except. & in c. 1. ext. Quod metus causa. & ext. de appel. c. fin. 8 Si † verò non subest iusta causa, tunc aut protestatio est nuda. & tollitur per actum contrarium. vt d. c. cùm M. Ferrariensis & ext. de elect. c. in genesi. Aut est vestita, vt quia est conuentionalis, & tunc valet & operatur. vt in c. cumana. in prin. & in fin. ext. de electi. quia licitis pacta sunt seruanda. D. de pact. l. iurisgentium. §. ait prætor. & ext. de pact. c. 1. Idem si sit vestita cohærentia consensus. vt l. si debitor. §. 1. D quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Item si sit vestita cohærentia expẽsarum causa humanitatis factarum. vt. D. de neg. gest. l. Nesennius. & Bartolus in l. At si quis. §. prohibe ote. D. de relig. & sumpt. fun. de qua etiam protestatione plenè tra. Sat Hostiensis in Summa, titulo de constitutionibus. §. quãdo constitutio. verſ. quid de protestatione, &c. per Archidiaconum. XXVII. d. 1. c. diaconus.

Sed circa præmissa in dubium reuocatur, an in protestatione sit aduersarii præsentia necessaria, vel consensus. Pro cuius declaratione assumo aliam doctrinam Bartoli in d. §. morte. Aliquando fit protestatio super eo quod consistit in propria & mera volũtate & potestate ipsius protestantis. aliquãdo super eo, quod cõsistit in potestate eius & alterius. aliquando super eo, quod consistit in potestate eius de facto tantùm, & non de iure. Venio ad primum, circa quem sic distingue. Aut per protestationem nullus granatur, aut aliquis granatur. 9 Primo † casu alicuius præsentia non requiritur tanquam partis, sed tanquam testis ad fidem faciendam. Patet exemplũ in additione hæreditatis, & legatis quæ fiunt in testamento & similibus vt l. at si quis. §. plerique. D. de relig. & sumpt. fu. l. qui in aliena. §. fin. & l. pro hærede. D. de acquir. hæred. & d. l. si quis in principio testamenti. & l. si mihi & tibi. & §. in legatis. D. de leg. 1. & l. si ita scriptum. eod. tit. & l. Nesennius. D. de neg. gest. Nec requiritur in hac protestatione expressio alicuius causæ. sufficit enim pro ratione voluntas. vt ibi. Et si fortasse fuit causa expressa, vel quoad certum actum, nõ extenditur vel ad aliam causam, vel alium actum qui inde sequeretur ex intervallo. vt l. per retentionem. C. de vsu. Secus si fieret per talia verba

quæ futurum tempus respicerent. v.g. ubi gratia dicit, Protesto, me nolle eius hæredem per aliquem actum, qui fieri contingeret in futurum quoquo illum facere intendo tanquam creditor vel negotiorum gestor, & similia. vt traditur in l. hi ita stipulatus. D. de fideiussor. & in d.l. Notemus. & d. §. plerique. & per ea quæ notantur in d. l. si quis in principio. An autem actus sequens contrarius huic protestationi tollat illam, distingue. Aut ille actus cõtrarius celebratur cum ipso protestante, & dependet solum ab eius facto, & tunc non tollit præcedentem protestationem, nisi expressè caueatur in actu sequenti. Patet in testamento, hæreditatis aditione, vt dictum est per iura ad hoc allegata. Aut actus ille celebratur cum alio, & tunc nisi expressè in eo reperatur protestatio, videtur ab ipsa protestatione discedere. vt d. cap. sollicitudinem. de appellat. & c.t. quod metus causa. Et per hoc patet quòd d. l. qui in aliena. §. finali, debet intelligi, quando post protestationem simpliciter ad actum veniz contrahendo. aliter autem videtur recedere ab ipsa protestatione. Vnde sumas practicam ad hoc quotidianam, quia dicimus Inhærendo tali protestationi. facit quod habetur in lege 1. D. de interrogat. actio.

Secundo casu, quando per protestationem aliquis grauatur, tunc subdistingue. Aut protestatio fit super eo quod dependebat ex aliquo proprio facto ipsius protestantis, vtputa ex mandato alicui iniuncto. 10 Tũc † si persona quæ læderetur fit certa, requiritur eius præsentia vel talis notificatio. alias non tenet hæc protestatio. D. mand. l. si mandassem. & C. de fatisdat. l. 1. & ibi notatis. Facit quod notatur per Cynum in l. si mandatum. C. mandat. Si verò persona sit incerta, tunc sufficit publicè protestari. vt l. sed & si. §. proscribere. D. de institor. actio. 11 Aut † protestatio fit super aliquo quod dependet ex potestate & dispositione legali merè. & tunc nullius præsentia requiritur. vt probatur in l. consilio. §. fin. D. de curatione cta. l. 1. C. de filiofa. qui ad mu. pub. lib. x.

Venio ad secundum principalem casum, qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in eius propria voluntate & alterius[a]. 12 In † quo casu dic sine distinctione, quòd protestatio fieri debet in præsentia partis. vt l. Codicillis. §. 1. D. de leg. 2. & l. Si debitor. §. 1. D. quibus modis pignus, vel hypoth. solui. & l. cùm in plures. §. locator horrei. D. loca. Sed an requiratur in dictis casibus expressus partis consensus, vel sufficiat tacitus, distinguendum est, secundùm Bartolum. 13 Aut † fit protestatio ad tollẽdam vel limitandam obligationem iam contractam de præterito, aut contrahendam vel limitandam de futuro. Primo casu requiritur expressus consensus partis. vt l. si maior. C. de transact. & C. de donat. quæ sub modo. l. perfecta. Secundo casu subdistinguitur. Aut obligatio contrahitur ex necessitate alicuius facti præcedentis. & tũc idem quod suprà. vt l. fin. §. item si prædixit. D. nautæ caupo. stabul.

a **Et alterius.** Adde quod voluit Ludo. Ro. consi. 311. Bern.

Nam ibi

Nam ibi hospes factus onus assumpsit, & officium hospitandi, vnde venientes hospitare tenetur. vt l.1. de furt. aduer. nau. caup. stabul. & per hoc incidit in contractum vel quasi, qui de recepto dicitur. Aut obligatio contrahitur ex liberalitate, nulla iuris necessitate cogente. & hic subdistinguitur. Aut protestatio fit ad tollendam seu impediendam obligationem, aut ad ipsam solùm limitandam. Primo casu requiritur partis consensus expressus. exemplum, si sui protestatus quòd si contingat me intercedere pro Titio apud te, quòd hoc non facio animo obligandi me, & sic in similibus. si quidem postea intercedam, si pars consenserit protestationi, non obligor. sic intelligatur Glossa in l. pacta nouissima. C. de pact. in ea parte, qua ibi dicitur pactum derogatorium præcessisse. Si verò non consenserit, tunc obligor, & iste est casus in d. §. locator horrei, & in c.1. ext. quod met. cau. & in c. sollicitudinem. de appel. Alio autem casu. cũ protestor tibi, quòd si quid purè promisero, intelligatur promissum sub conditione, vel alio certo modo & tunc subdistinguitur. Aut loquimur in obligatione verbis vel consensu contrahenda, aut in obligatione quæ re cõtrahitur. 14 Primo† casu, aut talis limitatio inducit diuersitatem in qualitate obligationis, aut identitatem. si diuersitatem inducit, requiritur expressus consensus partis, quia actus sequés est protestationi contrarius. argumentum ad hoc in l.1.§. si quis simpliciter. D. de verb. oblig. Vbi autẽ inducit identitatẽ, tunc sufficit partis præsentia. argu. l. Modestinus. D. de solutio. coniuncto. §. si quis similiter. & §. seq. in l.1. D. de verb. obli.

15 Cum† autem obligatio re cõtrahitur, tunc sufficit taciturnitas eius cui fit protestatio, nec est necessarius expressus consensus. D. de solut. l.1. Sic potest intelligi Glossa quæ est in d. §. item si prædixerit.

16 Est† insuper & alius protestationis modus, videlicet cùm protestatio fit super aliquo actu, ex quo non inducitur propriè obligatio, sed aliud præiudicium generatur. & tunc sufficit quòd fiat parti, non tamẽ requiritur cõsẽsus eius. vt d. l. eo dicillis. §.1. de leg.2. & l. si debitor. §. 1. D. quib. mod. pig. vel hyp. solut.

Transeamus† ad tertium articulum principalẽ, qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in eius potestate de iure, sed non de facto. In quo sic distingue. 17 Quãdoq;† potestas de facto, deficit propter aduersarii potentiam seu culpam, & tamen ille actus, cuius causa erat fiẽda protestatio, est explicandus coram eo, tanquàm corã iudice. tunc sufficit protestari coram vicinis [a]. vt l. fin. C. de his qui per met. iudi. non app. ext. de appel. c. fin. Aut erat explicandus coram ipso tanquàm coram parte. & tũc aut in iudicio, aut extra. Si in iudicio, tunc sufficit protestari coram alio iudice, & postea debet illi notificari. vt l. si præses. C. de epis. aud. & in l. cõtractibus. C. de non numer. pec. Si verò extra iudiciũ, tunc sufficit protestari corã vicinis. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. D. de oper. noui nunc.

18 Vbi† autem deficit potestas propter aduersarij absentiã, tũc aut

a *Vicinis. Ad Ant. de Butti. cons. 18. Ia. all. 39. Bernard.*

ille actus erat explicandus cum ipso tanquã parte. & tunc sufficeret fieri coram iudice, vel in loco domicilij, secundum formam traditam in le. vt perfect. ue. C. de anna. excep. Aut actus erat explicandus cum eo tanquam cum iudice, & tunc fieri debet protestatio ante tribunal eius, nec debet quis laborare inuestigando ipsum iudicem. vt in l. 1. §. adeũdi, Quando appel. sit.

19 An† autem protestatio, de qua superiùs dictum est, fieri debeat in scriptis, distinguitur secundùm doct. Aut dicta protestatio succedit in locum actionis, & tunc fienda est in scriptis. vt in d. l. vt perfectius. Aut non succedit in locum actionis. & tunc fieri potest regulariter sine scriptis. vt C. de pact. quod pactum bona. & de nego. gest. l. fin. Fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ vt in Authen. hanc autem querelam. C. de non nu. pecu.

Circa quartum principalem articulum, qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in potestate & voluntate protestantis de facto, sed non de iure, exemplum est in maleficiis. Distingue sic. Aut quis vult protestari ad sui excusationem, ne incidat in aliquod delictum: aut vult protestari ad sui excusationem, vt vltra finem propositum non augeatur ipsum delictum, seu incidat in grauius delictum. 20 Primo† casu subdistinguitur. Aut illa persona quæ ex hoc posset lædi est incerta. & tunc sufficit simplex protestatio, facta in loco in quo suspicio erat de delicto. vt l. qui foueas. & l. si putator. D. ad leg. Aquil. hoc autẽ verum intelligas, quando is, qui protestatur gerit actum licitum & permissum à iure, vt ibi. Secus autem si gereret actum illicitum, vt (verbi gratia) si quis iacit sagittas in loco publico. nam si protestatur quemquam offendere nolle, non in totum excusatur. vt habetur & notatur in d. l. si putator, & in l. 1. C. de sicar. & in c. 2. ext. de præsump. Si verò persona in quam delictum debebat committi erat certa & limitata, tunc in eius præsentia fienda est protestatio. vt l. aut qui aliter. §. 1. 2. & 3. D. quod vi aut clàm. 21 In† secundo casu quando fit protestatio, ne protestans incidat in maius delictum, tunc subdistingue. Nam quædam sunt facta, in quibus sola voluntas non potest debito modo regulare ipsum factum. exemplum patet, si quis habet animum solum vulnerandi & non occidendi, & aliquem percutiat. potest enim percussio esse talis quæ propositum excedet (vt frequenter accidit) & fiet mortalis. in hoc enim animus non potest regulare ipsum factum. hoc enim casu protestatio talis nihil operatur. arg. l. quoniam multa facinora. & quod ibi notatur. C. ad leg. Iul. de vi pub. & de homic. c. fin. lib. vi. Quædam sunt delicta, in quibus animus habet regulare ipsum factum. exemplũ in acquisitione possessionis vel occupationis, quæ solo animo acquiritur. D. de acquir. poss. l. 3. §. item acquiritur. l. licet. C. eod. tit. Pone ergo quòd te expuli de fundo, hac protestatione præcedente, quòd hoc feci animo solùm quærendi naturalem tantùm possessionem tanquam dominus proprietatis, operabitur isto casu protestatio, vt me excusset à delicto circa ciuilem. & in ipsa protestatione non erit necessaria partis præsentia vel consensus. vt notatur in l. 1.

C. vti

C. vti possid. in Glossa super verbo, nec vi.

22 Rursum est & quintus articulus, quando protestatio fit super eo quod dependet ex potestate iuris tantum, & non ipsius protestantis. exemplum, quando expendit pro alio, ad quam expensam de necessitate tenebatur ipse protestans, vt est exemplum in patre & matre. nam si pater expendit alimentando filium, & protestatur se id facere animo repetendi, ipsa protestatio nihil operatur. vt notatur. in l. 1. & in l. alimenta. C. de neg. gest. & idem in similibus casibus, vbicunque protestatio est iuri contraria, vel per eã iuris solennitas læderetur. argu. in l. nemo potest. D. de leg. cũ simil. bus Potest etiam addi aliud exemplum in eo qui protestatur in libello, quòd sibi liceat quandocunque addere & minuere &c. quia talis protestatio nihil revelat vltra ius commune. vt in l. edita. C. de eden. & ext. de dilatio. in cap. ex posuit, & dixi supra in Glossa super verbo *salvo iure addendi*, &c. de qua materia protestationis etiam latè tradidit Archidiaconus 27. distinct. in c. Diaconus.

Transeo nunc principaliter & propriè ad materiam denunciationis[a], ipsam materiam denunciationis propriè & strictè assumendo, licèt (vt dixi) Bartolus in larga significatione ipsam appeller protestationem. Pro cuius declaratione est sciendum quòd quædam est denunciatio prohibitoria alicuius facti, quædam inciatoria ad aliquid faciendum, quædam certificatoria alicuius entis. Circa primum articulum est considerandum, quòd aliquando fit denunciatio, vt non fiat id quod ipse prohibitus non tenebatur facere. quandoque fit denunciatio, vt non fiat id quod alias erat sibi permissum facere, licèt ad hoc non esset obligatus. Primo casu subdistinguitur. 23 Aut † fit denunciatio ei qui est obligatus ipsi denuncianti. vt puta creditor denũciat debitori vt soluat vel faciat. & tunc effectus huius denunciationis est, vt in mora debitor constituatur, & cadat in pœnã, & similia, de quibus habetur in l. mora. D. de vsur. in l. ratio. §. si per venditorem. D. de actio. empti. 24 Aut † fit denunciatio ei qui non est obligatus ipsi denuncianti, sed alij. vt (verbi gratia) extraneus denunciat Titio ne soluat Sempronio. & tunc aut talis denunciatio fit nudè sine expressione alicuius causæ. & tunc non valet. vt l. si quis prohibuerit. D. de public. & D. de constit. pe. l. vtrum. & D. de fideiuss. l. fideiussor. quia factum alterius alteri præiudicare non debet. vt in l. Stichum. in fin. D. de nouat. Aut fit cum expressione causæ, non tamen veræ, nec verisimiliter veræ. & tũc idem. vt l. hoc autem. in prin. D. si cui plusquam per leg. Falc. Aut cum expressione causæ, non veræ, sed tamen verisimilis. & tunc aut denunciatio fit ne detur vel ne fiat quod est debitum ex vltima voluntate. & tunc ista denunciatio valet, & operatur vt cautio exigatur ab eo cui soluitur, de defendo. vt in dict. l. hoc autem. & in l. fin. C. de petit. hæred. Aut erat debitum ex contractu. & tunc ista denunciatio non

[a] *Denunciationis.* Adde an in denunciatione requiratur libellus. Specul. in tit. de lib. concept. §. 10.

habet effectum, ad impediendum ius quòd competit isti cui debetur. vt in d.l.fin. licèt teneatur ad interesse illius, cui denunciatio facta est. vt in l.1.§.1.D.de eo per quē fac.est. 25 Aut † fit cum expressione causæ totaliter veræ. & tunc aut veritas ipsius causæ tempore ipsius denunciationis ostenditur & probatur, & tunc valet.vt C.quæ res pign.oblig. poss.l.nomen.ibi, *deterior factus*.Propter quod colligitur practica, quòd si aliquis denunciat debitori sui debitoris ne soluat, quòd[a] debet eidem legere instrumentum obligationis in forma publica, vel eidem tradere copiam ipsius. alias non debet credere,vt habetur in clem. causam.ex. de elect. & in d.l. nomen. Aut veritas non ostenditur. & tunc aut denunciatio fit à iudice, & tunc credendum est[a] illi.vt in l.fin.D.de lege com. Aut fit à priuata persona. & tunc aut illud quod fieri prohibetur per denunciationem, respicit principaliter ipsum denunciantem. vt puta. si debitor denūciat fideiussori ne soluat, quia est tutus exceptione pacti de non petendo,vel alterius peremptoriæ exceptionis. & tunc sufficit fieri tali tempore, quo se possit ille defendere. vt l. si fideiussor.in prin. D.mandati. Vbi autem non respicit ipsum denunciantem principaliter,tunc si causam nō exhibeat vel ostendat, non debet illi credere.vt D. quod cum falso tut. aut l.1.§.1.cum l.seq.

26 In † nunciatione autem noui operis requiritur expressio causæ,si fuerit tequisita.vt notat Glossa & Bartolus in l.1.in princ. D.de no. oper. nunciat. & l.non solum.in §. sicut.eod.tit.

Et hæc & alia faciunt ad quotidianam quæstionē. solet enim quotidie apponi in instrumentis, quòd venditor promittit lite mota super se suscipere iudicium, & causæ defensionem subire. 27 Pone † ergo quòd emptor denunciat venditori, quòd est sibi mota lis vel quæstio super re vendita, an tenebitur sibi credere[b]? Certè non,nisi sibi ostendat, & per copiam mittat libellum, cum citatorio in forma debita. vt habetur in dicta clementina causam. de electione & lege nomen. C. quæ res pignor. oblig. poss. Ad idem facit lex final. §. primo.ibi, *suum debitorem certum faciat*. C. de bonis authorit. iudic. possid. &c. Alia membra supra relata, propter eorum prolixitatem, ad præsens prosequi non intendo: sed illa prosequere & declara, vt idem Barto. prosequitur in d.§. morte. Deo gratias. Io. Pe. de Fer.Pap. legum doctor.

a *Credendum est.* Adde Lud. Rom.consil.2.
b *Sibi credere.* Adde videndum Specul. in titul. de emptione & venditione. §.5.& §. finali.

FORMA

FORMA RESPONsionis rei conuenti.

TITVLVS. IIII.

CORAM vobis suprascripto domino vicario comparet, & se præsentat in termino sibi assignato Simoninus Spelta procurator & procuratorio nomine suprascripti Ioannis Olearij, causa & occasione cuiusdam asserti libelli coram vobis, (vt dicitur) producti per suprà scriptum Andrinum contra dictum Ioannem, ac nomine & occasione omnium & singulorum in dicto asserto libello, contentorum, in quo quidem asserto libello inter cætera *in effectu* dicitur contineri. &c.

I. Dicens ac excipiēdo proponens dictus Simoninus dicto nomine, suprà scriptum Andrinum, tanquam publicè ac notoriè excommunicatum, fore & esse à vestrorum iudiciorum limine repellendum, & non fuisse nec esse per vos audiendum, vel admittendum ad dictum libellum assertum producendum.

II. Quæ proposita inquantum non obstarent, dicit & excipiendo proponit idem Simoninus nomine quo suprà, dictum assertum libellum fuisse & esse nullum, & omnia in eo contenta fuisse & esse nulla, nullámque merere executionē de iure. maximè causis & rationibus inferiùs annotatis, & aliis suo loco & tempore dicendis, proponendis, ostendendis, & allegandis.

III. Primò quia dictus assertus libellus fuit & est incertus, generalis, vagus, obscurus & non concludens, peccans in materia & forma, nullámque in se continens causam certam & legitimam agendi, sed prorsus contrarietatem & repugnantiam continens manifestam, caréntsque omni debita iuris solennitate.

IIII. Ac etiam oblatus à persona cuius non interest, & ad quam nullum ius pertinet sic & eo modo agendi, quo agere velle videtur.

V. Qui etiam Andrinus nec audiri meruit (etiamsi prædicta non obstarent, quæ reuera obstant) quia non sa-

tisdedit modo debito lite prosequenda,& expensis restituendis si succubuerit in causa.

VI. Propter quæ meritò dicit præfatus Simonius dicto nomine,dictũ assertum libellũ fore & esse per vos dentibus lacerandum, & se nõ teneri respondere dicto asserto libello.

VII. Petens & requirẽs, in quantũ super eo procedendũ appareat,ipsũ Andrinum præstare ante omnia debitã satisdationem,& insuper ipsum libellum apertiùs declarari, nec nõ & in eo causam legitimam exprimi, ac omnem ex eodem repugnantiã remoueri.

VIII. Cui quidẽ asserto libello, in quantũ iure aliquo respõdere teneatur, & saluis præmissis à quibus discedere nõ intendit,dicit & respõdet nomine quo suprà (non tamen animo cõtestandi litẽ) narrata prout narrantur nõ fuisse,nec esse vera,& petita prout petuntur fieri non debere.

IX. Opponẽs cõtra ipsũ assertũ libellũ cõtrarietatis exceptionẽ, ac belli malè formati & concepti, excõmunicationis prædictæ & exceptionẽ litis pendẽtiæ,reique iudicatæ, præscriptionis, iurisiurandi,doli mali tã generalẽ quàm specialẽ,tam quò ad impediendum processum quàm quò ad merita negotii principalis, & ad omnem alium bonum finem & effectum, qui sibi dicto nomine melius prodesse possit.

X. Opponensq; insuper exceptionem expensarũ factarum,per dictum Ioannem vtiliter & necessariò, in dicta pecia terræ, ascẽdentium ad summam florenorũ quinquaginta auri,pro quibus expẽsis & quarũ occasione, tã in vim excipiẽdi quã in vim agendi, petit dictus procurator dicto nomine sibi iustitiam ministrari.

Et vlterius petit & requirit nomine quo suprà, ipsum Andrinum tanquam contrarium repelli, & eundem Simoninũ dicto nomine absolui ab instãtia præsentis iudicii,vel à directo libello,& cõtentis in eo,prout melius videbitur iuri & iustitiæ cõuenire, prædictúmque Andrinum in expensis, damnis,interesse factis & fiẽdis, ac passis & patiendis, cõdemnari.

Saluis

Saluis & reseruatis semper eidem procuratori dicto nomine omnibus aliis suis exceptionibus & defensionibus, de quibus dicto nomine protestatur.

SVMMA.

2 *Excipitur coram eodem iudice quo agitur.*

GLOSSA I.

COram vobis suprascripto domino vicario. 1 Hic † notandum primo est, quòd coram eodem iudice sunt exceptiones proponendæ, coram quo libellus productus * est ab agente. vt in c. quoniam contra falsam. ext. de probat. & l. gesta. D. de re iudic. & optimè facit l. nulli. C. de iud. & l. edicto post prin. C. de edict. diui Adria. tol.

SVMMAR.

1 *Contumax in non respondendo libella audiue tamen, refutis contumacie expensis. An contumax in non respondendo positionibus habetur pro confesso.*

2 *Omnis actus iudiciarius debet fieri parte presente, vel legitimè citata.*

3 *Oppositionis copia danda est parti.*

4 *Vnica citatio ad diem certam sufficit, non ad incertam.*

5 *In dilationibus dies termini computatur in termino.*

6 *Pendente dilatione officium iudicis quiescit, nisi causa dilationis indulta sit finita, & nisi ad alium effectum procedat.*

7 *Actus gestus absente parte, non citato ad eum actum, vel ad eam horam, nullus est.*

8 *Citatio fieri debet ad personam, & in subsidium ad domum.*

9 *Vt citatio facta ad domum valeat, quandoque fieri debet inuestigatio persona.*

10 *Citatio fieri debet in eo domo in qua citandus maiori parte anni habitare consuevit. Si in duabus equaliter habitet, in ea in qua de presenti habitat.*

11 *Cum citandus nullam habet domicilium, citari debet in loco vbi res immobilis quæ petitur sita est: aut in loco in quo frequentiùs conuersatur, cùm actio sit personalis.*

12 *Citandus ad personam vel ad domum ex mandato iudicis, est perquirendus, antequã citetur ad domum: quia alternatiua deuotat hîc ordinem.*

13 *Citatus personaliter quãdo possit vel debeat mittere procuratorem.*

14 *In rem legitimè citatum, & contumacem, quomodo procedatur.*

15 *Primum & secundum decretum quid sit.*

16 *Quomodo permeniatur ad primum & secundum decretum.*

17 *Quando ex secundo decreto reus personaliter citari debet.*

18 *In quæstione dominij non interponitur secundum decretum, sed sententia declaratoria dominij.*

19 *Effectus missionis in possessionem ex primo decreto.*

20 *Missus in possessionem ex secundo decreto efficitur dominus.*

GLOSSA II.

IN Termino sibi assignato. 1 Hic † quæritur si terminus sit lapsus, an

* *Est productus.* Adde Spec. in tit. de excep. §. 1. in pluribus versi.

sit audiendus [a] vlterius? dic quòd sic, tamen afficitur damno expensarum, quas reficere debet [b] antequã audiatur ad se defendendum. vt l. sanctimus. C. de iud. Licèt contumax in non respõdendo positionibus habeatur pro cõfesso, [c] vt in c. 2. de cõfess. lib. 6. & in l. de xtate. in §. qui tacuit. ff. de inter. act. Et sic patet quòd est differentia, an quis sit contumax in non respondendo libello, an positionibus, & quæ sit ratio huius differẽtiæ per ipsum attẽde. In quibusdã tamẽ locis per statuta terrarũ ꝓuisum est, quòd in pœnam cõtumaciæ in non respõdendo libello lis habeatur ꝓ cõfessata, quæ pœna non haberet locu de iure cõmuni. vt notatur in l. 1. C. de lit. cõr. Et sic habes ex prędictis, ꝙ in iudicio aliquando admittitur purgatio moræ aliquando non. de quo plenè traditur in l. & si post tres. D. in quis cautio.

2 Quęritur † si reus compareat in termino vel post terminum, an actor [d] sit citandus? & eodem modo contra si actor prosequatur litem, an in singulis actibus sit reus citandus? Breuiter in hoc sic distingue secundũ doctores. Aut nullus erat terminus per iudicem partibus assignatus ad faciẽdum, vel fieri videndum ipsum actum, & tũc semper regulariter in quocũq; actu ab altero fiendo eius aduersarius est citandus. aliàs actus ipse redditur null[a], [e] & potest pars, quę ex hoc grauatur, appellare, iuxta regulam & doctrinam traditam in l. nam ita diuus. D. de adopt. & in l. de vnoquoque. D. de re iudi. Nam quæ causæ cognitionem desiderãt, aut partem lædere possunt, & tũc parte præsente vel legitimè citata sunt agenda. vt inquit Glos. & ibi textus. in l. 2. in fin. C. si propter pub. pœnit. Facit. l. in causę. §. causa cognita. D. de minor. 3 Cuius † contradictionis & oppo. nec fiẽda erit copia parti. vt l. 1. §. edenda. & l. is apud quem. C. eo. ti.

4 Si autem † fuerit per ipsum indicem terminus assignatus, puta, quia dixit, Compareas tali die vel supra talem diem. Et hic aduerte, aut dies termini erat certa & limitata respectu loci & tẽporis, vt cùm dixit, compareas die Veneris, & similibus, & tunc non est aduersarius vlterius citandus, quia iã certificatus est per iudicẽ arg. in l. 1. in fi. D. de act. emp. Aut terminus erat incertus quò ad diem, puta si dicat, Cõpareas infra decem dies, & similibus. sic quòd comparere poterat qualibet die ipsi[us] termini. arg. in l. quod in diem. D. sol. mat. & in l. liber homo. in §. decẽ. D. de verb. obl. & subdistinguitur. Aut actus ille explicandus infrà terminum erat mometaneus, vt putà quia statuitur simpliciter ad respõdendũ.

a *Audiendus.* Adde an post terminum quis sit audiendus, quod voluit Old. cõs. 3.
b *Reficere debet.* Adde vt per Cal. consil. 1. de do. & contu. & ibi vide quæ expensæ sint restituendæ.
c *Pro confesso.* Adde quòd requirantur ad hoc vt non respondens positionibus habeatur pro confesso, Ange. consil. 136. & an confessio positionis, cui de iure respondendum non erat, noceat confitenti, per Abbat. consilio 118. & an respondens positioni possit illam reuocare, per Cal. consi. 3. de confess.
d *Actor.* Adde quod voluerunt d. de Rota in antiquis, in fine decisionum suarum, & est vltima.
e *Nullus.* Adde Io. de Imol. consi. 129.

& tunc

& tunc aut talis actus explicatur in vltima die termini,& tunc non debet citari,quod scire debuit,quia talem cõpareat vltima die termi.arg. in l.si ita stipulatus fuero decem in fi.de verb.obl. Aut ille actus explicatur ante vltimam diem,& tunc debet aduersarius citari, quia non debuit præsumere,quòd ante diem vltimam compareret,licèt hoc facere potuisset,vt dictum est. Vbi autem actus explicandus erat successiuus, puta statutus fuerat termin[a] ad probandum quo casu plura requiruntur, vt puta, productio capitulorum,positionum,instrumentorum,& similium & tunc licèt posset pars,cui terminus est assignatus,differre vsq; ad vltimam diem, si tamen illam velit preuenire, aduersarius est citandus ad singulos[a] incidentes actus, videlicet ad videndum iurare testes,[b] & similia,qa facilius qua die velit probare,vel testes vel instrumenta producere, potest probabiliter ignorare.vt in auth.et qui. C. de temp. appel. Ideóque non potest eidem ascribi culpa ratione huius incertitudinis. vt in l. aut qui aliter. §. 1. D. quod vi aut clam.Et ita determinat Bartolus in l.qui ante Calendas. D. de verb.ob.

5 Quid ergo † si per iudicem vel legem municipalem sit præfixus terminus, ad aliquid faciendum infra talem diem , an poterit fieri illa die vltima?Videtur quòd non,quia sic non fieret infra illam diem , sed in die.In contrarium est veritas, per d.l.si ita stipulatus in fin. & melius per l.1.in §.quod dicimus. D.de succes. edict. quod etiam sequitur Inno.in c.pia.ext.de excep.

6 Adhuc † quæritur an pẽdente termino iudex possit ad alia procedere? D.tingue,aut causa dilationis est finita. & poterit vltra procedere. vt in l.à filia.§.fi.& ibi not.per Bar.D. ad Treb.Et facit Instit. de bono.pos. §.liberis in vers. si quis itaque: Aut nõ est finita,& tũc non poterit.vt l. à procedẽte.C.de dila.Veruntamẽ si iudex statuit terminũ aliquẽ quò ad vnũ effectũ, poterit assignare alium quò ad alũ effectũ. vel ũ dedit vnã dilationem vni parti,poterit dare aliã alteri parti quę incipiat prima finita.vt not. per eundẽ Bart. in l.2.in fi.D.de re iud. & in l.quandiu. D.de acqui.hær. Ad prędicta facit l. generaliter.§.illo. C.de reb.cre. & iurciu. & id ꝙ notat.in l.qui de inofficioso. D.de inoffi.test.& in l.1.D.ad exhib.

7 Vlterius † quæritur in casibus in quibus pars est citãda.si ea absente iudex faciat aliũ actũ quã illum, ad quem erat citata , nunquid actus ille valebit?[c] Verbi gratia,citat[r] fuit

a *Singulos actus.* Adde an citatus ad totam causam,si in vno fuit contumax,vlterius citandus? Federi.consi.270.

b *Testes.* Adde videndum plures casus, in quibus non requiritur citatio per Roma.singu.suis folio 10.

c *Valebit.* Adde Ioan.de Imo.consil.97.& an citatio debeat continere cautam,vide Raph.Cumа.consilio 77.& vide pulchrè per Ro. consilio 207. & de citatione ad vnum actum,quando valeat ad alium,vide per Alexan.in consilio 214.in 2.volumin. & adde quando inhabilis citatur tanquam reus, vt compareat, tunc per talem commparitionem dicitur , & est humiliatus & factus idoneus reus, ita Barto. in lege cùm mulier,columna secunda D.sol.mat.& ponit Paul.de Cast. in consilio 22. in 1.parte consilio antiquorum secundùm nouissimam impressionem & Fel. latè in c. cùm ita sit.solum.7.de exce.vbi multa cumulat Cu.

ad videndum iurare testes, & ille produxit instrumenta, vel produxit positiones vel capitula. Dic quòd talis actus nullus est ipso iure, tanquam gestus parte non citata. arg. in l. aut qui aliter in prin. & ibi per Bar. D. quod vi aut clam. Et eodem modo actus redderetur nullus, si fuit gestus alia hora quàm in hora citationis. arg. in l. fi. in fi. D. quod vi aut clam, & ibi notatur per eundem Bart. De qua citatione & eius effectu notatur per Gloss. in c. 1. de milite vasal. qui contu. est. 10. collatione.

8 Amplius † quæritur, an citatio sit facienda personaliter, vel ad domum? Super quo sunt opiniones diuersæ. Dixit enim Dynus, aliquando sufficit citatio ad domum, quia lex alternatiuè loquitur. vt l. scire oportet. D. de excusatio tutor. Postea mutato proposito dixit quòd priùs in personam, deinde in subsidium ad domum. arg. in l. 4. §. prætor ait. D. de dam. infect. & ibi de hoc per Barto. & in l. 1. D. de lib. agno. & ibi similiter per eum. Quam opinionē sequitur. Gl. in c. cùm causam. ext. de dolo & contum. & Inno. in c. fi. ext. de eo qui mittitur in possess.

9 Sed † circa hoc occurrit dubium, an persona sit quærenda ad domum, vel in ciuitate, vel in iudicio, vel vbique, vt possit fieri citatio simpliciter ad domum? Super quo Barto. in d. l. prætor ait. & in d. l. 1. distinguit. Aut persona citanda nunquam fuit in iudicio, & est res quæ celeritatem desiderat & tunc sufficit quòd sit absens à iudicio, & potest citari ad domum. vt in d. §. prætor. verſic. absens. In cæteris vero casibus requiritur quod absens sit in ciuitate, vt possit ad domum citari. vt in authentic. de exhibendis reis. §. Si verò. Si autem fuit aliquando in iudicio, tunc sufficit quod non reperiatur in iudicio, & poterit citari ad domum. arg. l. & post edictum in prin. D. de iudi. & in authen. qui semel. & l. ab eo. C. quomodo & quando iudic. l. 1. §. item cùm edicto. D. quæ sent. sine appellesin. Licèt Inno. in d. c. fi. dixerit sufficere quòd quis reperiatur in ciuitate. Sic ergo fienda est executio personæ, discurrendo per ciuitatem in locis publicis, & communibus & per palatium Potestatis, & referet nuncius quòd facta in dictis locis diligenti inquisitione non est repertus. [a] secundùm Bar. vbi suprà.

10 Sed † pone in casibus, in quibus sufficit citatio ad domum, quòd ipse citandus habeat plures domos, (vt plerunque accidit,) videlicet vnam in ciuitate, aliam in rure, & in vtraque cōsueuit habitare, ad quam domum citabitur? Dic secundùm Ioan. Andr. vt per eum notatur in Clem. cùm causam. de elect. quòd citādus est ad illam domum, in qua maiori parte anni habitare consueuit. per textū. in d. c. cū causam. Sed Bar. vbi suprà dixit quòd differt inter intimationē & citationem. Nam intimatio fieri debet, vbi habitare consueuit de hac loquitur d. c. cùm

a *Non est repertus.* Adde de hoc videndum per Ro. consilio 454. & ibi an in subur-biis perquiri debeat, & vide Abba. consilio 39. 47. & 84. 2. volum. de Imol. cons. 105. Cal. con. 1. de do. & cont. & cons. 3. de dil. rap. cu. con. 146. Ful. cons. 76. de Card. cons. 81. Alex. cons. 86. in quibus locis latiùs videre poteris ea omnia, quæ hic tanguntur, quibus etiam adde quod voluit Ang. cons. 217. cons. 186.

causam.

causam. Sed citatio fienda est vbi degit, & moratur tempore citationis. per textū d. l. 4. §. prætor ait. ibi, *degat.* &c. quod est verbum præsentis temporis. Sed tamen opinio Ioan. And. magis præticatur, quia nō est ratio vrgens differentiæ, & maiori nititur æquitate. Vnde quæritur, si in duabus domibus æqualiter habiteret, ad quam citabitur? Dic, inhærendo opinioni Bar. ad illam in qua habitat de præsenti. vel secundùm Io. And. ad vtranque citabitur. vt per eum notatur in c. cùm causam.

11 Quid † autem si nullam habet habitationem, vt sunt isti vagabundi, de quibus loquitur l. hæres absens. D. de iudic. D. stingue secundùm Bartolum. Aut est quæstio de aliqua re immobili, & tunc fienda est citatio in loco ipsius rei, vel affigendo ibi in scriptis citationem, vel ibi citationem ipsam legendo. vt in d. § prætor ait. in textu & glossa. Aut est quæstio de re mobili vel pecuniaria, aut de aliquo delicto. & tunc debet fieri citatio in eo loco quo frequentiùs conuersari consueuit. vt in l. 2. & ibi notatis. C. vbi de crim. agi opor. Ad quod facit notata per Ioa. in c. quia propter. extr. de elect.

12 Sed † quid dices, si iudex nūcio commiserit alternatiuè, quòd citet ad domum vel in personam, an poterit fieri citatio ad domum non præcedente discussione personæ? Dicit Bartolus quòd nō. Et eodem modo si commisisset simpliciter. quia verba commissionis debēt intelligi prolata secundùm ordinē iuris. arg. in l. si stipulatus. D. de vsur. & in l. Gallus. §. quidam rectè. D. de libe. & posth. Si tamen dicta forma alternatiuæ citationis esset data per aliquod statutum, verbi gratia, si statutum disponat, quòd reus citetur personaliter vel ad domum, tunc sufficeret citari ad domū, nulla præcedente discussione personæ. Et sit ratio, quia talia verba debent aliquid operari vltra ius commune. arg. in l. si quando. D. de leg. 2.

13 Postea † quæritur, quid si iudex aliquem citauit, vt comparet personaliter [a], an excusetur si mittat procuratorem? Dic quòd sic regulariter. Fallit in tribus casibus. Primus si eius persona reputatur legalior vel instructior suo procuratore, secundus si causa sit criminalis, tertius si veritas rei pateat domino non procuratori. Est & quartus pro iuramento calumniæ præstando. vt traditur in l. fin. C. de procur. & c. fin. ext. de maior. & obed. in c. 1. de iudic. lib. 6. & in c. consuluit. extr. de dila. Verumtamen pro pleniori huius dubii declaratione distingui latiùs potest. secundùm Doct. Aliquādo quæri solet, an citatus personaliter possit mittere procuratorem. In quo articulo dic vt supra proximè dictum est. Aliquando solet quæri, an taliter citatus, si non possit personaliter venire, necessariò teneatur procuratorem mittere? Et in hoc est distinguendum sic. Aut loquimur ex parte actoris quòd ad effectum interrumpēdæ præscriptionis. & tunc si per se non potest venire tenetur procuratorem mittere. vt l. 1. & ibi notatur de hoc plenè. D. de diuer. & temp. præsc. & in l. quæ-

[a] *Personaliter.* Adde quando citatus personaliter possit procuratorem mittere, Cal. di. consil. 5. de dilatio. Old. consil. 298. & quid de carcerato an teneatur mittere procuratorem, vide Francis. de Are. consil. 138. Angel. consil. 63.

situm. D. de re iud. Aut loquimur ex parte rei, quo ad eius contumaciam excusandam vel accusandam. & tūc aut quis impeditur venire ratione dignitatis vel priuilegij, aut ratione absentiæ. Primo casu subdistingue. aut impedimentum est perpetuum, & tenetur mittere procuratorem. vt in d. l. fin. C. de procu. Aut est temporale. & tunc excusatur si nō mittat. vt in l. pars literarum. D. de iud. l. nec magistratibus. D. de iniurijs & in l. 3. D. de in ius voc. Secūdo casu subdistingue. aut est impedimentum voluntarium, & tenetur mittere procuratorem. vt l. 1. D. eū qui app. in prouin. defen. Aut est impedimentum necessarium, sed non probabile. & non tenetur procuratorem mittere. vt l. si per prætorem. §. 1. D. ex quib. causis ma. Aut est impedimentum necessarium & probabile. & tunc subdistinguitur, (secundum And. de Pisis) aut ante ipsius sententiam lis erat contestata & tenetur mittere procuratorem. vt l. eundem. §. 1. D. de legation. Aut nō erat inchoata seu contestata lis. & tunc impedimētum est modico tēpore duraturū, & non tenetur mittere procuratorem. aut in longo tēpore duraturum. & tunc tenetur. vt habetur & notatur in l. quæritū. per glo. & Bartol. Facit l. si longius. in prin. D. de iud. coniuncta l. fi. D. eum qui appel. in prouin. defen. & notatur per Cy. in l. 1. C. de test. mil.

14 Quid † autē diceres, si reus citatus nec per se nec per procuratorem compareat, quid fiet? Dic breuiter quòd aut lis vel quæstio erat de dominio vel quasi, seu alia actio realis agebatur: & tunc fiet per iudicem missio in possessionem ipsius rei petitæ. vt traditur in l. Fulcinius. §. Celius cum similibus. D. ex quib. caus. in pos. ea. Aut agebatur actione personali ad quantitatem, vel rem singularem, & tunc aut petebatur res certa, & fit missio in re petita olim & hodie. vt in d. §. Celius. Aut petebatur res incerta, vel genus, seu quantitas, & tunc olim fiebat missio in omnibus bonis. hodie vero pro mensura solius debiti declarati. vt in auth. ei qui iurat. C. de bon. autho. iud. pos. & in l. cum in § fin. D. de condict. inde. Post autem dictam missionem factam in reali actione, si reus redeat infra annum, potest purgare cōtumaciam, & rem recuperare. si tamen præstet satisdationem de iudicio sisti, & expensas factas restituat. vt habetur in l. si quis emptionis. §. pen. C. de. præscrip. 30. vel 40. ann. In personali autem actione rediens, quandocunque auditur restitutis expensis, & præstita debita satisdatione. dum tamen veniat antequam secundum decretum fuerit interpositum. Nam illo interposito vltērius nō auditur, vt habetur & notatur in d. auth. ei q iurat. & p Cy. & alios doctores in l. cū proponas. C. de bo. auth. iud. pos.

Ideóque pro intellectu primi & secundi decreti, est quærendum de aliquibus, de quibus prolixè traditur per glossam, Dynum & Bartol. in l. si finita. §. Iulianus D. de dam. infect. & per doctores in d. l. cū proponas. & in l. 2. C. vbi in rem actio. & per Canonistas in c. quoniā frequēter. ext. vt lite non contest. ¶ Er † primò quæritur quid sit primū, & quid sit secundum [a] decretū?

a *Et quid sit secundum.* Adde Spec. latè titu. de primo & secūdo decreto, & de mate. tia. Rom. consi. suprà alleg. 454. Abb. consilio suprà proximè alleg.

Vbi sic

Vbi sic respondeo, quòd primum decretum est primus iussus iudicis, per quem in actione personali actor commodum solius corporalis possessionis acquirit, & reus amittit in pœnam suæ cõtumaciæ. in reali verò plenam possessionem acquirit. Secundum autem decretum est secundus iussus iudicis, quo mediante actor consequitur ius pleni dominii vel quasi, & reus illud amittit, in augmentum pœnæ, propter perseueratam, & auctam contumaciã.

16 Quæritur † in de qualiter perueniatur ad primum decretum? Dic quòd peruenitur cùm reus citatus fuit trina vice, vel vna pro omnibus peremptoriè, & ad partis instantiam. vt l. ad peremptorium. D. de iudic. & probatur & notatur per docto. in iuribus prælegatis. Ad secũdum autem decretum peruenitur, cùm ipse reus iterũ de nouo citatus est, & perseuerat adhuc in cõtumacia, latitando & se occultando. vt in l. Fulcinius. in §. 1. & §. quid sit latitare. D. ex quibus caus. in possess. ear.

Ex hoc dicunt quidam, quòd ista citatio secunda, quę fit post primum decretum, fieri debet personaliter, & non ad domum, aliàs nõ dicetur latitare. 17 Tamen † secundùm doctores & Bartolum in hoc sic distinguitur. Aut quis conuenitur personali actione, fundata & residente in eius persona, & tunc debet personaliter citari, quia sui ipsius requiritur latitatio. vt in d. §. quid sit latitare, cum similibus. Aut conuenitur actione personali non fundata in eius persona, sed prouenientem ex vitio rei suæ, vt in causa damni infecti: & tunc fit citatio ad domum, quia ipsius rei non exigitur latitatio. fit intelligatur d. l. si finita. §. si fortè, & l. 2. D. si ex noxali causa agatur. & quod habetur in l. imperatores. D. de priuil. credi. Quam distinctionem sequuntur doctores in l. ignorare. C. de rest. mil. & Innocentius in c. pen. ext. de eo qui mitt. in pos.

18 Denique † scias, quòd in actione reali vbi quæritur de iure dominii vel quasi, non interponitur secundum decretum, sed fertur sententia solum declaratoria dominii. vt in l. ex diuerso. D. de reiuendic. In actione autem hypothecaria an interponi debeat secundum decretum est disputatio magna apud doctores, vt refert Cyn. in d. l. cùm proponas. in 15. quæstio. & tangitur per glossã in d. l. si quis emptionis. §. pen. & in l. 3. in fin. D. de acqui. poss.

19 Vltimò † quantum ad hanc materiam nota concluſiuè, quòd in actione personali missus in possessionem ex primo decreto, non efficitur verus possessor, sed nudus detentator, ideò non lucratur fructus, sed eos cum debito compensat: nisi iudex in interpositione huiusmodi decreti expressè disposuerit quòd fructꝰ lucretur. vt notatur per glos. in d. §. Iulianus & Bart. & Cyn. & similiter per Dyn. in d. l. cùm proponas. At in actione reali vbi quæritur de dominio vel quasi, missus ex primo decreto statim efficitur verꝰ possessor. & post annũ, & non ante fructꝰ lucratur. vt in d. l. siquis emptionis. §. sed si quis. & tãgitur per glossã & doct. vbi ẽ. & per Speculatorẽ vbi ẽ in §. restat. versi. hoc autẽ. & per glossã & per Bart. in d. l. 3. in fine. Sũt tamen certi casus. in quibus missus ex primo decreto facit fructus suos

qui habetur & notantur in l. is cui. §. semper. & in §. quod legatorum. in fin. D. vt in possess. legat. Extra quos casus qui cõtra ius fructus collegerit, ipsos in sortem computabit. vt in d. l. is cui § quæri potest.

20 Sed † an missus in actione personali ex secundo decreto quærat dominium rei? Glossa determinat quòd sic, in d. l. 3. in fin. D. de acquir. possess. & ibi per Bartolum. de quo plenius vide quod supra dixi in primo libello, in glossa super verbo, *rem domini*, in fine. Facit quod notatur per Bartolum in l. Pomponius. §. si iussus. D. de de acquir. possess. & in d. §. Iulianus. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Procurator non est audiendus, nisi doceat de mandato, vel satisfaciat de rato, & iudicatũ solui: vel nisi sit communicata persona.*

2 *Executio sententiæ fit contra procuratorem, nisi habeat mandatum à domino, vel ratihabitionem.*

3 *Exceptio procuratoria debet obici initio litis: sed tamen opponi potest etiam post sententiã, licèt procurator pronunciatus fuerit verus procurator, cũ revera esset falsus.*

4 *Ratihabitio tantundem operatur, quantum mandatum præcedens, si modò illa intervenerit ante finitum iudicium.*

5 *Habens generale mandatum, facere potest ea quæ requirunt speciale, si ea tendant ad confirmandum iam principaliter in iudicio deductũ.*

6 *Habens speciale mandatũ, præiudicat domino in facto illo speciali.*

7 *Habens generale mandatum cum libera, præiudicat domino, nisi denando vel dolum committendo.*

8 *Habens generale mandatum sine libera, non præiudicat.*

9 *Procurator ad vnã causam, in illa domino præiudicat, nisi denando, vel dolum committendo.*

10 *Procurator ad lites domino præiudicat in iis quæ respiciunt causæ instantiam: non in meritis negotij.*

11 *Gesta per errorem à procuratore ei præiudicant à domino.*

12 *Procurator ad lites qui semel se procuratorem dixit, censetur omnia facere in illa lite procuratorio nomine.*

GLOSSA III.

Simonius spelta procurator, & procuratorio nomine. 1 Hic † scire debes quòd vt iste procurator audiatur, prius debet ostendere & probare de suo mandato [a], vel satisdare de iudicato soluendo [b]. vt l. 3 §. defendi. D. ex quib. caus. in possess. ea. & Inst. de satisd. § Si verò reus. in l. 4 proprio. in prin. & in §. 1. D. de procur. cum similibus. Et si sit dubium de eius mandato, debet satisdare de rato. vt in l. 1. & quod ibi plenè notatur. C. de procur. Nisi esset filius eius cuius nomine est in iudicio, vel

a *De suo mandato.* Adde an procurator in primo actu teneatur mandatum producere, Angel. consil. 229. Rom. cons. 170. Et an mandatum probetur per testes, per eundem Ange. consil. 66. an per sigillum & per instrumenta facientia ad causas, per Rom. consilio 417 & an probetur per acta in iudicio, licèt originale non reperiatur, per Anch. consil. 40 & adde quòd procurator poterit eius mandatum producere vsque ad conclusionem causæ, post non ita, Alex. in consil. 72. in 4. volu. & ibi per eum, quando exceptio, tu non es procurator, possit opponi. Cur.

b *Iudicato soluendo.* Adde an si dominus relevet procuratorem ab onere satisdandi, teneatur tamen & ipse cauere Fran. de Are. consil. 132. Ioan. de An. consil. 82. & ibi quid de statuto disponente quòd proc. teneatur satisdare.

sibi aliter

sibi aliter coniunctus. quo casu fine mandato admitteretur agendo, dū tamen vbi aget. satisfiet de rato [a]. & multò magis admitteretur de fēdēdo. vt hoc probatur in l. exigendi. C. de proc & l. sed & hæ. D. de proc.

2 Quid † autem si fuit admissus & condemnatus. an contra eum fiet executio sententiæ? Breuiter dic, aut produxit & probauit eius mandatum, & tunc fiet executio contra dominum. & non contra ipsum. aut non produxit nec probauit, & tunc fiet executio contra ipsum, & non contra dominum, nisi haberet ratū. vt habetur & notatur in l. 4 in prin. D. de re iud. & in l. Plautius. D. de proc. Facit quod habetur in l. is qui se obtulit. D. de rei vēd. de quo plenius infrà dicam. in tit. De sen. exec.

3 Inde † quæritur quādo opponi debet hæc exceptio. Tu non es procurator [b]. Dic q̄ in litis exordio, ante litē contestatā cū sit declinatoria. vt probatur ex his quæ habentur in l. exceptiones. C. de prob. & Inst. de excep. § fi. & in l. licet. C. de proc. Facit l. Pōponius. § ratihabitionis. D. de proc. & lita demū. C. de proc. Et si forte ſſe non fuerit opposita in litis exordio, per errorem, tamen etiam post sententiam poterit opponi. quod est contra naturam aliarum dilatoriarum & declinatoriarū exceptionū. vt probatur in d. l. licet. C. de proc. & in c. ex insinuatione. ext. de proc. & ibi notat. & per glossā & l. ramen. D. ad Maced. Cuius ratio est, quia per ipsius obiectū redditur iudicium retro nullum, sicut facit exceptio iudicis incōpetētis. vt l. 1. C. si à nō cōpe. iud. Quid dices, si iudex producto vel non producto mādato pronūciauit esse ipsū legitimū procuratorē, cū tamē in rei veritate falsus esset, an lata sentētia in principali poterit reus opponere iudiciū & sentētiā esse nullā. quia ille non fuit procurator? Videtur quòd nō. quia illa interlocutoria facit ius, quāquā iniquè lata. vt l. fi. D. de iust. & iur. & notat. gl. in l. 1. in prin. D. ad Turp. & in l. 1. §. in hoc interdicto. D. de lib. exhib. In contrariū [c] determinat Cynus in d. l. licet. in 4. quæstione. ad quod facit l. cū nō iusto. D. de colluſ. detegē. Quā opinionē etiā seq. Alberic [d] in ſūma in titulo de syndico. in verſ. *Sed pone quod iudex.*

4 Deinde † quæritur, pone quòd nō produxit mādatū in iudicio, sed fuit de facto admissus, & lata est sententia in eius fauorē. an reus poterit illā impugnare? Videtur quòd non. quia tātum operatur ratihabitio sequēs, quātū mandatū præcedēs. vt in l. fin. C. ad Maced. & in c. ratihabitio. de reg. iur. lib. 6. & ibi g Dynū. Et potest domin' [e] ratificare acta suo nomine in iudicio. vt l. licet. D. de iudic. & in l. 3. in prin. & in fi. D. rem ra. ha. In cōtrarium determinat glo. in d. l. licēt de proc. & verior [d] est hæc opinio. Et ſt ratio, quia ratiha-

a *De rato.* Adde tamen quòd ſi vellet procuratorem conſtituere pro coniuncto eum cautione rati, quòd non admitteretur: vt volunt do de Rota, deci. 577. in antiquis de proc.

b *Non es procurator.* Adde Lu. Ro. conſi. 484. Io. de Ana. conſi. 96. Alex. conſi. 83. 4. vol. Lapum alleg. Si.

c *In contrarium.* Adde Io. de Ana. conſi. 93.

d *Et verior.* Adde vt clarior ſis in hoc quod do. de Ro. deci. 13 & eſt primæ de proc. in antiquis dicunt quòd dominus poteſt ratificare ante ſententiam, non poſt, niſi in ſui præiudicium quia ante ſententiam eſt dubium, an proceſſus ſictus fauorem tribuat, poſt autem non poteſt eſſe incertum.

bitio operatur, si interueniat tẽpore deb to, aliàs non. vt l. bonorũ. & ibi notatur per Bart. D. rem ra. hab. Tardè ergo accedit ratificatio instãtia peremp. a. & finito iudicio.

5 Rursum † quæritur de quæstione sæpiùs occurrente. Ecce quis constituitur procurator generalissimus ad causam agendã, an in hoc generali mandato veniant & includantur ea quę exigunt speciale mãdatũ[a], de quibus notatur per glos. in l. illud. D. de mino. & l. i. C. etiam per procu. causam in inte. resti. Dicunt doctores sic considerandum. Aut ista quæ exigunt speciale mãdatum, deducuntur principaliter propter se in iudicio. & tunc nõ sufficit generale mãdatum. vt in d. iuribus. Aut veniunt incidenter aut emergẽter ad principalem causam & tunc aut ipsa tendunt ad confirmandum vel obtinendum ius principaliter in iudicio deductum. & tunc includuntur in generali mandato. Verbi gratia, procurator minoris vel ecclesiæ aut absentis petit rem, & reus opponit exceptionem præscriptionis. certè poterit talis procurator petere in integrum restitutionẽ aduersus talem præscriptionem. a. g. l. cui iurisdictio. D. de iurisd. om. iud. & l. ad rem legatã. & l. ad legitimum petendum. D. de proc. Quod tenet Bart. in l. indebitum. D. de condict. ind. & in l. cùm procurator. D. de oper. no. nunc. Aut talia incidentia tendunt ad perimendum, vel diminuendum ius principaliter propositum in iudicio. & tunc non includũtur nec veniunt in generali mãdato, sed ex gitur speciale. Verbi gratia. si procurator petit hereditatem Sẽpronij, postea negaut (fortè respõdendo positionib⁹, vel aliter) dominũ suũ hæredem. vel si primò petiit tanquã debita domino suo, postea negauit quicquam domino deberi. & certè talia non includuntur in generali mandato. vt habetur & notatur ibi per Bart. in l. si procurator. D. de condict. indeb. & in l. nõ solùm. in prin. D. de proc. Et huius sit ratio, quia ea demum includuntur in generali mandato, quæ verisimiliter fuisset dominus specialiter cõcessurus, & non alia. vt in c. generali. ext. de offic. vica. lib. 6. cũ ibi notatis. & in cle. 1. de proc. & facit regula, in generali. de reg. iur. lib. 6. Pro quo optimè facit quod habetur in l. 1. §. quoties. & per gloss. D. de vi & vi armata.

6 Rursum † pro pleniori præmissorũ doctrina generaliter quæro, an factum procuratoris noceat domino? Vbi sic distingue. Aut est procurator specialis, aut generalis ad omnes causas & lites. Primo casu nocet domino in facto illo sibi specialiter commisso. siue sit factũ, quod contineat delictũ (vt in l. 1. §. deiecisse. & l. 3. §. cùm procurator. D. de vi & vi arm. in l. nõ solùm. in §. si mandato. D. de iniur. & in cle. 2. ext. de proc. cum similibus ibi notatis) siue contineat contractum, siue distractũ. vt l. diligenter. & in l. si mãdassem. cũ seq. D. mand. & l. illud cũ ibi notatis. D. de mino. Secundo casu subdistinguo. Aut est procurator generalis ad negotia, aut ad iudicia. Si ad negotia, distingue. 7 Aut † habet administrationẽ generalem

a *Speciale mandatum.* Adde videndum Lu. Rom. fin. suis fol. 1. Lap. alle. 69. & 70. quid si fit clausula quòd possit maiora expressis per alle. cons. 33. 1. volu. Lud. Rom. consilio 83. & 84.

cum

eum libera [a], aut sine libera. si cum libera. tunc aut factum procuratoris continet in se dolum, & tunc nõ præiudicat domino in iure sibi iam quæsito, nec quo ad obligandũ ipsũ dominũ. vt in l.creditor.§.Luci[a].D. mãdati.& in l.si pater.D.quæ in fraudẽ credito.In iure autẽ quærẽdo ipsi domino,factũ procuratorisdomino nocet.vt in l.1.§. quæritũ.in fi.D.de doli except.& l.procuratoris.in prin. D.de trib. Aut factũ nõ cõtinet in se dolũ.& tunc aut continet in se meram donationem, & tale factum non præiudicat domino.vt l. contra iuris.§.fi.D. de pactis.& in l.filiusfamilias.in princ.D.de donat.cum similibus ibi notatis. Aut nõ cõtinet donationem. & tũc tale factum domino præiudicat, & ũbi imputet qui talem procuratorem elegit. vt hoc probatur in l. procurator cui generaliter.D.de procur.& l.iurisiurandum quod ex cõuentione. §.fin. D.de iureiur.& in l. quam Tuberonis.§.alia causa.D.de penul.& in l.si liberã.C. quod cũ eo. 8 Si verò† sit procurator sine libera,tũc aut factũ continet alienationẽ,& tũc domino nõ præiudicat.aut cõtinet acquisitionẽ,& tunc prodest domino. & hęc probãtur in l. procurator tutoris.& in l.mandato generali.D de procur.cum similibus ibi notatis.& in l.1.§ de offic. proc.Cæsa.

Nunc transeo ad secũdum principalem articulum, qui est quando est procurator ad iudicia. In quo sic distingue. Aut est procurator generalis ad omnes causas cũ libera administratione, aut sine libera. Primo casu, distingue per omnia [b] vt suprà dictum est in generali procuratore ad negotia per iura ibidem allegata, coniunctis his quæ dicta sunt in proxima quæstione præcedenti. Si verò sit siue libera, eodem modo distingue vt suprà de procuratore ad negotia. 9 Aliquãdo† quis est specialis procurator ad vnã causam tantùm,tunc siue sit cum libera,siue sine libera,quia illa libertas restringitur ad illã causam tantùm, factum procuratoris domino nocet in illa[a] causa tantùm. vt in c. qui ad agendum. in fin.de proc.lib. vi. Et probatur ex his quæ habẽtur & notantur per Bartol.in l. qui Romæ.in §.Callimachus. D.de verb.oblig. Nisi factum procuratoris esset dolosum, aut contineret donationẽ, vt suprà dictum est. 10 Aliquando† procurator constituitur simpliciter ad agendũ & [c] defendendũ libellũ dandũ,& litẽ cõtestãdã & subiũgitur in instrumẽto illa vulgaris clausula, *Dés & concedés in prædictis liberã administrationẽ, &c.* Vel est cõstitutus ad causam incertã de futuro.& tunc dicit Bart.in d.§.Callimachus.quòd in his quæ respiciunt solam instantiam causæ, factum procuratoris nocet domino.non autẽ in meritis negotij principalis. Cui opinioni obstat dictum c.qui ad agendũ.Et quæ dicta sunt, locũ habent

a *Cum libera.* Adde de hoc videndum Alex. consil.22. suprà allegat.& consil.44.4. volu. & an factum procuratoris domino noceat: per Oldradum, consilio 126.& 194. Alex. consilio 96.2.volumin.Cald.cons.3.de proc.

b— *Per omnia.* Adde tamen quòd procurator cum libera non potest acceptare beneficium,vt dicunt do.de Ror decis.suis,de proc.in antiquis.

c *Agendum.* Adde quòd procurator simpli. constitutus ad agendum intelligitur constitutus ad defendendum, vt dicit Ro.fin. suis.

quando factum à procuratore fuit scienter actum. 11 Vbi † autem erranter gestum est, tunc regulariter non præiudicat domino. iuxta doctrinam traditam in l.certum. §. sed an & ipsos.D.de cõfess.A.I quod facit l.si defensor.in prin.& l.fin.D. de inter. act. & quod notatur in d.l. non solum.in princ.& dixi suprà in tit.De forma interrogationis.in Gl. super verbo *Respondere*. & vide quod notat Inno. in c.pen.ext. de fideiuss.

12 Sed † circa prædicta adhuc quæritur, quid si iste procurator in litis processu fecit aliquem actum, vel producendo iura, vel capitula, vel similia ad litem pertinentia,nec expressit si id faceret procuratorio nomine, sed simpliciter, an videbitur hoc fecisse proprio suo nomine vel procuratorio [a]? & idem potest quæri in tutore vel in curatore. Ad quod sic distingue secũdùm Bartolum, vt per eum notatur in l. si ita stipulatus.§.Chrisogonus. D.de ver. oblig.in l.3.§. quod de tutore.versi. & si quidem.D.iudic.sol. Aut ille actus fuit extraiudicialis,vel iudicialis. Primo casu, videtur gestus nomine proprio & non alieno. vt in d. §. quod de tutore. Secundo casu, aut in libello per eum producto. vel in responsione ad libellum per eum facta,expressit nomen officii, & tunc in cæteris actibus sequentibus videtur ipsum officium repetitum,& quicquid gestum fuerit, intelligitur factum sub nomine officij.arg.in l.stipulatus. D. de verb. oblig. Aut nomẽ officij tũc tacuit. & tunc videtur proprio nomine tantùm gessisse,non alieno.Faciunt ad præmissa quæ habentur in l.fi. D.de instito. & in l. post mortem. & ibi per Bart. D. quando ex fac. tu.cum similibus. Adde prædictis quæ de procuratore notantur infrà sub forma responsionis in actione hypot. in Glo.2. & 3. Sequitur in littera. Io. Pe.de Ferra.l. doct.

Svmma.

1 *Reus respondendo petitioni actoris, non debet fateri eum esse libellũ.*

GLOSSA IIII.

Asserti *libelli*,&c. 1 Notanter † dicitur asserti, quia non debet respondens absolutè fateri ipsum esse libellum [b]. quia non posset postea in eo allegare defectum. arg.in l.cùm precum.C.de lib. causa.& in l.generaliter.in fin. C.de nõ num.pec.

Svmma.

1 *Libelli summa repeti potest in responsione rei.*

GLOSSA V.

Inter *cætera dicitur contineri.* 1 Hic † aduerte, quia summatim debet repeti effectus totius libelli, vt per hoc appareat ad quid responsio referatur [c], vt fieri mandat legislator in lege vt responsum. C. de transact. & l. precibus. C. de impub.& aliis sub. & lege diuus. D. de re iudic. Sequitur in littera.

a *Vel procuratorio.* Adde Alex.cons.28.2.volum. & vide quod voluit Cal.cons.1. de pro.& an tutor vel procurator possint functo offi. prosequi causam cœptam, vide per Alexan. consil.134. volum.

b *Ipsum esse libellum.* Adde Lu.Rom.consil.23.

c *Referatur.* Adde quod voluit Rom,consil.70.

Svmma.

SVMMA.

1 *Qualitas semel expressa in sequentibus semper censetur repetita.*

GLOSSA VI.

DICENS *dictus Simonimus dicto nomine.* 1 Per hoc†, quod in hac responsione exprimitur se respondere dicto nomine, sufficit quòd ad cæteros actus sequentes, vt semper intelligatur, etiamsi nō exprimatur, ista qualitas repetita, vt suprà tactum est. Et nota quòd hæc est secunda pars principalis huius responsionis, in qua ipsius rei conuenti defensio exprimitur, vt actor ab agendo repellatur.

SVMMAE.

1 *Excommunicationis definitio duplex est: maior (quæ dicitur anathema) & minor.*

2 *Excommunicatio infligitur vel ab homine, vel a iure.*

3 *Excōmunicatio debet proferri cum sagognita.*

4 *Minor excommunicatio à iure infligitur* XVIII *casibus. Et maior* XVI.

5 *Percutiens clericum ipso iure est excommunicandus maiori excō municatione. Excipiuntur* IX *casus.*

6 *Percutiens clericum absoluendus est à Papa, nisi* XII *casibus.*

7 *Excommunicatus repellitur ab agēdo, reconueniendo, & à iudicando, non à defendendo vel appellando.*

8 *Exceptio excommunicationis opponi potest in quacunque parte iudicii, & suppleri à iudice.*

9 *Absolutio duplex est, à toto, & ad cautelam.*

10 *Excommunicator & eius superior absoluere possunt.*

11 *Accusatus de hæresi, si fuerit contumax & excommunicatus, pro hæretico habetur. Sed accusatus de alio crimine habetur pro cōfesso.*

12 *Contumax in parendo mandatis ecclesiæ præsumitur hæreticus.*

13 *Clerici diiaquent Laicos suis decretis, vt iurisdictionem suā ampliēt.*

14 *Imperatores & Principes, ob suam ignorantiam fermos se Ecclesiæ fecerunt. Licet moneamur ab Hieronymo sacerdotes semper fuisse eos qui populum Dei seduxerunt.*

15 *Irregularitas & suspensio sunt pœna clericorum.*

16 *Excommunicatus potest contrahere & testari.*

GLOSSA VII.

TANQVAM *publicè excommunicatum & notorie.* Pro intellectu huius est præsciendum, quid sit excommunicatio, & quotuplex, & quis sit eius effectus. 1 Est† autē excommunicatio quædam priuatio seu separatio à quolibet actu legitimo, & à quauis alia communione, vt probatur 11. q. 3. in c. euidenter. & in c. licet. in fi. de sen. exc. lib. VI. Et est duplex excommunicatio, videlicet maior & minor. vt in c. statuimus. de sen. excom. lib. VI. cum similibus ibi notatis. Maior quidē* est illa quæ appellatur anathema, cuius effectus est, quia excludit ab ingressu ecclesiæ, à communione fidelium, & à sacramētis ecclesiæ. Minor autē est illa, quæ solùm ab altero ex his excludit. vt infrà notabitur, & probatur hoc in d. c. euidenter. & 3. q. 4. c. Engeltrudam & ext. de except. c. cùm à nobis. & ext. de sen. excom. c. pen. cum similibus.

* *Maior quidem.* Adde videndum Ab. in c. ita quorundam, de fudæis.

2 Imponitur † autem seu infligitur excommunicatio dupliciter. Vno modo ab homine, alio modo à iure seu canone. Et si quidem infligatur ab homine, debet subesse causa legitima vel offensæ vel cõtumaciæ. vt in c. ex parte. in prin. de verb. sig. & 11. quæst. 3. c. certum. nec procedit iudex ad absoluendum, nisi emendæ damni prius restituta, vel per contumacem præstita debita cautione de iuri parendo [a]. vt hæc habentur in textu & Glossa in d. c. ex parte. & ibi per Inn. 3 Et † debet iudex talem excommunicationẽ proferre in scriptis interlocutoriè vel diffinitiuè, cum causis legitimis in ea expressis, de qua sententia facere debet copiam excõmunicato. vt hęc habentur in c. 1. de sent. excom. lib. vi. Illa autem excõmunicatio quæ imponitur à iure, sine ministerio hominis, est duplex, videlicet minor & maior. 4 Quæ † autem est minor infligitur in xviii. casibus notatis per Inno. in d. c. 1. de sen. excom. lib. 6. Illa autem quæ est maior infligitur in xvi. casibus notatis per eundem Inn. in d. c. 1. & per Goffredum in summa de sen. excom. Vltra quos etiam sunt alij, quos notat Gl. in c. eos. de sentent. excom. libr. vi. & in clem. 1. de elect. 5 Inter † quos casus connumeratur ille quotidianus, qui est cùm quis manus violẽtas iniecerit in clericũ. vt 17. quæst. 4 si quis suadẽte, &c. quantæ præsũptionis. ext. de sen. excõ. cũ sint. Vbi aduertendũ ꝙ circa d. c. si quis suadente. duæ elicitur regulæ. Prima est quòd percutiẽs clericum est ipso iure excõmunicatus [b] excõmunicatione maiori. Secunda regula est, ꝙ taliter excommunicatus non potest absolui, nisi ꝑ papã, vel per eius legatũ de latere. vt ext. de sen. excõ. in c. ad eminentiã. & notat. in c. excõ. ext. de offic. l. A prima autẽ regula excipiũtur 9. casus, quos enumerat Inno. in c. non dubium. ext. de sent. excom. & Gof. in sum. Quorũ primꝰ est, si percutiẽs illũ ignorabat [c] esse clericũ. vt in c. si verò. ext. de sen. excom. Secundus si erat apostata. vt in c. in audiẽtia. ext. de senten. excom. Tertius est cũ quis se defendit, vim vi repellẽdo. in c. ex tenore. in fin. & in c. si verò. eo tit. Quartus est cùm percutitur clericus adulter, vel repertus cũ filia vel sorore. vt in d. c. si verò. Quintus, in eo q̃ percutit clericũ causa disciplinę. vt in c. 1. in c. cũ volũtate. & c. ex tenore. ext. de sent. excom. Sextus, cũ percutitur in ludo vel ludi causa [d]. vt in d. c. 1. & c. cum volũtate. Septimus, quãdo percutitur clericus existẽs in habitu cõtrario clericatui. vt quia stipẽdiarius vel similis. vt habetur 83. dist. in c. qĺquis. Octauus, si iussu superioris manus immittitur. d. c. ex tenore. Nonus est in clericũ depositũ & curiæ traditũ

a *De iuri parendo.* Adde vt per Old. consil. 93. & dom. de Ror. decis. suis in nouis, de sent. excom. & quis iure petatur absol. ab excommunicatione in causa propter contumaciam, vide ibidem.

b *Excommunicatus.* Adde quid si petatur quòd talis percussor denuncietur excommunicatus, an requiratur litis contestatio, per do. de Ror. decis. 504. in antiquis de sententia excommu.

c *Ignorabat.* Adde quod Volut. Fed. consi. 13. & an mulieres intrantes monasteriũ, vbi non fit professio, gaudeant priuilegio canonis, vide do. de Ro. de regula, in antiquis. & quid de fratribus tertii ordinis, vide Cald. consi. 52. de sen. excõ.

d *Ludi causa.* Adde Cald. consi. 7. de sen. excom.

secularis.

secularis. vt ext. de iud. in c. cū non ab huiſc. & 17. q. 4. in c. ſi quis demceps.

6 Secūda † verò regula, quę eſt quòd ſolus papa [a], vel legatus eius abſoluit, fallit in XII caſibus notatis per Goffredū in ſumma, in quibus vel Epiſcopus vel ſacerdos poteſt abſoluere. Inter quos eſt, quando percuſſor eſt in mortis articulo cōſtitutus. vt in d. c. ſi quis ſuadente, vel pauper, aut ſenectute [b] depreſſus, aut corpore debilitatus. vel ſi leuis fuit percuſsio, vt in c. quod de his. & in c. peruenit. ext. de ſentent. excom. Alii ſunt varii caſus papæ reſeruati, quos notat Glo. in c. 1. in fin. de ſenten. excom. lib. VI. in c. ſicut venire. ext. de exceſ. prela. & in c. qđ translationem. ext. de offic. lega. Caſus autem in quibus epiſcopus poteſt diſpenſare, notātur per Gl. in c. at ſi clerici. in fi. ext. de iudi. & plenè per Inn. in c. dilectus, ext. de rēp. ord.

7 Sequitur † nunc videre quis ſit effectus excommunicationis. & quidem multiplex eſt. Primò quia excommunicatus repellitur ab agendo, [c] tam in foro eccleſiaſtico, quàm ſeculari. vt habetur in c. decernimus. de ſenten. excom. lib. VI. & in c. per tuas. ext. eod. tit. facit c. ad probandum. ext. de re iud. Et iudex repellitur à iudicando [d]: vt in d. c. ad probandum, & notatur per Gloſſam. in l. 1. D. de iuris & fac. ignor. Non tamen repellitur aliquis à ſe defendendo, quia defenſio eſt de iure naturali. vt habetur in c. intelleximus. ext. de iud. & in c. cùm inter. ext. de exceptionibus. & l. vt vim. D. de iuſt. & iur. Nec ſimiliter repellitur ab appellando, & appellationem proſequendo, cùm appellatio ſit quædam defenſio. vt in c. fin. & in c. dilecti. & in c. dilectus. ext. de exceptio. & in c. ſi verò. ext. de ſenten. excommu. & in c. excommunicamus. §. credentes, ext. de hæret. Si tamen excommunicatus conueniretur, licèt poſſit ſe defendere [e], non tamen poſſet actorem reconuenire, quia reconuentio ſapit naturam agendi. vt habetur in d. c. cùm inter. de except. & ibi notatis.

8 Secundus † effectus eſt, quia in odium excommunicati poteſt huiſmodi exceptio in quacunq; parte [f] litis opponi. ita tamē quòd probetur infrà octo dies [g]. vt eſt textus

a *Papa.* Adde videndum Ro. ſingularib. ſuis. fol. 121.

b *Senectutem.* Adde quę dicatur tenex quòd ad hunc caſum Ol. conſ. 92. & an debeat expectari quòd percuſſor ſit in mortis arti. conſtitutus. per Ro. con. 341.

c *Agendo.* Adde quæ reperit Ro. ſing. ſuis, fol. 21.

d *Iudicando.* Adde quòd nec conſenſu partium prorogatur eius iuriſdi. vt per Ro. conſ. 48 an autem excōmunicato capitaneo, vel poteſtate prohibeantur Aſſeſſores eorum iudicare, per eundem ſingul. ſuis, fo. 2.

e *Defendere.* Adde an excommunicatus admittitur ſuam vel ſuorum proſequens iniurias. Federi. conſ. 116.

f *In quacunque parte.* Adde Fe. conſilio 147. & dicunt d. de Ro. deci. 521. de ſent. exc. quòd exceptio generā excommunicationis omnino operatur contra impetrantem beneficia, & eodem modo, quòd valet proceſſus factus cum actore excommunicato, ſi non fuit oppoſitum, & quòd contra res ſententias interlocutorias admittitur except. excommuni.

g *Infrà octo dies.* Adde à quo tempore incipiant currere iſti octo dies, & an poſſunt per iudicem abbreuiari. dom. de Ro. deci. 1015. de ſenten. excom. de l. 206. in nouis.

in c. pia. ext. de except. lib. VI. Et amplius iudex pōt ex suo officio, etiam si non opponeretur, si excōmunicatio sit notoria, ipsum ab agendo repellere. vt d.c. pia, in fin.

Deinde q ęritur si excommunicatus petat se absolui, an sit audiendus? 9 Vbi † ante omnia est sciendum, quòd duplex est absolutio. vna quæ fit ad cautelam, alia quæ fit à toto eo, propter quod imposita est excommunicatio. Si quidem petatur absolutio ad cautelam, tunc aut allegatur sententia excommunicationis esse nulla, vel ex defectu iudicentis, vel quia lata post appellationem. vel quia in se continet errorem intolerabilem, vel quid simile. & tunc sequi debet absolutio ad cautelā [a]. vt habetur & notatur in c. 2. ext. de sent. excom. lib. VI. & ibi per Archi. & Inno. Facit c. per tuas. ext. eo. ti. cū similib. ibi notatis. Quæ ob solutio procedit tam in excommunicatione hominis quā iuris, secundū Io. And. in d.c.2. Si verò allegatur sententia excōmunicationis iniusta, rūc aut est illata seu inflicta ꝓ offensa, vel contumacia manifesta [b] seu dubia. Primo casu, aut offensa cōsistit in non satisfaciendo, & tūc denegatur absolutio, nisi prius præstetur emenda. vt habetur & notatur in d.c.2. vers. *in prima igitur*. & p Inn. & Glos. in c. ex parte, ext. de verb. signifi. & in c. cùm olim, eod. tit. Aut offensa consistit in non cōparendo, quæ contumacia appellatur. & tunc conceditur absolutio, præstita cautione de parendo iuri & restitutione expensarum. Vbi autē offensa fuerit dubia, siue sit in non restituendo, siue in cōparendo, tunc vtrobique præstatur absolutio, præstita cautione de iure parendo. vt hæc omnia plenius habentur & notantur in c. p. allegato. In secundo verò casu principali, cùm petitur absolutio à toto processu simpliciter, & tunc non conceditur, nisi satisfactione emendę facta & secuta, vt in dictis iuribus probatur & notatur.

10 Quis † autem possit absoluere? Respondendum est, quòd tā ipse excommunicator [c] quam eius superior, vel eius delegatus. vt plenè notat Archid. in d.c. 2. ad quod facit c. ad præsentiam. ext. de appellat. & c. quoties. 2. quæst. 6.

11. Rursum † sciendū, quòd aliæ sunt pœnæ, quæ à iure excōmunicatis infligantur. inter quas illa affignatur, videlicet si aliquis fuerit inculpatus de hæresi, & citatus per iudicē venire contēpserit, & ob hoc excōmunicatus fuerit, & in ea excō munication perseueraverit induratus vsque ad annū. quia tunc reputatur hęreticus [d]. vt in c. cū cōtumacia. de hęret. lib. VI. & in c. excōmunicamus. in §. qui autem. ext. de hęret. His enim tribus cōcurrentibus, videlicet qꝺ de hæresi sit inculpatus, & excōmunicatus, & contumax per annū, habetur pro cōuicto & confesso de huiusmodi crimine.

a *Ad cautelam.* Adde videndum vnum verbum per Old. cons. 145.

b *Manifesta.* Adde videndum quod voluit Old. cons. 93.

c *Excommunicator.* Adde videndum Ludo. Rom. cons. 387. & no. quòd excommunicator nō potest soluere illū quem excōmunicauit, si eius excommunicatio est confirmata à papa: vt est gl. in c. ex frequentib. de inst. quā sequitur Ro. vbi suprà.

d *Hæreticus.* Adde de hoc videndum, vt per Cal. cons. 5. de hæret. & vide vnum singulare Ro. fol. 3.

Si

Si verò fuerit quis inculparus de alio crimine, tũc licèt fuerit excommunicatus, & per annum perseuerauerit in contumacia, non reputabitur per hoc hæreticus, sed solùm de eo crimine reputabitur pro confesso. vt determinat Gl. in §. qui autem. & in d. c. contumacia. & in c. fi. ext. de pœnis. facit 11. q. 4. in c. rursus. & in c. quicunq;. 12 Si tamen † post excommunicationem & anni transcursum adhuc citaretur, & contemneret parere mandatis ecclesiæ, caderet in præsumptionem hæreticæ prauitatis. vt in d. c. fi.

13 Et † sic nota quomodo & quot modis isti clerici illaqueant laicos, & suam iurisdictionem ampliant.

14 Sed † heu miseri imperatores & principes seculares, qui hæc & alia sustinetis, & vos seruos ecclesiæ facitis, & mundum per eos infinitis modis vsurpare videtis, nec de remedio cogitatis, quia prudentiæ & scientiæ non intenditis. Ideò attendite & memoriæ commendate quid dicat Hieronymus veteres scrutans historias. Inuenire non possum scidisse ecclesiam, & de domo domini populos seduxisse, præter eos qui sacerdotes Deo positi fuerant. Isti verò vertũtur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalũ, vt habetur in c. trãsferunt. 24. q. 3.

15 Alia † est præterea pœna excommunicato, quia si clericus est, & celebret missam, vel aliter se ingerat diuinis, efficitur irregularis. [a] quæ pœna non cadit in laicos, nec potest absolui nisi à solo papa. vt in c. 2. & 3. ext. de cle. excom. & ibi per Host. in c. 1. ext. de sent. excom. & in c. 1. ext. de re iud. & ibi per Arch. Quę irregularitas etiam aliis modis contrahitur, [b] de quibus notatur per Inno. in c. nisi cũ pridẽ. ext. de renunc.

Est & alia quędam pœna iure canonico introducta, quę suspẽlio appellatur, de qua plenè habetur in cle. fi. ext. de pœn. per Gl. & Io. And. Sic ergo sunt tres pœnæ, excommunicatio, irregularitas, & suspensio.

16 Et † aduerte quòd excommunicatus potest contrahere & distrahere, & testamentum & quamlibet vltimam volũtatem facere. vt not. Io. And. in c. decernimus. ext. de sen. excom. & Inno. in c. veritatis de dolo & contum. & ext. de iureiurand. in eo. c.

Svmmar.

1 *Satisdatio de lite prosequenda &c. expensis soluendis sublata est per consuetudinem.*

2 *Vbi viget hæc satisdatio, admittitur iuratoria (si reperi non possit fideiussoria) nisi in causa criminali.*

GLOSSA VIII.

Debitè satisdare. De hac satisdatione habetur in auth. generaliter. C. de epis. & cleri. 1 Quę † per consuetudinem hodie est abolita. vt ibi notatur per Cynũ & doct. & per Gl. Insti. de satisd. §. sed hodie. Licèt in pluribus locis per statuta sit confirmata. 2 Si † autem præstãda fuerit, nec potestatem habeat illam dandi, quia non reperitur, an repelletur? Dic quòd non, si iurauerit se satisdare non posse. vt notatur ibi. & in l. de die. §. fi. D. qui satisd. cog. & in l. 1. §. omnes. C. de asser. tol. & in auth. de

[a] *Irregularis.* Adde vt per Cal. cons. 4. de sent. excommu.
[b] *Contrahitur.* Vide vnum verbum per Old. cons. suo.

litig. in §. ad excludendas, & notatur per Glo. in c. per vestras. ext. de donatio. inter virum & vxor. & in c. 1. de dolo & contum. lib. 6. Et hęc procedunt cùm agitur in causa ciuili. Quid si agitur in causa criminali, an iuramentum prædictum excusset à præstatione fideiussionis? Videtur quòd sic, per textum in §. si verò crimen. in auth. Vt nulli iud. hic hab. loci seruat. Sed contra determinat Bart. in l. 1. de custod. & exhib. reo. per textum in auth. Vt nulli iudic. in §. necessarium, vbi mulier iure speciali excusatur à iuramento, ergo in aliis est regula communis in contrariũ. arg. l. ius singulare. D. de legibus.

SVMMAE.

1 *Alternatio admittitur in libello, ex contractu, v. l ex legis dispositione, cum vtraque res superest, aliqua alternatio vitiat libellum.*

2 *Libellus incertus admittitur, cum incertitudo procedit ex parte rei conuenti.*

GLOSSA. IX.

Libellus est incertus. De incertitudine patet pluribus modis, puta si sit alternatiuus, quia alternatio parit obscuritatem. vt l. prætor edixit. §. quod autem D. de iniur. & ibi per Bart. & Glo. 1 Veruntamen † hic est aduertendum quòd quandoque plura sunt alternatiua in obligatione, legis dispositione, vel partium conuentione, & tunc aut superest vtrũq;, & admittitur libellus alternatiuus, imò de necessitate concipiendus est alternatiuè. vt habetur in §. plus autem. vers. huic autẽ. Iusti. de action. cum ibi notatis. Ad quod facit l. 2. §. 1. D. de aqua plu. arc. l. si seruus legatus. §. huiusmodi. & l. non quoconque. §. fina. D. de leg. 1. cum aliis similibus allegatis per Gloss. & Cyn. in l. 2. C. de rescin. ven. & habetur in l. fi non sortẽ. §. si decẽ D. de cond. ct. indeb. Aut alterum tantùm ex alternatiuis supereſt, & tunc illud solùm petitur, nec libellus alternatiuus admitteretur. vt in l. 3. §. fin. D. de eo quod certo. & l. Rachum. in prin. D. solut. cùm similibus. Quandoque vnum tantùm est in obligatione aut in petitione, legis auctoritate, vel partium conuentione, & tunc aut agẽs est certus de iure suo, & tũc illud solũ simpliciter petitur. Alias si petatur sub alternatione, libellus vitiatur, & sic loquitur d. l. prætor. §. quod autem. & d. §. plus autem cum similibus. 2 Si † autem actor est incertus de iure suo, & tũc libellus incertus de iure suo admittitur, si incertitudo contingat facto & culpa rei conuenti, alias secus. vt habetur & notatur in l. 1 §. qua autem. D. quorum leg. Pro quo optimè facit l. 1. in fi. D. si pars hære. pet. Quod sequitur Innoc. in c. constitutus. ext. de in integrum restitut. & ibi per Ioan. Andr.

SVMMAE.

1 *Generalitas cùm sit obscura, peti potest vt declaretur.*

2 *Index super libello generali sententiam proferens, sequi debet causam certam quam actor prosequitur, si nullam certam prosequatur, sequi debet eam causam quæ minorem condemnationem requirit.*

GLOSSA X.

Generalis. 1 Scire † debes quòd generalitas parit obscuritatẽ. vt l. ita fideiussor in prin. D. de iure fis. & l. cum

l. cùm ficus. D. de solut. vnde non placet legislatori. Sed claritas est illa, quæ est amica legis, vt in auth. de testa. imperfectis, post prine. Ideóq;, quãdo libellus est generalis, aut obscurus, & reus petit ipsum declarari, vel causam, ex qua petitur exprimi, tunc si non declaretur nõ poterit ferri sententia. vt sentit Gl. in l. inter stipulantem. § si fuchum. D. de verbo. obli. Seruata tamen distinctione tradita in l. & eadem. § actiones. D. de excep. rei iud. & in c. Abbate sanè ext. de re iud. & plenè dixi suprà in primo libello in Gloss. super ver. *iure domini*. vers. nunc autem quæritur. Quam obscuritatem & generalitatẽ poterit actor declarare quãdocunque. vt in l. si quis intentione ambigua. D. de iud. & l. inter stipulantem. § 1. D. de verb. obli. & ibi notatur per Bart. Super qua obscuritate declaranda, siue interueniat in iudicijs, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus, aut aliis dispositionibus, plenè notatur per Dy. & Io. An. in regula, Contra eum de reg. iur. lib. 6.

2 Quid † si iudex admittat libellum generalẽ: Dic quòd malè facit, tamen sententiã suam fert super illa causa, quã actor fuerat prosecutus. Et si de prosecutione certę causę nõ apparuerit, pronunciabit super illa causa quæ minorem condemnationem requirit, secundùm Inno. vt per eum notatur in c. eũ dilectus. ext. de ordi. cogni. Pro qua opinione facit quod notatur per Gl. & Bar. in l. rei appellatione. D. de verb. sign. & in l. actione in prin. D. de furtis.

SVMMA.

1 *Quid sit libellus vagus, obscurus,*
2 *& alternus. Adde videndum Anch. cons. 166. Rom. cons. 345.*

contrarius.

GLOSSA XI.

Vagus & obscurus. 1 Dicitur † libellus vagus, cùm est varius, seu varietatem continet in se. puta vnum ponitur in narratione, & aliud diuersum petitur in conclusione. Obscurus autem est, vt suprà dixi, vel si verba eius possunt ad plura referri & interpretari. arg. l. quoties. ff. de ver. obl. de reg. iur. & de reb. dub. Dicitur etiã aliquando in se contrarius, quãdo repugnat sibiipsi. vt l. 1. & quod ibi notatur. C. de fur. & l. vbi repugnantia. D. de reg. iur.

SVMMAE.

1 *Contrarietatum multa genera possunt iudici apparere.*
2 *Contrarietas actoris in eodem iudicio & in processu, nocet actori iudicium, licet non ei prosit, secus si sit in diuersis iudicijs.*
3 *Plura iudicia contraria contra vnum reum non possunt intentari.*
4 *Contrarietas instrumentorum, testium, positionum.*

GLOSSA XII.

Contrarietatem ac repugnantiam continens. 1 Sciendum † est, quòd aliquando contrarietas appareat in actore proponente actiones contrarias, quandoque in reo proponente exceptiones contrarias, quandoque apparet contrarietas in instrumẽtis, quandoq; apparet contrarietas in testibus, quandoq; in aliis dispositionibus. Si quidem apparet cõtrarietas in actionibus *, tunc recurrẽdũ est ad doctrinã traditã in l. quod in hærede. in §. eligere. D. de tribut. & l. cùm filius. §. variis. D. de leg. 2. & in l. 1. C. de furt. & in l. cõtra

maiores. C. de inoff. test. & per Dyn. in c. nullus pluribus de reg. iur. lib. vi. Si verò sit contrarietas in exceptione, tunc dic vt notatur per Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. vi. & per Barto. in l. nemo. D. de exceptio.

2 Quid † autem si contra hanc contrarietatem aduersarius nihil opposuit, an procedat iudicium? Dic vt plenè notatur per Bart. in l. naturaliter, in §. nihil commune. D. de acqui. poss. vers. vltima combinatio est, ibi, *Secundò quæro vtrum* vbi distinguit hoc modo. Aut contrarietas apparet in vno & eodem iudicio, aut in diuersis. Primo casu, potest iudex ex suo officio libellum reiicere. vt l. 1. D. de offi. assess. & etiam pars potest opponere, & repelletur actor. vt l. 1. C. de fur. Vbi autem vterq; tacet, tũc aut in processu iam vertitur contrarietas & tunc etiam parte non opponente absoluitur reus. vt l. 1. §. sed si alius D. quando appellandum sit, connecta l. scripturæ. C. de fid. instr. & l. vbi repugnantia. de reg. iur. Si autem in processu non vertitur contrarietas, tunc sententia fertur, & tenet processus. vt l. 1. §. quod autem D. quorum leg. Secundo casu quando contrarietas est in diuersis iudiciis, tunc subdistingue, an intententur diuersis temporibus, an eodem tempore: & an sint talia cõtraria, quę electione tollantur, vel non. vt ibi notatur.

3 Deinde † potest eodem modo quæri, si plura iudicia intentantur contra vnum, quæ non solent concurrere, an reus debeat opponere exceptionem, quòd non debent admitti? In quo casu est distinguendum, secundùm eum, & ibi notatur. Nam quandoque impeditur concursus ratione ordinis, quandoque ratione contrarietatis (vt statim dixi) quandoque ratione electionis, quandoque, quia sententia lata in vna causa, parit exceptionem rei iudicatæ in alia de quo in c. pen. de re iud. de quo dic vt ibi.

4 Vbi autem apparet contrarietas in instrumentis, dic vt notatur in l. scripturæ diuersæ. C. de fi. instr. & l. vbi repugnantia. D. de reg. iur. Sin autem sit in testibus, dic vt notatur per Gloss. in c. in præsentia. ex. de test. & per Cy. in l. in exercendis. C. de fi. instr. De quo scripsi infrà super forma opponendi contra testes. Aliquando apparet contrarietas in positionibus vel responsionibus, de quo habetur in c. cùm in positionibus de iureiur. lib. 6. Sequitur in litera.

SVMMA.

* *Quælibet petitio continens rem & causam in toleranda est.*

GLOSSA XIII.

Dentibus lacerandum. Potest enim & debet iudex si videat libellum malè & ineptè formatum, ipsum dentibus *lacerare*. vt l. 1. D. de offi. assess. & ibi *notatur*. 1 Sed † quia de iure *communi difficilè* est bene dictare & formare libellum, eùm multæ & variæ sint causæ ex quibus libellus reiicitur, pro tanto apud bonos principes & laudabiles ciuitates, quibus exosæ debent esse lites, prouisum est per statuta & decreta, quòd quilibet petitio, & quicunque libellus sit tolerabilis & admittatur. dummodò contineat rem & causam. Sequitur in litera.

SVMMA.

* *Causæ expressio magis requiritur in actione personali quàm reali.*

GLOS.

GLOSSA XIIII.

Certam causam in eo exprimi. 1 Petere † quòd causa exprimatur, magis pertinet cū agitur actione personali quàm realis. vt plenè scripsi suprà in forma superioris libelli. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Protestatio impedit ne simplex responsio vim habeat litis contestationis.*

2 *Responsio simplex negatiua post protestationem inducit litis contestationem.*

3 *Ex responsione affirmatiua nō præsumitur contestatio.*

4 *Data siue tributum quota litis an solui debeat pro contestatione.*

5 *Data solui debet ad rationem summæ petitæ, non debitæ.*

GLOSSA XV.

Non tamen animo contestandi litē. 1 Hæc † protestatio impedit cōtestationem litis, qua omissa induceretur litis contestatio per simplicem responsionem factam incōtinenti, vel postea ex interuallo post dictam protestationem. vt notatur per gl. & doct. in c.1. ext. de lit. contest. & in l.1. C. eo.tit. 2 Si † tamen post hanc protestationem ex interuallo simpliciter responderet, inducereturlitis contestatio. vt ibi notatur & in c. cùm M. Ferrariensis. ext. de consti. Si verò nec in principio nec post intercessit protestatio, tunc clarum est, quòd responsio simplex negatiua inducit litis contestationē. vt in iuribus antedictis. 3 An † autē ex affirmatiua responsione inducatur litis cōtestatio. Gl. distinguit, in d.l.1. an cōfiteatur reus animo contestandi litem [a], & fit litis contestatio: an animo declinādi iudicium, & tunc secus. quod in dubio præsumitur. iuxta ea quæ habētur in l.fi. reus paratus. D. de proc.

4 Sed † circa hoc q. æri consueuit, an pro litis contestatione soluti debeat decima litis? quæ in Mōteferrato & alibi appellatur Data? Et videtur quòd nō, per notata per Inno. in c. cùm ab omni. ext. de vita & hon. cle. & per Specul. in titu. de fallacijs. §. si verò ordine. & ad hoc facit Instit. de pe. te. litig. § hæc autem omnia. & in Auth. de iud. §. ne autem. & in Auth. vt diffe. iud. In contrarium facit Auth. generaliter. C. de episc. & cler. & in Auth. vt differentes iudices. §. si quis verò expectans. & ibi per Iacobū de Bel. Finaliter & concluſiuè de cōsuetudine in pluribus partibus diuersimodè obseruatur. Nā in Lōbardia nihil exigitur, in Mōteferrato & exteris aliis partibus exigitur ad rationē de decem pro centenario, & alibi minus, & applicatur Domino seu Cōmuni. 5 Deinde † quæritur, ecce aliquis petit in libello mille, cū reuera & in effectu non deberet habere nisi quingenta, quæritur an ꝑ sua sūma sit soluēda Data, an pro petita, an ꝑ sūma debita? Bartolus dicit ꝙ soluenda est ꝑ sūma petita in libello. vt per eum notatur in l. cùm quēdā puella. D. de iu. om. iud.

SVMMAE.

1 *Prout dicta antecessit, confessionē & negationem simul includens.*

2 *Cogi potest reus responsionem suam declarare.*

a *Contestandi litem.* An quis cogatur litem contestari, vide Paul. de Cast. consil. 21. & vbi non contestatur lis, quis actus habeatur pro contest. vide Rom. sin. 5uis, & consilio suo. 174.

GLOSSA XVI.

Narrata prout narrantur.[a] Hæc est communis & vulgaris responsio, quam prædagogi facere nouerunt. Circa quam notare habes, quòd non est simpliciter negatiua, nec simpliciter affirmatiua, sed implicita, ita quòd per eam non potest respondens argui de simplici negatione, vt incurrat pœnam editi cõtra negantem. de qua traditur in l. fin. D. de rei vend. & in authen. item possessor. C. qui potio. in pign. habe. cum similibus. Nec etiam potest redargui de simplici confessione, vt habeatur pro condemnato. iuxta l. 1. C. de cõfes. 1 quia † illa verba *prout* denotãt aliqua in libello contenta esse vera & aliqua falsa, licèt ea quę sunt vera, & quæ falsa, non appareant.

An ergo poterit actor petere à reo, quòd apertiùs declaret responsionem suam, quę sint illa quæ fatetur esse vera, & quæ negat esse vera. Videtur quòd sic. quia ad petitionẽ rei cogitur actor declarare libellum suum, vt suprà dictum est. 2 Ergo † econtra reus ad petitionem actoris cogendus est declarare responsum suum, quia non debet licere actori quod non liceat reo. & econtrà. vt in regula, Non licet. de reg. iur. lib. 6. & ibi per Dyn. & l. nõ debet. D. de reg. iur. Cogita super hoc, quia nunquam vidi practicari. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Exceptio litis pendentiæ, sicut rei iudicatæ, impedit pro. essum.*
2 *Lis pendere dicitur quinque modis.*
3 *Res quomodo litigiosa efficiatur.*
4 *Effectus vitii litigii.*
5 *Res non sit litigiosa per actionem hypothecariam, confessoriam, negatoriam.*

GLOSSA XVII.

Exceptionẽ litis pendentis. 1 Regula † est. Quòd tantùm operatur quòd ad impediẽdum processum excepto litis pendentiæ, quantum exceptio rei iudicatæ vt l. fundo. & l. fundũ. D. de excep. rei iud. 2 Pendere † [b] autem lis dicitur quinque modis, videlicet per libelli oblationem. vt l. 2. & 3. C. vt lite pend. Secũdò per appellationem. vt D. nihil noui appel. pend. Tertiò per relationem seu consultationem factam superiori per iudicem. vt l. ex illo tempore. C. de appel. Quartò per iudicis recusationem. vt in c. secũdò requiris. & in c. cum specialis. ext. de appellat. & in l. apertissimi C. de iud. c. Quintò per in integrũ restitutionẽ postulatã. vt l. 1. C. In integ. rest. post. nil noui fieri.

3 Cõtrahitur † autem hoc modo vitium litigii [c]. nam de iure canonico res efficitur litigiosa per solam citationem. vt traditur in clem. 1. ext. vt lit. pen. De iure autem ciuili & nouo authenticorũ contra-

a *Narrata prout narrantur.* Quid autem si dicatur narrata prout narrantur vera non esse, & petita fieri non debere, vide per do. de Ror. dec. 1. in nouis. dec. 12. de lit. cont. & ibi vide quando non est petitio in libell. an fiat lit. contest. & an si reus confiteatur partem libelli, & partem neget, an fiat litis contest. maximè actore absente, vide per eosdem vbi suprà in nouis. Et de ista clausula vide per Bart. in lita demum. & in l. 1. dubitetur. D. de fideiuss. Ang. de Ar. in §. æquè. Instit. de act. & nouiss. in §. omnium, & in §. si socius, eod. tit.

b *Pendere.* Adde vt pro Alex. consil. 121. 4. vol. & Lu. Roma. consil. 130.

c *Litigiosi.* Adde vt per Roma. consil. 179.

hitur in

hitur in actione reali, (quia de dominio vel quasi directo vel vtili, agitur) per simplicem libelli oblationem.vt in auth.litigiosa.C.de litig.Licèt olim per litis cõtestationẽ. vt l.2.C.eod. In personali autẽ contrahitur per litis contestationem, cùm in ea nihil fit mutatum, secundum Dyn.& Bar.Butr.

4 Effectus † autem rei litigiosæ est, quòd non potest alienari, alioquin alienatio nulla est, & vltra alienator grauiter punitur, & emptor. & pœna aliquando applicatur fisco, aliquando emptori, seu acquirenti, secundùm distinctionem traditã in l.fi. C. de litig. 5 Quòd † vitium litigiosi non communicetur in re, pro qua actum est hypothecaria. notatur in d.auth.litigiosa & l.1. C.eo.tit. Idem secundùm aliquos cũ agitur confessoria, vel negatoria. super quo vide Cy. & alios doct. in iuribus præalleg. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Papæ authoritas restringenda esset non ampliãda, quia psalterium malè sonat cum cithara.*

GLOSSA XVIII.

Excommunicationis prædictæ. Ista exceptio potest opponi in quacunque parte litis, ante contestationem & post, propter timorem communionis. 1 Et † aduerte, quia alia ratione hoc fuit per Papam introductum, vt ampliaretur eius potestas tam in foro seculari quàm in ecclesiastico, quę magis restringẽda esset quàm ampliãda, quoniã psalterium malè sonat cũ cithara. Probanda tamẽ est hęc exceptio intra 8. dies: vt habetur in c.pia.ext.de excep. lib.6. & ibi dixi in alia gl. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Sententia iniqua facit ius & parit exceptionem.*

2 *Exceptio rei iudicatæ est declinatoria & peremptoria.*

3 *Tribus concurrentibus exceptio rei iudicatæ locum habet in alio iudicio.*

GLOSSA XIX.

Reique iudicatæ. De hac exceptione loquitur totus titulus De exceptione rei iudicatæ. & in c. fi.de excep.lib. VI. 1 quia † sententia, etiam si sit iniqua quòd ad ius partis, vel quia per iniuriam iudicis lata, vel aliter, parit regulariter exceptionem rei iudicatæ, dum tamen sit ritè & solenniter iuris ordine seruato promulgata. vt in l.4.§. condemnatum.& l.fi cùm nulla.D. de re iud. cum sim. Et quòd sententia iniqua faciat ius, est textus in l.1. §.hoc interdicto.D.de lib.exhib. & l.seruo inuito.in §.cùm prætor.D.ad Treb.& l.fi seruus pluriũ.§.1.vers.fi tamen.D.de leg.1.

2 Cuius † quidem exceptionis natura est, vt possit opponi ante litem contestatã causæ ad victoriam obtinendam. Et huius naturæ etiam sunt exceptiones trãsactionis, & rei finitæ. vt hæc habentur in c.1.de lit. cont.lib.6.& notatur p l.post rẽ iudicatã.D. de re iud. Quod quidẽ optima ratione prouisum est, vt finis sit litium, & vt ipsarũ materia amputetur.vt in l.fratris.C.de transact. & in l. fin. D. pro suo.& in l.terminato.C. de fi.iuct.& lit.expe.

Locus autem erit huic exceptioni contra agẽtem in alio iudicio, si tria concurrãt, scilicet idẽticas personarũ rei quę petitur & causæ ex qua petitur. Aliter vno ex his vel pluribus

deficientibus, cessabit exceptio rei iudicatæ, vt hæc probantur in l. & an eadem.& l.si mater.§.hoc iure.& in l. cùm quæritur D. de excep. rei iudic.De quo articulo plenè notat Cyn.in l.neque.C.ad exhiben.& gl. in c. aduersario. ext. de except. 3 Quando † autem dicatur res iudicata, transacta,vel finita, declaratur per texrũ in l.1.§.fin. D.ad Turpil.& facit l.4.§. condemnatum.D. de re iudica.Sequitur in litera.

Svmmae.

1 *Exceptio præscriptionis est declinatoria & peremptoria.*

2 *Omnis exceptio defectus iuris agentis est declinatoria & perẽptoria.*

3 *Præscriptio triẽnalis pro rebus mobilibus.*

4 *Præscriptiones variæ rerum immobilium & iuriũ, videlicet X. X X. XXX. XL.C. annorum & temporis cuius non extat memoria.*

5 *In præscriptione X. vel XX. annorum quatuor requirũtur: tempus, titulus, bona fides, & possessio continuata.*

6 *In præscriptione XXX. annorum duo requiruntur, tempus & possessio continuata.*

7 *In præscriptione contra ecclesiam, principem, ciuitatem, quatuor requiruntur: puta tempus XL. annorum, titulus, bona fides, & possessio continuata.*

8 *In præscriptione iuris hypothecæ cõtra priuatum, requiruntur duo, cursus XL. annorum, & continuata possessio.*

9 *Præscriptio contra Romanam ecclesiam est centum annorum.*

10 *In præscriptione quadriennis quæ competit fisco, requiruntur quatuor, tempus, titulus, bona fides, & possessio continuata.*

11 *Quando locum habeat præscriptio X. vel XX. annorum.*

12 *Præscriptione X. vel XX. annorum excluditur dominus rei, & habẽs rem hypothecatam.*

13 *In præscriptionibus præsens dicitur qui est eiusdem domicilii cuius est præscribens: & absens qui diuers.*

14 *Absens est iusta causa restitutionis.*

15 *Titulus putatiuus est qui nititur errore iusto vel iustissimo.*

16 *Quid sit error iustus, iustissimus, & iniustus.*

17 *Allegatio tituli non sufficit, nisi probetur de errore iusto vel iustissimo.*

18 *Traditio rei probanda est ad inducendam præscriptionem.*

19 *A quo traditio fieri debet præscribenti.*

20 *Traditio vacuæ possessionis necessaria est ad præscriptionem.*

21 *Clausula constituti in fauorem creditoris apposita contractui, non impedit quin debitor, vel qui ab eo causam habet, vsucapiat.*

22 *Creditor solum possidet quoad effectum debiti conseruandi.*

23 *Bona fides præsumitur ex titulo vero, vel putatiuo cum errore iusto.*

24 *Quinque modi ad probandam malam fidem possidentis.*

25 *Præscriptio rei corporalis currit cõtra ignorantem, non autem præscriptio incorporalium.*

26 *Ex iusta causa ignorantiæ restitutio indulgenda est.*

27 *Continuata possessio probatur ex perceptione fructuum quotannis, & probando initium possessionis, & possessionem de præsenti.*

28 *Ad præscriptionem complendam possunt authoris tempora coniungi.*

29 *Non*

29 *Non idem sonat Possedisse à decem annis, & Possedisse per decem annos.*

30 *Præscriptio debet esse completa ante litem motam.*

31 *Quando ciuilis & quando naturalis possessio requiratur ad præscribendum.*

32 *Casus XXVIII. in quibus non habet locum præscriptio.*

33 *Diuitiæ ecclesiæ fuerunt causa schismatis, quod tempore huius nostri authoris vigebat. id. ó, u: Imperator admouere debeat Papæ castra & ciuitates quas habet, contra Christi præceptum.*

34 *Effectus præscriptionis.*

35 *Interruptio duplex, ciuilis & naturalis.*

35 *Ciuilis interruptionis VII. species.*

37 *Naturalis interruptionis tres species.*

38 *Pignoris datio vel acceptio est interruptio ciuilis.*

39 *Interruptio ciuilis prodest tantùm interrumpenti: naturalis verò omnibus cæt. a quos currebat.*

40 *Interruptio facta ab vno ex correis prodest vel nocet aliis, secus præcesset & nocet fideiussori nisi culpa principalis intercesserit, quia tunc non nocet fideiussori.*

41 *Supereueniens defectus tituli quãdo interrumpat præscriptionem.*

42 *Supereueniens defectus bonæ fidei quando interrumpat præscriptionem.*

43 *In foro ciuili seruari debet ius ciuile non canonicum, quoad præscriptiones.*

44 *Clerici præscriptionis cognitionem ad suum forum trahere conantur, fama ratione, quòd periculum animæ vertatur.*

45 *Imperatores possunt facere, qui patiũtur ecclesiasticos habere merum & mixtum imperium.*

46 *Papa non habet potestatem quicquam disponendi super bonis laicorum.*

47 *Clerici portant conscientiam in capitio, quo abiecto eorum conscientia abiicitur.*

48 *De iure canonico superueniens scientia rei alienæ interrumpit præscriptionem, sed non diobstante.*

49 *Mala fides per superuenientes causas deponi potest.*

50 *Mala fides superueniens aduersus vnum non porrigitur ad alios.*

51 *Defectus superueniens in persona quãdo interrumpat præscriptionẽ.*

52 *Quomodo fiat interruptio præscriptionis rerum incorporalium.*

53 *Ius offerendi formato præscribi potest: at non cum illud ius est mera facultas.*

GLOSSA XX.

Præscriptionis. 1 Pro † aliquali notitia huius exceptionis sciendum est, secũdùm communem opinionem, quòd hæc exceptio est huius naturæ, cuius est exceptio rei iudicatę, de qua proximè dictum est. Nam si hæc opponatur ante litis contestationem, habet impedire processum. si opponatur post litem contestatam habet inducere victoriam circa merita causæ. vt plenè notatur per Iacobum But. in l. omnes. & in l. ſicut. C. de præscrip. 30. vel 40. an. Sic etiam exceptio iurisiurandi. 2 Et generaliter † secundùm Bart. in qualibet alia, per quam proponitur ius agendi, ipso iure deficere in agente. Verbi gratia, in exceptione solutionis & acceptilationis, vt per eũ notat. in d. l. post rem iudicatam & latius in l

nam & postea. in princip. de iureiur. & in l. eleganter. §. si quis post. D. de condict. indeb. & per Cynum in l. emptor. C. de præscript. long. tempo. Facit c. 1. de lit. cont. lib. 6.

3 Deinde † sciendum est, quòd præscriptionum multæ sunt species. est enim quædam præscriptio triennalis, quæ locum habet in rebus mobilibus tantùm. vt Instit. de vsucap. in princip. & C. de vsuc. transfor. l. 1. 4 Alia est † præscriptio quæ competit pro rebus immobilibus, vel seruitutibus, vel iuribus incorporalibus, seu actionibus realibus vel personalibus. & hæc est multiplex. Nam quandoque est decem annorũ, quandoq; xx. quãdoque xxx. quãdoque xl. quandoq; centum annorũ. quãdoque tanti tẽporis cuius memoria non extat.

Quæritur ergo quot sunt necessaria ad præscriptionem inducendam? Respondeo quòd quandoque plura, quandoque pauciora, secundùm qualitatem præscriptionis. Vnde si quæritur de præscriptione triennali, in ea requiruntur illa, de quibus dicam infrà in præscriptione decennali. 5 Si † autem quæritur de præscriptione rerum immobilium, vel iurium incorporalium, tunc aduertendum, quòd aut quæritur de præscriptione x. vel xx. annorum. & tunc pro rebus corporalibus præscribendis quatuor requiruntur. videlicet tẽpus longum, titulus, bona fides, & possessio cõtinuata. Primùm de tẽpore probatur in d. l. 1. C. de vsuc. transfor. & in l. pen. & in l. emptor. C. de præscrip. longi tẽp. & in l. præscriptione. C. quib⁹ nõ ob lõg. tẽp. præsc. Secundũ de titulo probatur in l. nullo. de rei vend. & in d. l. 1. de vsuc. transf. & l. diutina. & l. nec petentẽ. cũ lim. C. de lõg. tẽp. præscr. Tertiũ de bona fide, probatur in l. 2. & l. si fraude. C. de long. tẽp. præsc. Quartum de cõtinuata possessione probatur in l. 1. C. de vsuc. transfor. & in l. fine possessione. D. de vsuc. & in l. 2 C. de long. temp. præsc. & multis similibus notatis per Dyn. in c. fine possessione. de reg. iur. lib. 6.

Pro rebus autem incorporalibus præscribẽdis, puta pro seruitutibus vel iurisdictionib⁹. dic vt §. dicã sub titulo de cõfessoria & negatoria, & eorũ libello. 6 In † præscriptione autẽ xxx. annorũ sufficit vnũ. scilicet possessio cõtinuata, cũ iusto cursu tẽporis. vt in auth. malæ fidei. & in l. sicut. & in l. omnes. C. de præscr. xxx. ann. 7 In † præscriptionib⁹ autẽ xl. annorũ est aduertendũ, an quis velit præscribere cõtra ecclesiam, principẽ. vel ciuitatẽ. quo casu requiruntur illa quatuor, de quibus §. vt habetur in l. fi. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & in l. omnes. C. de præsc. xxx. ann. & traditur in c. de quarta. & in c. illud. in c. ad aures. & in c. quia iudicia. e. ext. de præscrip. & in c. si diligenti. in fi. & ibi per Innoc. & in c. 1. cod. lib. 6.

8 Si † verò velit quis præscribere contra primatũ. videlicet iura hypothecæ, tũc sufficit tẽporis decursus, & cõtinuata possessio. vt l. cũ notissimi. in prin. C. de præscrip. 30. anno.

9 In † præscriptione autẽ centum annorũ. quæ currit cõtra ecclesiam Romanã. tantũ requiritur illa quatuor, de quibus §. dictum est. vt in auth. Quas actiones prælegata, in fi. & 16. q. 3. c. placuit. in fi. & in c. si diligẽti. in fi. & in c. de quarta. in fi. ext. de præscript.

De præscriptione autem tantitempo-

ti temporis cuius initii memoria non existit, non erit præsens sermo, cùm illa locum habeat maximè in iuribus incorporalibus, non omnibus sed aliquibus, de qua traditur in l. hoc iure. §. deductus aquæ. D. de aqua quot. & æsti. & l. si arbiter. D. de prob. & tangam in titulo de forma libelli super confessoria & negatoria.

10 Est† & quædam alia singularis præscriptio quatuor annorum, quæ competit fisco [a] alienanti rem alienam, tanquam propriam. vt traditur in l. omnes. & in l. fi. C. de qua dri. præscr. & notatur per Gl. in l. fi. C. si aduers. fisc. In qua præscriptione requiritur titulus, & alia de quibus suprà. vt probant iura prædicta. Sũt etiã & multę alię species præscriptionũ, de quibus Azo in Brocardis suis.

Nunc autem plenius attingendo materiã præscriptionum, 11 quæramus† ergo quando & quibus casibus locum habet præscriptio x. vel x x. annorum. Respondeo, quòd istis concurrentibus, videlicet cùm quis ab eo, qui non est dominus iusto titulo vel putatiuo, bona fide acquisiuit rem immobilem, eámq; possedit præsente aduersario, per spacium 10. annorum, vel eo absente, spatio x x. anno. & cõtinuè & pacificè, sine aliqua interruptione vel inquietatione. vt hæc probantur in d. l. 2. & d. l. diuinus. & in d. l. nec prætetem. C. de præscrip. long. temp. x. vel x x. ann. cum similibus suprà allegatis. 12 Per † quam præscriptionẽ nõ solum excluditur dominus rei, sed etiam quicunque habẽs rem ipsam hypothecatam. vt in l. 1. & 2. C. si aduersus cred. Et aduerte quia notanter dixi, quando ab eo qui non est dominus res est acquisita. nam si acquisitio est facta ab eo qui dominus est, efficeretur statim dominus acquirẽs, vnde cessaret præscriptio. vt est textus in l. sequitur. in §. Iana. D. de vsu. & l. in bello. §. si quis. D. de capti. & postlim. reuer. Facit Instit. de vsuc. in prin. D. de public. l. 1. cum similibus. Licèt eo casu præscriptio procederet contra creditores ipsius domini, vt dictum est.

13 Deinde † ad declarationem prædictorum quæritur, quis dicatur præsens vel absens? Respondeo, q̃ ille dicitur præsens, qui est eiusdem domicilij cuius est præscribens. Absens verò [b] est, qui est diuersi domicilij vt l. fi. in prin. C. de long. temp. præsc. Vnde in præscriptionibus attenditur potiùs identitas vel disparitas domicilij, quàm personæ præsentia corporalis vel absentia. vt ibi notatur per Glossam & Cy. In aliis autem casibus dicitur quis præsens vel absens alio respectu. vt ibi notatur per Gl. & latiùs in Auth. de fideiuss. §. 1. 14 Veruntamen† absentibus personaliter ex iusta causa dari consueuit contra præscribentem in integrum restitutio. vt traditur in l. quod tẽpore. C. de restit. milit. in l. 1. C. si aduers. vsuc. & in tit. quibus nõ ob. long. temp. præscr. l. 2. & l. ab hostibus, ũ similib⁹ ibi notatis p Gl.

15 Amplius† quæritur, quia superiùs dixi de titulo vero vel putatiuo an quilibet titul⁹ putatiuus sufficiat ad præscriptionẽ? Dic breuiter, aut circa tit. intercessit iust⁹ error, aut in iust⁹. Si quidẽ iust⁹ fuit error, tũc aut tit. fuit vẽditionis: & tunc nõ sufficit iust⁹ error, nisi iterueniat iustissim⁹.

a *Fisco.* Vide singularem limitationem. l. 10. Ro. singul. suis fol. 21.

b *Absens vero.* Sed quis debet probare absentiam? vide Alex. cons. 88. 1. volu.

vt traditur in l.3.D.pro suo. Aut fuit alius titulus, & tunc sufficit iustus error.vt l.Celsus.D.de vsuc.cum similibus ibi notatis per Glossam & Bartol. Vbi autem error fuit iniustus,tunc non habetur pro titulo. vt d.l. Celsus. Concluditur ergo error iustus vel iustissimus habetur pro titulo,secundum prælicta: error autē iniustus non habetur pro titulo. 16 Restat† ergo ad quærendum & declarandum quis dicatur error iustus, quis iustissimus, & quis iniustus. Vbi aduertendum quòd (secundum Bart.in d.l. Celsus) potest dici error iustus,quando quis mouetur ad aliquid credendum consistens in facto proprio, intercurriente aduersarii suasione. Verbi gratia,si dixerit.Trado tibi hunc librum quem tibi donaui. vt probatur in l.3. D. pro suo, & l.si existimans. D.pro soluto.coniuncta. l. 1 D. quando act. de pec. est. & l.doli exceptio. in fi.cum Gl. sua.D.de donat. Iniustus autem error est in facto proprio,nulla aduersarii suasione intercedente.vt l. quāquam. D.ad Velleia.& l.quisquis.C. de rescind.ven.cum fi. Ac etiam error iuris.vt l. nunquam. in prin.& l. Si fuc. §.1. de vsur. Iustissimus verò error est in facto alieno. verbi gratia, si procurator meus, vel seruus, vel negociorum gestor,dixerit se emisse nomine meo.vt D.pro empt. l.quod vulgo.& in l.fi.D.pro suo.& notatur per Gl. in d.l. si existimans. Et eo modo erit iustissimus error,si pater meus, vel auus, vel alius defunctus cui successi. dixerit mihi se emisse,per rationem prælictam.Sic etiam ex rei euidentia apparet iustissimus.vt puta si credebam illum à quo emi esse puberem ex aspectu, cùm tamen adhuc esset pupillus,vel cùm credebam eum esse sanæ mentis,cùm esset furiosus.l. 2.§. si à pupillo.& §.si à furioso. D. pro empt. Est insuper iustissimus error, si de titulo erat fama & opinio inter vicinos. vt in l. cùm quidam. §. quod dicitur.D. de acquir.hæred. Vnde si erit fama vel vox inter vicinos, q pater meus emerat hanc domum, probata possessione,& allegato huiusmodi titulo, cursa erit præscriptio,quod est multùm notabile,secundum Bart.in d.l. Celsus. & sic habes modum practicandi & capitulandi.

17 Pro† huius tamen declaratione subiicio talem quæstionem. Titius possedit domum bona fide, pro sua & tanquam suam,spacio 1. vel 2 x.annorū,contra quem dominus domus agit, domum ipsam vēdicando. excipit Titius de præscriptione,allegando titulū,sed nō probando specialiter de eo, & inducendo longam possessionem. quæritur an hæc duo sufficiant,[a] scilicet allegatio tituli, & probatio possessionis longę,quò ad excludendum dominum ex præscriptione? Quidā dicunt quòd sic.arg. *in l.cùm de in rē* vers. & quod ibi notatur. D.de vsuc. In contrarium determinant Iac. de Aret.Petrus & Cynus prout per eos notatur in l. si maior. C. communi diuid. De quo scripsi infrà sub titulo, Quando agitur pro hæreditate diuidenda.Et procedit hoc,quando allegatur titulus simpliciter,non coadiuuatus aliquo iusto vel iustissimo errore.aliàs enim procederent quæ suprà proximè dicta sunt.

18 Vltra† autem prædicta requiritur probatio traditionis ipsius

rei,facta

a *Sufficiant.* vide. Alex.consil.118.2 lib.

rei,facta ab eo qui nō est dominus. de qua traditione probatur eo ipso, quòd ingressus est possessionem de vera voluntate vel præsumpta eius qui alienauit.vt Instit.de rer. diuis.§. interdum.& l.qua ratione.§. interdū.D.de acquir. re.do. Facit l. quædam mulier.D.de rei vend. & quod ibi notatur.in l.2.C.de acquir. poss. & in l.prędia.D.de acq.poss.cum similibus.Nisi esset facta alienatio ex titulo tali, quo dominiū solet quæri sine traditione. vt puta in legato.vt l. Titio.D.de fur. quo casu sufficeret sola apprehensio possessionis.vt notatur per Glossam & Bart. in d.l. Celsus.

19 *Sed* † *hic* insurgit dubium, an sit necesse quòd traditio fiat ab eoà quo præscribēs causam habet, an verò sufficiat si fiat ab alio? Super quo Bart.in l.cùm solus.D.de vsucap. ita distinguit. Quandoque quis habet titulum ab vno & possessionem ab alio, quandoque dubitatur. Primo casu procedit præscriptio sine dubio.vt in d.l.Celsus.& l.eum qui. §.pe.D.de publ. Secundo casu subdistingue. Aliquādo traditionem possessionis præcedit titulus, & tunc sive præcedat titulus verus vel putatiuus, procedit præscriptio. vt l. non solùm.in § 1.D.de vsurp.& l.2.§. si à pupillo.& §.si à furioso. D.pro emp. Et sit ratio,quia tunc mutatur causa possessionis de vitiosa in iustā. vt l.cùm nemō.C.de acquir. poss.& ibi de hoc, & hoc verū, si ille à quo quis consequitur titulum sciebat illum possidere. aliàs secus, secūdùm Bart.arg.in l.huius rei. cum ibi notatis. D. de rei vendic. Quandoque econtra titulus præcedit possessionem.& tunc aut ipse præscribens opinatur se habere titulum & possessionem ab eodem, licèt veritate inspecta habeat à diuersis. & tunc sufficit ad præscriptionem. vt notatur.in d.l. cùm nemo. Aut opinatur se habere à diuersis,& ita in veritate habet. & tunc aut vnus vendidit, & alius ex diuersa causa possessionē tradidit,& tunc non inducitur præscriptio: quia oportet quòd ex eadē causa res sit tradita.vt in l.eum qui. §.pen.de publ. Si autem fuerit tradita ex eadem causa, tunc cōsidera, aut titulus præcedēs erat putatiuus, & tunc non procedit præscriptio. vt in d.l.Celsus.aut erat verus,& tūc procedit præscriptio sine dubio. vt probatur ex legibus omnibus, quæ de traditione rei legatæ loquuntur. vt D.Pro legato.per totum. & lege Pomponius.§.& si legato. D. de acquir. possess. & l. eum qui. §.pen.D. de publ.ibi, *eo nomine*. Tertio principali casu,cùm dubitatur à quo habeat possessionem, an ab eo à quo habuit titulum,vel ab alio, & an ex eadē causa,vel diuersa. Tunc dicendum est secundùm Bart. quòd præscribens præsumitur habere possessionem ab eo à quo habet titulum, & ex causa eiusdem tituli,si is à quo habet titulum tempore alienationis possidebat.vt in d.l.quædam mulier. D. de rei vend.cum ibi notatis. & l.2.C.de acquir. possess.cum similibus. Si verò non est probatū quòd ille tunc possideret, tunc in dubio præsumitur sibi tradita possessio ex eadem causa. Nam collatio tituli inducit licentiam de ingrediendo & accipiendo possessionem ipsius rei.vt probatur in l. hæc ti res. D. de rei vend.& ibi not.per Lac. de Are.& per Bar.in l.prędia.D.de acq.possess.

20 Adhuc† pro horum declaratione superest videre, an in hac

præscriptione sit necessaria traditio vacuę possessionis? Et videtur quòd non. per l.si fundum. D.de fun.dota. In contrarium est veritas, secundùm omnes, per l. fine possessione. & leg. naturaliter. D.de vsuc. de qua notat. per Cyn. in l. cùm res. C.de proba. & d.l.2.de acqui.poss. & per Iaco. But. Inst.de actu. §. aliæ. Nec obstat d.l.si fundum. quia loquitur in domino alienante, qui rei ab alio possessæ potest dominium transferre. Hic autem in non domino alienante, qui non potest dominium quod nō habet transferre. vt in regula, Nemo plus iuris: sed solùm causam præscribendi ad quam præscriptionem est necesse, q òd possessio ab alio non sit occupata. vt dictum est.

Et hæc faciant ad quotidianam quæstionem, quam potuit Iaco. But. Instit. de actio. in §. sed istæ. & Burt. in d.l. Celsus. 21 Ecce † debitor obligauit creditori suo omnia bona sua (vt fit quotidie in instrumētis) quæ bona eius nomine constituit se possidere & tenere. deinde ipse debitor vnam ex ipsis rebus obligatis vendidit cuidam alteri, quā rem ipsius emptoris nomine constituit se tenere & possidere. quæritur an in hunc emptorem tranſeat dominium vel vsucapiendi conditio? Et videtur quòd non. quia ad hoc vt trāſeat dominium, si dominus erat, vel causa vsucapiendi si dominus non erat, necesse est quòd ipse venditor qui rem tradit, sit ipsius rei possessor. sed hic non possidebat, sed creditor. per l. quod meo & l. quamvis. §. si cōductor. D. de acquir. poss. & l. quæ iam mulier. D. de rei vend. Ergo, &c. In contrariū determinant dicti doctores. quia licèt possessio tam ciuilis quam naturalis tranſierit, per constitutum in creditorem (vt l. qui pignus. D. de acquir. possess. & lege si serui nomine. D. de vsuc.) quantum ad effectum debiti conseruandi, tamen quantum ad effectū dominii retinendi vel quærendi seu transferēdi, creditor dicitur possidere debitori & non sibi. vt habetur & notatur in l. cùm notissimus. in §. sed cùm illud. C. de præscrip. 30. an. & in d.l. si serui nomine. D. de vsuca. & l. non solùm. in §. si rem. & l. qui pignori. D. eo. cum simil. Ideóque sequitur quòd debitor alienans transferat dominium si dominus est. vel causam vsucapiendi si non est dominus. vt l. claudius. D. de contrah. empt. Vbi autem debitor precario nomine constituisset se tenere & possidere à creditore, tunc alienando in dubio priuaret creditorem omni possessione, & omnia transferret in emptorem. vt probatur in l. interdum. §. fin. & ibi notatis. D. de acquir. possess. Sic ergo differt, an simpliciter quis constituat se tenere, an precario nomine. 22 Nec mirū † si creditor solùm possideat quòd ad effectum debiti conseruandi. quia præ cæteris solùm vnumquemque tuetur in possessione sua, respectu illius iuris tantùm quod habet in ipsa re, & non in plus. vt in l. si duo. §. videamus. versi. certum. D. vti possid.

Deinde quæritur, quia superiùs dictum est, quòd bona fides in præscriptione requiritur, qualiter de ea probabitur? 23 Dicunt † doctores, quòd quando procedit titulus verus vel putatiuus, etiam cum errore iusto, quòd bona fides præsumitur. vt probatur in l. igitur. D. de liber. causa. & in textu & Gloss. in l. pen. C. de euict. & notat. in l. si fir. §. 1. D. de vsuc. & per glos. in c. ii dili-

genti.

genti. de prescrip. Et in hoc stabitur cōscientiæ ipsius præscribentis. argumento eorū quæ notantur per Glo. Instit. de actio. §. aliæ. Sed contra prædicta videtur illa regula, quæ dicitur, Quod tuum non est, scire debes ad alium pertinere. vt l. fi. C. vnde vi. Ergo ex tali præsumpta scientia debet potius præsumi mala fides quā bona. Sed respondetur secundū Bar. ꝙ dicta regula locū habet in eo qui probaret de antiquiori possessione. arg. c. licet. ext. de probat. Præterea titulus facit præsumi pro eo, qui tradidit, vel cui traditur, alio non apparente. quia ius commune non repugnat huic possessori. vt in c. 1. ext. de prescrip. lib. VI. ficque licitè pōtest hic possessor dicere, Quòd ad te liberas ædes habeo. vt in l. secuti. §. si quæratur. & l. loci corpus. §. competit. D. si seruit. vend. Et hanc opinionem sequitur Cyn. in l. super longi. C. de prescrip. long. temp. & Dyn. in regulis, Possessor malæ fidei. quæ opinio secundùm eos procedit solùm, cùm præcedit titulus verus vel putatiuus, cum errore iusto, secus si iniusto, vt dictum est.

24 Præterea quæritur † qualiter probetur mala fides in prescribente? Respondeo multiformiter. Primò si fuit eidem denunciatum, quòd res erat aliena. vt l. si fundū. C. de rei vend. Secundò, si prescribens ipse hoc confessus fuit extra iudicium. arg. in l. Labeo. D. de suppel. lega. Tertiò, si inter eius vicinos erat de hoc fama. nam tunc ipse scire præsumitur. vt ext. de præsump. in c. quantò. Quartò, si emit contra leges. vt l. quemadmodum. C. de agris & cens. & in c. qui contra iuris. & ibi per Dyn. de reg. iur. lib. VI. Quintò, si emit ab eo cui sciebat bonis interdictum, & sic cōtra iura. vt l. qui fundū. §. qui sciens. D. pro emp. & l. fin. C. de authen. præstan. & l. eum qui. eo. tit. cū similibus, & notatur per Cl. in d. c. si diligenti.

25 Item † quæritur de alio, an cōtra ignorantē [a] currat præscriptio? Conueniunt omnes ꝙ sic, cū præscribitur res corporalis, puta domus vel fundus. vt probat textus & ibi Glos. in d. l. fin. C. de long. temp. præscrip. & idem sequitur Glos. in l. 1. C. de seruit. In rebus autem incorporalibus non currit præscriptio contra ignorantem. vt habetur & notatur in d. l. 2. de seruit. & ibi per Cyn. & dicam infrà in titulo de confessoria. 26 Veruntamen † Bar. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itin. actúq. priua. dicit quòd propter iustā ignorantiam danda est in integrum restitutio ex clausula generali, de qua in l. 1. in fin. D. Ex quib. caus. maio. Ego puto ꝙ nō omnis ignorantia præbeat restitutionem. nam si sic faciliter daretur, non esset differentia, quantum ad effectum inter præscriptionem rerū corporaliū & incorporaliū, quā iura facere voluerūt. Sed si aliqua iusta causa (ex his quæ traduntur in materia Quod tempore. C. de rest. milit. in §. rursum. Instit. de actio. & in l. nec nō. §. exemplo D. ex quib. caus. maio.) interueniret, quę causa præstitisset ignorantiæ, bene crederē ęquū restitutionem dari. & ita puto Bar. intellexisse. 27 Post hæc adhuc quæritur, quia in præcedentibus dictum

a *ignorantem.* Vide Angel. con. 196. Alex. cons. 71. 2. volum.

est quod requiritur continuatio & non interruptio possessionis, qualiter probabitur de continuatione possessiõ? 27 Dic† secundũ quosdam (quos refert Speculator in tit. de prob. §. 1. vers. sed quæritur) quòd probatur hoc modo. videlic. quòd omni anno, temporibus debitis, recolligit fructus. vt in l. Titia. D. de solut. l. litibus. C. de agric. & cens. lib. XI. Nec enim opus est q̃ continuè stet in fundo. arg. in l. si vir. & l. si quis ita legauerit. & ibi notatis per Bar. & Bal. D. de cond. & demon. Probatur etiam secundo modo, videlicet probando extremitatem,[a] scilicet initium possessionis de præterito, & possessionem de præsenti. nam per hoc concluditur circa media. & sic præsumptio sumitur, quòd medio tempore possidet. arg. in l. pe. C. de apochis publicis. lib. X. vel secundum Cyn. (vt per eum notatur in d. l. si super longi. & per Bar. in d. l. Celsus) Dic quòd probãdo se semel apprehendisse possessionẽ, ex qua sequitur & probatur cõtinuatio ipsi⁹ possessionis: quia vbi quis semel possedit, si adhuc se asserat possidere, præsumitur continuè possedisse. vt plenè traditur in l. fine possidetis. C. de prob. & l. licet. C. de acquir. pos. & l. non ignorabit. C. ad exhib.

28 An † autem in præscriptione complenda possit præscribens tempora sui auctoris cõmungere cum suis? Dicendum est quòd sic. vt plenè per Bar. traditur in l. Pomponius. §. cùm quis. D. de acquir. pos. cum similibus ibi notatis. & dicam infrà super titulo de positionibus in Gl. quæ incipit, *hæc est octaua positio.*

29 Quid † autem si testis inductus ad probandum de cõtinua possessione dicat quòd Titius possedit à X. annis citra[b], an per hoc probatur continua possessio X. annorum. Dicũt doct. (& maximè Host. & Io. And. in d. c. licet) quòd non. quia ista præpositio *citra* potest verificari in vno anno. Vnde dictum testis de necessitate nõ concludit, q̃ toto tẽpore X. annorũ possederit. Pro quo facit l. 1. §. qđ autẽ. D. de aqua quot. & æsti. Si autẽ testis deponeret cum copula, verbi gratia: Titus possedit à X. annis & citra, tunc virtus illius copulæ operatur, vt cõtinuè possedisse intelligatur. vt sit sensus q̃ initiũ possidendi fuit ıã ab annis X. & inde ipsa possessio fuit continuata spacio dicti tẽporis. ad quod facit c. veniens. ext. de præscrip. & d. c. licet. Veruntamẽ ad tollendã omnẽ dubitationẽ fiẽda sunt in lite capitula & positiones hac forma, videlicet, Quòd talis possedit hanc domũ cõtinuè spacio x. vel xx. annorũ. &c.

30. Similiter † formare debet capitulũ taliter, per quod concludatur, & præscriptio fuerit completa, & finita ante præsentẽ *litẽ* motam vel inchoatam, specificando annum & mensem, quo dicatur cõpleta. quia si testis deponeret, vel capitulum similiter diceret, quòd talis possedit spacio X. annorũ proximè præteritorum, sequeretur q̃ præscriptio esset completa post litem inchoatam. & sic post interruptionem factam, & per consequens nihil prodesset. quia tempus computaretur à die redditi testimonii,

a *Extremitatem.* Adde Alex. cons. 51. Franc. de Ate. cons. 63.
b *Citra.* Adde vt per Rom. cons. 320. & vide. de hac dictione Old. cons. 69.

vel

vel capituli producti. Amplius debet diligenter aduertere is qui capitula producit, vel testes inducit super præscriptione, quòd nō simpliciter dicatur, quòd talis possedit x. annis, quia talis seruo confusus redderet testimonium nullum, quia ignoratur de quibus annis loquitur, seu deponat, & posset euenire quòd vnus de decem annis, alius de alijs decem deponeret, & sic essent singulares, & non probarent. vt in d.c. licèt. & in c. cùm tu. ext. de testib.

31 Præterea † cū duplex sit possessio, scilicet ciuilis & naturalis (vt habetur in l.3. in fi. ff. ad exhib. & tāgitur in l. licèt. C. de acquir. poss. & in l.1.§.1. D. pro hære. & plenè per Bar. in l.1. in prin. D. de acquir. poss. & per Dy. in regula, Sine possessione, de reg. iur. lib. vi. (quæritur ex qua possessiõe procedat præscriptio, an ex sola ciuili, vel ex sola naturali, vel ímo ex vtraq; ? Aduerte, in hoc varia scripta sunt, & primò Dy. disputat hãc quæstionẽ in d. regula, Sine possessione, post eũ Iac. But. Inst. de act. o. §. quòd si agatur. & Bar. in d.l.1. in prin. & l.3. §. ex plurib⁹. & §. ex cõtrario. D. de acquir. poss. Tu autem pro concordia omnium potes sic distinguere sub breuitate. Aut quæritur de præscriptione directi dominij, vel vtilis, quod habet absorbere vires directi: aut quæritur de præscriptione vtilis dominij, vel alterius iuris quod recognoscit ipsũ directum dominium. Primo casu sufficit sola ciuilis possessio. vt probatur in l.1.§. per seruum qui in fuga. D. de acquiren. possessio. & l. seruj. & l. filij. D. de fun. & l. de accessionibus. D. de diuer. & tempo. præscri. nec sola naturalis sufficeret hoc casu. vt l. acquiritur. §. fin. D. de acquirer. dom. & D. ad exhibe. l. Celsus. §. Iulianus. & D. de acquiren. possessi. l.1.§. per seruum. Facit ad hoc quod notatur per gloss. in l.1. C. de ser. fugit. & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. D. commod. & in l. malè agitur. C. de præscrip. 30. an. & in d. §. ex contrario. in fine magnæ Glo. Licèt Iac. But. in d. §. eque dicat quòd in præscriptione huius dominij sit necessaria vtraque possessio, per l. nemo. C. de acquirenda poss. & l. naturaliter. ff. de vsuca. Quæ opinio est falsa, secundùm Bar. per l. si id quod §. fin. D. de acquiren. possess. & l. qui fundum. in prin. D. pro emp. & per d. §. qui in fuga, coniuncta. l. si cui. §. licè. D. de lib. causa. Secundo autem casu principali, die quòd sola naturalis sufficit ad præscriptionem, vt patet in fructuario, qui ius vsufruct⁹ præscribit. vt habetur & notatur per doc. in l. si. C. de præscrip. longi temp. in fi. Et tamen solum naturaliter possidet. vt l. naturaliter. D. de acquiren. possessio. Hoc idem patet in superficiario, feudatario, & emphyteuta, qui præscribunt, & tamen naturaliter tantùm possidente. vt in l. si finita. §. si de vectigalibus. D. de damno infecto. & in c. si quis per xxx. annos. Si de feu. fuer. controuer. x. collatione. Puto tamen quòd Iaco. But. intellexit, quòd sola ciuilis non sufficit, quando naturalis est per alium occupata, quia tunc fieret interruptio. vt in d. l. naturaliter. Vbi autem non est ab alio occupata, quòd tunc sufficit ciuilis, quæ trahit ad se naturalem per alium non occupatam, & sic absens præscriberet per l. peregrè. cum ibi notatis. D. de acquir. poss.

32 Sũt † tamẽ aliqui casus in iure excepsati, in quibus non currit præ-

ſcriptio lõgi temporis quos enume rat gl.in §.res fiſci.Inſti. de vſuca.& plenius in c. cùm non liceat ext. de præſcrip.

Primus eſt in obedientia,quæ debetur ſuo ſuperiori.[a] vt in d.c. cùm non liceat.

Secundus eſt in procuratione ſeu viſitatione[b] legati Papæ vel Imperatoris.vt in c.accedens. ext.de præſcrip.

Tertius eſt in decimis per laicum poſſeſsis. vt in c. cauſ. quæ ext. de præſcrip.

Quartus eſt in matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. vt in c.non debet.in fin.ext. de conſan.& affinit.

Quintus,in tributis & functionibus publicis. vt C.de p. ſcriptio.30. anno.l.competit.& 16. quæſtio. 3. §. pen.& §. quòd ſi priuatus. cum ſeq. & In § ſed aliquando.Inſti.de vſuc. (& in l.fi.C. de præſcript. long. tempo.quæ pro lib.comp.

Sextus in curiali, qui à curia non eximitur curſu temporis.vt l.præſcriptionem.C.de præſcrip. long.temp.

Septimus eſt tẽpore quo vacat eccleſia rectore ſuo.[c] vt in c.1. & in c. de quarta ext.de præſcrip.

Octauus eſt,dũ eſt ſchiſma in eccleſia Dei. 33 ſicut moderno † tẽpore,quo ſunt duo Papæ, qui iam durant xxx. annos & vltra & perſeuerabit, nec vnquã quieſcet Eccleſia nec Italia, donec ipſa eccleſia poſſideat ciuitates vel caſtra , & donatio eidem facta per Conſtantinum fuerit per aliquem probum & potentem Imperatorẽ penitus reuocata, cùm non bene cõueniant pſalterĩ cum cithara,nec dictũ ſit à Chriſto nec à beato Petro, quòd poſſidere debeãt talia , ſed quod eſt Cæſaris reddatur Cæſari,& quod eſt Dei,Deo.

Nonus eſt, in quo ceſſat currere præſcriptio , videlicet tempore hoſtilitatis[d] humanæ.vt extrà de præſcrip.in c.ex tranſmiſſa.& C.quibus non ob.long.tempo.præſcrip. l.ab hoſtibus.& 16.q.3.in.c.primates.Idẽ dic de hoſtilitate diuina,tẽpore mortalitatis , per quam homines impediuntur ius ſuum proſequi argumẽto iurium prædictorum, ſecundùm Bart.& per eum notatur in d.l. naturaliter.D.de vſuc.

Decimus eſt contra auctoritatem & iura eccleſiaſticæ diſciplinæ. vt in c.cùm inter de conſtitu. lib.6.

Vndecimus eſt in confinibus ſeu limitibus[e] Eccleſiarum. vt in c. ſuper eo ext.de parroch.& 16.q.3.in c. quicunque &c.licèt in regulis.

Duodecimus , eſt in re ſpirituali iniuſto titulo acquiſita. vt in c.præterea.ext.de tranſact.

XIII. eſt in via publica. vt D. de via pub.l viam publi.

XIIII. eſt. *in omnibus locis publicis ciuitatum.* vt l.fin.in princip. & l. vſucapionem. D. de vſuca. & l. præſcriptio.C.de oper.pub.

XV.eſt in re ſacra.

XVI. eſt in re fiſcali. & hæc duo habentur in l. vſucapionis, prælegata & Inſti. de vſuca. §. res fiſci. &

a *Superiori.* de hoc dic,vt per Old. conſi.259.
b *Vel viſitatione.* Vide Rom.conſ.364.Cald.conſi.2.de præſcript.
c *Rectore ſuo.* Adde vt per Cald.ti.de præſcripti.
d *Hoſtilitatis.* vide Ab.conſi.46.& 94.2.lib.
e *Limitibus.* intellige ſanè quia licèt limes diœceſis non poſſit præſcribi , limes tamen territorij præſcribi poteſt: vt dicit Old.conſi.23.

in §.

in §. sed aliquando.

XVII. est in re data præsidi contra legem Iuliam repetundarū. vt l. quicquid contra. D. ad leg. Julian. reper.

XVIII. in re pupilli. vt D. de acquir. rer. dom. l. bonæ fidei.

XIX. in fundo dotali. vt D. de fundo dotal. l. si fundum.

XX. in pupillo. vt l. si. C. in quibus causis in integ. restitu. non est necess.

XXI. in vxore, contra quam in eius dote non currit præscriptio matrimonio durāte, etiam xx vel centum annorū, nisi ipso matrimonio soluto, vel eo pendente si maritus vergat ad inopiam quod est notabile: & multæ mulieres in hoc fallūtur. vt habetur in l. in rebus. §. fin. C. de iur. do. & per gl. in l. sicut C. de præscri 30. annor.

XXII. in rebus sub conditione debitis, vel obligationibus sub conditione contractis, quibus non currit præscriptio ante condītionis euentum. vt l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscript. 30. anno. & notatur per Gl. in d. l. sicut.

XXIII. est in filiofamilias, cōtra quem durante patria potestate non currit præscriptio aliqua. vt l. i. in fi. C. de annal. excep. & in l. quæcunque. in fi. C. de bo. quæ lib.

XXIIII. est durante suspensione prælati, quo casu non currit præscriptio. vt in c. quia diuersitatem. ext. de concess. præben.

XXV. est in iure offerendi, quod competit debitori pro solutione pignorum, secundùm opiniones do. licèt Gl. contrā sentiat vt plenè notatur in l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. C. de præscrip. 30. anno. & per Bart. in l. pignori. D. de vsucap.

XXVI. est in implemento conditionis potestatiuæ, vt notatur per Bart. in d. l. pignori, quod probatur, quia lex dicit, quòd talis conditio potest impleri vique ad vltimum vitæ spiritum. vt in lege seruus quoque. §. fin. D. de hæred. instit. & in l. fin. D. de condic. instit. Ergo, &c. quòd multùm notandum pro illis qui sæpè promittunt rem aliquam vendere certo precio, nullo determinato tempore.

XXVII. est tempore quo iacet hæreditas. vt habetur & notatur per Gloss. in l. ea quæ. C. de temp. appell. quā opinionē sequitur Cy. & Petrus in l. licèt. C. de iure del. lib. & idem sequitur ibi Bart. & Bald. Aliqui tamen tenent contrā per textum in l. Iulianus in princip. & l. cùm miles in prin. D. ex quib. caus. maio. Sed ibi loquitur in præscriptione inchoata cum defuncto, quæ completur & perficitur hæreditate iacente. Secus autem est in non inchoata, de qua loquitur Cyn. & Gloss. Licèt alibi Gl. in l. hactenus in prin. D. de consti. pecun. teneat contrarium.

XXVIII. est in eo qui precariò possidet, qui contrā eum à quo præcariò possidet non præscribit. quod multùm notādū propter debitores, qui in instrumentis obligant omnia bona sua. quæ constituunt se precario nomine possidere à creditoribus. Idem dicas in quocunque colono, commodatario, depositario, feudatario, emphyteuta, & partiario, & generaliter in quocunque alterius nomine possidente, donec inter eos fuerit interuersa possessio: & hæc probantur in l. malè agitur & l. cum notissimi. in fin. cùm ibi notatis. C. de præscri. 30. an. & 40. habetur & notatur per

Gloss. in c. cùm non liceat & per Inno. in c. extrâsmittâ. ext. de præscrip. & in d. c. si diligenti. eo tit. & 16. q. 3. c. clerici. & in c. seq.

34 Nũc † quæritur quis effectus insurgit ex præscriptione? Dic quòd multiplex. Vnde distingue. Aut loquimur in vsucapione rei mobilis, & per eam acquiritur dominium directum: aut loquimur in præscriptione 10. vel 20. annorum, vel bona fides tantùm, aut interuenit titulus & bona fides, & tunc idem. Aut cessauit titulus & bona fides, & tunc nullum quæritur dominium, sed sola exceptio. vt notatur per Dyn. in c. possessor malæ fidei. Alius est effectus insurgens ex prædictis, quòd si præscribens cadat à possessione, & perueniat ad dominum, vel ad aliũ extraneum, an possit ab eis rem vendicare? Distinguitur: aut loquimur in vsucapione, vel præscriptione x. vel xx. annorum: & vtroque casu poterit rem à domino vendicare aut loquimur in præscriptione xxx. vel xl. annor. & tunc subdistinguitur: aut fuit bonæ fidei possessor, & tunc poterit etiam rem à domino vẽdicare, secundùm aliquos, licèt aliqui contrà: aut fuit malæ fidei, & tunc poterit à nullo vendicare. vt prædicta omnia habentur & notãtur in d. l. si quis emptionis. C. præscrip. 30. vel 40. annor.

Restat nunc videre quibus modis præscriptio interrumpatur, quia interruptio impedit præscriptionem. vt l. naturaliter. ff. de vsuca. 35 Pro † cuius euidentia est sciendum, quòd duplex est interruptio, quædam ciuilis, quædam naturalis. vt notatur per Glo. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. l. cùm notissimi. §. sed & ũ quis. & in c. illud ext. de præscrip. Li cèt modi interrumpendi sint longè plures. Ciuilis autem interruptio est illa quæ fit per litis contestationem. vt traditur in l. fin. C. de præscrip. 30. anno. Quo casu latiùs sic considera.

36 Quædam † est præscriptio inducta fauore tantùm præscribentis, vt est vsucapio. & in hac per litis contestationem non fit ipso iure interruptio præscriptionis, sed in effectu sic. vt habetur & notatur in l. si post acceptũ. D. de rei vendic. Quædam est præscriptio inducta odio negligentiæ non petentis tantùm, vt est præscriptio 30. vel 40. annor. & tunc per solam missionem executoris fit interruptio. vt l. sicut. C. de præscriptio. 30. annor. Quædam est præscriptio mista, vt est præscriptio 10. vel 20. annorum. Et in hac per solam litis contestationẽ fit interruptio ipso iure & in effectu. vt l. moræ. C. de rei vendic. De quo *plenè notatur* per Cyn. & per alios in d. l. sicut. & per Bart. in l. 2. §. fi. D. pro emp. Secũdò principaliter fit interruptio, per quandam quasi litis contestationem, quæ inducitur per denunciationem factam domino, per eius colonum vel inquilinum, de lite contra eum *mota super re.* vt in l. 2. C. vbi in rem act. & ext. vt lit. nõ contest. in c. quoniam frequenter. §. si super. Tertiò per pignorum datione vt in d. l. cùm notissimi. §. imò & illud. Quartò, per vsurarum solutionem, vel aliam debiti agnitionem, in totum vel pro parte. vt in d. l. cùm notissimi. §. sed & si quis emptionis. in fin. C. de præscrip. 30. anno. Quintò, per libelli oblationẽ factam principi in actionibus prætoriis & annalibus. vt l. 1. & 2. C. quãdo lib. prin. da. Sextò, quando propter aduersarij potẽtiã, vel absentiã

non

non potest contra eum lis contestari, quia tunc sufficit protestatio facta coram iudice, secundùm formã l. Vt perfectius. C. de anna. excepr. & 16. qu. 3. in §. potest. versic. is autem. Septimò per synodalem proclamationem, quãdo aliter lis non potest contestari. vt in cap. sanctorum. & per eam quæritur vtile dominium: aut loquimur in præscriptione 30. vel 40. annorum. & tunc ext. de præscript. & ibi notatis. Et hæc de ciuili interruptione.

37 Naturalis † verò interruptio fit tribus modis. Primò per ipsius rei apprehensionem & occupationem, vel possessoris expulsionem. vt hæc probatur in d. l. naturaliter. D. de vsucap. Secundò fit per fluminis inundationem. vt plerunque accidit in terris & possessionibus situatis iuxta Padũ, & alia flumina magna, quæ sæpè inundantur. vt traditur in l. per vniuersas. in §. idem Labeo. & l. possideri. in §. Labeo. C. de acquir. poss. Et idèo in ciuitate Papiæ (vnde mihi origo est) viget statutum, quòd propter aliquam inundationem Padi vel Ticini non interrumpatur præscriptio. Tertiò, si qualitercunque possessor desierit possidere. vt l. is qui. D. de acquir. possess. cum similibus. quia cessat vnũ substantiale præscriptionis. quòd est continuata possessio. vt suprà dictum est, & traditur in l. 2. de præscript. long. temp.

38 In † præmissis autem dubitari solet de vno. videlicet an pignoris datio seu pignoris acceptio sit interruptio ciuilis, an naturalis? Quod est vtile scire, propter ea quæ infrà dicam. Et videtur quòd sit ciuilis, per ea quæ suprà dixi. Attẽde, Gio. in d. §. imò & illud. in l. cùm notissimi, tenet quòd sit naturalis. & idem sequitur gl. in d. l. naturaliter. & in l. 2 duo pro. §. si super rebus. D. de re iudic. Verùs tamen est, q̃ sit ciuilis, secũdùm Iacobum de Are. & Cyn. vt per eum notatur in d. §. imò & illud.

39 Sed † hîc videamus quæ sit vtilitas, an interruptio sit ciuilis vel naturalis? Respõdeo quòd magna. nam interruptio naturalis prodest omnibus contra quos currebat præscriptio. vt d. l. naturaliter. & ibi notatis. Sed interruptio ciuilis solùm prodest ei qui actum interruptionis exercuit, nec eius personam egreditur. vt traditur & notatur in l. 1. C. de long. temp. præscrip. & l. fin. C. de præscrip. 30. ann. & notatur per gloss. in d. l. cùm notissimi. §. imò & illud. & §. sed & si quis.

40 Deinde † quæro, an effectus interruptionis adhibitę contra vnũ porrigatur ad omnes ad quos commodum præscriptionis extendebatur? Exemplũ in plurimis correis debendi, & in debitore & eius fideiussoribus. De qua quæstione tangitur per glo. & doct. in l. fin. C. de duo. reis. & per Bart. in l. cùm quis. §. si quis pro reo. D. de solu. Prò cuius pleniori decisione distingue. Aut loquimur in pluribus correis, aut in debitore & fideiussore. Primo casu dic, siue sint plures rei debendi siue credendi, quod interruptio facta per vnum prodest & nocet alteri. vt in d. l. fi. C. de duo. reis. Secundo casu an interruptio facta contra debitorem noceat fideiussori, & ad ipsum fideiussorem extendatur, sunt contrariæ opiniones & sententiæ. Dicunt enim quidam, quòd sit etiam idem in fideiussore, quod suprà dictum est in correo.

quam opinionem sequitur glo.in l. si fideiussor. §. fin. D. mandat. & alia glossa magna.in fin. d.§. si quis pro reo. Et pro hac opinione facit regula,quæ est, Quod mora rei porrigitur ad fideiussorem. vt in l.mora.& l.si seruum.§. nunc videamus. D.de verb.oblig. Alii autem dicũt, quòd non porrigitur ad fideiussorẽ, quia reus principalis & fideiussor tenetur diuersis obligationibus, ideo ex separatis non infertur. probatur in d.l. 1.de præscriptio. long. tempo.& l. fin.de præscrip.30.anno. Nam plures rei tenẽtur eadem specie obligationis. vt in l.2. & l.eadẽ. D.de duo.reis.Item correorum obligationes sunt omnes æquè principales. vt l. si reus. D. de duob. reis. Sed debitoris obligatio est principalis,& fideiussoris accessoria.vt in l.generaliter. D. de fideiuss. cum similibus.& in l. Cùm principalis D. de reg.iur.& l. cùm lex. D.de fideiuss. Ergo, &c. quam opinionẽ sequitur glo.par.in d.§. si quis.& ideò tenet eam Bar. & similiter Cyn.in d.l.fin. de duob.reis. Nec obstat.d.l. mora. cum similibus,quia ibi loquitur de perpetuatione actionis fiendæ, rei peremptione non obstante,& sic de conseruatione actionis agitur culpa debitoris accedente. Hic autem loquitur de perpetuatione actionis tollendæ, & auferendæ ex sola negligentia creditoris, nulla accedente culpa debitoris.& sit ratio, quia fideiussor debet teneri de facto & culpa debitoris,cùm in omnem casum fideiusserit. vt in d. l.si seruum. §.sequitur.in fin. Vbi autem cessat eius culpa,sed interuenit culpa alterius, tunc quia in omnem casum non fideiussit, ideo non tenetur. & per consequens interruptio facta, seu solicitudo adhibita contra debitorem, non excusat creditorem ab eius negligentia, quæ interuenit contra fideiussorẽ. Et hic patet quod fideiussor poterit liberari præscriptione,mora rei non obstante.

Vltra prædicta quæritur. Vidimus quòd bona fides & iustus titulus requiritur in præscriptione 10. vel 20.annor.maximè tempore cõtractus venditionis.vt in c.si diligẽti de præscrip. 41 Quid † si ex postfacto interueniat mala fides vel defectus tituli,an per hoc interrumpatur præscriptio? Distingue quantùm ad titulum,aut ex superueniente defectu tituli rei dominium mutatur, nec in alium transfertur. & tunc præscriptio non interrumpitur.vt l.si hominem.D. de vsucap.Aut rei dominium mutatur, & in alium transfertur si dominus erat. & tunc quantùm ad acquirentem præscriptio nõ interrumpitur: sed tamen auctoris sui possessio cõiungitur.vt in l.Pomponius.§. cùm quis.& §.si ista, verbic. 1. D. de acquir. possess. Quantùm autem ad trãsferentem præscriptio interrumpitur.vt l.quæsitum 2. responso. D. de acquir.rer.dom.

42 Vbi † autem superuenit defectus bonæ fidei, tunc aut mala fides superueniẽs habet in se simplicem scientiam rei alienæ, aut quòd res sit furtiua.Primo casu secundùm iura ciuilia nõ interrumpitur præscriptio.vt in l.1.§. proculdubio. C. de vsucap. trãsfor.& l.iusto.§.si possessionis.& in l.sequitur.§.D.de illo. D. de vsucap.& in l.clàm possidere. in prin.D.de acquir. possess. Sed secundùm iura canonica fit interruptio. vt in c. fin. ext.de præscrip.& ext. de re iudic. in c. possessor malæ fidei.

Ex fideiiib. 6. Secundo casu principali cum res est furtiua, tunc vtroque iure fit interruptio. l. ii ancillã. in prin. D. pro suo.

43 Pro † declaratione tamen quæro circa præscriptiones, quòd ius seruabitur in foro laicorum, an ciuile vel canonicum? Dicunt quidam seruari debere ius canonicum, propter animæ periculum. argumẽto eorum quæ traduntur in c. 2. ext. de iureiuran. & in c. fin. ext. de foro competen. quia in respicientibus fidem & animam non dedignantur leges sacros canones imitari. vt in authen. Vt clerici apud proprios episcopos. §. si verò. cum similibus. Quam opinionem videtur sequi Hostien. in d. c. fin. & Ioan. Andr. in d. c. possessor. Alii sunt qui tenent oppositum, & dicunt quòd in foro ciuili seruandum est ius ciuile. per ea quę notantur in cap. ext. de oper. noui nunci. Quam opinionem tenet expressè glos. in d. c. fin. ext. de præscript. Et ita tanquam verior practicatur communiter. Veruntamen Bartolus (qui erat homo subditus ecclesiæ) voluit distinguere in d. l. Celsus. & in l. sequitur. §. si viam. D. de vsucap. Cuius opinio non attenditur nec practicatur. Tene ergo præcedentem vt vtiliorem.

44 Nec † obstat quòd periculum animæ vertatur, quia ista ratio (salua reuerẽtia) est multum fatua, cùm per eam sequerentur infinita absurda, & totaliter esset destruere legum potestatem & auctoritatem, & per consequens vires imperii attenuare, imò funditus annihilare. Quod quidem euidentissima ratione demonstratur. In contractibus enim emptionum & venditionum, locationum & conductionum, necnon permutationum, & depositi, commodatorum, & mutuorum, & similibus, vertitur animæ periculum vt plurimum, si ex re aliqua interueniat deceptio vel in precio, vel in re, & sic peccatum committitur. vt inquit sanctus Thomas de Aquino in secunda secundæ, rubrica. De vsuca. & vendi. Sicque de huiusmodi contractibus, & infinitis aliis commutationibus & commerciis disputandum esset in foro clericorum, & iudicandum secundùm canones. quo nihil absurdius dici potest, & ideo nullatenus tolerandum.

45 Malè † ergo & pessimè faciunt Imperatores sustinere quòd clerici habeant merum & mistum imperium, quia dominus dixit Petro, Conuerte gladium in locum suum. &c. prohibens sibi expressè, quòd de his se non intromitteret. & hoc sequitur Petrus, vt refert Cyn. in Auth. clericus. C. de episcop. & cler. Sunt enim bono publico huiusmodi præscriptiones iure ciuili inductæ, ne rerum dominia sint semper in suspenso & incerto. vt Instit. de vsuca. in princip. & in l. 1. D. eod. 46 Et cùm † concernant & disponant super bonis laicorum quærendis vel admittendis, non potest Papa quicquam disponere super eis, quia mitteret falcem in messem alterius. contra c. nouit. cum similibus ibi notatis ext. de iud. 47 Seruetur † ergo ius canonicum inter clericos qui portant cõscientiam in caputio. quo abiecto, eorum cõscientia abiicitur.

Veruntamen ipsum ius canonicum recipit limitationem, in eo

quod dictum est de superuenienti scientia rei alienæ, videlicet 48 quando † est talis scientia, quæ habet in se malam fidem. vbi autem simpliciter dubitaret, tunc non interrumpitur. a g.l. qui scit. §. bonæ fidei. D. de vsucap.

49 Nec † etiam impeditur præscriptio iure canonico, si à principio fuit malæ fidei, & postea illam malam fidem deposuit propter superuenientes causas, secundum Innocen. & per eum notatur in d.c. fin. & ibi etiam glos. de præscrip.

50 Vlterius † quæritur, quid si superuenit mala fides in ipso præscribente versus vnum, an purgatur ad alios? Iicur dicitur de naturali possessione & præscriptione, in d.l. naturaliter. Super hoc glossa quæ est in d.l. Celsus, tenet quòd nō. arg. D. de acquiren. possessio. l. si fundum. §. fin. & ibi notatis. Idem sequitur glossa in l. sicut. C. de de præscr. 30. anno. Et videtur casus in l. qui balneum. in fin. D. qui potio. in pig. hab. Quā opinionem sequitur Bart. in d.l. Celsus. Et sic patet quòd hæc interruptio est potiùs ciuilis, quàm naturalis. Sic etiam est in ea, quæ fit ex defectu tituli, de qua suprà dixi. Et si quæratur, quæ sit ratio differentiæ inter defectum possessionis, quæ causat effectum interruptionis quò ad omnes, & defectum tituli & bonæ fidei, qui solùm interrumpit quò ad eum cuius respectu dicuntur bona fides & titulus. Respondeo quòd titulus potest multiplicari. vt l. 3. §. ex pluribus. D. de acquir. possess. & §. ex contrario. Ideòque licèt deficiat respectu vnius, potest subesse respectu alterius, sed possessio est vna, scilicet ciuilis, quæ causat ipsam præscriptionem: nec multiplicatur ex personarum diuersitate, vt ibi. vnde respicit omnes æqualiter. Et idem dicendum in bona vel mala fide, quæ variari potest respectu diuersarum personarum. vt l. fulcimus. §. quod si aduersus. D. Ex quibus cau. in possess. eatur, & l. si quis fundum. D. de acq. pos.

51 Amplius † quæritur vtrum defectus superueniens in persona præscribentis, vel in ea cōtra quam præscribitur, interrumpat præscriptionem? Super quo sic breuiter distingue, secundū Bartol. in d. l. Celsus. Aut in ipso præscribente superuenit defectus intellectus vel animi, vt quia factus est furiosus. & tūc non interrumpitur præscriptio. l. iusto. §. cum qui. D. de vsucap. Quādoque superuenit talis defectus, qui habet reddere ipsum incapacem dominii ipsius rei (vt quia de Christiano efficitur Iudæus vel Sarracenus) tunc præscriptio interrumpitur. arg. l. Deo nobis. in fin. C. de epis. op. & cler. & l. 1. C. Ne Iudæi. Christian. Quandoque superuenit defectus non simpliciter, sed secundū quid. Verbi gratia, quia facta est vxor, quæ potest acquirere de bonis viri ex omni causa, præter quam ex causa donationis. & tunc non interrumpitur præscriptio. arg. l. si spōsus. §. si donationis. D. de don. inter vir. & vxor. Idémque patet in damnato famoso l. bello, qui potest acquirere ex omni causa præterquā ex testamento. vt l. Si is cui. D. de testam. Et hæc facit̄ ad quæstionem forensium, qui sunt prohibiti acquirere aliquam rem immobilem in ciuitate, vt distinguatur eo modo quo suprà. Cæterum in persona eius, con-

ius, contra quam præscribitur, si defectus superueniat (verbi gratia, quia contra maiorem cœperit præscribi, cui successit minor) dicendum est ex hoc nõ interrumpi præscriptionem. vt plenè tangitur in l. 1.C.si aduer.vsu cap.& l.fi.C.In quibus causis in integ.restit.post. Fallit in præscriptione 30. anno. quæ durante pupillari ætate dormit. vt l.fi. cur.C.de præscrip.30.anno.

52 Postremò † quæritur, qualiter interrumpatur præscriptio iuri incorporalium? Vbi sic distinge. Quædam sunt iura cohærentia ipsi rei,& debita fundo. vt puta seruitutes prædiales,& tunc interrumpitur perdito ipso fundo dominante vt in l. fi.eodes. §.1. D.de seruit.vrb. præd. Item interrumpitur impedito vsu illius iuris, per eum contra quem præscribitur. vt in l. sequitur. §. si viam. D. de vsucap. quia patientia adnexa est de substantia in præscriptione iurium incorporalium. Ideo ea deficiente cessat currere præscriptio. Et idem cesendum in aliis iuribus corporalibus, quia propter prohibitionẽ exercitii impeditur præscriptio ipsius iuris. vt in c. auditis.& ibi per Innocentium. ext.de præscrip. Facit l. cùm notissimus. §. imò & illud. C. de præscrip.30. anno. Item interrumpitur per litis contestationem, sicut dictum est circa res corporales, per iura ibi allegata, secundùm Innocentium vbi suprà. De qua iurium incorporalium præscriptione plenè tangitur per glossam & Doctores in l. seruitutes. D. de seruit.& per Cynum & alios, in l.2.C. de seruit. & aqua. Et ego tangam in titulo, De negatoria & confessoria.

53 Post hæc † quæritur an iuri offerendi præscribitur? De, quo tangitur per glossam & Cynum, in d. l. cum notissimi. §. sed cùm illud. Et in hoc distingue concludunt sic. Aut ius offerendi est ius formatum, sicut est illud quod competit secundo creditori, vt possit offerre priori. vt in l. Paulus. D. quib. mod. pig. vel hypoth. fol. & in l. mulier. D. qui potior. in pigno. ha. & tunc huic iuri potest præscribi, sicut cæteris iuribus vt in l. sicut & l. omnes. C. de præscrip.30. anno. Aut est ius nondum formatum, sed in simplici facultate consistens, sicut illud quod competit debitori, vt possit debitũ offerre, & pignus luere & liberare. & tunc tali facultati non præscribitur. arg. l. malè agitur. C. de præscrip.30. anno. Sicut non præscribitur faculatati eundi ad ecclesiã, vel per viam publicam. D. de via publ. l. Viam publicam. cum simi. Et sic habes quòd non est contrariorum eadem disciplina. nã si debitor præscribit contra creditorem, ergo & econtrà creditor deberet posse præscribere contra debitorem. Sed potest dici & responderi quòd non est paritas rationis in vtroque casu.

SVMMAE.

1 *Exceptio iurisiurandi est eiusdem effectus vt res iudicata.*

2 *Triplex iuramentum, veritatis, credulitatis, & afflictionis.*

3 *Iuramentum veritatis triplex est, litis decisorium, obligationis inductorium, actus confirmatorium.*

4 *Litis decisorium triplex, voluntarium, iudiciale, & necessarium.*

5 *Iuramentum iudiciale potest recusari ex iusta causa, vt si pars cui defertur probat intentionem suam*

per instrumentum.

6 *Quis possit deferre, & cui possit deferri iuramentum.*

7 *Ei qui iurarit datur actio, & exceptio.*

8 *Iuramentum iudiciale vel voluntarium praestitum non revocatur : at necessarium revocari potest, de nouo repertis instrumentis.*

9 *Turpius est condemnari ex iuramento necessario ab aduersario praestito, quàm ex iudiciali.*

10 *Iuramentum necessarium defertur quando probatio est semiplena.*

11 *Quinque modis fit semiplena probatio.*

12 *Quando vnus testis facit semiplenam probationem.*

13 *Iuramentum necessarium seu suppletiuum defertur, tam actori quàm reo qui semiplenè probauit, tribus concurrentibus, putà si causa sit modica, si is cui defertur sit integræ famæ, & si habeat perfectam scientiam veritatis negotij.*

14 *Iuramentum suppletiuum defertur in causis ciuilibus, non in criminalibus, nisi ciuiliter motis.*

15 *Iuramentum suppletiuum non defertur in causis famosis, nec in spiritualibus, nec in causis magnis.*

16 *Quæ causæ dicantur magnæ vel paruæ.*

17 *Iudex tenetur deferre iuramentum suppletiuum parti quæ semiplenè probauit, si id requirat.*

18 *Duæ semiplenæ probationes, quæ tendunt ad eundem finem & effectum, faciũt vnam plenam probationem.*

19 *Cùm actor plenè probauit, & reus semiplenè tantùm, defertur tamen ei iuramentum, nisi eius probatio sit directè contraria probationi actoris.*

20 *Cùm vterque actor, & reus, semiplenè probauit iuramentum suppletiuum non defertur, sed locus est regulæ, Actore non probante, &c.*

21 *Is cui defertur iuramentum non tenetur causas exprimere.*

22 *Quatuor concurrentibus defertur iuramentum in litem.*

23 *Dolus probatur per iudicia & argumenta.*

24 *Quando dolus intervenire debuit, vt iuramentum in litem deferri possit.*

25 *Iuramentum in litem defertur, in rebus in quibus cadit affectio.*

26 *Iuramentum in litem defertur in actionibus bonæ fidei directis, in realibus, & in arbitrariis.*

27 *Quæ sint actiones arbitrariæ.*

28 *Iuramentum in litem defertur maiori, domino, vel ei qui est loco domini.*

29 *Defertur à iudice, non à parte, & retractari potest, prolatis nouis instrumentis.*

GLOSSA XXI.

IN iusiurandi. 1 Hæc exceptio iurisiurandi est eiusdem effectus cuius est exceptio rei iudicatæ. Imo dicit lex quòd est maioris authoritatis quàm res iudicata. vt Ll. D. de iureiuran. de qua loquitur in lege prima, in princ. & l. fin. in prin. D. quarum rerum act. non da. cum similibus ibi notatis. Et habet huiusmodi exceptio ita impedire processum, si opponatur ad illum, sicut exceptio rei iudicatæ, cùm sit

exceptio

exceptio litis finitæ vt l.1.D. de iureiur.& notatur per Cynum in dict. lege emptor. C. de præscript. long. temp.& in c.1.de lit. conte.libr. vi. & per Bartolum in l.nam & posteà. §.fi minor.D.de iureiur.

Pro cuius pleniori notitia, sciendum est quoddam esse iuramẽtum, quoddam periurii, quoddam simplex mendacium. de quibus tribus plenè agitur. 22.q.1.cum sequentibus. 2 Item† est sciendũ, quòd quoddam est iuramentum veritatis, quoddam credulitatis, quoddam iuramentum affectionis. 3 Iuramentum† autem veritatis subdiuiditur in tres species. nam quoddam est iuramentum litis decisorium, quoddam obligationis introductorium. quoddam verò alicuius actus confirmatorium. Iuramentum litis decisorium in alios tres species subdiuiditur. nam quoddam est iuramentum volũtarium, quoddam iudiciale, quoddam necessarium. vt traditur per doct.& Glo.super rubrica.D.& C.de iureiuran. & ibi per Cyn. De secunda autẽ & tertia specie iuramenti, videlicet introductorii & confirmatorii, vide quod dicam in titulo de emptione & venditione, & in titulo de forma iuramenti quod defertur à parte parti.

4 Videamus† ergo quid sit iuramentum voluntarium, iudiciale & necessarium. Et quidem voluntarium est illud quod defertur à parte parti, extra iudicium. vt in l. iusiurandum quod ex conuentione. in prin. D.de iureiur. Iudiciale autem, est illud quod defertur à parte parti in iudicio, iudice approbante. vt in l.1.in fin. & in l.3. in princip. D. de iureiur. Necessarium verò, est illud quod per iudicem defertur, in supplementum probationum. de quo plenè traditur in l. admonendi. D. in iureiur. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur.& in c.fin.ext. de iureiuran. Differunt autem huiusmodi iuramenta inter se multipliciter, vt infrà patebit.

Est autem iuramentum voluntarium illud quod extra iudicium à parte parti defertur, quod non cogitur quis subire vel præstare, nec etiam deferre. Idcóque volũtarium sic baptizatur, quia dependet ex arbitrio & voluntate partium. vt lege iusiurandum quod ex conuentione. in prin. D.de iureiur. Iudiciale verò iuramentum, secundùm aliquos nõ poterat olim recusari, sed cogebatur quis iurare, vel referre. vt in lege manifestæ turpitudinis. D.de iureiu. & l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor.& §.fin.D.eo. l.delata. C. eod. Sed hodie potest recusari, sicut voluntarium. per le. ẽ generaliter. §.fin autem. C. de iureiurand. Alij autem distinguunt. aut hoc iuramentum iudiciale fuit acceptatum à parte, & tunc etiam hodie sicut olim cogitur quis iurare vel deferre: nisi post ipsam acceptationem superueniisset causa legitima recusationis. aut non fuit acceptatum, & tunc potest recusari hodie. per dictum §. fin autem. licèt olim secus. quam opinionem sequitur Glossa in dict. c.final. Et ita patet quòd dict. l. manifestæ. non simpliciter corrigitur, sed solùm limitatur & terminatur. Quæ opinio hodie est approbata per textum in dict.c. final. & in cap.2.ext. de probat.

5 Alij† dicunt quòd lege manifestæ. limitatur solùm, quantum ad causam recusationis.

Nam debet hodie distingui, aut nulla causa extat legitima recusationis, & tunc iurare vel referre debet: aut subest iusta causa recusationis, & tunc non cogitur iurare, nec referre. Quæ autem sint causæ legitimæ, notatur per Bartol. in d. l. manifestę. & hanc opinionem approbat etiam Cyn. in d. l. generaliter. & ita possit intelligi d. c. fi. & c. 2. Et nota quòd inter causas legitimas est illa, quando pars cui defertur iuramentum, habet suam intentionem fundatam per instrumentum. vt in dict. cap. finali. Reperi tamen in aliquibus partibus, d. l. manifestæ, esse approbatam per statuta terrarum. & bene: quia maximum est remedium dirimendarum litium iusiurandum. Vnde maiori nititur æquitate dicere ipsam l. manifestæ correctam non esse. Necessarium autem iuramentum, quod per iudicē tantùm defertur, regulariter nō recusatur, nisi ex iusta causa. vt in d. c. fin. in prin. & in d. §. fin autem.

6 Numquid† ergo possit quilibet deferre suo aduersario iuramētum iudiciale, vel volūtarium? Die quòd sic principalis persona, sed tutor vel procurator non potest, nisi eo casu quo de iuribus pupilli vel adulti aliter probari non potest. vt probatur in l. tutor. in prin. & notatur. per Glo. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. procurator. D. de iureiur. Sed an tutor vel curator, si eis tale iuramentum deferatur, coganꝰ iurare? Distingue inter iuramentum calumniæ, veritatis, & affectionis. vt habetur & notatur. in d. §. procurator. & in l. videamus. in princip. & §. 1. D. de in lit. iuran. Hodie verò iure Codicis clarum est, secundùm aliquos, ipsos non compelli iurare, si non acceptauerint iuramentum veritatis. quia nec principalis persona ad hoc compellitur (vt dictum est) & potissimè quando esset fundata intentio pupilli vel adulti per instrumenta. vt in d. c. fin. de iureiur. & cum hac limitatione debet intelligi Glossa quæ est in d. l. videamus.

7 Alij† præterea inter hæc iuramenta sunt diuersi effectus. nam ex iuramento voluntario vel iudiciali præstito, datur ei qui iurauit actio & exceptio. vt in l. nam & posteà. §. iusiurandum. & l. duobus. in §. exceptio. & §. fin. D. de iureiur. Ex iuramento autem necessario nulla nascitur actio nec exceptio, nisi sequuta iudicis sententia. vt in d. l. admonendi. & in l. bonæ fidei.

8 Alius† est etiam effectus: quia iuramentum voluntarium vel iudiciale, si præstitum sit, non reuocatur. vt in l. non erit. §. dato. & l. duobus. §. fin. D. de iureiur. & l. quòd si deferente. & l. seq. D. de dolo. Sed iuramentum necessarium post sententiam retractatur, propter instrumēta de nouo reperta. vt in d. l. Admonendi. D. de iureiur. & ibi notatis. Et est ratio differentiæ quia iuramentum voluntarium & iudiciale habent in se partium consensum, ideóque non reuocabitur. vt probatur in d. l. Admonendi. in fin. arg. in l. Ab eo. C. quom. & quando iudex. Qui consensus deficit in iuramento necessario, cùm ipsum præstetur ex officio iudicis, præter consensum partis. Ideo reuocatur præsertim nouorum instrumentorum, etiam post latam sententiam. licèt regulariter sit contrà, quando sententia est fundata super aliis probationibus. vt in lege sub specie. C. de re iudi.

iudicat. & l.1. C. de sentent. aduer. fisc. la. Nisi in causa fiscali. vt dict. l.1. & l. Imperatores. D. de iudic. Facit ad prædicta quod habetur in l.sub prætextu. C. de transactionē.

9 Est† ergo bona cautela, quando pars suspicatur se fortasse posse reperire suo tempore instrumenta actionis vel exceptionis suæ, quòd faciat & operetur cum iudice, quòd deferat hoc iuramentum ex officio suo parti aduersæ.

Pro declaratione autem pleniori huius iramenti necessarii quærendum est de pluribus, 10 Primò† quando sit deferendum per iudicem? Ad quod respondē, quòd tunc defertur, quando vel ex parte actoris vel rei est semiplenè probatum. vt in d.c.finem fin. & in c.2. ext. de probat. & in d.l. admonendi. & in l.in bonæ fidei. Nam si esset plenè probatum, non recurreret iudex ad hoc iuramentum, sed vel in totum absolueret, vel condemnaret.

11 Dicitur† autem semiplenè probatum multipliciter. vt plenè probatur in d.l.admonendi. & in l. in bonæ fidei. Primò per priuatam scripturam. Secundò per comparationem literarum. Tertiò per fugam rei. Quartò per vnum testem omni exceptione maiorem. vt in c. fin. ext. de succes.ab intest. Quæ omnia plenè declara (quia prolixus esset sermo) vt notatur per Bartol.' in d.l.admonendi, & alios doctores in d.l. in bonæ fidei. Adduot quidam & quintum, videlicet per famam. arg.in l.3.§.eiusdem. D.de test.b. 12 Quod† autem dicitur de vno teste, intellige in actu illo in quo duo testes facerent plenam probationem. nam in aliis actibus in quibus duo non facerent, nec vnus solus tunc faceret semiplenam probationem, vt patet in testamento, secundum Bartolum vbi supra notatur. Vnde in testamento, ad semiplenā probationem requiruntur quatuor testes, & sic dimidia pars testium quæ requiritur ad plenam probationem. argumento à paritate rationis quæ est in duobus. vt in l. Illud. D.ad legem Aquil.

13 Secundò† principaliter quæritur, cui sit tale iuramentum deferendum, an actori vel reo? Super qua quæstione variæ & diuersæ sunt Glossæ & doctorum opiniones, vt plenè refertur in d.l. In bonæ fidei. & l. Admonendi. Tamen conclusiuè, secundùm Bartolum, dicendum est, quòd tribus simul concurrentibus defertur illi qui probauit semiplenè, siue sit actor siue reus. videlicet si causa est modica, si habet perfectam scientiam veritatis, & si sit homo legalis, bonæ fidei & famæ. Ideo dixi si causa est modica. in magnis causis non est locus huic iuramento, sed solùm attenditur an sit plenè probatum vel non, arg. Instit. de excus.tut. §. Item propter litem. Deinde ideo subiungitur, si habet perfectam scientiam, quia ignoranti vel dubitanti non defertur. vt notat Glossa in d. l. in bonæ fidei. Pro quo facit l.Marcellus. D.rerum amotarum. Tertiò infertur, si est homo legalis. quod ideo dicitur, quia ipse actor vel reus officio testis fungitur in proprio facto. sicque debet esse idoneus non vitiosus vel suspectus. vt in l.3.§. Iulianus. D. de testibus & l.testium. C. de testibus. Quibus tribus concurrentibus defertur iuramentum ei, qui semiplenè probauit iuxta no-

tata vbi suprà, & per Ioan. Andre. in d.c. fin.

14 Vlterius† quæritur, in quibus causis deferatur huiusmodi iuramentum per iudicem? Respondeo, quòd regulariter defertur in omnibus causis ciuilibus. In causis autē criminalibus criminaliter motis non defertur. secus si ciuiliter. vt plenè notatur per Bartol. in l. maritus. D. de quæstion. & per Glossam. in l. 3. D. de iureiur. & in d.l. In bonæ fidei. 15 Item† regula fallit in causis famosis, in quibus non defertur tale iuramentum. arg. l. item exigit. D. de dolo. & l. sciant. C. de probat. & in l. prætor edixit. in prin. D. de iniur. Fallit in causis spiritualibus. vt notatur per Glo. in d.l. 3. in prin. & per doc. in d.c. fi. Item fallit si causæ sunt magnæ, quæ criminalibus exæquantur. arg. d.l. propter litem. 16 Et† dicuntur magnæ vel paruæ secundùm qualitatē personarum. arg. l. sed & si susceperit. §. 1. D. de iudic. Cognoscituréque hoc, attento præiudicio modico vel magno quod speratur ex sententia posse inferri. vt in dict. c. ex insinuatione. vel si esset quæstio de sola possessione. argum. l. 1. si de nomen. poss. agat.

17 Deinde† quæritur, an iudex præcisè tenetur hoc iuramentum deferre? Dicunt Canonistæ in dict. c. fin. quòd non. Sed Legistæ tenent oppositum. per textum. in d.l. bonæ fidei. Tenetur tamen pars hoc requirere ante conclusionem causæ. & sic seruat consuetudo. argumen. l. 4. §. hoc autem. & quod ibi notatur per Bartolum, D. de damno infecto.

18 Solet† vlterius quæri, an duæ semiplenæ probationes faciant vnā plenam. Dicunt quidam, aut istæ duæ semiplenæ sunt eiusdem generis. puta duo testes. & tunc faciunt vnam plenam. argu. in l. vbi numerus. D. de testibus. Aut sunt diuersi generis, vt puta vnus testis, & confessio partis emissa aduersario absente. & tunc nō faciunt vnam plenam. argu. l. 2. §. fin. D. de excusat. tut. & ibi per Glo. & in l. spadonem. §. qui plura. eo. tit. C. Qui num. tut. l. 1. Bartolus verò tenet in dict. l. admonendi. quòd quando tendunt ad eundem effectum, etiam si sunt diuersi generis, faciunt plenam probationem. per textum in c. fin. de succes. ab intest. & in c. 1. ext. de appellat. & in c. veniens. ci. 1. de testibus. Nec obstant contraria, quia loquuntur in duobus imperfectis tendentibus ad diuersos fines & effectus. Hic autem loquimur, quando tendunt ad eundem finem & effectum, videlicet vt iudici constet & fiat fides de veritate, quæ veritas nedum percipienda est ex vno genere probationis, sed etiā ex pluribus. vt l. 3. §. eiusdem. D. de testibus.

19 Sed† circa prædicta quæritur de eo quod quotidie occurrit de facto. Ecce actor suam intentionem plenè probauit per instrumenta vel testes. reus verò suam defensionem ostendit per vnum testem, vel aliter semiplenè probauit, an hoc casu locus erit huic iuramento? Videtur quòd sic, quasi per hanc semiplenam probationem detractum sit plenæ probationi actoris, & facta sit semiplena. argum. l. si vnus. §. pactus ne peteret. D. de pactis. Doctores communiter iuris ciuilis sic distinguunt. Aut probatio rei est directè

directè opposita & cõtraria probationi actoris, & tũc prævalet probatio actoris, nec in aliquo immutatur ex probatione rei. arg. in l. ob carmen. in fi. D. de testib. quia plenũ extinguit semiplenũ, non autem ecõtrà. vt in l. iubemus. C. de testam. & l. qui se iuit. D. de petit. hæred. Et sic hoc casu non defertur hoc iuramẽtum. Aut probatio rei est diuersa & nõ aduersa à probatione actoris. verbi gratia, quia actor probauit se mutuasse per tres testes, & reus probauit se soluisse per voum testẽ. & tunc locus est iuramento, cõcurrentibus iis de quibus dictum est suprà. arg. l. vulgo. D. de admin. tut. Sed de iure canonico aliter sentitur vt notatur in d. c. fi. ext. de iureiur.

20 *Quid* † autem si tam actor quã reus semiplenè probauerit, & hic vtriusq. probatio esset imperfecta, an erit locus huic iuramento? Dicit Bartolus quòd non. per textum in dicta l. 1. C. Qui & aduersus quos.

21 *Rursum* † consueuit dubitari, si lege communi vel municipali caueatur, quòd super aliquo facto stetur iuramento [a] partis, an suffi-

a *Iuramento.* Sed quæro circa hanc materiam infrà tractam damnorum datorũ, quid si mortuus est, qui iurare debebat, an hæres poterit iurare de damno? Bald. in l. 3 in princi. D. de iureiu. quia priuilegium probandæ factamentis non transit in hæredem, licèt alia sic, & in l. 2. D. de cond. inde. per tex. in l. generaliter, *in prin.* C. de re cre. & iur. & ibi per Bal. & bene facit quod not. in l. Pomponius scribit, si frumentum. §. fin. de rei ven. & per Bar. in Liner *stipulantem.* §. si stichum. D. de verb oblig. & ibi per Glo. & Bart. in vtroque loco. quod onus declarandi intentionem ambiguam non transit ad hæredes: quia non egreditur personam proferentis, circa istam materiam quæro, dicat statutum quòd credatur iuramento domini siue possessoris, an debeat constare de possessione? Spec. quòd sic, ti. de prob. §. si ver. sed pone statutum. Ioann. An. in c. quoniam, in 6. col. vlti. non conte. Ang. in l. diuus. D. de test. mi. & ibi Bald. & hæc quando *statutum* requirit aliquid restũ pro fundamento, puta dicit, quòd stetur factamento domini de damno dato, secus ergo si dicit statutum, quòd in causis damnorum datorum sufficiat iuramentum, quia tunc per iura probabitur dominium & possess. & quicquid illam causam attingit. Ita Bartol. in l. solet, de aliment. & cibar. legat. ita Bald. in l. prima. C. de rebus creditis & iureiurand. qui ita distinguunt, vt suprà, & aliud no. dicit Bald. in l. non erit. §. dato, de iureiurand. quòd vbi stare debet iuramento accusatoris de damno dato, quòd reus debet primò respondere. c. veniens, extrà de test. Spec. tit. de *r.* decre. §. restat. versi. quare, & si ex forma statuti debet iurari infrà octo dies. iurat post respon rei, & si iurat post 8. dies, non valet, l. si ea. C. accusa. non possunt.

Quæro etiã dicit statutũ, quòd stetur dicto Camparii, pars verò videns Camparium falsò accusasse, dicit: domine iudex peto rẽ subiiciatis oculis quia contrarium apparebit, an audiatur? dic quòd sic, quia probatio oculorũ inspectione euidentior est aliis quibuscunq. Azo in sum. brac. ad l. Aquil. Bal. in l. contra negantẽ. C. ad l. Aquil. & in l. Deo nobis. C. de *episc.* & cleric. in rubrica. C. de probationibus. vbi dicit quòd est optima & superlatiua probationum probatio ipsa per rei euidentiam, & in dicta l. cõtra negantem, dicit quòd aspectus rei derogat cuicunque generi probat. & in dicta lege Deo, dicit quòd omnis alia probatio vincitur, si aspectus contrarium testificetur, facit textus optimus in c. quòd auctoritate interrogasti. 17. quæstione 2. allegat. 17. l. 1. C. de re iu. per Bald. post Iac. Bur & in l. 1. C. si ad libert. quia tunc est notoriũ, cùm fit talis probatio per inspectionẽ oculorum, & est tale notorium, quod sine rubore negari non potest, quòd non fallit, nec fallere potest intentionẽ in-

dicantis, ita Bald. in dicta rubric. de probatio. & in l. ciues. C. de appel. & licèt statutum diceret stari iuramento damnum passi, & passus damnum iurauerit, tamen re subiecta oculis si damnum non est datum, iudex iuramento stare non tenetur, no. in l 3. & in l. admonen. D. de iureiuran. quia potest reprobari tale iuramentum, per Angel. in l. qui testiuere. D. de rei vend. & in l. qui vas. D. de fur. per Glos. Ioan. de Ran. & Gemi. in c. 2 de tempo. ordi. libro 6. idem Glos. quam allegat Bald in d. l. 1. C. de reiu. credit. & in capit. statutum, super verbo. *Iuramentum*, de re. lib. 6. per Bald. in l. si iuuer. C. de pet. tutor. quia debet intelligi statutum stari iuramento accusatoris, nisi contra probaretur, & ideò Baldus in dicta l. 1. C. de re iudicata, videtur dicere etiam ex aliis probationibus, quàm inspectione oculorum. Bald. verò tenet contrarium in dicta. l. 3. aliàs in l. non erit. §. dato. D. de iureiurand. allegat Iac. de Are. in dicta l. 2. C. si aduers. lib per text. in dicto §. dato, quòd non potest reprobari tale iuramentum, etiam si appareat ex euidentia rei contrarium, sed dictum loum ibi ex præmissis non potuerum, sed Angel. in l. qui bonis. §. qui damni. D. de damno infecto, videtur tenere idem quod Baldus in §. dato. dicens: quòd vbi statutum vult stari iuramento partis, pura de damno, dato iuramento accusatoris, tunc iudex debet inuestigare, an verè sit iuratum, si reperit non verè iuratum, non tenetur stare iuramento: secus si statutũ diceret stari iuramento testis, puta falsarii, tunc iudex nihil aliud inuestigat, quia probatio est sibi plene facta, sed damnum patiens ex relatione nunci recutiet contra eum, si eam falsam dixerit, allegat Iacobum de Aterio, in lege prima. C. si ad libertatem proclamauerit.

ciat simpliciter iurare sic esse vel nõ esse, & an debeat (maximè si interrogetur) exprimere causas & rationes, quibus mouetur ad sic iurandũ? Dicunt quidã quòd si de causis interrogetur, debet eas exprimere, exemplo testis, cuius officio nunc fungitur. aliàs non tenet nec valet iuramentum. arg. l. solam. C. de testib. & notatur in l. cùm hi. §. si prætor. D. de transact. & in c. causa quę ext. de testib. cũ similibus. Ad quod bene facit quod notat idem Bar. in l. Theopompus. D. de dote præleg. & per aliquos in l. contra negantem. C. ad l. Aquiliam. In contrariũ videtur dicendum. quia lex non requirit causam exprimendo ergo sufficit iurari vt lex defert. arg. in l. non erit. §. dato. & l. 3. in fin. cum l. sequen. D. de iureiu. Nec obstant contraria, quia negatur ipsum fungi officio testis, imò fungitur officio iudicis. vt l. fin. C. de fideiussori. Sic ergo si iuretur in casu l. si quando. C. vnde vi. & l. 1. §. si quis argentũ. D. depositi, cum similibus. non requiritur expressio causæ. Et hæc faciunt pro istis publicanis seu pedagiariis, quibus ex forma suorũ capitulorũ creditur, super inuentionibus & fraudibus cõmissis circa eorum pedagia proprio iuramẽto cũ vno teste. vel sine. Honestius tamen esset causas exprimere, quã confusè iurare. & multi vadunt sic iurantes ad domum Diaboli.

Superest vt aliqua pertingamus ad iuramentũ affectionis pertinentia, qđ à iure ciuili iuramentũ in litẽ appellatur. De qua specie iramenti loquitur totus titulus C. & D. De in litem iurando. Forma autem iurandi in hac specie iuramenti longè differt à præcedentibus. quia hìc per iuramentum pars ęstimat rem super qua iuratur, non secundũ veritatem, sed secundùm affectionẽ, quã ad ipsam rem habuerit, vel habet, vt infrà patebit.

Quæramus ergo quando locus sit huiusmodi iuramẽto. Dic breuiter, quòd

quòd quamor concurrentibus defertur huiusmodi iuramentum. Primò si interueniat dolus aduersarij, secundò qualitas & natura rei ad hoc apta, tertiò debita qualitas actionis, quartò habilitas personę iurantis. Quæ sic declara: Dixi enim primò exigi dolum ex parte aduersarij quod ideo est, quia propter culpam etiam latam non iuratur in litem. vt l. 2. & 3. C. de in litẽ iurando. Fallit in tutore, contra quem iuratur vt l. 2. & 3 C. de in litem iurando.

23 Qualiter † autem dolus probetur, (quia in dubio dolus non præsumitur, vt l. quoties. §. qui dolo. D. de probat.) respondetur & de dolo probatur per indicia & argumenta. vt in l. dolum. C. de dolo & l. dolus. C. de rescind. vend.

24 Sed † quo tempore debet interuenisse dolus, vt iuretur? Dic breuiter quòd in actionibus bonæ fidei sufficit quòd dolus interuenerit tempore contractę obligationis vel postea: & in non obediendo seu satisfaciendo parti: & multò fortius si dolus fuerit commissus in non obediendo iudici. vt l. 1. §. in depositi. D. depositi. & l. 3. §. in hac. D. commod. & l. In actionibus. D. de in litem iurando. In actionibus autem stricti iuris vel arbitrariis, requiritur dolum esse commissum post sententiam, in non parendo iudici. vt l. qui restituere in fin. D. de rei vendic. & in l. arbitrio in prin. & §. 1. D. de dolo. Ex quibus patet, quòd iudex in huiusmodi arbitrariis actionibus defert hoc iuramentum post sententiam super re principali latam. vt in d. l. qui restituere cum similibus. Quo iuramento præstito feret postea aliam sententiam ipsius iuramenti executoriam. vt l. si cum exceptione. §. in hac. D. quod metus causa. Sed in actionibus bonæ fidei iudex defert hoc iuramentum litecontestata, antè sententiam suam, probato de dolo aduersarij in non parendo ipsi parti. vt in d. l. in actionibus. & l. 2. D. de in litem iurando.

25 Secundò † principaliter dixi, quòd debet attendi qualitas & natura rei super qua iuratur. quod ideo dictum est, quia non in omnibus rebꝰ cadit affectio, puta in nummis. vt l. nummis. D. de in litem iurando. Nisi forte loco speciei cederent, in qua specie fuisset dolus directò commissus. arg. in l. pen. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est. In libro ergo, equo, domo, & similibus, in quibus potest cadere affectio, iuratur in litem.

26 Tertiò, † dixi principaliter, quòd debet attendi qualitas & natura actionis intentatæ. quod ideò dicitur, quia non in qualibet actione iuratur in litem, sed solùm in tribus generibus actionũ, videlicet in actionibus bonæ fidei directis, vt in d. l. in actionibus. & l. 3. §. in hac. D. commod. & l. in depositi. D. depositi. l. si quis. D. locat. cum similibus. Secus autem est in contrariis. l. si quis. D. locat. & l. Et apud quem. D. depos. Et eodem modo iuratur in actionibus realibus, puta in rei vendicatione, publiciana, confessoria, & similibus. vt d. l. in actionibus & Institu. de actio. §. præterea quasdam actiones & l. si fundus. §. in venditione. D. de pignoribus. & l. cum qui. §. publiciana. D. de public. & l. harum in fin. D. si seruit. ven. Item iuratur in actionibus arbitrariis. vt in d. §. præterea.

27 Dicuntur † autem & appellãtur omnes illæ actiones arbitrariæ, in quibus ad iudicis mandatum res pe-

tita non restituitur, siue sit actio personalis, siue in rem, siue mista. vt d. l. qui restituere & in d. §. præterea licèt Glossa in dict. l. in actionibus excipiat plures casus. sed rectè considerando (secundum Barto.) omnes illi casus comprehenduntur sub hac regula, vno excepto qui habetur in l. ff. ne quis eũ q in ius vo. est.

28 Dixi † vltimò, quod considerari debet habilitas personæ iurantis quia non omnis iurare potest, sed is solus admittitur qui est maior, & dominus, vel loco domini reputatur, puta tutor. vt l. quòd vulgo. & l. si tutor. D. de in litem iurando. & l. videamus eo. tit.

29 Deinde † scias quòd hoc iuramentum defertur solum à iudice, non à parte. vt d. l. videamus. §. deferre. Et moderatur & taxat iudex quantitatem vsque ad quam iuretur quo præstito, si noua instrumenta à reo producantur, poterit reum absoluere & in his duobus sapit naturam iuramenti necessarij, vt habetur in d. l. videamus. §. iurare, cùm sequen. & l. arbitrio. D. de dolo. Et adde quæ dixi supra super primo libello, in Glossa super verb. *interesse*, &c. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Quinque species exceptionum doli.*
2 *Doli exceptio subsidiaria omnium aliarum exceptionum.*

GLOSSA XXII.

DOli *exceptione.* 1 Scire † debes pro declaratione huius exceptionis, quòd quadruplex est exceptio doli, vt notatur per Glossam & doctores in l. qui se debere. ff. de cõdict. ob causam, vna videlicet quæ datur quando contractus fuit initus seu factus per dolũ, qui nascitur tẽpore ipsius cõtractus. vt in l. elegãter in prin. D. de dolo & in l. 2. in prin. D. de doli excep. Alia est quæ datur in locum exceptionis nõ numeratæ pecuniæ & hæc nascitur tẽpore quo agitur. vt l. 2. circa vers. prouide. D. de doli excep. Tertia quæ datur in locum pacti, vel iurisiurandi. vt d. l. 1. §. ité quæritur de doli excep. Quarta est illa quæ facti est vel intentionis nihil iuris in se continens, vt verbi gratia, quando actor nullam habet actionem, & de facto tantùm agit, & contra eum reus de facto excipit, de qua loquitur textus in d. l. qui se debere. Est & quinta species generalis, quæ datur in locum cuiuscunque alterius exceptionis, & pro quacunque exceptione de qua loquitur textus in d. l. 2. §. & generaliter. & notatur per Glossã in l. si ex cautione. C. de non numerata pecu.

2 Consilium † ergo bonum est, quod vbi dubitatur de certa specie exceptionis, quòd semper opponatur hæc generalis exceptio doli, quæ sufficit pro omnibus & in processu liquidare de certa specie exceptionis, puta vel solutionis, vel pacti, vel iurisiurandi, aut præscriptionis & similibus. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Dilatoriæ exceptiones opponi debẽt ante litis contestationem: peremptoriæ verò post.*
2 *Forma opponendæ exceptionis ad impedendum litis ingressum. alia est quàm forma opponendi ad meritum cause.*
3 *Quatuor sunt exceptiones impedientes processum.*
4 *Omnis exceptio incompetentiæ iuris vel defectus actionis impedit processum.*

cessum: nisi requirat altiorem indaginem.

5 *Exceptio proponi non potest per modum agendi, post quam semel contra eum lata est sententia.*

6 *Exceptiones quædam sunt quæ impediunt litis ingressum, licèt non perpetuant causæ meritu.*

GLOSSA XXIII.

Quæ ad impedimentum processum.

1 Scien dum † est pro huius notitia, quòd sunt aliquæ exceptiones peremptoriæ, quæ possunt proponi ad duplicem finem seu effectum, videlicet ad impediendum processum, & ad merita causæ, & si opponantur ad impediendum processum, debent opponi ante litem contestatam. & in hoc sapiunt naturam dilatoriarum. Si verò opponantur ad merita causæ, debent proponi post litem contestatam sicut aliæ peremptoriæ, prout plenè traditur per Doctores & Glossam in l. exceptionem. C. de probatio. & leg. peremptorias. Cod. sentent. resc. non posse. 2 Et † aduerte ne decipiaris, quia alia est forma opponendi ad processum, alia verò opponendi ad merita. Qui enim opponit ad processum, vtatur forma de qua hic: vel dicat, Non potest procedi obstante exceptione tali, vel non potest agi, quia sine actione nemo experitur. Secus si diceret, Tu non foues iustitiam, vel si dicat simpliciter, Peto me absolui, quia præscriptum est, vel factum pactum de non petendo, & similia, quia tunc videtur exceptio opponi ad merita causæ. vt notat Barto. in l. cùm quærebatur. D. iudic. sol.

3 Sunt † autē (secundùm aliquos) numero quatuor illæ peremptoriæ exceptiones, quæ possunt opponi ad processum, videlicet exceptio transactionis, iurisiurandi, rei iudicatę, & præscriptionis. vt hodie est decisum in c. 1. ext. de lit. contest. lib. vi. licèt de præscriptione esset olim dubitatio. vt de his plenè notat Bartol. in l. nam & postea in prin. D. de iureiurand. & Iacob. Butri. in l. omnes. C. de præscript. 30. anno. & l. emptor. Cod. de præscrip. long. temp. Facit quod habetur in l. post rem iudicatam. D. de re iudic. & in l. eleganter. §. si quis post. D. de condict. indeb.

4 Sed † amplius secundùm Bartol. dici potest, quòd omnis exceptio per quam proponitur ius deficere in ipso actore habeat processum impedire. Verbi gratia, exceptio solutionis, & acceptilationis: quia scribitur quòd sine actione nemo experitur. vt in lege si pupilli. §. videamus. D. de neg. gest. & in l. quoties. §. item si temporali. D. de admini. tut. Et sit ratio prædictorum, quia istæ exceptiones sunt reperte causa dirimēdarum litium. vt in l. fratris. C. de transact. & in l. 1. D. de re iudic. l. 1. D. de iureiur. & l. fin. D. pro suo. Ideóque litis prosecutionem impediunt. argum. l. terminato. C. de fruct. & litium expen. Et hoc verum, si tales exceptiones possunt incontinenti probari aliter autem si requireret altiorem indaginem, non impedirent processum, sed reseruarentur post litem contestatam. vt ipse Bart. notat in d. l. cùm quærebatur.

5 Sed † quid si opposita exceptione, fuerit super ea contra eam lata sententia, an in alio iudicio per modum agēdi poterit ipse reus ite-

iterum ius suum proponere? Videtur quòd sic, per ea quæ habentur & notantur in l. à diuo pio. §. si super rebus. D. de re iudic. In contrarium determinat Inno. in c. super spoliatione ext. de ordine cog. & Bart. in l. duobus. D. de except. rei iudi.

6 Denique † notandum, quòd aliæ sunt exceptiones impedientes processum, quæ non tangunt merita causæ, vt exceptio iudicis incompetentis, falsi procuratoris, litis pendentiæ, & quædam aliæ declinatoriæ iudicij, de quibus ext. De ordine cognit. per totum & C. de re iudi. per totum.

SVMMAE.

1 *Bonæ fidei possessor expensas in re factas recuperat, vel cum fructibus perceptis compensat.*

2 *Bonæ fidei possessor, qui à possessione rei cecidit, quando agere possit ad fructus repetendos.*

3 *Bonæ fidei possessor possessionem condicit, ad expensas reseruandas.*

GLOSSA XXIIII.

EXceptionem expensarũ. 1 Hæc † exceptio nititur æquitate, ficq; huic bonæ fidei possessori tales expensæ sunt restituendæ, antequam compellatur rem restituere. vt l. in hoc iudicio. D. communi diuid. l. si in area. C. de rei vend. Facit. §. cùm quis & quod ibi notatur. Instit. de rer. diuis. Tenetur tamen hic bonæ fidei possessor fructus ex re perceptos cum sumptibus cõpẽsare, quod est notabile. vt traditur in l. sumptibus. & l. emptor. D. de rei vẽd. & notatur per Gloss. in l. In fundo. D. de rei vend.

2 Quid † autem si hic bonæ fidei possessor cadat à possessione, an in modum agendi poterit hos sumptus repetere? Multiplex est opinio dic plenè. vt per Cyn. in l. domum. C. de rei vend. & Instit. de rer. diui. §. ex diuerso. & in d. l. in fundo. Concluditur autem distingue, aut talis impensa est facta animo obligandi dominum rei, (vt faciunt isti conductores, procuratores, negociorũ gestores, & similes,) & tunc potest repeti per actionem negociorum gestorum. vt l. si pupilli. §. sed & si quis. & l. Pomponius, & l. fin. & l. sed an vltro. §. 1. D. de negg. gest. Aut fuit facta animo nullum hoi obligandi, sed eius proprium negocium gerendi, credens se teneri domino rei & tunc aut hæc impensa est talis ad quam dominus rei nõ poterat compelli, vt in faciendo nouam cameram, & similia: & tunc non competit pro tali impensa actio, sed sola retentio vt in d. l. in hoc iudicio. & l. si in area. D. de condi. indeb. Aut est talis impẽsa, ad quam poterat compelli, vt in funere defuncti, & tunc competit pro ea tam actio quàm exceptio. vt in l. at si quis. D. de relig. & sump. fun.

3 Aduerte † tamen vnum singulare, quòd si possessor tradiderit possessionem rei bona fide, nulla facta retentione impensarum, poterit per certi condictionem ipsam possessionem auocare quasi indebitam, & inde expensas factas per exceptionem reuersare, vt probatur in l. quòd si nulla. D. de lega. 1. & ibi per Cynum, & optimè facit l. hæres cũ debuerat cum ibi notatis. D. ad Trebellianum.

SVMMAE.

1 *Quælibet exceptio peremptoria admittitur vsque ad sententiam dilatoria*

toria vsque ad litis contestationē, non vltra, Nisi quis ignores talē exceptionem sibi competere.

2 *Quæ sint exceptiones peremptoriæ.*

3 *Quæ sint exceptiones dilatoriæ.*

4 *Quæ sint exceptiones anomalæ.*

5 *Exceptiones diuisionis & discussionis sunt peremptoriæ.*

6 *Peremptoria opponitur post litem contestatam, & aliquando ante.*

7 *Peremptoria probari potest post publicationē testium, nisi sit directè contraria intentioni agentis.*

8 *Exceptio peremptoria debet allegari apud acta, non in allegationibus iuris, nisi esset actioni annexa.*

9 *Opponens exceptionem peremptoriam non censetur litem contestari.*

10 *Exceptionem obiicienti non videtur fauere initiationem actoris, nisi exceptio sit necessariò consequens ad illam intentionem.*

11 *Eadem dispositio non potest pro parte approbari & pro parte improbari.*

12 *Reus pluribus exceptionibus etiam contrariis vti potest.*

13 *Exceptio rei non tradite opponi potest in executione sententiæ.*

14 *Exceptio cohæredis personæ principali non porrigitur ad fideiussorem: secus si cohæret rei. Eadem de exceptione quæ fideiussori competit.*

15 *Omnes ius agendi vel excipiendi transijt in successores vniuersales. at in singulares ius duntaxat rei cohæres, vel in rem scriptum: non autem personale, nisi cessum sit, vel successor habeat titulum lucrationum.*

16 *Exceptio compensationis rei cohæredi, ideóque obstat successori ejus-*

gulari.

17 *Renunciari non potest iuri prohibitiuo aliquid fieri, nec iuris quod certam formam alicui actui præscribit, nec iuris quod respicit vtilitatem publicam, sed ei tantùm iuri quod respicit vtilitatem priuatorum duntaxat. Nisi alimentis de futuro, & cùm renunciatur iuri contrario naturæ contractus.*

18 *Renūciari non potest probationi per testes vel instrumenta, nec petitioni libelli.*

GLOSSA XXV.

SAluis aliis exceptionibus. Ista generalis reseruatio, nisi aliæ exceptiones specialiter non nominētur, parum prodest. vt notatur per glossam in c. quoniam contra falsam. ext. de prob. licèt sit vtilius hāc etiam exprimere quàm tacere. vt tangitur in textu & glos. in c. exposuit, ext. de dilat. I Vnde † prælatioti harum exceptionum doctrina sciendum est, quòd quælibet exceptio peremptoria admittitur vsque ad sententiam. vt l. peremptoriat. C. sentent. rescindi non posse. cum similibus. Secus in declinatoria, quę regulariter ante litem contestatam ponenda est. vt in l. fin. C. de excep. & l. ita demum. C. de procur. & l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. & l. sed & si susceperit. in princ. & ibi notatis de iudiciis. Facit quod habetur in c. pastoralis. ext. de excep. & in l. exceptionem. C. de probat. & ibi per Cynum. Nisi fuisset quia ignorans talem exceptionem sibi competere: quia tunc post sententiam audiretur. vt l. fin. C. si à non comp. iudic. & l. licèt. C. de procur. & l. non

ideirco. in fin. D. de iudic. & notatur in d.l.exceptionem.

Deinde est sciendum.quòd exceptionum alia est dilatoria, alia peremptoria, & alia anomala. 2 Peremptoria † quidem exceptio est illa, quæ ius actoris perimit & confundit.Cuius exempla sunt varia,vt est exceptio iurisiurandi, rei iudicatæ,transactionis,pacti de non petendo,solutionis,& similes,vt Instit.de except.§.1.& § appellantur.

3 Dilatoriæ † sunt duplices. nã quædam sunt dilatoriæ iudicii,quæ declinatoriæ appellantur: quædam sunt dilatoriæ solutionis. Dilatoriæ seu declinatoriæ iudicii, sunt per quas euitatur persona vel iudicium. vt patet in exceptione, quæ opponitur contra rescriptum, de qua in l. præscriptione C. si contra ius vel vtilit.pub. cum similibus. Item exceptio iudicis incompetentis, vel suspecti. Item exceptio feriarum, loci non tuti, falsi procuratoris, & personæ minoris, vel non legitimæ ætatis stare in iudicio,& aliæ plures. vt D. de except.l. 3. in fin. Idem est in exceptione spoliationis. de qua in c.cùm dilectus. ext. de ord. cognit. Dilatoriæ autem solutionis sunt,pactum de non petendo ad tẽpus,vel si obligatio sit in diem concepta,& agatur ante diem.vt in d.l. 3 §.1.& Instit.de except.§. temporales. Quæ exceptiones opponi debent ante litem contestatam.vt plenè notatur in c.exceptiones. ext.de except.

4 Anomalæ † verò sunt illæ, quæ nec sunt simpliciter peremptoriæ, nec simpliciter dilatoriæ, sed secundùm quid participant aliquando de vtroque, vt patet in exceptione, Ne quis conueniatur nisi quatenus facere possit. de qua traditur in l.sunt qui.& l.seq.D.de re iudic. & hoc secundùm Goffredum in summa.ext.de excepti.Sed glossa in d.l 3. in fin.de except. dicit hanc exceptionem esse dilatoriam. Quam opinionem etiam sequitur glos.Inst.t.de except.in §.appellantur.Item patet in exceptione non numeratæ pecuniæ,& non numeratæ dotis,secundùm Goff. vbi suprà. Glossa verò in d.§.appellantur.tenet quòd vtraque est peremptoria quòd ad onus probandi, licèt quò ad alia sit dilatoria. Primam opinionem tenet Dy.vt refert Cy.in d.l.exceptionem C.de proba. Item est anomala omnis exceptio, per quam ostenditur iudicium retro fuisse nullum, secundùm Goffredum: cùm huiusmodi exceptio possit opponi in quacunque parte litis, ante sententiam. & etiam post. vt notatur per glossam in d. §. appellantur. & infra dicam. Item est anomala exceptio competens fideiussori, vt priùs conueniatur principalis quàm ipse. vt notatur per gl.in d.l. 3. Licèt Petrus dicat ipsam esse dilatoriam. vt refert Cynus in d.l.exceptionem.

5 Sed † quid dices de exceptione diuisionis, qua vti solent inter se fideiussores, mandatores & constitutores.vt traditur in l.fin.C.de cõstit.pec.& l. inter fideiussores.D. de fideiussor. cum similib. Dicunt quidam quòd est dilatoria:alii quòd est peremptoria. Quorum opinionem sequitur glossa in l.fideiussor.D. de fideiusso. & Dyn. in l. si dubiterur. D.de fideiusso. & Cyn. in d.l. exceptionem. Idem est in excussione competenti possessori rei obligatæ contra creditorem. vt priùs conueniatur debitor, & eius bona excutiantur.

cutiantur. vt notatur per glossam, in dicta lege tertia D.de except. Aliqui tamen dicunt eam peremptoriam, inspecto quod euenire potest.arg.in l.sufficit.D.de condict.o. indebiti.

6 Rursum † quæritur, quando opponi debeat hæc exceptio peremptoria? Dic breuiter, quod regulariter opponitur lite contestata, & probatur ante sententiam. vt in dicta lege exceptionem & l. peremptorias. Licèt in certis casibus ad impediendum processum opponi possit ante litem contestatam, & in aliquibus casibus etiam post sententiam. vt notat Goffredus vbi suprà, & notatur per glossam in lege prima, C. de iur.& fact.ignor.& in dicto §. appellantur. & in l.tametsi. D. ad Maced.

7 Potest † autem hæc exceptio peremptoria probari per testes, etiam post publicationem testium actoris, quando exceptio non est directè contraria intentioni & actioni agentis. vt exceptio pacti de non petendo,vel absolutionis,& similes. Secus si esset directò contraria. vt notatur in l.per hanc. D. de temp. appel. & ibi per Cyn. & in authen. qui semel.C. de prob.& in c.fraternitatis.ext.de test.b. § Et nota † quòd non sufficit oretenus, vel allegationibus iuris, has exceptiones opponere, sed apud acta sunt inscribendæ. vt in c.quoniam contra falsam,ext. de probat. cum similibus. Nisi exceptio esset ipsi obligationi vel actioni à sui principio annexa. vt si obligatio fuit contracta in diē vel sub conditione. vt notatur per Bartol. in l. eum qui ita D.de verb. obligationibus.

9 Item † quæritur,an per obiectum exceptionis peremptoriæ inducatus litis contestatio? Dic hodie decisum esse quòd non. licèt olim esset dubitatio. vt traditur in c.fin. de lit.contest.lib.vi.

10 Amplius † quæritur de quæstione antiqua, an exceptionem obiciens videatur de intentione actoris confiteri? De qua quæstione plenè tangitur per Cynum in d.l. Exceptionem C.de prob.& per Dynum & Ioannem Andream in Regula Exceptione lib. 6. & c. nullus pluribus. & per alios doctores in l. non vtique. D. de except. Ad cuius solutionem sic breuiter distingue. Aut exceptio quæ proponitur abnegat directò ius & factum in libello deductum. Verbi gratia,proponit actor se numerasse pecuniam vel deposuisse. reus excipit nullam pecuniam fuisse numeratam vel depositam. & tunc manifestum est ex hoc reum non præsumi quicquam fateri de intentione actoris,nec fūdari in aliquo ius actoris, imò duriùs aggrauari in probatione fienda.vt l. ei qui dicit. D.de probat. & l.qui accusare. C. de eden.& in l. actor.C.de probat.Aut exceptio quę proponitur non abnegat directò ius & factum in libello propositum, sed simpliciter abnegat ius ex facto descendens actori competere. Verbi gratia,quia excepit se soluisse, & per consequens ius debiti extinctū esse. vel dicit præscripsisse, vel pactum de non petendo factum esse, & similia.& dicunt quidam tunc etiam hoc casu non fundari ius actoris, nec videri reū de eius intentione aliquid cōfiteri.Et sic ratio(secundū eos) quia actus tendens ad perimē-

dum ius aliquod, non debet eius contrarium operari. vt l. cùm tale §. fin. D. de condit. & demonst. Nec debet nec solet eadem dispositio contrarios inducere nec parere effectus. vt l. qui hominem. §. fin. D. de solut. & l. ùm is. §. 1. D. de condict. indeb. Quod eueniret, si diceremus quòd eadē exceptio induceret probationem in actore, & defensionem in reo. Et hanc opinionem tenet esse veram de iure Io. Andr. in d. c. exceptionem lib. 6. Idemque est in exceptione compensationis. vt notatur in c. cum venerabilis. ext. de excep. Alii verò (vt Dynus & Andreas de Pisis) sic distingunt in hoc articulo. Aut hęc exceptio opponitur conditionaliter, aut purè. si conditionaliter (vt verbi gratia, dico te non deposuisse, vel nunquam numeraſſe, & in quantum hoc appareat, dico me soluisse. vel præceptū esse, aut pactum factum fuisse de non petendo) & hoc casu procedit d. regula. l. non vtique, & l. si quidē. C. de excep. Et hic modus excipiēdi est tutior & in communi practica. Aut opponitur purè (verbi gratia, dico me soluisse. & similia) & tunc videtur reus confiteri intētionem actoris, & in ipsum reum trāsfertur onus probandi suam exceptionem. Et hic ratio, quia vbicunque ad positionem vnius sequitur necessariò ad ipsum aliud antecedere, tunc confitendo consequens, videor ponere & fateri eius antecedens. vt l. illud. & l. nec is. D. de acquir. hæred. quia primum præsupponit habitum. vt in l. lecem. de verb. oblig. & in l. manumissiones. D. de iustit. & iure. Ideò dicendo me soluisse, & sic solutione liberatum esse, videor includere & fateri me antea obligatum fuisse. Sed dicet fortè quis, non sequitur hoc de necessitate, quia potuit soluisse indebitè. vt in toto titulo. D. de condict. indeb. Sed respondetur, quòd non præsumitur. vt in l. cùm de indebito. in fin. D. de probat.

11 Sed † circa præmissa quæritur, quid si actor proponat sibi decem deberi purè, reus autem dicat se dare debere sub conditione, an sit fundata intentio actoris, sic quòd onus probandi conditionem incumbat ipsi reo? Ista quæstio pendet ex his quæ proximè dicta sunt. & Cynus disputat eam in d. l. exceptionē. C. de probat. & agitur per glossam in l. si quidem. & per ipsum Cynum in l. 1. de confessis. Glossæ communiter dicunt, quòd est fundata intētio actoris. Petrus verò dicit oppositum (vt ibi refert Cyn.) quia cùm sit vna & eadem dispositio, non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari. arg. in l. si ita stipulatio. in fin. D. de operis libert. & in l. nam absurdum. D. de bonis libert. de quo vide Dyn. & Ioan. Andr. in dicta regula, Exceptionem. & per Bartolum in l. decem. D. de verbo. obligatio. & per eundem in l. Aurelius. §. idem quæritur. D. de libert. leg. & per Cynum in lege secunda, C. de donat. ante nupt. & per eundem Bartolum in l. non vtique. D. de excep.

12 An † autem possint simul proponi plures exceptiones contrariæ? Die vt plenè notatur per ipsum Bartol. in l. nemo. D. de excep. & per Dy. & Ioan. Andr. vbi suprà. & per ius in c. nullus pluribus. de reg. iuris. lib. vi.

13 Inde

13 Inde † quæritur de alio. Ecce Titius re vendita Sempronio, licèt nondum tradita, agit contra eum ad pretium, & lata est sententia contra ipsum Sempronium, in cuius sententiæ executione ipse Sempronius excipit de re sibi non tradita. quæritur an sit audiendus? Dicunt quidam quòd non, quia talis exceptio, cùm sit peremptoria, opponi debuit ante sententiam. vt d. l. peremptorias cum similibus. Alij dicunt contrà (& verius) quia ipsi Sempronio competit actio. vt l. emptorem. in prin. & l. Iulianus. §. offerri. D. de action. empti cum similibus. Ergo magis exceptio. vt l. 1. §. cui domus. D. de superficieb. quia de hoc iure non fuit priùs cognitum nec decisum. vt in l. duobus. & l. pen. §. fin. D. de excep. rei iudic. Facit l. ex parte. in prin. D. famil. ercis. & l. fundus. D. de rescin. vend. & l. si duo patroni. §. pen. & §. antepen. D. de iureiur.

14 Insuper † quæritur, an exceptio quæ competit reo principali, porrigatur ad eius fideiussorē? Distingue. aut est exceptio cohærens personæ, & illa non porrigitur ad fideiussorem: aut cohæret rei, & tūc sic. vt l. ex persona. D. de fideiuss. & l. exceptiones quæ personæ. D. de except. cum similibus ibi notat. Et eodem modo exceptio competens fideiussori, porrigitur ad reū principalem. vt l. si fideiussore. D. de pact. cum ibi notatis. Attamen exceptio quę competit vni fideiussori, ad eius confideiussorem non porrigitur, nisi per indirectum mediante persona principali. vt l. amissi. §. 1. D. de fideiusso. & notatur per glossin d. l. exceptionem.

15 Itē † quæritur, an exceptio quæ competit actori, competat & eius successori? Dynus in regula, Qui in ius, sic distinguit. aut est successor vniuersalis, vt hæres vel bonorum possessor. & tunc dic quòd omne ius tam agendi quàm excipiendi, quod competebat defuncto vel contra eum, actiuè vel passiuè transit in huiusmodi successorem. vt in d. regula. & l. cùm hæredes, & l. 3. §. cùm quis. D. de acquir. possess. & facit l. vitia C. de acquir. poss. & l. Hæres in omne ius. D. de acquir. hæred. Aut est successor singularis, vt legatarius, emptor, cessionarius, donatarius rei singularis, & similes. & tunc subdistingue. aut est ius cohærens rei siue reale, aut personæ siue personale. primo casu transit actiuè vel passiuè in singularem successorem. vt l. dolia. §. cùm eum. D. de contrah. empt. & l. etiam si in rē. D. de iureiur. & l. in hoc iudicio. §. si inter socios. D. commu. diuid. & in l. idémque. §. si. D. pro soc. l. emptori. D. de hæred. vel act. ven. & l. si. in prin. D. de except. rei iudic. & l. si à te. D. de except. & l. si exceptio. & l. si mater. §. idem Iulianus & D. de pignor. l. si superstes. in fin. cum similibus. Vbi autem est personale siue cohærens personæ, tunc aut est ius meræ & strictè personale: aut nō meræ, sed simpliciter: aut personale in rem scriptum. Primo casu tale ius finitur cum persona, nec transit in alium, nisi mediante cessione. vt l. quis ergo casus. in fin. D. de peculi. & in l. omnes autem. §. si hæres. D. vsufruct. quemad. caueat. & D. de contrah. empt. l. quod scripsit. §. si res & D. de edend. l. quædam. §. is autem. & D. ad Treb. l. 1. §. si hæres. & D. de action. & obligat. l. cùm ex vno, & D. de ædilit. edict. l. sciendum. §.

deinde.& D. de pecu.legat. l. peculio.& D.de verb.signifi.i.sciendum. §.fin. Vbi autem personale simpliciter, tunc considera. aut enim successor singularis habet titulum lucratiuum, aut onerosum. si lucratiuum vel quasi transit in eum. si onerosum, tunc aut vult vti successione ex persona sui authoris, & tunc transit in eum: aut non vult vti illius successione ex persona, sed vult vti iure suo tantùm, & tunc non transit in eum. vt hæc probantur. D. de except. l.si rem legatam. & D. de doli exceptio. l. apud Celsum.§.de auctore. & in §.si cùm legitima.& in §.si quid autem.

Tertiò autem quando est ius personale in rem scriptum, tunc transit actiuè & passiuè in singularem successorem, sine aliqua cessione. vt l. si Titius. §.si quis prius. D.de aqua pluuia arcenda. & de itinere actúque priuato. l. apparet. §. primo.& D.de aqua pluuia arcend. l.emptor.& l.post venditionem.D. quorum legat. lege prima. §.ill.id. Cætera autem die, vt plenè notatur per Dynum in dicta regula. & l.priuilegia. D. de regulis iuris. Et ex his determinatur secundùm Dynum, quòd si quæratur an exceptio excommunicationis obstet successori, debet subdistingui modo quo suprà, aut successor habet titulum lucratiuum aut onerosum.

16 Quid † autem erit in exceptione compensationis, an obstet successori? Dynus dicit quòd sic, cùm hæc exceptio rei potius cohæreat quàm personæ.quod patet,quia trãsit ad fideiussorem.vt l.si quis.D. de compens. Pro qua opinione facit textus in lege finali. D.de excep. rei vend. & D. communi diuid.l.in hoc iudicio. § si inter socios. & dicta l.idémque.§. Seio. D. pro. soc. Quam opinionem tenet Guil. de Cuneo in l.si quis in rem suam.D. de proc. & ibi per gloss. & doct. & eam sequitur Albericus in titulo, De exceptionibus, & in titulo De procuratoribus in rem suam. vers. sed nunquid. & Specul. in titu.De procur. §.sequitur.vers.sed nunquid contra procuratorem. & Cy. in l.eius.C.de compens.

Vltimò quæritur, an prædictis exceptionibus & aliis similib.possit renunciari? Quod est vtile scire propter statuta terrarum, consuetudines, & quotidianas renunciationes,quæ fiunt quotidie in instrumentis. In qua quæstione doctores vario modo se habent.Nam Cynus vno modo distinguit, in lege si quis in conscribendo.C.de pact. Iacobus autem de Bellouiso aliter distinguit,in Authent. Vt sine prohi. ma.debi.& credi.collat.7. & ibi notatur per glossam. Alij alio modo tradunt,in lege ius publicum. D. de pactis.

17 Sed † aduerte. quædam sunt iura expressè prohibentia aliquid fieri, & istis non potest renunciari. vt l.1. C.ne fideiuss. dot. den. & ibi notatur per Cynum & gloss. & in Authent.si qua mulier. C.ad Velle. & l.1 C. qui bon. ced. poss. Quædam sunt iura requirentia certam formam in aliquo actu perficiendo. vt patet in testamento, & similibus, & istis etiam non potest renunciari. vt l. nemo potest. & ibi notatis. D. de leg.1. Quædam sunt iura quæ simpliciter disponunt, & in his po-

in his potest distingui. nam aut respiciunt publicam vtilitatem principaliter, & secundariò priuatam, aut econtra respiciunt principaliter priuatam, & secundario publicam, aut principaliter & secundariò priuatam. Primo casu non tenet renunciatio. vt in l. ius publicum. D. de pactis. & in l. iura sanguinis. D. de reg. iur. & l. 1. & 2. C. sine cen. vel reliq. cum similibus. Secundo casu dico idem. & sic intelligo l. 2. C. de pactis dot. & l. 1. D. solut. matrim. l. conuenire. D. de pactis dotal. l. si vnus. §. illud. D. de pact. l. vlt. in. C. de pact. l. fin. C. de pactis pignor. l. nec si volens. C. de liberali causa. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram. calumn. & in c. de causis. ext. de offi. deleg. Tertio autem & vltimo casu, dic q. òd regulariter potest renunciari. vt dict. l. si quis in conscribendo. C. de pactis & l. pacisci. & l. quæritur. §. si venditor. D. de ædil. edict. Fallit in alimentis de futuro. vt est in l. cùm hi. §. si prætor. D. de transactio. Item fallit in precario, cùm pactum sit contra eius contractus naturam. vt in lege cum precario. D. de precar. Item fallit in l. in hoc iudicio. §. si conuenit. D. commu. diuid. 18 Ex † quibus patet solutio ad illam quæstionem, an possit renunciari probationibus testium & instrumentorum? Et Glossa in d. Authent. vt sine prohibitione ma. debit. & cred. determinat quòd non. Patet etiam solutio ad illam quæstionem, an quis possit renunciare porrectioni libelli, & quicunque formæ & solennitati iudicialis? Et dicitur quòd non. vt notatur. in dict. c. de causis. & per Io. Andr. in d. c. sæpe. de verb. significationib. circa fin. & per eundem de hac materia, in cap. si diligenti. ext. de foro comp. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Expensa non debent adiudicari, nisi petantur.*

GLOSSA XXVI.

IN *expensis condemnari.* 1 Ista petitio † expensarum non est omittenda in reo, sicut nec in actore, quæ non debentur sine requisitione partium. vt de his plenè notatum est suprà in primo libello, in Glossa suprà versic. *expensarum.* vbi vide.

FORMA POsitionum actoris.

TITVLVS V.

ORAM vobis suprascripto domino Vicario, ponit per sacramentum calumniæ suprascriptus Simoninus Spelta, dicto procuratorio nomine, infra scripta omnia & singula, contra & aduersus suprascriptum Ioannem Olearium, in causa & quæstione simul inter ipsas partes vertente, ponens ac diuidens ipsas o-

mnes & singulas de particula in particulam, ac petens & requirens ipsis omnibus & singulis coniunctim & diuisim, & de parte in partem respõderi simpliciter, & purè, & clarè, & apertè, sine aliqua conditione, additione, vel alternationè, per verbum credere, vel non credere.

I. Primò quòd publica vox & fama ac rei veritas fuit & est, ac se habuit & habet, quòd quondam Petrus de furno tempore eius vitæ, & maximè de anno M.CCC.LX. & ante & post, vsque ad anni cursum M.CCCC.II. continuè tenuit & possedit pacificè & quietè peciam vnam terræ cultæ, quæ est perticarum centum, positam & iacentem & cohærẽtem, prout in libello antecedẽti in præsenti iudicio producto latiùs exprimitur & continetur.

II. Item pro sua & tanquam suam.

III. Item spatio X.XX. XXX.& XL.annorum.

IIII. Item veris & legitimis causis & titulis.

V. Item quòd præfatus Petrus dictam peciam terræ titulo venditionis alienauit & trãstulit in antedictum Andrinũ, anno cursu M.CCCC. II. precio florenorum centum.

VI. Item quòd dictus Andrinus emptor dictum precium soluit & dedit prædicto Petro, tempore dictæ venditionis, & quòd dictus Petrus dictum precium fuit tunc temporis confessus habuisse & recepisse.

VII. Item quòd dictus Andrinus ipsam peciam terræ à tempore dictæ venditionis citra, vsque ad annum currẽtem M.CCCC. XI. inclusiuè continuè tenuit & possedit prædictam peciam terræ.

VIII. Item præsente, sciẽte, & patiente dicto Ioanne.

IX. Item pro sua & tanquam suam.

X. Item veris & legitimis titulis.

XI. Item quòd de prædictis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama.

SVMMAR.

1 *Actor probare debet assertiones suas in libello positas: & reus suas exceptiones.*

2 *Probatio fit tribus modis, per partis confessionem, per instrumenta, & per testes.*

3 *Positionis*

3 *Positionis definitio & de quibus fiat.*
4 *Positiones vel responsiones contraria reprobantur.*

GLOSSA I.

POSTQVAM 1 reus responsionem fecit libello, litem etiã contestatus est, consueuit actor de iure suo probare, quia suæ assertioni simpliciter non creditur nisi quæ in ipso libello complexus est probauerit. vt notatur in l. excusare. D. de excus. tutor. & in l. minoris. C. de præd. mino. & l. doce ancillam. C. de rei vendic. Adquod facit vulgaris regula l. ei qui dicit. D. de probat. l. actor. C. de probat. & l. qui accusare. C. de eden. Et eodem modo reus probare tenetur suam defensionem, vel exceptionem. vt l. 1. D. de except. & in l. In exceptionibus. in princ. D. de probat. 2 Verùm† quia probatio fit tripliciter, videlicet per partis confessionem, per instrumẽtorum productionem, & per testiũ depositionem, illa autem quę fit per confessionem est leuior in sui probatione, & efficacior in sui operatione, ideò consueuerunt litigantes ab ea exordium sumere, facientes tales & similes positiones, prout qualitas causæ exigit vel natura.

Videndum est itaque primo loco quid sit positio. quia, vt inquit fons eloquentiæ Tullius, in libro officiorum, omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, à definitione proficisci debet, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur, &c. Sciendum est ergo quòd vario modo diffinitur. vt refert Cyno in l. 2. §. 1. C. de iuram. calumn. Potest tamen sic dici conclusiuè: 3 Positio† est quædam verborum formula iudicialis, concepta & reperta ad eruendam veritatem per aduersarii responsionem. Inde quæritur de quibus & super quibus fieri possunt positiones*? Dic breuiter quòd super & de his omnibus, quæ ad causam pertinent, principaliter vel incidẽter, & quæ probabilia sunt. quia id demũ est ponibile, quod est probabile, & non aliter. vt in l. confessionibus. cum l. seq. D. de interrog. act. & notatur per Gloss. in c. 1. de confes. lib. 6. Fallit in certis casibus notatis per Glo. in c. 2. eo. tit. & per Inno. in c. dudum. lo. 2. ext. de elect. & per Bartol. in l. Marcellus. D. rerum amota. & per Bald. & docto. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. & dicam infrà titulo proximo. & plenè notat Spe. in tit. de positionibus. 4 Sit† tamen cautus ille, qui facit positiones, ne sint repugnantes vel contrariæ. Et eodem modo respondens ne contraria respondeat. vt in c. cùm in positionibus. ext. de iureiur. lib. vi. Facit quod notatur in l. vt debitum. C. de hæred. actio. Redeo ad literam.

SVMMAE.

1 *Ponere est affirmare rem sic esse, vel ita se habere.*
2 *In quibus conueniant vel differant positio & interrogatio.*
3 *Ponens debet iurare de calumnia, & aduersarius, si petatur.*
4 *Actor actione sua priuatur, & reus*

* *Positiones super quibus sunt.* vide etiam per Alex. in l. 1. §. idem Neratius. D. de po. in appe. Vide quod extrahuntur de libello.

sua exceptione, habeturque pro confesso, si recusset iurare de calumnia.

GLOSSA II.

PONIT *per sacramentum calumniæ.* 1 Hic† nota quòd hoc verbum *Ponit* formatpositionem. nam hoc verbũ est simpliciter positiuum & affirmatiuum eius quod ponitur ex parte ipsius ponẽtis. Per quod colligitur aliud esse positiones facere, & aliud interrogationes, cùm aliud sit ponere, aliud interrogare.

2 Quærendũ† est ergo in quibus hæc inter se differãt? Ad quod respondetur quòd in pluribus. Primo, quia ille qui ponit, affirmat esse prout ponit. ille verò qui interrogat, dubitat de eo quod interrogat. vt in c. fin. ext. de iureiur. lib. vi. Item differunt in forma, quia positiones fiũt per hoc verbum *Ponit*[a], sed interrogationes per verbum *Interrogat.* vt D. de interrog. actio. l. voluit cum similibus. Ille autem qui ponit, obligatur ex sua positione, tanquam ex propria confessione, si responsio conueniat positioni. Ille verò qui interrogat ad nihilum obligatur, sed solus aduersarius, scilicet ex sua responsione. vt plenè tangitur per Cynum & Doctores. in d.l. 2. §. sed quia, & facit d.l. voluit. Est ergo consultius facere interrogationes quàm positiones. Cõueniunt autem inter se in pluribus. nam quo casu obligatur respondẽs positioni, eodem modo respondens interrogationi. vt in dict. l. voluit. & l. fin. eod. titul. Item si positio aliquo casu non admittitur, nec eodem modo interrogatio. vt d.l. confessionibus. Item sicut per sacramentum [b] calumniæ respondetur positionibus, ita & interrogationibus. vt in c. 1. de confess. & notatur in d.l. 2. & latiùs infra dicetur. De qua positionum materia plenè tractat Specul. in titul. de positionibus. & Gloss. in d. c. 1. & 2. de confess. lib. vi. & Cyn. in d. l. 2. & quidam alij in lege vbicunque. D. de interrog. actio.

3 Secundò† principaliter notandum est ex hac litera, quæ dicit per sacramentum calumniæ, quòd ille qui facit positiones debet iurare de calumnia, sicut aduersarius, vt per hoc æqualitas seruetur hinc inde. Et hoc intellige, si petatur iurari. aliter non tenetur quis offerre iuramentum. vt in dicta lege. 2. §. sed quia. Cod. de iuramento calumniæ, & ibi per Cynũ.

4 Quid† ergo si alter ex his recusset iurare, qua pœna mulctabitur? Respondeo, aut actor recusat, & cadit ab actione sua: aut reus, & tunc habetur pro confesso [c], & priuatur exceptione sua.

a *Ponit.* Adde quando producens positiones videatur fateri contenta in eis, per Alexan. de Imol. in consilio 83. col. 2. versic. pondero, in 1. volum. & in consil. 71. col. 2. versic. venio ad meritum, in 2. volu. & in consil. 151. colu. 1. in 7. colu. Franc. Curt.

b *Sacramentum calum.* de hoc per Alex. in consil. 51. n. 5. vo. & vide Glo. in l. 1. C. de conf. & Bal. in c. in peractandis, extrà de iur. cal. vbi quòd ponens debet iurare illas esse veras, & per nouiss. in Iudices, in fi. C. de iudic.

c *Confes.* Nota hîc scrip. quòd ad hoc vt quis habeatur pro confesso, impositis in pœna contumaciæ requiritur quòd sit monitus & iussus in faciem à iudice, vt respondeat, aliàs non habetur pro confessis positiones, teatur in capitulo 2. vt hæc

de confe. lib. 6. Bartol. & Ang. in l. certum. in principio. D. de confe. & Bartol. alleg. ad idem Cyn. & doct. in l. 2. §. sed si actor. C. de iur. calum. & Bart. & Ang. dicunt, quòd sicut de iure tacens in respondendo interrogationi habetur pro confesso, & l. de aetate. §. qui tacuit. D. de interr. ac sic, & qui obscurè respondit secundùm Gl. ibidem, & ideò est not. & bona practica secundùm Ang. propter d. c. si post pristinum, quòd faciat in faciem inberi moneri partem, vt respondeat positioni, & tunc si non respondet, vel obscurè retpondeat, habetur pro confesso in eò tumaciá non respondentis, vel obscurè respondentis, & dicit quòd aduocatus debet esse cautus si in faciendo, & hanc etiam opinionem sequitur & tenet Glo. pen. & ibi Gemi. in d. c. si post pristinum, quod est c. 2. sup. all. & Bart. & in d. §. qui tacuit, dicit quòd tacens habetur pro confesso, quando est præsens, & iussus respondere recusat absque rationabili causa, per d. ca. 2. & sic iudicio meo intelligit etiam dict. c. 2. habere locum tam in interrogatorijs quàm positio.

vt hęc habentur in d. l. 2. §. quòd si actor. & in c. fin. ext. de iuram. calum. & facit l. non alienum. D. de inter. actio. De hoc autem iuramento calumniæ plenius vide suprà in primo libello, in Glo. fin. Sequitur 10 litera.

SVMMAE.

1 *Procurator specialis, vel generalis cū libera, potest positiones facere in rem domini.*

2 *Quando factum quod ponitur pendet ex scientia vel conscientia domini, procurator ponere nō potest, sine specialissimo mandato, aduersario id requirente.*

GLOSSA III.

Sic nominus Spelta dicta procuratorio nomine. 1 Hic † quæritur nunquid procurator ad lites possit facere positiones in causa, vel factis per aduersariū respondere? Ad cūd bre inter sic distingue. Aut cū procurator specialis ad certas positiones faciendas, vel ad certas positiones respondendum. & tunc manifestū est posse ipsum positiones facere, & factis respondere. vt in d. § sed quia veremur, cū seq. Aut est procurator generalis cum libera, & tunc aut positiones tendunt ad conservandum ius domini sui. & tunc idem quod in priori casu, quasi hoc videatur in mandato comprehendi. vt traditur per Bar. & alios in l. non solū. in pr. D. de proc. & l. si procurator. & l. indebitam. D. de condict. indeb. Aut positiones & respontiones tendunt ad tollendum & exigendum ius domini sui. & tunc nec factæ positiones, nec respontiones domino præiudicant. arg. in l. filiusfamilias. in prin. D. de donat.

2 Si tamē aduersarius diceret, q̄ persona domini est instructior, vel legalior suo procuratore, tunc non audiretur procurator ad ponendū vel respondendū, nisi haberet specialissimum mandatum ad sic ponendum, vel sic respondendum. vt habetur in l. fi. C. de procur. &c. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Totus articulus, aut positio tota, negari potest ratione partis falsæ.*

GLOSSA IIII.

Omens ac dividens. Hic aduerte quòd licēt ponens à seipso faciat hanc diuisionē, tamē aduersarius respondens potest per se diuisim respōdere. secundū Ioan. And. vt per eū notatur in d. c. 1. 1 & † si

fortasse vellet respondere absolutè audiretur, quia ratione partis falsæ potest tota positio negari. vt notatur in l.is qui ducenta. §. verum. D. de reb. dub. Licèt Innocentius tenuerit contrarium in c. 2. de testib. lib. VI. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Contumax in respondendo habetur pro confesso.*

GLOSSA. V.

RESponderi. Quid si sit contumax in respõdendo? 1 Dc† quòd si fuerit personaliter iussus & monitus per iudicem, habetur pro cõfesso in pœnam suæ contumaciæ. vt in d. c. 2. Cui congruit quod alibi scribitur in l. constitutos. C. de assess. Et vide quod notatur infrà titulo proximo super verbo *transmissarum.* Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Verbũ* Simpliciter *significat purè & sine duplicitate. Bart.*

GLOSSA. VI.

SImpliciter. 1 Quid † autem importet hoc verbũ *Simpliciter*, tangitur per Bartolum in l. §. si quis simpliciter. D. de verb. obli. & l. 1. in prin. D. de valg. & pup. & de eo loquitur textus in l. 1. §. 1. D. de aleat. & in c. sæpe. ext. de verb. sig. de quo vide in titulo proximo in Glos. pe. in fine.

SVMMA.

1 *Obscura responsio non relevat.*

GLOSSA VII.

CLarè. 1 Meritò† petitur clarè responderi, quia dubia vel obscura responsio nõ relevat. vt in l. de ætate. §. nihil. D. de inter. actio.

GLOSSA. VIII.

SIne aliqua conditione. Quid igitur si positioni purè facta est responsio sub conditione, an sit fundata intentio ponentis, si de conditione non probetur? Dicunt quidã quod sic. Alii contrà. vt plenè notatur in l. si quidem. C. de excep. Super quo vide quæ sunt notata super titulo proximo in Glossa *salvis aliis exceptionibus.*

SVMMAE.

1 *Responsio de credulitate æquè obligat atque de veritate, in civilibus.*
2 *In criminalibus respondere debet cum iuramento veritatis, in facto proprio.*
3 *Positio debet esse de veritate, non de credulitate.*
4 *Positio negativè concepta admittitur.*

GLOSSA IX.

PEr verbum *Credere.* Hic nota q̃ tale iuramentum non est de veritate, sed de credulitate: attamen idem in vtroque surgit effectus. 1 Nã† pariformiter obligatur respõdens. vt l. si. & l. volum. D. de inter. actio. & notatur in c. ex literis. ext. de iureiu. Et hęc procedũt in causis civilib. 2 In † criminalibus autẽ positionibus debet respõderi cũ iuramẽto veritatis, videlicet sic esse vel non esse, si sunt in facto proprio respondentis. secundũ Bar. in l. Marcel. §. 1. D. rem amo. & Spec. tãgit in tit. de positio. §. 5. Alii sunt qui dicũt q̃ sufficit respõdere sine iuramẽto, quia non cogitur quis crimẽ suũ detegere. vt notat In. in c. dudũ. de cõfess. & Ioan. And. in Nouel. super d. c. 2. & Arch. c. 2. dist. ex pœnitentia.

3 An

5 An † autem posset fieri positio de credulitate tantùm verbi gratia: Pono quòd credo te mihi esse obligatum in decem, vel credo te hæredem Sej, & similia, Videtur quòd sic, quia æqualitas est in iudiciis seruanda. vt l. fi. C. de fruct. & lit. expē. & quod notatur in regula. Non debet de reg. iur. lib. vi. Vnde sicut auditur respondens de credulitate, ita audiendus est ponens, cùm paritas obligationis ex hoc insurgat ex parte vtriusque. Alij dicunt cōtrà, quia ex parte ponentis debet positio esse fundata super veritate. arg. l. si in rem in prin. D. de rei. vendic.

4 Sed † an positio negatiuè concepta admittatur? Dic quòd sic, licèt olim esset contentio quæ est hodie decisa in c. 1. de confess. lib. vi.

SVMMA.

1 *Ad inducendam præscriptionem vtile est coniungere tempora authorum.*

GLOSSA X.

Primo quod publica vox & fama. 1 Aduerte † ad hanc positionē, quæ est prima in ordine, in qua includitur possessio de præterito, eius à quo causam habet iste Andrinus, vt per hoc appareat quòd causā habuerit à bonę fidei possessore, & per hoc potuerit præscribere. Nam si haberet causam à malæ fidei possessore, non præscriberetur spatio longi temporis, sed necessarium esset tempus longissimum. vt in Auth. Malæ fidei possessor. C. de longi tempo. præscrip. de qua præscriptione & aliis plenè tractatum est suprà, titulo præcedenti in Glossa super verbo *præscriptione*. Sed quis est effectus famæ? Dic vt infrà notatur circa vltimam positionem, &c.

SVMMA.

1 *Dictio vsque quandoque est inclusiua, quandoque exclusiua.*

GLOSSA XI.

Vsque ad vnum. 1 Hæc † dictio *vsque* aliquando includit terminum cui adiicitur, aliquando excludit vt plenè notatur per Cynum, in l. à caligato. C. de nuptiis. & per Bartolum in l. patronus. §. Sempronius. D. de legat. 2.

SVMMAE.

1 *Titulus, Pro suo supplet defectum alterius tituli veri.*

2 *Pronomina, meum, tuum, suum, sunt demonstratiua domini vel quasi nisi in tribus casibus.*

GLOSSA XII.

Item pro suo. Hæc est secunda positio, in qua declaratur titulus actoris, qui appellatur Pro suo. vt D. & C. Pro suo, per totū. Cuius quidem tituli natura generalis est comparens cum alio quocunque titulo singulari. vt in l. 1 D. Pro suo, & per totum. 1 Et † si deficeret verus titulus specialis, & subesset titulus putatiuus etiam erroneus, locum haberet ille titulus Pro suo, & procederet præscriptio. vt probatur in l. hominem & in l. fin. D. Pro suo. Facit l. Celsus. D. de vsuc. & ibi notata. Aliter enim sine vero vel putatiuo titulo non procederet præscriptio. vt in l. fin. C. pro hære. & in l. nullo. C. de rei vendic.

Hîc quæritur, quid si possidere Pro suo? Et breuiter respondetur, quòd est quando quis possidet tanquam dominus, vel quasi dominus.

2 Nam † illa pronomina possessiua, scilicet meum, tuum, suum, significant regulariter dominium vel quasi. vt habetur in l. suos. D. de leg. 2. 3. & in l. quintus. §. argento. D. de auro & argen. leg. & ibi per Bart. plenè. Fallit secundùm eum in certis casibus. Primò ex conditione personæ ad quam sermo dirigitur. vt si dico, Lego seruo meo omnē suam pecuniā. nā debet intelligi de domi nio improprio, pro vt melius habere potest. vt l. 4. in prin. D. de manumi. Et idem in monacho, & similibus. Secundò fallit ratione personæ loquentis. vt verbi gratia, si colonus dicat, Lego talem fundum vel campum meum: nam intelligitur quantùm ad curam & sollicitudinem. vt not. in l. 2. in prin. D. de orig. iur. Facit l. si pupilli. §. item quæritur. D. de neg. gest. Tertiò fallit ratione rei de qua quis loquitur, vel personæ. vt si dicat aliqs. Lego decē famulis meis. quia non intelligitur quòd in famu lis habeat dominiū, sed simplicem vsum. vt l. cū se exh buissent. §. 1. D. de publicanis. facit l. medicos. C. de profess. & medic. lib. xi. ubi, *ciuitatibus suis*, &c. quod intelligitur, quantùm ad habitationem vel originem. sic etiam de consuetudine dicimus, talis venit vel vadit ad patriam suam.

SVMMA.

1 *Dominium vtile acquiritur ex possessione per longum vel longissimū tempus: directum verò per tempus cuius initij memoria non extat.*

GLOSSA. XIII.

ITem *spacio.* xxx. Hæc est terria positio, in qua exprimitur tempus possessionis dicti Petri, à quo causam habuit dictus Andrinus. Et per hoc constat, quòd saltem ex præscriptione ipse Petrus fuerit dominus vel quasi, & per consequens facere potuit dominum ipsum Andrinum causam habentem ab eo.

2 Pro † cuius clariori intellectu reuoco in dubium, an probata dicta possessione transierit eius rei dominium, & quale *in* ipsum Andrinum. Ad quod breuiter sic distingue. Aut probatur *de* possessione longi & longissimi temporis tantùm, aut de possessione tanti temporis cuius initij memoria non existit. Primo casu in dictū Andrinū trāstuit domi nium vtile tantùm, non directum qa vtile ex præscriptione quæritur. vt traditur in Auth. Nisi. C. de bon. ma. & dixi in priori libello, in glossa, super verbo, *iure dominij*. Secundo verò casu translatum est directum, quia illud quæritur ex illa possessione cuius initij memoria non existit. argu. l. nunquam. in §. thesaurus. D. de acquiren. rerum dom. Et ita determinatur per Petrum & Cynum, in l. cum res in fin. C. de proba. Ex hoc potes colligere vnum singulare pro infinitis personis, quæ tam per se quàm per eorum antecessores, videlicet patrem, auum, proauum, & alios antecedentes, tenuerunt aliquas terras & possederunt, vel domos, seu castra. Nam si successores cadant à possessione, & probent de tam longæua possessione tam iporum quàm suorum prædecessorum, cuius initij memoria in contrariū non existit, possunt intentare directā rei vēdicationē, contra quoscunque possidentes. Alij etiam sunt modi quærēdi dominium, de quibus plenè dixi in d. Gl. & Bartolus tangit in l. rem quæ nobis. D. de acquiren. possess. & Cynus in l. inciui-

initiuilem.C.de furt.& Specul.in titulo de locato.versi.2.

SVMMA.

1 *In dubio quis præsumitur possedisse ex causa quæ probatur.*

GLOSSA XIIII.

ITem vero & legitimis. Hæc est quarta positio, circa quam attende, 1 quod † in dubio quis præsumitur possedisse ex causa quæ probatur.vt notatur per Glossam in l. quædam mulier. D. de rei vendic. & est textus notabilis. in l. fina. ibi, *ex ea causa*.D.de precario.

SVMMAS.

1 *Non dominus transfert in emptorem causam præscribendi.*

2 *Dominium non transfertur sine titulo habili & traditione.*

3 *Verbum tradidit in instrumẽto positum non probat traditionẽ, nisi factum fuisset, aut res tempore cõtractus fuisset in conspectu partiũ, sed bene probat licentiã de ingrediẽdo.*

4 *Emptor sine licentia non potest propria authoritate fundum ingredi.*

5 *Apprehendẽs possessionẽ particulæ fundi, totũ fundũ apprehendit secundum plurimos fundi simul acquisitis, nam possessio singulorũ apprehendenda est.*

6 *Optimum est contractum fieri in conspectu rei.*

7 *Clausula constituti transfert possessionem ciuilem & naturalem, probato quod venditor possidebat tempore contractus*

8 *Constitutum precariũ transfert dumtaxat ciuilẽ possessionẽ: ideoq; simplex constitutum utilis est.*

9 *Precarij adiectio ad constitutum nos mouet eius effectum.*

10 *Error constituentis impedit effectum constituti.*

11 *Licèt vacua non sit possessio, dominium tamen transfertur, sed non possessio.*

GLOSSA. XV.

ITem quòd præfatus Petrus. Hæc est quinta positio, in qua comprehenditur titulus dicti Andrini, quo probato apparebit in ipsum fuisse dominium translatum, si ille Petrus à quo causam habet fuit dominus. 1 vel † si non fuit dominus,saltem transtulit causam legitimam præscribendi. vt in l. claudius. D. de contrahen. emp. & in l.traditio. D. de acq. rer. dom. & l.i.cum similibus.D. de publician:nam sine titulo præscriptio non procedit,vt dictum est. 2 Nec † insuper sine titulo habili transfertur dominium. vt l.nunquam nuda. D. de acquir. rer. do. Nec solus titulus, sine traditione sequenti vel præcedenti,transfert dominium regulariter.vt in l.traditionibus. C. de pact. & in §. venditæ. Instit. de rer.diuis. & l.quoties.Cod.de rei vend. Et pro tanto adiicitur in hac positione,*tradidit & transtulit*.

2 Quid † ergo si hæc verba, *tradidit & transtulit*, sint apposita in instrumento venditionis, an per hoc probetur traditio facta possessionis? Videtur quòd sic, per textum & Gloss.in lege 2.Codic. de acquir.poss. Tu autem (& verius) distingue secundùm Cynũ.& alios, vt not.per Bar.in d.l. prædia.D.de acq. poss. Aut tempore venditionis iste non possidebat. & tunc per instrumentum nec probatur nec inducitur probatio traditionis per regulam, Nemo plus iuris. D.de reg. iur.& d.l.traditio.Aut tempore ven-

ditionis possidebat, seu tempore instrumenti celebrati, & tunc aut res ipsa erat in conspectu partium, vel ipsum instrumentum fuit factum & traditum in re ipsa alienata, puta domo vel fundo: & tunc per instrumentum probatur traditio. sic intelligatur d.l.2.cum sua Glossa. Aut eo tempore res erat *in* absentia à conspectu partium, & tunc per instrumentum non probatur traditio, sed ex eo solùm probatur licentia de ingrediendo & intrãdo possessionem. vt l.prædia.D.de acquir. poss. & ibi notatis. Vnde si post instrumentum reperiatur emptor in possessiõe, sufficit ei quòd ad dominij vel quasi acquisitionem, propter antecedentem licentiam. 4 Aliàs † autẽ non præcedente licentia, non esse licitum emptori propria auctoritate possessionem ingredi. vt in l. si ex stipulatione.D.de acquir.poss. Quam opinionem sequitur Spe.in titu.de emptione & ven.§.1.

5 Quid † ergo, si prætextu huius licentiæ ingressus est vnam particulam tantùm ipsius peciæ terræ, an per hoc acquisiuisse possessionem totius intelligatur? Dic quòd sic, vt l.3.in prin.D.de acquir.poss. Vbi autem esset facta alienatio de plurib⁹ rebus distinctim & separatim, putà de plurib⁹ castris, vel domib⁹, aut peciis terrarum, tunc per ingressum vnius non acquireretur possessio aliarum, vt notatur per Bart. in d. l.3. & per Dynum. in c.1.in 5.quæstion.de reg.iur.lib.vi. 6 Ex † prædictis habes bonum assumere consilium, quòd fieri facias instrumentum vel in re ipsa, vel in eius conspect⁹, & dicat tunc notarius. *Actum in domo infrà scripta in conspectu ipsius domus vel fundi, &c.*

7 Quid † autem si *in* instrumento cauetur, (vt fit communiter) quòd suprascriptus venditor constituit se ipsam domum tenere nomine dicti emptoris, an p hoc ꝓbetur traditio possessionis? Dic quòd sic, tam ciuilis quàm naturalis. si tunc temporis venditor possidebat quod est necesse probare. vt traditur in l. ꝙ meo. D.de acquir.poss. & in c.cùm venisset. in fin.ext.de resti.spoliat. & in l. quædam mulier. D. de rei vend. Nec isto casu fienda est illa distinctio, an res fuit in præsentia vel nõ, quia corpus & animus ipsius constituentis fingitur idem corpus & animus illius cuius nomine se constituit possidere. arg.in l.ea quæ ciuiliter. D.de acquir.rer.do. Vnde ipse emptor per corpus & animũ repræsentatiuum vẽditoris dicitur & fingitur possessionem ingredi, & adipisci, quę ratio cessat in casu præcedenti: nam *in* eo dixit se tradere, & per hoc voluit personam emptoris repræsentare & prædicta procedunt, quando simpliciter constituit.

8 Sed † quid si constituit precario nomine possidere, an omnis possessio per tale constitutum transferatur in emptorem? *Dic* quòd non, sed ciuilis tantùm, & remanet naturalis penes ipsum venditorem: hoc enim importat natura precarij. l. & habet §.cum.& ibi notatis. D.de precar. Est igitur consultius pro emptore vti simpliciter forma constituti, omisso precario, licèt in hoc multi errent notarij. & tantum operatur simplex constitutum, quàtum si instrumentum fieret in re ipsa. Fateor tamen quòd si precarium opponatur vel intercueniat, quòd non propterea impeditur implemẽtum cõtractus. vt habetur in l. Iulianus. §. ex ven-

ex vendito. versic. possessionem autem. D. de actio. empti. ❡ Vbi† autem notarius multiplicaret verba, apponendo simplex constitutum, & precarium, tunc vtraque possessio diceretur translata potiùs vi constituti quàm precarij. argum. in l. non solùm. §. fin. D. de vsucap.

10 Quid † autem si ignorauerit quis, putans rem esse alienam, cùm sit sua, illius nomine se constituat possidere. an perdatur vel trãsferatur dominiũ vel possessio? Dic plenè vt habetur in textu & per doctores in l. si rem mobilem. D. de acquir. possess. & in l. ad probationem. C. loca. & in l. qui rem propriam. eod. tit.

11 Sed † circa prædicta quæritur, an ad dominium transferendum vel præscriptionem causandam, sit necessaria traditio vacuæ possessionis, hoc est per alium non occupatæ? Circa hoc distingue. Aut quæritur de dominio transferendo, & hoc respectu non est necesse quòd possessio sit vacua. per textum in l. si fundus. D. de fund. dot. Aut quæritur de præscriptione inducenda, & hoc respectu requiritur quòd sit vacua. vt l. sine possessione. D. de vsuc. Aut quæritur quo ad liberationem venditoris, & hoc respectu requiritur quòd sit vacua. vt in l. 2. §. 1. D. de act. empti. & in l. cùm res. C. de præba. Aut quæritur quo ad publicianam intentandam, & hoc respectu requiritur ❡ sit vacua: quia præscriptio & publiciana inuicem conuertuntur, vt quo casu vna locũ habeat, & alia. vt in l. eum qui. in prin. D. de publiciana. Quæ autem dicatur vacua, dixi 3. & notatur per glo. in l. fi. C. vnde vi. & d. l. cùm res. & lege 2. §. 1.

SVMMA.

1 *Dominium rei venditæ non transfertur, nisi soluto pretio, vel fide habita de eo. In dubio autẽ præsumitur fides habita.*

GLOSSA XVI.

ITem quòd dictus Andrinus dictum precium. Hæc est sexta positio, in qua allegatur solutio precij. 1 Et quidem si qua res venditæ dominium non trãsfertur, nisi soluto precio, aut habita fide de precio. vt l. quoties C. de rei vend. & Instit. de rer. diui. §. venditæ. Licèt publicianæ ius hoc est quasi dominiũ, sine precij solutione transferatur. vt l. de precio. D. de publiciana. In dubio autem semper præsumitur fides habita de precio, si res ipsa fuerit tradita. vt notat glossa in d. §. venditæ. Vnde ad tollendum omne dubium, solent notarij in instrumentis apponere, sicut venditor cõfessus est precium recepisse.

SVMMÆ.

1 *Tempus authoris coniungi potest ad inducendam præscriptionem.*

2 *Vitiosa possessio non accedit iustæ, nec vitiosa vitiosæ (nisi 30. annorum) nec interrupta continuæ.*

3 *Possessio authoris transit cùm sua causa, & cum suis vitiis tam personalibus, quàm realibus, etiam si successor malit coniungere tempus authoris.*

4 *Mala fides nõ impedit præscriptionem triginta annorum.*

5 *Interruptio impedit cursum triennalis præscriptionis.*

6 *Accessione authoris non vtimur, cùm non possidemus, vel cùm eius iniusta est possessio, vel discontinua, vel cùm ab anteriori possessore causam non habemus, vel à iudice.*

7 *Possessio præsumitur continua, nisi probetur discontinua.*

GLOSSA XVII.

Item quòd dictus Andrinus ipsam speciam terræ. Hæc est septima positio, in qua allegatur possessio cõtinuata in persona Andrini. Nam ad probandum præscriptionem requiritur longum tempus, & continuata possessio. vt leg. 2. C. de long. temp. præsc. vi §. dixi. 1 Et † si fortasse tempus iuxæ propriæ possessionis non sufficiat, poterit coniũgere tẽpora sui authoris. vt l. Pomponius. §. ùm quis. D. de acquiren. possess. & in l. in accessione. & l. de accessionibus. & l. pen. §. 1. & l. fin. D. de diuer. & temp. præscript. dum tamen possessio auctoris fuerit iusta. aliàs si non fuisset iusta, nõ fieret accessio. vt in d. l. Pomponius. §. ex facto. 2 Quia † regula est, Quòd vitiosa possessio non accedit iustæ, nec vitiosa vitiosæ. vt in d. l. Pomponius. §. accessiones. Fallit in præscriptione x x x. annorum, de iure ciuili: secus autem de iure canonico. vt notat Bartolus in d. l. Põponius. §. fin. de acquir. possess. & dicam infrà. Similiter possessio interrupta non accedit continuæ. vt in d. l. Pomponius. §. quæritur.

3 Denique † circa hoc nota q̃ possessio auctoris, quando coniungitur cum possessione successoris, transit cum sua causa, suisque vitiis. vt in d. §. cùm quis. siue sit vitium personale siue reale, tam olim quã hodie. Vbi autem nollet successor coniungere tempora auctoris sui, tunc vitia personalia non trantibãt olim in ipsum successorem. in l. ad vitium. in prin. D. de diuer. & temp. præscrip. Hodie autẽ sic. vt in auth. malæ fidei. C. de longi temp. præsc. Vitia autem realia & olim & hodie indistinctè, siue velint coniungere tempora siue non, transeunt in successorem. vt in l. vitia. C. de acquir. possess. & ibi notatur per Cynum & per glossam in d. l. an vitium. & per Bart. & gl. in d. §. cùm quis. Et quæ dixi ſ. de vitiosa possessione, quę nõ coniungitur cũ iusta, procedit quò ad præscriptionem longi temporis.

Quod autem supernè dictum est de coniunctione possessionis iniustæ vel iustæ, fallit (vt dixi) in præscriptione lõgi temporis x x x. annorum, vt notat gl. in l. si quis emptionis. C. de præscr. x x x. anno. in glossa quę incipit Supple. 4 quia † mala fides non impedit iure ciuili hanc præscriptionẽ. vt in d. auth. malæ fidei. & quia in ipsa lõgissima præscriptione potiùs attenditur negligentia non petentis, & defectus viæ suæ actionis, quàm fauor possidentis. vt d. l. omnes. & l. sicut. (secundùm Bart. vbi supra) & in l. Celsus. D. de vinc. 5 Requiritur † tamen in ipsa triennali præscriptione quod non fuerit interrupta aliquo legitimo modo. nam interruptio impedit cursum eius. vt d. l. omnes. Facit ad prędicta quod notat singulariter Bartolus in l. sequitur. §. si viam. D de vsuc.

6 Verùm † vt præmissorum latior habeatur doctrina, cùm quæritur quando & qualiter fiat accessio seu coniunctio vnius possessionis ad aliam, sic distingue, secũdùm Bartolum. vt traditur per eũ in d. l. Põponius. §. accessiones. & l. pen. §. 1. D. de diuer. & temp. præscr. Aut ille qui vult vti accessione alterius nullo modo possidet p se, neq; per alũ. & tũc nõ potest accessione vti. vt d. §. acces-

§. accessiones. & l. pen. §. 1. Aut possidet in totum per alium, & tunc vtitur accessione, sicut si per seipsum possideret. vt in d. l. Pomponius §. si quis precario. & ibi notatis. Aut possidet per seipsum, & tunc aut eius possessio est iniusta, & nulla potest vti accessione. vt ipse in d. §. accessiones. & in §. ex facto. nisi quoad præscriptionem 30. annor. vt dictū est. Aut eius possessio est iusta, & tunc aut vult vti accessione eius à quo causam habet. & tunc aut ipsa res fuit medio tempore ab alio possessa, & per consequens possessio non fuit continua, & tunc non potest vti ea accessione. vt d. l. Pomponius §. quæritur. Fallit in hærede. vt d. l. Pom. omiss. §. sed & legatario. Aut possessio fuit continua. & tunc aut possessio actoris fuit vitiosa, aut non. Primo casu distinguitur. aut quòd ad præscriptionem longi temporis aut longissimi. vt dictum est. Primo casu potest vti accessione. vt d. §. cum quis. & in d. §. accessiones. cum similibus. Aut vult vti accessione eius à quo causam non habet, & tunc non potest, nisi iudicis auctoritate facta fuerit restitutio. vt in d. l. Pomponius. §. si liber homo. & §. si iussu.

7 Sed † quid si fiat coniunctio seu accessio vnius possessionis ad aliam, nec appareat an fuerit possessio continua, nūquid præsumitur continua? Dicit Bart. quod sic. sicut per eum determinatur in d. §. fin. & in l. Celsus. D. de vsuca. Adde quod dixi suprà in primo libello in gl. *præsumptionis.* &c.

GLOSSA XVIII.

Item præsumitur, sciente, & patiente.

Hæc est octaua positio, in qua allegatur actus quidem præsumptæ traditionis. vt in d. l. 2. & ibi notatis C. de acquir. posses. & dixi suprà.

SVMMAE.

1 *Fama quotuplex.*
2 *Fama quid.*
3 *Fama eius loci esse debet.*
4 *Mors probatur per famam parentum in longinquis partibus.*
5 *Famam quos homines faciant.*
6 *Fama originem trahere debet à personis honestis & fide dignis.*
7 *Fama probari potest per duos testes, quō tamē nominet aliquē autorē.*
8 *Fama plenam fidem facit in his in quibus sufficit sic famam esse, vel in iis in quibus fama pro veritate habetur & in minimis causis præsumptione condemnatis.*
9 *Fama possessionis alicuius qualitatis reuicit onus probationis in aduersarium.*
10 *In grauioribus causis fama idoneis præsumptionibus adiuta facit semiplenam probationem, sicut vnus testis omni exceptione maior.*

GLOSSA XIX.

Item quòd de præditis omnibus & singulis est publica vox & fama.

Hæc est vltima positio, quæ est in communi practica & stylo, tam in positionibus quàm in capitulis. Pro huius autem famæ pleniori notitia & doctrina quærendum est de pluribus. 1 Et † primò quotuplex est fama? Ad quod respōdetur quòd duplex, vna videlicet status hominis inter homines, vt quòd Titius sit stultus vel discretus. de qua loquitur gl. in l. 3. C. de episcop. aud. & in l. capitaliū. §. f. in fol. D. de pœnis. & l. cognitionum. §. 1. D. de var. & extraord. cog. & l. non omnes. §. à Barbaris. D. de re milit.

Alia est fama alicuius facti vel negotii particulariter inter homines. de qua in l.3.§ eiusdem D.de testib.

2 Secundò † quæritur, qui l est fama? Respondeo secundùm Doctores q od fama est quædam opinio communis, voce manifesta, ex quadam suspicione proueniens. Dicitur autem *communis*, ad differentiam singularis, per quam fama nõ inducitur. vt l.cùm quidam.§.quod dicitur.D.de acq.hær.& l.Labeo.D. de supp. leg. Subiungitur autem in eidem diffinitione, *voce manifestata*, quod ideo dicitur, quia fama dicitur à fando secundùm Hugutionem, Vnde nisi voce cõmuni fit expressa non erit fama. Ex quo apparet quòd communis opinio & communis æstimatio & fama sunt idem, quando procedunt ab eodem fonte. Deinde subiungitur *ex suspicione proueniens*, quod ideo dicitur, quia actus manifesti qui procedunt à visu, appellantur notorii vel manifesti, nec stãt in proprio nomine famæ, vt notatur in l.crimes.& in l.incolæ.C.de appel.

3 Tertiò † quæritur, in quo loco debet esse fama quę allegatur? Distingue, aut allegatur fama hominis, & debet esse in loco suæ originis. vt l.de minore.§.formẽta. D. de quæstio. & ibi plenè de hac materia per Bart. Vel saltem in loco in quo vt plurimùm cõuersatur. vt in l.2. & quod ibi notatur C. vbi de crim. agi oport. & in Auth. qua in prouincia.ibi posita. Facit l.si cui.§. 1. D.de accus. Vel secũdũ eũ sufficit esse inter personas, inter quas melius cadere posset hæc fama, nõ intento loco. 4 Quid † autẽ si est contentio de morte alicuius in remotis partibus? Dic quòd sufficit famã sic esse inter eius parentes & affines vbi cúque sint vel habitẽt. arg. eorũ quę notantur in l. cùm quidam. §. quod dicitur. D. de acq. hær. & l.8 D. Vnde in cog. & l. de tutela. C. ue in integ. rest. 5 Quartò † quæro, quot homines faciũt famã? Dicũ quidã x. vel xx. Bartolus autẽ, vbi supra, videtur sentire quòd in probatione famę exigitur maior pars eorum ad quos pertinet, nõ attẽto certo & determinato numero personarũ. arg. in l.qui maior. D. ad muner. & in l. aliud. §. esse. D. de iure fis. 6 Quintò † quæritur, à quib⁹ personis debeat fama originẽ trahere? D cũ à personis honestis aut fidedignis, non autẽ ab opprobriosis, & malenolis, & vitiosis. vt plenè traditur in c. qualiter & quãdo. ext. de accusat. & ibi plenè per Inno. & Ioan. And. in c. licèt. ibi. ext. de simonia. 7 Sextò quæritur, quot testes requiruntur ad probationẽ famæ? Gl. in l.3.§. eiusdem. D. de testib. d cit quòd duo testes sufficiũt, dum tamẽ recẽtè cõcludãt, secundũ formã ibi adita per glo. reddẽdo sufficientẽ rationẽ sui testimonij per propriũ auditũ. Sed an testis debet nominare personas, à quibus dicit se audiuisse, vel sufficiat, si nõ recordetur, prout sæpè dicũt testes? Dicit Inno. vbi supra, quòd debet specialiter aliquas personas nominare. & deinde subiũgere se à pluribus aliis hoc idem dicentibus audiuisse, de quorum nominibus ad præsens nõ recordatur. Cuius ratio est, quia cùm fama trahere debeat originem ab honestis personis (vt dictum est) necesse est vt primò aliquæ nominẽtur, quæ videatur an honestæ sint vel viles. quã opinionẽ sequitur etiã Bart. vbi 3. Et si fraus in expressione & nominatione personarũ esset diuersitas inter testes, vel in tempore

porc, aut in loco in quo audierunt, & à quibus, non per hoc vitiaretur eorū testimoniū.arg.in l.ob carmē. §.ii.D.de testib. cùm ibi notatis. sequitur l.in.& Bart.vb. E. 8 Septimò ¶ Quæritur principaliter quis & qualis sit effectus famę? Super quo glosſę variāt.nā quidā d.ce.c videtur,quòd fama faciat plenam fidē. vt notatur D. de n.g. gest. l. at qui natura. §.fi.& C.de proba.l.4.& ibi per Cy. & C.de iur.do.l. vb adhuc. Alibi glosſę licēt quòd fac at semiplenā fidē sup probationē. vt notatur in d.l.3.§.eiusdem.& D.de iureiur.l.admonēdi.& in l.in bonę fidei. C.de iureiur. & ext.de appel. c.1. & quod notatur per Dy.in l.2.§.1.D.de excus.tut. Alii autē dōc. dicūt quòd solū cōfirmat alias probationes factas,nō autē per se facit aliquā probationē.per textū in d.§.eiusdem,ibi. *consentiens fama cōfirmat.* Ideóque secundū eos vnus testis & fama non faciūt plenā probationē, licēt Dy. teneat contrariū.in l.excusantur §.1. D.de exc. tu.& Cy.idē sequitur in l. 4.C de proba.& l.fi. C.eo.ti. Tu tamē secundū Bar. potes sic latiùs distinguere. Quædam sunt in quibus sufficit sic esse famā, & tūc fama facit in his plenā probationē. vt in l. Barbarius.D.de off.pract.l.1.C.de testib.& in l.arbiter. C. de sen.& in l. 4 C.ad Mace. Quędam sunt in quibus requiritur veritatē sic esse.& in hoc distingue.nā quædā sūt in quibus fama habetur pro veritate,& tūc sufficit probatio famæ. vt in l.1.§.1. D.de flumi.& l.Labeo.D.de suppel. leg.& l.esi de Lanionis.§.asinam.D. de fund.instructo & inst. leg. Quædā sunt in quibus ipsa fama nō habetur pro veritate. & tunc aut hæc fama probatur ex nuda voce populi, non coadiuuata iustis præsūptionibus.& tunc valet solùm confirmare alias probationes. vt in d.§. eiusdem,eam glossa.quia talis fama potest dici vana vox populi. vt l.de curionū C.de pœnis. Aut fama probatur & fundatur super iustis causis & præsumptionibus. & tunc in casibus breuioribus & minimis facit plenam probationē: vt in auth. Nisi breuiores. C. de sent. ex perie. recc.& sic intelligi debet gl.in l.vbi adhuc.C.de iure dot..ū fi. 9 In † causis autem grauibus & maioribus regulariter non facit plenam probationem,licēt quandoque transferat onus probandi in aduersarium. puta si fama constituit aliquem in possessione alicuius seruitutis, vel libertatis, vel alterius qualitatis. vt in l.si pater.C.Ne de fla. defunct. & l.1.§. si seruus.C.si ser.contra lib. ad dec.lib.10. 10 Sed † an talis fama faciat semiplenam probationē vel non, multum attendi debet quæ & quales sint præsumptiones illæ, super quibus fundatur fama, vt secūdùm eas dicatur fama plenior vel debilior, & faceret quādoque semiplenam probationem,& ita intelligi debet gl.& Dyn. in d.l.excusantur.§.2.D.de exc.tut.& cu.& d.l.3.§. eiusdem. Per quæ potest colligi, an fama sit sufficiens indicium ad torturam. De quo dic vt notatur per Gandinum in titulo de fama. & per Bar.in d.§.tormenta.& in l.sanctio legum.D.de pœnis.Vnus tamen testis omni exceptione maior,qui deponat de visu est per se sufficiens indicium ad torturam. & notat idem Bar. in l.2.§.idem Cornelius & in l. vnus. in §.iudex. & l.maximus.D. de quæstio.

FORMA EXCIpiendi contra positiones.

TITVLVS VI.

CORAM vobis suprà scripto domino Vicario, comparet & se præsenta suprascriptus Ioannes nomine & occasione certarum assertarum positionum, eidē ex vestri parte transmissarū, ad instantiā & petitionē suprà scripti Simonini procuratoris & procuratorio nomine suprà scripti Andrini & per ipsum dicto nomine coram vobis in iudicio productarū, in causa & quæstione prædicta simul inter ipsas partes vertente, ac etiam nomine, & occasione termini dicto Ioanni per vos assignati ad respōdendum dictis assertis positionibus, & nomine & occasione omnium & singulorum contentorum in eis, ad quæ relatio habeatur.

I. Dicens & excipiēdo proponens dictus Ioānes (saluis manentibus aliis suis hactenus propositis & oppositis, à quibus discedere non intendit, sed pro repetitis haberi vult) prædictas assertas positiones, & omnia & singula in eis contēta fuisse & esse nullas & nulla, & non fuisse nec esse admittenda nec admitti debere, sed penitus & omnino reiiciendas, maximè rationibus & causis infrà scriptis.

II. Primò quia ipsa sunt tempora probatoria à iure & forma statutorum limitata: vnde quæ non sunt probabilia, non sunt ponibilia.

III. Item quia sunt vagæ, incertæ, dubiæ, generales, obscuræ, impossibiles, sibiipsis contrariæ, multiplices, captiosæ, deregentes periurium, ac ad periurium inducentes, impertinentes, & in facto alieno, nec non & potiùs in iure existentes quàm in facto, superfluæ insuper, ac negatiuæ, aliisque multifariis vitiis circumuolutæ, sicque meritò de iure non est eis nullatenus respondendum.

IIII. Petens idem Ioannes ante omnia declarari per dictum Simoninum ac diuidi positiones antedictas, ac etiam per vos interloqui, quibus ex eis de iure sit respondēdum, & an & quæ fuerint & sint admittendæ.

V. Qua declaratione facta offert

offert ex nunc dictus Ioannes separatim his respõdere, prout duxeritis ordinandũ. Veruntamen si & inquãtum alio nõ exceptuato idem Ioannes arctetur à iure eis respondere, saluis semper prędictis, & saluo iure impertinẽtium, & non admittẽdorũ, idem Ioannes ipsis & cuilibet earum sub eius calumnię iuramento dicit & respondet, prout infrà.

VI. Et primò, primæ positioni in ordine quæ incipit, Quòd publica vox & fama, &c. cum aliis duabus sequentibus, respondet quòd non credit.

VII. Et quartæ quæ incipit, &c. quòd credit.

VIII. Vltimæ verò positioni, quæ incipit, Item quòd de prædictis, &c. respondet quòd de confessis credit, de negatis non credit.

SVMMA.

1 *Respondendum est positionibus coram eodem iudice.*

GLOSSA I.

COram eodem. 1 Respõsiones† fiendæ sunt coram illo eodem iudice, coram quo productæ sunt positiones. ne causæ continentia diuidatur. vt l. nulli. C. de iudic. Facit quod not. ic. l. 2. §. 1. C. de iuram. cal. & in c. 1. & 2. de cõfess. lib. vi. & per aliquos in l. vbicunque. D. de interr. act. o. facit etiã l. 1. D. de quib. reb. ad eũdẽ iud. ea. cũ simil. lib. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Is non est contumax in non respondendo, qui non est iussus à iudice respondere.*

GLOSSA II.

EIDEM transmissarum. Aduerte, quia ista transmissio ad domũ non sufficit, de iure communi, sec. 1. requiritur† quòd pars sit præsens in iudicio, & per iudicem personaliter iubeatur & admoneatur, ac interrogetur respondere ipsis positionibus. alioquin non reputaretur cõtumax in non respõdendo, nec possent positiones haberi pro confessis. vt habetur in c. 2. de confess. libr. vi. 1. Sed ex forma statutorum & decretorũ Lombardię, prouisum est quòd sufficiat positiones ipsas transmitti ad domum, & si non responderit habeantur pro confessis. quod ideo repertum est, quia plerunque latitabant, nec personaliter in iudicio cõparebant. Et idem dicendum in interrogationibus quę plerunque fiũt in iudicio. vt in l. ætate. §. qui tacuit. D. de inter. actio. &c.

SVMMA.

1 *Vtile est præmittere exceptiones & protestationes, antequàm respondere.*

GLOSSA III.

DICENS & excipiendo proponens. 1 Bona† cautela est ante responsionem præmittere exceptiones & protestationes, de quibus hic, ne simpliciter respõdẽdo sibi præiudicaret in iure suo, vt alias dictũ est,

& curare quòd super eis iudex interloquatur. vt infrà dicetur nota bene. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Quod non admittitur ad probandum, non debet admitti ad ponendum.*

2 *Post terminum ad respondendum nõ admittitur purgatio morę.*

GLOSSA IIII.

PRIMO *quia lapsa sunt tempora*, &c. 1 Ista † est bona allegatio, & causa sufficiens ad rescindendũ has positiones. 2 quia quod nõ admittitur ad probandum, nõ debet etiam admitti ad ponendum vel capitulãdum. vt notatur per Cy. in l. in contractibus. §. illo. C. de nõ num. pec. & notatur per Glo. in d. c. 2. de confess. Ad quod etiam facit l. confessionibus. D. de interr. actio. & quod notatur per Dy. in cap. indultum. de reg. iur. & per Cyn. in l. iudices. C. de iud. & per Glo. & doc. in c. pastoralis. ext. de except.

2 Sed † hîc insurgit dubium, an in eo casu quo quis teneatur positionibus respondere infra certum terminum, & non respondeat, admittatur purgatio morę. vt sic post terminum quis audiatur volens positionibus respondere, vel positiones producere? Et videtur quòd sic, quia in actibus iudicialibus admittitur purgatio morę. vt in l. & si post tres. D. si quis caut. & etiã in extrãiudicialibus. vt plenè notatur in l. magnam. C. de contrah. & commit. stipu. & l. si insulam. D. de verb. obl. Die breuiter quòd ad respondendũ positionibus nõ admittitur purgatio morę post lapsum termini. vt determinat Gl. in fi. in c. cupientes, super verbo. *Expectari*, de elect. lib. vi. & Inno. in c. cùm in tua. ext. qui matrim. accus. possit. & per Bart. in l. si quis instituatur. D. de hær. instit. & in Authen. ad hæc C. de usur. quod etiam sequitur Bar. in l. qui ob rem. D. de cond. indeb. & Angelus in d. l. & si post tres. Et huius est ratio. quia quando in dispositione instat dies & pœna, non admittitur purgatio morę. vt in l. tra ecclesiæ. §. de illo. D. de actio. & ob. vnde cùm hîc sit dies. sc. hora responsionis fiendæ. si quæ pœna quia habebitur pro confesso. ideò. &c. de quo verbo confesso fit mentio in l. consiliarios. C. de assessor. & in l. fisci causis. D. de iur. fis. Ad faciẽ hum autem seu producendum positiones vel capitula post terminum, an admittatur morę purgatio? Recurrito ad ea quæ notantur in d. c. pastoralis. & per Cy. in l. exceptionem. C. de probatio. & per Dyn. in d. c. indultum. & per Bar. & docto. in d. l. & si post tres. & in l. minor omissam. D. de minor. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Vagus & Varius idem sunt.*

GLOSSA V.

ITEM *quia sunt vagæ*. Appellantur 1 autem † vagæ, quando in se continent varietatem, sicut dicitur de teste. arg. l. qui falsa. D. de testibus & in l. eos. D. ad l. Cor. de fal. & l. 1. C. de furtis. Vnde taliter ponens, vt varint & contrarius repellitur. vt in d. l. 1. Facit l. nonnunquam. D. de collat. bon. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Incertitudo excusa in iudiciis, vltimis voluntatibus, contractibus.*

2 *Incerti-*

2 *Incertitudo quæritur ex obscuritate, vel alternatione.*

3 *Positio fieri potest alternatiuè cùm obligatio est alternatiua.*

GLOSSA VI.

INCERTAE. 1 Incertitudo† est cerosa legislatori, siue in iudicijs: (vt l.3.C.de sent. quæ sine cer. quæt. & in §.curare.Instit. de actio.& l. quid tamen. §.1.D.de a.b.t. Facit l. in summa.in prin. & l.at prætor.§. fi.de re.iud. & l.Pomponius.l.fi fructum.in fi.D de rei vēdi.)siue in legatis & vltimis voluntatibus (vt l.duo sunt Titij. D.de testam.tut. l. quæsi ú §.fi quis eo. D.de fun.instr. & ibi notatis per Glo. & in l. si quis de pluribus. D. de rebus dub. & l.si fuerint.in princ.eo.tit.) siue in contractibus.vt l.inter stipulantem. §.fi fundum.D.de verb. obl. & in l.cum duo.D.de in diem adie. cum similibus ibi notatis.

2 Potest† autē dici tunc incerta quando eius nō capitur intellectus, vel quia sub alternatione concepta. arg. in l.prætor edixit.in prin. D.de iniur.& in §.quod autem.& in l.vbi autē non apparet.in prin.& in §.qui illud.D.de verb.ob.Debet ergo positio esse certa,& eodē modo respōdio.vt in l.certum.in prin. D.de cōst. & notatur per Gl.in d. c.2.§. præterea de testib.lib.vi.Et hęc procedūt quando fit positio alternatiua,super eo de quo processit obligatio simpliciter. 3 Vbi† autē procederet obligatio alternatiua posset fieri alternatiuē, quia quæ forma sunt in obligatione, pariformiter possūt deduci in positione& petitione.vt not. Inno. in c ex parte.& de rescrip. Facit illud aut illud. D.de cōst.pec.& Iaſ.de act.§.huic.Sequitur in litera.

GLOSSA VII.

DVBIAE. Hoc idem importat, quod suprà proximè dictū est, quando sunt incertæ, ideò dic vt ibi. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Generalis positio respiciens plura diuersa reprobatur.*

2 *Generis cum obligatio subsistit positio valet.*

GLOSSA VIII.

GENERALES. 1 Dicitur† ergo generalis, quādo potest se habere ad plura & diuersa.arg.in l.Titia.1.respon.D.de l.2. & quod notat. in l.legato generaliter.D. de leg. 1. Sicque redditur obscurę.arg in l.ita fidei.in princ. D.de iure. fisc. & per consequens nō sunt admittendæ, sicut de incertis proximè dictum est. Et prædicta intelligo,quando generalitas illa fūdatur super genere generalissimo,vel subalterno quod habet fines limitatos hominis destinatione,vt fūdus, vt traditur in l.quod in rerū.§.1. D.de leg.1. 2 Secus† autē funderur super genere subalterno,q̄ habet fines limitatos natura, vel facto hominis, vt domus, quia tunc cùm teneat obligatio, tenebit etiam positio, per regulam suprà traditam.Quæ sunt probabilia sunt pomibilia. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Obscura positio est ex qua sanus intellectus elici non potest.*

GLOSSA IX.

OBSCVRAE. 1 Est† autē obscura positio,cū eius non recipiatur sanus nec perfectus intell. vt 4.dist.c.erit & in c.de mulliere.ex. de sponsa.& ideo respūdæ sunt.De

generali & incerta proximè dictum est, nam claritas est amica legis. vt in Authen. de testam. imperfec. in prin. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Impossibile dicitur, vel natura vel de facto, vel de iure.*

GLOSSA X.

Impossibiles. 1 Sciendum † est quod aliquid dicitur impossibile altero de tribus modis, videlicet natura, facto, & iure. vt notatur & habetur in l. 1. D. & C. de condit. instit. & Instit. de inutil. stip. §. si impossibilis. Exemplum de impossibili de natura, vt verbi gratia, digito cœlū tangere, & simil. De iure autem dicitur impossibile, vt duas eodē tempore habere vxores, vel sororem in vxorē accipere, & similia iure prohibita. vt l. conditiones contra edicta. D. de condit. instit. De facto autem reputatur impossibile, vt dare montem aureum, & similia. Vnde talibus non est respondendum. vt probatur in l. confessionibus. in fin. & in l. seq. D. de inter. actio.

SVMMA.

1 *Contrarius sibi ipsi à limine iudicorum repellēdus est. vno casu iure suo priuatur.*

GLOSSA XI.

SIBI IPSIS *contrarie.* Hic diligenter est aduertendum in forma positionum & responsionum, ne quis sit sibi contrarius propter periculum periurij. vt dict. c. 2 §. præterea. de testib. 1 Nam † contrarii sibi ipsis solēt à iudicij orū limine repelli. vt l. 1. C. de fur. cum ibi notatis. Vno autē singulari casu ponens vel respondēs contrarius [a], suo iure priuatur, nisi causa legitima excusationē prębeat. vt traditur in c. cùm in positionibus. de iureiur. lib. vi. & facit l. vt debitum. & quod ibi notatur per Gloss. & doctores. C. de hære. actio.

SVMMA.

1 *Multiplex positio est quæ plura separata continet.*

GLOSSA XII.

Multiplices. 1 Appellatur † autē positio multiplex, quando plura sep arata cōtinet in seipsa. verbi gratia, Pono quòd vendidisti pretio tali, quódque ipsum pretiū recepisti, &c. nā vna pars potest esse vera, scilicet quòd vēdidisti, & reliqua falsa, quòd precium receperisti. & sic de similibus. Nō est ergo ei absolutè respondendū, sed poterit respondēs diuidere eam per partes, & vnā confiteri, aliā verò negare. vt tangitur in l. si is qui ducenta. §. verùm. D. de rebus dub. & in l. c. 2 de cōfess. lib. vi. & infrà dicā. &c. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Captiosa positio est cum respondēs, tam confitendo quam negando simpliciter decipitur.*

GLOSSA XIII.

Captiosa. 1 Ideò † secundū aliquos sic appellātur, quia earum forma ita cōcepta est q̄ quouis modo respōdeatur, affirmatiuè vel negatiuè, respōdēs capitur & cauillatur. & periuriū aut infamiā incurrit:

a *Contrarius.* Adde quòd in causa appellationis possunt fieri capitula contraria, scilicet secunda per modum correctionis, ita Old. in consil. 285. in fin. alleg. Creditor. §. iustas de appella. & Inno. in c. vl. de confess. Cur.

vt

vt habetur & notatur in l. qui iurasse §. si pater. D. de iureiuran. facit l. ea quę. D. de reg. iur. & notatur p gl. in d. c. 3. & per Bar. in l. Marcell°. D. rerum amot. his enim non est respondendū. &c. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Positio quandoque detegit, quandoque inducit periurii respondentis.*

2 *Positioni quæ inducit periurium nō tenetur respondere simpliciter, nec positioni quæ detegit turpitudinē respondentis.*

GLOSSA XIIII.

Detegentes periurium. 1 Hīc † est iciendum, quòd aliquando positio talis est, quòd per responsionem ad illam detegitur periurium respondentis. Exemplum patet in d. l. qui iurasse. § si pater. D. de iureiur. & l. fin. in fi. C. de episco. & cle. 2 Aliquando † positio est talis quæ inducit periurium, vt puta si fiat super facto, de quo respondens est incertus. Vnde non tenetur tunc respondere. arg. l. scimus. § similiq; modo. & § fin autem. C. de iure delib. & in l. fi. C. de condict. indeb. & in l. si is qui. §. si quis. de acquir. hæred. & l. cum quid. § pen. & fi. D. eo. Quid autem dices, an hęres cogetur respondere, si fuit tacitè rogatus restituere incapaci? Videtur quòd non, quia sic detegi posset eius turpitudo. ergo &c. argumento prædictorum iurium. In contrarium determinat Bart. in l. fin. D. de his quib. vt indig. Et idem dicit in eo qui interrogatur, an detinet dolo possidet. dic vt ibi. Sed contra eius sententiam multū facit, quòd quis non tenetur respondere positioni, vel interrogationi, an sit vsurarius. vt determinat Inn. in c. dudum. el. 2. de confess. & Baldus in l. 2. §. quòd obseruari. de iuram. calum. de quo notatur per Bar. in d. l. Marcellus. D. rerum amot. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Probatio quæ non relenat, id est, ex qua nihil sequitur, respui debet.*

GLOSSA XV.

Impertinentes. Illæ autem positiones dicuntur impertinentes, quæ ita se habent, quod etiā confessatæ non relevant ponentem. verbi gratia, si res sit petita iure dominii in libello, & fiat positio, quòd Caius commodauit equum Sempronio, & similia. 1 Tales † enim positiones non admittuntur, quia (vt dictum est) probatio quæ non releuat respuitur à iure, tum quia grauant̄ affert expensarum inutiliter, tum quia superflua non vtimur. vt traditur in c. dilecti. ext. de excep. & per Glos. in l. fin. C. si per vim vel alio modo. & in l. ad probationem. C. de probat. & l. si quis libertatē. §. fin. D. de pecul. hęr. & in l. quotiens. §. fin. D. de noxal. & in l. qui iurasse. § pen. D. de iureiur. & in l. 3. D. ad exhib. & per Cyn. in l. non hoc. C. vnde cogna. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Positioni de facto alieno nemo tenetur respondere simpliciter.*

GLOSSA XVI.

Et in facto alieno. Factum autem alienum dicitur quod respicit factum extranei, & non respondentis. verbi gratia, Pono q̄ Titius fuit filius Petri, vel eius adiit hęreditā-

tem,& similia. 1 His enim nō tenetur quis respondere, vt in l. si finc. §. 1. D.de interr.act.o.quia ignorantia est tolerabilis, & excusab.lis in his. vt l.fin D./pro suo,& notatur in d.c.2. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Positioni iuris nemo tenetur respondere, nisi ius illud sit consuetudo vel statutum alieni fori.*

GLOSSA. XVII.

POsitiō in iure quā in facto. 1 Scire † debes quòd positioni iuris non est respondendum. vt notatur per Barto.in l. ornamentum. D. de auro & arg. leg. Est autē positio iuris.verbi gratia, Pono quòd minor XIIII annorum non potest facere testamentum. vel, Pono quòd fideiussor non obligatur sine stipulatione, & similia. Vnde talibus non responderur, nec etiam admitti debent, quia ius est certum. vt l. 2. D. de iur. & facti igno. & apud omnes debet esse notum. vt l.leges. C. de legib. Ideò, &c. Quid autem si positio fiat super iure non scripto, putà consuetudine, vt si pono quòd consuetudo est in ciuitate Papię vel Mediolani de tali facto: vel si fiat positio super iure municipali, vt quia dico quòd statuto ciuitatis eanetur, quòd quicunque sic fecerit, vel sic, an huiusmodi positionibus debeat responderi? Videtur. quòd non,quia consuetudo & statuta appellantur iura. vt in l. de quibus.D. de legibus. & l. cùm de consuetudine cum similibus.ea. tit. Facit l. omnes populi. D. de iust. & iur. & in §.constat. Inst.t. de iur. natu.gen. & ciuil. Breuiter sic potest distingui. Aut illa consuetudo vel statutum est in loco in quo forum fortitur is contra quem ponitur, & tunc non tenetur respondere, quia quò ad ipsum ius est notum & certum, sicut aliud ius scriptum commune. Aut illa consuetudo vel statutum est in alio loco, & tunc quia incertum est nec manifestum potest de eo fieri positio, & debebit probari debito modo.vt notat Bartolus in l.1.in prin. D.de operis noui nunc. & l. inc.unle. D. de legib. facit c.1.de constit.lib.VI.& ibi notata.

SVMMA.

1 *Superflua dicuntur pluries repetita.*

GLOSSA. XVIII.

SVperflue. 1 Dicitur † autem superflua positio, quando bis vel pluries idem repetitur,& sic superfluitas intercedit, quæ iuri est odiosa. vt l. fin.in fin. C. de precibus imper. offer. l. ampliorem. §.in refutatoriis. C.de appellat. & in l.hęc stipulatio. §. diuus. vt legat. nom. caueat. & lege. si is à quo. §. fin.D. vt in possess. leg. & l. non cogendum. §. Sabinus. D. de procu. cum similibus.

SVMMA.

1 *Positioni negatiuæ quæ probari non potest nisi per confessionem aduersarii, respondendum est, si aquum iudici videatur.*

GLOSSA XIX.

AC negatiue. 1 Sciendum † est quòd olim fuit ingens disputatio, an positioni negatiuæ sit respondendum. vt plenè notant Cynus & alii sequaces, in l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pec.&

pec.& in l.3 §.quod obseruari. C.de iuram.cal.Quæ disputatio & altercatio hodie est sublata per textũ in c. 2. de confes.l. lib. 6. Vbi decisum est debere respondere. Et ex hoc sequitur quòd hodie superfluum est quod apud aliquos practicatur, qui faciunt positionem habentem implicitam negatiuam per verba affirmatiua hoc modo: Ponit quòd fuit absque eo. quòd Titius vendiderit talem librum, & similia. Nam potest secundũ hoc dicere, ponit quòd Titius non vendidit talem librum. & similia &c.

SVMMAE.

1 *Iudex interrogari debet quibus positionibus sit respondendum, vel non, quia super incidentibus, & emergentibus quæstionibus in iudicio pronunciare debet.*

2 *Ex statuto Longobardiæ omnibus positionibus respondendum est, salvo iure impertinentium & non admittendorum.*

3 *Quæ incidentes vel emergentes quæstiones dicantur.*

GLOSSA XX.

PLACEAT ista omnia declarari. 1 Hæc † requisitio est iuri consona, vt certus sit respondens, ne præcipitetur in sua responsione, quòd iudex prius interloquatur, quibus sit vel non sit respondendum. Tenetur enim super emergentibus in iudicio pronunciare, ne processus impediatur. vt traditur & habetur in l. 1. C. de ord.iudic.& in l.quod iussit.D.de re iud.& Inno.in c. cùm inter R. seniorem.ext.de elect.& Spec.in tit. de inter. Pro quo facit l. liberum. §. fin.D.de lib.exh.& quod notatur in l.de qua re.D.de iudic.

2 Veruntamen † ex forma statutorũ Lomgobardiæ resecatæ sunt huiusmodi exceptiones, & tenetur quis in termino præcisè respondere, salvo iure impertinentium, & non admittendarum in fine litis.

Quæ autem dicantur incidentes vel emergentes exceptiones, plenè declaratur per Glõss. & doct. in d L. quod iussit & in d.l.1. de ord. iudic. 3 Et † aduerte summatim, quòd illæ dicuntur emergentes, quæ habent originem nouã post iudicium inchatum, respicientes processum. vt falsi testis, vel procuratoris, vel dilationis non dandę vel concedendę. Incidentes autem sunt illæ, quæ habent causam veritatiorem respicientem merita negocij principalis, non causæ processum, vt pacti de non petendo, & ceteræ peremptoriæ. dic vt ibi. Facta autem declaratione per iudicem, ponens eas quibus est respondendũ, declarare debet si sunt obscuræ, vel dividere si sunt multiplices. Et pro tanto solent communiter ponẽtes dicere in exordio positionum, quòd ex tunc ipsas dividunt de particula in particulã. vt suprà dictum est in proximo titulo & notatur per Glo.in d.c.2. de confess.lib.vi.&c.

SVMMAE.

1 *Responsio sub cõditione admittitur, ne positio respondenda, approbetur.*

GLOSSA XXI.

VERUNTAMEN si & in quantum. 1 Ista † responsio fit sub hac conditione, ne simpliciter respondendo sibi præiudicaret, si appareret non admittendas fuisse de iure, seu eis non fuisse respondendum. Quæ conditionalis responsio in vsum venit, propter prædicta statuta terra-

rum, quibus cautum est vt respondeatur præcisè, saluo iure impertinentium, &c.

SVMMA.

1 *Vtraque pars iurat de calumnia.*

GLOSSA. XXII.

SVb eius calumnie [a] iuramento. 1 Præstatur † autem hoc sacramentum per respondentem, sicut per ponentem. vt suprà dictum est, & habetur in d. §. quod obseruari. & §. sed quia & ext. de iuram. cal. c. 1. cum seq. & si iurare recusat, priuatur iure suo. vt ibi. & in d. l. 2. §. si actor. & in c. fi. ext. de iuram. cal.

SVMMAE.

1 *Positio cui respondetur repeti potest, vt clarior fiat responsio.*

2 *Ex responsione facta in iudicio ac quærunt ius parti, etiam absenti.*

3 *Erronea responsio reuocari potest, si respondens velit probare errorem.*

4 *Is qui negat positionem non potest ex ea sibi assumere aliquod fundamentum.*

5 *Si quis referat se ad instrumentum vel sententiam, in quibus factum suum versatur, non videtur sufficienter respondere.*

6 *Responsio. Non creditur vt ponitur, an sit sufficiens.*

GLOSSA XXIII.

ET primò, prima positioni in ordine, quæ incipit, Quod publica vox & fama, &c. 1 Notanter † hîc repetitur aliqua pars positionis, vt per hoc clariùs demonstretur ad quam positionem responsio referatur. arg. in l. vt responsum. C. de transact. & in l. diuus. D. de re iudic.

Sed pro huius declaratione quæritur de aliquib⁹. 2 Primò † si reus respondeat absente eo qui positionem fecit, an in responsione ius quæratur absenti? Dic secundùm doctores, quòd aut iudex iussit eum respondere, non obstante illius absentia, & tùc tenet responsio, & ibi absenti ius quæritur. arg. in l. 1. §. qui iussu. D. de his qui not. infa. & l. aut prætor. in §. qui tamen. D. de minor. & D. quod fal. to. l. 1. & ff. de aqua pluuiæ. l. quâquam. Aut iudex non iussit, sed sponte sua in termino respondit, & tunc quòd ad se tenet responsio, & imputet sibi ille qui in termino nõ cõparuit, sed quòd ad absentem nullũ ius sibi absenti quæritur. arg. in l. certum. §. si quis absente. D. de confess. & in l. fi. D. de inter. actio.

3 Secundò † quæritur, facta responsione venit ipse respondens die sequenti, dicens se errasse, & vult eius responsionem reuocare, quæritur an sit audiendus? Dic breuiter quòd siue ipse per se responderit, siue procurator eius, audiendus est, volens de errore suo probare. vt in l. de ætate. §. ex causa. & in §. Celsus. D. de inter. actio. Verùmtamen in modo pro-

[a] *Calumnia iuramento.* Nota, quando petitur iurari de calumnia, si non iurant, habentur pro confessatis. l. 2. §. fin autem reus. C. de iur. calum. & procurator debet habere mandatum speciale ad iurandum de calumnia, casus est, & ibi docto. in fi. de iurame. calum. lib. 6. & ponit Bar. in l. qui bona. §. si alienio, ibi an sufficiat speciale mandatum. ff. de dam. infec. quando requisitus non iurat de calumnia habetur pro confesso, & perdit causam. d. §. fin autem, & est de substantia iudicij, si petatur, ita Bar. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui. ope. nuncia. &c. Bar. & Bal. in d. l. 2. §. sed quia veremur, secus si ratio petatur, vt ibi quod habetur pro confesso, & perdit causam, vide Bal. in repetto suo, super Inno in vers. contumax, in 2. q. & elapsa instantia deperit dicta pœna. ibi vide, &c.

bandi

habdi errorem est differentia,an velit revocare responsionem procuratoris,an propriam.vt plenè traditur in l.certum.in §. sed an ipsos & in l. non fatetur. D. de confess. & plenè scripsi supra circa formam interrogationum,in glo.fin.

4 Tertiò † quæritur an ex positione negata aliqua partis possit sumere fundamentum ? Dic breuiter secundò omnes doct.quòd non, cuius ratio est,quia confessio est actus iuris similis,sicut stipulatio,ideóque sicut ipsa stipulatio redditur inutilis quando est defectus consensus in altera parte (vt l.1.§.1.D. de verb.oblig.)ita in hac confessione. Præterea in iudicio quasi contrahitur. vt in l.3.§.idem scribit.D.de pecul.Vnde sicut in contractibus defectus consensus alterius partis efficit contractum nullum.(vt l.sicut. C.de actio.& oblig.) ita & quasi cõtractus pro quo facit l.de ætate.§. qui interrogatus.D. de inter. actio. quam opinionem sequitur. Bart.in l.post legatum. D. de his quib. vt indig. & Archi.in c.2.de confess.lib.6.& idem Bar.hoc affirmat in l. naturaliter. §. nihil commune. in 3.lectura. D.de acquir. possess. & in l.non vtique. D. de excep.

5 Quartò † quæro,pone statuto cauetur,Quòd quilibet teneatur respondere positionibus puris & simpliciter,&c. Deinde fecit actor positionem, quòd reus est sibi obligatus in decem per publicum instrumentum : vel ponit quòd iudex ipsum reum condemnauit per sententiam in decem. cui positioni dicit & respondet reus, quòd ipse credit si appareat instrumentum , vel prout in instrumento continetur, an sit sufficienter responsum? Bart.dicit quòd non.in l.1 §.si quis simpliciter.D.de verb.oblig.& in l.2.D.de vulg.& pupil.ad quod facit l.cum.D.pro soc.& l. inter stipulantem in princ. D. de verb.obligatio.

6 Quintò, † stante dicto statuto, quæritur quid si reus sic respondeat, (vt multi faciunt ,) Non credit vt ponitur , an sit sufficienter respõsum? Videtur quòd sic,ac si simpliciter dixisset non credit , quia ista sunt paria.dicere, non credit vt ponitur,vel non credit quod ponitur. Constat autem sufficienter responderi, si dicatur.Nõ credit quod ponitur.ergo pariformiter si dicatur,Nõ credit vt ponitur, nisi fortè dicatur, ꝙ is qui respondet , Non credit vt ponitur, videatur aliquid tacitè credere ex his quæ ponuntur , licèt non in totum. Is verò qui dicit , non credit quod ponitur, videtur in totum absolutè omnia negare. Quidam dicunt non valere responsum factum per illa verba, Vt ponitur , licèt valeat per relatiuum, Quod ponitur. Cogita super hoc, quia non reperio perfectam doctrinam,&c. Sequitur in litera.

GLOSSA XXIIII.

Quæ via, quæ incipit. Vides hic quòd licitè potest vnam positionem negare , & aliam confiteri, sunt enim separatæ,& vna potest esse vera,& alia falsa. arg. in l.si is qui ducenta §.verum.D.de reb.dub.cum sua materia. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Huic positioni , Item quod de prædictis publica vox est & fama,responsio facta absolutè , referenda est ad singulas responsiones superiorum positionum.*

GLOSSA. XXV.

Vltime verò positioni quæ incipit &c. respondet &c. Nota formã huius responsionis, quæ ad singula refertur. 1 Quid T ergo, si huic positioni data est simplex & absoluta responsio, dicendo, Credit, & appareat in præcedentibus positionibus fore in aliquibus responsum, Credit, & in aliquibus, Non credit, an hæc responsio erit ad omnia referenda tam negata quàm confessata? Puto quòd sic. [a] nam licèt negauerit aliqua esse vera, secundũ veritatem, potest tamen credere de his in contrarium esse vocem & famam, sicq; ad omnia fieri debebit relatio. arg. in l. si idem cum eodem. in fin. D. de iurisdict. omni. iudic. & in l. talis scriptura & quod ibi notatur. D. de leg. 1. Sed quid si in aliquibus positionibus antecedentibus dixit se nihil scire, postea respõdit modo isto an hęc responsio refertur ad omnia ea de quibus dixit se nihil scire? Speculator in titulo de noto. crim. §. fama. versic. 1. determinat quòd non, vt cõtrarietas & repugnantia euiteretur, quæ euitãda est in quantum potest, vt in c. cum tu. ext. de testibus. notatur in l. 1. C. de furtis. de fama autem suprà sufficienter dictum est.

FORMA CAPITULORUM actoris.

TITVLVS. VII.

CORAM VOBIS suprascripto domino Vicario, exhibet & producit suprascriptus Simoninus dicto procuratorio nomine infrascripta capitula, contra & aduersus suprascriptum Ioannem, in & super causa & quæstione antedicta simul inter ipsas partes vertente, ad verificationem & probationem iuris sui, & hoc in passibus & articulis concernentibus fauorem & commodum dicti Simonini dicto nomine, & facientibus contra dictum Ioannem, & non aliter, nec alio modo. Quæ omnia & singula in passibus antedictis eius fauorem con-

[a] *Puto quòd sic.* Sed aduerte quòd positio partis ratione non verę non potest tamen tota negari, puta quis ponit de 10 respondens dicit solummodo quinque, debet fateri de quinque, non autem in totum negare, ita Bar. & Ang. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obli. Bar. in l. si quis cùm totum, & facit ibi tex. de except. & re iud. & facit l. qui solidum, & ibi Bart. ff. de leg. 2 glo. Innocen. & Gemi. in c. præterea, de test. lib. 6. & ibi Ge. in 12. & in fi. col. dicit, quòd positio non est reiicienda, licèt in ea conueniantur plures articuli, sed iudex debet interrogare partẽ super quolibet. Et ideo reprehenduntur aduocati calumniosi, qui dicunt quòd ratione partis liceat totam negare secundùm Bar. & Ang. vbi suprà qui etiam dicunt quòd ratione qualitatis adiunctæ potest tota negari, puta quis ponit de decem purè, & reuera est debitum sub conditione, potest tota negari indistinctè, ita Barto. & Ang. in d. §. stipulanti, & respondendo quis positioni, cui non tenebatur, sibi præiudicat, Bald. in l. 2. §. quod obtestati. C. de iur. calum.

cernenti-

ternentibus probare intendit, non tamen per hoc se astringere volens ad omnia probanda, sed ea solùm & sola quę sibi dicto nomine fuerint necessaria & opportuna pro victoria obtinēda, saluo & reseruato eidem Simonino nomine quo suprà, omni iure iterum & de nouo alia capitula producendi & probāndi, prout sibi expediens visum fuerit.

I. Primò quod publica vox & fama fuit & est, ac rei veritas se habuit & habet, quòd quondam Petrus de monte tempore eius vitæ, & maximè de anno cursu M. C C C. L. & ante & post, vsque ad annū cursum M. C C C. L X X V. inclusiuè, continuè tenuit & possedit pacificè, & quietè, per se vel per alium eius nomine, peciam vnam terræ cultæ perticarum cētum, cui cohæret ab vna parte, &c. spacio anno X. X X. X X X. & X L. & prout testes dixerint, & veritas apparebit, pro sua & tanquam suam.

II. Item quòd supra scriptus Petrus, dictam peciam terræ vendidit & tradidit de anno cursu M. C C C. L X X V I. supra scripto Andrino, precio florenorū centum, quod quidem precium tunc dictus Petrus fuit confessus habuisse & recepisse, prout constat publico instrumento tradito per Thomam notarium publicum Papiæ.

III. Item quòd dictus Andrinus à tempore dictæ venditionis citra continuò tenuit & possedit, pacificè & quietè supra scriptam peciā terræ, pro sua & tanquam suam, per se vel alios eius nomine, spacio annorum X. X X. X X X. & plurimos fructus, redditus, ac prouentus ex ipsa pecia terræ percipiēdo, colligendo & habendo, sic vel aliter, prout testes dixerint, & veritas apparebit.

SVMMAE.

1 *Positiones pro capitulis accipiuntur, & super iis fit testium examinatio, tam de iure quàm de consuetudine.*

2 *Interrogatoria superflua, quæ fiunt à parte contra quam testes examinantur, reiici debent.*

3 *In quibus differant capitula & positiones.*

4 *Testis interrogari debet de causa scientiæ, quæ ex proprio sensu ad rem idoneo proficisci debet.*

5 *Capitula fieri debent de iis factis, quæ probari debent ad faciendum ius à parte in iudicium deductum.*

6 *Probationes fieri debent intra terminum à iudice assignandum.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Ad euidentiam est sciendum, quòd plerunque cõtingit (ad detrimentum tamen animarum suarum) positiones negari, propter quod expedit illas vel per testes vel per instrumenta probari, quia parti non creditur sine extrinseca probatione. vt 4. q. 4. c. nullus. & in l. omnibus. C. de test. lib. Et quia testes examinandi sunt super capitulis [a] (quæ apud aliquos appellantur Articuli) vt traditur in c. 2. de testib. lib. vi. ideo ipsa capitula producuntur. 1 Quanquã † aliquando positiones in capitula conuertantur, tempore quo illas producunt, posteáque super negatis positionibus testes examinari faciunt, quod tam de iure quàm de consuetudine fieri potest.

2 Debet † tamen iudex interrogatoria, quæ fiunt à parte, contra quam producuntur, prius limitare, & super illa abiicere. vt in d. c. 2. §. præterea. in fi. de testib. lib. 6. & ibi per Ioan. An. & Spec. in titu. de testib. § iam de interrogatoriis.

3 Nunc autem † quæritur quid differunt capitula à positionibus? Respondeo quòd primo differunt in forma, vt patet ex prædictis, & ex eis quæ traduntur in titulo præcedenti. Secundo differunt, quia positionibus respondetur à parte, sed capitulis non: sed eis contradicitur & opponitur. Tertiò, quia pars quæ producit capitula, videtur simpliciter confiteri [b] omnia in eis contenta, vt l. cùm precum. C. de lib. causa. Ille autem qui producit positiones, videtur illas confiteri conditionaliter, videlicet si aduersarius eas fateatur, vt proximè dictum est in præcedenti tit. Conueniunt tamen in hoc, quia super omnibus de calumnia iuratur. vt in l. 2. §. sed quia. C. de iuram. cal. & in c. 2. eo. tit. lib. 6.

4 Deinde † quæritur super & de quibus sunt interrogandi testes, cùm super capitulis inducuntur? Respondeo quod testis in ratione sui testimonii debet dicere illud quod scit, se nosse per aliquē sensum [c] corporeum, videlicet per visum, aut auditum, aut per tactum, seu gustum, seu odoratum, prout facti negotii qualitas exigit seu requirit. Vnde si sit dubium super vinum, an sit bonum vel malum, debet testis dicere quòd gustauit. & inconuenienter diceret quòd vidit, quia non per visum, sed per gustum percipitur bonitas vini. & sic de aliis, secundùm ea quæ notantur per Cy. & gl. in l. testium. C. de test. & per Innoc. in c. cùm causam. ext. de test. & per Speculatorem, in titulo De testibus.

5 Item † quæritur super quibus formanda sunt capitula? Respondeo quòd super his quę pertinent ad verificandum & ad probandum ius actoris in sua petitione deductum, vel defectiones rei. non capitula quæ non pertinent ad prędicta tanquam impertinentia repelluntur. vt notatur in l. ad probationem. C. de pro-

a *Super capitulis.* Adde & vide Alex. de Imo. in l. si duo. §. idem Iulianus. l. 2. D. de iureiur. vbi tenet quòd etiã sine capitulis possint testes examinari, & quòd productio capi non sit necessaria, Fran. Cur.

b *Confiteri.* Adde Barba. in consil. 3. col. 13. & vide Alex. tenentem contrariũ, in consil. 78. col. 5. in 2. vol.

c *Per aliquem sensum.* Adde latè Alex. l. 1. col. 5. D. si cert. pet. Fran. Cur.

bat. &

bar.& l.fi.C.fi per vim vel alio modo.& l. fi quis libertatem in fin. D. de pœnit.hær.cum similibus notatis titulo præcedenti.

¶ Et † nota quòd probationes sunt fiendę in termino per iudicem vel legem assignato,vt notatur in c. pastoralis.ext. de except.& l. exceptionem.C. de probat. Quid igitur si nulla sit dilatio per iudicem vel statutum assignata, an probatio facta non præcedente dilatione valeat? Specu. dicit quòd sic.in tit. de dilatio.§. videndum. in vers.verum. Quam opinionem sequitur Bartol. & Iacobus de Aret. in l. in crimine. D.ad legem. Iul. de adult. & ibi Bartol. & in l.varius.§.cognitum. D.de quæstio.

SVMMA.

1 *Ad præscriptionem prodest causam habere a bonæ fidei possessore, & ad rem.dum idem ius quod author habuit.*

GLOSSA II.

Primò quod publica vox & fama. Merito fit istud capitulum,vt eo probato liqueat de iure venditoris. & per consequens appareat quòd emptor causam habeat à bonæ fidei possessore. 1 Quod† multum vtile est propter ea quæ notantur in auth.malæ fidei.C.de long.temp.præscrip. & per Dy.in reg. Possessor malæ fidei.lib.6.Est enim eo in iure tuendus emptor venditione facta, quo fuerat tuendus venditor venditione non facta.vt l.emptori. C. de euictio. & l. emptori.D. de hæred. vel actio. vend. cum similibus ibi notatis.

SVMMA.

1 *Non possidens probat continuam possessionem,probando olim & nuper possedisse: possidens verò probando se olim aliquando possedisse.*

GLOSSA III.

Continuè tenuit & possedit. Hic quæritur qualiter probetur cõtinua possessio? Dic quòd variis modis.sed facilius probatur hoc modo, videlicet quòd ante venditionẽ & tempore venditionis possidebat. 1 Nam † extremitatibus probatis, præsumitur quòd tempore medio possederit. & hoc in eo qui desinit possidere.vt est venditor.In illo autem qui de præsenti possidet, & asserit se possidere, sufficit probare se retro possedisse aliquando. & illa præterita possessio præsumitur huc vsque continuata, secundùm determinationem Cy. in l.super lõgi. C.de longi temp.præscrip.& Bar.in l.Celsus. D.de vsucap. & vide quod scripsi suprà in forma responsionis factæ per reum libello.in glo.super verbo *Præscriptiones.&c.*

GLOSSA IIII.

Vi cohæret. Qualiter probentur confinia cohærentiæ,dixi suprà in primo libello.in glo.super verbo *cui cohæret.* facit quod notat gl.in c. fi Papa.ext.de priuil.lib.VI.

GLOSSA V.

Spatio annorum XXX. Ex hoc apparet quòd per longæuam præscriptionem factus est dominus vtiliter, & sic potuit tale dominium in emptorem transferre. vt l. clauibus.D. de cõtrah.emp.& vide quod scripsi suprà.in tit.de forma posit.in glossa quæ incipit. *Hæc est ultima positio.*

SVMMAE.

1 *Titulus, pro suo, est iustus, cùm habet annexam iustam causam.*

2 *Docens de possessione sua legitimè præscripta per lapsum temporis, cuius rei memoria non extat, habetur pro domino.*

3 *Possessio defertur probanti de antiquori possessione.*

4 *Sola possessionis probatio non sufficit ad probandum dominium per modum agendi: sed per modum excipiendi inducit præsumptionē dominij, quæ onus contrariū probandi reuicit in aduersarium.*

5 *Varia remedia competunt ei qui amisit possessionem.*

6 *Beneficio canonis redintegrādo pro cedit duntaxat in ecclesia.*

GLOSSA VI.

PRo suo, & tanquam sua. 1 Aduerte† quòd titulus Pro suo, est iustus titulus, cùm habeat annexam iustam causam, videlicet emptionis per ipsum Andrinum factæ, de ipsa pecia terræ. vt l. 1. D. pro suo. & C. eo. tit. l. 1. & per hoc potuit legitimè præscribere.

2 Sed† hic quæro de quotidiana quæstione. Ecce statuto cauetur, Quòd ex possessione præsumatur dominium, agit emptor qui aliquo casu cecidit à possessiōe sua, contra possessorem, rei vendicatione vel publiciana, dicendo ipsam rem ad ipsum pertinere iure dominij vel quasi. & ad huius rei probationem producit testes & instrumenta, per quę probat qi òd ipsam rem tam ipse emptor quàm venditor tenuit & possedit, pro sua & tāquam suam, spatio longi temporis. quęritur an sit fundata intētio ipsi⁹ agētis? Et eadē quæstio fieri potest in eius hærede, qui cecidit à possessione. Et arguendo ad partes, summariè videtur dicendum quòd nō. quoniam possessor de præsenti (fictione statuti) præsumitur dominus, cùm ipsi congruant verba statuti ipsius, ergo & statutum. arg. l. verò §. de viro. D. soluto matrim. & l. adigere. §. quamuis. D. de iure patron. Vnde duo non possunt præsumi domini insolidum. per eandē legem, videlicet præsens possessor & antiquus. arg. in l. 3. § ex pluribus. D. de acquir. possess. & l. si certo. §. si duobus vehiculum. D. commod. & amplius, quia in pari causa possessionis, potior esse debet causa prę sentis possessoris quàm antiqui. arg. in l. siue autem. §. si duobus. in fin. D. de public. & l. si non dominus. D. qui potio. in pig. hab. & l. Si debitor. D. de pig. Cùm enim causa præsumpti dominij sit ipsa possessio de præsenti, ea cessante cessare debet & ista præsumptio. arg. l. generaliter. C. de episco. & cler. in l. cùm tale. §. falsam. D. de condit. & demōst. cum similibus. In contrarium videtur dicendum. cuius causa præmittendum est, quòd tantum (quo ad iuris effectum) operatur fictio, quantum veritas. vt l. si filius. D. si certum petatur. & in l. lex Cornelia. D. de testam. & l. si is qui pro emptore. D. de vsuc. cum similibus ibi notatis. Ex hoc sic infertur, quòd qua ratione si hic emptor vel hæres antequam cecidisset à possessione fuisset verè dominus, & caderet à possessione, posset agere rei vendicatione, ita & nunc propter fictionem statuti, qua præsumitur dominus fuisse. Nam cùm tempore quo possidebat erat in eo præsumptum dominium, quod tantum operatur

quantum

quantum verum, non potuit sine facto & culpa sui eo priuari. iuxta regulam iuris, in l. id quod nostrum. D. de reg. iur. & in l. cùm mandati. C. mand. & l. fin. C. de pactis. Nec verùmile censetur quòd lex, quæ semel contulit suum beneficium primo possidenti, velit ab eo auferre, & conferre secundo. arg. in l. assiduis. §. ex hoc. C. qui potio. in pign. hab. 3 Et † pro hac parte facit quod alibi dicitur de duobus contendentibus de possessione, quæ defertur illi qui probat de antiquiori. vt traditur in c. licet. ext. de probat. & in l. 1. C. vti possid. & quod etiam dicitur de duobus emptoribꝰ, quorum ille præfertur, qui primò possedit illam. vt in l. quoties duobus. C. de rei vend. cum simil. Et hæc pars est æquior, & practicatur. Circumscripto autem statuto non putarem de iure communi sufficere probari de antiquiori possessione, nisi esset legitimè præscripta, maximè spacio temporis cuius initii memoria non extitit in contrarium. vt dixi super forma positionũ. in glo. quæ incipit, Hæc est quarta positio, &c. vel ex vero vel putatiuo titulo. iuxta materiam l. Celsus. D. de vsuc. & l. hominem. & l. fin. D. pro suo. 4 Nam † cùm de dominio quæritur per modum agendi, sola possessionis probatio non sufficit, sed de dominio vel quasi probari debet, per modos traditos in §. per traditionem. & in §. singulorum. Instit. de rerum diuisio. & D. de acquir. rerum dom. l. 2. & 3. cum similibus. Si autẽ de dominio, vel quasi quæreretur per modum excipiendi, tũc possessio de præsenti induceret præsumptionem domini in ipso possessore, & teneretur aduersarius contrarium probare. vt traditur per glossam. & Bartol. in l. quidam in suo. D de cond. instit. & vide notata per eum in l. ita vt si fur. D. commod. & per Spec. in titu. de locato. verti. 56. & Cyn. in l. cùm res. & in l. 2. C. de probat. & in l. 1. C. vbi causa status.

5 Quæret † aliquis qualiter cõsulendum sit ei qui simpliciter allegat possessionem antiquam ad ipsam recuperandam, cùm non habeat titulum paratum, quia instrumenta sunt vel perdita, vel testes nõ apparent? Breuiter sic potest respõderi, multorum dicta colligendo. Aliquando quis perdit possessionem rei mobilis, aliquando possessionem rei immobilis. Primo casu, aut res peruenit in alium possessorem, eius vitio mediante, aut sine eius vitio. Si peruenit vitioſè, tunc subdistingue. aut prior possessor habet ius in re, vt puta creditor, & tunc ei datur pro possessione recuperanda condictio certi. vt habetur & notatur in textu & glossa in l. Et ideo. §. Neratius. D. de condict. furt. Aut nullũ ius habet in re, & tunc aut erat verus possessor, aut simpliciter detentator, vt commodatarius. si fuerat verus possessor, tunc habet triplex remedium, videlicet condictionem triticariam. dum tamen non sit pecunia, vt in l. 2. D. de condict. tric. Et condictionem ex l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. 11. Ac etiam condictionem indebiti. vt l. indebiti. §. sed si nummi. D. de condict. indeb. Si autem erat simplex detentator, tunc habet actionem in factum, & officium iudicis. vt l. non tantum in prin. D. de petit. hær. & ibi notatur in gl. in l. manifestissimi. §. sed cùm in secunda. C. de furt. & per Cy. in l.

1. C. vbi de causa stat. & vide quod notat Bart. in l. rem quæ nobis. D. de acquir. poss. Pro re autem mobili recuperanda nullum competit interdictum, sed vel actio furti, vel vi bonorum raptorum. vt notatur per glo. in d.l. rem quæ nobis, licèt pro ea defendenda detur interdictum Vtrobi. vt D. Vtrobi. l.1. Vbi autem quis rei immobilis possessione privatur, sine vitio nouissimi possessoris, quia emit, vel successit, tunc dic vt infrà proximè. Secundò principali casu quando quis perdit possessionem rei immobilis, tunc distingue. vt suprà. aut quis perdidit vitiosè, aut sine vitio. Primo casu, aut perdidit vitio violentiæ. & habet interdictum Vnde vi. l.1. D. de vi & vi arma. & C. Vnde vi. l.1. & 2. cum similibus. Et condictionem ex canone Reintegranda. 3. quæst. 1. & alia remedia, de quibus scripti infrà sub forma libelli qua agit spoliatus. in gloss. 1. vbi vide. Aut perdidit vitio clandestinitatis, & habet interdictum Quod vi aut clam. vt D. quod vi aut clam. l. 1. cum sequ. Habet etiam condictionē ex l. meminerint. & l. si quis in tantam. & l. cùm quæreba tur. C. Vnde vi. & cōdictionem ex d. canone Reintegrāda. Vbi autem perdidit sine vitio, dicunt quidam nullo remedio ad possessionem solam reuocandū esse succursum, sed ad proprietatem solam fore agendum. Alij sunt qui dicunt succurrendum ad possessionem, condictione ex d. l. si coloni. quam opinionem sequitur gl. in d. l. inciuilē. C. de furt. Innoc. verò tenet. & glo. cū eo. in c. sæpè. de restit. spol. & succurratur cōdictione ex d. canone Reintegrāda. Cui opinio, (vt dicit Bart.) repugnare videtur l. siue autē. §. 1. D. de public. Vnde ipse distinguit sic. aut ille ad quē possessio peruenit sine vitio habet causā ab actore vitioso, & res erat vitiosa, & tūc cōtra eum locum habet remediū d. c. Reintegrāda. arg. in auth. malæ fidei. C. de longi temp. præsc. Aut habet causam ab authore non vitioso, & tūc cōtra possessionē nullo remedio possessorio est prouisum, sed super proprietate de iure dominij est disputandū. quam opinionem sequitur Iacobus Butr. in d.l. inciuilē. Nec obstat, secundùm Bartol. d.l. si coloni. quia loquitur quādo quis causam habebat ab authore vitioso. Verùm ad c. Reintegranda non respōdet. Sed tu potes dicere quòd cōcordat, per textū ibi cùm dicit, *iniustas causas*, & c. per quæ verba datur intelligi succurri cōtra illos qui iniustis de causis occupauerunt res alienas. Alij autem volūt intelligere illa verba, vt referantur ad eū qui possessionē amisit. vt sit sensus, quòd qualitercūque ex iniusta causa quis priuetur possessione sua, succurratur eidē beneficio dicti c. Reintegrāda. quod credo verius. 6 Possetq; tamē fortassē sic distingui inter ecclesiā[a] & priuatū. aut persona priuata perdidit possessionem rei suę, & tūc locū habet distinctio domini Bartoli & Iacobi, aut ecclesia vel prælatus ecclesiæ, & tunc indistinctè ad recuperandum possessionē ex iniusta causa perditam succurritur remedio d. c. Reintegranda. & sic procedit

a *Ecclesiam.* De hoc vide per Lap. alleg. 3. & an remedium d. cap. detur malæ fidei possess. vide Alexan. consil. 117. 2. vol. & an requiratur lit. contest. & an sit remedium perpetuum, & multa alia vide per eundem, cons. 6. 3. volum.

dictum

dictũ & opinio Innoc. & sequentiũ. Nec mirandũ si latiùs succurratur ecclesiæ, quàm priuato, quia etiam in multis aliis casibus idem fit. vt patet in tit. de sacrosanctis. eccles. & C. de episcop. & clericis & ext. de immu. eccles. per totum. cum similib° per quem patet quòd ille canõ Re integranda, solum procedit in ecclesia. & ita sonant eius verba, &c.

SVMMA.

1 *Venditio probari potest per instrumenta, vel per testes.*

GLOSSA VII.

ITEM *quòd supra scriptus Petrus.* 1 Hoc† est secundum capitula in ordine, quod probabitur per instrumentum, si de venditione rogatũ est fieri instrumentum. vel per testes. si de instrumento non apparet. vt in l. cùm res. C. de probat. cum similibus. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Pretium est ac substantia venditionis.*

GLOSSA VIII.

PRECIO *florenorũ centum.* 1 Nota† quòd precium [a] est de substantia venditionis. vt in §. precium Inst. de empt. & vend. cum similibus ibi notatis.

GLOSSA IX.

ITEM *quòd dictus.* Hoc est tertium capitulum, quod fit causa probandi præscriptionem. de qua alias plenè diximus.

SVMMAE.

1 *Paria sunt per se vel per alium possidere.*

2 *Variis modis possessio acquiritur.*

GLOSSA X.

PERSE *seu alios.* 1 Hæc† enim sunt paria, suo corpore possidere, vel corpore alieno. vt lege quod meo. D. de acquir. poss. & hoc est generale & regulare in quocunq; alieno nomine possidente, siue sit seruus, siue filiusfamilias, siue extraneus. vt l. generaliter. & l. 1. §. item acquirimus. cum seq. D. de acquir. poss. & quod habetur in l. quædam mulier. D. de rei vend. & in l. qui vineas. §. quod per colonum. & l. quamuis. §. si conductor. D. de acq. poss. cum similibus: sicut eisdem modis retinetur possessio seruitutis. vt in l. vsu retinetur. D. quemad. seruit. amit. 2 Qualiter† autem quæratur possessio rerum corporalium & incorporalium, tam priuatorum quàm ecclesiarum [b], plenè traditur per Inno. in c. ex literis. ext. de restit. spol. facit l. 3. & dict. §. itẽ acquirit ur & l. quemadmodum. D. de acq. poss.

SVMMAE.

1 *Fructuũ perceptio optimũ signũ adeptæ possessionis vel dominii, si non appareat de alio possessore.*

2 *simplex instrumentum locationis vel emphyteusis non probat possessionem vel dominium nisi solutio mercedis interueniat.*

FRUCTUS *& redditus.* 1 Hoc† est optimũ signũ possessionis adeptæ, & dominii vel quasi acquisiti vt l. Titia. D. de solu. & l. 2. C. de acq poss. Facit l. litibus. C. de agri. & cens. lib. 11. Et hoc verum intellige,

a *Pretium.* Adde hic scripta per Ro. consi. 89. & consi. 91. vbi ponit an §. vendi æ, Inst. de empt. & vend. habeat locum in quocunque contractu.

b *Quàm ecclesiarum.* Vide etiam per Ro. cons. 386. per Cald. cons. 6. de iure patro.

non apparente alio possessore. nam si appareat de alio possessore, licèt iste non possessor fructum rei vel pensionem reciperet, nõ ex hoc efficeretur possessor, vt traditur per Gloss. & Barto. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. & in l. quamuis. §. & si conductor. D. de acquir. poss. Ad præmissa etiam facit l. Pomponius quæritur. D. quib. mod. vsusfru. amit. 2 Simplex † autem instrumentum locationis vel emphyteusis, non interuenięte solutione mercedis. non probat possessionem nec dominium *, vt in c. inter dilectos. in fi. ext. de fide instrum. & in l. qui rem propriam. C. de locato.

GLOSSA XII.

VEL *aliter prout testes dixerint.* Ista clausula est superflua, quia pars producens habet necessariò ista re testibus à se productis. vt l. si quis testibus. C. de testibus cum similibus. tamen aliqui ex abundanti vtuntur ea.

FORMA CAPITULORUM, *quando testes producuntur ad æternam rei memoriam.*

TITVLVS VIII.

CORAM vobis domino Vicario &c. I. Dicit, significat, & proponit Simoninus Spelta, suo proprio nomine, quòd iã elapsis annis duobus Thomas Brachius fuit confessus versus ipsum Simoninum, se ab eo in depositum & ex causa depositi habuisse & recepisse florenos centum in tanta pecunia numerata, quos eidem Simonino reddere ac restituere promisit ad certũ terminũ iam elapsum Thomas antedictus.

II. Verùm quia de dicto de posito, & aliis contẽtis in capitulis insertis, veritatem noscere non possunt testes inferius nominati, timeátque ac suspicetur ipse Simoninus ex veris & apparentibus causis, de morte vel absentia aut infirmitate testium infra scriptorum: propter quem defectum probationis posset damnũ perditionis sui iuris incurrere. Idcirco idem pro confirmatione sui iuris, & vt veritas nõ depereat, omni modo, via, iure & forma quibus melius potest, petit & cum instãtia requirit, per vos ipsos testes & ex vestro officio citari, examinari, recipi, & admitti, super capitulis infra scriptis, ad æternam rei gestæ & veritatis memoriam, & ad omnem bonum finem & effectum,

Nec dominii. an inuestitura probet dominium vel pos. vide per Bal. cons. 62. 2. lib. per Paul. de Cast. cons. 228. & vide quod voluit Azo. cons. 15. & 154.

per quem

per quem meliùs ius & iuſtitia ac veritas conſeruetur & non pereat.

III. Non aſtringens tamẽ ſe dictus Simoninus ad probandum, niſi ea ſola quæ ſibi ſufficiant ad eius victoriam cauſæ.

IIII. Primò videlicet quòd ſei veritas fuit & eſt, ac ſe habet & habuit, quòd ſupra ſcriptus Thomas habuit & recepit, ac habuiſſe & recepiſſe confeſſus fuit, à prædicto Simonino in depoſito & ex cauſa depoſiti, in pecunia numerata de anno curſo M. cc c c. prima die mẽſis Maii. florenos centum.

V. Itẽ quòd præfatus Thomas dictam pecuniæ quantitatem tunc reddere & reſtituere promiſit ipſi Simonino, ad Kalendas Ianuarii tũc proximè ſequentis, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum.

SVMMAE.

1 *Regulariter teſtes non examinantur ante litem cõteſtatam, niſi propter timorẽ mortis vel abſentiæ teſtiũ.*

2 *Iudex rei debet examen teſtium ad futurum facere.*

3 *Forma examinis ad futurum.*

GLOSSA I.

CORAM vobis. Frequens ſatis eſt hic tractatus, maximè tempore mortalitatis & guerrarum, & ideo magna ſuadẽte æquitate adinuentus, vt non pereat facultas probationis. Habet autem locum tam in actore quàm in reo. vt notatur in c. quoniam frequenter. ext. vt lite non conteſta. 1 Ideo cuius† pleniori doctrina eſt ſciendum, quòd regulariter teſtes non recipiuntur ante litem conteſtatam. Fallit quando de teſtium morte vel abſentia timetur, & in quibuſdã aliis caſibus, qui notantur in text. & Gloſſ. & per Innoc. in d. c. quoniam frequenter. & per docto. iuris ciuilis in l. in lege Aquilia ſi deletum. D. ad legem Aquil. Ad quod etiam facit quod notatur in Authen. de teſtibus. §. pen. collat. VII. & C. de teſtibus. Authen. ſed & ſi quis ab aliquo. & in l. curent. D. de teſtibus. & Specul. in tit. de teſte. in §. nunc tractemus.

2 Producendi† autem ſunt hi teſtes coram illo iudice qui eſſet iudex competens ipſius rei, ſi contra eum producerentur via ordinaria. vt in d. c. quoniam.

3 Quæritur autem† de forma procedendi in hac examinatione. Vbi notandum, quòd pars per quam producuntur debet citari priùs. & ſi comparuerit, ei debet libellus offerri, & iuris ordo ſeruari, ſiue ſit actor ſiue reus. Vbi autem contumax fuerit, tunc examinantur teſtes, quorum teſtimonia ſigillantur, nec publicantur. Et poſtea infra annum (ſi fieri poterit) debet iterum pars contra quam ſunt producti citari, & ſuper negotio principali ſibi petitio offerri: aut ſaltem denunciari ſibi de ipſorum teſtium receptione, vt ei liceat contra ipſos opponere prout videbitur. Et ſi

hæc forma non seruetur, examinatio redditur nulla. vt in d.c. quoniam post prin. &c.

SVMMA.

1 *Absentia futura vel infirmitas debent summarie probari.*

GLOSSA I.

TIme[illegible]que & suspicetur. An autē liuæ assertioni credatur. Dic quod non, nisi probet quod asseuerat. quia actor quod asseuerat probare debet. vt in l. actor. C. de proba. cum similibus. 1 Credo † tamen quòd sufficiat de absentia futura probari, per testem qui se dicat velle absentare, vel per relationem medici qui dicit illum fore infirmum, argumento. l. semel. C. de re iudic. quia in talibus procedendum est summariè.

SVMMA.

1 *Iustus nō vanus timor mortis vel infirmitatis debet intervenire.*

GLOSSA III.

DE morte. Attende hic quod de morte proponitur, quia ipsa timenda est tam in iuuene quàm in sene. 1 Sed † tamen debet subesse iustior causa mortis, vt puta grauis infirmitas, vel quia quotidie est in cōflictu belli, & similia. aliter autem esset vanus timor. Et quia hic de morte loquimur, audi quod refert Seneca, in quadam sua epistola: Ait Epicurus, meditare mortē. qui hoc dixit, meditari libertatē iussit. nam qui mori didicit seruire non didicit. sed vna est catena quę nos omnes alligatos tenet, scilicet amor vitæ. vt ergo ait Valerius, remoueatur naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ nos facere & pati multa turpiter cogit, sic ea mota eius quamplurimum beatior finis erit. &c.

GLOSSA IIII.

VEL *absentia.* Hæc est sufficiēs causa. Tunc etiā & aliæ, de quibus notatur in d.c. quoniam. & per Spec. in d. §. nunc tractemus.

GLOSSA V.

PRIMO *videlicet.* Hoc est primū capitulū, quo distinguitur & declaratur obligationis titulus.

SVMMA.

1 *Confessio depositi non inducit obligationem, sed probationem obligationis.*

GLOSSA VI.

HAbuisse confessus. Sed hîc quęritur an sola cōfessione inducatur obligatio depositi? 1 Videtur † quòd non, quia depositum re non verbis, contrahitur. vt Inst. quibus mod. re contra. ob. post prin. & l. 1. §. is quoque. D. de actio. & obl. Confessio autem dicitur verborum obligatio. Iust. de litera. ob. in prin. & in d. l. 1. §. verbis. ergo per confessionem depositum nō contrahitur. Breuiter dic quòd obligatio non contrahitur, sed probatur esse contracta, per talem confessionem. vt l. publica. D. depos. in fi. maximè quādo renunciatū. est exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt comiter fieri solet in instrumentis. vt habetur in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de nō num. pec. & notatur in l. si ex cautione. & l. generaliter eo titulo.

SVMMA.

1 *Depositarius regulariter tenetur de dolo & lata culpa, non de casu. excipiuntur aliqui casus.*

GLOS-

GLOSSA VII.

EX causa depositi in pecunia numerata. 1 Et aduerte † quòd regulariter in vero & proprio deposito (quod est quando est certa res in specie, vel quantitas vt species deponitur in sacculo consignata. vt in l. 1. §. si pecunia signata. D. depositi) licèt ipsa eadem res vel pecunia restitui debeat, tenetur eo casu depositarius solùm de dolo & lata culpa. vel l. quod Nerua. & l. 1. §. sæpe. cũ similibus. D. depositi. Vbi autem pecunia deponitur in quantitate vel genere, tunc sufficiet aliam tantundẽ restituere, sed ipsius pecuniæ periculũ pertinet ad depositariũ. vt in l. Lucius. & in l. dies sponsaliorũ. §. 1. D. depositi. Sunt & alij quatuor casus, in quibus periculũ transit in depositarium, qui notantur per Glos. in prædicto §. sæpe. Inter quos est ille casus qui quotidie ponitur in instrumentis. videlicet quando deponens & depositarius inuicem pacisc̃untur, quòd depositarius de omni periculo teneatur. iuxta doctrinam traditam per Glossam & doctores in l. sed & si quis. §. quæsitum. D. si quis caut. &c.

GLOSSA VIII.

ANno cursu M. CCCC. Isto anno. mensis Septẽbris die XVI. natus est prædictus Manfredus filius meus, in ciuitate Papiæ, anno verò currente M. CCCLXXXII. mense Octobris, natus est illustrissimus dux Philippus, ad præsens dux Mediolani & comes Papiæ. qui anno præsenti nunc currente M. CCCCXII. mense Iulij, obtinuit dominium ciuitatis Mediolani interfecto tunc proditore à certis ciuibus Mediolani, olim eius fratre duce Mediolani &c.

GLOSSA IX.

ITem quòd præfatus Hoc est secũdum capitulum confirmatorium primi. &c.

SVMMA.

1 *Dictio* Tunc *denotat temporis extremitatem.*

GLOSSA X.

TVnc reddere. 1 Ista † dictio *tunc* denotat temporis extremitatem. vt l. 4. in fin. D. de condition. & demonstrat. & l. tutoribus. in fin. de testam. tut. de cuius significato notatur per Archi. 63. dist. c. ergo. &c.

SVMMAE.

1 *Terminus à quo, terminus ad quẽ.*
2 *Dictio* vsque *in lege ponitur inclusiuè regulariter, excipe nisi tunc esset lex alteri legi contraria.*
3 *Dictio* vsque, *in dispositione hominis quando inclusiuè vel exclusiuè accipiatur.*
4 *Quando dicto* vsque, *determinat locum.*
5 *Quando dictio* vsque *determinat tempus.*
6 *Quando dictio* vsque *determinat numerum.*
7 *Dictiones esse* vsque, a, ab, *equipollent.*
8 *Taxatiua dictiones* solùm, tantùm.
9 *Cùm Doctorum opiniones sunt diuersæ, adhærendum est opinioni antiquorum. Moderni enim sunt pomposi, propriis opinionibus gaudentes, & antiquos respuentes.*

GLOSSA XI.

Vsque ad Kalendas Ianuarii. Solet apud plurimos dubitari, an hęc dictio, vsque, ponatur inclusiuè, vel exclusiuè? Et quòniam ad nostrum casum ponitur inclusiuè, vt sic dies Calendarum cedat tota commodo debitoris. arg. in l. qui ante Calendas. & l. eum qui. §. qui eũ. D. de verb. ob. Et quomodo materia ista satis est in practica & in vsu, idcò latius est declaranda. 1 Ad † cuius euidentiam propter rudes sciendum est quòd (secundùm logicos) duo sint termini, vnus à quo, alius ad quẽ. Terminus à quo est ille à quo res sumit initiũ. verbi gratia si dicat, Talis lapidem proiecit à domo Titii vsque ad domũ Caii. nam domus Titii est terminus à quo iactus lapidis sumit initium, domus verò Caii est terminus ad quem iactus lapidis finẽ suum perficit & consumit. De quibus terminis plenè notatur per Bar. in l. quis pro emptor. D. de vsuc. Quo sic supposito, euoco in dubium, an istæ dictiones, à, ab, vsque, ponantur inclusiuè vel exclusiuè? Circa quod sciendũ est quòd quandoq; dictio, vsque, à lege, quandoque profertur ab homine. 2 Primo † casu regulariter ponitur inclusiuè. vt probatur in authen. hoc ius. versũ cæteris. C. de sacrosan. eccle. & l. 1. D. de dolo. & l. si cum exceptione. §. quatenus. D. quòd met. caus. & l. si cui seruũ. D. de leg. 1. in fin. & D. si tabu. test. nullæ extab. l. 1. in fi. Facit e. statutum. ext. de hęret. in clem. & l. fi. D. de senatoribus. Fallit quando cepta inclusiuè esset alteri legi cõtraria, quod tunc ponitur exclusiuè. vt in lege. penul. D. de fium. & l. 1. post prin. D. an per alium causa ap. cum similibus.

Secundo casu quando profertur, tũc cõsidera tres casus. nã quandoq; istæ dictiones, a, ab, & vsque, ponũtur ad terminationẽ loci: quãdoq; temporis: quandoq. numeri, vt infrà declarabitur. Itẽ habes considerare q; hæc dictio, vsque, aliquãdo iungitur cũ prępositione, in, aliquando cũ prępositione, ad. 3 Si † quidem iungit & terminat prępositionẽ, in (verbi gratia, Promitto stare arbitrio Titii à x. florenis vsque in xx. Vel si testis dicit, Talis possedit talẽ fundum vsque in talem) & sic tunc ponitur inclusiuè, quia hęc dictio denotat quandam intrinsecitatẽ & perfectionem. vt colligitur in l. socium qui in eo. §. fin. D. pro socio. & l. si in annos. D. de cõdit. & demon. Idem dico si hęc dictio, per, iungatur & determinetur à dictione vsque. verbi gratia, Promitto x. dare vsque per medium mensem. nam hæc dictio, per, perfectionem termini denotat cui adiicitur. vt l. vrbana. §. per octare. D. de verb. significa. Vbi verò hęc dictio, vsque, iungitur dictioni, ad (verbi gratia, Loco fundum talem vsque ad talem, vel vendo talem fundum vsque ad talem, vel loco talem domum, vsque ad talem vel testis dicit, Talis possedit talem rem vsque ad talem) tunc quidam in hoc distinguunt (vt Dynus & Cynus) aut inclusio continet odium & exclusio fauorem, & tunc ponitur exclusiuè. aut econtra, & tunc ponitur inclusiuè. per Cynum in lege à caligato milite. C. de nup.

Tu autem, secundùm Bartolum, latiùs distingue, vt per eum notatur in l. patronus D. de leg. 3. Alii quando

quando dictio vſque ponitur ad terminationem loci, quandoque ad terminationem temporis, quandoque numeri.

4 Primo † caſu ſubdiſtingue, aut terminus ad quem refertur, poteſt comprehendi vel idem eſſe cum termino à quo, & tunc ponitur incluſiuè. Hoc autem contingere poteſt vel ex generalitate ſermonis. (vt in d.l.patronus. §. 1.) vel ex qualitate rei. (vt quia ſit arbor, vel lapis, vel fouea ille terminus ad quē. vt l. arbor. D. communi diuid. 2. l. pro regione. D. de acquir. rer. dom. vel ex qualitate precij (vt infrà dicā. vel quia incluſio continet cauſam prā. vt l. quidam in teſt. D. de leg. 2. Fallit vbi de contraria voluntate diſponentis apparet, quæ colligi poteſt ex qualitate rei ad quam fit terminatio, quæ alienari non poteſt. vt in l. filiuſfam. D. de leg. 3. vel (vt etiam credo) & res illa ad quam fit terminatio ſit aliena & ab alio poſſeſſa: quia non eſt præſumptio in dubio diſponentē referre voluiſſe ad rem alienam. arg. in l. 4. D. de leg. 2. Vel ex qualitate precij ipſius rei alienatæ, quando ſequeretur enormis leſio, ſi poneretur incluſiuè. His enim & ſimilibus caſibus ponitur ex cluſiuè. arg. l. ſemper in ſtipulationibus. D. de reg. iur. Et per hoc edicitur illa vulgaris quæſtio, quādo quis vendidit aliquem fundum vſque ad talem, vel locauit, quòd non ponitur abſolutè ille alius fundus incluſiuè in venditione vel locatione, ſed cū determinatione, de qua ſupra.

5 Secundo † principali caſu, quā do hęc dictio, vſque, ponitur ad determinationē temporis, & tunc ſub diſtingue. Aut tempus ad quod refertur, poteſt continuari ſub tēpore deſignato. puta, promitto dare centum vſque ad Kalendas, vel promitto dare x. vſq; ad x. ann. vel loco, vel in emphyteoſim concedo talē domū vſque ad x. annos. in quibus caſibus dubitatur, an tempus extremū ad quod (puta annos vltimos decennij) ponatur incluſiuè vel excluſiuè. l. eum qui ita. §. qui ſtipulatur ante Kalendas. D. de verb. oblig. cum ſi. ſupra allegatis, quia bona eſt argumētatio de loco ad tempus. vt in l. vinum. D. ſi certe. pe. & l. ſi. ff. de condic. triti. Fallit vbi reſultaret & prauus intellectus, quia tunc ponitur excluſiuè. puta ſi ſit terminus ſtatutus ad comparendū vſque ad diem dominicam. vel ſi promiſiſti qualibet die dare libram carnium vſque ad diem veneris, vel primam diem quadrageſimę, & ſimilia. Nam in his caſibus nō intelligitur incluſa dies prohibita vel tempus prohibitum. arg. d. l. 2. C. de temp. ap. & in l. ſemper. de reg. iur. Aut tempus ad quod nō poteſt de iure contineri ſub tempore deſignato. verbi gratia, Do tutorem filio meo vſque ad pubertatem. & tunc ponit excluſiuè. vt l. quęſitū. D. de tutel. Fallit vbi de mēte diſponentis contraria appareret, quia tūc verba impropriarentur. vt l. à filio. D. de leg. 3. & l. pater ſeuerinam. §. conditionū verba. ff. de condit. & demōſt. # Tertio † principali caſu, quā do hęc dictio, vſque, ponitur ad determinationem numeri, temporis, vel quantitatis. verbi gratia, Promitto dare vſque ad x. dies. & tunc ponitur incluſiuè vt d. l. id eſt vſque. D. de dolo. & in authent. de appel. & infrà quæ tempora. §. illud quoque. collatio. 4. Licēt illa iura loquantur quando tempus profertur à lege. idē tamen die hoc caſu, ſi profertur

ab homine: maximè quia verba debent interpretari contra proferentē. vt l. veteribus & ibi notatis. D. de pact. & in parte magis fauorabilē vt in l. quotiēs. ff. de reb. dub. 7 Quę † autem supra dicta sunt in dictione vsque, idem per omnia intelliges in dictionibus, à, & ab, quę apponuntur vt plurimùm tanquàm terminus à quo. de quibus vide Guil. de cu. in lege meminisse. & D. de offic. procon. & leg. & per Albericum in suo alphabeto, super litera V, dictione, vsq;. & per Archi. ext. de prębend. lib. vi. & de restitut. spo. c. frequens eo. lib. xxxi. dub. c. fin. & per Io. An. in clem. sicut de appel. facit l. ratio. §. fi. D. de actio. emp. & in l. i. §. est autē. D. de aqua quot. & estiu. & l. post duas. C. de aduo. di. iud. Et vide de his & aliis plurib⁹ dictionibus quæ posuit Alberic. in authent. hoc ius. Codic. de procu. 8 Quid † autem sit de dictionibus taxatiuis, puta solùm, solummodo, tantùm, tantummodo, & similibus, notatur per Bart. in lege i. D. si quis ius di. non obtemp. Aduertum tamen semper aduerte, & hoc p.o regula tene in omnibus quæstionibus occurrentibus. 9 Quòd † si reperias diuersas Doctorū opiniones adhęrere velis potiùs opinioni antiquorū quàm modernorū, nisi reperias textum expressum in contrarium. nā moderni facti sunt ita pōposi, vt se nihil reputent scire nisi legem faciant per se, & spernant antiquos & laudent modernos, de quorum collegio se faciunt & prędicere volunt. nam, vt inquit Seneca, probatos semper tene, & si ad alios diuertere aliquando libuerit, ad priores redi. Deo gratias.

FORMA SEquestri seu saximenti.

TITVLVS IX.

SAPIENS VIR Dominus Vicarius domini Potestatis Papię, ad petitionem & instantiam supra scripti Andrini omnimodo, iure, vi, & forma quibus melius potest, exposito priùs ipsi domino vicario, per dictum Andrinum quòd multum & iustè timet de dilapidatione & occultatione instrumentorum, fructuum, & bonorum, existentium super possessione, de qua inter ipsum ex parte vna, & Ioannem antedictum ex parte altera, quę stio vertitur, & (quod amplius) ne ipsorum occasione partes ipsæ perueniant ad rixam & arma volens & intendens præfatus dominus vicarius inquantum potest occurrere & obuiare cuicunque scādalo, rixæ, vel rumori, iussit vel præcepit & mandauit suprascriptis Andrino & similibus, nominibus prædictis, ibi præsentibus, audientibus, & intelligen-

gentibus, quatenus nullus eorum audeat vel præsumat accedere ad dictam possessionem de qua quæstio vertitur, nec ab inde fructus vel alias res amouere, nec in ea laborare vel laborari facere, sine expressa licentia & voluntate dicti domini Vicarij, sub pœna cuilibet contra facienti librarum centũ, cameræ illustris ducis applicandarũ seu Cõi Papiæ.

II. Reseruato tamen omni iure dictis partibus, tam in possessione quàm in Proprietate, prædicto, & etiam omni iure eis competenti in fructibus antedictis, ac si ipsum saximentum factum non esset.

III. Præterea præfatus dominus vicarius imposuit & in mandatis dedit & dat Petro Pacio seruitori publico dicti Communis, quatenus ex sua parte, impositione, commissione & mandato, dicat & præcipiat. H. & B. cõsulibus loci Sartiranensis, quatenus omnes & singulos fructus extantes de præsenti, in & super dicta possessione & proprietate, colligere debeant, & saluare, ac penes se in sequestro tenere, nec alicui personæ restituere, sine speciali licentia ipsius domini Vicarij, sub pœna de qua supra, & inde &c.

SVMMAR.

1 *Ignari iudices facilè sequestrationes & saximenta concedunt.*
2 *Regulariter omni iure sequestratio seu saximenta prohibita sunt, maximè lite pendente.*
3 *Descripto fructuum permissa.*
4 *Decem casibus permissa sequestratio.*
5 *Quatuor sunt quæ reddunt personam suspectam de dilapidatione.*
6 *Sequestratio non debet fieri pratex tu timoris rixæ, cum certum est quis possideat: sed debet prohiberi turbatio.*
7 *Ex conuentione potest res fungi seu sequestrari.*
8 *Satisdatio potest impedire sequestrationem, nisi res sit iudicata.*
9 *Fructus tempore periturj à iudice vendi debent, & pecunia ex ijs re dacta sequestrari.*

GLOSSA I.

Sapiens vir. Frequens est hic tractatus saximentorum, maximè in Monteferrato & quibusdam aliis partibus. 1 Vbi † ius & iustitia ministratur per boues & ignorantes, qui multùm sunt faciles concedere talia saximenta.

2 Est † igitur sciendum, quòd ista saximenta ante latam sententiam sunt omni iure tam ciuili quàm canonico prohibita. vt Codice de prohi. sequestr. pecu. & ext. Vt lite pen. c. 1. & ext. de sequestra. pos. & fruc. c. 1. & in cle. 1. eo. ti. & 17. q. 111 i. c. volumus. & maximè

lite pendente, siue agitur actione reali, (vt puta rei vendicatione) vel alia simili, puta petitione hæreditatis. & est ratio, quia nemini auferenda est commoditas possessionis, quæ in fructuum perceptione consistit, ante latam sententiam. vt l.1. & l. ordo. C. de execu. rei iudic. & in §. commodum. Insti. de interdict. & l. Titia. D. de solu. N si pendente appellatione, post sententiam latam in principali cā. vt in l. imperatores. D. de appel. & in c. fi. cū ibi notatis, ext. de sequestra. pos. & fruc. 3 Potest † tamen ante sententiam latam in causa principali fieri fructuum descriptio, vt super illis iudex possit certam ferre sententiam, vt determinant doct. in leg. facultas. C. de iure fisc. lib. xi. & Bar. in l. 1. §. eligitur. D. de ventre in pos. mit. Pro qua opinione facit. d. l. 1. §. q̄ si nondum. & in authent. si omnes. in fi. C. si minor se ab hæredi. absti.

Sic ergo stat regula, omnis sequestratio est prohibita. 4 Quæ † regula fallit in x. casibus. Primus est. cū timor vel suspitio est de dilapidatione rei quę petitur sequestrari. vt probatur in d. l. imperatores. & in c. 2. & ibi notatis per Glo. & in c. fi. ext. de seq. poss. & 3. q. 2. c. quia ita.

Sed hic quæritur quæ sunt illa quæ faciūt personam suspectam de dilapidatione. 5 Respondeo † secundū Glo. in l. fideiussor. §. fin. D. qui satisf. cog. quòd sunt quatuor. Primò videlicet nō possidere alia qua mobilia. vt in l. sciendum. D. qui satisda. cog. vel possidere pauca, quæ non æquiualeant rei super qua quæstio agitur. vt l. si creditores. D. de priuil. credi. Tertio mali mores de presenti. vt Insti. de suspec. tut. §. fin. quod notatu inuenis, cui displicent boni mores. Quarto, quòd prius in similibus malè versatus sit. vt in l. si cui. §. hisdem. D. de accus. Præmissis autem iudicia reddunt quem suspectum, si superueniant post obligationem contractam, secundùm Bar. & doc. secus si fuissent tempore obligationis contractæ, quia tunc non redderent personā suspectam. cùm enim à principio fuerit pro tali approbata, non poterit ex eadem causa reprobari. vt traditur & habetur in l. si creditores. vers. planè. & in l. ait prætor. §. si debitorē. D. quæ in frau. cre. Facit l. ū is à quo in fin. D. vt in pos. leg. cū similibus. Ad quod facit quod in simili dicitur de vxore quæ contraxit matrimonium cum viro inope & egeno, deinde pendente matrimonio vult dotem repetere, quia vir eius laborat inopia. per l. vbi adhuc. C. de iu. dot. & in l. si constante, in prin. D. sol. mat. quæ non auditur, vt notatur per Cy. in d. l. vbi adhuc in iiii. quæst.

6 Secundo † principaliter fallit dicta regula, quādo ab executione sententiæ interponitur appellatio. vt in l. ab executore. C. quorum appell. non recip. Tertio fallit in seruo litigante de eius statu, cuius peculiū interim sequestratur. vt l. 1. §. 1. C. de asser. tol. & in l. 1. C. de ordi. cogni. Idem potest dici à paritate rationis in filiofamilias, monacho, feudatario, & similibus, de quorum statu quæstio agitur. Quarto fallit in colono asscriptitio, qui litigat cum domino suo super fundo. nam fructus sequestrantur vt l. litibus. post prin. C. de agri. & censi. lib. xi. & idem potest dici in colono simplici vel partiario, à paritate rationis. Quinto fallit in marito vergente ad inopiam post matrimoniū contra-

contractum, cuius bona pro dote sequestrantur. vt l. si cùm dotem. §. si verò. D. solu. matrim. Sexto fallit quando possessor contumaciter se absentat. quod nota, quia frequenter accidit. vt in c. ex literis. ext. de dolo & contuma. Septimo fallit quando mulier renouetur per virum, de cuius sæuitia timetur, quia vxor sequestratur. vt in c. literis. & in c. ex transmissa. ext. de restit. spo. Octauo fallit quando rixa amorum vel scandalum timetur. vt l. si oleum. in princip. D. de dolo. & in læquissimum. in princ. & quod ibi notatur. D. de vsufru. & in c. 1. de sequest. poss. Facit quod notatur per Innoc. in c. 10 præsentia. in gl. 2 ext. de probat. & Iacobum de Belloviso. in auth. de manda. princ. Facit 90. distin. c. discordantes. & c. præcipimus. & quod notatur in c. 1. ext. de treuga & pace.

7 Sed circa † hoc quæritur de quotidiana quæstione. Ecce est certum Titium possidere fundum, super quo quæstio sibi mouetur, & timetur ne partes ad rixam perueniant, vel ad arma, aut scandalum aliud generetur: quæritur an iudex possit vel debeat, ad alterius partis suggestionem, fundum cum fructibus facere sequestrari, sine præiudicio iuris vtriusque partis. Videtur quòd sic per dictã l. si oleum. & l. æquissimum, prælegatam. In contrarium determinat Innoc. in dicto cap. in præsentia: quam opinionem expressè tenet Baldus in l. 1. C. de prohib. sequest. dicens quòd in isto casu iudicis officium est, præcipere sub certa pœna parti quæ non possidet, quòd non impediat possessorem in sua possessione, nec ipsum vllo modo turbare præsumat. Et pro hoc facit l. 1. D. ne vis fi. ci. & l. pen. D. de aqua quotidiana & æstiu. & l. 3. §. hoc autem. D. de itinere actúque priu. Et fundatur hæc opinio iuris æquitate. alias enim sequeretur absurdum, quia quilibet excogitata malitia fingeret rixam mouere & scandalum, vt eius aduersarius priuaretur commoditate fructuum & possessionis. vnde malitiis hominum est obuiandum. vt in l. in fundo. D. de rei vend. Nec obest l. æquissimum, & l. si oleum. quia debent intelligi quando est dubium quis possideat.

8 Nono. † fallit quando lis pendet per appellationem. vt in dicta lege imperatores. D. de appell. Decimo. fallit quando alicui de familia officialis fuit res ablata, super qua quæstio mouetur. vt in lege senatus. D. de offic. præsi. Quos casus habes pro maiori parte notatos per gloss. in dicto cap. 2. de sequest. poss. & in dicta lege 1. de prohib. sequest.

9 Quid † autem dices de eo quod fit quotidie in instrumentis, in quibus apponitur clausula, quòd si non fuerit de debito satisfactum, quòd debitoris bona possint capi, saxiri, & sequestrari, & in solutum accipi, an virtute huius conuentionis (extra dictos casus speciales) poterunt hæc bona sequestrari? Et videtur quòd non. quia hæc conuentio est contra ius. dicta lege 1. C. de prohib. sequestr. cum similibus. Ergo non valet. vt l. pacta quæ contra. C. de pact. cum similibus ibi notatis. In contrarium dico (& est veritas) quia quod potest lex per eius prouisionem, hoc idem potest debet homo per eius conuentionem. vt l. non impossibile. D. de pact. & glos.

sa notat in l. 1. C. de thesau. lib. 10. Constat autem quòd lex potuit prouidere contra regulam, in casibus prœmissis. ergo hic homo poterit in casu præsenti. Et pro hac sententia facit, quia homo per conuentionẽ potest prouidere super detentatione & sequestratione personæ. vt l. 1. C. qui bonis ced. poss. cum ibi notatis & l. ob æs. C. de actio. & ob. & quod ibi notatur. Ergo multo fortius super sequestratione bonorum.

10 Deinde † quæritur, an hæc sequestratio in casibus antedictis, posset aliquo modo euitari? Dicunt doctores quòd sic, si idonea satisdatio præstatur de rebus saluandis & non baratandis. vt habetur in dl. fin. de ord. cog. & in d. l. litibus de agric. & censi. Et hoc procedit quando sententia non est lata contra eum cuius bona sunt sequestranda. vbi autem esset sententia lata contra eum, tunc satisdatio non releuat nec sibi prodest. vt determinat glo. in l. fin. C. quib. ad lib. procla. non licet. & per doct. & Bar. in dicta l. si cũ dotem. §. si verò. D. sol. mat. Sic ergo si fiat sequestratio pendente appellatione, non proderit satisdare. quod nota.

11 Post † hoc quæritur, quid si in casibus specialibus facta fit sequestratio fructuum qui sunt tempore perituri, vt poma & pira, & similes quid erit? Respondeo (secundùm Bart. vt per eum notatur in l. interesse. D. de acquir. poss.) quòd tales fructus debent vendi auctoritate iudicis, & pecunia in sequestro reponi. arg. in d. l. litibus. & in lege is cui. §. quæri potest. D. vt in poss. leg. D. de acqui. hæred. l. fi. &c.

SVMMAE.

1 *Quando sequestratio primet possidẽtem sua possessione.*

2 *Sequestratio pecuniæ excusat debitorem à solutione & iuramento. Idem si debitor à iudice alii soluere iussus sit.*

3 *Res sequestrata restitui debet lite finita.*

4 *Impetrans iniustè sequestrationem tenetur ad interesse.*

5 *Sequestratio non mutat ius probandi.*

6 *Modus procedendi ad sequestri relaxationem.*

GLOSSA II.

AVdeat vel præsumat. 1 Hic † quæritur nunquid ex sequestratione quæ fit per iudicem priuetur possessor sua possessione? Ad hoc respondent glossæ quòd sic. in l. 1. C. de probi. sequestra. & l. interesse puto. D. de acquir. possess. Tu tamen melius distingue, vt ibi notatur maximè per Bar. in dicta l. interesse. Quædam est sequestratio voluntaria, quæ fit à partibus. & talis priuator possessor sua possessione. Quædam est sequestratio necessaria, quæ fit à iudice. & hic subdistingue tres casus. quandoque iudex agit priuare possessorem, quandoque agit non priuare. quandoque dubitatur. Primo casu priuatur possessione & sic intelliguntur glossæ prædictæ. nec mirum: quia si iudex potest priuare quem suo dominio (vt insti. de offic. iudi. in fine) multo fortius possessione. vt habetur in l. qui vniuersas.

§. item cùm

§. item cùm prætor. D. de acquir. poss. & quod habetur in d. c.1. de sequest. pos. Secundo casu non privatur possessione. arg.l.3.§.genera. D. de acquir. poss. Tertio casu dic idem quod in secundo. per d.§. genera.

2 Vltra † quæritur. Ecce, quòd quidam erat obligatus cum iuramento soluere ad diem, sub certa pœna, venit tertia persona, & facit ei per iudicem sequestrari pecuniam, an excusetur si non soluat ad diem? Dic quòd sic, & à pœna & à iuramento. per textum in l.fi.D.de leg.commiss. & ibi notatis: nam iussu iudicis excusat à pœna & à iuramento. vt in c.venientes. & ibi notatis ext. de iureiur. & l. imperatores. D. ad munic. & in c.imperialem. §. fi. de prohi.alie.feu.10.collat facit l.non viderur.§. qui iussu. D. de reg. iur & l.furti.§.qui iussu. & l. liberorum. §. fi. cum similibus D. de his qui notan.infa. Et eodem modo excusatur debitor, si alij quàm creditori suo fuerit soluere compulsus per iudicem. vt in l.Paulo Calimacho.§. fi. D. de leg.3. & in l.liberto.§. Lucius. D. de annu.leg. & plenè traditur per Dy. & Bar.in l.creditor. in prin. de solu.

3 Deinde † quæritur, quando is penes quem res est in sequestro posita eam restituere teneatur? Dic quòd regulariter lite finita, & non ante, nisi per partem steterit quominus lis finem accipiat. vt traditur per Bar. in l. fi oleum. in prin. D. de dolo.

4 Quid † si iniustè appareat facta sequestratio, an pars quæ impetrauit teneatur parti læsæ? Dic quòd sic ad interesse. vt in dicta lege si oleum.

5 Sed † amplius quæritur, facto sequestro, quis probabit de iure suo? Dic quòd ille qui ante sequestrum tenebatur probare. nam quo ad onus probandi nihil immutatur per sequestrum. vt notatur per Bar. in d. l. si oleum. & per Bal. in d. l. 1. de prohi. sequest.

6 Quis † ergo erit modus procedendi facto sequestro? Dic quòd aut sequestrum est factum contra ius, & tunc petitur fieri eius revocatio & cassatio, officio iudicis, eatenus quatenus de facto processit. Si verò factum sit secundùm ius, in aliquo casu à iure permisso, tunc aut est factum de re immobili principaliter, aut de fructibus eius. Si de re ipsa, tunc ille qui impetrauit sequestrum debet producere libellum suum super re, exprimendo ius quod sibi prætendit competere in re ipsa, & facere suas probationes, ac si nullum sequestrum factum fuerit, iuxta regulas in authen. offeratur. & in l. actor. C. de proba. cum similibus. Si verò factum fuerit sequestrum de fructibus tantùm ipsius rei, tunc aut fuit factum libello iam oblato, & lite pendente super ipsa re, & tunc procederetur solùm in causa super re ipsa, & secundum eorum sententiæ disponetur super ipsius sequestri relaxatione vel assignatione. vt in d. l. oleum, cum ibi notatis per Bar. Aut fuit factum nulla præcedente lite, & tunc dabitur libellus, & cognoscetur de iure agentis. vt in alio casu dictum est. Vnde iudex facto sequestro, præfigit statim terminū actori, hoc est illi qui impetrauit sequestrum, producendi suum libellum, & inde probandi

de iure suo. quod si non fecerit seu produxerit, tunc ipsum sequestrum relaxabit. Et idem seruabit iudex si reus fideiussorem dederit propter quod sequestrum relaxauit. quia inconueniens esset quòd fideiussor semper staret obligatus. arg. in l. pe. C. de fideiuss. & in l. si eo tempore. C. de remiss. pig. cum similib.

GLOSSA III.

Reformato omni iure. Per hoc apparet quòd iudex nō agit partes priuare sua possessione. & ideo semper facias hanc clausulam apponi in talibus sequestris.

FORMA IVRAmenti testium.

TITVLVS X.

ONSTITVTI in præsentia supra scripti domini Vicarii Petrus Guilelmus & Stephanus testes producti & requisiti, ad petitionem & instantiam suprascripti Ioannis causa & occasione perhibendi testimonium veritatis super causa & quæstione ac capitulis in ipsa lite productis per dictum Ioannem, & se vertentem inter partes prædictas, delato priùs ipsis testibus & cuilibet eorum soléniter iuramento, per præfatum dominum Vicarium, de veritate dicēda super tota ipsa causa & capitulis antedictis, remotis amore, timore, & omni humana gratia, iurauerunt & iurant, tactis corporaliter scripturis, in manibus præfati domini Vicarii, dicere veritatem de his quæ nouerunt & interrogati fuerint, super causa & capitulis antedictis, circumscripta omni malicia & falsitate, ac gratia & amore. Hoc præsente dicto Simonino prædictis non consentiente, quatenus tenderent vel tendere possent in præiudicium partis suę, ac dicente & protestante quòd sibi sit ius saluum opponendi tam contra eorum personas, quàm contra eorū dicta & depositiones, &c.

SVMMA.

1 *Testes debent esse immatriculati dignitate splendeant.*

GLOSSA I.

Constituti in præsentia 1 Legibus † tam ciuilibus quàm canonicis cautum est, vt testes iurati deponere debeant, quanuis dignitate refulgeant, vt in l. iurisiurandi. C. de testibus & in c. quoniam & in c. licet vniuersis. ext. de test. cum similibus. Cuius ratio est quia licèt quantum ad deum non sit differentia inter simplicem loquelam & & iura-

iuramentum (vt in c.& ſi Chriſtus ext. de iureiu. & in c. iuramentum 22. q.vlt.) tamen quantum ad forũ eſt d.fferẽtia & plꝰ punitur qui facit contra iuramentum. quàm qui facit contra ſimplicem affirmationem. vt in c. 1. cum ſeq. 22. q. 1. & 2. per totum. Quæ autem ſit forma iuramenti infra dicam.

SVMMAE.

1 *Teſtis ſe offerens ad teſtific. eundem ſuſpectus eſt.*

2 *Teſtes cogi poſſunt à iudice ad teſtificandum: excepta certis perſonis.*

3 *Produc. aut teſtes tenetur eis miniſtrare ſumptus neceſſarios.*

4 *Pars citari debet, vt videat teſtes iurare, & vt producat ſua interrogatoria.*

5 *In actis teſtimoniorum enunciatio iſta, teſtis iuratus, probat teſtem iuramentum præſtitiſſe.*

GLOSSA II.

CItati & requiſiti. Nõ immeritò ſic dicitur. 1 quia † teſtis nõ ſe vltrò offerre, ſed expectare quòd per iudicem compellatur, alias autem haberetur pro ſuſpecto. arg. l. quæ omnia. D. de procurat. de quo traditur & habetur in l. ſi quando, in prin. C. de teſtib. & in c. 22. ext. de teſtib. Probatur etiam in l. 3. §. exhibere. ibi admoniti &c. D. de tab. exhibend.

2 Et † ſi recuſaret venire, debet per iudicem compelli. mulcta indicta. vt notatur in d. §. exhibere. arg. l. in lege D. ſi quis ius dic. nõ obtẽp. Facit c. cùm contra. & c. ſeq. ext. de teſtib. cogen. Fallit tamen in certis perſonis, quæ non ſunt cogendæ contra eorum voluntatem de quibus notat Spec. in tit. De teſte. §. de teſtium compulſione, & habetur in lege Iulia, & in l. inuiti. D. de teſtibus.

3 Tenetur † autem iudex ipſis teſtibus euocatis facere prouideri à parte producẽte de eorum neceſſariis ſumptibus. vt habetur & notatur per Cy. & alios in l. quoniam libert. C. de teſtib.

4 Rurſum † quia citari debet pars aduerſa, ad videndum ipſos teſtes præſtare iuramentum (vt in Auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib. & in d. c. 2. de teſtib. & 3. q. 9. c. cariæ quas) & vlterius ad producendum ſua interrogatoria quæ fieri vult ipſis teſtibus. vt in c. 2. §. præterea. ext. de teſtib. lib. vi. & ibi notatis per Archi. alioquin examinatio nulla eſſet. arg. 3. q. 9. c. 2. & ſeq. & in l. de vno quoque. D. de re iudic. & l. nam ita diuus. D. de adopt.

5 Quid † autem dices ſi reperitur ſcriptum in actis (vt fit quotidie) Petrus de Boſco teſtis productus, citatus, & iuratus, & interrogatus, ac examinatus, ſuper primo capitulo reſpondet &c. an per iſta verba probetur de citatione & iuramento? Bar. in l. Theopompus. D. de dote præleg. determinat. quòd ſic. argum. dict. l. & per regulam quæ eſt. Quando fit mentio in inſtrumento de tali actu qui potuit interueniſſe tempore celebrati inſtrumenti, quòd tunc ſtatur inſtrumento, & præſumitur ita eſſe. vt traditur in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſ. lib. 10.

SVMMA.

1 *Iudex in actis ciuilibus regulariter non procedit, niſi parte petente: in criminalibus ſecus.*

GLOSSA III.

A D instantiam & petitionem. 1 Aduerte† quòd iudex regulariter non potest ex suo officio in ciuilibus cautis procedere, sine parte instante & requirente. vt plenè notatur per Bart. in lege quarta, §. hoc autem iudicium. D. de damno infect. & in l. ad peremptorium. D. de iudic. In criminalibus autem, in quibus ex officio procedit per inquisitionem, tunc quia fungitur vice partis, posset à seipso iudex procedere, sine partis requisitione. vt ibi per eum notatur. facit l. 1. §. si quis vltro. D. de quæstio. & quod habetur in c. cùm clamor. ext. de testib. & l. si non defendatur. D. de pœnis.

GLOSSA IIII.

D Elato priùs eisdem solenniter sacramento. Quæritur hîc quæ sit forma sacramenti in teste. Die breuiter, vt notatur in c. fraternitatis. in glo. fin. ext. de testib. & patet ex verbis sequentibus.

Svmma.

1 *Depositio testis non valet vltra articulata, nisi pertineat ad causam, & iurauerit super tota causa.*

GLOSSA V.

S V per tota ipsa causa. Notandum quòd aliud est iurare super capitulis tantùm, & aliud iurare super tota causa. 1 Qui† enim simpliciter iurat super capitulis tantùm, si extra illa aliquid dixit, etiamsi pertineat ad causam, non valet, vtpote super eo non iuratus deponens. vt tangitur per gloss. & doct. in l. si quis libertatem. in fin. D. de peti. hæred. & in c. de testibus. extra de testib. & per Cyn. in l. momentanea. in vltima quæstione. C. qui leg. person. stan. in iudi. non ha. & Iacobum But. in prælegata l. iurisiurandi. C. de testibus. Secus autem est quando iurauit super tota causa. tunc enim quicquid dixerit ad causam pertinens valet pro vtraque parte. vt ibi notatur, facit l. testium, & l. si quando. C. de testib.

Svmma.

1 *Testes deponere debent appositè de proprio suo sensu, non de alieno.*

GLOSSA VI.

D Icere veritatem. Ad hunc enim finem inducuntur testes, vt veritatis testimonium perhibeant pro vtraque parte. 14. quæst. 5. cap. non sanè. & per eorum rectũ & iustum iudicium. 1 fundatum† super aliquo proprio & principali sensu corporis, videlicet visu, tactu, odoratu, gustu, vel auditu. non autem super alieno, vt traditur in cap. testes. cum sequ. 3. quæst. 9. & per glossam & Innoc. in cap. cùm causam. ext. de testib. & per doct. & gloss. in l. testium. C. de testibus, prout facti qualitas exegerit, sic quòd ratio ipsius testis rectè cõcludat ad suum propositum. quia magis attenditur ratio quàm dictum. vt notatur in l. solam. C. de testib. & in c. de testibus ext. de testib. Facit c. 2. ext. de transact. & quod notat Spec. in tit. de teste. §. nunc videndum est. & dicetur latiùs infrà in tit. De forma opponendi contra testem post publicationem. in glo. super verbo, reddunt rationem nec causam, &c.

Svm-

SVMMAE.

1 *Falsum committitur cum veritas mutatur.*

2 *Testis qui falsum dixit in vno articulo omnino reiicitur.*

3 *Falsitas in instrumento vel in depositione testis, in iis quæ non sunt de substantia negotij, non vitiat totum actum.*

4 *Plus creditur notario quàm vni testi, nisi notarius sit male famæ & testis bonæ.*

5 *Testis falsus est puniendus à iudice coram quo dixit falsum testimonium.*

6 *Testis falsus qui semel punitus est non potest amplius puniri.*

7 *Testis qui falsum deposuit coram iudice delegato, puniri debet a delegante ex officio, vel ab ipso delegato per viam ordinariam accusationis.*

GLOSSA VII.

ET *falsitate.* 1 Sciendum est† quòd falsum committitur, vbicunque veritas immutatur. vt in l. qd sit falsum. D. ad leg. Cor. de fal. & in Authen. de fide instrum. post princ. Vnde accerrimè puniendus est testis qui falsum committit: nam tres personas offendit, videlicet deum, iudicem, & partem. vt in c. 1. ext. de cri. fal. & in l. nullum. C. de testibus.

2 Sed quid† dicemus si testis in vno capitulo dixit falsum, & in alio verum. an eius testimonium vitietur in totum, vel pro parte? Dic breuiter quòd vitiatur in totum vt notat. per Clo. ix. dis. in c. si ad sacras. & ibi per Archid. & tangitur in c. in nostra præsentia. ext. de testib. & in c. desiderat peccator. de reg. iur. Et sit ratio, quia periurus est, ergo repellendus. vt in c. testimonium. ext. de testib.

3 Et† hoc idem dicendū in instrumento pro parte falso, quando falsitas processit à notario. vt plenè notatur per Cy. in l. si ex falsis. C. de transactio. circa finem apparatus. Innocentius tamen in hoc aliter distinguit, in c. fraternitatis. ext. de hereticis. Dicit enim quòd aut illa falsitas apposita vel inserta per notarium in instrumento, vel per testem in eius testimonio, non tangit substantiam vel circunstantiam negotij (verbi gratia si dicat contrahentem esse de vno loco, cùm sit de alio, vel quòd sit affinis talis personæ, cùm non sit) & tunc valet instrumentum. Aut illa falsitas tangit substantialia vel circunstantias negotij (verbi gratia, si inter contrahentes actum sit quòd soluatur pecunia argentea, & notarius scripsit vel testis dixit de aurea) & tunc vitiatur instrumentum vel testimonium. vt 111. q. 1x. c. testes & c. puta. & c. horramur. Et concludit ibi in similibus, dicit, quòd si instrumentum est in aliqua sui parte falsum, q ̄d totum redditur falsum. Licèt aliqui noluerint distinguere, an instrumentum contineat plura capitula separata æquè principalia, & tunc si in vno vitietur non vitiatur in cæteris. Aut sunt capitula quorum vnum est alterius accessorium vel connexum, & tunc propter vitium vnius, instrumentum vitiatur in totum. arg. in l. etiam. D. de minor. & D. de negot. gest. l. eum actum. quæ opinio non placet Innocentio.

4 Inde† quæritur de eo quod sæpe faciunt isti testes rusticiani seu rurales. Ecce obiicitur contrà testē,

quòd ipse falsum dixit, ille autem in excusatione sui replicat quòd notarius aliter scripsit quàm ipse deposuit, quæritur cui magis sit credendum an testi an notario? Dicunt quid in (vt l. c. de bel.) aut iudex examinauit testem, & notarius scripsit, & tunc standum erit potiùs scripturę quàm testi m. Aut notarius ipse examinauit & scripsit ex commissione iudicis, vt multotiens occurrit, & tunc (secundùm aliquos) adhuc est idem. maximè quòd notarius obtinet vicem duorum testium, & est persona publica, & qui iurauit eius officium legali exercere. vt notatur in c. cùm Ioannes heremita. ext. de fide instru. & in l. in exercendis. C. de fi. instr. & in l. fi. de fideiuss. Testis autem est singularis, & pro vno solo reputatur, nec est persona publica & in facto suo loquitur. imò preualere debet scriptura notarij. argumentum ad hoc in lege Domitius Labeo. D. de testibus & quod notatur in l. si quis decurio. C. ad l. Cor. de fal. Odofredus autem distinguit tres casus. aut notarius est bonę famæ & testis malę, aut contra testis bonæ & notarius malæ. aut vterque bonæ famæ. Primo casu & secundo, creditur illi qui est bonæ famæ. arg. in l. nõ omnis. §. à barbaris. D. de re mili. & in l. si cui. §. hùsdem. D. de accusat. Tertio autem casu magis creditur notario. arg. d. l. si quis decurio. iuncta ratione de qua supra in principio dictum est. Vbi autem vterque esset malæ famæ, fortè adhuc magis credendum esset notario: quia nil cæcus cęco. vt l. viro atque vxore. D. sol. mat. maximè dum notarius toleratur in officio. vt l. barbarius. D. de officio prætor.

§ Vltra quæritur, à quo puniendus est falsus testis. Respondetur quòd ab eo coram quo falsum testimonium fuit, siue sit ordinarius (vt in l. nullum. D. de testi.) siue sit delegatus. quia etiam delegatus habet ius coercendi. vt l. 2. D. de offi. eius cui man. est iurisdi. & in c. ex literis. ext. de offi. deleg. licet aliud in arbitro. vt notat Specul. in tit. De teste. in prin. vers. Lic excipit quòd est co-ruptus. & per Cy. in d. l. nullum. Quæ quidem pœna falsi testis, si imponitur per iudicem ex officio, est arbitraria. vt d. l. nullum. quo officio finito, vel per lapsum instantiæ causæ, vel per sententiam diffinitiuam in eo latam, cùm tale officium sit mercenarium. vt l. 1. C. de calum. tamen posset iudex vlterius testem punire, sed opus esset, per viam accusationis contrà eum procedere. arg. l. 11 11. cum ibi notatis. C. depo. & tunc esset pœna ordinaria imponenda. vt in l. eos. D. ad leg. Cor. de fal. secùdũ. Iac. But. & per eũ notatur in d. l. nullum. 6 Quid† ergo dicemus si iudex ex officio, lite pendente testem punit, numquid poterit de nouo accusari, lege Cornelia de falsis, ad pœnam ordinariam? Spec. in d. vers. Item quòd est corruptus, videtur tenere quòd sic. & idem sequitur Gl. noua, super d. l. nullum. Cyn. autem in eadem l. tenet contrarium, & melius fortè, quia de delicto eiusdem hominis nõ debet sepius quæri. vt in l. idémque. in fi. D. de accus. maximè cùm talis pœna sit imposita ad vindictã publicam, sicque vna debet facere cessare aliam. arg. in l. 2. & quod ibi notatur. C. quando ciuil. act. præiud. erimi. Nam si filius semel egit actione iniuriarum, non auditur pa-

ter vo-

ter volent adhuc agere. vt l.sed si vnus.§.filio.D.de iniuri.& in §.si filius. Pro quo facit quod alibi dicitur, an pœna imposita per inquisitionem cessare faciat accusationē. de qua quæstione tangitur per Cy. in l.ex quidem. C. de accusat. & per Bart.in l.si maritus.D.de adul.& per Dy.in c.actus legitimi de reg. iur. lib. vi. & vide ad prædicta de teste, quæ notantur per Cy.in l.vbi. C.ad l.Cor.de fal.

7 Sed † quæritur de alia quæstione. Tu scis q ōd plerunque pro examinatione testium fit commissio, etiam per iudicem etiam extra suam iurisdictionem alicui alteri iudici, puta Vicarius Papiæ cui m quo est quæstio, committit examinationem vicario Mediolani testium ibi existentium, qui coram eo deposuerunt falsum. Quæritur ad quē pertineat punitio? Pro cuius euidentia est præmittendum, quòd talis examinatio potest iustè committi. vt traditur in l. iudices. & in Authen.apud eloquentissimum. C. de sin.instru. & in clem. iudices. de offic.deleg.& in cap.i. ext. de testib. cogen. & videtur quòd sunt puniēdi per Vicarium Papiæ, qui est iudex principalis causę.vt d.l.nullum. In contrarium videtur quòd per vicarium Mediolani, cuius aures offenderunt,& in cuius territorio deliquerunt. vt in Authe. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. Facit 11. q. 1. c. si peccauerit. & ext. de foro compe.c. postulasti.cum similibus. Alij dicunt inspiciendam fore q alitatem causæ. de quo vide Spec. in d.vers. Item quòd est corruptus. Prima opinio videtur verior,quia iudex causæ principalis est ille qui offenditur.vt in dict. c.i. de cri.fal.cuius persona repręsentatur in suo delegato. vt in l. etiam. C.de appell.& in l.i.§. qui mandatam.D. de offi. eius cui man.est iurisdictio. Vel potest distingui. aut quæritur de pœna extra-ordinaria,quæ venit imponenda ex officio (vt supra dictum est) & tunc illa pertinet ad iudicem causæ.vt d.l.nullum & d.c. i.Aut quæritur de pœna ordinaria, quæ imponitur per accusationem, & illa erit imponenda per vicarium Mediolani. per dictam authen.qua in prouincia cum similibus. Vbi ergo testis de falsitate reperitur maculatus, melius est pro eo (si habet iudicem gratiosum) quòd patiatur se puniri extraordinariè per officium, quàm expectare quòd ordinariè de falso procedatur contra eum.

GLOSSA VIII.

ET *hoc dicto simonino*. Subaudi vel citato,& cōtumace: sufficit enim alterum ex his:alioquin vitiaretur receptio testis, & iuramenti delatio, vt supra dixi &c.

Summar.

1 *Protestatio opponendi reprobationes contra personas testiū est necessaria ante examinationem.*

2 *Testis semel approbatus amplius reprobari non potest, nisi superuenerit noua causa.*

3 *Approbatus intelligitur cum effectu.*

4 *Reprobationes testium non impediunt eorum examinationem, nisi probanda sint per testes senes, infirmos.absituros.*

5 *Periurus non admittitur ad testimonium, nisi iuramentum fuit*

temerarium, vel à Papa fuerit dispensatus.

6 *Infamis à testimonio repellitur.*

7 *Inimicus capitalis testis esse non potest. & quæ inimicitiæ capitales dicantur.*

8 *Testis domesticus producentis tempore depositionis repellitur, & qui sunt domestici.*

9 *Vasallus contra dominum non est testis idoneus, nisi cùm de investitura feudi agitur.*

10 *Excommunicatus non potest esse testis, nisi in testamento.*

11 *Excommunicatus contrahere potest.*

12 *Prohibitus testari, propter delictum, vel ætatem, testis esse non potest.*

13 *Vilis & pauper à testimonio repellitur, quia præsumitur in eo corruptela.*

14 *Procurator vel sollicitator testis esse non potest in negotio de quo se immiscens.*

15 *Iudex testis esse non potest nisi causa sit finita, & cesset omnis causa prohibitiua.*

16 *Proxeneta non potest esse testis de iis de quibus se immiscuit.*

17 *Impubes non potest testis esse nisi pubes factus de iis quæ vidit proximus pubertati.*

18 *Monachi, etiam Franciscani, possunt esse testes, licèt aliqui contra sentiant.*

19 *Socius eiusdem contractus vel criminis testis esse non potest.*

20 *Seruus habitus pro libero, hæreticus pro catholico, Iudæus pro Christiano, mulier pro masculo, testes esse possunt.*

GLOSSA IX.

PRotestante quòd sibi ius sit salvum, &c. Optima est cautela talis protestatio. vt traditur in cap. præsentium. ext. de testibus. Nec est necesse quòd tunc specialiter causas exprimat, sed sufficit quòd earum facta publicatione, postea causæ ipsæ exprimantur, proponantur, & probentur. vt ibi notatur. & notat Spec. in tit. de teste. in princip. vers. quid si dicitur testis excommunicatus. & in §. sæpe testis. facit c. parte. ext. eo. 1 & † in auth. si testis. in §. si verò dicatur. C. de testim. debet autem generalis protestatio præuenire examinationem, ne videatur eorum approbare personas, qua non facta, non auderetur vlterius, nisi iuraret se ignorasse tunc eorum defectum. vt in d. c. præsentium.

2 Persona † enim testis semel approbata non potest vlterius reprobari ab eo qui eam approbauit, siue sit productus siue is contra quē producitur. vt l. si quis testibus. C. de testibus. siue in eadem causa, siue in alia producatur. nisi ex superueniente noua causa. vt notat Specul. in d. §. sæpe testis. vers. coram vobis. & per Cy. in d. l. si quis testibus. & per Inno. in c. venerabilis. ext. de excepti.

3 Quid † autem si testes à me in causa producti, fuerunt per iudicem tanquam vitiosi reprobati. deinde alius in alia causa eosdem producit contra me, nunquid mihi licebit ipsos reprobare? Videtur quòd non, quia semel à me sunt approbati. quæ approbatio effectum producit, tam in alia causa quàm inter alias personas. vt determinat Cynus in dicta lege si quis testibus. Ergo, &c. Petrus tenet contra. vt ibi Cynus. argument. legis 1. in fin. D. quòd quisque iurisd.

Alij

Alii aliter diſtingunt, vt refert Spec. in d. verſi. coram vobis. vbi videas. & qđ notatur in c. 2. in fi. ext. de ord. cognit. & in l. Lucius. D. de his qui notantur infamia.

4 Rurſum † circa prædicta quæritur. Pone quòd ipſe Simoninus nõ eſt nõtentus hac proteſtatiõe generali, ſed vt impediat examinationem ex toto, offert ſe paratum velle probare ſtatim crimina & effectus contra ipſos teſtes, an ſit audiendus, ita quòd differatur ipſa examinatio? Et Spec. ſuper hoc (in dicto tit. de teſte. in prin. verſ. quid ergo ſi præmiſſa obiiciens) diſtinguit, aut huiuſmodi crimina vel defectus ſunt probãda per teſtes, in quibus mora eſſet periculum allatura, (vt quia teſtes ſunt infirmi, ſenes, vel de proximo receſſuri) & tunc retardabitur illorum examinatio, & admittetur ſtatim iſtorum probatio. arg. ext. Vt lite non conteſt. in c. quoniam frequenter. in prin. Aut non eſt periculum in mora, & tunc non differtur aliorum examinatio ſuper cauſa principali, quia præſumitur fieri talis contradictio cauſa protelandi litem. argumentum in l. 1. §. fin. D. de feriis. & Dian. Treb. l. cum hæreditas. Poſtquàm autem fuerint examinati, probari poterũt crimina & defectus in perſonis & dictis.

Sequitur ergo videre, ſiue dicamus teſtes reprobatorios debere recipi & admitti ante aliorũ receptionem, ſiue etiam dicamus ipſorum reprobatoriorum examinationem differri poſt aliorum examinationem, quæ ſunt cauſæ legitimę repellendi teſtem à teſtimonio? Vbi aduertendum quòd quædam ſunt cauſæ quę reſpiciunt defectum perſonę. & iſtæ ſunt plurimæ, quas plenè proſequitur Spec. in tit. De teſte. in prin. vbi videas. Quæ quidem ſunt obiiciendæ teſti ſpecialiter vel in genere, vt prædixi, ante eius examinationem. vt in d. c. præſentium. Inter quas cauſas enumerari ſolent iſtæ: videlicet quòd teſtes producti ſunt, periuri, infames, inimici capitales eius cõtra quẽ producuntur, domeſtici producẽtis, excõmunicati, inteſtabiles, viles & pauperes, procuratores & ſolicitatores cauſæ, ac proxenetæ cõtractus celebrati, impuberes, monachi, ſeu fratres mendicantes, & ſocii eiuſdem criminis. Examinemus nũc ſingulariter ſingulas cauſas vt clarius omnia habeãtur. 5 Dixi † ergo primò q̃ contra teſtem poteſt opponi quòd eſt periurus, nec immeritò: quia ſicut aliàs deieravit, ita præſumitur quòd nũc deierabit vel deieravit. vt traditur in c. teſtimonium ext. de teſtib. & notatur in l. Lucius. D. de his quî not. infa. arg. in l. non omnis. in §. à barbaris. D. de re milit. Attamen fortaſſe (ſecundùm Inno.) temerarium iuramentum non repelleret teſtem. vt per eum notatur in c. cõſtitutis ext. de teſtib. & facit c. intimauit. eo. tit. Sed nunquid Papa poſſit diſpenſare, quòd periurus in teſtimoniũ admittatur? Dic quòd ſic. arg. ext. de re iudi. in d. cum I. & A. nam & in multis maioribus diſpenſat. vt notatur per Gloſ. in c. quod translationẽ. ext. de offi. leg. & per Spec. eo. tit. §. nunc dicendum.

6 Secundò † obiici poteſt quòd eſt infamis. vt habetur in l. 3. §. lege Iulia. D. de teſti. nam talibus perſonis portæ dignitatum patere non debent. vt C. de infam. l. 1. lib.

xii. & testificari dignitas est. vt habetur 33. q. 5. c. præceptū. Facit qđ notat Spec. in d. c. de teste. in prin. vers. Item excipitur quòd est infamis. 7 Tertio † dixi quòd opponi potest quòd est inimicus capitalis. probatur in d. l. 3. in prin. D. de testibus. & in authen. de testi. in §. si verò dicat odiosum. & ibi notatis. & in authen. si dicatur. in fin. de testib. Et nota quòd appellantur inimici capitales illi qui sunt vitæ insidiati, vel accusauerunt eum cōtra quem producuntur de crimine ex quo ingeritur pœna mortis. vt notatur per Glos. Insti. de excusa. tuto. §. inimicitię. & in d. §. si verò. Propter leuem autem inimicitiam non repellitur. vt d. l. 3. in fin. cum sequent. & notat Specul. vbi suprà vers. 1.

8. Quartò † dixi quòd potest opponi testi quòd sit domesticus producti. vt in l. 2. C. de testi. & in c. ex literis. ext. de testib. Sunt autem domestici pater & filius, vxor maritus, colonus, seruus, libertus, & generaliter omnes qui habitant & vitam ducunt in domo producentis. vt notatur in dictis iuribus. Facit. 3. quæst. 5. c. accusatores & testes. & l. fi. §. fanè. C. de his qui ad eccles. confu. & l. respiciendum. §. furta. D. de pœnis. & D. de qđl. edic. l. ædiles. in §. familię. de qua tangit Spec. vbi suprà vers. Item excipitur quòd est domesticus. Quorum quidem testium inspicitur status & conditio qualis est tempore quo deponunt. vt traditur plenè in l. ad testium. §. conditionem. D. de testam. & l. 1. C. eod. tit.

9 Scilicet † an vassallus possit esse testis pro domino vel cōtra dominum. Videtur quòd nō, sicut nec libertus. vt in l. aduersus. C. de testi. & 4. quæst. 3. c. Si testes, vers. liberti. Quod procedit in causa quæ est de re alia quàm de inuestitura feudi, in qua probāda admittuntur pares curię. i. vassalli. vt habetur in c. 1. in prin. de consuet. in testi. cū similibus ibi notatis. Vbi autem est de re alia quæstio, tunc dicunt quòd vassallus admittatur pro domino, sed non contra dominum. Alii dicunt, aut est paruum feudum, aut magnum, prout plenius tangit Spec. in d. vers. Item excipitur quòd est domesticus.

10 Quintò † dixi quòd potest opponi testi quòd est excōmunicatus. cuius ratio est, quia excommunicatus repellitur ab omni limine iudiciorum, vedum testificantiū. vt habetur in c. decernimus. de sen. ex com. lib. VI. & in c. veniens. Glo. 2. ext. de testi. & 3. quæst. 4. in c. conspiratores. Licèt Inno. notet contrarium in c. testimonium. ext. de testib? Veruntamen repellitur ab agendo. vt in c. pia. de excep. lib. VI. Circa hoc quæritur an excommunicatus possit esse testis in testamēto. Dic breuiter quòd sic. quia potest facere testamentum. sicut alius non excommunicatus. vt plenè determinat Ioan. And. in d. c. decernimus. in nouella sua. Et Ia. de bel. in authen. de sacrosc. epis. §. omnibus. & Bart. in l. si quęramus. D. de testam. Dictat enim iuris regula, Quòd omnis qui potest facere testamentum potest esse testis in testamento. vt lege cum lege. & l. is cui. §. 1. D. de testam. Sed non conuertitur. quia filiusfamilias potest esse testis in testamento. vt lege pater. D. de testibus. & in l. qui in testamento. §. per contrarium. D.

do

de testa. & tamen non potest facere testamentum. vt l. qui in potestate. D. de testa. & l. seruum. D. qui testa. fac. possunt. 11 Nunquid † autem excommunicatus possit contrahere & distrahere? Dicendum est quòd sic, vt determinat Inno. in c. veritatis de iureiur. Nam contractus sunt de iure gentium. D. de instit. & iu. l. ex hoc iure. vnde cùm non prohibeatur ab actu testandi, qui est iuris ciuilis, multo minus ab actu contrahendi. vt in l. testamenti factio. D. de testib.

12 Sextò † dixi quòd potest opponi testem quod est intestabilis, hoc est quòd non potest facere testamentum, quæ plures sunt. vt Instit. Quibus non est permis. fac. test. per totum. Sed hic aduerte quòd hæc exceptio simpliciter sumpta non habet de necessitate concludere, quòd quis ideo repellatur à testimonio quia repellitur à testamento. vt supra dixi de filio in potestate constituto. Sed est consideranda causa propter quam prohibetur testari. nam aut prohibetur testari propter delictum, & tunc procedit regula, Quòd ille qui non potest testari nec in testem poterit adhiberi. vt l. si is qui. § 1. & l. qui testamento. §. eum qui. D. de testam. Aut prohibetur testari propter patriam potestatem, & non procedit regula, vt prædixi. Aut propter etatem, & tūc habet locum regula. Aut propter religionem, & dic vt infrà.

13 Septimò † dixi quòd obiicitur testi, quòd est vilis & pauper, nec immeritò, quia paupertas in personis laicis inducit præsumptionem rapinæ, & sic præsumptio est corruptelæ. arg. Instit. de excusa. tut. §. propter paupertatem. & Instit. de suspect. tut. in fin. Dicitur autem pauper ille qui non habet aureos quinquaginta in bonis. vt probatur 2. q. 1. c. in primis, & notatur in d. §. item propter paupertatem, cum similibus.

14 Octauò † dixi posse obiici quòd testis est partis producentis procurator vel causæ sollicitator. Circa quod distingue. aut est procurator ad negocia, aut ad iudicia.

Primo casu, aut est quæstio de cōtractu quē ipse gessit procurator io nomine & tunc dic vt dicetur infra in prozeneta, secundùm Bart. & Bal. vt per eos notatur in l. omnibus. C. de testibus. Aut est quæstio de alio contractu gesto per alium. & tunc poterit admitti, sicut dicitur infra de procuratore ad iudicia. De quo procuratore ad iudicia sic distingue. aut producitur in causa quæ per eū de præsenti agitur, & tunc repellitur, quia præsumitur habere ad ipsam causam nimiam affectionem. vt in c. fi. de testib. lib. vi. aut producitur in alia causa & tunc admittitur in testim. vt notatur per Glo. in l. fi. D. de testib. & per Spec. in d. ti. de teste. in prin. vers. Item quòd fuit in causa procurator. & c. & per Bartol. in l. deferre. D. de iure fisci. Et quæ dicta sunt in procuratore locum habent in aduocato, per d. c. fi. cum similibus. de testi.

15 Quid † autem dicemus in iudice causæ principalis, an poterit esse testis in causa appellationis? Glo. determinat quòd non. in d. c. fin. de testib. Pro qua opinione videtur textus in c. statuendum. 2. q. vl. & in c. quoniam contra falsam. ext. de proba. Facit c. cùm à nobis ext. de testi. Alij verò distinguunt, vt plenè notatur in l. ne in arbitris. C. de arbit. §. fin autem. Aut pendet adhuc lis co-

ram ipso iudice, aut est finita. Primo casu non admittitur in testé, per iura prędicta, quia non debet duplici officio fungi. vt in l.fi. C. de offi. assess. & l.2. D. de offi. præsi. Secundo autem casu subdistingue. aut eius testimonii respicit æquitatē vel iniqtatē ppriā ipsius iudicis adhibitā in ipsa causa. & tunc non potest esse testis. arg. l. perfecti. D. de minor. aut solùm respicit damnum, vel vtile alterius. & potest esse testis, quia cessant causæ omnes prohibitiuæ. vt in l.1. D. de testib.

16 Nono † dixi q̄ potest opponi testi quòd fuit proxeneta contractus. Ratio est, quia præsumitur habere affectionem ad id quod gessit. vnde expedit ad hoc vt admittatur in testem, quod vtriusque partis voluntate deponat. vt determinatur in c.1. de testib. lib. vi. & in authen. de testib. in §. quoniam verò. & tangitur plenè per Bald. in l. omnibus. C. de testibus.

17 Decimo † dixi posse opponi contra testem quòd sit impubes. vt probatur in l. testium. D. de testibus. xxii. q. v. in c. paruuli. & in c. pueri, & ibi notatis. Scilicet circa hoc quęritur, an effectus pubes potest testificari de his quæ vidit in pupillari ętate? Breuiter dic, quòd si tempore quo vidit erat talis intellectus, quòd potuit ea comprehendere, per sanum & rectum iudicium, vt quia erat proximus pubertati, tunc poterit esse testis & testimonium perhibere. aliàs autem secus vt notatur per Glo. in l. notionem. §. instrumētorum. D. de verb. sig. & per Gloss. & doc. in l. ad testium. §. conditionem ff. de testam. & Spec. in tit. de teste. vers. Item excipitur quòd est impubes.

18 Vndecimo † dixi posse opponi contra testem, quòd est monachus, seu frater mendicans. hîc autem est aduertendum, quòd tempore meo in quadam causa in qua erā aduocatus pro domino Manfredo de beccaria, de plebe, contra dominum Gasparinum de vicecomitibus, super hereditate quondam domini Manfredi de beccaria, fuit maxima disputatio vtrum fratres minores potuerint esse testes in testamento, & allegabatur quòd nō per textum in clem. exiui de paradiso. de verb. signific. vbi prohibetur testari, & esse in iudicio, & officiū executori exercere. ergo nec testes esse. arg. l. Is cui. §.1. & l. cum lege. D. de testam. In contrarium est veritas. nam monachus potest esse testis. vt determinat Glo. in authen. De monachis. §. cogitandum. & idem in fratre minore determinatur per textum in c. nuper. ext. de testib. Quam opinionem firmat Spec. in d. tit. vers. quid de monacho. & idem sequitur Ioan. And. in suis additionibus ibidem. quam sententiam etiam approbat Bart. in sua Minorica. Ac etiam Bal. in l.1. C. de sacrosan. eccle. & in prędicta quæstione idē consuluerunt eximii tunc doctores dominus Angelus de Perusio frater dicti domini Baldi, & quidā Franciscus de ramponibus & Bartholomeus de saliceto de Bononia, & plures alii eorū consilio subscripserunt, & bene. licēt collegiū Mediolani (affectione vel timore dicti domini Gasparini) contrariū consuluerit. & malè. Nec obstat d. clem. exiui de paradiso. quia loquitur in illis actibus & officiis in quibus vertitur, vel potest verisimiliter verti, contractatio pecuniæ, cuius tactus

tactus & vsus eis est interdictus per regulam beati Francisci, at in testimonio non vetitur huiusmodi cõtractatio. ergo &c. Nec est obstat d.l.is cui. §.1. & l. cum lege. & l.qui testamento §.cùm qui. quia illa iura loquuntur in illo, qui propter suũ delictum priuatur illo tali beneficio. sed frater medicãs priuatur propter eius deuotionem & meritum. ideo de vno ad aliud non infertur. & ita fuit obtentum.

19 Duodecimo † dixi ℘ potest opponi contra testem, ℘ est socius eiusdem criminis vel contractus, qui non auditur contra socium. vt in c.veniens el.1.& in c.personas. & c.sicut.ext. de testi. & facit ℘ habetur in c.1.ext. de confessis. in certis specialibus casibus. qui notãtur in l. fi.C.de accus. & in d.c.veniens.

20 Rursum † tollet opponi cõtra testem, ℘ est seruus vt l. seruos. & l. quoniam liberi. & authen. si dicatur. C. de testi. nisi tempore testamenti vel contractus fuisset pro libero reputatus, vt traditur in l.1.C. de testam. quia tunc valeret testamẽtum & contractus. vt ibi. Et idem si tũc reputabatur pro catholico, cum esset hæreticus, vel reputabatur Christianus cùm esset Iudæus, vel masculus cùm esset mulier. arg. in l. barbarius. D. de offi. prætoris. & d.l.1. de testa. Alij etiam defectus opponi possunt, de quibus vide Spe. vbi supra. quædam postremò sunt causæ & defectus qui opponuntur contra depositiones & dicta eorũ, & de his plenè notatur infrà, tit.2.

FORMA Publicationis testium.

TITVLVS XI.

SVPRASCRIPTVS dominus Vicarius, cognita examinatione & receptione testium in prædicta causa productorum per vtranque partem, ad ipsarum partium instantiam & requisitionẽ, omni modo iure, via, & forma quibus melius potuit & põt, ipsos testes & eorũ dicta depositiones & attestatiões solẽniter publicauit & publicat, iubens, mandans, & decernens, de ipsis omnib. attestationibus copiam fieri partib. antedictis, & cuilibet earũ, per me notariũ infrascriptũ, & hoc præsentibus partibus memoratis. De qua publicatiõe dict' domin' Vicari', ac dictę partes fieri rogauerunt publicũ instrumẽtũ &c.

SVMMA.

1 *Publicatio fit vt partes possint videre an bene probauerint, & vt possit altera pars alterius testimonia impugnare.*

GLOSSA. I.

Suprascriptus dominus Vicarius. Hic nota ℘ ad illũ iudicẽ pertinet testiũ publicatio, corã quo lis ipsa pẽdet seu quæstio, ne causę cõtinentia diuidatur. vt in l.nulli. C. de iudiciis. & l.1.ff. de quib. re. ad eundem. iu. ea.

1 Fit † autem talis publicatio, vt partes possint videre an bene vel malè, & quid & qualiter deposuerint, vt exinde valeant cõtra eorũ dicta opponere & personas, vt dicetur infra in ti. sequent.

SVMMA.

2 *Altera pars potest publicationem requirere, & impedire.*

GLOSSA II.

AD ipsarum partium instantiã & requisitionem. 1 Hic † nota quòd non est de necessitate quòd vtraque pars hoc requirat: sufficit enim quòd altera hoc petat, maximè si ipsa sola testes p. oduxit. Potest tamen pars aduersa impedire publicationem, si dicat quòd velit suos testes producere. nam aliquando publicatis testibus non recipiuntur vlterius testes, super eisdem, vel directo contrarijs capitulis. vt traditur in l. per hunc. C. de temp. appel. & in §. si verò. in authen. de testi. & c. fraternitatis. ext. de test. b. & in cle. testib. De testib. & dicam latiùs in tit. sequenti. Debet tamen pars citari quando fit publicatio ad instantiam alterius partis, cuius absentia postea dei præsentia replebitur. vt in c. in nomine domini. ext. de testibus. & in c. veritatis. ext. de do. & contu. in fi. &c.

SVMMA.

1 *Publicatis testimoniis pars aduersa potest opponere aduersus dicta testium, nec non aduersus personas, si antè protestata sit.*

GLOSSA III.

PVblicauit 1 Hic † itaque publicatione sic facta, solent partes participato consilio sapientis sui, opponere contra eorum dicta, & personas similiter, si protestatæ sunt contra eos, vt dixi in proximo præcedenti titulo. quas oppositiones & contradictiones laudo & cõsulo fieri & redigi in scriptis, apud acta, vt apud plurimos obseruatur. licèt aliqui reseruent (& malè) in allegationibus iuris. Videamus ergo de forma opponendi contra testem post publicationem &c.

FORMA OPponendi contra testes post publicationem.

TITVLVS XII.

CORAM vobis suprascripto domino Vicario cõparet & se presentat præfatus Ioannes (citra reuocationem sui procuratoris) causa & occasione certorum testium & attestationum ab ipso productorum, in causa & quæstione prædicta, per suprascriptum Simoninum, & secutæ publicationis per vos factæ.

I. Dicens & excipiendo proponẽs idẽ Ioannes quòd saluis exceptionibus aliàs ꝓpositis contra personas ipsorum testium, quas adhuc repetit & pro repetitis habere vult & intendit, ipsis suprà dictis testibus nulla per vos est habenda fides, causis & rationibus aliis allegatis & inferius annotatis.

II. Primò videlicet quia sunt

sunt sibiipsis inuicem contrarii, ac etiam varii & periuri.

III. Item falsarii, & qui multimodè vacillant in eorum testimoniis, & astruere satagunt negatiuam.

IIII. Súntque etiam singulares, & non iurati deposuerunt.

V. Item deposuerunt in facto eorum proprio, & nullam probabilem nec concludentem reddunt rationem nec causam testimonii sui.

VI. Súntque publicatis iam testibus aliis recepti, & amplius de alieno auditu testificantur, non de proprio, nec de veritate, sed credulitate testimonium dicunt. Aliis denique vitiis circumfusi, propter quæ ab eorũ veniũt testimonio repellendi.

GLOSSA I.

Eorum vobis. Vidimus in superiori titulo de vitiis & defectibus qui opponuntur contra personas, nunc videamus de vitiis seu defectibus qui obiiciuntur contra dicta & testimonia eorum testium, quæ multa sunt. incidenter tamen annotabimus nonnulla, quæ etiam personis eorum attribuuntur &c.

SVMMA.

1 *Procurator ante litem contestatam citatur reuocatus si dominus ante ipsa intreuenit.*

GLOSSA II.

Citra reuocationem sui procuratoris. Aduerte quòd ista verba cum magno misterio apponuntur. 1 quia † si dominus intreuenit in iudicio, priùs quàm procurator litẽ exercere cœpit, siue ante litem contestatam siue post, videtur tacitè nõ facta hac protestatione, ipsum ab officio reuocare. Et sic patet quòd hæc est vna causa sufficiens ad reuocandum suum procuratorem, videlicet quando dominus vult per se causam ipsam agere, vt habetur & notatur in c. pen. de procu. lib. vi. & per glo. in l. qui mutuam. §. non ideo. D. mand.

SVMMAE.

1 *Testis sibiipsi contrarius à testimonio repellitur.*

2 *Testes inter se cõtrarii possunt subiici torturæ in criminibus publicis.*

3 *Testis mox seipsum corrigẽs non est sibiipsi contrarius.*

4 *Testis addens depositioni suæ est audiendus, sed si posuit loqui cum parte, minor fides ei adhibetur.*

GLOSSA III.

Inuicem contrarii. Aduertendum semper est per aduocatum causæ, si potest testes de huiusmodi cõtrarietatis vitio impugnare. 1 Nã † testis sibiipsi contrarius à testimonio repellitur. vt in c. licet causam ext. de probat. & ext. de appel. in. c. solicitudinem. in fi. Facit l. 1. in prin. D. de testib. & quod notatur in l. ob carmen. §. si testes & l. qui falsa vel varia. D. eo. & 3. q. 9. c. nihilominus. & 4. q. 3. c. Si testes versi. qui falsa. cum similibus. 2 Et † quod amplius est, possunt subiici testes sibi inuicem contrarii torturæ per

iudicem causæ. vt habetur in l. nullum. C. de testi. & notatur per glo. in authen. de testib. §. si verò. & probatur per textum in authen. apud eloquentissimum. in fi. C. de fide instru. Sunt autem testes contrarii dupliciter. vno modo, quando vnus & idem sibimpsi contradicit in serie sui testimonii. alio modo quando vnus testis contradicit alii testi. puta si vnus dicit quòd mutuauit, & alius dicit quòd donauit, & similia. vel si idem testis primò dixit quòd contractus fuit celebratus Romæ, & postea in alio capitulo dicit quòd fuit Papiæ. de quo vide infra in gl. seq. 3 Quid † autem si vnus & idem testis dicat, fuit contractus celebratus Papiæ, imo Mediolani, an debet vt contrarius repelli? Spe. dicit quòd non, quasi seipsum statim correxerit. vt per eum notatur in d. ti. de teste post prin. vers. Item testes sunt varii. argumentum ad hoc in l. si ita scriptum. in prin. D. de hære. instit. cum similibus ibi notatis. Quæ quidem correctio admittitur in teste, si fiat incontinenti, antequam locutus fuerit cũ parte. vt in c. præterea. ext. de test. b. cogen. & ibi notatis per Inno. Secundùm quem debet iudex multùm aduertere circa modum & causam correctionis suæ. arg. in c. cùm dilecti. ext. de accusat. nam nisi testis se probabiliter correxerit, incidet in suspicionem & variationem. secũdùm cum. arg. D. de testib. l. in testibus. & l. qui falsa. 4 Quid † autem si non se testis corrigat, sed priori dicto aliquid addat? Dicit Inno. vbi suprà. aut addit antequam iudicis vel interrogatoris conspectum exierit, & tunc valet. aut postea, & tunc aut testis potuit loqui cum parte, & audiendus est, sed minor fides ei adhibetur. arg. d. c. præterea. & in Authen. de testib. §. quoniam. Si verò non potuit loqui cum parte, tunc valet. De quo etiam no. in. c. cùm clamor. ext. de testibus.

SVMMAE.

1 *Quis testis dicatur varius, contrarius, vacillans.*

2 *Cùm testis varia aut contraria deposuit, cui dicto stetur, primo, an secundo.*

3 *Non præstat impedimentum quod de iure non sortiatur effectum.*

4 *Vnius testimonium contra plures nullum est.*

5 *Probatio per vnum testem cum iuramento suppletiuo potest elidere probationem per duos testes.*

6 *Cùm plures testes sunt sibi contrarii, concordandi sunt si fieri potest, sin minùs, fides adhibenda deponentibus verisimiliora, vel dignioribus, vel num. ro pluribus. Si in omnibus pares sint, condemnãdus est is qui probare debuit.*

GLOSSA IIII.

AC *etiam varii.* 1 Hic † aduerte (secundùm Inno. in d. c. præterea de test. b. cogen.) quòd testis dicitur varius seu varians, quando primò dixit vnum & postea dicit eius contrarium, nulla causa assignata. Contrarius autem est ille qui dixit duo impossibilia. vt verbi gratia, si dixit se scisse cõtractum celebratum in tali loco, & postea interrogatus vbi fuit illa die dicit se alibi fuisse. Ille autem dicitur vacillans, qui dubitando aut timendo loquitur, & qui etiam variè loquitur. D. de falsi. l. eos qui. & D. de testib. l. 2. & l. qui falsa. quorum omnium

monium teſtimonium eſt nullum,& ſunt puniendi.vt l.nullum. C.de teſtib.de qua variatione & contrarietate traditur per Spec.in d.ti. De teſte. verſ. Item quòd teſtes ſunt varii. & habetur in c. cùm eccleſiæ. ext.de cauſa poſ. & propriet. & ext. de pœnis.in c.ſuper his.& in c.dilectus.ext.de tempo.ordi.

Sed pone quæſtionem ſæpius occurrentem. Ecce ſemel fuit teſtis productus,qui dixit vnum, deinde itetum productus in eadem inſtantia vel alia (puta cauſa appellationis) dixit contrarium. quæritur cui dicto ſit ſtandum,an primo vel ſecundo? Et in hoc reperio quòd Ioan.in c.veniens el.2 ext.de teſtib. dicit quòd priori dicto ſtandum eſt, & non ſecundo.& quòd amplius eſt poterit ipſum teſtem quantum ad ſecundum dictum repellere, tanquam periurum & falſum. arg.in c. ſuper eo. ext. de teſtib. Alibi gloſſa in c.in præſentia.ext. de teſtib. dicit ſimpliciter neutri dicto ſtandum eſſe.arg.3.q.9.c.puta.& 23.q.7.c.quòd autem. Quam opinionem videtur ſequi Spe.in d.verſ.Item quòd teſtes ſunt varii.arg.c.ſolicitudinem.in fi. ext. de appel. & in l.qui falſa. D. de teſtib.& in l.cùm precum.C.de lib. cauſa. ‡ Alia † eſt opinio Bar. quam poſuit in l.eos.D.ad leg. Cor. de fal. & in l.repeti. D. de quæſtio. diſtinguendo hoc modo. Aut teſtis depoſuit varia vel contraria in iudicio.aut vnum depoſuit in iudicio,aliud contrarium ext.iudicium. Primo caſu ſubdiſtinguitur. aut dictũ ſecundum eſt cum tormentis, & dictum primum ſine tormentis. & tunc potius ſtatur ſecundo dicto quàm primo. arg. in l. ſi poſtulaverit verſ. ſed ſi negauerit. D. de adulter. Aut ſecundum eſt ſine tormentis ſicut primum, & tunc aut dixit ſeu depoſuit ſecundũ animo corrigendi primum,& tunc valet ſecundum. vt in d. c. præterea. & in.§. ſi verò.in auth. de teſtib. & intellige quando hoc expreſſit, ſcilicet ſe velle corrigere. Aut ſimpliciter depoſuit ſecundum, non expreſſo quòd corrigere vellet primum. & tunc vtrunque dictum eſt nullum, & ipſe tanquam varius à teſtimonio repellatur. vt d. l. eos. & in d.l. qui falſa. Secundo autem caſu, videlicet quando dixit vnum in iudicio & aliud extra iudicium, ſubdiſtingue.aut primò depoſuit in iudicio, & ſecundò contrarium dixit vel depoſuit ext. iudicium. & tunc valet primum dictum,in iudicio depoſitum.vt d.c ſicut.ext.de teſtib.& in l. generaliter. C. de non num. pecu. Aut econtra primùm dixit ext. iudicium, poſtea depoſuit in iudicio contrarium. & tunc vt falſarius eſt puniendus.arg.d.l. eos ſecundo reſponſo, ſecundùm Bar. Cui in hoc ſecundo articulo non aſſentio. quia multi (maximè prudenter) volunt extra iudicium dicere illud quod ſciunt, & plerique dicunt contrarium eius quod ſciunt.quia non iurati dicunt. timet enim teſtis plus iuramentũ & periurium quàm ſimplicem locutionem. vt habetur. 22. q.vlti.c.iuramenti. & in. c.t. Vnde ſicut dictum teſtis cum tortura prævalet eo quod dictum eſt ſine, ita prævalere debet illud quod dictũ eſt cũ iuramẽto & in iudicio, alteri q̃ dictũ eſt ſine iuramẽto & ext.iudiciũ. Nec debet ex hoc quis vt falſarius puniri, cùm teſtimonium ſine iuramento & ext. iudicium nullum ſit & nullius momenti.

Nec obstat d.l. eos. quia ibi loquitur in negante factum propriũ, puta eius sigillum vel scripturam propriam. & sic est impropriè testimonium. hîc autem loquitur in teste, qui de alieno facto loquitur & testificatur. vnde casus sunt diuersi. Et hanc opinionem confirmat auctoritas Spe. in d.t. vers. Item quòd testes sunt contrarii. vbi determinat quòd si primum dictum, testis fuerit receptum à iudice non competenti (& sic nullum) quòd secundum dictum postea receptum à iudice competenti, licèt sit contrarium primo, valet & tenet arg. ext. de iudi. in c. at si clerici se appel. c. vt debitus. in prin. 3 quia † non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. vt in c. auditis ext. de elect. in regula. Nõ præstat. de reg. iur. lib. vi.

4 Vlterius † vltra ea quæ superius dicta sunt, circa pleniorem doctrinam contrarietatis vel varietatis testium: sciendum est quòd aut vnus & idem test. sibi inuicem & intra seipsum est contrarius & varius. & tunc dic vt 3. proximè dixi. aut vnus testis contradicit pluribus, & eius testimonium pro nullo reputãtur, & confunditur à testimonio aliorum numero plurium. vt l. iurisiurandi. C. de testib. & in c. veniens. & in c. licet ext. de testib. & hoc est verum quando vnus contradicit tribus vel pluribus. Si autem vnus contradicat duobus, sic quòd duo sint soli testes producti (verbi gratia, ab actore qui probauit de mutuo facto, sunt duo testes producti. reus autem producit vnum solum testem ad defensionem eius) tunc est distinguendum secundùm doct. iuris ciuilis & canonici. Aut testis ex parte rei est directò contrarius illis duobus ex parte actoris, & tunc remanet valida probatio ipsorũ duorum testium, nec in aliquo eliditur per illum solum testem. 5 Aut † ipse solus testis est simpliciter diuersus & non contrarius (verbi gratia, quia deponit quòd reus solvit) & tunc eliditur probatio ipsorum duorum in hoc: quia deferri potest reo iuramentum in supplementum probationis. vt hæc notantur per Bar. in l. admonendi. D. de iureiur. & in l. 1. D. de ven. inspici. & per Cy. in l. in bonæ fidei. in vltima. q. C. de iureiur. ibi quia in c. de procur. & per Io. An. in d. c. fi. ext. de iureiur. 6 Aut † plures contradicunt pluribus, siue sint producti ab vna parte siue ab vtraque. & tunc diligenter aduertere debet iudex, an sit cõtrarietas quæ possit aliqua diuisione iuuari. & tunc concordabit eos, iuxta notata in c. cùm tu. extra de testibus & in c. nihil obstat. ext. de verb. sig. cum similibus. Si verò fuerit contrarietas quæ commodè non possit aliqua diuisione iuuari, tunc iudex considerare debet qui sunt illi qui verisimiliora deponant, & illorum auctoritatem præstare. & aliis eos præferre. vt ext. de probat. in c. licèt in fi. & in l. testiũ, post prin. de testib. Si verò de verisimilitudine non constet, præferre debet digniores vilioribus, etiãsi digniores essent numero pauciores. vt d. c. in præsentia. vbi autem essent omnes pares in dignitate, & fides credibilia deponentes, tunc præferendus esset numerus plurium. & si statur maiori parti. arg. d. c. in præsentia. & in dicta l. testium. ibi, alias numerus, &c.

Si autem omnia vndique sunt paria, tunc

tia, tunc omnes repelli debent, & iudex pronũciabit contra eum qui probare debuit. vt in l.de ætate. D. de proba.& ext.de proba.in c.ex literis.& ext.de fide instru.c.inter dilectos. in fin. Fuerunt tamen aliqui præferẽtes numerũ dignitati, quos reprobat Hosti. in d.c.in præsentia. ext.de test.b. Quid enim si sunt tres milites seu doctores ex vna parte, & quinque viles seu rusticani ex alia, cur non dicemus doctores præferendos? De quibus plenè notat Spec.in tit.de teste. in §. postquam. & per Cy.& alios in l. scripturæ diuersæ.& in l.in exercendis. C.de fide instrum.

SVMMAE.

1 *Periurus à testimonio repellitur.*
2 *Periurus ex transactione vel alia promissione iurata, est infamis, non alias.*

GLOSSA V.

Et periuri. 1 Qui† enim periurus est à testimonio repellitur, quia præsumitur adhuc faciliter peierare. vt in c.testimonium.ext. de testibus. & in c.accusatus.§.licèt de hæret. lib.6. & notatur in l.Lucius. D.de his qui not.infa. 2 Sed† an quilibet periurus sit infamis? Dic quòd non regulariter.Fallit in trãsactione iurata & periurata. de qua habetis in lege si quis maior. C. de transact. & ibi notatis. & in dicta lege Lucius, per doctores. Idem in qualibet alia promissione iurata. vt notatur per glossam singularem in lege penult. C. de digni. libro 12. Deus autem novit quot sunt moderno tempore periuri & infames.

SVMMA.

1 *Falsitas, atrox crimen, statum hominum euertens.*

GLOSSA VI.

Item falsarij. Hic est multũ aduertendum, quia hodie est plus solito falsariorum, & corruptorum testium abundantia. 1 Vnde† de talibus non est habenda misericordia: quia si locus falsis testibus & instrumentis relinquitur, nullus de statu suo securus erit. Testis enim & tabellio falsus tres personas offendit, Deum, iudicem, & partem. vt traditur in c.1. ext. de cri. fal. de cuius pœna, & aliis ad falsitatem eius pertinentibus, dixi suprà in titulo, De forma iuramenti testium. in glo. super verbo *falsitatis.*

SVMMA.

2 *Vacillatio debet describi in actis.*

GLOSSA VII.

Vacillans. Dicitur autem testis vacillare, qui timendo aut dubitando loquitur, secundùm Innoc. in quo debet iudex & examinator esse discretus. 1 Et† si viderit seu cognouerit testem vacillare, debet facere hoc describi per notarium causæ, qui scribat quòd iudex vel examinator sibi dixit quòd testis vacillabat.& hoc idem visum est ipsi notario per talia signa. vt notatur per eum in c. quoniam contra falsam. in gl. super verbo, *instrumentorum.* ext. de fide instru.

SVMMAE.

1 *Mera negatiua probari non potest. secus de contracta.*
2 *Testibus deponentibus de negatiua contractæ credẽdum est, sicut deponentibus de mera affirmatiua.*

3 *Negatiua coartata probari potest per acta publica.*

4 *Negatiua probatur iuris præsumptione, eo ipso quòd contrarium non probatur.*

5 *Affirmanti non neganti incumbit probatio.*

GLOSSA VIII.

Asserunt negatiuam. 1 Regulariter † negatiua mera est improbabilis. vt habetur & notatur in l. actor quod asseuerat. C. de proba. & per gl. & doct. in c. bonæ memoriæ. ext. de elect. nisi esset negatiua talis, quæ æqualiter caderet ita in intellectu & mente ipsius testis, sicut affirmatiua. tunc enim probabilis esset. vt notatur per Cyn. in l. 2. C. de erro. aduo. & per alios in d. l. actor. Et eodem modo esset probabilis si esset coartata loco & tempore, vel aliqua alia qualitate, sic quòd comprehendi posset per verum iudicium. vt notatur in d. c. bonæ. & in l. optimam. C. de cõtrahen. & commit. stip. & in c. series. & in c. ex tenore. ext. de testib. Et ex his patet quòd glos. in l. diem proferre. § si plures. D. de arbit. quæ dicit quòd magis credendum est tribus affirmantibus, quàm decem negantibus, non simpliciter est vera, sed debet intelligi quando deponunt meram negatiuam. 2 Aliter † verò æqualiter est omnibus credendum, ac si omnes deponerent affirmatiuè: cum distinctione tamẽ de qua ẽ dixi, quãdo testes fũt cõtrarij.

3 Hæc † autem negatiua etiam potest per scripturam publicam vel priuatam probari. verbi gratia, si dicatur talem esse substituũ pupillariter defuncto, & hoc negetur per proximiores ipsi defuncto. nã quòd sit substitut⁹ liquidabitur ex forma testamẽti. arg. in l. fi. C. de reb. cred. & notatur per Bar. in l. Titiæ textores. D. de leg. 1. & l. in illa stipulatione. D. de verb. obl. Ad quod facit l. de ætate. §. ex causa. D. de interr. act.

4 Liꝛèt † quando negatiua in facto cõsistit, probetur iuris præsumptione, eo ipso quòd contrariũ non probatur. Vt si creditor neget sibi solutum esse. vt notatur per gl. in l. 2. C. de iure emphyt. & habetur in l. fin. C. de solut. Ideo dicit lex, § Et † qui dicit & affirmat, non ei qui negat incumbit probatio. vt in l. ei qui. & l. ab ea parte. D. de probat. De cuius negatiuè probatione notatur etiam per glo. in Authent. de hæred. & fal. §. fi verò absunt. in gl. super verbo *vidisse*. & in l. 1. D. de itin. actúque priuato.

SVMMAR.

1 *Testis singularis dicitur qui nullum habet sibi concordem.*

2 *In certis casibus vnus testis facit præsumptionem.*

GLOSSA IX.

Vtque etiã singulares. 1 Tũc † autẽ dicitur testis singularis esse, quando solus est, nec alium habet sibi in depositione contestẽ & concordem. & ob hoc eius testimoniũ nullũ est, tam iure diuino (quo scriptum est in ore duorum vel trium stat omne verbum) quàm iure humano, ciuili, & canonico. vt Iurisiurandi. C. de testi. & in c. licèt vniuersis. & in c. quotiens. de test b. & in c. licèt ex quadam. ext. de testib. & in c. licèt. in §. quanquam. ext. de proba. & notatur in c. bonæ. ext. de elect. & ext. de accus. in c. cùm dilectus. & plenè per Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa

sit longa consuetudo.

2 In† certis tamen casibus admittitur vnius testis testimonium, quos enumerat Spec. in tit. de teste. §. restat de numero testium &c. Qui tamen casus non concludunt stari quoad condemnationem, sed quoad præsumptionem. vt notatur per Glossam in capitulo nuper. extrà de testibus.

SVMMAR.

1 *Testi non iurato non creditur.*
2 *Valet pactum. vt testibus non iuratis fides habeatur.*
3 *Iuramentum subsequens post depositionem testis non valet.*
4 *Quædam personæ à iuramento excusantur, quibusdam mittitur iuratum ad domum.*

GLOSSA X.

ET *non iurati.* 1 Aduerte† quòd testis debet alteri ingi ad iuramentum alias nó valet. vt in d.l. iurisiurandi. & d. nuper. de testim. Quid autem si notarius scribat apud acta, Talis iuratus, an per ista verba narratiua probabitur de ipso iuramento? Dic vt dixi supra circa formam iuramenti testium. in Gl. prima.

2 Sed† quid dices si in iuramẽto obligationis cautum sit expresse, quod si casus contigerit testes produci, quòd testibus credatur sine iuramento, an valeat talis conuentio seu iuramenti remissio? Videtur quòd non. arg. in l. ii. §. sed quia veremur. C. de iura. calumn. Gl. in c. tuis & in c. fraternitatis. ext. de testibus, tenet quòd sic. Quam opinionem ibi sequitur Hostien. & Io. An. & idem tenet Glo. & docto. in l. iurisiurandi. C. de testib. Spec. autem (in d. tit. de teste. §. sequitur de testium iuramento) dicit quòd prædicta opinio procedit, quando talis remissio fit cum licentia & authoritate iudicis. sed prior opinio est verior. Et sit ratio, quia potest pars se alligare stare simplici dicto sui aduersarii. vt in cap. quintauallis. ext. de iureiuran. & in l. delata & in l. cùm proponas. C. de iureiuran. & in l. fi. C. de fideiuss. Ergo multò magis simplici dicto testis. Non obstat d. §. sed quia veremur. quia loquitur ibi in iuramento calumniæ in iudicio. ad restringendum lites, propter publicam vtilitatem. vt notatur per Glo. in c. veniens. el. 11. in fin. ext. de testibus.

3 Quid† autè si testis deposuit sine iuramento, vel fortè non reperitur scriptura iuramenti, vnde postea iurat se tulisse iuramentum secũdùm puram veritatem, an ex hoc confirmabitur eius testimonium? Quidam dicunt quòd non. vt refert Cy. in d.l. iurisiuran. vbi hoc probatur in textu. ibi, priusquam perhibeant &c. Ad quod facit quod in simili dicitur de iussu & mandato. vt l. si quis mihi bona. §. iussum. D. de acqui. hæred. & in c. i. ext. de rebus eccles. non alie. & per Dyn. in capitu. ratum. de regul. iuris libr. vi. & hanc puto veram. Alii autem contradicunt (& malè) quos refert Speculator in dicto. §. sequitur.

4 Sunt† tamen quædam personæ quæ excusantur iurare, vt episcopus, vt in Authentica. sed iudex. C. de episcopis & clericis. Aliæ quibus mittitur iuratum ad domum, nec compelluntur ad iudicem venire. vt lege ad personas egregias. D. de iureiurando.

SVMMAE.

1 *In re propria nemo potest esse iudex & testis.*

2 *Venditor testis esse potest in causa emptoris, si ex de euictione non sit obligatus. Idem est in debitore cùm agitur de pignore, aduersus creditorem.*

3 *Fideiussor testis esse potest pro debitore, cùm debitor est soluendo.*

4 *Nullus idoneus est testis in re communi: nisi cùm quæritur de aliquo facto, vel ordinato in collegio, & nisi res de qua agitur non attingat commodum aut incommodum singulorum.*

5 *Baiulatores qui viuũt ex baiulatione sunt idonei testes de rebus quas baiularunt.*

GLOSSA XI.

IN *facto eorum proprio.* Isti meritò sunt repellẽdi. 1 quia† multùm absonum est quòd quis sit iudex & testis in facto proprio, sic enim cõfunderetur cursus iustitiæ. vt 111. quæst. 111. c. nullus. & in c. insuper. ext. de test. b. & l. omnibus. C. de testibus. & l. nullus. D. eo. tit. Nisi hoc fieret de expresso consensu alterius partis. arg. in l. fi. C. de fideiussor. & l. delata. C. de iureiur. cum similib.

2 Sed† circa hoc quæritur, an venditor possit esse testis pro emptore? Videtur quòd sic, quemadmodum dicimus de legatario, qui potest esse testis pro hærede. vt inst. de testam. §. legatariis. & l. qui testamenta. in prin. D. de testam. & l. distantibus. C. eod. Veritas est esse distinguendum (secundùm Glo. in in d. l. omnibus & l. nullus & ibi per doctores) quòd aut venditor est obligatus de euictione emptori, de re ipsa super qua quæstio agitur (vt communiter fit in instrumentis) & tunc non possit esse testis. Aut non est obligatus, vt quia pactum fecit speciale ne de euictione teneatur (vt aliquando fit. de quo traditur in l. emptorem. in prin. D. de actionibus empti) & tunc possit esse testis. Et eodem modo distinguitur in debitore, si causa mota sit contra creditorẽ de pignore. vt dicit Specul. in dicto titulo de teste. vers. quid de venditione. Quam opinionem sequitur Innoc. in c. quoniam aliqua. ext. de testibus.

3 Quid† autem in fideiussore dicemus, an poterit esse testis pro debitore? Specu. & quidam alii vbi supra distingunt. Aut debitor est soluendo. & tunc admittitur, alias non arg. in l. itaque. in fi. D. de fur. & l. ii cui. §. fi. D. de leg. 1. & l. 1. §. pen. D. quando appel. sit.

4 Vltra† quæritur, quid si de re cõmuni sit quæstio, an ille qui partem in ea habet poterit esse testis? Videtur quòd non, quia quod commune est, meum est. vt l. serui electione. in fin. cũ similib. D. de leg. 1. Breuiter colligendo simul omnia, distingue sic. Aut est res communis alicuius vniuersitatis vel collegii, aut plurium singularium personarum. Primo casu considera, aut est enim simplex quæstio de aliquo gesto facto, vel ordinato in vniuersitate vel collegio, aut de alio facto ext. collegium. Primo casu quilibet de collegio vel vniuersitate est idoneus testis, ne pereat facultas probationis. vt traditur per exemplum de electionibus, & similibus actibus, qui fieri solent secretè in collegiis. vt probatur in c. veniens. in fin. ext. de testib. & in l. consensu. C. de repud. In alio autem casu,

cùm

cùm quæstio est de actu gesto extra collegium, subdistingue. Aut ex eo resultat commodum vel incommodum singulariter singulis, & tunc nullus eorum sit idoneus testis per regulam d.l. omnibus. Aut non resultat tale commodum singulariter singulis, & tunc quilibet erit idoneus testis. vt plenè traditur & habetur in c. insuper. & in c. cùm nuntius. & ibi per Ioan. An. ext. de testi. Quam etiam opinionem firmant Barth. & doct. in l. in tantum §. vniuersitatis. D. de rer. diui. vbi & per Specul. in d. tit. de teste. in prin. vers. nunquid in causa vniuersitatis. & per Iacob. de bellouis. in Auth. de monac. §. 1. collat. 1. Secundo casu principali, quando res est communis plurium vt singularium personarum, distingue prout not. Iacob. But. in d. l. omnibus. aut sunt socii omnium bonorum, aut ipsius rei tantùm de qua est quæstio, aut res ipsa est incidenter communis sine societate. Primo enim casu omnes repelluntur, quia commodum est ad ipsos omnes peruenturum. & eadem ratione repelluntur in casu secundo. argum. l. 1. §. in propria. D. quando appel. sit. Tertio casu subdistingue. aut res ipsa est individua, & tunc nullus est idoneus testis. quia speratur consequi commodum. arg. in l. si communem. D. quemad. seruit. admitt. aut res est diuidua, & tunc quia victoria vnius non prodest alteri, quilibet eorum poterit pro altero esse testis. argum. in l. 1. §. quin imò. D. si pars hæred. pe. Vbi autem esset vtriusque eadem causa defensionis, vel si lis esset communis, tunc non esset alter pro altero idoneus testis. arg. d. regulæ. lege omnibus. & facit l. si quis separatim. §. 1. D. de appel. & notatur per Inno. in capit. quoniam aliqua. ext. de testibus.

5 Deinde † quæro de eo quod quotidie est in vsu. Ecce baiulator vel portator vini detulit ad tuam domum ex parte mea certam quantitatem vini vel grani tibi venditi, tu recusando precium soluere, dicis quòd non recepisti granum vel vinum. ego autem volo producere in testes eos qui tibi & in domo tua illud detulerunt. quæritur an sint in hoc testes idonei & sufficientes? Ego reperio quod Bar. in d. l. deferre. D. de iure fisc. determinat quòd non. quia ipsi tractant de se exonerando ab obligatione, quia mihi tenebantur ex mandato, & per hoc essent testes in facto proprio, contra dictam regulam, lege omnibus. Ego credo considerandum, an sint tales personæ quæ viuant de huiusmodi arte portaturę, & tunc dicere eas admitti, & plenam fidem facere, exemplo legatariorum. vt Instit. de testam. §. legatarius. & l. dictantibus, cum similibus supra allegatis. Aut sunt alii non consueti ad tale officium, sed à casu deputati & electi. & tunc puto quòd faciunt semiplenam probationem. exemplo proxenetæ, de quo suprà dictum est, &c.

SVMMA.

1 *Ratio limitat & restringit dictum testis, ideóque causa magis attendenda est.*

2 *Testis depositio valet, & si non reddat causam, si non fuit interrogatus de ea. Nisi depositio esset magis iuris quàm facti.*

3 *Paria sunt nullam causam exprimere, & reticere.*

4 *Causa debet concludere dictum testis esse verum.*

5 *Causa regulat dictum testis: & ea cessante cessat dictum.*

GLOSSA XII.

Reddunt rationem nec causam. Ratio & causa idem sunt, quātum ad propositum pertinet, quæ quidem ratio & causa in teste est specialiter attendenda. 1 quia† ratio est illa quæ limitat & constringit eius vniuersum testimonium. & in tantum, quod magis attenditur ratio quàm dictum. vt plenè notatur per Docto. in l. solam. C. de testibus, & per Glo. in l. cùm hi. §. nihil. D. de transact. & in c. cùm causam. ext. de testibus. Vnde si testis interrogatus quid sit de contentis in capit. respōdeat vera esse contenta, & interrogatus quomodo & qualiter scit, dicat quia sic audiui dici à pluribus personis, certè ista ratio confundit & annulat dictū præcedens quando dixit vera esse. vt notatur in l. testiū. C. de testib. & habetur in c. licet & quadam. ext. de testib. cum similibus. 2 Vbi autem† testis non interrogaretur de causa, valet dictum eius regulariter. vt d. l. solam. cum ibi notatis, quia non debet esse verbosus in expressione alicuius causæ, nisi interrogetur, secundùm docto. & notata in c. cùm sicut nobis. ext. de re iudic. Nisi dictum eius esset potiùs iuris quàm facti; quia tunc etiam sine alia interrogatione tenetur causam exprimere. verbi gratia, si deponat simpliciter quòd Titius est dominus talis fundi, certè hoc non sufficit, sed debet adiicere à quo habuit & ex qua causa tale dominium, vel saltem dicere quòd vidit ipsum gerere & gaudere pro domino, longo vel longissimo tempore. argum. l. Titia. D. de solut. & l. 11. C. de præscri. xxx. an. & ita determinat Spec. in d. c. cùm causam. Et est ratio (secundùm eum) quia ad officium testis pertinet deponere super his solum quæ sunt facti, non autem iuris. vnde cùm dominium sit quid iuris, ad eum non pertinet iudicare talem esse dominum, sed dicere illos actus qui sunt facti, per quos iudex possit comprehendere an fuerit dominus vel quasi dominus, & an vtiliter vel directò. Faciunt quæ notantur per Gloss. & Bart. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. D. de verb. ob. 3 Et† notandum quòd paria sunt nullam causam exprimere, vel impertinentem & iniustam. vt habetur in cap. præterea. ext. de test. b. argum. in c. 11. ext. de transact.

4 Debet† enim causa esse talis, quæ de necessitate cōcludat dictum suum esse verum, alioquin testimonium est nullum. argum. legis non hoc. C. vnde cognat. & l. neque natales. C. de probat. & notatur per Bart. in l. 1. §. docere. D. ne quis eum qui in ius voc. est.

5 Dictum† autem testis trahitur & reducitur ad eius rationem, quia ipsa ratio est illa quæ regulat & informat ipsum dictum. argum. in l. hæc actio. D. de calumn. & notatur in lege cùm tale. §. legato falsam causam. D. de conditio. & demonstr. Facit Authen. de testim. §. & licet. ibi, & causam testimonii, &c. & quod habetur in lege Aurelio. §. sticho. D. de libell. leg. Vnde dici solet, quod causa cessante cessat etiam dictum. vt in l. quòd

lege quod dictum. D. de pact. & l. adigere. §. quoduis. D. de iure patro. Vbi autem teſtis interrogaretur ſuper aliquo capitulo generali, generaliter reſponderet, non interrogatus ſpecialiter de cauſis & circunſtãtiis, valeret dictum eius. vt notatur per Bart. in l. diuus. D. de quæſtio. De his autem ſeu aliis ad rationem ſeu cauſam teſtis pertinentibus, vide quod notat Inno. in d. c. cùm cauſam. & Spec. in d. tit. de teſte. Nunc autem videndum qualiter in teſtiũ examinatione ſit procedendum.

Svmmae.

1 *Poſt publicationem teſtes non admittuntur, ſuper eiſdem articulis vel directè contrariis in eadem inſtantia regul triter.*

2 *Excipe ſequentes caſus, ſi publicatio non fuit ritè facta, ſi teſtimonia ſunt perdita, ſi de falſitate arguuntur priores teſtes, ſi quæſtio ſit de cauſa matrimoniali, ſi ex re ſcripto principis noua productio approbetur, vel per interlocutoriam à quo non ſit appellatum.*

3 *In alia inſtantia poſſunt alii teſtes produci, ſuper eiſdem capitulis cùm inſtantia pendet ex prima, aut cùm per eam non tendimus directè contra ſententiam primæ.*

4 *Super nouis articulis non poſſunt produci teſtes in cauſa appellationis, de iure ciuili.*

5 *Noua capitula de iure ciuili dicuntur, quæ differunt à prioribus, re & ſubſtantia, adeò vt ſententia reddita in vno non pariat exceptionem rei iudicatæ in alio. At de iure canonico noua capitula dicũtur quæ pendent & ortum habent ex antiquis & prioribus. & ea admittuntur in cauſa appellationis.*

6 *Varia exempla nouorum articulorum ex primis dependentium, in reo, & in actore. num. 7.*

8 *Qui potit præſcriptionem quæ ſine titulo non procedit, probare debet de titulo. nec poſſea admittitur deducens in cauſa appellationis ca pitulum de titulo. Secus cùm quis potit poſſeſſionem.*

9 *Teſtes examinati qui obſcurè depoſuerunt poſſunt reperi, non ad partis requiſitionem, ſed officio iudicis.*

10 *Quando teſtes in vna cauſa examinati fidem faciunt in alia cauſa.*

11 *Regula, Probationes iis proſunt & nocent, quibus prodeſſet vel noceret ſententia ſuper iis lata.*

12 Teſtes examinati in iudicio ſummario non faciunt fidem in plenario, niſi examinati ſint ſuper aliqua exceptione peremptoria.

13 *Nõ poſſunt produci teſtes vltra XL numero.*

14 *Non debent teſtium productiones fieri vltra quatuor.*

15 *Quomodo fiant ſingulæ productiones. an in vna dilatione, an in pluribus.*

16 *Teſtes iurati intra dilationem præfixam poſſunt poſtea examinari.*

17 *Teſtis iuratus die iudica poteſt deponere die ſeruata.*

18 *Terminus ad probandum prorogari poteſt, ſi appareat non fictiſſe per partem, ſed per iudicem.*

19 *Publicatio facta per terminum valet.*

GLOSSA XIII.

Svnque publicatis iam teſtibus aliis recepti. Qua forma fiet pu-

blicatio testium dictum est suprà de forma publicationis testium. Quis autem sit publicationis effectus superest videndum. 1 Est † ergo sciendum, quòd regulariter post publicationem testium non recipiuntur nec admittuntur alii, nec iidem testes, super eisdem capitulis super quibus fuerunt recepti & examinati, sed super aliis capitulis prioribus non directò contrariis bene admittuntur. vt hæc omnia probantur in l. per hanc. C. de tempo. appel. & in §. si verò. in authen. de testi. & c. intimauit. & in c. fraternitatis. ext. de testi. cum similibus. & per Spec. in tit. de teste. §. satis vtiliter. & per Cy. in authen. ar qui semel. C. de proba. & hoc si producuntur in eadem instantia. Et ratio huius prohibitionis est timor subornationis.

2 An † autem admittantur post publicationē in noua instantia, puta in causa appellationis super eisdem capitulis, est differentia magna inter ius canonicum & ciuile. Nam iure canonico nō admittitur, propter eandem rationem, cùm ita duret timor subornationis in causa appellationis sicut in causa principali. vt determinatur in d. c. fraternitatis. & in clem. testibus. ext. de testi. sed de iure ciuili bene admittuntur, propter diuersitatem instantiarum. & quia minus malum est eos admittere, vt veritas patefiat quàm repellendo eos veritas suffocetur, secundùm doct. vt plenè traditur in d. l. per hanc. Fallit autem in certis casibus quos enumerat Spec. in tit. de teste. §. satis vtiliter. vbi vide. Vt tamen præmissorum latior habeatur instructio, distingue cū quæritur, an publicatis testibus super eisdem capitulis possint testes iterū recipi, aut quis velit testes repetere vel producere super eisdem capitulis, in eadem instantia, aut in alia. Primo casu, aut fuerunt istæ attestationes publicatæ minùs solemniter, & contra ius, & per consequens nō valent. Quod quidem potest variis modis contingere, vel quia fuerunt publicatæ lite non contestata regulariter, vel parte absente & non citata, vel ab eo qui non habebat super eo potestatem. & tunc admittuntur testes post talem inutilem publicationē. vt habetur & notatur in c. cùm causam. ext. de testi. & ibi notatur per Ioan. And. & per eundem plenius in d. c. fraternitatis. & per Glo. in d. clem. testibus ext. de testi. Et ratio est, quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. vt in regula, Non præstat, de regulis iuris lib. VI. Quanquam (quod est notandum) huiusmodi inutiles attestationes possūt de partium cōsensu tacito vel expresso cō firmari. vt determinat Inn. & Io. An. in d. c. cùm causam. ext. de testib. Aut fuerunt ritè & rectè publicatæ. & tunc aut ipsæ attestationes sunt deperditæ, vel quia non reperiuntur apud iudicem, nec notarium causę, nec partem: & tunc poterunt testes iterum de nouo produci. vt in c. fin. extra. de probat. & no. in dicta clem. testibus. Aut non sunt deperditę. & tunc aut agitur de falsitate priorum testium, & tunc in odium falsitatis & fauorem veritatis admittuntur alii testes, post priorē publicationē. vt probatur in c. licet. ext. de proba. & in cleric. & in c. cùm in tua. ext. de testi. Et per Cy. in l. si quis testib⁹. C. de testi. Aut nō

agitur

agitur de falſitate priori, & tunc aut eſt cauſa matrimonialis, & tunc fauore matrimonij admittuntur teſtes poſt publicationē, vt traditur in d.c. ſerica. & ib. per Inn. & alios doc. Aut eſt alia cauſa, & tunc aut princeps hoc indulſit per reſcriptionem ex certa ſcientia, nō obſtante tali lege, & tunc poterunt produci iuxta doctrinam l. ſi. C. ſi contra ius vel. pub. & in l. quotiens. C. de precibus imp. offe. Idem ſi iudex hoc admiſit per eius interlocutoriam à qua non fuit prouocatum. arg. eorum quæ not. per Dy. in regula, Indultum. de reg. iur. lib. vi. & per Cy. in l. iudices. C. de iudi. & per Bar. in l. 2. D. de re iudi. Aut nec iudex hoc admiſit, & tūc ſtat firma regula, Quòd in eadem inſtantia non poſſunt poſt publicationem teſtes vlterius recipi ſuper eiſdem capitulis, vel eis directò contrariis. vt d. §. ſi verò. in authē. de teſti. & in authen. at qui ſemel cum ſimil. ibi no. C. de proba.

3 Secundò † caſu principali, quādo quis vult teſtes producere poſt publicationem in alia inſtantia, tunc diligenter cōſidera, Aut enim hæc noua alia inſtantia eſt coniuncta primæ, vt quaſi cenſeatur eſſe eadem cum prima, vt eſt cauſa appellationis (vt notatur per Gl. & doc. in l. ita demum C. de procu.) & tunc, ſecundùm iura ciuilia, poſſunt teſtes ſuper eiſdem capitulis produci. vt in d.l. per hanc cum ibi notatis. Sed ſecundùm iura canonica nequaquā. vt in c. fraternitatis. & d. cle. teſtib⁹. Cùm igitur hæc iura ſint ſibi inuicem repugnantia ſeruabunt canonici ius ſuum in foro ſuo, & laici ius ciuile in foro ſuo. arg. eorum quæ notātur in c. ſi. ext. de præſcript. & in c. i. ext. de noui. ope. nunc. Aut hæc noua inſtantia eſt diuerſa à prima & principali. & tunc aut ipſa noua cauſa tendit ad eundem finem ad quem tendebat prima, vel eſt idem modus agendi in vtraque, & tunc non poterunt teſtes ſuper eiſdem capitulis de nouo produci. vt in l. ſi quis cùm totum in fi. & l. cùm quæritur. cum l. ſeq. D. de excep. rei iudi. & quaſi per totum. & l. ſi mater. §. eandem. eodem. ti. Aut noua tendit ad aliud finem, vel eſt in ea diuerſus modus agendi ab ipſa prima, & tunc aut producere volēs vel agens veniret ex hoc directò contra primam ſententiam in priori iudicio latam, & tunc nō poſſunt teſtes producti ſuper eiſdem capitulis. vt probatur in quarta lectura. l. Iulianus verum debitorem. D. de condi. indeb. Aut non venit directò contra priorem ſententiam, & tunc poterunt teſtes admitti. vt in 2. & 3. lectura d. l. Iulianus. & ibi plenè per Bart. ad quod facit. c. veniēs. & c. cùm in tua. ext. de teſti. & per eundem notatur in lege 2. §. hoc edicto. D. vi bono. rap.

4 Super † nouis autem capitulis & articulis an admittantur teſtes iure ciuili in cauſa appellationis, (quia regula eſt. Non probatum probabo &c. vt d. l. per hanc) ſub iudice lis eſt. Nam doc. iuris ciuilis dicunt quòd non, per dictam l. per hanc. de iure autem canonico dicitur contrarium in c. fraternitatis de teſti. Sed hīc eſt multùm aduertendum quæ dicantur noua capitula, & quæ dicantur vetera capitula. quo declarato patebit quòd hæc iura canonica & ciuilia, quæ videntur inuicem repugnare, conuenient ſimul & conſonabunt.

5 Itaque, † ſcire debes quòd iure

ciuilia appellant noua capitula illa quæ differunt à prioribus re & substantia. vt verbi gratia, si actor petit in causa principali bouem, & super boue capitula formauit, deinde in causa appellationis formæt & producit capitula super asino, & similibus, certè non auditur. Et vt generaliter omnia exempla quæ tradi possent sub quadam regula concludantur, Dicendum est (secundùm Iaco. de bel. vt refert Cyll. in d.l.per hanc) quòd secundùm ius ciuile illud vocatur nouum capitulum, quòd ita se habet ad antiquum, quòd si ad illud ageretur in nouo iudicio, rei iudicatæ non obstaret exceptio. Sed secundùm iura canonica illud appellatur nouum capitulum, quod dependet ab antiquo, & ortum trahit ab eo. de quo statim exempla subiiciam. & super tali capitulo vtroque iure, tam ciuili quàm canonico, tales testes admittuntur in causa appellationis. vnde æquiuocatio est in vocabulo & non in dispositio. Quærendum est ergo quæ sit ratio iuris ciuilis, sumpto significato suo circa nouum capitulum? Respondeo (secundùm eundem Iaco.) quia lex voluit consulere per appellationem, in illis casibus in quibus non erat consultum per alium modum agendi, obstante sibi exceptione rei iudicatæ. at vbi non obstat exceptio rei iudicatæ, voluit in alio principali iudicio reseruare. Ideo super tali nouo capitulo quod in alio nouo iudicio poterit intentari, sine metu exceptionis rei iudicatæ, recusauit probationes & testes admittere in causa appellationis. Vbi ergo obstare haberet rei iudicatæ exceptio in nouo iudicio, tunc admittitur testium receptio in causa appellationis vtroque iure, tam ciuili quàm canonico, super nouo capitulo dependente ab antiquo seu trahente originem ab eo.

6 Superest † itaque inuestigare exempla per quæ dignoscitur quæ sint seu appellentur noua capitula, ex antiquis originem trahentia & descendentia, de quibus tetigit. Spec. in d. §. satis vtiliter. verti. illud autem nota. &c. & Ioan. And. in d.c. fraternitatis. quorum aliqua sub breuitate commemorare disposui, quia plurimi sunt carentes illis libris, & quia aliqua sunt exempla quæ referuntur ad actorem. Ideo ordine congruo subiiciam exempla quæ ad reum referuntur.

Primum erit exemplum tale. Ecce tu egisti contra me actione ex empto, petens rem tibi tradi per me venditorem. ego autem excipiendo proposui me ad hoc non teneri, quia tu precium rei mihi soluere recusasti. & finaliter fertur contra me sententia, à qua appello. & in causa appellationis dico venditionem fuisse factam sub conditione quæ impleta non fuit, certè potero formare capitulum sub hac conditione, & super eo testes producere, non obstante priori publicatione & examinatione testium facta super venditione, & tale capitulum appellabitur nouum capitulum descendens ab antiquo, super quo admittitur post publicationem testium examinatio, vtroque iure tam ciuili quàm canonico, vt probatur in capitu. cùm Ioannes. extrà de fide instrum. Secundum est exemplum in reo. Ecce tutor datus se excusat

cusa à tutela, dicens se gerere tres tutelas, quæritur an excusandus sit à quarta, fertur sententia contra eum, & appellat. & in causa appellationis format capitulum, quòd gerit vnam tutelam ita implicitam, diffusam, & negociosam, quòd loco trium tutelarum reputari debet. vt in lege tria. & in lege si is qui tres. §. eum qui. D. de excu. tut. & certè super hoc capitulo poterunt in causa appellationis testes produci, tanquam super nouo capitulo, ex antiquo dependente, vt in superiori dictum est. Tertium subinfertur in reo exemplum. vt putà, ecce egisti contra me, dicens quòd in minori tua ætate vendidisti mihi prædium, sine decreto iudicis, & sic non tenuit alienatio, ego verò opposui & capitula formaui, quòd tempore dictæ venditionis tu eras maior, & hoc non obstante fuit lata contra me sententia, & ab ea interposita appellatione, volo in ipsa appellatione probare, quòd post maiorem ætatem ipsam ratam habuisti, & sic tenuit. vt l. si. C. si ma. fact. ra. ven. habue. certè istud erit capitulum nouum dependens ab antiquo, ideo admitteretur super eo probatio vtroque iure inspecto. ¶ In † actore autem subiiciuntur exempla sequentia. Primum est. ecce tu mihi obligasti fundum pro centum, quæ tibi mutuaui. deinde eundem fundum alij obligasti posteáque meam obligationem renouasti. rursum egi contra possessorem pignorum ex obligatione nouata. & finaliter succubui in causa, quia ipsius possessoris obligatio præcedit ipsam nouationem, à qua sententia appellaui, & in appellatione volo capitulare & probare de priori obligatione mea præcedente ipsam nouationem, cuius respectu sum anterior ipso possessore. Certè possum hoc facere, quia tale capitulum est nouum dependens ab antiquis. vt probatur in l. 3. in princ. D. qui pot. in pi. ha. Secundum exemplum est in actore. verbi gratia, egi contra te aliqua actione, & in libello omisi petere te condemnari in expensis. Iudex autem causæ te condemnauit in sorte: de expensis autem nihil pronunciauit. tu autem appellasti à sententia, certè ego in hac causa appellationis potero expensas ipsas petere, & probationes inducere, cùm hic articulus seu capitulum sit nouum, descendens tamen à priori materia. vt probatur in lege fin. Codice quando prouoc. non est ne. Tertium subinfertur in actore exemplum, pone, Ecclesia petiit decias. reus aût opposuit se earum solutione, priuilegio speciali. & contra ecclesiam lata est sententia, à qua appellauit. in qua appellatione vult probare ℣ priuilegium est præscriptũ. certè debet audiri, cùm tale sit nouum capitulum, habens tamen à prioribus dependentiam. vt in c. accedentibus. ext. de priuil.

§ Circa † hoc autem exemplum occurrit tale dubium, an si in causa principali producti sunt testes super præscriptione simpliciter, & postea publicati, an in eadem instantia poterunt testes de nouo produci ad probandum de titulo præscribentis? In qua quæstione variæ sunt doc. opiniones. vt refert Ioann. And. in dict. cap. fraternitatis. Finaliter & conclusiuè (secundùm eum) talis discordia potest diuisione iuuari, vt

distinguatur sic. Aut quis primò formauit capitulum seu articulum super præscriptione simpliciter & absolutè. & tunc si super ea fuerunt testes examinati & publicati, non auditur vlterius probare volens de titulo. Et est ratio, quia istud capitulum de titulo fuit in priori præscriptione inclusum & comprehensum: quia ad præscriptionem perficiendam titulus requiritur. vt l. nullo. C. de rei vendi. & in c. si diligenti ext. de præscrip. & in c. dudum. ext de deci. ideóque cùm semel admissus sit ad titulum probandum, istud nouum capitulum de titulo specialiter non esse nouum, sed antiquum & per consequens super eodem capitulo admitteretur ad probãdum, quod omni iure est prohibitum. vt in d. §. quia, in authent. testi. Nec obstat quod supra dictum est de conditione venditioni adiecta, quæ probari potest in causa appellationis, quia (secũdùm Inno.) licèt conditio oriatur propter venditionem, non tamen ex natura ipsius venditionis conditio aliqua in venditione comprehenditur seu concluditur, cùm infinitæ sint venditiones quæ fiunt purè & sine vlla conditione. sed in præscriptione includitur titulus, quando est talis præscriptio quæ titulum requirit, vt ea de qua ad præsens est sermo, vt supra dictum est. Similiter non obstat quod superius dictum est, admitti probationes super ætate & pubertate. vt d. c. in præsentia. de proba. quia (secundùm Inno.) licèt ætas insit professioni, & pubertas matrimonio. (vt de regular. c. t. & de despon. imp. c. 2 lib. vi.) tamen longè plus inest titulus præscriptioni, quàm ætas professioni, quod patet: nam admissus ad probandum professionem vel matrimonium non habet necesse probare ætatem, nisi specialiter negetur. sed dato quòd titulus non negetur, tamen ille qui allegat præscriptionem, tenetur titulum probare. Aliquando quis solummodo capitula fecit, & testes induxit super possessione tantùm, & tunc auditur volens super titulo testes producere de nouo. nam hæc sunt inter se separata, titulus & possessio. vt patet ex diuersitate titulorum. vt D. de acqui. re. do. per totum. & D. de acqui. pos. per totum. D. de vsucapio. per totum. sicut sunt actus diuersi ad electionem, scrutinium, publicatio. & electio. vt ext. de elec. in c. quia propter.

9 Deinde † circa materiam quæritur, si testis obscurè locutus est, vel si non expressit causam sui testimonij, an poterit in eadem instantia iterum repeti, vt declaret eius testimonium? Dic breuiter quòd ad partis instantiam non audiretur vlterius, sed iudex ex officio ad sui informationem posset facere hanc repetitionem. vt habetur in c. cùm clamor. & in c. cũ tu, ext. de testi. & notat. Spec. in d. tit. de teste. in prin. vers. item quòd testis obscurè &c. & per Bart. in l. 2. §. item mutuum, in fin. D. fiscer. pe.

10 Proinde † quæri solet, an testes producti & publicati in vna causa faciant fidem in alia? Vbi sic plenè distingue. aut ambæ causæ sunt ciuiles, aut ambæ criminales, aut vna ciuilis & alia criminalis. Primo casu subdistingue, aut testes fuerunt recepti & publicati coram arbitro, aut coram arbitratore, aut coram iudice ordinario. Si coram arbitro, tunc aut testes ipsi sunt mortui, & tunc

& tunc plenè probant & fidem faciunt inter eosdem personas, coram quocunque iudice, & in quacunque alia causa. Aut sunt viuentes, & tũc est in electione eius contra quem producti sunt vel stare prioribꝰ depositionibus eorum, vel quòd iterũ recipiantur. vt probatur & habetur in l. cùm antea. in fin. C. de arbit. & in l. fi. C. de test. & c. præsentata. ext. de testib. Nisi partes ipsæ specialiter in compromisso conuenissent stare ipsorum testimonijs, in quacũque causa, & coram quocunque iudice: quia non fieret ipsorum viuentium alia noua examinatio. vt d. l. fi. ibi, statutũ fit, &c. quod est multùm notabile, & semper apponendum in compromissis, licèt multi in hoc errent. Aut fuerunt recepti coram arbitratore, & tunc nullam fidem faciunt, secundùm Innoc. vt per eum notatur in c. cùm in tua. ext. de testi. & idem firmat Iac. But. in l. fi. C. de testi. Si autem fuerunt recepti & examinati coram iudice ordinario vel delegato, tunc aut noua causa quæ nunc additur est inter alias personas, & tunc nullam fidẽ faciunt inter ipsas, per regulam generalem. Res inter alios acta. vi in rubro & in nigro. C. res inter alios acta. ‖ Nam† his demum prosunt & nocent probationes factę in causa, quibus prodesse & nocere sententiæ latæ: & econuerso. vt l. sed si possessori. in fin. cum l. seq. D. de iureiuran. & in cãter dilectos. §. porro. ext. de fide instru. Aut causa agitur inter eosdem personas, & tũc regulariter ipsę attestationes & probationes plenam fidem faciunt. vt Lis apud quem. C. de eden. & ibi plenè per Cyn. & in l. gesta. C. de re iudi. & plenè per Bartol. in l. cum lite mortua. D. iudi. sol. & notatur per Innoc. in d. c. cùm in tua. & in c. causam quæ. el. 1. ext. de testib. Secundo casu principali, videlicet quando ambæ causæ sunt criminales, & tunc aut habẽt originem ex diuersis factis & delictis, & tunc non faciunt vllam fidem. argu. in l. nunquam plura. D. de priui. del. c. Aut habent originem ex eodem facto. & tunc puto quòd fidem faciunt inter eosdem personas. argu. in l. 1. D. arborum fur. cæsa. Tertio autem casu principali, videlicet quando vna causa est ciuilis & alia criminalis, subdistingue, secundùm Bart. (vt plenè notatur per ipsum in l. 1. D. vi bon. rapt.) aut testes fuerunt priùs producti in causa ciuili, aut priùs in causa criminali. Si quidem fuerunt priùs producti in causa ciuili, tunc aut fuerunt producti per reum ad absolutionem, & tunc fidem faciũt in sequenti causa criminali. vt l. 1. & l. si præses. C. de plagi. Aut fuerunt producti per actorem ad condemnationem, & tunc aut fuerunt producti principaliter super delicto, & tunc non faciunt plenam fidem in causa criminali. vt notatur per glo. in l. si quis à se fundum. C. ad legem Iuliam de vi. & probatur in l. 3. §. idem diuus. D. de testi. ibi, testibus & non testimonijs, &c. Cuius ratio est, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. vt l. sciant. C. de proba. Tamen faciũt aliquod adminiculum. argum. l. quæro. in fin. D. de ædil. edict. & l. capite quinto. D. de adult. Aut ipsi testes fuerunt producti super aliquo adminiculo ad ipsum crimen, puta super rei dominio vel alio simili, & tunc faciunt fidem in criminali causa, non super crimine

principaliter, sed super illo adminiculo tantùm vt d.l.i. & l.ii prœses. C. de plagiariis.

Secundo autem casu, quando conuersò factæ sunt primò probationes seu producti testes in causa criminali, an fidem faciunt in ciuili? Distingue. aut agitur causa inter easdem personas, & faciunt fidem. vt l.is apud quem. cum sua materia. C. de eden. & d.l. cùm antea. circa fi. C. de arbitris. aut agitur inter alias personas, & tunc aut sententia faceret præiudicium inter eas, & faciunt fidem, aliàs non arg. d.l. sed & si possessori. in fi. D. de iureiur. & in c. inter dilectos. §. porro. ext. de fide instru. & hoc sequitur Inn. in d.c. cũ causam.

Quæ autem superius dicta sunt procedunt quando testes fuerunt recepti in iudicio plenario. 12 An † autem recepti in iudicio summario fidem faciant in plenario? Dixerunt quidam quòd aut testes vel probationes fuerunt receptæ ante litem contestatam vel post super aliqua exceptione dilatoria, & tunc non faciunt fidem in iudicio plenario arg. in c. veniens ext. de testi. & quod notat. Inno. in c. constitutus ext. de ordi. cog. aut fuerunt producti super aliqua exceptione peremptoria, & tunc faciunt fidem in plenario iudicio, secundùm notata per Inno. in c. super spoliatione ext. de ordi. cog. Alii distinguunt. aut sententia lata in summario noceret in plenario iudicio: & tunc prosunt & nocent attestationes, & cæterę probationes aut sententia non noceret, & tunc nec testes nec probationes nocebunt. vt in d. c. inter dilectos. §. porro & arg. eorum quæ notantur in lege à diuo pio. §. si super rebus. D. de re iudi. & lege fin. D. de his qui sunt sui vel alieni iuris. de quo notat Bartolus in lege secunda, D. vi bonorum rapt.

13 Vlterius † quæritur an liceat partibus producere testes quot numero velint? Die quòd nõ, sed iudex ex officio refrænabit & taxabit numerum testium, ita quòd non excedatur numerus xl. testium. vt traditur in c. significauerũt, cũ seq. ext. de testi. Et si iudex cognouerit esse produceotis intentionem fundatam ex paucioribus, tunc adhuc eundem numerum refrænabit. vt l. i. in fi. D. de testibus & in c. de testibus, ext. de testi. & ext. de offi. dele. in c. cùm te. de quo notat Spec. in ti. de teste. §. restat videre de numero testium &c. & per Inno. in d. c. causã quæ (Io. primo) ext. de testi.

14 Rursum † quæritur an data vna dilatione ad testes producendos, vel facta vna testium productione & examinatione, ante eorum publicationem liceat super eisdem articulis alios testes producere? Die breuiter quòd sic, vsque ad tertiam vicem. vltra tertiam verò productionem non licet, nec est aliquis audiendus, vt infinitas eatur. nisi fortasse ex causa iustissima, & præstito per producentem iuramento. vt traditur in c. vltra tertiam ext. de testi. & in Authen. qui semel C. de testi. & in §. si verò. in Authen. de testi. & notatur per Inno. & Io. An. in c. cùm in causis ext. de testi.

15 Sed † in hoc occurrit magna dubitatio, quomodo debet intelligi vna dilatio vel vna productio, & sic secunda vel tertia? Dicunt quidam, productio intelligitur vna vel

vna vel plures, hoc modo. dabit enim iudex vnam dilationem plurium dierum (puta v. vel x) intra quam prima vel secunda die pars producet & exhibebit coră iudice duos vel tres testes, dicendo, Domine iudex hos testes vobis exhibeo & produco examinandos, pro prima vice. deinde quarta vel quinta die producet totidem, vel plures aut pauciores, & dicet. Domine iudex ecce alios testes quos vobis exhibeo & produco pro secunda vice. & idem faciet alia vice &c. & sic erit vna dilatio tantùm infra quam fiũt plures productiones. Et hoc modo debet intelligi (secundùm eos) d. decretalis. vltra terriam cum similibus. Alia est opinio (quam approbauit inueterata consuetudo) quòd plures dilationes dentur ad testes producẽdos, quarum vna sit x. dierum. alia xv. vel plurium, & vel paucioru, prout iudici videbitur, ita quòd in qualibet dilatione per se sumpta liceat parti testes producere singulis diebus, & sic facere plures productiones in pluribus dilationibus. & hoc modo dicũt debere intelligi iura prẽallegata quam opinionẽ approbant cõsuetudo. & Inno. in d. c. in causis. & in c. vltra terriam & sic de facto seruatur, secũdũ Spec. in d. ti. de teste. §. qualiter.

16 *Quid* autem dices si in dilatione data ad probandum testes iurauerunt in termino, sed non fuerũt examinati. an imputabitur parti producenti quòd non satisfecit termino? Videtur quòd sic. quia verba debent intelligi cum effectu. vt l. t §. hæc verba. D. quod quisque iuris & in l. pen. §. docere. D. ne quis eũ qui in ius voc. est. Spec. autem in d. §. qualiter. vers. is quoque, tenet contrarium. Ad quod facit l. pen. C. de testi. Idem tenet Ia. Butri. in l. fi quando. C. de testib. quia depositio testis trahitur ad tempus iuramenti. vt d. l. fi quando sicut nominatio hæredis facta post testamẽtum trahitur ad tempus testamenti. vt l. asse toto. D. de hæred. instit. Ad quod facit l. institutio talis. D. de condi. instit. & l. si ita scripsero. D. de condi. & demon. cũ similibus. Idẽ sentit Bar. in l. dãi. §. Sabini. D. de dam. infec.

Alii autem sunt qui distinguunt, aut est terminus datus ad producẽdum, & tunc sufficit iurasse in termino aut ad probandum. & tunc etiam debet deposuisse infra terminum. & in hanc partem inclinare videtur idem Bar. in d. §. Sabini. Decretalistæ verò (quorum opinionẽ sequitur communis practica) distinguunt sic. Aut est datus communis terminus ad probãdum simpliciter, & tunc sufficit iurare in termino: aut est datus ad probandum & probatum habendum, & tunc debent eriã deposuisse. vt plenè notat Spe. in ti. de dilat. §. 1. vers. quid si. 17 Ex † quibus patet determinatio quæstionis quotidianæ, quòd si testis iurauerit die iuridica, & deposuit die feriata, quòd valet eius testimonium. quod etiam sequitur Ia. Butr. in d. l. si quando. & Spe. in ti. de feriis. §. sequitur vers. quid si.

18 Amplius † quæritur, pone quòd datus sit terminus à iudice vel à statuto ad probatum habendum, & iurauerũt testes infra terminum, nec deposuerunt. pars autem producens dicit se excusatam, quia fecit quod potuit, & requirit finita dilatione eos examinari. quæritur an debeat audiri? Et Iacobus But. tenuit quòd sic. quia examinatio tot

stium pertinet ad iudicem,& non ad partem. vt in d.l.si quando.sed Bar. in d.§.Sabini.dicit quòd non sufficit ad plenam excusationem fecisse iurari, sed debet pars sæpius iudici protestari de examinatione ipsorũ. sicut in simili dicitur de petitione apostolorum. vt in l. eos. in fi. cum similibus C. de appel.quia officialis non præsumitur esse in negligentia, nisi de hoc sibi fiat protestatio arg.l.1.C. de his qui per me. iu. non appel.& l.1. C.de suscep.& arca.lib. 11. Vnde consilium est quòd præstito à testibus iuramento, pars statim & die sequenti petat à iudice eos examinari infra terminum. pro quo faciunt notata in c.quoniam contra falsam ext. de proba. & in c pia. de except. Et si fortè testes ipsi recusarent deponere, absque rationabili excusatione,imputaretur iudici qui eos mulcta indicta cogere debuit. arg.in l.locum.C.de tabulis exhi. & in l.1. D. de magist. conue. cum similibus.

19 Postremò † quæritur de quæstione quam habuit de facto. Pone quòd in termino peremptorio probatum habendi testes fuerunt examinati,sed non fuerunt publicati.an tenebit publicatio facta post terminum, & an iudex teneatur ipsos publicare? Dic quòd iudex debet eos publicare,& publicatio tenet & valet.Ratio est quia talis publicatio non est probatio, sed rei probatæ declaratio. Ideóque tempus & terminum, dilationis probatoriæ reducitur, vt in eo facta publicatio censeatur. sicut de examinatione testis quæ ad tempus iuramenti reducitur, vt superius dictum est. arg. ad hoc in lege hæredes palam. §. si quid. & §. sed & si notan. vers. quid.D.de testa,& in l.adeò. §. cùm quis.circa fi. D. de acquir.do.cum similibus. Talis enim publicatio magis pertinet ad iudicé quàm ad partem, ideo pars excusata est si forte tacuit fieri publicationem, aliàs secus, cum ad instantiam partis fieri debeat publicatio, non ex mero officio.vt alias dixi. & hanc partem tenet Spec.in ti.de dila. vers. sed quid si infra.& Bart. in d.§. Sabini. quod nota, & esto solicitus: nam (vt inquit Seneca ad Lucilium) nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura &c. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Testimonium de sensu alieno non valet : nisi in negotiis vetustissimis.*

GLOSSA XIIII.

DE *alieno auditu testificantur.* 1 Regulariter † testimonium fundatur super alieno auditu vel alio corporali sensu non valet, quia quilibet de suo proprio sensu debet deponere. vt notatur & habetur in d.l.testium.C. de testi.& in d.c.licet ex quadam.ext.de testi.nisi cùm deponitur super aliquo vetustissimo negocio. vt l. si arbiter.& l. censur. D.de proba.& l.2. §.antepe.D. de aqua pluuia arcenda.& in certis aliis casibus notatis per glo. in d.c.licet. & per Spe. in titulo de testi.in princip. versic. item quòd non perhibet, &c.

SVMMA.

1 *Testis debet deponere rem sic esse: non autem se credere sic esse.*

GLOS-

GLOSSA XV.

Sed de credulitate, &c. 1 Aduerte † quòd ad officium testis pertinet deponere sic esse vel non esse, non autē sic se credere vel non credere. vt 3. q. 9. in c. testes & v. q. 2. in c. fraudem & notatur in d. l. testiū. Fallit in certis casibus quos notat Spec. vbi supra. vers. Item quòd deponit de credulitate &c.

FORMA PRODUCTIONIS INSTRUMENTORUM.

TITVLVS XIII.

I ORAM vobis venerabili viro domino Vicario antedicto, comparet & se presentat prenominatus Simoninus Spelta, nomine antedicto, in termino per vos sibi assignato probandi de iure suo, in causa & quæstione antedicta, inter partes suprascriptas vertente, exhibens & producens iura & instrumēta infra scripta, nomine quo supra, in illis passibus, punctis & capitulis seu articulis pro eo & in eius dicto nomine fauorē facientibus, & cōtra partem aduersam, & non aliter nec alio modō.

II. Protestans se velle vti dictis iuribus & instrumētis, si & in quantum sint & appareant esse iusta & vera, & non aliter nec alio modo.

III. Saluo nihilominus eidem Simonino dicto nomine omni iure, potestate & baylia, iterū & de nouo producēdi alia iura & instrumēta, quibus caret ad præsens.

IIII. Et primò quidē exhibet & producit in publica forma instrumentum vnum emptionis dictæ pecię terrę, de qua quæstio agitur inter ipsas partes, traditū & rogatū per Andrusium notariū publicū, anno curso M c c c l. cuius secunda linea incipit, In domo Petri &c.

V. Item scripturam vnam priuatam, scriptam & subscriptam manu propria dicti Ioannis cuius tertia linea incipit, Promisit &c.

VI. Item priuilegium vnū Henrici imperatoris, scriptū & subscriptum manu Titii notarii, cum bulla imperiali cerea pendenti, cuius quarta linea incipit, damus & concedimus &c.

SVMMAE.

1 *Contractus non minus valent si per testes probentur, quàm si per instrumenta.*

2 *Sex casus enumerantur, in quibus scriptura est de substantia contractus.*

GLOSSA I.

CCoram vobis. Ad euidentiam est sciendum, quòd vsus instrumẽtorum ab humano genere est repertus, vt ea quæ imbecillitate memoriæ defectui subiacebant, per scripturæ substantiam perpetua & inuiolata permaneant. 1 Valèt† tamen quæ sine scriptura inter contrahentes aguntur regulariter, licèt difficilis & aliquando impossibilis fiat eorum probatio, vt traditur in l. cùm res. C. de probat. & in l. contrahitur. D. de pignor. & in l. in re hypothec. D. de hiis instru. & in l. 3. §. duæ causæ. D. de Carbo. edic. Ab hac autem regula excipiuntur certi casus, in quibus scriptura est de substantia. 2 Primo† in testamento in scriptis condito. vt l. hac consultissima. C. de testa. & Instit. eo. tit. in princ. Secundo in venditione, permutatione, donatione, arrarum datione, & trãsactione, quos contractus conuenit inter partes fieri in scriptis. vt traditur in l. contractus. C. de fide instrum. & in l. fi. C. de contraben. empt. §. primo. & Instit. de contraben. empt. § primo. Tertius est in contractu emphyteutico. vt notatur in l. 1. C. de iure emphyt. & Instit. de loc. & conduc. §. adeo. Quartus est in literarum obligatione. de qua loquitur tit. Instit. de lite obli. & l. fi ex cautione. C. de non numer. pecu. Qui casus enumerantur per gl. in d. l. contractus. Quintus adiicitur casus, in sententia diffinitiua. per l. 2. C. de sen. ex peri. recit. & notatur per Bartolum in l. Gallus. §. idem credendum. D. de lib. & posthu. Sextus adiicitur, quando quis accipit concubinam pro vxore. quia instrumentum requiritur sine scriptura, propter legitimationem filiorum conceptorum in concubinatu. vt C. de concubin. l. cùm quis. & multi alij sunt casus qui enumerantur per Specul. in tit. de instrum. editio. §. restat autem. versi. Azo verò, qui casus cũ suprascriptis sunt 19. & ibidem enumerantur.

SVMMAE.

1 *Possunt produci instrumenta, & probationes fieri, etiam si ad id nullus sit præfixus terminus.*

2 *Iudex potest indulgere dilationem vltra terminum statuto præfixum ad finiendas lites.*

3 *Tempus insantiæ non currit pendẽte dilatione ad probandum.*

4 *Dilationes ordinariæ ad probandum non porriguntur ad probationes faciendas per testes in partibus remotis.*

GLOSSA II.

IN termino. 1 Quid† autem si nullus terminus fuit assignatus, an licebit probationes facere & instrumenta producere, nulla præcedente vel assignata dilatione? Dic concluſuè quòd sic, vt determinat Spec. in tit. de dila. §. videdum. versi. vtrum. & post eum Bartolus in l. in crimine. D. de adulter. vbi vide textum.

2 Deinde† quæritur, statuto cauetur quòd omnis quæstio debeat per iudicem terminari infrà vnum vel duos menses, prout est in pluribus ciuitatibus & locis. accidit autem quòd vnus ex litigantibus habet testes in remotis partibus (ad quos producendos dantur sex vel nouem menses secundùm locorum distantiam. vt traditur in l. fin. C. de dila.)

dila.) quæritur an iudex dare teneatur hanc dilationem, quæ tempus huic terminandæ excedit? Determinat Baldus quòd sic in l.fi cùm ipse. D.de excus. tu. & Cynus in l.fi.C.de adult. 3 Nec † (secundùm eos) ipsa dilatione pendente currit interim tempus aliquod instantiæ. quod est notabile. Nam ex hoc posset assumi cautela, si iudex videret se nó posse causam congruè in termino instantiæ diffinire, posset partem inducere ad petendum hanc dilationem. & eodem modo si pars vellet causam in longius protrahere (vt forsitan posset se componere) deberet fingere se habere testes in remotis partibus. Verùm in aliquibus locis contra huiusmodi fictiones prouisum est, quòd non aliter hæc dilatio detur, nisi pars priùs iurauerit, quòd non dolo, malitia nec causa protelandi litem petit hanc dilationem. 4 Et † ex his potest terminari alia quæstio, videlicet si per statutum vel iudicem præfixus sit certus terminus (puta x.dierum) probandi & probatum habendi, quò huic dilatio non porrigitur ad probationem fiédam per testes qui sunt in remotis partibus. maximè quia impossibilitas & absurditas non videtur in dubio in lege vel alia dispositione comprehendi. argu. in l.fi.C. ad exhibendum. & in l. filiusfa. versi. absurdū. D.de leg.1.& l. fi.D.quę sen. sine appell. rescin.& l. cū in iure.C. qui pe.tu.& in c.quamuis.ext.de iureiuran.

SVMMAR.

1 *Productio instrumentorum scribi debet in registro Curiæ, & fieri potest vsque ad sententiam.*
2 *Appellatione instrumentorum testimonia contineri.*
3 *Regulariter instrumentis publicis credendum est.*
4 *Notarii soli recipiunt instrumenta: sed possunt vti alterius opera ad ea in publicam formam redigēda.*
5 *Quæ requirantur in instrumentis, vt in publica forma.*
6 *Locus loci exprimi debet in contractu.*
7 *Princeps habens summum imperium potest notarios creare: non alius, nisi ex priuilegio inducto.*
8 *Species quinque scripturæ publicæ.*
9 *Quid sit scriptura priuata.*

GLOSSA III.

EXhibent & producent. 1 Hic † notandum quòd hæc productio instrumentorum est scribenda in actis per notarium causæ. vt in capit. quoniã contra falsam.ext. de proba. quæ nedum admittitur si fiat in termino probatorio, sed etiam post vsque ad sententiam, vt in c.cùm dilectus..xt. de fide instru. dum tamen saluum sit ius parti aduersæ, si apparuerint esse suspecta, reprobandi illa. vt traditur per Cy. in l.iudices. C.de iudi. Et nota quòd instrumẽta sic ideo appellata sunt, quia per illa instruitur causa. 2 Vnde † sumpta etymologia huius vocabuli, dicit lex quòd appellatione instrumentorum etiam testes continentur, vt in l.1.D. de fide instrum. Per quod sequitur quòd si data sit dilatio ad producendum instrumenta, quòd poterunt produci testes. eadem enim vis est amborum, vt lege in exercẽdis. C.de fide instr. 3 Et † regulariter standū est & credendum instrumento publico, non abolito

nec vitiato. vt in l. cùm res. & lege cum precibus. C. de probat. donec probetur contrarium, vt infrà dicetur. Facit quod habetur in c. 11. ext. de fide instru. cum similibus.

4 Solet † autem à quibus quæri, à quo fieri possint instrumẽta? Dic quòd à solo tabellione, licut celebrari missa à solo presbytero. vt in Authen. de tabel. §. 1. & l. generaliter. C. de tab. lib. x. & in Authen. de fide instru. in prin. Potest tamen notarius, si fuerit aliàs impeditus, cũ in protocollo suo redegerit instrumentum facere illud extrahi in publicam formam per alium notariũ: ita tamen quòd se subscribat ipsi instrumento, faciendo specialẽ mentionem in sua subscriptione de personis contrahentibus, & de eius occupatione, secundùm Bart. Quare generalis subscriptio in quam decideretur. In prælictis omnibus præsens fuit &c. non sufficeret, secundũ eum. vt ipse notat in l. diuus (la. prima.) D. ad leg. Cor. de fal. Quod nõ puto verum nec necessarium. imò sufficit generalis subscriptio, per quã constat quòd instrumentum per eũ sit leuatum, iuxta ea quæ ipse notat in lege si quis in principio testamenti. D. de leg. 111. & ita obseruauit inueterata cõsuetudo, à qua nullatenus est recedendum. vt l. minimè. D. de legib.

5 Debent † autem ipsa instrumenta debitam formam in se continere, vt fidem faciant quæ forma in octo consistit. Primo namque in quocunque instrumento debet apponi annus domini. Secundo. mẽsis. Tertio, dies traditi instrumenti. Quarto. inditio. Quinto, locus in quo cõtractus celebratur. Sexto, nomen imperatoris, licèt hoc de consuetudine obmittatur. Septimo, numerus testium, prout natura contractus vel actus qui geritur exigit & requirit. Octauo, subscriptio tabellionis cum eius signo. & hæc habentur & notantur in d. l. generaliter & in d. Authen. de fide instrum. in prin. & per Speculatorem in tit. de instru. edit. in prin. Sic ergo locus in quo celebratur contractus & traditur instrumentum poni debet in quolibet instrumẽto per notarium, dicendo, Actum in Papia vel Mediolano &c.

6 Sed † dubitatur an locus loci sit apponendus? verbi gratia, in domo talis, vel in tali via seu area. Et dicunt quidam quòd non, quia non reperitur lege cautum. In cõtrarium determinat Ia. Bu. per l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul. & per Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. D. de nou. operis nunciat. & Io. And. in c. abbate sanè. in fin. de re iudic. lib. vi. & notatur per Guill. de cun. in lege lecta. D. si certe pe.

7 Sed † quis est ille à quo creatur tabellio? Dic quòd ab Imperatore, vel Papa, vel à Comite habente ab eodem potestatem vel baliam ac etiam à quocunque Rege in regno suo tantùm, cùm ipsi habeant supremam iurisdictionem & imperium in regno suo. Alij autẽ principes inferiores, puta duces, comites, & marchiones, hoc nõ possunt, nisi specialiter sit eis concessum, secundũ Inn. vt per eum notatur in c. cum P. tabellio. ext. de fide instru. & tangitur in c. per venerabilem. ext. qui filij sint. leg. & per Spec. in titul. de instru. edit. §. restat videre. vers. sed quis potest facere tabellionem. Hoc etiam potest populus facere ciuitatis

ciuitatis quæ non recognoscit superiorem, & habet supremum imperium, vt est ciuitas Venetiarum, & Genuæ, & Florentiæ, & quædam aliæ numeratæ in pace Constantiæ. Verumtamen notarius creatus à rege vel ciuitate, non poterit extra regnum vel ciuitatem suam tabellionatus officium exercere, secundùm Bart. vt per eum notatur in l. apud proconsulem. D. de manumiss.

Amplius quæritur quot sunt species instrumentorum? Et breuiter respondetur quòd sunt duæ, videlicet publicum & priuatum. & dicitur publicum (secundum Inno.) omne instrumentum, cui de iure vel consuetudine plena fides præstatur. quod in pluribus casibus contingit. 8 Primus † videlicet si sit scriptum manu notarii, siue in iudicio siue extra iudicium. vt l. gesta. C. de re iudic. & l. is apud quem. C. de eden. & c. quoniam contra falsam. ext. de probat. Secundò si sit scriptura sigillo publico sigillata. vt in c. scriptura. ext. de fide instrum. & in c. tertio loco. ext. de proba. Item si sit sigillata sigillo episcopi vel principis. vt habetur in c. post cessionem. ext. de proba. cum similibus ibi notatis. Tertiò, dicitur publicum instrumentum, quando iudicis authoritate est publicatum. vt lege publicari. C. de testamen. & ibi notatis & l. fin. C. de re iudic. & ext. de fide instrum. c. P. & Gl. cum ibi notatis. Quartò, illa scriptura quæ habet scribentis & testium subscriptionem. vt lege scripturas. C. qui por. in pign. ha. & in authen. ibi posita si quis vult. & in cap. 1. ext. de testim. & in c. 2. ext. de fide instrum. Quintò, illa scriptura quæ extrahitur de archiuo publico, quę in communi vsu appellatur cancellaria Communis, vel rationaria Communis. vt habetur in lege in fraudem. §. quotiens. D. de iure fisc. & in c. ad audientiam. ext. de præscript. & in Authen. de his qui ingre. ad appel. §. si verò & l. censur. D. de probatio. & in authen. ad hæc. C. de fide instrumentorum.

9 Priuatum autem instrumentum appellatur illa scriptura, quam vnusquisque à seipso describit, quæ in iure appellatur chirographum. vt in lege chirographum. D. de proba. Quandoque appellatur litera vel epistola. vt Instit. de litera obligat. per totum. facit optimè l. non epistolis & l. non nudis. C. de probat. & l. fi ex cautione. C. de non num. pec. Adde quæ super hoc plenius notâtur per Glossam in c. 1. ext. de fide instrum. & Spec. in tit. de instrum. edi. §. nunc dicendum restat. versic. quot sunt species &c. & infrà latiùs disputabitur &c.

Summa.

1 *Pars altera potest in suum fauorem producere instrumenta producta ab aduersario suo.*

GLOSSA IIII.

In illis passibus. Hæc clausula est multum notanda, quia simplex productio facta sine hac protestatione faceret tantam fidem in fauorem partis aduersæ quantam faceret in fauorem ipsius producentis, sicut dicitur in teste qui deposuit pro vtraque parte. vt notatur per Glossam in l. 1. §. diem. D. de ædend. Fallit hoc, quando in contrarium protestatur, vt hic: quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. vt l. non omnis. D. si

certum peta.& in c.cùm dilectus.in fin.ext.de ord.cog.& l.si cùm argentum in prin.D.de excep.rei iudic. 1 Si tamen † pars aduersa esset præsens, & produceret hæc eadem iura pro se, & quatenus eius fauorem concernerent, facerent fidem pro ea, non obstante dicta protestatione, secundùm Iaco.Butr.vt per eum notatur in l.nimis graue.C.de testi. pro qua sententia optimè facit l.ista stipulatio.in fi.D.de oper.libe.& l. absurdum. D.de bo. liber. & l.cùm quæritur. D. de admin.tra. tuto.de quo plenè per Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsiuit.D.de liber.leg.Est ergo bonum consilium,quòd vtraque pars præsens sit productioni instrumentorum &c.

SVMMAE.

1 *Vtens instrumentis, potest cogi declarare an velit ea sustinere vera, sub pœna falsi.*

2 *Instrumentum in totum vitiatur, si sit falsum in aliquo quod sit de substantialibus negotii, vel de circumstantiis.*

GLOSSA V.

Apparêat esse iusta & vera. Quid ergo si appareant esse falsa, an talis protestatio ipsum producentem excuset à crimine falsi, quo ligantur vtentes falsis instrumentis? vt l.si veteris. & ibi notatis. C.de fide instrum.& l.ii falsos. C.ad l.Corne. de fal. Spec. determinat quòd sic.in tit. de instrum. edit. in §.videndum restat. vers. quod si velis sine pœna &c.& Cyn.in d.l. ii falsos. 1 Sed† quia plerique & cõmuniter omnes sub tali colorata protestatione inducuntur facilius ad vsum falsorum instrumentorum, dixit Bart. in lege diuus pius.D.ad leg.Cor. de fal. quòd iudex debet præfigere certum terminum producenti, ad plenè deliberandum & respondendum simpliciter,an velit vti ipsis instrumentis vel non.arg.l.Titia.D.de accusa. & ibi per eum. & in l.mâcipiorum. D.de opti. leg. quo termino transacto subiacebit pœnæ legali, si de eorum falsitate fuerit probatum. Quam opinionem secuti sunt aliqui ante tempora Bartoli, quorum opiniones reprobat ipse Specu.in d. vers. quòd si velis &c.nec immeritò.quia beneficium legis nemini est auferendum vt in cap.indultum. de reg.iur. lib. VI. cum similibus ibi notatis per Dyn. De qua pœna falsi dicam infra, circa formam cum agitur ad rescissionem sententiæ latæ per falsa instrumenta.

2 Inde† quæritur,quid si idem instrumentum sit pro parte verum & pro parte falsum, an vitietur in totum. Constat enim quòd quando est in totum falsum quòd nullam fidem facit. vt in d.c.inter dilectos. de fide instru. & in l.11.& 111.C.de fide instru.cum similibus.Distingue sic. aut falsitas est in ea parte quæ pertinet ad officium tabellionis, vt in anno, mense, die, & similibus & tunc in totum vitiatur.Aut est falsitas in aliqua parte quæ pertinet ad negotii veritatem, & sic ad partem. & tunc (secundùm aliquos) vitiatur solùm in parte falsa.& non in totum. per regulam, Vtile per inutile non vitiatur. vt refert Specul. in titul. de instrum. edit. §. ostenso. vers. & notata. quòd si aliqua falsitas &c. & in §. postremo. vers. quid si aliquod instrumentum &c. de quo etiam notat Glo.&

Glo. & doct. in l. ex falsis. C. de transact. Tu dic secundùm Inno. quòd omni casu vitiatur in totum, cum distinctione, de qua per eum traditur in c. fraternitatis. ext. de hæret. & in c. cùm Ioannes ext. de fide instru. Ideo sic distingue. Aut falsitas reperitur circa ea quæ non concernũt nec tangunt substantiam vel circũstantias negocii. verbi gratia, si notarius dixerit rem talem esse de tali territorio, vel Titium esse de tali loco, vel affinẽ fore, vel consanguineũ talis, vel filium, & similia, quæ tamen in facto aliter se habent, certè per hoc non redditur instrumentum falsum. Aut falsitas reperitur circa ea quæ sunt de substantialibus negocii. vel tangunt circunstantias rerum substantialium, verbi gratia, si instrumentũ dicat de pecunia argentea, cùm fuerit aurea. & tũc redditur in totum falsum. arg. 9. dist. c. si ad sacras. cum ibi notatis per Gl. quæ inclinat in hanc sententiam, & quæ etiam mihi videtur iuri & æquitati consentanea. de quo etiam notatur in c. ex literis. ext. de fide instru.

GLOSSA VI.

Alio nihilominus. Aduerte ☞ hæc protestatio non est necessaria, quia (vt dixi) possunt instrumenta produci etiam post publicationem testium vsque ad sententiã diffinitiuam, nisi esset in causa cõclusum, vel renunciatum expressè à partibus quibuscunque probationibus. vt traditur & habetur in d. c. cùm dilectus ext. de fide instru.

SVMMA.

1 *Productio instrumentorum debet esse specialis, & distincta.*

GLOSSA VII.

Et primò quidem. Nota formã productionis, quæ debet esse certa & clara, specialis cuiuslibet instrumenti per se, cum signis debitis, vt sequitur.

1 Et † ideò reprobatur illa productio generalis & confusa, cùm dicitur Talis produxit omnia instrumenta & iura quæ sunt in vno sacculo. &c. vel produxit quinque vel sex instrumẽta. &c. vt notat Spec. in tit. de instru. edi. in §. videndum restat. inprin. & vers. item nota.

FORMA PEtendi copiam instrumentorum.

TITVLVS XIIII.

CORAM VOBIS Suprascripto domino Vicario cõparet & se præsẽtat suprascriptus Ioannes Olearius, causa & occasione certorum iurium, instrumẽtorum, & priuilegiorum, coram vobis (vt dicitur) productorum, in quæstione prædicta, per suprascriptum Simoninum nomine quo suprà.

I. Petẽs & requirẽs ante omnia, de ipsis asserris iuribus & instrumẽtis sibi copiã fieri cũ anno, mẽse, & die, ac nomine scriptoris & subscribẽtis, vt sic informari valeat an sint vera vel falsa, & an eis-

dem sit fides aliqua præstanda, vel potiùs reprobanda. II. Nec non & ipsi Ioanni sufficientem terminum assignari, ad opponendum & excipiendum contra illa iura & instrumenta.

SVMMA.

1 *De omnibus productis debet fieri edictio parti.*

GLOSSA I.

COram vobis. 1 Ad † huius euidentiam sciendum est quòd de omnibus in causa productis fienda est regulariter copia parti cõtra quam producuntur. vt l. 1. §. edenda. D. de eden. & l. is apud quem. C. de eden. cum simil. & nedũ instrumentorum, sed etiam allegationũ & consiliorum in iure, si talia producantur apud acta, ad hoc vt iudex non circumueniatur per falsas allegationes. nam si de supplicatis & allegatis principi est fienda copia parti, quanto fortiùs fienda est de allegatis iudici. arg. in l. si quis obrepserit. D. ad l. Cornel. de falsis. & l. 1. C. si ex fal. allega. &c.

SVMMAE.

1 *Edictio instrumentorum fieri debet cũ anno, mense & die, de iure municipali. licèt de iure ciuili secus.*

2 *Iurisconsulti error notatus.*

3 *Vna pars ab alia petere potest sibi edi instrumenta, ad actionem seu exceptionem suam coadiuuandã.*

4 *Instrumenti editio peti potest à notario, mercatore, vsurario, vel ab alio, cùm nostra interest ratione dominii rei, vel aliàs cùm sunt cõfecta nostro mandato, vel eius qui nobis edere teneretur.*

5 *Officio iudicis cogitur notarius edere, & corrigere instrumentum à se receptum.*

6 *Notarius potest petere vt sibi liceat errorem corrigere, examinatis testibus, si subsit iusta ignorantiæ causa.*

7 *Libris mercatorum creditur, etiam pro se, in ipsaem vel connexis capitulis.*

8 *Confessio continuata non potest pro parte approbari & pro parte improbari.*

9 *Actor edere tenetur instrumenta in libello suo relata, nisi iuret se ea in promptu non habere.*

10 *Instrumentum sumi nemo edere cogitur, nisi in ea parte qua vtitur.*

GLOSSA II.

CVM anno, mense & die. 1 Hic † quæritur, an de iure danda sit copia cum anno, mense, & die conscripti instrumenti? Dic breuiter quòd non regulariter, & d. l. 1. §. editiones. D. de eden. nisi pars dicat se velle illa de falso redarguere, vt ibi habetur & notatur, sed de iure municipali hodie in multis ciuitatibus & locis cautum est, quòd fiat semper copia cum anno, mense, & die, ac notarii subscriptione. & ius municipale melius conuenit naturali rationi & equitati quàm ius cõmune. Quomodo enim potest pars informari de præscriptione, vel de iure prioritatis & tempore, si forte concurrant plures creditores, nisi viso & cognito tempore obligationis contractæ, vel acquisitionis factæ & similium? Et licèt ius cõmune se fundauerit, ideò sine die copiam exhibendam, ne prolato die aliquid falsitatis excogitaretur à parte

parte, certè hæc ratio non multùm urget, tum quia non est verisimile quemquam talem committere, tum quia (vt dictum est) pars ipsa contra quam producuntur remanet dubia de eius defensione. Nec obstat (licet aliqui voluerint dicere) quòd iudex melius hoc auisabit per se in causæ decisione, quia longè melius auisabit defensiones partis eius aduocatus, quàm iudex medius. 2 Vnde † semper fui huius opinionis quòd in hoc errauit iurisconsultus. & ob hoc legumlatores animad uertentes quòd in aliquibus possent errare, constituerunt quòd quælibet ciuitas possit sibi leges condere, prout melius sibi viderit expedire. vt in l. omnes populi. D. de iusti. & iur. & in §. constat. Institu. de iure natura. gen. & ciui. de his notatur. in Spec. in d. §. videndum restat. versic. sed cùm dies qua solutio facta est &c.

3 Deinde † quæritur, si hęc instrumenta vel similia nondum sunt in causa producta, an poterit pars aduersa illa petere exhiberi, & sibi copiam fieri? Videtur quòd non. per l. nimis graue. & quod ibi notatur. C. de testib. & c. 1. ext. de proba. In contrarium facit l. dissolutę. C. de condict. ex lege. Tangitur per Spec. de hoc in d. §. videndum. versi. & nota ex præmissis &c. & plenè per Bar. in §. editiones. & in l. quædam. de eden. secundùm quem, & Guil. de cu. melius, sic concludendo distingue. Aut actor petit editionem sibi fieri à reo ad suam actionem seu intentionem principaliter fundandam, & tunc non potest nec audiendus est. vt d. l. nimis graue. Facit. l. qui accusare. & l. fi. C. de eden. Aut solùm petit ad actionem iam fundatam coadiuuandam, verbi gratia, actor petit fundum, quem asserit esse per mensuram perticarum seu sextariorum decem. reus autè dicit quòd non est in tanta mensura: certè potest licitè actor à reo petere, quo ad demonstrandum hanc quãtitatem, vel determinandum fines eius, sibi exhiberi ipsius rei instrumenta. vt probatur in l. Titius hęres. & l. creditor. D. de actio. emp. & D. de leg. 3. l. qui concubinam. §. cùm ita. & in l. prędiis. §. Titio. Et eodem modo tenetur actor edere reo, ad replicationem eius firmandam. per l. pen. §. fi. D. ad leg. Fal. Aliquando econtra reus petit ab actore editionem, ad ipsius exceptionem probandam. & tunc tenetur actor sibi edere. vt l. fi. C. de eden. & optimè facit l. dissolutæ. C. de condict. ex lege & l. qui tabulas. D. de fur. Per quæ iura petit quòd reus petit sibi dari instrumentum debiti cancellatum, ad eius defensionem & liberationem probandam. per quod sequitur quòd eodem modo poterit actor à reo petere, ad eius replicationem probãdam. arg. l. plures apochis. C. de fide instru.

4 Quid † autem dicendum, si hæc editio seu copia petatur ab extraneo, seu ab alia tertia persona, puta à notario vel mercatore, an sit fieda? Breuiter distingue. aut petitur editio vel exhibitio, ratione totalis vel particularis dominij. & tunc fieri debet. vt l. 3 §. sciendum. cum ibi notatis. D. ad exhiben. & l. si quę cautiones. D. familiæ ercis. l. si procurator. C. eo. Aut petitur editio ratione alterius interesse quàm dominij, & tunc aut petitur à notario, vel mercatore, seu vsurario, & hic considera: nam aut instrumenta vel rationes quæ edi seu exhiberi requi-

runtur sunt confecta me mandante, & tunc in dubio fienda est mihi editio. vt lege si quis ex argentariis.§.pertinere. & lege prætor.in prin. & l. quædam. in §. nummularios. & ibi per Bart. D. de eden.& in clem.1.§.pen.ext.de vsur. Aut sunt confecta, non me sed alio mandante. & tunc hic subdistingue.aut ille alius cuius mandato sunt confecta teneretur mihi illa edere, si penes eum essent (vt patet in exemplis superiùs traditis) & tunc in illis casibus tenebitur notarius, vsurarius, & mercator mihi ipsa instrumenta & rationes edere. quia ego ipse videor ipsius mãdantis (quãtum ad hoc) personam repræsentare. Exemplum in creditore, qui habet bona debitoris obligata, & petit à notario vt sibi edat instrumenta in quibus sunt nomina debitoris sui obligata,certè tenetur notarius sibi edere.argumen.in d.§. pertinere.& ibi per Barto. facit l.fin. D. de bo. auct. iudi. poss. facit ad hoc regula quæ sumitur in l. si ab eo. & l. si is qui.§.si vsusfructus.D.de pign.coniuncta l.3.in fi. D. famil. ercis. Aut ille tertius non teneatur mihi edere, & tunc nec etiam tenebitur notarius,& similes.vt d.§ pertinere cum similibus.

5 Sed quo iure cõpellitur notarius edere instrumentum illi cuius interest? Respondeo officio iudicis. vt l.argentarius.2.responso. D.de eden.& si edidit, defectuosum fortè in anno vel indictione aut loco vel mense, cogendus est per officium illud corrigere, & in forma debita tradere.vt in l.vbi. & in l. veluti. D. eo.ti.& notatur.per Bar.in l.fi. D.de tab. exhib. 6 Quinimo † si sine partis requisitione errauerit in editione seu nota instrumenti, poterit petere quòd sibi liceat instrumentum rehcere. Et quod amplius est, si ignoret,& iusta sit causa suæ ignorantiæ circa substantiam & qualitatem facti & contractus gesti,poterit per officium implorare, quòd testes qui tunc interfuerunt examinetur, vt iuxta eorum testimonium possit conficere instrumentum, si fortè amisit protocollũ, vel partes recesserunt tunc in infrequẽtia,alias si non esset iusta causa ignorantiæ non audiretur.vt l.prætor.§.pen.in fi.D.eo.ti.& notat Bar.vbi supra.& in l.si librarius.ff.de reg.iur.quod nota.& vide in titulo proxim.

7 Quid † autẽ si mercator coactus producere librũ rationum, dicat & tenetur ipsi libro ita in eius fauore sicut cõtra ipsum,an sit audiendus? Dic de hoc vt notatur per gl.in d.§.nũmularios.quæ determinat stari contra se & non pro se.vel melius distingue, secundũ doc. quos refert Cy.in l.1.C.de cõfessis.in xiii.quæst. & in l.3.C.de don.ante nup. Aut est vnum & idem capitulum,aut plura inuicẽ cõnexa,aut plura distincta & separata. Primo casu, verbi gratia,si reperitur scriptum quod recepit à Gayo x.pro venditione certi drappi vel lanæ & similiũ. & tunc stari debet ita pro se sicut cõtra se,& econtra.quia eadẽ dispositio censeri non debet iure diuerso.vt l. eum q; edes. D.de vsuca. Secundo casu dic idem. arg.in l.etiam.§.1.ff.de mino.& l.in hoc iudicio.D.famil. ercis. & l.cum actum.D.de neg. gest. Tertio casu, põ stari in vno capitulo, & in alio non. vt in lege publia. in fin. D. depo.

8 Ex † quibus determinatur illa quotidiana quæstio (secundùm Cy. vbi

vbi supra) si aliquis in iudicio vel extrà confessus est, se recepisse à Gayo pecuniam, vt sibi repeteret lectiones, vel pro factura polandæ, vel ædificij domus, quòd non potest eius aduersarius diuidere hanc confessionem, & partem quæ facit pro se approbare, & aliam contra se reprobare & multù nota. de quo extrà not. Bart. in l. Aurelius. in §. idem quæsit. D. de lib. leg.

9 Rursum † quæritur. videmus quotidie quòd ponitur in libello. Titius mihi debet centum ex causa mutui, de quo constat per publicum instrumentum traditum per talem notarium, petit meus aduersarius, antequam lis per eum contestetur, sibi ed. hoc instrumentum, vt deliberare possit an sibi expedit litigare vel liti cedere. quæritur an sit sibi dandum? Et dicit Innoc. quòd sic. in c. 1. extrà de proba. Sed Spec. in d. tit. de instru. ed. §. nunc dicamus. versi. quid si quis dicit hoc verum esse, si est instrumentum in facto proprio, & illud habeat in promptu. aliter autem, ipso iurante se illud in promptu non habere, procederetur ad litis contestationem, & postea producetur in causa. Et eodem modo non tenetur agens ex iure cessionis producere instrumentum cessionis, ante litis contestationem, nec is qui appellauit tenetur producere appellationem, nec parti de ea copiam facere ante litem contestatam, seu responsionem à reo factam libello appellatorio. vt determinat Spec. vbi supra, versi. sed pone appellas à sententia &c. & ver. seq.

10 Sed † pone quòd produxi vnum instrumentum quod in se continet plura capitula (puta vnum testamentum, vel vnum inuentarium, & similia) & fum protestatus quòd illud instrumentum produco super tali capitulo tantùm, & non aliter, nec vltra. aduersarius autem meus petit copiam de vniuerso ipso instrumento quæritur an sit danda? Spec. dicit quòd non: sed de sola parte per textum. in capit. contingit ext. de fide instru. & per eum notatur vbi supra. versi. qd si produco.

GLOSSA III.

An sint vera vel falsa. Hic attende quòd de iure communi, vbi pars dicit se velle redarguere instrumenta de falso, sufficiens est causa, propter quam sint cum die & consule edenda instrumenta. vt notatur, & habetur in d. l. 1. §. edenda. & in §. editiones. D. de eden. vt supra dixi.

GLOSSA IIII.

Terminum assignari. Iste terminus sufficiens esse debet, & & dandus est tam de consuetudine quàm de iure ad opponendum contra instrumenta producta. vt in l. 1. in prin. & l. pen. C. de dila. & ext. de dila. c. fi.

FORMA OPponendi contra instrumenta.

TITVLVS XV.

CORAM vobis Domino Vicario antedicto cõparet & se præsentat in termino sibi assignato

prenominatus Ioannes Olearius, causa & occasione quorumdam assertorum iurium & instrumentorum, pridiè (vt dicitur) coram vobis productorum in causa prædicta, per suprascriptum Simoninum Speltam procuratorio nomine, dicens & excipiendo proponens dictus Ioannes contra & aduersus omnia & singula dicta, asserta iura, & instrumenta, quòd per vos non fuit nec est ei, nec alicui ipsorum, fides aliqua præstanda nec adhibenda, multis rationibus & causis singulariter contra singula inferiùs annotatis.

I Et primò opponendo & excipiendo contra assertum instrumentum emptionis dictæ petiæ terræ in iudicio (vt prefertur) productum per ipsum Simoninum, dicit & opponit quòd ipsum instrumentum nullam fidem facit, tum quia caret formis & solennitatibus debitis à iure requisitis.

II Tum quia est abrasum, in partibus & locis substantialibus.

III Tum quia ille qui rogasse & scripsisse dicitur ipsum instrumentum, nõ fuit nec publicus nec authenticus notarius.

IIII Tum quia fuit & est simulatum.

Et amplius quia penitus dignoscitur esse falsum aliisque de causis suis loco tempore proponendis & allegandis multipliciter vitiosum.

V Rursúmq; similiter dicit & opponit contra reliqua asserta iura, & instrumenta per ipsum Simoninum (vt prædicitur) producta, quòd nec illis per vos est vlla fides præstanda, maximè rationibus causis & defectibus antedictis, & aliis multiplicibus de quibus protestatur & suo tempore proponendis.

VI Deinde etiam obiicit & opponit, contra assertum priuilegium per eundem Simoninum (vt prędicitur) productum, quòd nec illi fides aliqua est præstãda, tum quia fuit & est contra ius elicitum & impetratum.

VII Tum quia est impetratum per obreptionem, & falsi suggestionem.

VIII Tum quia impetratum lite pendente.

IX Tum quia in eo non est facta mentio de antecedenti rescripto, nec de processu pendente, nec appellatione interposita.

X Tum

X. Tum quia in eo appareret erratum in dictione & grammatica.

XI. Tum etiam quia eius sigillum est vitiosum, & in pluribus partibus apparent in eodem rescripto literæ quædam abrasæ, nec apparēt adhibitæ illæ formę & solennitates quę in talibus rescriptis interuenire debent, tam de cōsuetudine quā de iure.

XII. Insuper etiam, cùm ipsum assertum priuilegium sit alterius confirmatorium, non facit vllam fidem, nisi ostenso priori seu originali.

XIII. Cęterùm saluis prędmissis ipse Simoninus seu dictus Andrinus perdidit fructum dicti asserti priuilegii, cùm variis de causis sit penitus & omnino sublatum, & si à principio fuisset aliquod & instum, quod tamen superius est negatum.

XIIII. Postremò est etiā ipsum assertum priuilegium aliis rationibus & causis multiformiter vitiosum, propter quas meritò venit & est omnino repellendum & abliciendum, de quibus suo tēpore proponetur. Nec vlla est per vos eidem priuilegio, nec aliis instrumentis, fides adhibenda, nec præstanda.

XV. Et maximè illi assertæ priuatæ scripturæ, quam dicit scriptam fuisse manu eiusdē Ioannis, quod negatur.

SVMMA.

1 *Aduocatus debet accuratè expendere omnia in instrumentis contenta.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Tu iuuenis semper aduerte ad hanc formam opponendi contra iura & instrumenta, 1 & † semper habita ipsorum copia, ea omnia & singula videas, & examines cum diligentia, & contra illa opponere studeas omnia quæ potes vitia, eo tamen præcipuè attēto, quòd nunquam te submittas ad opponendum & allegandū instrumenta falsa, nisi ex maxima & euidentissima causa. quia res talis est multis respectibus valde periculosa.

SVMMA.

1 *Notarius qui protestatur de errore à se commisso in instrumento, potest illum errorem corrigere.*

GLOSSA II.

Aret firmis & solennitatibus, &c. Quę sunt formalia instrumentorum dixi 3. circa formā productionis instrumentorum, in glo. 3. & notatur per glo. in l. generaliter. C. de tabul. lib. x. Circa hoc quæritur de eo quod multotiens occurrit de facto. 1 Pone † quòd notarius obmisit ponere indictionē vel diem, aut locum, in instrumento, & inde tradito parti instrumento dicit se errasse, & vult errorem suū corrigere. quæritur an sit audiendus? Dic quòd licèt super hoc sint opi-

niones diuersæ, tamen, secundùm Speculatoris sententiam & ipsam veritatem, sic distinguendum est. Aut notarius protestatur se errasse, & tunc poterit suum errorem corrigere. nam in facto suo sibi credendum est. aut non protestatur hoc, & tunc remanet instrumẽtum vitiosum. vt per eundem Spe. notatur in d. §. postremo. vers. sed nunquid confecto. Ad quod faciunt notata in l. si quis de curio. & per Cy. C. ad leg. Cor. de fal. & in l. errore. C. de testa. & per Bar. in l. si librarius. D. de reg. iur. & in l. si. D. de tabu. exhi. & sup. a dixi in 11. præced. Et ex hoc sequitur quòd si notarius fuit mortuus, quòd non poterit talis error amplius corrigi. vt ibi notatur.

SVMMAE.

1 *Omissio literæ vel syllabæ instrumentum non vitiat: omissio formæ sic.*

2 *Rasura vel immutatio quæ sensum non mutat, non vitiat instrumentum, secus si sensum alterat, vel dubitationem inducit.*

3 *Rasura vel mutatio approbata per notarium non vitiat.*

GLOSSA III.

TVm quia est abrasum. Solet opponi abcasio, vituperatio, & cancellatio instrumenti, quæ vitia reddunt suspectum & aliquando vitiosum instrumentum vt traditur in c. inter dilectos ext. de fide instru. & ext. de religi. domi. c. cum venerabil. Verùm pro plenior. huius doctrina, potest sic distingui, secũdùm Ioannem de plis. 1 Quandoque † peccatur in scriptura vel in instrumento in aliquid omittendo, quandoque in mutando. Primo casu considera, aut scriptor omisit aliquid formale, & tunc dic vt supra proximè dixi. aut omisit aliud, & tunc aut omisit literam vel syllabam, & non nocet. vt probatur in l. qui habebat. in prin. D. de manu. testa. aut omisit orationem, & tunc nocet, si ex ea sensus alteretur. arg. eorum quæ ff. dicuntur. 2 Secundo † casu, quando immutauit & abradendo peccauit. & tunc aut est scriptura inclusa, aut aperta. primo casu non nocet. arg. D. de his quæ in testa. delen. l. cancellauerat. in secundo casu quãdo est aperta, tũc subdistingue, quia aut est rasura vel immutatio dictionis, aut syllabæ, si dictionis tunc suspecta redditur ipsa scriptura. vt l. edicto. & l. 2. C. de edic. di. Adri. tol. maximè quia iure canonico propter omnem rasuram literæ habetur suspectæ. vt ext. de cri. fal. cap. licet §. quinta. Si verò sit mutatio seu rasura syllabæ vel literæ, tũc aut illa talis rasura & mutatio habet alterare sensum, & dubitationem inducit, & tunc scriptura suspecta habetur vt falsa præsumatur. vt ext. de cri. fal. in c. fi. vbi verò nõ habet alterare sensum, nec dubitationem inducere, tunc nõ nocet. vt ext. de fide instru. in c. ex literis. 3 Si † tamen illa rasura vel mutatio appareat esse facta per notariũ qui rogauit instrumentum sustineretur. de qua rasura ipse notarius debet facere mentionem in sua subscriptione. vt colligitur ex his quæ notantur per glo. in d. c. ex literis. & in c. inter dilectos. ext. de fide instru. & in c. cùm venerabilis. ext. de religio. domi. & in c. olim ext. de rescrip. & plenè per Spe. in d. ti. de instru. edi. in §. restat videre. in prin. & in §. postremo. in versi. item excipitur quod est vituperatum &c. & quod notatur in d. l. edicto.

edicto.& in l.errore.C.de testa. cum similibus. Sequitur in litera.

SVMMAR.

1 *Probatur aliquem esse notarium per literas officii, vel per famam, vel literas testimoniales sui iudicis.*
2 *Si instrumentum producatur de longinquis partibus, nullum habens vitium apparens, credatur à notario receptum, sed tamen debet magis moderari agatur, requiritur quod alio modo probetur esse receptum à notario.*
3 *Clericus non potest esse notarius.*
4 *Infamis potest esse notarius, nisi delinquere tanquam notarius.*

GLOSSA IIII.

NOn fuit nec est publicus nec alibi datum notarius &c. Hanc exceptionem solent frequenter opponere cauillosi procuratores, maximè quando instrumenta producuntur de longinquis partibus, quia in illis tolerabilis est ignorantia an scriptor sit notarius, licèt hoc dicat in sua subscriptione. quia nemo nascitur notarius. nec propria authoritate cõstituitur, sed ab alio creatur, vt supra dictũ est in tit. 1 Qualiter † ergo fiet si instrumentum reuocetur in dubium ex defectu notarii, qualiter probabitur ipsũ esse notarium: D c quòd dupliciter. vno modo si producatur priuilegium sui officii in publica forma. & hoc est clarum. Alio modo (secundùm doct.) si proberur quòd communi voce & fama ob omnibus vicinis & cõpatriotis suis reputatus est & reputatur pro tabellione, & eius instrumẽtis tanquã publicis fuit adhibita & adhibetur publicè tam in iudicio quàm extra iudicium plena fides. vt traditur & habetur per Bart. in l. barbarius. D. de offi. prœto. & ext. de rei iud. in c. ad probandum. & in c. inter dilectos. de fi. instru. facit l. 3. D. ad Mace. cum similibus. Super qua probatione sufficiant literæ & testimoniales ipsius officialis vel rectoris sub cuius iurisdictione habitat ipse notarius, vt obtinuit practica generalis. Quam opinionem sequitur Spec. in d. §. postremo. vers. quid ergo si tabellio &c. vt quæ dicta sunt procedunt, quando producitur instrumẽtum de partibus proximis & circumstantibus; vbi potest esse facilis probatio & informatio de dicto officio.

2 Quid † igitur si producatur instrumẽtum de longinquis partibus, vbi redditur difficilis probatio de informatio quòd ille sit notarius, an grauabitur pars probare eo modo quo supra dictum est? Respondeo, Spe. in d. §. restat videre. versus. sed quid si producatur aliquod instrumentum, determinat, quòd si tale instrumentum prima facie appareat in forma communi & publica non abolitum nec cancellatum &c. quòd plenam fidem per se faciet, sine alia probatione. Nec enim est verisimile, quòd in eius subscriptione qua se notariũ attestatur, falsum committat, quia falsus homo non est homo. vt notatur in l. falsus procurator. C. de fur. arg. ad hoc in l. 2. D. de fi. instru. & in l. fi. C. de edic. diui. Adri. tol. & in l. 2. C. quemad. testa. ape. Quam opinionem sequitur Cy. in l. comparationes. C. de fi. instru. & gl. in Authen. de fi. instru. §. in summa. & Iaco. de bel. in d. Authen. §. quod si tabellio. colla. vi. Prædictis tamẽ obstare videtur notata per gl. & Ioan. in c. 1. ext. de cl. peregri. Apparet ergo (secũdũ

pulorum sententiam) quòd melioris est conditionis producens instrumenta de partibus longinquis quàm de proximis. & hoc per rationē de qua suprà. Posset tamen fortasse nō improbabiliter dici, quòd si sit instrumētum in quo versatur magnū periudicium (vt puta testamentum, vel aliud graue debitum) quòd nō credatur faciliter, nisi probetur. modia suprà dicta, aliàs credatur. Et sic potest omnium sententia concordari, & omnis materia falsitatis & suspicionis auferri.

8 Quid † si contra instrumentum opponitur, quòd scriptor eius erat sacerdos, an valet instrumentū? Inno. dicit quòd non: quia talia publica & solemnia officia sunt clericis interdicta. vt in cap. sicut. de. ext. Ne cle. vel mona. & in l. placet. C. de epis. & cler. Alij distingunt aliter, vt notat. Specul. in d. §. restat. vers. quid ergo si tabellio. & vers. eod. & per eundem in tit. de sta. mon. vers. 27. Prima opinio videtur hodie approbata. in c. vt officium. ext. de hæretic. lib. 6. & ibi notatis in glo. super verbo, *ad præmissa*. Bart. tenet quòd valet instrumentum, licèt notarius pœnam incurrat. vt notat ipse in l. vniuersas. C. de curio. libro 12. & per notata in cap. 1. extra. Ne cleri. vel monac. alibi non se firmat, in l. seruus. D. de testa. sed remittit ad dicta in c.

4 Sed † quid si dicitur & opponitur quòd notarius est infamis, & damnatus de tali crimine propter quod fictus est infamis, an poterit instrumenta rogare vel facere? Super qua quæstione distingue plenius, vt notatur per Bart. in l. eadem. §. 1. D. ad legem Iuliam repe. secundùm quem infamia regulariter potest esse tabellio, & instrumenta conficere. Fallit si in officio deliquerit, in quo fuit pro tabellione assumptus, puta ad archiuum publicum. vt l. si quis aliquid. C. de iusse. & archa. lib. 12.

SVMMA.

1 *Magis attenditur quod actum est, quam quod simulatè scriptum in instrumento.*

GLOSSA V.

Vtrum quia fuit & est simulatum. Dicitur autem instrumentum simulatum, vbicunque verum inter partes est tacitè actum, & aliud diuersum vel contrarium est in instrumento descriptum. verbi gratia, quando debitor fundum obligat debitori, & in instrumento dicitur quòd vendidit. vt quotidie fit, & habetur in l. 2. C. plus valere quod agitur. 1 Quo † casu magis attenditur id quod actum tacitè est inter partes, quàm id quod scriptum est. vt d. l. 2. & l. imaginaria. D. de reg. iur. & in l. nuda & imaginaria. D. de contrah. empt. & in c. illo vers. de pign. & in c. ad nostram. extra de contrahen. empt. Et vide quod circa hoc scripsi suprà in forma primi libelli, in glossa super verbo, *legitimum titulis*. Facit quod notatur in c. per tuas. ext. qui si. sint legiti. & in c. cùm inter. ext. de elect.

SVMMAE.

1 *Exceptio falsi non est facilè opponenda.*

2 *Ad probandam simulationē sufficiunt duo testes.*

3 *Simulatio probari potest per coniecturas & indicia: sed in dubio statur instrumento.*

4 Vtrum

4 *Vnicus testis instrumento inscriptus facit vacillare instrumentum.*

5 *Requiruntur tres aut quatuor testes ad omnimodo impugnandum instrumentum falsi.*

6 *Suspicio instrumenti purgatur per iuramentum, testes, indicia.*

7 *Testes qui deponunt se presentes non fuisse instrumento, in quo sunt inscripti, annullant falsi arguens.*

8 *Bona fama notarii confirmat instrumentum.*

9 *Cùm plures testes inscripti instrumento dicunt se non fuisse presentes, instrumentum improbatur.*

10 *Testes instrumenti, qui dicunt se nõ audiuisse exprimi aliquod capitulum, faciunt instrumentum suspectum.*

11 *Producens instrumentum in debita forma non tenetur producere protocollum.*

12 *De falso agi potest ciuiliter, & criminaliter.*

GLOSSA VI.

Dignoscitur esse falsum. Aduerte (vt suprà dixi) 1 quòd † ad hanc oppositionem & exceptionem non decurras, nisi ex magna & euidenti causa, propter magnum periculum quod repugnare habet in hoc, & difficultatem probationis. Detegitur tamen falsitas instrumẽti ex variis circunstantiis, de quibus notatur in d. c. inter dilectos. & in c. cùm Ioannes de fide instru. & in c. cum venerabili de religi. domi.

Sed hìc occurrit dubiũ, per quot testes probari possit instrumentum esse falsum vel simulatum. Circa quod sic sub breuitate concludo. 2 Aut † quis vult probare simulationem, & tunc sufficiunt duo testes, quia talis probatio non habet impugnare directò instrumentum, sed simpliciter demonstrare aliud esse actum quàm scripsum, de voluntate partium. & sic instrumentum de se esse verum, & id quod actum est esse verum. & per consequẽs verumque simul verum. sed tamen alterum, videlicet tacitè actum, alteri videlicet scripto prœualere, iuris auctoritate & contrahentium voluntate, vt dicit Ia. Bu. in lege cùm de aetate. D. de proba. 3 Quæ † simulatio ne dum per directum potest probari, sed etiam per coniecturas ac indicia. vt in c. ad nostram ext. de emp. & ven. & in c. illo vos ext. de pigno. & notatis per Cy. in l. 1. & 2. C. plus valere quod agitur. Licèt in dubio stetur standum instrumento. vt dicit gl. in l. quamuis. C. si quis alte. vel sibi. & in d. c. illo vos. & in l. nec ignorant. C. de dona.

Aut quis vult probare falsitatem instrumenti. & tunc aut contra instrumentum producitur vnus solus testis, aut plures. 4 Primo † casu, aut ille testis solus contradicens instrumento est de super numerariis & non necessariis instrumento, & tunc nullam fidẽ facit. vt l. iuris iurandi. C. de testi. & in c. licet vniuersis. in fi. ext. de testi. aut est de numerariis & substantialibus instrumenti, & tunc non facit plenam probationem contra instrumẽtum, sed tamen eius fidem facit vacillare. in lege. 1. in fi. D. quemad. testa. ape. & ibi plenè per Bart. 5 Secundo † casu principali, quando plures testes producuntur, tunc (secundùm communem sententiam glossarum cũ iuris ciuilis quàm canonici) requiruntur tres aut quatuor, ad impugnandum totũ ipsum

inst. umentū, nec quo ad hoc sufficerē: duoque notatur in l. in exercēdis. C. de fide instru. & ibi per Cy. & in c. cùm Iohānes Hereimita. ext. de fide instr. & ibi per Inno. & Io. And. & plenè per Spec. in tit. de instrm. edit. §. restat videre. vers. sed quæro quot testes. cum vers. seq. Tamē (secundum Cyn.) licèt duo per se non sufficiant, ad plenam probationem instrumenti, attamen eius fidem faciunt plus vacillare, quàm s. dictū est de vno teste. & per hoc redditur suspectum instrumentū. nam etiam sola comparatio literarū facit eius fidem vacillare. vt habetur in Auth. de fide instru. in prine.

6 Sed † quomodo auferetur ista suspicio quæ est contra instrumentum ex dicto vnius testis, aut duorum vel rasura? Dic quòd si est suspectum ex sui forma, debet producens sibi imponere fidem per eius iuramentum: & per idoneos testes, vel testimonium scribentis. vt l. penult. C. de proba. & l. si quis decurio. C. ad leg. Corn. de fal. & in l. fin. §. vlt. C. de fide instru. cum similib⁹ ibi notatis. Vbi autem est suspectū ex dicto vnius testis vel duorum, circa substantiam contractus vel instrumenti, tunc purgatur & tollitur suspicio per contrarios testes & alia indicia, vt infrà dicam.

7 Vnde † quæritur. pone quòd aliqui ex descriptis testibus in instrumento dicant se non recordari (vt accidit communiter) an fuerint præsentes vel non, ipsi instrumento, vel absolutè dicant se nunquam fuisse præsentes, an reprobatum erit instrumentum de falso? Breuiter summatim plura colligendo attende. Quādoque enim testis vnus, vel aliqui, aut omnes, dicunt se non recordari, & tunc (secundùm Inoc. & Bart. vbi suprà) remanet instrumentum in sua roboris firmitate, quia hoc casu nihil deponitur contra ipsum instrumentum. vt in d. c. cùm Iohannes. Quandoque testes simpliciter & absolutè dicunt non interfuisse instrumento. & tunc aut omnes testes in instrumento descripti pariter sic deponunt: & tunc instrumentū redditur falsum, secundùm eos. aut est vnus solus ex eis: & tunc, aut alij contestes nihil dicunt pro instrumento (quia non sunt examinati, vel sunt mortui) & tunc redditur suspectum. aut alij contestes duo vel plures, aut etiam vnus ex eis, deponunt se & illum priorem fuisse præsentes: & tunc confunditur testimonium illius repugnantis instrumento, & remanet validum instrumentum. vt per eundem Inno. determinatur in d. c. cùm Iohannes. & in c. cùm dilectus. ext. de elec. quia maior & laudabilior est depositio quæ fit pro instrumento quàm ea quæ fit contra instrumentum. nec immeritò maximè in casu isto. quia testis qui deponit se non interfuisse est singularis, quia de seipso tātùm loquitur. Ideo, &c.

8 Multò † autem fortius confirmatur instrumentum, si fama bona tabellionis concurrat cum testimonio alicuius testis. arg. in c. cùm venerabilis. ext. de excepti. & Spec. in titulo de fide instrumen. § postremò. vers. sed pone. & per Cyn. in lege in exercendis. C. de fide instrumen.

9 Quid † autē dicemus si in instrumento, in quo sufficit numerus duorum testium, fuerunt per notarium descripti sex testes, & quatuor ex eis deposuerūt se nunquā interfuisse.

fuisse. Alii autem duo deponunt se fuisse præsentes, sed de absentia vel præsentia aliorum nil dicunt, an reprobabitur ex hoc instrumentum de falso? Dixit Inno. vbi supra quòd sic, quia in eo est adiuncta illa falsitas, videlicet illos fuisse præsentes. attamen per illos duos poterit aliter reprobari contractus: quia ipsi non sunt participes falsitatis. & ad hoc faciunt quæ notantur in c. Tertio loco. ext. de probat. & in c. cum literis. ext. de testibus.

10 Quid† si testes duo vel plures dicant se fuisse præsentes instrumento, sed tamen non audiuerunt exprimi tale capitulum instrumenti, an redditur instrumentum suspectum? Dicit Bart. quòd sic. in lege coram. D. de verb. sig. licèt contrafaciant notata per Cyn. in l. 11. C. de erro. adno.

11 Sed pone (vt vidi aliquando fieri per cauillosos procuratores & aduocatos) quòd pars produxit suũ instrumentum, aduersarius autem dicit quòd est falsum, & ad hoc probandum petit per eum exhiberi protocollum, quæritur an sit audiendus? Videtur quòd ũe, ipso iurante quòd habet instrumentum suspectum. argum. in l. pen. & in l. contractus, cum ibi notatis. C. de fide instrument. Tu die quòd non est audiendus, si instrumentum habet formam deb tam. quia ei standum est. vt in l. cùm res. & l. cum precibus. C. de probat. & Instit. de inutil. stipula. §. item verborum. & ibi notatis. & l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. & quia improbũ & absurdum est quòd contra seipsum quis astringatur producere testes vel instrumenta l. nimis graue. C. de testi. & in c. 1. ext. de proba. An autem protocollum. per se plenè probet, sicut instrumentum, disputatur per Cy. in d. l. contractus. in vltima quæstione.

12 Et nota circa hanc materiam falsitatis, quòd de ea quæri potest dupliciter. Vno modo criminaliter, alio modo ciuiliter. vt traditur in l. Iudicem. C. ad leg. Cor. de fal. Sed an priùs sit agendũ criminaliter quàm ciuiliter. sunt contrariæ opiniones. vt plenè disputat Cy. & Iaco. Burri. in l. fi. C. de instrument. & in l. 11. D. eodem titul. & ego posui sub titulo & forma libelli quo agitur ad rescissionem sententiæ latæ per falsa instrumenta.

SVMMAE.

1 *Testes instrumentarii reprobantur, si fuerint condemnati de adulterio, vel simili crimine, non si fuerint excommunicati.*

2 *Oppon. potest contra instrumentum, si non sit scriptum manu propria notarij.*

3 *Contractus debet continere causam legitimam, non turpem, non repugnantiam.*

4 *Cum duo instrumenta inter se pugnant, considerandã est cuius authoritas sit maior, quod ex coniecturis dignoscitur. Id si non appareat, liberatorium præfertur indici obligatorio. Si sint eiusdem generis, nulli fidem adhibebit.*

5 *Filiationis effectus & nomen durant post mortem patris.*

6 *Si notarius fecit vnum falsum instrumentum, cætera nihilominus valent, donec fuerit de falso condemnatus.*

7 *Notarius non censetur condemnatus, nisi principaliter causa mota sit aduersus ipsum.*

8 *In testamento nuncupatiuo no-*

tarium potest sibi adscribere legatum, sed meritus fecerit si abstineat.

9 *Filius emancipatus notarius potest instrumentum recipere in re patris.*

GLOSSA VII.

Aliisque causis. Sciendum est quòd multæ & variæ sunt causæ quæ obici possunt contra instrumenta, quas enumerat Specu. in dicto titulo de instrumen. edit. §. postremo. 1 Et vltra † superius numeratas, obici etiam potest contra instrumentum, quòd testes in eo descripti sunt à iure reprobati, vt quia sunt de adulterio condemnati, vel alio simili crimine. vt habetur in l. 111. D. de testib. Quid autem dices si testes descripti erant tunc excommunicati, nonquid vitiatur instrumentum? Dic quòd non, secundū Innoc. vt per eum notatur in c. pia. ext. de exceptio. & per Specu. in d. §. postremo. versi. quid si testis in scriptis &c. maximè si eorum excommunicatio erat occulta, vel reputabatur pro nō excommunicatis. arg. in c. 1. de testamen. Nam excommunicatus potest facere testamentum. vt notat Io. An. in c. decernimus in nouella sua. ext. de sent. excommunic. Ergo poterit esse testis. arg. in l. 111. cum ibi notatis. D. de testib.

2 Item † opponitur contra instrumentum, quòd nō est scriptum manu propria illius notarii qui in eo describitur. quo casu, si ipse tabellio viuit, ipsi soli creditur. vt lege si decurio. C. ad leg. Cor. de fal. & ibi per Cyn. si autem mortuus sit, fiet comparatio literarum & signi, cum aliis instrumentis eiusdem notarii. vt in Authen. de fide instru. §. in his verò. & in §. quia verò. cum seq. & ext. de priuile. c. cùm olim. & in c. cùm venerabilis. ext. de excep. de quo vide quod tangit Spec. in d. §. postremo. versi. 1.

3 Item † opponitur contra instrumentum, quòd non continet in se causam aliquam legitimam, vel continet in se causam turpem & inhonestam, vt plenè habetur vt notatur in l. cùm de in debito. in fi. D. de probat. facit l. generaliter & l. si plagii. D. de verb. ob. & l. si verò nō remunerandi. §. rei turpis. cum similibus. D. mandati. Item opponitur contra instrumentum quòd in serie & forma sui continet repugnantia. vt lege vbi repugnantia. D. de reg. iuris. & in c. imputari, extra de fide instrument. & in l. scripturæ diuersæ. & ibi per Cyn. C. de fide instrum. facit extrà de rescript. capit. pastoralis.

4 Hic † autem occurrit quærendum, si producantur duo instrumenta, à diuersis personis, contra me, vel ab eadem persona, quorum vnum dicit te mutuasse mihi tali die mille in ciuitate Papiæ, vade mihi origo, & in alio dicitur quòd in eadem die depositisti vel Titus apud me mille Romæ, quæritur cui instrumento sit fides plenior adhibenda? Et videtur quòd illi instrumento quod fuit vltimo loco productum. arg. l. optimam. in fin. C. de contrahen. & commit. stipul. & in c. ex tenore. ext. de testib. In hoc dicit Specul. in d. §. postremo. in vers. sed pone &c. quòd consideranda est authoritas vtriusque instrumenti, vt illud alteri præferatur quod fore dignoscitur maioris authoritas. Quæ quidem maioritas & authoritas pluribus cognoscitur circunstātiis. Primò ex persona producentis, si sit

persona

persona vilis & famosa. vt l. si quis ex argentariis. §. 1. D. de edendo. nam tunc aliud quod producitur ab alia persona virtuosa præferendum erit, vel si ille consueuit falsa instrumenta aliàs producere. argu. in cillo vos. in fine. ext. de pignor. Secundò cõsiderabit iudex si alterum ex eis sit abrasum, vel aliter in sui figura vitiosum. vt suprà dictum est, & traditur in l. fi. C. de edict. di. Adriani tollendo. nam præfertur alterum non vitiatum. Tertiò aduerte quis tabellio ex eis erat melioris famę & authoritatis. vt in c. cùm venerabilis. ext. de excepti. & alia similia. Et si forsasse reperiat omnia æqualia, tunc considerabit an illud quod est vltimo loco productum, sit liberatorium vel obligatorium. nam liberatorium præferre habebit obligatorio. Vbi verò vtrumque esset obligatorium, vel vtrumque liberatorium, nulli fidem præstabit. arg. in l. scripturæ diuersæ. C. de fide instrum. & in c. ex literis de probat. cum similibus.

5 Sed† pone quòd notarius dixit in instrumento, Titius filius Gaij promisit &c. reperitur autem quòd ipse Gaius erat mortuus tempore instrumenti, nunquid per hoc viciabitur instrumentum? Dicit Specul. quòd non, in prælegato versic. sed pone. nam supplendum est quoddam. nec per hoc quòd ille Gaius sit mortuus, esse desinit Titius eius filius. quia eius filiatio habet suum effectum, quę morte patris non extinguitur, nec perditur eius nomẽ. arg. in l. si finit. §. si fortè. D. de damn. infec.

6 Vlterius quæritur, si notarius fecit vnum falsum ipstrumentum, nunquid aliis instrumentis per eum traditis derogabitur? Dicit Spec. quòd non. in dict. §. postremò. vers. item opponitur quod tabellio &c. argu. ad hoc in l. si falsos. C. ad leg. Cor. de fal. Quod intellige verum in præteritis & futuris, propter publicam vtilitatem, donec fuerit expressè per iudicem de falso condemnatus. quo casu non valebunt instrumenta postea per eum tradita vel rogata. vt ibi notatur argum. in cap. testimonium. ext. de testibus & in capit. fraternitatis. ext. de hæret. & ibi notat. per Innoc. de hoc. Sed quid erit si instrumentum sit falsum in vna parte, an in reliquis omnibus partibus viciabitur? Die vt not. per Innoc. in cap. fraternitatis. & prout scripsi supra, in forma iuramenti testium. in Glossa super verbo, falsitate, & super forma producendi instrumenta, in Glossa antepe.

7 Quid † si coram arbitro vel iudice productum est vnum instrumentum, scriptum & rogatum per Gaium notarium, deinde iudex vel arbiter profert sententiam contra ipsum instrumentum, absoluendo partem, quia instrumentum est falsum. de qua sententia ipse idem Gaius tradidit etiam instrumentum. quæritur an ipse notarius sit vt falsarius reputandus? Videtur quòd sic. quia eius scriptura contra se facit fidem. quia non contra dicendo, sed scribendo videtur consensum præstare. argum. in l. fideiussor. §. pater. D. de pignor. & in capitul. cùm olim. ext. de priuilegiis. In contrarium determinat Specul. in dicto versic. item opponitur &c. maximè quia nõ fuit ad hoc principaliter actum

argum. l. Lucius. D. de iis qui not. infa. cum ibi notatis. & ext. de except. in cap. i. & ext. de ordi. cog. & in c. 11. in fi.

8 Post † hoc quæritur. Pone, testator legauit fundum tabellioni, qui testamentum dictauit & scripsit (quod facere potuit. vt lege dictantibus. C. de testam.) an si testamentum scripserit possit de falso redargui, quasi sibi ipsi ascripserit? Videtur quòd sic. vt l. 11. D. de iis qui in testam. ascrip. In contrarium dicit Specul. in d. §. postremo. versi. tem excipitur quod in negotio proprio &c. Nec obstat d. l. 11. quia ibi loquitur in eo qui scribit testamentum in scriptis conditum, de cuius substantia est ipsa scriptura. aliud autem est in nuncupatiuo, quod per testes probatur. secundùm eum. Tu dic quòd non caret suspicione, ideóque melius est abstinere, quia l. dictantibus, loquitur in simplici dictatione, non autem inscriptione. vt ibi notatur per Cyn. & alios doctores.

9 Quæritur † an filius notarius possit conficere & tradere instrumentum de re pertinéte ad patrem? Dynus arguit pro & contra. vt refert Bal. in l. quod dicimus. in princ. & in §. si pater. D. de aucto. tuto. Finaliter sic distinguit, aut filius est in potestate, & tunc non potest: aut emancipatus est, & tunc potest. arg. in lege puberem. § 1. D. ad leg. Cor. de fal.

GLOSSA VIII.

Contra assertum priuilegium. Bona & laudabilis est practica, & separatim & distinctè obiicere cōtra singula instrumenta. nam quædam sunt quæ opponi possunt licitè contra vnum instrumentum, quæ non contra aliud. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Curia Romana fundamētum omnis auaritiæ & ambitionis.*

2 *Rescripta contra ius obtenta non valent, nisi legi contrariæ expressim derogetur, & ex certa scientia deque plenitudine potestatis Principis.*

3 *Rescripta Papæ ab eo concedantur contra Deum & iustitiam, in animæ suæ detrimentum & infamiam sempiternam.*

4 *Certa scientia Principis non præsumitur in dubio.*

5 *Iudices non debent rescriptis facilè obtemperare.*

GLOSSA IX.

Contra ius elicitum & impetratum. Deus nouit quanta sit in Principum modernorum Curiis abominatio de talibus rescriptis & priuilegiis contra ius elicitis & impetratis. 1 & † maximè in Curia Romani Pontificis, in qua est fundamentum omnis auaritiæ & ambitionis. 2 Est itaque † sciendum quòd regulariter rescripta seu priuilegia cōtra ius elicita nullius sunt valoris neque momenti. vt in lege nec damnosa. & in l. rescripta. C. de preci. Impera. offe. & ext. de rescrip. signi. c. quod per nouale. & ext. de decim. in c. suggestum. & cap. causam quæ. Nisi Princeps vel superior expressè dicat in rescripto, Non obstante tali lege, eam specialiter nominando, quia non sufficeret (secundùm aliquos) in genere dicere non obstante aliqua lege, vt copiosè solet notari per Dynum, & Cynum

& Cynum & alios doctores. in lege fi. C. si contra ius vel vti. pu. & in c. ex parte. ext. de officio deleg. Ad quod facit l. 2 §. si quis à principe. D. ne quid in lo. pu. & C. de testa. authen. hoc inter liberos. & l. si quis in principio testamenti. D. de leg. 3. & ext. de rescript. in c. nonnulli cum similibus. Et eodem modo valet rescriptum seu priuilegiũ contra ius elicitum, si princeps in eo exprimeret se id concedere motu proprio & ex certa scientia, vel de suæ plenitudine potestatis. 3 Prout † moderno tempore solet a pnot in priuilegiis & rescriptis Papalibus, contra Deum & iustitiam & in animarum suarum perpetuum detrimentum ac infamiam sempiternam. vt habetur & traditur in c. si motu proprio. in fin. ext. de præben. lib. VI. & per Bartolum in l. 2. C. de peti. bo. sub. lib. X. 4 Verumtamen † in dubio, alio non expresso, præsumitur principem potiùs concessisse ad partis suggestionem, quàm proprio motu. vt notãt doctores in d. l. 2. & l. 3. in princi. D. quod quisque iuris. 5 Et in † hoc debet discretus iudex semper aduertere, licèt hodie claudant oculos & studeant complacere. & ad literam prout stant ipsa rescripta seruare. Quando autem dicatur priuilegium vel rescriptum contra ius elicitum, tangitur in d. l. nec damnosa. & in l. rescripta. & in l. quotiens. C. de precibus imperatori offer.

SVMMARII.

1 *Obripere dicitur qui falsa narrat.*
2 *Rescriptum per mendacia obtentum præscriptione mendaciorum elidetur.*

GLOSSA X.

Per obreptionem & falsi suggestionem. Aduerte quòd aliud est obripere Principi, aliud mendosè aliquid narrare. quia nõ omnis mẽdax dicitur obripere. vt notat Glos. in l. si quis obrepserit. D. ad l. Corde fal. 1 Ille † ergo propriè dicitur obreptor, qui dolosè obtinuit à Principe rescriptũ. vel à iudice sententiam, *ex falsa narratione & allegatione facti*, in sui vtilitatem & damnum aduersarij. Verbi gratia, si significauit Principi quòd libellum obtulerat contra Gaium, & quòd ipse Gaius sponte in iudicio confessus est vera esse in libello contenta. Vel pone quòd significauit iudici in accusatione potecta, & Titius commisit tale crimen, & se absentauit & fugam arripuit, propter quod iudex bona sua annotari seu describi decreuit, cùm hæc omnia essent falsa. certè his casibus & similibus. nec principis rescriptum nec iudicis decretum valent. vt d. l. si quis obrepserit. & posset ipse qui talia impetrauit accusari de falso. vt ibi habetur & notatur per Glossam & Bartolum. 2 Per † mendacia autem dicitur simpliciter rescriptum vel decretum impetratum, quando sine dolo, putans rem sic se habere, talia expressit, in quo casu loquitur l. præscriptione. C. si contra ius. vel vtilitatem publicam. & c. super literis. ext. de rescript. de quo vide quod notat Speculator in d. §. nunc autem. In quibus iuribus distinguitur, an rescriptum sit impetratum per dolum, & tunc non tenet ipso iure. an sine dolo per simplex mendacium tantùm. & tunc procedetur secundùm verita-

cem,& non precantis affirmationē.

SVMMA.

1 *Exceptio litispendentia valet ad impugnandum reſcriptum, niſi in eo facta ſit mentio litis pendentis.*

GLOSSA XI.

Lite pendente. 1 Ecce † alia oppoſitio contra reſcripta, in qua apud forum laicale multi iudices errant, non prębentes ſuper exceptione auditum, contra iura canonica & ciuilia. vt ext. vt lite pen. c. ſi. & per totum. & C. ne lite pen. l. 1. Debet ergo is qui vult ſupplicaſe lite pendente,in eius ſupplicatione mentionem facere de pendentia litis & proceſſus. vt ext. de re iudi. c. cùm inter monaſterium.

SVMMA.

1 *In reſcripto fieri debet mentio de antecedenti reſcripto.*

GLOSSA XII.

De antecedenti reſcripto. 1 Hæc † eſt legitima exceptio, quę inducta eſt optima ratione, ne concedens decipiatur & pars aduerſa ledatur. vt ext. de dolo & contu. c. ex literis. & ext. de reſcriptis.c.ęcęrùm. & in c. ex parte. &c.

SVMMA.

1 *Impetrans reſcriptum ad mandandam executioni ſententiam, debet exprimere ſi appellatum ſit ab ea.*

GLOSSA XIII.

Nec de appellatione. 1 Vbi † enim ſententia lata eſt, interlocutoria vel diffinitiua,& ab ea fuerit appellatum, non licet impetrare reſcriptum ſuper executione ſentętię non facta principi ſpeciali & expreſſa mentione de appellatione ab ea interpoſita. vt ext. de confirma. vtili vel inutili. c. bonæ. cum ſimilibus ibi notatis. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Errores in Grammatica vitiant reſcripta.*

GLOSSA XIV.

Errorum in dictione & grammatica. &c. 1 Tales † nempe errores dictionis & grammaticæ vitiant reſcripta, maximè papalia & imperialia. vt habetur in c.ſignificantibus,& in c.ad audientiam.ext. de reſcriptis. ſecus autēm ſi error eſſet in ſola litera vel ſyllaba. vt ext. de fide inſtrumen. in c. ex parte. &c. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Quæ ſunt aduertenda in ſigillo Principis.*

2 *Raſura & ſcripturæ diuerſitas reddit ſuſpectum reſcriptum.*

GLOSSA XV.

Eius ſigillum eſt vicioſum. In hoc multùm debent aduertere iudices, maximè in ſigillo Papali & imperiali. ſi contineat in ſe figuras cōſtituta, 1 quæ † ſunt imago imperatoris. cum veſtimentis regalibus. & cum ſceptro in eius manibus.& cum literis circumſcriptis eius nomen exprimentibus,& quòd ſigillum ſit integrum, non fractum.nec nimium habens ceram veterem vel nouam,iuxta tempus confectipriuilegii. & ſi in ipſo ſigillo eſt aliqua litera vel ſignum immutatum. & ſimilia, de quibus ſcioſe̊ ponit in

ter in textu sæpe dicto in c. inter dilectos. de fide instrument. 2 Similiter † redditur priuilegium suspectum propter rasuram vel literarum diuersitatem. vt in c. cùm olim propter ext. de priuile.

SVMMAR.

3 *Rescriptum confirmans priuilegium non valet, nisi constet de confirmato. Constabit autem, si inseratur in confirmante.*

4 *Non est necesse confirmatum exhiberi quando Princeps de nouo concedit priuilegium, ex certa sua scientia.*

5 *Rescriptum non potest confirmare priuilegium nullum, nisi Princeps sciens vitium pungauerit.*

GLOSSA XVI.

Alterius confirmatorium. 1 Hic multùm aduerte. nam † regulariter priuilegium alterius confirmatorii non probat nec quicquam iuris tribuit, nisi quatenus probetur de anteriori originali confirmato. vt in authent. & quis in aliquo documẽto. C. de eden. quia ille qui cõfirmat non intendit aliquid de nouo tribuere vel conferre. vt in c. quia intentiones. & in c. ex parte. in fi. ext. de priuile. & ext. de cõfir. vtil. vel inut. in c. cum dilecta. ext. de verb. sig. in c. abbate. Facit l. & quia. D. de iuriscli. omni. iudi. Et ideo si constaret de intentione confirmatoria ipsius confirmatoris, non esset necesse producere confirmatum. verbi gratia, si princeps inclauserit de verbo ad verbum priuilegium confirmatum in suo confirmante. vt communiter hodie practicatur, & probatur. 1. xxii. distinct. in c. in synodo. & ext. de cõfir. vtil. vel inutil. c. 4. & ita dicit Speculator in dicto titulo. in §. nunc autem restat. & notatur per glo. in d. c. pen. & latiùs in d. c. abbate sancti Siluani. ext. de verbo. signi. pro quo optimè facit quod notatur per Cy. in l. ex verbis. C. de donatio. & quod habetur in c. adoptio non iure. D. de adoptio. & in c. quia circa. ext. de cõsanguin. & affin. & per ipsum Specu. in titulo de rescripti præsentatione. §. ratione formæ. in versi. sequitur videre. 2 Eodemque † modo non est necessaria exhibitio prioris confirmationis, si Papa vel Imperator dicat, Damus. confirmamus, ac de nouo donamus & concedimus ex certa sciẽtia. secundũ Innocen. & Iohan. And. vt per eum notatur in d. c. inter dilectos. & per glo. in d. c. pen. Est ergo aliud simpliciter & in genere aliquid confirmare, & aliquid specialiter & expressè.

3 Sed † pone quòd alterius priuilegium confirmatum erat *ipso iure* nullum, vel quia impetratum ab excommunicato, vel ex iniustissima & reprobata causa, aut aliter nullũ, an persequens priuilegium ipsius cõfirmatorium vires assumet? Dic quòd non, quia destructo fundamẽto corruit ædificium. vt in q. 2. c. cùm Paulus. & pro hoc est textus. in d. c. inter dilectos. versi. cùm igitur priuilegium. & ext. de re iudi. c. cùm inter vos. versi. quamuis fortè. & ibi notatis. nisi princeps sciens ipsum vitiosum ex certa scientia super eius vitio dispensauerit. Quod nota bene. & carera.

SVMMA.

1 *Priuilegium perditur contra faciendo, non vtendo, abutendo, propter delictum, propter enorme damnum alterius, per sententiã Princi-*

pis, per renunciationem, per derogationem, & per revocationem.

GLOSSA XVII.

Penitus & omnino sublatum. 1 Notandum est quòd † multis modis perditur priuilegium. Primo si priuilegiatus fecerit contra ipsum priuilegium. vt extrà de præben. in cap. cùm illorum. & extra de constitu. in cap. cùm accessissent. & extra de priuileg. in cap. si de terra. & in cap. accedentibus. Facit l. cùm pater. in §. liberis. D. de leg. 2. & in l. auxilium. D. de mino. In contrarium tamen faciunt notata per Cyn. in lege voluntariæ. Cod. de excu. tuto. ibi vide. Secundo perditur priuilegium per non vsum debito tempore, cùm vti potest: verbi gratia, si quis habeat priuilegium nundinarum, & stet negligens per decennium in eo vtendo. vt D. de nundinis. Et multo magis perditur, si fuerit negligens in non vtendo spacio. XL. annorum. vt in d. cap. accedentibus. & in cap. si de terra & notatur in c. ad audientiam. ext. de præscrip. Tertio perditur si eo malè vtatur seu abutatur. vt probatur. XI. q. III. c. priuilegium. & XXXIII. distinctione c. vbi ista. & in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. antepen. Quarto perditur propter delictum eius. vt in l. filio. D. de ritu nup. & in l. 2. Cod. vbi senato. vel clarif. & ext. de pœnis. cap. ad aures. & in cap. quibusdam. Quinto perditur si ex eo inducatur alteri damnum enorme. vt extra de deci. in capit. delecti. cum sequent. & extrà de verbo. signific. capit. quid per nouale. Et hoc multùm est notandum, quia perraro est quòd huiusmodi priuilegia non inducant aliis damnum magnum. Huius autem constitutionis ratio fuit, quia non est verisimile principem seu concedentem, ius alterius præsens vel futurum se graviter vel enormiter lædere velle. vt in dict. leg. 2. §. si quid à principe. D. ne quid in loco pub. & lege quotiens. Codic. de precibus. Imper. offe. Sexto perditur priuilegium si princeps ex certa scientia iudicat contrà illud. vt extra de re iudi. in c. porrecta. in fine. Septimo perditur priuilegium, propter expressam vel tacitam renunciationem ipsius priuilegiati. C. de pact. l. si quis in conscribendo. & in l. recusare. D. ad Trebellia. & in l. 1. §. assignare. D. de assigna. liber. facit ext. de regu. c. licèt, & in c. ex ore. ext. de his quæ fiunt à maiori parte capi. Octauo perditur per posterius priuilegium derogatorium præcedentis. vt habetur & plenè notatur in capitul. extra de rescript. & in capitul. vt bene. extra de priuileg. cum similibus. Nono perditur per expressam renouationem concedentis. vt in capitul. suggestum. extra de decim. facit quod habetur in l. iudicium solutur. D. de iudi. Sequitur in littera.

SVMMAR.

1 *Enumerantur* IX *alij modi ad impugnandum rescripta.*

2 *Clerici deceperunt antiquos laicos, & ab eis perceperunt res & tanta bona immobilia sub specie bene dispensandi ea inter pauperes, quibus bonis abutuntur ad pascendos equos meretrices, filios, & familiares, & parentes suos.*

3 *Immodica Principis donationes a iu-*

successore suo revocari possunt, non mediocres. præsertim collata in hoc merentes.

4 *Princeps suscipiens aliquem sub sua protectione, non eximit eum à iurisdictione iudicis ordinarij.*

5 *Privilegium vni indultum non porrigitur ad alium.*

6 *In privilegio indefinita æquipollet vniuersali.*

GLOSSA XVIII.

Alii vitiosi & causis similiformiter viciosum. Vltra prædicta vicia, quæ solent opponi contra privilegia & rescripta, sunt etiam & alia plura. 1 Videlicet † quòd in eo non continetur species facti. vt extra de cohabita. cleri. & mul. in capitul. super eo. Item quòd in rescripto non est nominatus ille contra quem proceditur. vt in capitul. P. & G. extra de offic. de lega. & notatur per Gloss. in capitul. significauit extra de rescrip. Item quòd tempore impetrati rescripti eius aduersarius erat mortuus. vt in dict. capit. significauit. de rescrip. facit l. 2. in fi. D. quæ sen. sine appella. rescin. Item quòd non fuit facta mentio de iuramento interposito. vt extra de rescriptis. in cap. constitutus. Item contra rescripta ad beneficia ecclesiastica solet opponi, quòd in litteris executoriis non fuit facta de monitoriis mentio specialis. vt ext. de rescript. in c. ex intimatione. Item quòd non fuit facta mentio de dispensatione. vt in c. extus. ext. de filiis presbytero. Itẽ quòd fuit falsitas expressa in conditione personæ supplicantis, quæ exposuit se viduam vel pauperem, cùm esset nupta vel diues. vt in capit. venerabili. extra de offi. delega. vel si exposuit se clericum tempore beneficij impetrati, cùm non esset. vt extra de transactio. capitul. ex literis. cum similibus. Item solet opponi quòd aduersarius non est trahendus extra forum suum, vltra spacium duorum dierum, siue duarum dietarum. vt in capitul. nonnulli. extra de rescrip. quod quidem spacium hodie restringitur ad vnam d etam. vt in c. statutum. §. cùm verò. & §. sequent. ext. de rescrip. l b. vi. Et si ambo actor & reus sint eiusdem ciuitatis, alter alterum trahere non potest extra illam, nisi in certis casib' specialibus traditis in dict. cap. statutum. Item solet opponi contra rescripta ad beneficia, quòd ille qui impetrauit secundum beneficium, tacuit de priori & antea obtinebat. vnde non valet ipso iure collatio secundi. vt habetur in c. ad aures. ext. de rescriptis. & in c. non potest. ext. de præben. lib. vi. Fallit hoc in duobus casibus. Primo si ignorabat de priori beneficio. vt in capit. gratia. de rescrip. lib. vi. Secundo si proprio motu concederetis fuerit sibi collatum secundum. vt in capitul. si motu proprio. extra de præbendis. libr. vi. 2 Et † hęc est practica modernorum clericorum qui habent quatuor & plura beneficia simul, quod totum oporatur extrema insatiabilis clericorum auaritia, qui deceperunt nostros antiquos laicos, à quibus, sub specie bene dispensandi inter pauperes & substinendi desolatos, perceperunt & eis collata sunt tot & tanta bona immobilia, quibus abutuntur pascendo eorum equos, familiares, parentes, meretrices, & filios.

3 Deinde † quæritur, pone quòd Imperator vel Rex donauit plurima de reb' imperij vel regni, prout sæpe accidit, vel multa priuilegia cõtulit, an successor eius in imperio vel regno poterit illa reuocare? Videtur quòd non. vt in l. fi. de constitu. princip. & in c. decet ext. de reg. iur. lib. vi. Speculator tangit hanc quæstionem in d. §. nunc autem restat, circa finem. Et finaliter secundũ aliquos sic distinguitur. aut ex his donationibus vel confessionibus imperium vel regnum est enormiter læsum. & tunc poterit illa reuocare. quia more boni administratoris debuit se habere in imperio vel regno. vt probatur in c. intellecto. ext. de iure iurand. & de dona. c. pastoralis. & ext. de re iudica. in c. abbate sanè. & in authen. de non alien. §. si minus. collat. 2. Aut leuiter & temperatè est læsum. & tunc non poterit reuocare, quia non debet esse sibi interdicta leuis donatio. maximè erga bene merentes. Ad hoc faciunt l. data. C. de dona. & l. 1. C. si fiscus impe. largi. li. x. & in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & in l. sanctimus. in prin. C. de dona. & l. digna vox. C. de legib. cum similibus.

4 Vltimò † quæro, quid si Papa vel Imperator in priuilegio abbati concesso suscipiat monasterium sub eius protectione, an ex hoc eximitur monasterium à iurisdictione episcopi diocesani? Dic quòd non. vt in c. ex parte tua. ext. de priuileg. & notatur per glo. in c. fi. ext. de confir. vti. vel inuti. & plenè per Bart. in l. 1. C. de excus. mu. lib. x.

5 Quid † si caput monasterij per priuilegium est exemptum à iurisdictione episcopi diocesani, an capellæ eiusdem monasterij erunt exemptæ? Dic quòd non, nisi hoc fuerit specialiter expressum in priuilegio. vt habetur in c. ex ore. ext. de priuil. nam exemptio respectu vnius ecclesiæ non extenditur ad aliam. vt in c. cùm appellat. ext. de priui. nec data respectu vnius personæ non extenditur ad aliam. vt in. c. sanè. ext. eo. tit.

6 Si † tamen verba priuilegij fuit per exemptionem vel remissionem alicuius iuris essent indistinctè prolata, debent intelligi generaliter. vt in c. quia circa. ext. eo. Possunt aũt ordinarij prælati compellere eos qui se prætendunt exemptos, producere coram bonis viris priuilegia sua, & probare præscriptionem quam allegant. vt in c. cùm personæ. ext. eo. lib. vi.

SVMMAE.

1 *Priuata scriptura continens causam legitimam plenam fidem facit contra scribentem.*

2 *Priuatæ scripturæ variæ species.*

GLOSSA XIX.

ET *maximè illi priuatæ scripturæ.* Ad huius priuatæ scripturæ euidentiam. 1 Scire † debes quòd priuata scriptura facit plenam fidem per se, contra scribentem, si constat eius manu propria fuisse descriptã, vel per confessionem eius propriã, vel per testium depositionẽ, vel per literarum comparationem. vt probatur. in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. & in c. si cautio. cum similibus ibi notatis. ext. de fide instrumen. & Instit. de literar. ob. in prin. & per totum & in l. exemplo & in l. rationes. & in l. instrumenta. C. de proba. & in l. publia. in fi. D. de po. & l. cũ quis. §. Iulian'. & l. Titius. D. de

D. de const. pec. & l.1. C. de contra. & commit. stip. & in l. pen. in prin. & ibi per Cy. C. de fideicom. cum similibus. Dum tamen contineat in se causam iustam & legitimam. vt l. cùm de indebito. in fi. cum ibi notan. D. de proba. facit l. non nudis. C. de fide instru.

2 Quæ † quidem privata scriptura vario modo est in iure baptizata. nam quandoque appellatur cautio. vt in d. l. fi ex cautione. & d. c. si cautio. Quandoque appellatur chirographum. vt D. de probationibus. l. si chirographum. & l. si servum filij. §. cum qui chirographū. D. de leg. 1. & l. comparationes. in prin. C. de fide instru. Quandoque nominatur epistola. vt in d. l. 1. C. de contrah. & commit. stip. & l. Titius. & l. cum qui. §. Iulianus. de const. pecu. & in l. epistola. D. de pac. Quādoque appellatur liber rationum. vt in l. rationes. C. de proba. & in l. nuda ratio. D. de donat. cum similibus, &c.

SVMMAE.

1 *Negans propriam scripturam incidit in pœnam dupli. Negans vero propriū sigillum, in pœnā f. l. si.*

2 *Scriptura privata fidem facit contra scribentem, non ad eius vtilitatem.*

3 *Scriptura privata quomodo probetur.*

4 *In scripturis privatis magnum periculum versatur.*

5 *Scriptura privata respicit commodum & incommodum scribentis cuius fidem facit pro scribente.*

6 *Scriptura privata mercatorū & nundinarum intra extraneas personas facit semiplenā probationē. si habeant officium de publico (vt habent praxentes) facit plenam.*

7 *Libri rationum ciuitatum faciunt plenam fidem.*

8 *Liberatio, contra contractū quē constat fieri in scriptis, nō potest probari, nisi per contrariā scripturā.*

9 *Vt quis mutuò dedisse pecuniā dici possit, non est necesse numerationē pecuniæ intermissse: quia in ciuili mutuo numeratio non exigitur.*

10 *Pecunia dici potest habita & recepta, cùm præsens est, licèt nō fuerit numerata.*

11 *Numeratio dici non potest nisi interueniat actus numerandi.*

12 *Privata scriptura non debet habere necessariò annū, mansum, & diē.*

13 *In privata scriptura sufficit simplex subscriptio.*

GLOSSA XX.

Quod negatur, &c. Hîc aduerte, tu qui vis propriā scripturam negare. 1 Nam † si probatū fuerit tuam esse scripturam, incidis in pœnam dupli. vt in Auth. contra qui propriam. C. de non num. pec. & hoc si fuerit probatū contra te per testes. secus si per tuum iuramentū, vel per suum. vt ibi. Qui verò negat proprium sigillum tenetur de falso. vt in l. eos. 1. respon. so. D. ad leg. Cor. de fal. Reuoco generaliter in dubiū, an priuatæ scripturæ sit credendum? 2 Breuiter † distingue. aut concernit talis scriptura propriā vtilitatem scribentis, & nullam fidem facit. aliter enim facile esset vnicuique se diuitem facere. vt probatur in d. l. exemplo. & l. rationes. & in l. instrumenta. C. de probat. cū similibus. Aut concernit eius incommodum proprium, vt puta eius obligationem, vel rei suæ alienationem. & tunc aut ipse scriptor fatetur scripturā à se & per se scri-

ptam simpliciter, & tunc probat plenè contra eum. vt d. l. si ex cautione. cum multis similibus in præcedéti glo. allegatis. 3 Aut † negat ipsam scripturam, & tunc aut ipsa scriptura habet partis & testiũ subscriptionem, & tunc si testes recognoscant subscriptiones suas & deponant illius esse scripturam, facit plenam fidem, absque alia comparatione litterarum. vt traditur in l. comparationes. C. de fide instru. eodémque modo facit idem, si non habet partis subscriptionem, sed testium tantùm.

Si verò testes ipsi deponant, ipsam esse illius propriam scripturam, interueniente etiam ad hoc litterarum comparatione (vt in Authen. & si contractus. C. de fide instru. & l. fi. C. si cer. peta. cum Authen. signata ibidem) aut talis scriptura non est ab aliquo subscripta, nec à parte nec à testibus, sed probatur per testes tantùm, vel per comparationem litterarum tantũ, quòd talis illam scripsit, & tunc non facit plenam fidem contra eum, sed solummodo semiplenam. vt in d. Authen. & si contractus. & in Authen. de fi. instru. §. 1. & ibi notatis per gl. & doc. in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. & in l. admonendi. D. de iureiuran. 4 Ex † quibus colligere potes quàtum vigeat periculum in huiusmodi priuatis scripturis, & quàm sit graue eis fidem imponere si negantur, vel scribens mortuus sit. Si ergo cautus potiùs sumere obligationem debitorum per publicum instrumentum, quàm per priuatam scripturam.

5 Viso † de priuata scriptura, quæ concernit simpliciter commodum vel incommodum scribentis tantùm, sciendum est quòd est quædam alia priuata scriptura quæ cõcernit ipsius scribentis & alterius commodum & incommodũ. quædam est alia scriptura priuata quæ concernit alterius tantùm commodum & incommodum, & non scribentis. Si quidem concernat cõmodum scribentis & alterius, vt patet in rationibus communibus, & tunc aut ille rationes solùm continẽt propriam vtilitatem ipsius scribentis, & tunc nullam fidem faciunt pro se vel in eius fauorem, aut continet eius incommodum tantùm, & fidem facit contra eum si scriptura sit probata vel per eius confessionem. vel per testes, vel per litterarum comparationem arg. ꝛarium prædictorum. Si autem contineat vtrumque, videlicet commodum & incommodum scribentis, an fiet diuisio & separatio scripturæ commodi & incommodi, vt sic dicamus quòd in ea parte quæ concernit incommodum scribentis fidẽ faciat contra eum, pro illa autem parte quæ concernit commodum nullam fidem faciat. Videtur quod sic, per ea quæ statim supradicta sunt. In contrarium facit quod notat glossa. in l. quædam. in §. nummularios. D. de eden. Tu autem distingue vt scripsi supra in forma petendi copiam instrumentorum. in glo. 2. vers. quid autem si mercator.

6 In † scriptura verò quę alterius tantùm & non scribentis commodum vel incommodum concernit, sicut sunt libri proxenetarum & campsorum & cæterorum officialium (vt Genuę, Venetiis, Mediolani, & Forentiæ) distingue, aut ista scriptura est facta à persona, quæ habet

habet officium de publico super hoc. & tunc facit plenam fidem. vt d. §. nummularios. pro hoc facit l. illatæ C. de fide instru. & l. Lucius. §. tutelæ. D. de admi.tu. Aut est facta scriptura à persona quæ de publico officium non habet (vt sunt mercatores & campsores moderni temporis) & tunc non facit plenam fidem. vt notat gl. in d. §. nummularios. & ibi per Bar. secundùm quem tales libri faciunt saltem semiplenam probationem inter extraneas personas. non autem ad ipsorum scribentium commodum. sic intelligitur gl. quæ est in d.l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. & quod no. per doc. in d. §. nummularios. Ex quibus patet quod isti proxenetæ seu mataseriæ, qui in dictis ciuitatibus faciunt scripturas de omnibus mercatis & venditionibus mobilium rerum, quòd eis stari debet, & plenam fidem faciũt, cùm sint per communia huiusmodi ciuitatum approbati. 7 Idem † quia per omnia est dicendum in rationibus ipsarum ciuitatum, qui inscribunt omnes redditus ciuitatis, & tales & omnia quæ veniunt in Communi. de quibus omnibus plenè & amplè traditur per Barto. in l. nuda ratio. D. de dona. & per Cy. in d.l. non nudis. & in l. non epistolis. C. de proba. Habet ergo ex præmissis declaratum qualiter impugnantur instrumenta publica & priuata, ac etiam rescripta & priuilegia.

8 Vnum † autem superest dicendum, quòd contra illa instrumẽta facta de contractibus illis, de quibus actum est vt fierent in scriptis (de quibus loquitur l. contractus §. fi. C. de fide instru.) nõ potest probari liberatio vel extenuatio, nisi per contrariam scripturam. non autem per testes. vt l. generaliter. C. de non nu. pe. falsitas autem eorũ si bene probari potest per testes. a. g. in l. de fide. & in l. sicut. C. ad l. Cor. de fal.

9 Circa † autem prædicta formo duas notabiles quæstiones. Ecce in instrumento continetur (prout quotidie de facto accidit) quòd Titius mutuauit Gaio centum, & contra instrumentum producuntur testes in eo descripti, qui deponunt quòd tempore instrumenti nulla fuit pecunia numerata, an ex hoc reprobetur instrumentum de falso? Bar. determinat quòd non. in l. singularia. D. si cer. pe. circa fi. & Iac. Butr. idem in hac quæstione per eũ disputata, & per eundem in l. si ex precio. C. si cer. pe. Cuius ratio est, nã mutuum est triplex, videlicet naturale tantùm, ciuile tantùm. & ciuile cui natura cooperatur. vt inquit gl. in l. 2. §. fi. D. si cer. pe. Illud ergo verbũ mutuauit, intelligitur de mutuo ciuili, cùm ad illud commodè referri potest sine instrumẽti vitiositate, arg. in l. quoties. D. de rebus dub. cum similibus de quo ciuili mutuo loquitur l. si ex cautione. & l. 2. & l. in contractibus. C. de non nu. pe. & fortius idem dicendum erit si in instrumẽto dicatur, Quòd Gaius confessus est se habuisse mutuò cẽtum à Titio.

10 Sed † quid si instrumẽto plus dicatur, videlicet quòd Titius mutuauit, & Gaius habuit & recepit mutuò centum, in præsentia mei notarii & testium infra scriptorum. deinde ipsi testes deponunt quòd pecunia ibi erat in vno sacculo, vel extra in eorum præsentia, sed tamẽ nõ fuit numerata. nec viderunt ipsũ Gaium illam recipere, quæritur an

ex hoc reprobetur instrumentum de falso? Et dicit idem Bart. vbi supra quòd non, quia cùm præsens esset pecunia & parata solutioni, potest dici habita & recepta. vt l. 1. §. si insserim. D. de acquir. possess. & in l. pecuniam D. de solu. Multóque minus reprobaretur si esset numerata, sed non recepta. arg. in l. falsus. §. sed si is. D. de fur. & l. ii procurator. in prin. D. de verb. ob.

11 Quid † autem si instrumentum dicat, Quòd Titius numeravit Gaio tantam pecuniam, & testes deponunt quòd non fuit numerata, sed bene erat in quodam sacculo, an reprobetur instrumentũ de falso? Dicit Bar. vbi supra quòd sic in casu isto quo expressum est quòd fuit numerata: quia actus ipse numerationis non verificatur nisi in actu vero & proprio. arg. in l. In numerationibus. D. de solu. cum similibus. Sit ergo cautus & auisatus notarius, ne vllo modo dicat pecuniã numeratã, nisi ipsam viderit numerari. Secus autem esset si instrumentum diceret, Confessus est Gaius se habuisse à Titio centum in pecunia numerata, quia numeratio ipsa, licèt non fuerit tunc facta, non obstat instrumento. vnde testes deponentes pecuniam nõ fuisse numeratam, non reprobarent instrumentum de falso: quia talis numeratio trahitur retro. & respicit actum de præterito, importatum per illa verba, habuisse & recepisse &c. vt notat Bar. D. sol. mat. in l. post dotem. licèt dicat quòd in dubio videatur facta numeratio parum ante instrumentum. vt per eum notatur in l. si stipulatus. in. §. Chrisogonus. D. de verb. obli. & in l. certi cõdictio. §. si numeros. D. si cer. pet. Et ego scripsi infra, in forma libelli quo agitur hypothecaria, in glo. super verbo, fuit confessus.

12 Postremò † quæritur, an talis priuata scriptura, vel cautio, debeat habere annum, mensem, & diem, sicut instrumenta publica. Videtur quòd sic. arg. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. ha & hanc partem tenuit Iaco. Butri. in prima consil. C. circa fi. In oppositum tenet glo. quæ est super verbo notarii. in d. l. scripturas. pro qua sententia facit optimè textus in l. cum tabernam. D. de pigno. & ibi notatis.

13 Deinde † & illud nota, quòd in priuata scriptura tantum operatur partis simplex subscriptio, dato quòd alius cedulam scripserit, quatum si vtrumque scripsisset. vt probatur in d. l. scripturas. ibi, ipsorum tamen subscriptione &c. & in dicto §. Chrisogonus. ibi, coram scribentis. &c. & Inst. de empt. & ven. §. in his & l. 1. §. sed si secundum. D. quod iussu. Laus deo. & cætera.

FORMA IVRAmenti quod defertur à parte parti.

TITVLVS XVI.

QVONIAM maximum remediũ decidẽdarum litium est iuramẽtum, idcirco suprascriptus Simoninus procurator & procuratorio nomine suprascripto, cupiens ipsam quæstionem

stionem ad celerem finem perduci, omni modo via & forma, quibus melius potest, detulit ac defert in præsentia dicti domini Vicarii, suprascripto Ioanni ibi præsenti, iuramentum veritatis, sub forma infrascripta.

I. Videlicet quòd primò iuret & iurare debeat, corporaliter tactis scripturis, præfatus Ioannes, si emit talem peciam terræ &c. vel si dare debet suprascripto Andrino florenos.c.&c.

II. Item si ipse habuit & percepit ex ipsa pecia terræ tot fructus &c.

III. Super quibus idem Simo. dicto nomine dicit & protestatur velle stare iuramento dicti Ioannis.

IIII. Cui Ioāni præfatus dominus Vicarius terminum assignauit trium dierum respondendi super dicta forma iuramenti.

SVMMAE.

1 *Iuramentum veritatis triplex, voluntarium, iudiciale, necessarium.*
2 *Iudiciale hodie potest recusari, saltē ex iusta causa.*
3 *Necessarium non potest recusari, nisi ex iusta causa.*

GLOSSA I.

Quoniam maximum remedium. Ista verba sunt iurisconsulti in l.1. D. de iureiuran. Pro cuius iuramenti euidentia sciendum est, quòd multæ sunt species iuramenti, vt plenè scripti supra, circa formam responsionis quæ fit primo libello. in glossa super verbo, iurisiurandi, 1 Quod † autem ad propositum pertinet præsens iuramentum appellatur iuramentum veritatis, cuius tres sunt species. nam quoddam est iuramentum voluntariū, quoddam iudiciale, & quoddam necessarium. vt inquit glo. in l.1. D. de iureiuran. & in rubrica C. de iureiuran. Est autem iuramentum voluntariū illud quod defertur extr. iudicium à parte parti, & potest recusari. vt l. iusiurandum quod ex conuentione. in prin. D. de iureiuran. cum similibus ibi notatis: & de isto non loquitur hîc.

Iudiciale autem iuramentum, est illud quod defertur in iudicio à parte parti, iudice approbāte. vt l.1 in fi. & l.3. in prin. D. de iureiuran. & de isto loquitur hîc. Quod quidem iuramentum olim non poterat recusari, per l. manifestæ turpitudinis. D. de iureiuran. & l. delata. C. de iureiuran. 2 Hodie † autem potest recusari, si non fuerit acceptatum, secūdùm communem opinionem, per textum in l. generaliter, §. iuramentum. C. de iureiuran. & in c. fi. ext. eo. & ibi per glo. Licèt Cy. & Bar. dicant posse recusari, ita demum si subsit iusta causa recusationis, alias non. Quæ autem sunt iustæ causæ notat idem Bar. in d. lege manifestæ. inter quas est illa, quando is cui defertur habet eius intentionē fundatam per publicum instrumentū. vt d.c. fin. & in c.2. ext. de proba.

3 Necessarium † verò iuramētum est illud quod per iudicem de-

fertur alteri parti, in supplemẽtum probationum. de quo loquitur l. ad monẽd. D. de iureiuran. & l. in bonæ fidei. C. eod. tit. Quod quidem iuramẽtum non potest, nisi ex causa iusta, recusari. vt in c. fi. & in d. §. fin autem. Sunt autem horum iuramentorum multiplices effectus, vt scripsi in d. gloss. Nota bene hos casus. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Procurator specialiter cõstitutus, vel in rem suam, vel generalis cum libera, potest iuramentum deferre & subire.*

GLOSSA II.

Si nominum procurator. Hîc quæro, an procurator possit hoc iuramentum deferre & subire? Distingue, aut est procurator ad lites tantùm, seu ad negotia tantùm, & talis non potest deferre iuramẽtum, nec sibi deferri. vt l. iusiurandum quod ex conuentione. § fi. cum l. seq. & l. iusiurandum & ad pecunias. §. procurator, cum similibus. D. de iureiur. 1 Aut † est procurator specialiter ad iurandum constitutus, & iuramentum deferendum, vel est procurator in rem suam propriam. & tunc poterit iuramentum deferre, & subire. Et eodem modo si sit procurator generalis cũ libera administratione. vt probatur in dictis iuribus. & l. procurator tutorum. & l. cui libera. D. de procu. Et facit quod habetur in cap. qui ad agendum. in fin. ext. de procu. Et sic est vnus casus in quo requiritur speciale mandatum. Sunt etiam quidem alij, quos scripsi in forma responsionis factæ in actione hypothecaria intentata. in glo. super verbo, *sufficiens mandatum*, &c. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Iuramẽtum veritatis asseverat rem sic esse vel non esse: credulitatis verò hoc vel illud credere.*

2 *Iuramentum veritatis semel præstitum non retractatur.*

3 *Necessarium retractatur reperto de nouo instrumento.*

4 *Iuramentum obligationis introductorium, & contractus confirmatorium, seruari debet: nisi ex causa turpi & inhonesta esset interpositum.*

5 *Iudices ecclesiastici trahentes aquã ad suum pistrinum, solent à iuramento contractuum relaxare & absoluere.*

6 *Citari debet pars, cùm impetratur absolutio à iuramento.*

7 *Iurans se non impetraturum absolutionem, videtur exclusus ab impetratione.*

GLOSSA III.

Iuramentum veritatis. 1 Ideo † autem dicitur veritatis, quia præcisè iurandum est sic esse vel non esse. vt dicit glossa in d. l. iusiurandum & ad pecunias. vers. quid tamen. in fi. Nec sufficeret dicere se credere vel non credere, vel præsumere sic esse vel non esse. Nam illud appellatur iuramentum credulitatis, de quo loquitur tit. C. & ext. De iuramento calum. per totum.

2 Huiusmodi † autem iuramentum veritatis est huius naturæ, quia si est voluntarium vel iudiciale, postquam præstitum est, siue bene siue malè, non infringitur, nec aliqua via retractatur vt l. non erit. §. dato. D. de iureiurand. & lege quod si

quod si deferente. D. de dolo. & lege seq. 3 Licèt† aliud sit in iuramẽto necessario, quod retractatur per instrumenta de nouo reperta. vt in Ladmonendi. D. de iureiur.

4 Aduertendum † est insuper quod est quędam alia species iuramenti, quæ appellatur iuramentum obligationis introductoriũ. de quo loquitur Lauriliurãdi. in princ. cum ibi notatis. D. de oper. liberto. Quod dam est insuper iuramẽtum, quod appellatur contractus præcedentis vel alterius actus confirmatorium. de qua specie iuramenti loquitur Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Et ego latè scripsi super forma libelli quo agitur contra vẽditorem. Et hoc iuramentum cuiuscunque speciei est seruandum, dum-tam & sit honestum & ex honesta causa interpositum. Vbi autem esset interpositum ex causa turpi & inhonesta, tunc non esset seruandũ. vt in c. non est obligatorium. ext. de reg. iuris lib. vi. & ibi per Dynum. Facit aut ad prædicta c. cùm contingat, & quod ibi notatur. ext. de iureiur. & c. ii. & c. quamuis ext. de pact. lib. vi.

1 Soleor† tamen iudices ecclesiasticos (ad quorum iurisdictionem pertinent huiusmodi iuramenta) vt ipsi legem fecerunt, ad trahendum aquam ad eorum molendinum, sæpe talia iuramenta (maximè confirmatoria obligationum & contractuum) relaxare. & iurantes absoluere, & absoluendo facere eos periurare. iuxta notata in c. debitores. ext. de iureiur. & in c. tuas ext. de vsuris cum similibus ibi notatis. 6 Vidi† autem dubitari an in tali absolutione à iuramento sit pars aduersa citanda? Et fuerunt qui dixerunt quòd non. argumento in c. licèt episcopus. extra de præben. lib. vi. & quod notatur in l. iii. §. pen. D. depos. Tu dic quòd debet citari: nam ista absolutio aperit absolutó viam agendi, quæ erat sibi præclusa virtute iuramenti, sicque per talem absolutionem exceptio aufertur ipsi parti, & per consequens graniter leditur. ergo citari debet. vt traditur in c. caueant. cum seq. 3. q. 9. & probatur in l. de vno quoque. D. de re iudic. & l. nam ita diuus. D. de adop. & l. in causæ. §. causa cognita. D. de mino. Nec obstant allegata in contrarium, quia in illis non vertitur tale præiudicium, cùm saltuum remaneat aduersario ius suum. 7 Quid† si debitor qui præstitit iuramentum, vel quis alius contrahens, iutauit etiam quòd non peteret absolutionem, nec impetrabit à priori iuramento, an erit exclusus à tali solutione impetrãda? Videtur quòd sic, cùm hoc iuramentum possit seruari sine interitu animæ. vt dict. c. cùm contingat. cum similibus. nec iudex audiendum debet præstare ad inducendum periurium. vt in l. i. in fi. C. si aduer. ven.

Summa.

1 *In quacunque quæstione & materia iuramentum deferri potest.*

GLOSSA IIII.

Primò iuret. Ecce prima pars formæ iuramenti, quæ diuersificari habet & ampliari iuxta qualitates facti & negotii de quo agitur. Nam sive sit quæstio de re mobili vel immobili, sive de contractu vel quasi, potest iuramentũ deferri. vt habetur in l. i. §. si petitor. D. quarum rerum act. non da. & in l. iii. §. quacunque autem actione. D. de iureiur.

SVMMAE.

1 *Iuramentū referri potest parti principali, vel eius procuratori habenti speciale mandatum ad iurandum.*
2 *Tutor & curator potest iuramentum litis decisorium deferre & referre.*
3 *Deferens iuramentum cogi potest prius iurare de calumnia.*
4 *Lex manifestæ summa æquitate nititur.*

GLOSSA V.

Dicit & protestatur. 1 Hic† notandum est quòd ipse Ioannes posset, si vellet, tale iuramentum referre ipsi Simonino (si habet mandatum super hoc speciale) vel principali personæ, si non haberet mandatum. vt traditur in l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. & §. fin. & in d. l. manifestæ. & d. l. delata. C. de iureiuran.

2 Sed† nunquid tutor pupilli vel curator adulti pōt tale iuramētum deferre & referre? Dic quòd sic. quia habent plenissimam administrationem. & sic æquiparantur procuratori habenti mandatum cum libera. vt probatur in l. tutor. & in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. 1. D. de iureiur.

3 Ad† vnum tamē aduerte, quòd ille cui defertur tale iuramentū potest petere, vt ille qui defert prius iuret de calumnia, videlicet quòd non animo calumniandi defert tale iuramentum, prout in forma huiusmodi iuramenti continetur. vt probatur in d. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. D. de iureiur. cum similibus ibi notatis.

4 Sunt† tamen in aliquibus ciuitatibus (vt est Papię) statuta & capitula, per quæ sunt approbatę d. l. Manifestæ. & d. l. delata. de iureiur. ad tollendum illam dubitationem quæ est an hodie dictæ leges sint correctæ per d. l. generaliter. §. fin autem. C. de iureiur. Et optima est est prouisio, quia non est locus iustę querelæ si quis efficiatur iudex & decisor suæ propiæ causæ. vt inquit Iurisconsultus in d. l. 1. in princ. D. quarum rerum actio. non datur. Vt autem præsens materia aliquid moralitatis ad se trahat, audi quid ille pater eloquentię Tullius dixerit: Nullum vinculum ad restringendū fidem iureiurando maiores nostri arctius esse voluerunt &c.

SVMMAE.

1 *Dilatio cōpetens indulgenda est ad iurandum, ne præcipitatio trahat in periurium.*
2 *In iure ciuili multa sunt subtilia parum vtilia, propter quæ homines statuta sibi facere cogunntur.*
3 *Doctores Philosophi præstāt Doctoribus legum & canonum à philosophia alienis.*

GLOSSA VI.

Terminum assignauit triū dierum. 1 Ista† vel similis dilatio dari debet per iudicem, ne præcipitanter & indeliberatè iurando caderet in periurium. vt habetur in d. l. iusiurandum & ad pecunias. in prin. vers. quid tamen. in fi. D. de iureiuran. sicut datur ad respondendum positionibus & interrogationibus. vt l. si defensor. §. illud quæritur, & lege qui interrogatur. D. de interrog. actis. Faciunt quæ notātur in c. 11. ext. de confess. lib. vi. Alia quidem multa essent dicenda circa huiusmodi iuramenta, quæ in textu & Glossis sunt annotata.

Sed hæc

Sed hæc sufficiant quę sunt quotidie in practica, ad quæ memoria est producenda. 2 Nam † in iure ciuili multa sunt subtilia & parum utilia, quæ faciunt ipsam scientiam magis ornatam & decoram, sed minus vtilem & magis difficilem & laboriosam. Exempla patent in tota materia bonorum possessionum & in materia tit. De coniungendis cũ emãcipato liberis, & in tractatu de vtilibus & directis actionibus, & in Speculo circa formas libellorum, & in modis procedendi in maleficiis. Ideóque esset melius pro republica si hæ supernacuę & pomposæ subtilitates de medio tollerentur. Sed quia imperatores circa talia non vigilant, optima etiam facta fuit prouisio, cùm ciuitates se cœperunt regere per statuta.

3 Videt† mihi visum est quòd principes, qui delectantur tenere generalia studia in territorio suo, debeant præcipuè oculos dirigere in Doctores moralis philosophiæ. nam qui discunt leges & decretales sunt homines cauillosi. qui autẽ discũt Tullium & Senecã sunt homines virtuosi. Qui verò discunt medicinam sunt homines gratiosi, & qui discunt theologiam sunt homines deuoti. Vnus tamen omnium est idem interitus, nec est qui vitæ suæ vnam diem possit adiicere, & palmum vnum suæ staturæ. propter quod inquit Salomon, Vidi & aliud sub sole mirabile, quia ita moriuntur prudentes sicut stulti. Agamus itaque de singulis gratias omnipotenti Deo.

FORMA SENtentiæ interlocutoriæ, super incompetentia iudici.

TITVLVS XVII.

NOs Bernardinus vicarius dòmini potestatis Papię, visis certis executionibus corã nobis factis & productis, per suprà scriptum Simoninum, dicto procuratorio nomine, in causa coram nobis vertente, inter ipsum procuratorem dicto nomine parte vna, & prædictum Andrinum parte alia. in quibus quidem exceptionibus & defensionibus inter alia opposuit, nos esse iudicem incompetentem.

I. Omnimodo, iure, via, forma quibus melius possumus interloquẽdo in his scriptis, sedendo pro tribunali in loco iuris consueto, pronunciamus & declaramus nos fuisse & esse iudicẽ competẽtẽ, in causa & quæstione prędicta, & in ea procedendum esse ad vlteriora, prout exigit ordo iuris, non obstantibus aliquibus exceptionibus in contrarium propositis & oppositis.

II. Etidẽ prędictus dominus

vicarius præcipit per me notarium fieri publicum instrumentum &c.

SVMMAE.

1 *Super exceptione incompetentiæ debet ferri sententia declaratoria.*
2 *Iudex de se loqui potest in plurali vel singulari numero.*
3 *Sententia quæ pronunciatur iudicē competentem esse, est interlocutoria: quæ incompetentē diffinitiua.*
4 *Iudex procedendo ad vlteriora cēsetur se cōpetentē tacitè pronūciare.*
5 *Cùm per statutum non potest appellari, poterit supplicari.*
6 *Iudex potest de incompetentia iudicare, nisi ob eius suspicionem proponatur.*
7 *Interlocutoriam suam iudex reuocare potest, etiam si fuerit appellatum ab ea, nisi cùm per eam in officio suo non remanet.*
8 *Interlocutoria reuocari potest ad instantiam partis infrà decem dies: ex officio iudicis vsque ad diffinitiuam.*
9 *Quilibet iudex suam interlocutoriā reuocare potest, sed semel tantùm.*
10 *Interlocutoria quæ executionem fortita est reuocari non potest, nisi duobus casibus.*
11 *Iudex inuitis partibus interlocutoriam suam reuocare non potest, nisi ipse ea grauetur: ignorantibus potest, si causæ cognitio non requiratur.*
12 *Etiam volentibus partibus interlocutoriam suam reuocare iudex non cogitur.*
13 *Quilibet actus iudicis dicitur interlocutoria.*
14 *Præceptum impossibile de iure vel de facto est nullum ipso iure.*
15 *Iudex reuocando diffinitiuam, à qua appellatum est, potest etiam reuocare interlocutoriam à qua non est appellatum: secus si interlocutoria sit in appellatione confirmata.*
16 *Sententia liberatoria ab obseruatione inducis quandoque est diffinitiua, quandoque non.*

GLOSSA I.

NOs *Bernardinus vicarius.* 1 Quia † exceptio incōpetentię iudicis, quę opponēda est in exordio litis, impedire habet processum & ligare manus iudicis, necesse est quòd super ea iudex interloquatur, declarando an sit iudex competens vel non. vt notatur in l. exceptionē. C. de proba. & in l. fi. C. de excep. & in cap. inter monasterium. ext. de re iudi. & l. sed & si susceperit. in prin. D. de iudic. & l. fi. C. si à non compe. iudi. 2 Et † licèt communiter soleant iudices in proferendis eorū sententiis loqui in plurali sidem tamen est si in singulari de se ipso loquatur iudex, dicēdo, Ego Bernardinus. &c. vt habetur in c. pen. ext. de re iudic. lib. vi.

3 Consueuit † autem dubitari an talis sentēria super hac exceptione lata sit diffinitiua vel interlocutoria? Breuiter dic, secundùm Doctores, quòd aut iudex pronunciat se iudicem competentem, (vt hic fuit) & tunc est interlocutoria: aut pronūciat se iudicē incōpetentē, & tūc est diffinitiua. & hoc casu procedit Glossa posita in Auth. Habita. C. ne fil. pro pa. ratio est, quia hoc vltimo casu nulla alia speratur diffinitiua. Sicque patet quòd in hoc habet locum regula illa qua dicitur, Quòd illa dicitur interlocutoria postquam speratur sequi diffinitiua. quæ hîc non speratur, ideo ipsa diffinitiua dicetur. nam licèt non

diffinit

diffiniat negotium principale, diffinit tamen ex toto iudicium. & vide quod notat Bart. in l. quod iussit D. de re iudic.

4 Quid † autem dices si iudex super hoc non pronunciat expresse, sed procedit vltra in causa, non obstante exceptione, an valebunt acta per eum in causa? Videtur quòd non per l. fi. C. de excep. cum similibus suprà allegatis. In contrarium dicunt Doctores, quia procedendo videtur tacitè se iudicem cõpetentem pronunciare. vt notatur per Bart. in l. i. C. de ordi. iudic. & est textus cum Glossa. in c. si à iudice. ext. de appel. lib. VI. & in c. ex parte M. ext. de appel. Debet ergo pars quæ ex tali processu sentit se grauari appellare. vt in iuribus prædictis. & in c. cordi. ext. de appel.

5 Sed † quæret aliquis, qualiter cõsuletur ei qui prohibetur appellare ante diffinitiuam sententiam, à quocunque articulo incidenti vel emergenti, per formam statutorum vel decretorum, si iudex in causa de facto procedat, vt dictum est? Respondeo, per viam supplicationis ad superiorem. arg. in authent. quæ publicatio. & l. si quis aduersus. C. de precib. imper. offer.

6 Item † quæritur, an regulariter iudex coram quo opponitur exceptio iudicis incompetentis, possit ipse de hoc cognoscere & pronunciare? Dic breuiter, aut opponitur exceptio suspicionis, & tunc arbitri super hoc eliguntur qui de hoc cognoscunt & non iudex. vt in l. aperti ssimi. & ibi notatis. C. de iudic. & in c. suspicionis. de officio deleg. cum similibus ibi notatis. Aut opponitur exceptio iudicis incompetentis. & tunc distingue, vt plenè notaui suprà, circa formã qua opponitur contra iudicem incompetentem. & per Bart. in l. quidam consulebant. D. de re iudic.

7 Vlterius † quæritur, quia regulariter quælibet interlocutoria potest per eundem iudicem reuocari (vt in l. quod iussit. D. de re iudic.) an hæc interlocutoria possit reuocari? Distingue, secundùm doctores: aut pronunciauit se iudicē incompetentem, & tunc cùm per hoc desinat iudex esse, non poterit amplius illam reuocare. & eodem modo si pronunciauit non esse procedendum super libello, vel absoluit ab instantia iudicii secundùm Bart. arg. in c. iudices. in fi. ext. de offi. deleg. cum similibus. Aut ecõtra pronunciauit se iudicem competentem, & tunc quia in officio remansit, poterit illam reuocare. arg. in l. dicere. D. de arbit. & quod notatur per Bart. in d. l. quod iussit. & idem (secundùm eum) si interloquatur tutorem dari, vel decretum interponi ratione prædicta. In cæteris autem interlocutoriis voluerunt quidam dicere esse distinguendum an contineat aliquid dari vel fieri, vel decisionem alicuius articuli incidentis vel emergentis, & non poterit reuocari, alias secus. Veritas est (secundùm omnes doctores tam canonistas quàm legistas) quòd potest reuocari omni casu, si interueniat causæ cognitio, aliàs nõ. vt ibi notatur arg. in l. i. in fi. D. de præto. stip. & ibi notatis. Et sic nota vnum singulare, quòd etiam si ab interlocutoria fuerit appellatum, non sunt tamen ligatæ manus iudicis, quin possit causa cognita ipsam interlocutoriam reuocare. vt traditur in c. cum

ceſſante. ext. de appel. & ſequitur Inno. in c. quod ad conſultationem. ext. de re iudi.

8 Sed † an reuocari poſſit quocunque tempore, ante diffinitiuam ſententiam? opiniones ſunt variæ. tamen ſecundùm doctores & Bart. in d. l. quòd iuſsit. diſtingue: aut iudex vult reuocare ad inſtantiam partis. & tunc infrà x. dies poteſt, poſtea non. arg. in authen. Hodie. C. de appel. aut vult reuocare ex ſuo officio. & tunc poteſt vſque ad ſententiam diffinitiuam: poſtea non, quia functus eſt officio ſuo. vt l. iudex. D. de re iudic. Quam opinionem ſequuntur doctores in d. c. cum ceſſante. cum ſimilibus.

9 Sed † an quilibet iudex ſuam poſsit interlocutoriam reuocare? Dic quòd ſic, ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus, ſiue arbiter. quod maius eſt. vt l. diem proferre. D. de arbit. & notatur per Gloſſam in d. l. quod iuſsit. & hoc ſemel tantùm, & non ſepius, ſecundū Dyn. & Bar. argumento C. ne liceat tertiò prouo. l. 1. & l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. D. de leg. 3. & l. 1. §. ſi quis. D. vt leg. nom. cau.

10 Quid † autem ſi interlocutoria habuit executionem, an poterit reuocari? Dic quòd non, ſecundùm Bar. & doctores, niſi in duobus caſibus. Primus, ſi fiat cum pleniſſima cauſæ cognitione. Secundus, ſi vtraque pars conſentiat. vt habetur & notatur per Gloſſam in l. 1. in fin. de præro. ſtipu.

11 Sed † nunquid inuitis partibus poſſet iudex ſuam interlocutoriam reuocare? Diſtingue breuiter, quædam eſt interlocutoria quę reſpicit perſonam ipſius iudicis & eum grauat, & tunc poteſt eam reuocare. argumento d. l. quod iuſsit. quædam eſt interlocutoria quæ grauat ipſam ſolam partem, & tunc non poteſt reuocare. argumento in d. l. 1. in fin. & quod ibi notatur. D. de præto. ſtip. Illud autē nota quòd abſentibus partibus & ignorantibus poterit iudex interlocutoriam reuocare, ſi in ea nō requiritur cauſæ cognitio, aliàs ſecus, ſecundùm Bartolum in d. l. 1. in fin. D. de præto. ſtip. iuncta l. ſed ſi interpellatus. D. de iudi. & l. diem proferre. in prin. D. de arbit.

12 An † autē volentibus partibus cogatur iudex eius interlocutoriam reuocare? Dicendum eſt q̄ non regulariter. vt l. non quicquid. D. de iudic. & l. 2. C. quomodo & quando iudex. ſi tamen eſſet ab ea prouocatum, poſſet iudex appellationis eam reuocare. vt d. c. cordi. de appella. & in c. fin. ext. de iureiurando. lib. VI.

13 Diceret † aliquis, quæ appellatur ſententia interlocutoria? Reſpondetur, quòd quilibet actus iudicis qui fit in lite dici poteſt interlocutoria. vt eſt citatio partis, vel quodcunque præceptum iudicis. vt d. l. quod iuſsit. & l. fin. C. de requir. re. Idem in aſsignatione termini. vt l. ſiue pars. C. de dilation. & d. l. diem proferre. 14 Scias † tamē quod præceptum impoſsibile de iure vel de facto, vel turpe, nullum eſt ipſo iure. vt l. fin. D. quæ ſenten. ſine appellat. reſcin.

15 Ruſū † quęritur, ecce quòd iudex non reuocauit interlocutoriam, nec pars ab ea appellauit, deinde iudex tulit ſententiam contra eandem partem, diffinitiuam, à qua appellauit, quæritur an iudex ipſius appellationis, ſicut poteſt reuocare ſenten-

sententiam diffinitiuam, ita possit reformare interlocutoriam antedictam? Die breuiter, quòd licèt olim super hoc fuerint opiniones variæ inter doctores, hodie tamen[de]terminatum est quòd sic possit. vt in c. fi. ext. de appella. lib. vi. Si autem à dicta interlocutoria fuisset debitè prouocatum, & succubuisset in ea, non posset iudex prædictæ causæ principalis de viribus dictæ interlocutoriæ vlterius cognoscere, vt hodie determinatum est in clem. fin. ext. de appella. Et ex hoc habes tu procurator multùm notare, quòd si ex forma statutorum non potest ab interlocutoria appellari, poterit hoc grauamen per appellationem à diffinitiua reparari. quod tene menti.

16 Vltimo † quæritur quid de sententia lata ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria vel diffinitiua? Et glossa in l. Titia. D. de accusa. dicit quòd sit interlocutoria, & per hoc non posse ab ea appellari. Sed Bar. ibi dicit quòd siue sit interlocutoria siue sit diffinitiua potest appellari. An autem sit potius diffinitiua quàm interlocutoria, distingue an per eam imponatur finis soli instantiæ, & tunc est interlocutoria: an imponatur principali causæ, (verbi gratia absoluit ab instantia, quia non possidet, vel quia sine actione expertus est, & similia) & tunc est diffinitiua. vt Insti. de offi. iudi. in fi. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Sententia redigi debet in scriptis.*

GLOSSA II.

IN *his scriptis.* 1 Quæritur † an scriptura sit necessaria? Doctores iuris ciuilis tenent quòd non, licèt apud acta per notarium debeat in scriptis redigi. vt notat idem Bar. in d. l. Titia, & per Glossam in cap. quoniam contra falsam. ext. de probatio. pro quo facit. l. fi. C. de priuileg. schola. lib. xi. Sed canonistæ tenent quòd ferenda sit in scriptis, & appellandum in scriptis. vt ext. de appell. in cap. vt debitus. & cap. cordi. eo. tit.

FORMA INterlocutoriæ super legitimatione personarum.

TITVLVS XVIII.

NOS BERNARDINVS Vicarius antedict⁹, priùs per nos visis instrumẽtis procuræ & tutelæ, coram nobis pro parte dicti Simonini, dicto nomine productis, & alio instrumento curę per partem aduersam producto, in causa & quæstione simul interdictas partes vertente. Visis denique ac diligenter inspectis certis exceptionibus, contra dicta iura & instrumenta hincinde factis & propositis, cupientes huiusmodi cauillationibus & exceptionibus finem imponere, ne principalis cau

ſę proceſſus vlterius dilatetur.

I In his ſcriptis omni iure, modo, via, & forma quibus melius poſſumus interloquendo pronunciamus & declaramus, præfatum Simoninum fuiſſe & eſſe in dicta cauſa legitimum procuratorem & ſyndicum, & habere ſufficiens & idoneum mandatum ad præſentem cauſam, proſequendam, & ad omnia alia & ſingula in dicto inſtrumento procuræ contenta.

II Et amplius declaramus præfatũ Ioannem legitimum procuratorem eſſe & tutorem P. & A. ſuperiùs nominatorum, ac potuiſſe & poſſe cauſam dictorum minorum agere & defendere, aliquibus in contrarium oppoſitis non obſtantibus.

III Ratificantes ex nunc omnia & ſingula per eos geſta & gerenda in preſenti cauſa. &c.

SVMMAR.

1 *Legitimam perſonam habere, eſt de ſubſtantia iudicij: ideóque ſi de eo opponatur, iudex ſuper eo pronunciare debet.*

2 *Exceptio hæc, legitimam perſonam nõ eſſe, debet opponi in exordio litis.*

3 *Sententia ſuper legitimatione perſonæ quandoque eſt interlocutoria quandoque diffinitiua.*

4 *Sententia iudicis non poteſt facere legitimum procuratorem vel ſyndicum: ſed tutorem vel curatorem poteſt.*

GLOSSA I.

NOs *Bernardinus Vican⁹*. 1 Hęc† eſt alia interlocutoria quæ ferenda eſt de neceſſitate ſuper legitimatione perſonarum, ne iudicium fiat eluſorium, cùm in eis ſubſtantietur iudicium. ſicque ante omnia de perſonis eſt quærendum. vt in l. ſi quæramus. D. de teſtam. & cùm ſint exceptiones incidentes, quæ perſonas reſpiciunt, ideo ſuper eis eſt pronunciandum. vt notatur per Gl. in l. quod iuſſit. D. de re iudic. & l. t. & l. fi. C. de ord. iudic. & ibi per Doctores.

2 Sed † quando debet hæc exceptio opponi? Dic quòd in exordio litis. vt in l. licèt. & l. ita demum. C. de procu.

3 Rurſum † quæritur an ab hac interlocutoria de iure ciuili poſſit appellari? Vbi ſic diſtingue, aut pronũciatur per iudicẽ negatiuè, videlicet illũ non eſſe procuratorẽ vel tutorem, aut pronũciatur affirmatiuè, videlicet illum eſſe procuratorẽ vel tutorẽ. Primo caſu poteſt appellari: quia contra hunc vel ꝓ eo nulla de cętero ſperatur ferri diffinitiua ſententia ſuper principali cauſa. & per conſequens cùm hoc grauamen, per quod repulſus eſt à proſecutione litis, nõ ſit reparabile per ſententiam diffinitiuam põt appellari iuxta notata per glo. & Bar. in l. 2. D. appellat. recu. vel non. 4 Secundo † caſu. ſub diſtingue. aut eſt pronunciatũ quem eſſe procuratorem vel ſyndicum: & tunc aduerſarius eius põt appellare, quia ſi apparet veritate inſpecta eũ nõ eſſe procuratorẽ vel ſyndicum, talis interlocutoria non faceret ius con-

contra dominũ. quod est notandũ. Vnde acta & acta cũ eo non præiudi . Comuni vel Domino. per l. si non iuste. & ibi not. D.de colluf. dereg. & determinatur per Cyn. in l. fallus procurator. in vlti.q.C.de furt. & in l.licèt. C. de proc. in 4.q. & sic grauamen non esset reparabile per diffinitiũ. Et prędicta intellige, nisi dominus sciuisset sententiam latam fuisse, & non appellasset, & causam suam agi per illũ assertum procuratorem passus fuisset quia tunc videtur tacitè approbare eius personam, & interlocutoriam super legitimatione personæ eius laram. argumento. l. ab eo iudicato. in fi. C. quomodo & quãdo iudex. & l. sępe. §. sed scientibus. D. de re iudica. & l. si procuratoris præsentis. D. de verb. os. cũ similibus ibi notatis. Tertio casu, quãdo pronunciatum est quem esse tutorẽ vel curatorẽ, & tunc aut iudex expressit se rarum habiturum quicqd cũ eo gestum sit: & tũc non potent aduersarius apppellare argumento. in l. i. §. idem scribit. ff. & cũ fal. tu. Aut iudex non expressit se ratum habiturum. & tunc poterit appellari, quia talis sententia non noceret pupillo vel minori. vt l. si tutor. C. in quibus causis in integ. restit. Et est ratio diuersitatis. quia iudex habet potestatem dandi tutorem vel curatorem. vt l. i. & per totum. D. de tuto. & cura. datis ab his. Sed non sic dandi procuratorem, vel syndicos. meritò ergo priori casu sententia non facit ius in secundo sic de quo etiam notat. Bart. in d. l. a. de appel. recip. &c.

SVMMAR.

1 *Procurator est primatorum, syndicus vniuersitatis.*

2 *In constitutione syndici singulos de collegio adesse non est necesse, nisi constituatur ad alienandum, vel collegium sit parum.*

3 *Constitutio syndici fieri debet in loco publico & honesto, omnibus de collegio simul collectis, præsentibus, eodem tempore.*

GLOSSA II.

Legitimam procuratorem & syndicum. Dicet hic aliquis, quæ est differentia inter procuratorem & syndicũ? 1 Dic ¶ breuiter ℣ procurator propriè est ille qui a persona singulari constituitur. vt l. i. in prin. §. vsus. cum similibus. D. de procu. Syndicus autem est ille qui est constitutus ab vniuersitate vel collegio. vt l. i. §. quibus. D. ℣ cuiusque vniuer. & in c. i. ext. de syndico. Sunt etiam aliæ differentię, de quibus notat. Glossa in d. §. quibus. & l. item eorum. in §. actor. ff. eo. ti.

2 Sed ¶ circa hoc quæritur in constitutione syndici, an singulorum constituentium nomina sint in instrumento syndicatus inserendæ quidam dicunt ℣ sic argumẽto. in l. 3. C. de vendit. re. ad ciui. lib. xi. & C. de prædi. curi. sine decre. non alie. l. fi. lib. x. & ff. de albo scrib. l. 2. Alij dicunt non esse necesse hoc facere, sed sufficere ℣ conuocetur sono campanę consilium villę vel ciuitatis: & in de notarius dicat ℣ consilium ciuitatis conuocatum constituit talem syndicum. argumento in c. de causis. extr. de elect. Primam opinionem videtur sequi. Gloss. in capitulo fin. extra de procuratoribus. & Specu. in titu. de syndic. §. primo, versi. item opponitur quòd nomina. Bartolus autem in lege prima. D. de albo scrib. distinguit sic. aut fit seu constituitur syndicus ad vendendum seu ad alienandum: & tunc debent

ſingulorum conſtituentium nomina ſingulariter deſcribi ſic intelligatur.l.h.C.de vend.re.ad ciu.lib. x1. & in Authen.Hoc ius porrectum.C. de ſacroſanc. eccle. & in corpore vnde ſumitur. Quandoque conſtituitur ſyndicus ad aliud negocium explicandum, & tunc aut collegium eſt magnum (putà ciuitatis vel magnę terræ) & tunc non eſt neceſſe ſingulorum nomina in inſtrumento deſcribere, ſed ſufficit quòd notarius dicat omnes de conſilio vel maiorem partem interfuiſſe & conſtituiſſe. argument.in l. quod maior. D.ad municipa. & ſic ſtabitur inſtrumento.argumen.in l.t. & in l. optimam. in fine. C. de contrahen. & commit. ſtipula. & l. cùm res. & l. cum precibus. C. de proba. & in l. ſciendum. cum ibi notatis. D. de verbo.oblig. Aut collegium eſt paruum,(putà canonicorum vel monachorum) & tunc ſcribenda ſunt ſingulorum nomina. argument. l. fin. C. de lega. lib. x.quod nota, tu notarie.

3 Amplius † quæritur in quo loco conuocandi ſunt quando conſtituitur ſyndicus? Dic ſecundùm Doctores,quòd in loco publico vbi ius redditur,vel conſilia villæ fieri conſueuerunt: non autem in domo alicuius priuatim,nec in via,vel in furno, vel ſub vlmo & ſimul collectis, non diuiſim vel ſeparatim, ac eodem tẽpore,non diuerſis,& omnibus ſimul præſentibus.vt habetur.C. de decurionibus. & filiis eorum.l.2.l.b x.& C.de lega.l. antepenul.lib. x1.C. de prædi.curi.ſine decre.non alie.l. fin. C.de vendit. re. ciui.l. 111. & quod habetur in d.c.1. de ſyndi. Sequitur in litera.

GLOSSA III.

IN his ſcriptis. Licèt conſulè faciat iudex in ſcriptis pronuncian do,non eſt tamen de neceſſitate. vt in proximo titulo dictum eſt.

SVMMAE.

1 *Differentia inter tutorem & curatorem.*

2 *Curator datur puberi,furioſo, mentecapto,prodigo,liti, bonis vacantibus,ventri.&c.*

GLOSSA IIII.

Egitimum tutorem & curatorem. Quæruntur † iuuenes ſcholares quæ ſit differentia inter tutoré & curatorem? ſuper quo ſic poteſt reſponderi quòd tutor datur pupillo. vt inſti. de tutel. in prin. & D.de tutel. l. 1.cum ſimilibus. Curator autem datur puberi. vt inſti. de curato. §. 1.

2 Vbi † aduertendum quòd curator conſtituitur à diuerſis perſonis, & diuerſis de cauſis. Quandoque enim conſtituitur curator minori xxv. annis, puberi tamen, de quo loquitur inſti. de curat. in prin. Quandoque conſtituitur furioſo, & mentecapto,& prodigo.de quo traditur D. & C.de cur. fur. per totũ. & l.ſi is cui bonis. D.de verb.oblig. Quandoque conſtituitur liti vel cauſæ tantùm. vt inſti. de cura.§. item inunti. & C. de in litem dan. tu. vel. eu. l. 1. & per totum. Quandoque datur curator bonis vacantibus & indefenſis. de quo habetur in l.1. & per totum. D. de cura. bo. dan. Quandoque datur curator ventri. Interdum datur aliis ex cauſis. vt notatur in rubrica D.de curat. bon. dan. &c.

GLOSSA V.

Ratiſ-

Renuntiantes ex nunc. Ista verba cum ministerio apponuntur, propter ea quæ dicta sunt supra. Sequitur in litera.

SVMMA.

Clausula, Non obstantibus in contrarium oppositis, opposita ex sententia, parit exceptionem rei iudicatæ contra omnes exceptiones propositas.

GLOSSA V.

Non obstantibus I Per † hanc clausulam intelligitur reiicere omnes exceptiones, sicque super eis vlterius non daretur auditus, obstare exceptioni rei iudicatæ, argumento in l. sin autem. §. item si quocunque modo. cum similibus ibi notatis per glo. D. de nego. gest. & in l. quòd in diem. §. si rationem. D. de compens. & idem notatur in l. fi. C. de compens. & quod notatur per Bar. in l. ad reprimendã. in glo. super verſi. non obstantibus.

FORMA APPELlationis ab interlocutoria.

TITVLVS XIX.

CORAM vobis domino Vicario iudice (vt asseritur) delegato in causa & quęstione simul vertente inter Iohannem de oliariis ex vna parte, & Andrinum &c. ex parte alia, comparet & se præsentat prefatus Iohannes causa & occasione cuiusdam assertæ sententiæ interlocutoriæ per vos, vt dicitur, latæ, in & super causa & quæstione coram vobis inter ipsas partes pendente ac vertente. In qua quidem asserta sententia pronunciastis (vt dicitur) vos esse iudicem cõpetentem, prout latiùs in dicta asserta sententia contineri reperitur, ad quam habeatur relatio.

I Dicẽs & proponẽs Iohãnes prædictus ipsam assertam interlocutoriam sententiam, & omnia & singula in ea cõtenta, fuisse & esse nulla, nulliúsque valoris & momenti. Et inquantum fuit vel appareat aliqua (quod nõ credit) dicit & proponit ipsam fuisse & esse iniquam & iniustã, maximè causis & rationibus infrascriptis.

II Primò quia lata fuit ipso Iohãne absente & nõ citato.

III Item quia lata fuit sine scriptis.

IIII. Itẽ quia lata fuit à iudice incõpetẽti, de cuius delegatione nõ apparet. de qua etiam si appareret, delegatio tamẽ nulla fuit, cũ ipse assertus delegãs non sit iudex cõpetẽs dictæ causæ: & ipse qui delegatus dicitur, incapax est talis iurisdictionis & delegationis.

V. Item quia asserta delegatio fuit obtenta ex falsis & mendaciosis ac dolosis suggestionibus partis aduersæ.

VI. Item quia ipsa asserta sententia lata fuit die feriata, & cõtra formam iuris & statutorum Communis ciuitatis Papiæ, & ex aliis rationibus & causis loco suo & tempore proponendis.

VII. Et pro tanto ab ipsa tali interlocutoria sententia tãquam nulla, nulliúsque valoris, tanquam iniqua & iniusta in his scriptis prouocat & appellat ad dominum Potestatem Papiæ, & ad quemcunque iudicem competentem, ad quem de iure præsẽs nullitas & appellatio deuoluatur.

VIII. Petẽs & iterum petens instanter instantissimẽque apostolos & litteras dimissorias sibi dari, cum quibus se præsentare possit coram iudice competenti. Protestans quòd per eum non remanet nec remanebit quominus dictas literas & apostolos recipiat &c.

GLOSSA I.

Coram vobis. Aduertandũ circa hanc formã appellationis, quæ differt ab alia quæ interponitur à sententia diffinitiua, vt infra dicetur.

SVMMA.

1 *Delegatus quis non creditur esse, nisi constet de delegatione.*

GLOSSA II.

Vt asserituꝝ delegato. 1 Debet † enim constare de delegatione: alias non creditur alicui qui se dicat delegatum. vt traditur & notatur per Innocentium in c. cùm in iure peritus. ext. de offic. delega. & in c. quoniam contra falsam. ext. de probat. &c.

GLOSSA III.

Sententia interlocutoria. Quæ dicatur sententia interlocutoria dictum est. §. xi. 2.

SVMMA.

1 *Remedium nullitatis non deficit, licèt appellationis deficiat.*

GLOSSA IIII.

Visso & esse nullam. Hic est notãdum vnum ad quod patum aduertunt tam aduocati quàm procuratores, quòd licèt regulariter de iure ciuili non possit ab interlocutoria appellari (vt infra dicetur) ramen regulariter non potest huiusmodi interlocutoria nulla dici. Nã lex prohibitoria appellationis non est trahenda seu extendẽda ad causam nullitatis. vt l. si verò. §. de viro D. solu. ma. & in c. is qui in eccleſia. de sen. excom. lib. vi. Nulla enim lege reperitur nullitas esse prohibita. ergo remanet concessa. argumento. in l. nulla lege. C. de iure do. & in l. cùm prætor. D. de iudic. & l. necnon. §. quod eis. D. ex qui. cau. ma. cum similibus ibi notatis. Separata enim sunt nullitas & appellatio vt l. si expressim cum sua materia. D. de appel. Non igitur de vno ad aliud erit recta illatio. vt L. Papinianus exuli. D. de

D. de mino. & l. fi. C. de sen. & interlo. omni. iudi. licèt Innocẽtius videatur disputando aliter sentire. in c. dilecto. ext. de appel. cuius opinio non probatur legibus.

SVMMAR.

1 *Causæ appellationis sunt exprimendæ ab interlocutoria: non à definitiua.*
2 *Appellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex causis non expressis.*
3 *Iudex ex officio reuocare potest interlocutoriam à qua est appellatũ.*
4 *Ab interlocutoria appellari potest in scriptis & oretenus.*
5 *Effectus appellationis ab interlocutoria est, vt vltra non procedatur in causa: vel si procedatur, vt postea acta reuocentur, si iuste appellatum sit.*
6 *Cum pronunciatur ab interlocutoria iuste appellatum, causa deuoluitur ad superiorem.*
7 *Prosequens causam principalem videtur appellationi ab interlocutoria renunciare.*

GLOSSA V.

Causis & rationibus infra scriptis &c. 1 Notanter † in hac appellatione nullitatis exprimuntur causæ, quia eis non expressis & specificatis appellatio redderetur inutilis. vt habetur in c. vt debitus ext. de appella. & in c. 1. ext. eodem tit. lib. vi. & notatur per glo. in l. 3. in fi. cum l. seq. & ibi per Bartolum D. de appel. Nec sufficeret generaliter vel obscurè illas proponere, sed expressè & specialiter sunt nominandæ. vt in clem. appellanti ext. de appella. & ibi doctores. & tãgitur per Baldum in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Et prædicta vera sunt in appellatione interposita à grauamine iudiciali. in extrà iudiciali verò non est necessaria causæ expressio. vt notatur per Innocentium in c. consulunt. ext. de appella. & dicam infra. In appellatione autem quæ interponitur à sententia diffinitiua, non est necessarium causas exprimere. vt notatur in d. l. 3. in fi. & aliis iuribus prælegatis. Et quæ sit ratio differentiæ potest dici, quòd ideo in appellatione ab interlocutoria inferenda est causa, vt compescatur temeritas volentium causæ principalis impedire processum. vt in d. c. vt debitus. quæ ratio cessat in appellatione diffinitiua. ♣ Sed † an ex aliis causis non expressis possit iustificari ipsa appellatio? Dic quòd non. vt in d. clemen. appellanti. & no. per Bar. in l. intra vtile in prin. &. l. ait prætor. in § permittitur. D de mino.

3 Sed † an interposita & pendente ipsa appellatione possit iudex ex suo officio suam interlocutoriã reuocare? Dic quòd sic. vt in c. cum cessante. ext. de appel. & notat Innocentius in c. quòd ad consultationem ext. de re iud.

4 Inde † quæritur an in scriptis vel sine scriptis possit ab interlocutoria appellari in casibus à iure permissis? Dicunt Doctores ♥ de iure ciuili potest appellari quouis modo. quia eo iure sententia interlocutoria potest ferri sine scriptis. vt notatur per gl. & Bart. in d. l. 1. in fi. de appella. & in l. 2. D. de appel. reci. Sed de iure canonico solũ in scriptis est prouocãdum. vt in c. cordi. ext. de appel. lib. 6. Pro qua opinione facit textus in l. fi. C. de priuil. schol. lib. 12. Sed in Mõte ferrato

consuetudo est quòd oretenus sufficit appellare, quæ seruãda est, quia conformis iuri ciuili. vt in lege diuturna. & in lege de quibus. D. de legibus.

5 Rursum † quæritur qualis sit effectus huius appellationis ab interlocutoria? Dic quòd duplex. primò quia si iudex sponte defert ipsi appellationi, dando parti apostolos dimissorios, tunc videtur à se abdicare iurisdictionem, & per hoc ligatæ sunt sibi manus ne possit vltra procedere. vt d.l. intra vtile. & ibi notatis pro Bar. D. de mino. & facit textus in c. cum appellationibus. in fi. ext. de appella. lib. v 1. & per Archidi. in c. dilectus. §. præterea. ext. de appella. aut non defert appellationi, quia dat parti apostolos refutatorios, & tunc potest vltra in causa procedere. Attamen iudex appellationis, si reperiret iustè appellatum, reuocabit omnia actitata medio tempore. vt in c. non solum. ext. de appella. lib. v 1. & in d. c. cum in appellationibus. & nedum reuocabit acta, sed etiam diffinitiuam sententiam, si ad illam ferendam processisset. vt habetur in clemen. 1. ext. de dolo & contu. Sed in appellatione à diffinitiua non fit illa distinctio, sed disponitur simpliciter quòd siue ei deferat siue non, vltra iudex non potest procedere. vt l. sciendum. D. de appella. & D. nil no. appel. pen. l. 1. & notatur per Bar. in l. eius qui. D. de appel. quia functus est officio suo. vt in l. iudex. D. de re iudi.

6 Secundus † est effectus, quia si pronunciatur bene appellatum ab interlocutoria, tota principalis causa deuoluitur ad superiorem, videlicet ad eum ad quem fuit pro grauamine appellatum. vt in c. vt debitus. in fi. ext. de appell. & in c. cordi. ext. eodem lib. v 1. & per notata per Cynum in l. per hãc. C. de tempo. appel. & Bartolum in d. l. eius qui. Et huius potest esse ratio, quia iudicis principalis causæ detecta est iniquitas & suspicio, cùm semel fuerit malus iniustè aggrauando. ideóque præsumitur in futurum peior. vt l. Cassius D. de senato. & in l. si cui. §. hisdem. D. de accusa. Et eodem modo deuoluitur si iudex sponte deferat appellationi ab interlocutoria, vt dictum est.

7 Quid † si appellans ab interlocutoria prosequitur causam coram ipso iudice à quo appellauit, an videatur appellationi renunciare? Distingue. aut prosequitur simpliciter causã sui grauaminis, probando de suo grauamine: & tunc non videtur appellationi renunciare. aut prosequitur causam principalem: & tunc videtur appellationi renunciare. & ita determinat glossa Iohannis Andreæ in c. si à iudice. ext. de appella. lib. v 1. Facit c. relatum. ext. de offi. deleg. & in c. cùm venissent. ext. de testibus. Sit ergo cautus appellans, ne post appellationem coram ipso iudice vlterius compareat &c.

SVMMA.

1 *Citari debet pars, cùm requiritur causæ cognitio.*

GLOSSA VI.

PRimò *quia lata fuit ipso Iohanne absente.* 1 An † autem causa sufficiens? distingue. aut erat talis interlocutoria quæ non requirit causæ cognitionem: & tunc non est necessaria citatio. argumento

in

Lin eam.§. causa cognita. & quod ibi notatur. D. de minor. & l. nam ita diuus. D. de adopt. aut est talis quæ requirit causæ cognitionem: & tũc est necessaria citatio. l. de vnq quoque. D. de re iudic. & in c. caueant. cum seq. 3. quæ. 9.

GLOSSA VII.

Item quòd lata fuit sine scriptis. Ista causa de iure canonico est iusta, sed de iure ciuili vel consuetudinario forsasse non est iusta, vt suprà dictum est.

SVMMA.

1 *Iudex competens est ordinarius, vel is de cuius commissione constat.*

GLOSSA VIII.

A iudice incompetente. Ista est causa iustissima. vt C. si à non compe. iudi. per totum. 1 Nec † præsumitur index competens, nisi sit ordinarius partium, vel de commissione seu delegatione constet per literas. vt probatur in c. cùm in iure per tot. & ibi per Innocentiũ. ext. de offi. deleg. & in lege 1. C. de manda. prin.

SVMMA.

1 *Causa cur quis non possit delegare aliam iuditem.*

GLOSSA IX.

Cùm ipse offerat. Ista causa est bona, quia nemo plus iuris in alium trãsfert, &c. vt l. nemo plus. D. de reg. iur. 1 Quòd † autem quis non possit delegare, potest cõtingere variis modis. vel quia non est de iurisdictione sua. vt l. fi. D. de iurisdi. omn. iudic. & quod notatur in l. si quis ex aliena. D. de iudic. vel quia est priuata persona. vt l. priuatorum. C. de iurisdicti. om. iudi. Vel quia est excommunicatus. vt notatur per glo. & doct. in l. 1. C. de iuris & fac. ignoran. vel alijs modis de quibus infrà.

SVMMA.

1 *Iudex incapax, lege, natura, moribus.*

GLOSSA X.

Incapax est. 1 Sciendum est † quòd iudex redditur incapax delegationis & iurisdictionis multipliciter. videlicet lege natura, & moribus. lege quidem. vt infames. vt C. de dignit. l. 2. lib. 12. & excommunicati. vt notatur per glo. in d. l. 1. C. de iur. & fac. ignor. Natura verò, vt mutus, cæcus, furiosus, & impubes. Moribus autem, vt fœminæ, & serui. Et hæc omnia habẽtur in l. cùm prætor. in fi. & l. cæcus. & ibi notata. D. de iudic.

SVMMA.

1 *Commissio obtenta dolo impetrantis nullius est effectus: secus si sit obtenta per imperitiam.*

GLOSSA XI.

Ex falsis suggestionibus. Aduerte circa hoc. 1 Nam † solet distingui, aut delegatio vel commissio fuit obtenta dolo & malitia impetrantis, & nulla redditur delegatio, ipso iure, & caret omni commodo literarum: aut est obtenta per imperitiam vel ignorantiam, & tunc valet delegatio. veruntamen iudex non secundùm formam literarum, sed secundùm veritatem, debet de causa cognoscere. vt hęc probãtur in c. super literis. ext. de rescr.

& plenè notatur in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub.

SVMMA.

2 *Sententia lata die feriata nulla est.*

GLOSSA XII.

Die *feriata.* 1 Et † hæc similiter est sufficiens causa, nec ibi appellandi fiat nullam dicendi, quia tempore feriarum debet quiescere iudex officium, siue sint feriæ messium, vel vindemiarum, vel repentinæ vel ob honorem Dei introductæ. vt habetur in l. dies festos. & l. omnes. C. de feriis. & l. 1. D. eo. nisi esset talis causa in qua posset procedi sine figura iudicij. vt in cle. sæpe. ext. de verb. sign. & per Bart. in l. ad reprimendum.

SVMMAE.

1 *Defectus formæ vitiat sententiam.*

2 *Sententia qua defertur appellationi, contra formam Statuti, nulla est etiãsi amba partes consentiãt.*

3 *Prohibitio appellationis ante diffinitiuam, non extenditur post eam.*

GLOSSA XIII.

Et *contra formam iuris & statutorum.* Hæc est optima causa: 1 quia † vbi sententia deficit in forma, redditur nulla. vt l. prolatam. C. de sen. & interlo. omn. iudi. & l. 1. & 2. C. de sen. ex peric. recit. quia forma dat esse rei. vt l. Iulianus. §. sed & si quis. D. ad exhib.

2 Hinc † autem insurgit dubium, quod plurimùm occurrit de facto. Ecce quòd statuto cauetur, quòd ab interlocutoria vel alio incidenti grauamine non possit appellari, querelari, nec de nullitate agi, ante sententiam diffinitiuam, alio etiam statuto cauetur, quòd lata duplici sententia diffinitiua super eadem causa, vlterius non liceat partibus appellare, nec nullam dicere, nec aliam querelam ponere. contingit quòd de facto ab interlocutoria pars appellauit, vel post latam sententiam binam diffinitiuam altera pars appellauit. iudex autem appellationis, visis exceptionibus propositis, pronunciauit appellationi esse deferendum. quæritur an hæc sententia valeat? Videtur quòd sic. quia iudex cùm iniquè decernit, in partis præiudicium ius facere dicitur, & sententia tenet. vt lege fin. D. de iusti. & iure. & habetur & notatur per glossam & textum in lege prima, §. in hoc interdicto. D. de liber. exhib. & lege 1. in princ. D. ad Turpillianum. & l. si seruus plurium. §. primo, versic. si tamen. D. de legat. 1. Tu autem contra, dic quia peccatum est facere contra prohibitionem legis. ergo actus nullus. vt lege non dubium. C. de legibus. & l. cùm lex. D. de fideiusso. & lege oratio. D. de sponsa. l. cum similibus. & quia commissio & rescriptum super tali appellatione prolatum, obtentum, & impetratum nullius est momenti, sicque reperitur sententia à non suo iudice lata. argumẽto eius quod dicitur, Cuius prohibetur petitio eius non tenetur facta concessio. vt l. fin. in fi. C. si nup. ex rescrip. pe. deinde quia reperitur lata cõtra priorem sententiam, quæ virtute statuti in rem transiuit iudicatam. ergo nulla. vt l. 1. C. quando prouo. non est necess. & l. post sententiam. C. de sen. & interlo. omn. iudi. & l. 1. C. sen. rescin. nõ posse. & quod amplius est, adeò nulla redditur, quòd si etiã de ambarũ partiũ consensu fuerit lata, non

non teneret. vt est textus in clem.fi appellationis.ext.de appel.& ibi per Gloſſam.& notatur etiam per Glo. in l.ſi diuerſa.C.de tranſac.Nec obſtat cõtrarium ſuperius allegatum, quod procedit ante latam ſententiam quæ nondum tranſiuit in rem iudicatam.quod nota.

3. Sed† quid ſi ſtatuto cauetur, quòd ante diffinitiuam ſententiam non poſſit appellari ab aliquo grauamine. & poſt latam ſententiam iudex grauet partem in aliquo, an poterit appellare? Die quòd ſic.nam prohibitum vno tempore videtur conceſſum alio tempore. vt l.ſi ita quis.D.de vulga. & pup. & l. in hoc iudicio.§.ſin conueniat.D.commu. diui. facit l.cùm lex.D.de legib. Nã & hoc fieri contingit in grauamine illato circa executionem ſententiæ, & expẽſarum taxationem, vbi permiſſi eſt appellatio de iure ciuili, quæ prohibita eſt ante ſententiam. vt plenè notatur per Cynum in l.ab executione. C. quorum appel.non recc.& per Bartolum in l.ab executione.D.de appel.& per Innocentiũ in c.ſuper eo.ex.quòd metus cauſa.

SVMMAE.

1 *Bonum eſt appellare à ſententia.non ſolum quia ſit iniqua, ſed & quia nulla.*

2 *De iure canonico licet appellare à quocunque grauamine quandocunque. at de iure ciuili non licet ante diffinitiuam.*

3 *Appellari poteſt ab actu extraiudiciali, qui ſit per modum inrisdictionis: non ſi fiat ad finiendam controuerſiam.*

4 *A ſententia arbitratoris appellari poſſe, ex Bartoli ſententia.*

5 *In quibus caſibus extraiudicialibus implorari poteſt officium iudicis, appellari poteſt: ſed impropriè.*

6 *In appellatione ab actu extraiudiciali non eſt neceſſe exprimere eam ſam grauaminis.*

7 *Ab interlocutoria non poteſt appellari de iure ciuili, vt litigãtium effugia comprimantur, & quia grauamen in diffinitiua reparari poteſt.*

8 *Ab interlocutoria appellari poteſt, cùm grauamẽ in diffinitiua amplius non poteſt reparari.*

9 *A ſententia momentanea poſſeſſionis appellari non poteſt, iure ciuili. ſaltem vt impediatur eius executio ſecundùm Bartolum.*

10 *Ius canonicum ſeruari debet in foro eccleſiaſtico, ius ciuile in alijs foris.*

11 *Quamuis certis caſibus appellare prohibitum ſit: licet tamen officium iudicis implorare.*

12 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio eſt diffinitiua, niſi in certis caſibus.*

13 *Iudex poteſt ſeparatim ſententiam ferre ſuper poſſeſſorio. licet cum ea cauſa proprietatis ſimul deducta ſit in iudicium.*

GLOSSA XIIII.

IN his ſcriptis pronocat & appellat &c. An autem ſit neceſſaria ſcriptura, dixi ſupra. 1 Sed† aduerte, quia hîc appellatur, ne dum ſententia ſit iniqua, ſed quia nulla. & in hoc eſt bona cautela. quia ſi fieret prouocatio ſimpliciter (vt eſt in communi ſtilo apud ignorantes) tunc ſi appellatio eſſet reprobata per aliquod ſtatutum, expiraret nullitas quæ veniret ad eam incidenter. vt notatur per Gloſſ. C.quando prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. quia ſublato principali tollitur acceſſorium, vt lege cùm principalis.

D.de reg. iur.de quo dicam infra in tit.de appellationibus quæ interponuntur à diffinitiua.

2 Sciendum† est autē pro pleniori doctrina, quòd de iure canonico potest à quocunque grauamine ante sententiam diffinitiuam illatam,vel post diffinitiuam, appellari.vt in c. cordi. & in d.c.vt debitus. de appell. cum similibus.sed de iure ciuili regula est in contrarium, scilicet non posse appellari. vt in l. 2.D.de appell.reci.& l.ante sententiæ tempus. C.quorum appell. non reci.& in l. apertissimi. C. de iudic. quæ regula procedit in actibus iudicialibus.

In extraiudicialibus verò procedit eodem modo regula iuris canonici, vt liceat appellare. vt habetur & notatur in c.cùm sit Romana.§. si verò & c.bonæ.ext.de appel.& in c. 1.ext.eo.tit.lib.vi.Sed de iure ciuili est dubium. & videtur quòd possit appellari per l. si ad scribatum.& l.ciues & incolę C.de appel.In contrarium videtur per l.à sententia.§. iidem rescripserunt.D.de appel. 3 Sed† pro concordia sic distingue (secundùm Bart. vt per eum notatur in l.fi D. de appel.reci. vel non. & in l.1.§. solent. D. quando appel. sit.) Quidam sunt actus extraiudiciales, qui fiunt per modum cuiusdam iurisdictionis, vt electiones ad officia.& in istis potest appellari.vt in d.§.solent.& in d.l.si ad scribatū. cum similibus. Quidam sunt actus extraiudiciales, qui fiunt per modū cuiusdam iurisdictionis, à pluribus vt vniuersis, per modum etiam iurisdictionis. & idem quod supra.vt d.l.ciues.& l.si ad scribatum. & ext. de his quæ fiunt à ma.par.cap.c.1 & ibi notatis. Quidam sunt actus qui fiunt non per modum iurisdictionis, sed aliter, & spectant ad plures vt singulos, non vt vniuersos.& tūc aut actus illi finem imponunt liti vel controuersiæ,vt transactio, iusiurandum,& similia; & tunc nō potest appellari, propter consensum partium in hac re consentientium Sed alii qui ex his actibus lederentur bene possent appellare. vt d.l.à sententia.§. idem rescripserunt.Debet tamen in tali appellatione inseri causa legitima & prōbabilis.vt ibi probatur. 4 Et† per hoc dicit idem Bartolus vnum singulare, contra communem omnium practicam & opinionē. videlicet quòd cùm sententia arbitratoris assumpti sit quędā transactio, & litem finiat, quòd ex ea grauatus, (vt contra quem lata est sententia) poterit ex iusta causa ab ea appellare. in qua appellatione obseruari debēt tempora alterius appellationis. vt in clem.si appellanti. de appella.Licèt posset etiam petere reductionem ad arbitrium boni viri,in qua reductione non tenebitur obseruare tempora appellationis. sed illa de quibus notatur per eum in l. si societatem.in §.arbitrorum. D. pro socio. Quidam sunt actus qui non imponunt finem liti, & in his subdistinguitur:nam quādóque actus grauaminis est perfectus, quandoque solum cœptus, quandóque nec cœpeus nec perfectus, sed comminatus. Primo casu non reperitur iure ciuili cautum appellari posse, sed aliis remediis succurritur grauato. puta interdicto Vnde vi. vel quod vi aut clam, vel alia actione. Secundo casu idem. vt l.1 in prin. D de oper. no.nunci.

5 Tertio† casu dic (secundùm eum)

rum) posse appellari in omnibus casibus, in quibus iudicis officium posset super hoc imporari. quæ appellatio est magis quædam inuocatio & submissio protectioni iudicis, qui propria appellatio. vt in d. c.bonæ. & l.de pupillo.§.fi quis ipsi prætori. D. de oper. no. nunci. Exépla patet.si timeam ne offendar in persona. vt in l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. confug. vel in rebus propriis. vt l.iii. C. qui bo. ced. pos.& idem in fi.die vt ibi.

6 An † autē in casibus in quibus licitē appellatur ab extraiudiciali grauamine sit causa in appellatione inferenda? Videtur quòd sic, exemplo eius quæ interponitur à grauamine iudiciali. Innocentius dicta quòd non. in c. consuluit. ext. de appella. de qua appellatione extraiudiciali notatur per Glossam.& habetur in c. consultationi. ext. de appel.lib.vi.

7 Restat † quærere quæ sit ratio regulæ iuris ciuilis, videlicet, quòd non possit ab interlocutoria appellari. Respondetur, vt supra dictum est, vt compescatur temeritas litigantium, satagentium impedire processum. Et insuper est alia ratio, quia grauamen tale est reparabile per sententiam diffinitiuam. vt notatur per Glossm in c.fi. ext. ex appel. lib.vi. & est textus in c. cum appellationibus. eod. tit. vnde super fluum est talibus deferre appellationibus.

8 Et ex † hoc infertur (secundùm Doctores & Bartolum, vt plenius per eū notatur in d.l. ii. D. de appella. recu.) quia si grauamen illatum non est reparabile per diffinitiuam sententiam, quòd tunc poterit appellari. Quod dictum sequitur Cynus in d.l. ante sententiæ tempus. 9 Ex † quo colliguntur quidam, quòd ratio quare de iure ciuili à sententia lata super possessorio non appellatur, est, quia tale grauamen est reparabile per sententiam ferendam super proprietate. vt plenè traditur in l.i. C. si de momen. pos. Ideóque si in iudicio proprietatis non esset succursum ibi condemnato posset appellari. exéplum in l.qui exceptionē. §. si pars. D. de condict. indeb. Et nota quòd d.l.i. C. si de mom. pos. locum habet in quocunque possessorio, siue retinendæ, siue recuperandæ, siue adipiscendæ possessionis. vt plenè notatur per Cynum & Bartolum in d.l.ii. De iure tamen canonico potest à quocunque possessorio appellari. vt notatur in c. cùm ad sedem. ext. de restit. spoli. & per Glossam in c.fi. de iudic. Aduertendum tamen quòd Bartolus in d.l.2. fuit in singulari opinione, dicens quòd facta executione sententiæ latæ in possessorio, admittitur appellatio, licèt non antè executionem admittatur, quod probatur per textum dict.l.i. dum dicit, *nihilominus sententia executatur effectum, &c.* quæ verba non excludunt appellationem, sed simpliciter disponunt executionem non impediri. Sed (salua eius pace) hæc opinio non est vera per textum d.l.i. ibi dum dicit, *vt integra omnis proprietatis causa seruetur, &c.* quæ verba apertè demonstrant solum reseruatum esse ius agendi super proprietate, non autem dicit de possessione: aliàs enim dixisset, *integra omnis causa possessionis seruetur.* & hoc similiter confirmat textus eiusdem leg. ibi sortiatur effectum &c. nam effectus sententiæ est, quādo sententia transit in rem iudica-

tam.argumento in l. ordo.in fi.& l. executionem.in fi. C.de execut.rei iudic. Et hanc opinionem tenent omnes. quam etiam confirmat Archidiacon⁹.2.q.6.c.si de possessione. vbi dicit per plures rationes, quòd de iure canonico non licet appellare à possessorio: licèt communis sit opinio quòd aliud sit de iure canonico & aliud de iure ciuili. 10 Sernabitur † ergo ius canonicum in foro suo, & ius ciuile in foro Cæsaris. iuxta notata in c. 1. ext. de noui ope.nuncia.

11 Sed † si de iure ciuili aliquo casu non possit de grauamine appellari, an poterit iudicis officium implorari? Videtur quòd sic pro arbitro. l. Arbitro. secundùm primam lecturam. & per ea quæ ibi notantur per Bart. D.qui satisdà.cogun.& facit argumentum.in lege si quis aduersarius. C. de precib. imper.offer.

12 Deinde † quæritur an sententia lata in possessorio sit diffinitiua vel interlocutoria? Dic quòd est diffinitiua. vt determinat Glossa in d.l.1.C.si de mort.pos. Vbi tamen in casibus à iure permissis ab ea appellatur, sapit in hoc naturam interlocutoriæ: quia necesse est in ipsa appellatione causam exprimere. vt notatur per Ioannem Andream in c. pastoralis.ext.de offic.dele.& notatur per doctores.in d.l.2.de appell. recip.vel non.

13 Amplius † quæritur,si possessorium habet annexam causam proprietatis, vel simul vtrunque tam possessorium quàm petitorium fuit intentatum, & iudex super possessorio tantùm pronũciauit, reseruato omni iure proprietatis vtrique parti in alio iudicio, an poterit à tali sententia appellari de iure ciuili? Videtur quòd sic, quia per eam læditur ius proprietatis, de quo simul cum possessorio debuit pronunciari. vt in c.cùm dilectus.ext.de causa possess.& proprieta. Tu autem dic quòd non, secundùm Cynum & alios. quia ex tali sententia ius integrum & illæsum remanet proprietatis. vt per eos notatur in l.1. C.si de mo.poss.& l.incerti. verbic.iuxta hæc quæro. C.de interdic.& l.si quis in tantam. circa finem. & l.moneraneç.C.vnde vi. Quod etiam confirmat Innocentius, dicens quòd licitum est iudici (maximè si non liquet plenè sibi de petitorio) separare vnum ab alio.& super quo velit pronunciare. vt per eum notatur in d.c.cùm dilectus. & Cynus idem in dict.l.incerti. Pro quo facit textus in c. significauerunt. ext. de testib. Alia sequentia declara, vt dicetur infra in titulo De appellatione quæ interponitur à sententia diffinitiua.

FORMA SENtentiæ diffinitiuæ.

TITVLVS XX.

NOs Bernardinus legum doctor, commissarius & delegatus causæ & quæstionis, tã diu vertentis inter Ioannem ex parte vna, & Andrinum ex parte alia, cuius quidem commissionis & delegationis tenor sequitur in hac forma.

L Viso

I. Viso etiam libello corá nobis producto in quæstione ante dicta, cuius libelli tenor sequitur &c. vilâque litis contestatione inde secuta necnon & visis ac diligẽter inspectis testibus & attestationibus, iuribus, & instrumentis, cęteriſque actitaris, productis, gestis, & factis, in ipsa causa per partes antedictas. auditisque pręterea ipsarum partium allegationibus sæpe, & sæpius, & super his omnibus habita diligenti & matura deliberatione, Christi nomine inuocato, & beatissimi Iacobi Apostoli, in his scriptis, sedentes pro tribunali, in loco quem pro nostro elegimus tribunali, ad hanc sententiã proferendam, dicimus, pronunciamus, & declaramus, in omnibus & per omnia, prout infrà.

II. Primò quidem pronũciamus & declaramus suprædictam peciam terræ, de qua in prædicto libello fit mentio, spectasse & pertinuisse, ac spectare & pertinere, pleno iure, præfato Andrino: & condemnamus dictum Ioannem, & Simoninum eius nomine, versus ipsum Andrinum, ad dimittendum ac relaxandum & restituendum dicto Andrino suprascriptã peciam terræ.

III. Item condemnamus dictum Ioannem & Simoninum ad dandum & soluendũ dicto Andrino pro fructibus & occasione fructuum per ipsum Ioannem perceptorum ex dicta pecia terræ, florenos c. infrà 15. dies proximè futuros.

IIII. Item absoluimus vtranque partem ab expensis præsentis litis, propter iustã causam litigandi.

SVMMAR.

1 *Iudex in iudicando semper ad veritatem & æquitatem debet aduertere, iurisque apices & subtilitates respuere.*
2 *Sententia diffinitiua quid sit.*
3 *Quibus mediis ad diffinitiuam peruenitur.*
4 *Quilibet habens iurisdictionem vel simplicem notionem potest sententiam diffinitiuam proferre.*
5 *Sententia diffinitiua vis tanta est vt de indebito faciat debitum.*
6 *Sententia diffinitiua impugnatur via nullitatis & iniquitatis.*
7 *Sententia est nulla* XXVI. *modis. num.* 8.9.10 11.12.14.15.16.17.19. 20.23 24 25.28.29.30.31.32.33. 34.36.37.38.40.
13 *Iudex appellationis non habet iurisdictionem, nisi super deductis in principali causa.*
18 *Non est necesse partem citari ad sententiam audiendam, cùm ab ini-*

tio fuit citata ad vniuersum processum.

21 *Sententia lata pro minore indefenso valet.*

22 *Minor pubes non habet legitimam personam standi in iudicio: & ad contrahendū & testandū habet.*

26 *Iudex delegatus non potest excedere tempus præfixum: ordinarius potest, nisi verba Statuti vel rescripti referantur ad instantiam.*

27 *Mandati tria genera, ad lites, ad negotia, ad iurisdictionem: quæ eodem modo finiuntur.*

35 *Sententia lata contra ius partis non est nulla, quamuis sit iniqua, secus si sit lata contra ius ipsum.*

39 *Sententia lata prætextu falsorum instrumentorum vel testium, contra maiorem præsentem, aut absentem non interuenientē dolo aduersarii, mero iure subsistit.*

41 *Cùm plures causæ exprimuntur in sententia, si vna sit vera, sententia subsistit, licèt aliæ sint falsæ.*

42 *Sententia non est nulla continens falsam causam in facto tantùm.*

43 *Iudex appellationis idem iudicare potest ex causa vera, quod iudex primus ex falsa.*

44 *Decretum ex falsa causa nullum est.*

45 *Vltima voluntas vitiatur ex falsa causa conditionaliter apposita, secus si causaliter.*

46 *Contractus ex falsa causa non vitiatur, neque solutio inde secuta, si obligatio facta fuerat scienter, secus si ignoranter.*

47 *Legis effectus cessat, cùm ex falsa causa facta est.*

48 *Rescriptum non vitiatur ex falsa causa, nisi conditionaliter sit inserta, vel nisi princeps aliter non fuisset concessurus.*

49 *Priuilegium ex falsa causa vitiatur, si super illa causa sit fundatum.*

50 *Sententia nulla potest in vim pacti valere, de consensu partium.*

GLOSSA I.

NOs Bernardinus legum doctor. Quàm frequens sit sententiarum tractatus satis notum est omnibus. Primóque de pluribus videamus, & præcipuè 1 memorię † commendate quòd quilibet iudex in pronunciando semper veritati adhæreat, ac pariter æquitati. vt in l. ꝙ si Ephesi. D. de eo quod certo loco. & l. placuit. C. de iudic. & ll. cū ibi notatis. C. de legib. circumscriptis, apicibus & iuris subtilitatib⁹, quæ licèt in allegando sint tolerandę, in iudicando tamē sunt reiiciēdæ. vt inquit Legislator & Glos. in l. si fideiussor. §. quędam. D. mandati. & l. sicuti. §. si debitor. D. quibus mod. pig. vel hypo. sol.

Quæritur itaque primò quotuplex sit sententia? Respōdeo quòd duplex, videlicet interlocutoria, de qua in titulo præcedenti dictū est, & diffinitiua, de qua hîc sermo est.

2 Secundò † quęritur quid sit sententia diffinitiua? Respōdeo quòd, est quidam actus iudicialis, per quē finis causæ principali imponitur. vt l. 1. D. de re iudic. 3 Tertiò † quęritur quo ordine peruenitur ad hanc sententiā diffinitiuā? Rosponderur ꝙ libello ꝓcedēte, & lite cōtestata & aliis seruatis, de quibus in Authen. offeratur. C. de lite cōtest. & in l. edita. C. de edendo. & in c. 1. ext. de libellis oblatis. & in l. prolatam. C. de sentent. & in cap. quoniam contra falsam. extr. de probat. Debet etiam interuenire citatio

tatio peremptoria, ad audiendam sententiam. vt J. ad peremptorium. D.de iudic.& l.1.§.item cum ex edicto.D.quæ sentent.sine appel.rescin.

4 Quarto † quæritur quis possit ferre sententiam diffinitiuam? respondeo, quilibet habens iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. vt D.de re iudic.l.inter pares.l. duo iudices.& l.præses.& quasi per totum. C.de sen.ex perr.rec.& ext. de offic. deleg.per totum. & C.de pedan. iudic.per totum. Imo quilibet arbiter qui solam habet notionem, nec habet iurisdictionem. (vt notatur in l. notionem.in prin.D.de verbo.sig.& l.primarorii.C.de iurisdict.om.iudi.) potest diffinitiuam sententiam pro ferre.vt l.1.C.de arbit. & l.1. & 2. D. de arbi. Arbitrator autem non fert sententiam diffinitiuam, sed transigere dicitur.vt in autheo. Vt diffe. iudi.§. sed interim. & notatur per Innocentium.in c.quintaullis. ext.de iureiuran.& per Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum D.pro socio.

5 Quintò † quæritur quis sit effectus & qualis sententiæ diffinitiuæ? Dic quòd est multiplex in iure. & inter alios effectus ille est, videlicet quòd solutū auctoritate rei iudicatæ nō repetitur, tanquam indebitum: quia facit sententia de indebito debitum. vt habetur in l. 1. cum ibi notatis. C. de condict. indeb.& l. si fideiussor. §. in omnibus. D.de mand. & notatur per Glossam in l.debitor.§. fi.D.ad Trebel.& per Cyaum.& alios in l.cùm quis.C.de iur. & fac. ignor. Sexto quæritur, qualiter diffinitiua sententia impugnetur? Dic quòd duobus modis principaliter.primo, ratione nullitatis.secundo, ratione iniquitatis. & hoc tripliciter. vno modo per viam appellationis de qua loquitur. C. & D.de appel. per totum. Alio modo per viam in integrum restitutionis, de qua traditur.C.si aduer.rem iudi. per totum. cum similibus ibi notatis.Alio modo per viam supplicationis. de qua habetur in l.si quis aduersus.& in Autheo. Quæ supplicatio. cum similibus ibi notatis.C. de preci.imper.offer.

7 Impugnatur † autem per viam nullitatis multiformiter, Primò ex defectu personæ iudicantis seu pronunciantis, quis fuit iudex incompetens.quod potest contingere multis modis. vt C. si à non compet.iudi.per totum.& l.1.C.de arbit.& l.fi. de iurisdic.om.iudi.& l.2. in prin.& l.cùm prætor.D.de iudic. Quo casu, licèt non possit hæc sententia à partibus confirmari tāquam sententia. (vt l.fi expressim.D. de appel.)si tamen confirmetur,valebit vt pactum vt traditur in l.2.C. commu. vtriusiudi.redditur ergo hoc casu sententia nulla.

8 Est † etiam & alius casus, videlicet si lata sit post lapsum instantiæ, vt notatur per Glo.super vers.triennio.in l.properandum,in prin.C. de iudic.& in d.l.1.in fi.C.de arbi. & notatur per Bartolum. in l.scire oportet.§. sequens. D. de excus. tuto. & habetur in c.de causis. ext. de offic. deleg.& l.2.§.si iudex. D. de iudi. & dixi in vers.hîc quæro circa.infra eo.

9 Item † est nulla, si lata sit post recusationem iudicis suspecti. vt habetur in c.suspicionis. ext. de offic. deleg.& l.apertissimi.C.de iudic.

10 Item † est nulla si lata fuerit ab eo qui habet potestatē ligatam, puta quia peritum fuerit consilium sapientis,iuxta formam statutorum terræ:quo spreto tulit sententiam.

vel fuerit per alium præuentus in cognitione causæ. vt notatur per Archi.& Ioan.And.in c.cùm plures ext.de offic.deleg.lib.vi.

11 Item † est nulla ex defectu potestatis personę litigantis.vt quia est falsus procurator.vt l.licet. C. de procura.& ext.eo.tit.c.in nostra præsentia.& in l.licèt. C.de iudic.vel est falsus tutor, vel curator, vel prælatus.vt in l.dubium.C.de tuto.& curato.qui fatisf.non de. & l.fi tutor.& ibi per Cyn. Cod. in quibus causis in integ. restitu. non est necess. & optime facit textus. cum Gloss. in l. 2. & ibi per Cynum. C. de eo qui pro tut.neg.gest.

12 Item † est nulla,si lata sit super alio quàm quod petitum est. vt l.vt fundus.D. commu. diui. & l.fi. in fin.C.de fideicom. libertas.facit l. quid tamen. in fi.& l.non distinguemus.§. nunc de officio. cum seq. & §.fi.D.de arbit.

13 Sed † circa hoc occurrit tale dubium.Ecce statuto cauetur quòd lata sententia in causa appellationis confirmatoria primæ,no possit pars quæ succubuerit vlterius appellare, nec nullam dicere,sed ipsa sententia executioni mittatur &c. contingit quòd in principali causa reus succubuit & condemnatus est in centum. deinde in causa appellationis iudex vltra ipsa centum reum condemnauit in bouc.Quæritur an hæc sententia sit mittenda executioni in bouc, sicut in centum.omni appellatione & exceptione reiectis ? Videtur q̃ sic. quia statutum simpliciter loquitur & generaliter. ergo &c. vt l.1.§. generaliter. D.de leg. præstan. l. de precio. D. de publicia. cũ simil. ibi notatis. Sed tu dic contra. quia talis sententia quantum ad bouem est nulla, ex defectu iurisdictionis. cùm iudex appellationis non habeat potestatem nec iurisdictionem nisi super deductis in principali causa. vt in Authentic. Vt cùm de appellatione cognoscitur post princip.& hoc sequitur Cynus l.per hanc. C. de tempo. appella. in prima quæstione. & Iacob. Butrigarius.in lege ampliorem.in fine.Cod. de appellatio. sicque non transit in rem iudicatam. neque intelligitur per statutum nullitas hic esse remota. vt notat Ioan. And. in clem. 1.ext.de sequest. poss.& fruct.& Bartolus. in l. 1. D. quod vi aut clam. Amplius, quia per statutum remouetur nullitas & appellatio, quatenus ex sententia secunda confirmatur quod iudicatum est in prima.arg.in l. cos. Cod.de appellatio. cum similibus. sed in hac quæstione nihil super boue fuit pronunciatum in prima. ergo relinquitur quo ad hoc secundam sententiam non esse confirmatoriam primæ, & per consequens in ea parte non habere locum dictum statutum. Nec obstat d. l. de precio, cum similibus. quia procedit quando absurditas nulla contingeret, aliàs non. nec enim tolerandum est quicquam absurdum. vt l. fina. D.ad exhiben. l. filius. versi. absurdum.D.de leg.1.

14 Item † est nulla ex defectu formæ processus, vel substantialium eius. vt quia libellus non fuit oblatus, nec lis contestata, vel iuratum de calumnia. & similia. vt l prolatam. C.de sentent.& interlocu.om. iudic. & l.1. C. de execu. rei iudicatæ.& ext.de probatio. in cap. quoniam contra falsam. licèt in aliquibus casibus hæc non haberent vitiare.

viciare, quod est quando potest in causa procedi sine figura iudicij. vt in clem.saepe.de verbo.sign.

15 Item † est nulla, si iudex tulit sententiam in facto suo proprio, vel uxoris, aut filiorum. vt l. qui iurisdictioni.D.de iurisdic.om.iudic.& l.i. C.ne quis in sua causa.

16 Item † est nulla si lata sit die feriata, inuitis litigatoribus, vt sunt feriae messium vel vindemiarum. vt l.i.& l. si feriatis.D. de feriis. Idem si sunt feriae in Dei vel sanctorum reuerentiā introductae, vel principis ordinatione. vt lege. 1.& Lomnes.& l.dies festos. C. de feriis.

17 Item † est nulla si pars non fuit legitimè & peremptoriè monita & citata, ad sententiam audiendam. vt in l. 1. §. item cùm ex dicto.D. quae senten.sine appella. rescin. & l. ad peremptorium. cum l.seq.D.de iudic.& l.ea quae.C.quomodo & quando iudex.

18 Nisi † forte (quod est multùm singulare) pars ipsa fuit citata in litis exordio ad vniuersum processum, vel ad respondendum libello, & contumax fuerit in comparendo, & iudex comminatus fuerit in ipso citatorio (vt fit communiter) se processurum nōn obstante partis absentia. nam hoc casu non erit necesse, quòd vlterius specialiter citetur ad sententiam audiendam. vt dicit Innocentius in capit. fidem litibus. extr. de dolo & contu.& Barro. in l. statuliberos. §. stichus annua. D.de statulib. & in lege consentaneum.C.quomodo & quando iudex.

19 Item † est nulla ratione loci. in quo lata est sententia, vt quia non fuit lata in loco consueto, si ordinarius, vel quia lata est in loco inhonesto, vel ad quem pars citata non potest secure accedere. vt l.si cùm dies.in §. si arbiter. D.de arb. & in clem. pastoralis. extr. de re iudic.

20 Item † est nulla ratione personae citatae. verbi gratia, si iudex scienter tulit sententiam contra absentem infirmitate grauatum. vt l. quaesitum.D.de re iudic. vel contra iam defunctum. vt l. pen.D. quae senten.sine appellatio.rescin.vel cōtra pupillum, vel contra minorem indefensum. vt l.i.& 2.C. qui legit. perso.in iud.stat. hab. & l.cū ad vos minores.C. si aduersus rem iudi.l.actionis si. & l. contra pupillum.D.de re iudic.& ibi per Bart. 21 Secus † autem esset si foret lata in eorum fauorem, quia valeret.vt l.non eo minus. C. de procur. ad quod facit l. si curatorem habens. C.de in integ.restit.min.& l.clarum.C. de auct.praestan. 22 Et † sic patet q minor xxv. annis nō habet personā legitimam. sine curatoris auctoritate, in actis iudicialib⁹.vt d.l.2.C.qui legiti.perso.& Insti.de cura.§.item inuiti. nisi in causa momentaneae possessionis. vt in l.fin. C. qui legit. perso. & l.i. C. si per vim, vel alio modo. cum similibus ibi notatis. In contractibus autem & vltimis voluntatibus post xxiii. annum habet personam legitimam minor, licèt si lædatur in contractu possit petere se restitui. vt patet in titu. C. & D.de minor. & Cod. si aduer. vendit. & in pluribus aliis titulis. Sed diceret aliquis quae est ratio diuersitatis in contractus & iudicia, cùm vtrobique vertantur pericula? Super hoc cogita.

23 Item † est nulla de iure ciuili, quando procurator fuit in cā, & cōtra

dominum fuit lata sententia. vt l.1. C.de senten.& interlocu. om. iudic. Sed de iure canonico est aliqua. vt notatur in c.suscitata.in prima glossa,ext.de in integrum restitut.& plenius per glossam. & Iohan. And. in c.quærelam.ext.de electio.

24 Item † est nulla si de maiori summa quàm esset eius potestas iudicauit. vt l. si idem cum eodem. §. fin.D.de iurisdictio.om.iudi. & l.de qua re.ff.de iudi.& l.1.C.si à nõ competenti iudi.Fallit in casu l. fin. in fi. C.de appellationibus.

25 Item † est nulla si lata sit post terminum delegationis præfixum. quod est notandum. quia quandie in rescriptis additur ad quod tempus ad cognoscendum & pronunciandum de causa. vt hæc habentur in l. cùm non eo die.C quando prouoca. non est necesse.& l.2 §.ũ & iudex.D. de iudic.& in c.de cætis ext.de officio delegati. & quod notatur. in l.1. C.de arbit. quod quidé tempus non currit iudici, nisi post repræsentationem rescripti. vt in c. super eodem. §.fina.ext. de appellatio. & notatur per Glo.in d.c.de cætis.

26 Hic † quæro circa prædicta, quid si à lege vel statuto limitetur tempus iudicandi, puta duorum mẽsium,& iudex post lapsum ipsius temporis ferat sententiam,an teneat vt valeat? Et videtur quòd non per iura superius allegata.

Alij distinguunt, (vt notatur per Iacobum Buttricarium,& alios,in d. l.properandum. in prin.) aut verba statuti referuntur ad iudicem tantùm. puta si dicant, Iudex teneatur ferre sententiam infra duos menses &c.& valet sententia, quanuis lata post duos menses, dum tamen sit infra terminum lata, hoc est triennij. iudex tamẽ redditur periturus, quia non seruauit statutum. Aut referuntur ad instantiam causæ, puta si dicant, Instantia cuiuscunque causæ duret duobus mensibus.& tunc non valet sententia post ipsum tempus lata. sicut nec valet quando lata est post triennium. vt in d.l. properandum. in prin. Aut verba referuntur ad vtrunque, videlicet tam ad iudicem quàm ad instantiam. & tunc idem, quod non valet. Vel dic, aut verba proferuntur in delegatione vel rescripto,& tunc siue referantur ad iudicem vt infra certum tempus iudicare debeat, vel referantur ad instantiam causæ, in omnibus casibus sententia lata post tempus est nulla ipso iure,tanquam finito mandato, nisi de expresso partium consensu ipsum tẽpus appareret prorogatum,vt habetur in d.c.de cautis.& in d.§.si iudex. Aut verba proferuntur in lege vel statuto.& tunc distinguitur an referantur ad iudicem vel instantiam, vt supra dictum est. Et per hoc conclusiuè & sub breuitate dici potest, quòd differentia est an dicta verba proferantur à lege vel ab homine, vt patet ex prædictis. Vel die melius:aut dicta verba referuntur ad ordinarium.& tunc debet distingui non habita differentia inter legem & rescriptum. nam aut lex vel rescriptum loquitur iudici, aut instantiæ causæ,vt supra dictum est. Si verò verba referuntur ad simplicem delegatum,tunc indistincte siue proferantur in rescripto,siue in statuto, siue loquantur iudici, seu instantiæ post lapsum tempus non valet sentẽtia.vt d.c.de cautis. & §.si iudex.Et est ratio, quia in ordinario adhuc post tẽpus durat iurisdictio ꝓpria,quę cessat in delegato.

27 Et

27 Et † est notandum quòd tres sunt species mandati, quoddã mandatum ad lites agendas, quoddam ad negotia gerenda, quoddam verò ad iurisdictionem exercendam. & hæ species exequantur, quo ad modum finiendi mandatum, siue mandatum sit parum, siue ad tempus. vt probatur ex his iuribus simul iunctis. videlicet ex l.3. D.eod. titu.de procurato. & l.si defunctus.D.eod. titu. facit l.mandatum. C.mandati. & §.item si adhuc.& §.finitur.Institu.manda.& l.diligenter.D.mandãti.& in c. cùm dilecta. de rescript. cum prælegato c. de causis. & §.si iudex.

28 Item † est nulla, si fuerit lata de nocte.vt notatur per glo. in §. omnis. Institut.de verb. obliga. argumento in §.sedebant.in Authen. de iudic. & est textus in c. consuluit.ext. de officio delega. licèt aliqui contrà, & malè. quod etiam de consuetudine obseruatur. vt notat glo.in l.more Romano. D.de feriis. Sed arbitratoris sententia bene tenet,cùm sit quædam transactio. argumento in l. non minorem. & ibi notatis.C.de transact.

29 Item † est nulla si lata est à iudice stante,& non sedente. vt l. A procedente. C. de dilat. & l. 1. C.de offi.diuer.iudic. & in l. quisquis. in fine-C.de postul. & l.2.§. dies. & ibi notatis.D. quis ordo in bon. possess. seruã.

30 Item † est nulla si sit lata sine scriptis.vt in l.1.& 2.C.de sentenex peric. recit. nisi esset quæstio de re modica, vel episcopus inter suos clericos pronunciaret.vt in Authen. Nisi breuiores. C.de sentent. ex peric.recit.

31 Item † est nulla,si non continet expressam condemnationem vel absolutionem, vel æquipollens. vt l.quid tamen. §. Pomponius. D. de arbitris. vel si non continet certam quantitatem vel rem, in qua condemnatio fit, per se vel per relationem ad aliud. vt l.quid tamen. §.1.D.de arbitris. & l. in summa. in princ. & l.ait prætor. §.fin. D.de re iudica. & in l.3. C.de sentent.quę sine cer. quantita.

32 Item † est nulla si fuerit dubia vel obscura seu incerta.vt Institu. de actio.§.curare.licèt in certis specialibus casibus valeat. puta in petitione hæreditatis, in causa noxali, in obligatione alternatiua, in legato deducta Falcidia. vt singulariter notatur per glo.in l.non possumus. D. si pars hære.peta.

33 Item † est nulla si lata fuerit contra priorem sententiam quæ transiuit in rem iudicatam. vt l. 1. C.quando prouoc. non est necess. & in l.post sententiam. C.de senten.& interlo.om. iudic. & l. 1. C. sent.rescin.non pos. etiamsi expresso partium consensu lata fuerit. vt dicit glossa in l.si diuersa. C.de transact. & est textus in clemen. si appellationem. de appell. & ibi notatis, vt suprà dixi. Et per hoc potest assumi cautela, quando petitur executio secundæ sententiæ reuocatoriæ primæ quæ transiit in rem iudicatam: quòd nisi actor probet de appellatione legitimè interposita, & de delegatione causæ, succumbet in ea.

34 Item † est nulla si lata sit contra ius scriptum, expresso errore in sententia. vt in l.2.C. quando prouoca. non est necess. & in l.1. §.1. D.quæ sen. sine appel.rescin. 35 Secus † autem si lata esset contra

ius litigatoris. Nam tunc valeret, & nisi per viam appellationis vel restitutionis rescindi non posset. vt l. 1. in prin. & per totum ti. D. de appel. & C. eo. ti. & notant glo. & textus in l. 1. §. in hoc interdicto. D. de libe. hom. exhib. & in l. non videtur. D. de mune. patrim. lib. x. in fi. & l. si seruus plurium. §. 1. versi. si tamen. D. de lega. 1. & in l. 1. in prin. D. ad Turpillian. Nam cùm iudex iniquè decernit, etiam ius facere dicitur. vt l. fi. D. de iusti. & iure. adeo precisè mittenda est executioni. vt dicit Innocentius in c. quoniam contra falsam. ext. de probatio. in fine.

36 Item † est nulla si non fuerit lecta per ipsum iudicem, vel notarium eius voluntate. vt l. 1. C. de sen. ex perie. recit. coniuncta l. hac consultissima. §. at cùm humana fragilitas. & ibi per Iacobum Butrigarium. C. qui testa. fa. pos. & l. hac lege. C. de sen. ex perie. recit. Sed de iure canonico est hodie determinatum, quòd iudex per seipsum legat & pronunciat. vt in c. fi. ext. de re iudic. lib. vi. & ibi per Archidiaconum.

37 Item † est nulla si fuerit lata à iudice corrupto per pecuniam. vt l. venales. C. quando prouo. non est necess. Secus autem si sit corruptus per gratiam. quia est aliqua, mero iure, licèt possit ope in integrum restitutionis rescindi. vt traditur in l. si prę. D. ad Treb. & notatur in l. diu⁹. D. de re iud. 38 Itē † est nulla si fuerit lata prętextu falsorum testium vel instrumẽtorum. quo casu sic distingue pleniùs secũdùm doctores. Aut talis sententia fuit lata contra minorem. & cũ est ipso iure nulla. vt in l. 1. & ibi notatis C. si ex fal. alle. 39 Aut † est lata contra maiorẽ. & tunc aut fuit lata contra pręsentem, aut contra absentem. si contra præsentem, subdistinguitur. aut intéruenit dolus aduersarii, & tunc valet mero iure, sed ope restitutionis potest rescindi. aut nullus dolus interceſſit: & tunc valet, sed ope appellationis rescindi potest. Aut fuit lata contra absentẽ. & tunc aut dolo interueniente aduersarii: & est ipso iure nulla. aut sine dolo: & tunc valet, sed ope restitutionis rescindi potest. vt hæc omnia habentur & notantur per Bar. in d. l. diuus. D. de re iudic. Et præmissum locum habent quando iudex secutus est falsa instrumenta, vel testes. aliàs si aliis rationibus motus esset, teneret sententia. vt probatur & notatur in l. 1. & l. falsam. C. si ex fal. instru. & notat glossa in c. licet. ext. de probatio.

40 Item † est nulla si lata sit ex falsa causa expressa in ipsa sententia. Super quo latiùs sic distingue. aliquando falsa causa exprimitur in sententia, aliquando in decreto iudicis, aliquando in vltima voluntate, aliquando in contracto, aliquando in lege communi vel municipali, aliquando in rescripto principis, aliquando in priuilegio principis. Primo casu quando exprimitur in sententia (super qua ad præsens est sermo) subdistingue. nam quandoque in sententia exprimitur vna sola causa, & super ea est fundata sententia. & tunc sententia redditur nulla siue sit diffinitiua siue interlocutoria, secundùm Hostiensem & Ioannem Andream. vt per eos notatur in c. sicut nobis. ext. de re iudic. argumẽtum ad hoc in c. ex parte. ext. de conces. præben. & l. qui testa-

testamento. D. de excus.tut. & in c. cum ex literis. vers. nos igitur ext. de in integ. restit. & ext. de offic. deleg. c. cum super. licet Innocentius teneat contrarium. in c. in præsentia. ext. de renun. & in c. quoniam contra falsam. ext. de probat. in fi. 41 Aut † in ea exprimuntur plures causæ. & tunc aut omnes sunt falsæ: & idem quod supra. aut una est falsa & alia vera, & tunc stat firma sententia inspecta potiùs causa vera quàm falsa. vt notatur per glossã in l. si quis ad exhibendum. D. de excep. rei iudi. Sed Bart. in l. si is ad quem. D. de acquir. hære. aliter distinguit. & sic: Sententia quãdoque fertur ex falsa causa allegata à parte in processu causæ, quæ tamen non fuit per iudicẽ expressa in sententia, aut à parte nõ fuit in processu allegata. sed per iudicem in sententia expressa.

Primo casu subdistingue aut falsa causa fuit allegata circa substantialia iudiciorum, vt puta dixit pars iudici, libellum fuisse oblatum, & litem cõtestatam & similia (de quibus in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iud.) & tunc sententia est ipso iure nulla. vt l. si quis obrepserit. D. ad leg. Cor. de fal. Aut fuit allegata circa meritã causæ. puta quia dixit, factum fuisse pactũ de nõ petẽdo, vel solutionẽ factã. & similia. & tũc aut sententia fuit lata contra minorẽ, & est ipso iure nulla. vt C. si ex fal. allega. aut fuit lata cõtra maiorẽ. & tunc aut allegatio causæ fuit dolosa, aut sine dolo. Primo casu si dolosa, aut fuit facta contra absentem. & est ipso iure nulla. aut contra præsentem. & est aliqua. sed ope restitutionis venit rescindenda. vt l. si prætor. in §. Marcellus. D. de iudi. vbi verò fuit sine dolo, tunc est aliqua, sed ope restitutionis rescindi potest. & sic in istis duobus vltimis casibus procedit iste titulus C. si ex fal. instrum. & l. diuus. D. de re iudi.

Secundo casu quando non fuit allegata per partem, sed tolùm per iudicem expressã in sententia, tunc subdistingue, secundùm eum. aut causa fuit falsa in facto & iure, vel in iure tantùm & tunc sententia est ipso iure nulla, quia cõtinet expressum errorem. vt l. 2. C. quando prouo. non est necess. & l. 1. in prin. D. quę sen. sine appella. rescin. facit l. si expressum. & quod ibi notatur. D. de appel. 42 Aut † fuit falsa in facto tantùm, & non in iure. vtputa si dixerit, *quia comperimus talem solvisse, ideo absolvimus eum, &c.* cùm tamen de ipsa solutione non appareat probatum iure actionis: tunc sententia valet, sed ope exceptionis rescinditur. vt l. si præses. D. de re iudic. & sic intelligitur glossa in d. l. si is ad quem. & ita sequitur Innocentius in c. in præsentia. ext. de renun. circa fi. & in c. quoniam contra falsam. ext. de proba. circa fi. 43 Veruntamen † si iudex appellationis reperiret ex alia causa fuisse idem pronunciandum, poterit ipsam sententiã cõfirmare, secundũ Bartolũ, argumẽto in l. fi. D. quod cum eo. In tertio verò casu dic idẽ per omnia, vt proximè dictum est in secundo.

44 Venio † ad secundũ principalẽ articulum, quando falsa causa exprimatur in decreto. In quo die ipsum decretũ ipso iure reddi nullum. vt l. si verò. §. subuentum. D. de fideicommiss. liber. & l. 1. §. hæc verba. D. ne vis fiat ei. & notat idem Bar. in l. iustè possidet. D. de acquirẽ. poss. vbi posuit rationẽ differentiæ inter decretum & sententiam.

45 Capio † tertium articulum, quoniam falsa causa adiicitur in vltima voluntate. Vbi sic distinguendum: aut falsa causa apponitur conditionaliter: & tũc falsa vitiat dispositionem. vt l. demõstratio falsa. in prin. & ibi per Bartolum D. de condit. & demon. & instit. de lega. §. longè. Aut falsa causa apponitur causaliter: & tunc non vitiat. vt in d. l. demonstratio. nisi testator non fuisset alias relicturus. vt in l. cùm talem. in §. falsã. D. de condit. & demon. & notatur in l. 1. C. de fal. cau. adiec. leg. Et adde quod notat idem Bar. in l. libertis libertatibúsque meis. D. de ali. & cib. leg.

46 Venio † ad quartum articulum, quando falsa causa adiicitur in contractu. In quo sic distinguendum: aut causa est cohærens & finalis obligationis vel contractus: & tunc nõ vitiat ipso iure contractum vel obligationem. sed si processum fuerit ad solutionem vel promissionem, & quæratur de repetitione, distinguitur, an obligatio fuerat contracta scienter, vel ignoranter. vt in l. damus. D. de condit. indeb. cum similibus ibi notatis. Aut causa falsa non fuit cohærens seu finalis ipsius obligationis vel contractus: & tũc valet & tenet ipso iure, sicut vltima voluntas. vt in d. l. damus. secundùm vnam lecturam. de quo notatur per Bartolum in d. l. den onstratio.

47 Condescendo † ad quintũ, quando in lege apponitur falsa causa. In quo dic quòd regulariter talis falsa causa cessare facit effectum ipsius legis, sumendo causam pro ratione ipsius legis. vt notatur per glo. in d. §. Falsã. ad quod facit quod traditur in l. generaliter. C. de episc. & cleri.

48 In sexto † articulo, quando apponitur in rescriptis. Dic secundũ Bartolum vbi supra, idem esse regulariter quod supertus dictum est in vltima voluntate. Subdistinguendũ tamen est, an princeps fuisset alias concessurus rescriptum, causa non obstante, vel non fuisset concessurus. vt plenè traditur in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. & ext. de rescript. in cap. super literis.

49 Super † septimo articulo, quando apponitur priuilegiis. Dic quòd aut super ipsa causa fundatur priuilegium: & tunc vitiatur priuilegium ipsum. aut nõ fundatur super illa: & tunc non vitiatur. vt notatur per Ioannem Andream in c. cũ inter dilectos. ext. de fide instru. facit quod habetur & nota. in c. si papa. ext. de priuil. lib. vi. & in clem. in ext. de probati. Qualiter autem impugnetur per viã appellationis, & restitutionis, & supplicationis, dicã infra titulis specialibus.

50 Ao † autem in prædictis casibus in quibus sententia est nulla possit per consensum confirmari? Videtur quòd nõ per l. si expressim. D. de appel. dic quòd non potest confirmari vt valeat tanquam sententia, sed bene potest approbari vt valeat tanquam pactum. vt notatur per glossam in l. 2. C. communia vtriusque iudi. & per Bartolum in d. l. si expressim. versi. secundo quæro. Ex hoc infertur, quòd si feratur sententia per arbitratorem (quæ transactio appellatur potiùs quàm sententia. vt in Authen. vt diffe. iudi. §. si interim. & notatur per Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. D. pro socio. & per Innoc. in c. quintauallis. ext. de iureiuran. & per Specu. in tit. de

sit.de arbit. post prin.) & talis sententia appareat esse nulla, quod poterit à partibus approbari vt valeat tanquam transactio & pactum. & prohac sententia facit optimè d.l.2. C.communia vtriusq. iudi. vbi videtur casus. Sed quæritur coram quo iudice sit agendum de nullitate sententiæ? Dic vt notatur in tit. sequ. vers. Inde quæritur.

SVMMAR.

1 *Non valet sententia iudicis qui non est certus de sua iurisdictione*

2 *In sententia recens lata à delegato tenor delegationis in ea inserta nō plenè probat, secus si pridem lata sit.*

GLOSSA II.

CVius quidem commissionis. Optima est cautela, & ita se habet communis practica, ponere tenorem delegationis in sententia, vt appareat quòd ipse iudex certus erat & nō dubius de sua iurisdictione. 1 Alias † si dubius esset, eius sententia non teneret. vt notatur per Bartolum, in l. 2. D.de iudic. in prin.& l.multum interest. D.de cōdit.& demon.facit l.quæro. D.de eo qui pro toto.& l. sed si de sua. D. de acquir. hæredi. 2 Licèt † autem sit bona insertio commissionis respectu præsidis, tamē si contra sententiam quæ lata sit de recenti opponatur defectus delegationis, necesse erit de ipsa delegatione aliter probare. Secus si lata esset de longinquo, quia tunc pro delegatione & processu præsumitur.vt notat Inno. & alii doct. in c. cùm in iure peritus. ext. de offic. deleg.& tangitur plenè in glo.seq.

SVMMAR.

1 *Libelli (quia est totius litis fundamentum) debet tenor inseri in sententia.Sicut & tenor supplicationis in rescripto.*

2 *Notarius qui iudex est, non potest instrumentum scribere de gestis coram se iudice.*

3 *Notarius potest conscribere instrumentum procuratorium suo nomine, sed in suum præiudicium tantùm.*

GLOSSA III.

VIso etiam libello. 1 Eccè † secundū quod iudex debet inserere in summa, scilicet tenorem libelli, cùm sit fundamentum totius litis. vt l.vt fundus. D.com.diui.in Auth. offeratur. C.de litis contesta.l.edita. C.de eden. & ad hoc bene facit l.vt responsum.C.de transac. & l.precibus.C.de impub.& aliis substi.& l.diuus.D.de re iudic. & glo. singulariter hoc dicit in l. nec exemplum.C. ad leg.Cor. de fal. Et eodem modo est inserēda supplicatio in rescripto. vt ibi per gl.notatur.

2 Hic † quæro de quæstione quā sæpius vidi in Montisferrato. ecce quòd aliquis est iudex & notarius (vt ipse sum) nunquid poterit sententiam & alia gesta coram se tradere, & per se instrumenta facere de ipsis? Dic quòd non.vt dixit Barto.in l. 2. D. de stipul. ser. per textum, in c. quoniam contra falsam ext. de probatio. & in c. cùm à nobis. ext. de testib. & ibi per Io.An. Nisi consuetudo terræ vel statutum municipale aliud induceret. arg. in c.cùm dilecti.ext. de fide instrum.& l. 1.C. de emanc. libert. Sed nunquid notarius possit per seipsum tradere & publicare suum instrumentum,sine præsentia testium? Dicit idem Bartol. quòd sic. in d.l. 2.

9 Posset † etiam (secundùm eum) tradere instrumentum procuratori, quo ad sui præiudicium, non autem quo ad sui commodum. D. e verbi per eum.

SVMMAE.

1 *Iudex debet esse certus de litis contestatione cum reo præsente facta, vel de contumacia rei absentis.*

2 *Verba enunciatiua regulariter non probant.*

3 *Probant verba enunciatiua sententiæ a qua non fuit appellatum*

4 *Iudex auditi se ordinarium creditur, non autem dicenti se delegatum, nisi non opponatur.*

5 *Cui non obstat exceptio rei iudicatæ, nec similiter processus, & contra, cui obstat exceptio, obstat & processus. Nisi is qui allegat in eo defectum probet.*

6 *Nisi doceatur de nullitate, præsumitur pro processu.*

7 *Semper præsumitur pro actis processus de longinquo, vt finis litibus imponatur.*

8 *Regulariter verba enunciatiua prolata in testamento, per conditionem vel demonstrationem, non inducunt dispositionem neque probationē. Secus cùm prolata sunt per modum vel causam.*

9 *Verba enunciatiua testamenti relata ad extraneum, aut ad gratuitum, aut prolata per modificationem, inducunt dispositionem.*

10 *Verba enunciatiua in contractibus prolata propter se, inducunt dispositionem. Si prolata sint propter aliud, & inter præsentes, inducunt probationem & præsumptionem. Inter absentes faciunt & probant absentem possessorem.*

11 *Verba enunciatiua prolata à notario in contractu non probant.*

12 *Verba enunciatiua rescripti plenè probant, cùm principis intentio super iis fundatur. Sed admittitur probatio in contrarium, si nō sint de facto ipsius Principis.*

13 *Enunciatiua verba prolata in actis iudicialibus à iudice, & à parte post litem contestatam, probant.*

GLOSSA LIIII.

VBique litis contestatione.

1 Hæc † huius cōtestatio, cùm sit de substantialibus iudicij (vt l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iudic.) debet esse nota iudici. nec de ea debet esse dubius, alias redderetur sententia nulla, secundùm Bart. vt per eum notatur in d. l. 2. D. de iudic. vnde bene facit iudex mentionem faciendo de ipsa. sic etiam debet esse iudex certus de contumacia rei, quando interponere vult primum vel secūdum decretum. vt per eundem notatur in l. fin. D. de condit. & demonstr. ad quod faciūt notata in l. hîc autem. §. 1. D. ex quib. caus. in poss. ea.

Sed nunquid per hæc verba probetur esse lis contestata? Videtur quòd non. vt in c. quoniam contra falsam. ext. de prob. 2 quia † verba enunciatiua non probant. vt in Auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. cum similibus. Pro cuius dubij clariori decisione, & doctrina pleniori, considerandum est, quòd aliquando verba enunciatiua proferuntur in sententia: aliquando in vltima voluntate: aliquando in contractibus: aliquando in priuilegio, vel rescripto: aliquando in iudicio.

Primo casu quando proferuntur per iudicem in sentētia, distingue.

Aut

Aut est quæstio de processu ante latam sententiam, aut est de illo quæstio post latam sententiam. S. ante latam sententiam, tunc verba narratiua seu enunciatiua processum non probant, nisi aliter directo de ipso probetur. vt in c. quoniã contra falsam. ext. de prob. & l. gesta. C. de re iudic. & l. is apud quem. C. de eden. & notatis per Glo. & doct. in l. quotiens. §. fi. D. de prob. Si verò sit quæstio post latam sententiam, tũc aut de ipso processu fit mentio in sententia (vt in præsenti forma) aut de eo nulla fit mentio. Si quidem de eo fit mentio, subdistingue. aut sententia fuit lata parte præsente, vel absente, & vtroque casu appellante seu prouocante: & tunc non præsumitur pro processu, nisi aliter probetur. vt notatur in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & in c. præsentia. ext. de renunc. & in c quoniam cõtra falsam. & ibi per Innocent. & in c. bonæ memoriæ. ext. de electio. 3 Aut† fuit lata parte præsente, vel absente, & non appellante: & tunc creditur iudici, & eius verba enunciatiua seu narratiua probant, & præsumuntur pro processu. vt in præallegat. c. quoniam contra falsam. secundùm aliam lectionem. Et huius est ratio, quia non appellans videtur approbare sententiam. & per consequens omnia ex eadem contenta arg. l. ab eo iudice. C. quo modo & quando iudex. & l. fin. in fi. C. de sentẽt. quæ sine certa quanti. & quod notatur in l. optimam. C. de contra. & commit. stipul. & in l. cùm aliqu. C. de iure del. b. quod etiam sequitur Specu. in tit. de sentẽt. & re iudic. §. fin. versic. in summa & Bartol. in l. fin. D. quando appel. sit. vbi vide. & idem, Specul. in tit. de instrumen. edit. §. restat. versic. in summa.

Vbi verò de processu nulla fit mentio in sententia, tunc subd. stingue. aut allegatur defectus in processu pertinens ad iurisdictionem iudicis, putà defectus potestatis, seu delegationis: aut defectus pertinens ad ordinationem & formam ipsius processus. 4 Primo† casu, aut iudex qui tulit ipsam sententiam erat ordinarius, & tunc pro eius iurisdictione præsumitur, quia eius iurisdictio est certa. vt c. sicut nobis. ext. de re iudic. cum similibus ibi notatis. Aut erat iudex delegatus, & tũc subdistingue. aut fuit lata sententia parte præsente, vel absente, & non appellante: & tunc si opponatur, pro delegatione non præsumitur: multò minus si appellauerit. Si verò non opponatur, tunc pro delegatione præsumitur. vt hæc habentur & traduntur per Innocen. in c. cùm in iure peritus. ext. de offi. deleg. & per alios in l. a. C. de mand. princ. & in c. 1. ext. de procurato. Secundo casu principali, quando allegatur defectus circa formalia vel ordinaria processus, tunc aut talis defectus allegatur à tertia persona, quæ nunquam fuit in iudicio nec in ipsa causa, & tunc quantum ad ipsam personam non præsumitur pro processu, per regulam illam, 5 Cui † non obstat exceptio rei iudicatæ nec similiter processus. vt habetur in lege fundi. & l. fundum. D. de except. rei iudic. & notatur per Glossam in dicto capit. bonæ. ext. de electio. Aut ille defectus allegatur ab ipsa parte quæ fuit in lite, & tunc subdistingue. aut sententia nondum transiuit in rem iudicatam,

sed est appellatione suspensa, vel est intra tempora appellandi: & tunc nō præsumitur pro processu nisi de eo probetur. vt in l. hi qui ad ciuilia. & quod ibi notatur. C. de appell. & in d.c. in præsentia. de renunciat. Aut sententia transiuit in rem iudicatam, & tunc fuerunt opiniones diuersæ. nam Compostellanus in d. c. bonæ. voluit dicere quòd præsumitur pro processu. ratio est quia partis taciturnitas videtur omnia approbasse in sententia narrata. arg. in d. l. ab eo. & C. de senten. quæ sine cer. quant. l. fi. Glo. verò & Bart. tenuit contrarium, in d.c. quoniam contra falsam. quia sententia quæ est nulla non potest per consensum partis etiam expressum confirmari. vt in l. fi expressim. D. de appel. & l. quædam mulier. D. fam. erc. facit l. fi. D. de iur. patro. & in c. 2. ext. de purgat. vulg. Alii (& fortè nō malè) pro concordia opinionum istarum distinguendum dicunt. aut is contra quem est lata sententia allegat defectum processus ad effectū grauandi aduersariū onere probandi illum, & tunc non auditur, sed pro sententia præsumitur. vt in d. l. res iudicata. D. de reg. iur. & l. ingenuum. D. de statu hom. & in cap. in præsentia. & in c. ad sedem. supra allegatis. & sic intelligitur opinio Compostellani. Aut allegat defectum processus, quo ad effectū grauandi seipsum onere probandi ipsum defectum, & tunc audiendus est. Et modus probandi erit, quia producet totum librum processus, & examinabitur si in eo sit aliquis defectus. & quo ad hoc eius taciturnitas operatur. arg. c. 1. ext. vt eccles. benef. Et ad hoc facit quod in simili dicitur, de eo qui renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ. contra quē præsumitur: & tamen auditur volens probare contrarium. vt notatur in l. si ex cautione & l. generaliter. & l. in contractibus. C. de non num. pec. & sic intelligitur Glo. in d.c. quoniam contra falsam. quam distinctionem sequitur ibi Ioh. Calderinus, & tangitur per Io. An. in d.c. cùm in iure peritus. & in d.c. cùm in præsentia. & secundùm hoc non obstat d. l. si expressim. quia (secundùm prædicta) non confirmatur sententia quæ est nulla. quia potest probari nullam per partem, Vnde partis præsentia vel consensus non confirmat eam quę nulla est. ¶ Sed† deficiēs probatio nullitatis facit quòd præsumitur esse aliqua in dubio, alio in contrarium nō probato. Et sic quo ad hoc non operatur partis præsentia vel consensus, quæ quidem negatiua, (videlicet litē non esse contestatam, vel non iuratum de calumnia, & similia) probabitur producendo processum, vt dictum est. Ad quod facit quod habetur in d.c. cùm ad sedem. ext. de restit. spol. & in c. cùm olim. ext. de priuil. & per Bart. in l. in illa. D. de verb. oblig. & in l. Titię textores. D. de leg. 1. & per Ia. Bu. & doc. in l. 11. C. de ert. aduo.

Et quæ superius dicta sunt procedunt in sententia lata de recenti & processu habito de recenti, sic quòd facilis est eius probatio. 6 Vbi† autem essent acta de longinquo, ita quòd probatio esset difficilis, tunc indistinctè pro ipso processu præsumitur. vt dicit Host. in d.c. cùm in iure peritus. & Ioh. An. idem sequitur in d.c. quoniam. & Cy. in l. emancipatione. C. de fide instru. Aliter enim absurditas maxima sequeretur

queretur in multis sententiis antiquis, per quas non posset probari de solemnitate processus, & hic finis litis per eas nō esset impositus, nec vllo tempore imponi posset. contra l.i.D.de re iu dic. & l.terminato. C. de fruc.& lit.exp.& l.si fratris.C. de transac.& l.fi.D.pro suo. cum similibus. Ex quibus omnibus colligitur decisio ad illam sæpius occurrentem quæstionem, qua quæritur an emptor à quo res fuit euicta per sententiam, agens contra venditorem de euictione teneatur, nedum sententiam sed etiam processum causæ contra se habitum producere? De qua quæstione notatur per aliquos in l.Hereonius.§.Caia.D.de euict.& plenè scripsi infra sub titulo,quando agitur ab emptore contra venditorem.

7 Nunc† transeo ad secundum articulum, videlicet quando verba enunciatiua seu narratiua proferūtur in vltima voluntate. In quo sic distingue.vt notatur per Cyn.in l.1. C.de fal. cau.adiect.leg. & per Bart. in l.ex hac scriptura. D. de donat. Aut verba enunciatiua emittuntur propter se tantum,& tunc inducunt dispositionem. vt dict.l.ex hac scriptura. Aut proferuntur incidenter propter aliud: & tunc quandoque proferuntur per modū conditionis; quandoque per modum modi: quādoque per modum causæ: quandoque per modum demonstrationis. Si quidem proferuntur per modum conditionis: tunc aut nulla fuit expressa species vel quantitas. & non inducunt probationem neque dispositionem.vt in l.Titia.in prin.D. de leg.2. secūdum primā lecturam, quia nec etiam induceret si fuissent omissa propter se. vt l. cùm post. §. generi.D. de iure dot. Aut expressa fuit certa quātitas vel certa species: & tunc quo ad id quod principaliter est in conditione non inducunt dispositionem (vt in l. ex facto. D. de hæred. instr.arg. l.si quis sub conditione.D.si quis om.cau.test.) quo autem ad id quod est antecedens vel consequens ad ipsam conditionem,distinguitur. aut est tale quòd possit per testatorem induci: & tunc dispositionem inducunt.aliàs secus. vt in l.Proculus.in prin.D.de vsufr. & in l. denique. §. interdum. D. de pecul.leg. Fallit quando verba conditionalia sunt prolata per ablatiua absolutiua. vt l.fideicommissa.in §. quanquam.D. de leg.3. & l.in ratione.§.tametsi.D.ad leg.Falc. Secūdo casu, quando proferuntur per modum modi, tunc dispositionem & probationem inducunt. vt l.fi. C.de his quæ sub modo. Tertio casu, quando proferuntur per modum causę,& tunc inducunt dispositionē quo ad effectum exipiendi.vt l. emptor.§.fi.D.de rei ven.& in l.fi.D.de dolo.excep. & etiam quo ad effectū agendi, quando in causa inerat tale quid super quo testator poterat disponere.vt in lege qui volebat.D.de hæred.instit.& notatur per Glo.in l. ii socer.§.Lucius.D.solu. matri.& p Innoc.in c.fin.ext. de suc. ab intest. Quarto casu, quando proferuntur per modum demonstrationis, tunc non inducunt dispositionem. vt l. cùm tale.§.fi.D. de codit.& demon. & l. ex his verbis. & ibi notatis per doct.C.de testam. mil. Fallit fauore militię & libertatis,vt ibi.Item fallit si fuerit iuratū vt in Auth.Quod obtinet.C.de proba.

8 Sed† hic reuoco in dubium, quid iuris quando proferūtur pro-

pter ſe principaliter, an inducãt probationem vel diſpoſitionem? Super quo latiùs ſic diſtingue. aut alia verba fuerunt prolata in præiudiciũ tertii extranei, aut ſui hæredis. Primo caſu inducunt diſpoſitionem. vt in l. verba. C. de teſtam. Secundo caſu ſubdiſtingue. aut fuerunt prolata erroneè, & tunc non inducunt diſpoſitionem. vt l. 2. C. de fal. cau. adiec. leg. Aut fuerunt prolata ſciẽter: & tunc aut fuerunt prolata modificatè, & vltra modificationẽ, non diſponunt. vt l. Lucius. §. filia. D. ad Treb. Aut fuerũt prolata ſimplicitèr: & tunc aut verba fuerũt directa ad honoratum, & tunc non inducunt diſpoſitionem. vt l. generaliter. in prin. D. de vſufru. leg. & notatur per Glo. in l. pero. in pr. D. de leg. 2. Niſi in libertate. vt in l. Paulus. in fi. D. de fideic. libert. aut referuntur ad grauatũ, & tũc inducunt diſpoſitionẽ. vt d. l. ex hac ſcriptura. D. de don.

9 Nunc† tranſeo ad tertiũ principalem articulum, qui eſt quando verba proferuntur in contractibus. vbi ſic diſtingue. Aut proferuntur ad liberandum, aut ad obligandum. Primo caſu inducũt diſpoſitionem, vt l. tale pactum. in prin. D. de pac. & ibi notatis. & hęc procedunt quãdo proferuntur propter ſe. vbi autem proferuntur incidenter propter aliud, tunc non inducũt diſpoſitionem, ſecundùm Baldũ in l. iubemꝰ. C. de libe. cauſa. Secundo caſu, quãdo proferuntur ad obligandũ: aut emittuntur propter ſe, & inducũt diſpoſitionẽ. vt in l. publia. in fi. D. depoſ. aut propter aliud, & tunc aut ſunt emiſſa inter præſentes, & inducunt probationẽ & præſumptionẽ, donec contrariũ probetur. vt in l. optimam. C. de contrahen. & cõmit. ſtip. & l. quidã. D. de proba. facit ꝙ notatur per Glo. & Cyn. in l. 2. C. de donat. aut emiſſa ſunt inter abſentes. & tũc nec probationem nec diſpoſitionẽ inducunt. vt in l. epiſtola. in prin. D. de pac. & in l. non epiſtolis. D. de proba. Tamen ſi ille in quẽ verba diriguntur ſit illius iuris poſſeſſor, facium & probant illum poſſeſſorem. vt d. l. non nudis. & l. non epiſtolis. C. de proba. 10 Et† hæc procedunt quando verba enunciatiua proferuntur à partibus. Si verò proferantur à notario, tunc dic vt habetur in Authen. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & in l. ſciendum. D. de verb. oblig. & in l. i. C. de fide inſtrum. & iure haſtę. fiſc.

Deſcendo ad quartum principalem articulum, qui eſt quando verba enunciatiua proferuntur in priuilegiis vel reſcriptis. in quo ſic diſtingue. Aut ſuper verbis narratiuis vel enunciatiuis non fundatur intẽtio principis, & tunc non probant. 11 Aut† principis intentio & conceſſio fundatur ſuper illis, & tũc ſub diſtingue. aut ſunt in facto ipſi' principis proprio, & tũc pleniſſimè probant. ſic quòd non poſſet probari contrariũ. aut ſunt in facto alieno, & tunc probãt plenè. attamen probari poteſt contrariũ. vt hæc omnia probãtur & tradũtur in textu, & in Gl. in c. ſi papa. ext. de priuil. lib. vi. & in clem. 1. ext. de probat.

Nunc tranſeo ad quintum articulum, quando proferuntur in actis iudicialibus. In quo ſic diſtingue. aut proferũtur per iudicẽ, & dic vt ſupra dictũ eſt. aut proferũtur à partibus, & tunc (ſecũdũ Bar.) dic: aut verba huiuſmodi enũciatiua proferuntur ante litem conteſtatã, & tunc non inducũt diſpoſitionem nec pro-

nec probationem præcisam, quia proferens potest pœnitere: aut proferuntur post litem contestatam, & tunc probationem inducunt, donec probetur contrarium. vt hæc probantur in l. qui familiæ. D. famili. ercisc. cum simil. &c.

SVMMA.

1 *Iudex præsumitur iudicasse motus rationibus allegatis, & quæ ex productis resultant.*

GLOSSA V.

Tribus & instrumentis. 1 Hîc † quæro de notabili quæstione, quoquò iudex videatur in dubio motus virtute istorum iurium, ad hanc sententiã proferendã? Quod est vtile scire, si forte esse postea apparuerit ipsa instrumenta esse falsa, vel nulla. Super quo dic (secundùm Cynum & alios) quòd sic. vt per eum notatur in l. pen. C. si ex fals. instrum. & hanc opinionem sequitur Hubertus de Bobio, in summa sua, in titulo de except. Cuius ratio est, quia animus iudicis in dubio refertur ad producta, quia secundùm ea iudicare debet. vt in l. illicitas. §. veritas. D. de offic. præsi. & præsumitur quòd sententia sit lata ex causa in processu deducta. vt notat Glo. in l. hoc enim. in prin. D. de suspect. tut. & etiam ex causa quæ in actis includitur. vt notat Bart. in l. si quis ad exhibendum. D. de except. rei iudi. & ibi per Gloss. & in l. Iulianus verum debitorem. D. de condic. indeb.

SVMMA.

1 *Invocatio Divini nominis est initium rei bene gerendæ.*

GLOSSA VI.

Christi nomine invocato. 1 Merito † præmittitur invocatio divini nominis, quia omnia bene gerentur si cuiusque rei principium decens sit & amabile Deo. vt in Authen. Quomodo oportet episc. in pr. collat. 1. Facit l. in nomine domini. C. de offic. præfec. præto. Afri. cum similibus.

SVMMA.

1 *Fortè Papiensis noster (vt cæca fata tempora ferebant) peregrinatus est ad famosum illud celebre Compostellanum B. Iacobo dicatum.*

GLOSSA VII.

Beatissimi Iacobi Apostoli. Iste gloriosus Apostolus fuit & est aduocatus meus in cœlis & in terra, quem tanquã factus peregrinus, in protectorem assumpsi, & ab eo multiformes gratias assumpsi & obtinui. Idem etiam & vos faciatis, quia scribitur in Euãgelio, Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. 1 Licèt † autè peregrinauerim per loca diuersa, animo tamen nullo loco requieuit. Sed mihi Seneca ille respondet: Miraris cur peregrinatione tam longa, tantisque locorum varietatibus, non dimissi tristitiã grauitatémq; mentis. Cœlum non animum potes mutare. sequitur te quocunq. iteris. vitia præsumit de eadem causa quę expulit. Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. &c.

SVMMA.

2 *Scriptura est de substantia sententiæ diffinitiuæ.*

GLOSSA VIII.

IN his scriptis. 1 Quia † scriptura est de substantia in sententia diffinitiua. vt l.2. C. de sen.ex peri. recit. cum sim. libus.

SVMMAE.

1 *Vi sententiæ diffinitiuæ dominium transfertur, res apprehensione sequuta.*

2 *Ex sententia diffinitiua nascitur actio in factum.*

3 *Iudex vt effugiat pœnam l. Properandum. C. de iudic. debet iurare sibi de causa non liquere, & absoluere reum ab obseruatione iudicii, saluis vtrique partis suis iuribus.*

4 *Finita instantia potest tamen iudex reum absoluere ab obseruatione iudicii.*

GLOSSA IX.

PRimò quidem pronunciamus & declaramus. Hic nota quòd sententia quæ profertur super hac actione reali dicitur sententia declaratoria. & idem ferè in cæteris realibus. vt probatur in l. ex diuerso. §. 1. D. de rei ven. & l. sicuti. §. si quæratur. D. si serui ven.

1 Hic † autē quæritur an per sententiā latā in hac actione reali transferatur dominiū? Dic vt plenè dixi suprà in primo libello in Glo. super verbo, iure dominii. & tāgitur per Bart. in l. Pomponius. §. si iussu. D. de acquir. poss. Cōclusiuè Gl. videtur tenere q̄ non. vt in l. inter officium. D. de rei ven. & in l. except. D. de except. rei iudi. & l. 3. §. fi. D. de public. Sed Bart. tenet q̄ transferatur, & hoc propter auctoritatē rei iudi. arg. in l. 3. §. item quæri potest. D. de reb. eorū. & d. l. 3. D. de public. In personali verò actione lata sententia, transfertur dominiū, secundū omnes. vt l. 2. in fi. D. si ex noxa. cau. ag. & l. generaliter. & l. qui ex pluribus. D. de noxal. & in l. si res D. commu. diui. Videlicet traditione vel rei apprehensione secuta. vt notatur in l. 2. in fin. D. de acquir. possess.

2 Deinde † quæritur an ex hac sententia lata in actione reali nascatur noua actio in factum, sicut nascitur quando lata est in actione personali? vt in l. actori. C. de iureiur. Super qua quæstione reperiuntur Glossæ contrariæ. nam Gl. in l. 1. C. de iudic. tenet quòd non, quia iudex non agit aliquid noui inducere, sed solùm quod est declarare. ergo vltra eius intentionē non operabitur. arg. in l. non omnis. D. si cert. pet. & l. si ex testamēto in fi. & l. si cū argentū. in prin. D. de exceptio. rei iudic. Alia Glos. posita in l. nam poste a. §. si minor. D. de iureiur. tenet contrarium, quam sequitur Bartolus in l. miles in §. iudicati. D. de re iudic. & l. 2. in fi. D. de pœn. stip. Vltra quæritur, an per sententiam inducatur aliqua obligatio, vel tollatur, & quę & quales. Super quo vide quod plenè habetur & notatur in l. Iulianus verum debitorem. D. de condic. indeb. & ibi per Bartolum, & Iacobum Butr. & per Cynum in l. cùm quis. C. de iur. & fac. ignor.

3 Postea † quæritur de vno, ad quod sæpè refugium habent timidi & miseri iudices. Ecce quòd iudex causæ non est plenè informatus de quæstione, in iure vel in facto, quid iudicare debeat, & instat terminus instantiæ ipsius causæ, qualiter debebit se regere in modo pronunciandi, vt fugiat pœnam proditam contra iudices negligentes?

gentes ? Super quo breuiter dic, quòd iudex debet ad se vocare nota rium causæ, & in manibus eius iurare, & scribi facere ipsum iuramentum, quòd sibi non liquet de iustitia ipsius causæ, nec de iure partiũ. & hoc facto sententiam ferre, per quam absoluat reum ab obseruatione iudicij, causa expressa, videlicet quòd sibi non liquet de causa, reseruando iura sua integra vtrique parti in alio iudicio. vt hæc probantur in l.si de mens in fi. D.de arbitris. & in l.si vti.D. de re iudic. & l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic. & determinatur per Inno. in c.t. circa fi.ext.de confir.vti.vel inutil. & in c.cùm contingat. ext.de offi.deleg.

4 Sed † quid si instantia litis sit finita, an iudex poterit absoluere ab obseruatione iudicij, & partem in expensis condemnare? quidam dicunt quòd non, quia desiit esse iudex per lapsum temporis. vt in c.de causis.ext.de offi. deleg. & in l.2.§. sed & si iudex.D.de iudic. Cyn. verò & alij tenent contrarium, vt per eum notatur in d. §. illo proculdubio.& in §.fi.in eadem.l.C.de iudic.

SVMMA.

* *Verbum* pertinere *licèt latissimè pateat, debet restringi ad causam in iudicium deductam.*

GLOSSA X.

PErtinere. 1 Istud † verbum largam habet significationem. vt in l. verbum pertinere. D. de verb. sig. Restringitur tamen eius significatum ad causam prosecutam seu in libello propositam arg. eius quod notatur in d.l. hoc enim in prin. D. de susp.tut.& in l.a.C.de iudic.

GLOSSA XI.

PLene iure. De significatione huius verbi plenè dixi supra, in primo libello, in Glo. super verbo iure dominij, de quo habetur in text. in l. Titia. ff. de an. leg. & in c. querelam. ext. de elect. cum similib.

SVMMAE.

1 *Reo ex sententia absolutoria continẽte causã, quia dominus sit fundi, competit rei vẽdicatio, si possessionem cadat. Secus si hæc causa non sit expressa.*

2 *Actor qui semel succubuit, non potest amplius eandem actionem experiri, prætextu instrumentorum de nouo repertorum.*

3 *Actor qui succubuit, quia reus non possidebat, iterum agere potest.*

4 *Iudex sententiam ferendo non tenetur (imò fatuum est) causam exprimere. Nisi* VII *casibus.*

GLOSSA XII.

RElaxandum & restituendum. Sciendum est quòd in hac actione condemnatur reus, non dare, sed restituere. vt in l. qui restituere. D. de rei ven. Quia dare est accipientis facere. vt l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. ff. de verb. oblig. vnde cùm iam sit dominus, non potest amplius fieri dominus. vt l.3.§. ex pluribus. D. de acquir. posses. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. D. commo.

Sed quid dices de quæstione sæpiùs occurrente. pone quòd reus fuerit absolutus, causa expressa quòd res est sua: deinde lapsu temporis cedit à possessione ipsius rei, quæ ad manus reducitur ipsius actoris. quæritur an reus agere poterit contra ipsum actorem factum possessorem,

rei vendicatione vel publiciana, vel actione in factum ex dicta sententia, & ab eo rem auocare?

1 Breuiter † dic (secundùm aliquos) aut fuit lata sententia absolutoria, causa expressa quòd reus dominus est, vel se dominum probauit (vt in quæstione proposita) & tunc sibi competit actio ex sententia, & exceptio pro dominio vel quasi ipsius rei obtinendo. iuxta nota in l. sed & si possessori. in prin. D. de iureiuran. & l. si inter me. & l. si quis rem. & ibi notatis. D. de except. rei iud. Per quod patet quòd talia verba enunciatiua, per modum causæ finalis expressa in sententia, inducunt dispositionem. quod est notandum. Pro quo videtur textus in d. l. si quis rem. & hanc opinionem sequitur Baldus in d. l. sed si possessori. & Bar. in l. circa. D. de probatio. & l. ex hac scriptura. D. de dona. Innocentius autem & Io. And. videntur tenere contrarium, in c. 2. ext. de causa possess. & proprier. Aut fuit lata sententia absolutoria, quia actor de suo dominio non probauit, vel quia ad alium rem ipsam pertinuisse apparuit. & tunc ipsi reo non competit actio si cadat à possessione. quia iudex hoc non gerit in mente ei ius tribuere. arg. in d. l. sed & si possessori. in fin. cum l. sequ. Aut fuit lata sententia absolutoria nulla causa expressa, tunc nulla reo competit actio. quia videtur absolutus in dubio ex eo quia actor non probauit, non autem quia dominus sit. vt habetur in l. si quis ad exhibendum. D. de except. rei iudic. & ibi notatis per Bar. & in l. Iulianus. D. de condic. indeb. & & l. duobus §. si à fideiussore. D. de iureiuran. vel saltem præsumitur absolutus ex causa in processu expressa. arg. in l. 1111. in fin. D. de re iudic. & l. 111. C. de sent. quæ sine cer. quanti.

2 Sed † circa præmissa occurrit tale dubium. reus est absolutus, quia agens non probauit. postea vult actor de nouo litem instituere, & probare per instrumenta de nouo reperta de iure suo. quæritur an possit, vel obstare habeat exceptioné rei iudicatæ. & videtur quòd possit agere, rei iudicatæ exceptione non obstante, per ea quæ habentur in l. Iulianus. de condic. inde. secundùm primam & secundá & quintã lecturam ibi positam. In contrarium est veritas per l. sub specie, cum ibi notatis. C. de re iudi. & l. imperatores. D. de re iudic. & ita determinat Bart. in d. l. si quis ad exhibendum. D. de except. rei iudic. Nec obstant quæ habentur in d. l. Iulianus. quia ibi loquitur quando in nouo iudicio erat diuersus modus agendi à primo, & noua intentia tendebat ad alium finẽ ad quem non tẽdebat prima. ideo non obstat ibi exceptio rei iudicatæ. Sed hic erat idem modus agendi, & ad eundem finem tendebat. Ergo. &c.

3 Quid † autem si reus absolutus, quia non possidebat, postea coeperit possidere, an poterit conueniri de nouo? Dic quòd sic. non obstante rei iudicatæ exceptione. vt in l. procurator ad exhibendum in prin. D. rem ra. hab. & ibi notatis. in gl. & in l. si rem. & in l. si quis de except. rei iudi. cum similib.

4 Vlterius † quæritur, an iudex in sua sentẽtia teneatur causam exprimere, quare absoluat vel cõdemnet? De quo tangitur per gl. & Io. And. in c. licet nobis. ext. de re iudi.

D. c

Die breviter quòd regulariter iudex non tenetur de necessitate causam exprimere, imò periculum est & fatuum illam exprimere, si potest cum silentio pertransire, quia redargui posset sententia de nullitate, si causa reperiretur falsa vel erronea, vt superiùs tactum est. Fallit regula in ter casibus, in quibus de necessitate, vel ex legis benignitate causa est exprimenda. Primus est, quando iudex appellationis fert sententiam revocatoriam primæ. exti. de re iudi. c. cùm Bertoldus. Secundus, quando reus absoluitur ab instantia iudicij. nam debet exprimere per quam partem fieret quòd lis finem nõ haberet. vt l. properandũ §. illo procedendo. C. de iudic. & ibi per Cy. de hoc. Tertius, quãdo reus absoluitur propter inceptã petitionem. vt ext. de iudic. in c. examinata. Quart°, quãdo reus condemnatur super principali, & absoluitur ab expensis, quia causa absolutionis exprimenda est. vt in Auth. de iudic. §. oportet collat. vi. in l. sciẽdum. ff. de appel. recip. Quintus est, quando reus absoluitur, quia nõ possidet. vt ext. de excep. in c. pen. Sextus est, in sententia excõmunicationis. vt in c. 1. ext. de sen. excõ. lib. vi. & notat. Spe. in ti. de sen. prola. §. qualiter. in ver. verùm si rationes. Et adde septimum casum, videlicet quando tutor vel curator remouetur vt suspectus. vt l. hæc enim causæ in prin. D. de suspec. tut.

GLOSSA XIII.

Lxmorum centum pro fructibus. Qualiter fructus sint in petitione postulandi, & consequenter in condemnatione ponendi, plenè dixi supra in primo libello, in Glo. super verbo simul cum fructibus.

SVMMAR.

1 *Regulariter victus victuri cõdemnandus est in expẽsas. Nisi victus iustam causam habuit litigandi.*

2 *Cùm iudex alicui parti reservat ius ei competens, nullum ei ius tribuit, vel declarat ad eum pertinere.*

3 *Ablativus absoluti facit cõditionẽ.*

GLOSSA XIIII.

Absolutus ab expensis. 1 Notandum † est quòd hæc absolutio non est ficnda regulariter, quando reus succubuit in principali, immò debet cõdemnari in expensis. vt traditur in l. properãdum. §. sin autem reus. C. de iudic. fallit quando subest causa iusta litigandi. vt notatur in l. qui solidũ. §. etiam. D. de leg. 2. & plenè scripti. s. in primo libello. in gl. super ver. expensis.

2 Postremò † quæritur. ecce q̃ iudex in sententia absolutoria adiecit istã clausulã, saluo omni iure cõpetenti dicto Simonino in alio iudicio super dicta pecia terræ nũqd poterit ipse Simoninus allegare in alio iudicio ius sibi cõpetere in ipsa terra, virtute huius sententiæ? Videtur q̃ sic. qa illa verba omni iure cõpetenti, sunt téporis præsentis. ergo dispoñt de præsẽti. vt l. si à colono. D. de verb. ob. In cõtrariũ est veritas. quia hoc verbũ competenti, resoluitur in vim cõditionis. vt sit sẽsus. ſi q̃ ius cõpetit. arg. eius q̃ not. gl. notabiliter in clem. 1. in prin. in gl. super verbo si dignitatib°, in fi. de præbẽ. 3 Et † est ratio, qa ablativi absoluti faciũt cõditionẽ. vt l. cuictis. ff. de vsur. & l. à testatore. ff. de cõdit. & demõ. sicq; necesse habebit ipse Simoninus aliunde de iure suo probare, quia sententia solùm reservat ius sibi quod apparebit ei cõpetere aliũde, & ex alia causa: non autem declarare vel disponere intendit q̃ ius aliq̃d sibi

competeret, quia sic implicaret contraria. nam absolutio fit quia non constat iudici de iure aliquo ipsi Simonino competenti. Reseruatio autem operatur, vt ius quod coram eo non est probatum, si quod competit, in alio iudicio probare possit. non autem fit reseruatio, (vt prædictũ est) vt per eam ius aliquod cõpetere confirmetur vel disponatur. Et hęc sufficiant.

FORMA Appellationis à sententia diffinitiua.

TITVLVS XXI.

CORAM VOBIS domino Vicario cõparet & se præsentat præfatus Simoninus procuratorio nomine dicti Ioannis, causa & occasione cuiusdam assertæ sententię, vt dicitur, pervos latę, contra ipsum Simoninum, dicto nomine, & dictum Ioannem, in fauorem suprascripti Andrini, causa & lite inter ipsas partes coram vobis tũc vertente, ac causa & occasione omnium & singulorum in ipsa tali quali sententia contentorum.

I In qua quidem asserta sententia inter cętera effectualiter (vt dicitur) condẽnastis dictum Ioannẽ & eundem Simoninum eius nomine ad restituendum & dimittendũ ipsi Andrino, peciam terræ, de qua in libello dicti Andrini fit mentio. & vlterius in florenos c. pro fructibus &c. prout hæc & alia in ipsa asserta sententia latiùs reperiũtur expressa, ad quam relatio habeatur.

II Dicens & proponens prędnominatus Simoninus dicto nomine, ipsam prætensam sententiam, & omnia & singula in ea contenta, (in illis passibus, punctis, & articulis tantùm, in quibus lata sit seu esse reperiatur contra ipsum Simoninum & dictum Ioannem & iura sua) fuisse & esse nulla nulliúsque valoris & momenti.

III Et in quantum sit aliqua (quod non credit) dicit eam fuisse & esse iniquam & iniustam, ac iniquè & iniustè latam & pronunciatam.

IIII Et ab ipsa asserta sententia tanquam nulla, & nullius valoris, & tanquam iniqua similiter & iniusta, & iniquè ac iniustè lata & pronunciata, in his scriptis prouocat & appellat, ad dominum Potestatem Papiæ, & ad quemcunque iudicem competentem, ad quem de iure meliùs appel-

appellare poteſt, & ad quem preſens nullitas & appellatio melius deuoluitur, ſeu deoluí poteſt.

V. Petens, & cum inſtantia iterum petens, ſemel, bis, & ter, inſtanter & inſtantiſſimè, apoſtolos ſibi tradi, & literas dimiſſorias, cum quibus ſe præſentare poſſit corã iudice competenti præſentis nullitatis & appellationis.

VI. Proteſtans quòd per ipſum Simoninũ dicto nomine, non ſtat nec ſtabit, quominus ipſos apoſtolos recipiat, quandocunque vobis placuerit. Et inde præfatus Simoninus rogauit notarium &c.

SVMMAE.

1 *Quatuor in libello appellationis requiri.*

2 *Appellatio introducta eſt ad ſupplendum defectum probationis, & ad emendãdam iudicis iniquitatẽ.*

3 *Sententia iniqua, à qua non eſt appellatum, facit ius, & executioni mandanda eſt.*

Sententia tribus modis confirmatur, approbando, non appellando intra x. dies & petendo terminũ ad ſoluendum.

Sententia quatuor modis infirmatur, per appellationem, in integrũ reſtitutionem, ſupplicationem, nullitatem.

Quilibet cuius intereſt appellare poteſt.

7 *Omni tempore licet appellare, feriato & non feriato.*

8 *Appellatio ſuſpendit ſententiam, ſed non extinguit.*

9 *Appellans non poteſt renunciare appellationi parte inuita: ſed proſequi poteſt eam, in capitulis a quibus appellatum eſt.*

10 *Qui obtinuit ſententiam, poteſt petere intra tempora appellationis, vt confirmetur coram ſuperiore, etiamſi appellatum non ſit.*

11 *Regulariter appellari poteſt in omnibus litibus criminalibus & ciuilibus.*

12 *Enumerantur IX. caſus, in quibus appellare non licet in litibus ciuilibus.*

13 *Reſtitutio peti poteſt certis caſibus, aduerſus ſententiam latam in cauſa momentanea poſſeſſionis.*

14 *In criminalibus non licet appellare VI. caſibus hic enumeratis.*

15 *A delegato appellatur ad delegantem, in interlocutoria, alioqui ſemper appellatur ad ordinarium.*

16 *Appellatio interponi debet coram iudicibus qui ſententiam tulerunt ſed ſi reperiri non poſſint, poterit interponi coram iudice ad quẽ appellatur.*

17 *Appellari poteſt viua voce, illico, ſed ex interuallo appellari debet in ſcriptis, & intra decem dies.*

18 *Tempus appellandi non currit, niſi à tempore ſcientiæ.*

GLOSSA I.

COram vobis. 1 Aduertendũ † quòd libellus appellationis debet quatuor cõtinere. Primò, perſonam eius qui appellat: ſecundò, perſonam eius à cuius ſententia appellatur: tertiò, à qua ſententia appellatur: quartò, contra quam perſonam appellatio interponitur. vt l.

l. in fi. D. de appel. & ibi de hoc per Bart.

2 Quæritur † qua ratione sit reperta appellatio? Dic quòd duplici de causa: prima, vt defectus probationis interueniens in principali lite, possit suppleri & restaurari in appellatione. secunda est, ne iudicatis iniquitas vel imperitia remaneat in partis præiudicium occultata. vt hæc habentur in l. 1. in prin. D. de appel. & in l. eos. C. eo. & l. per hanc D. de temp. appel. 3 Si † tamen à sententia quantumcunque iniqua non appelletur, fit ius ex ea, & de iniusto fit iustum. vt l. fi. D. de iusti. & iure. & l. 1. §. in hoc interdicto D. de libe. exhi. cum similibus superius allegatis, in proximo præcedenti titulo, & est præcisè mittenda executioni. vt dicit Inno. in c. quoniã contra falsam. ext. de prob. in gl. fi.

4 Quæritur † quot modis cõfirmetur sententia? respondeo multismodis. Primo per expressã partis approbationẽ. vt l. fi expressim. D. de appel. & l. ab eo. in fi. C. quomodo & quando iudex. Itẽ fi nõ appellatur à sententia, vel appelletur post terminum x. dierum à iure limitatum vt d. l. ab eo. & in d. l. eos. §. 1. & l. 1. §. biduum. D quando appel. fit. & in Auth. hodie. C. de appel. cum similibus. Item si condemnatus petat terminum ad soluendum. vt l. absolutionem. C. de re iudic.

5 Inde † quæritur qualiter & quot modis sententia impugnetur? Dic vt supra dixi, in præcedenti titulo, quatuor modis. videlicet per appellationem, per in integrum restitutionem, per supplicationem, & per nullitatem.

6 Quæritur † quis possit appellare? Dic quòd condemnatus, & quilibet grauatur. vt l. & in omnibus. & in l. eos. C. de appel. & in d. l. 1. D. eo. ac etiam quilibet cuius interest sententiam non esse sic latam. vt l. sententia. & l. ab executione. §. alio condemnato. D. de appell. & ibi notatis, & in c. cùm super. ext. de re iudic. Et quæ sit forma appellandi, quando tertia persona appellat pro suo interesse, notat Inno. in d. c. cùm super.

7 Item † quæritur an omni tẽpore liceat appellare, tam feriato quàm non feriato? Dic quòd sic. vt in l. 1. & ibi notatis C. de feriis.

8 Sed † an appellatio extinguat pronunciatum vel suspendat? Textus videntur contrarii. nam in l. 1. in fi. & ibi notatis D. ad Turpil. dicit textus quòd extinguitur. alibi dicit quòd suspenditur. & hæc verior. vt habetur in l. præcipimus. vers. hunc salubrem. & vers. seq. C. de appel. & in l. ab executione. in prin. C. quor. appel. non recip. & in l. fi. C. de fide instrum. & optimè in l. fi. C. si reus vel accus. mor. fu.

9 Sed † pone quòd is qui appellauit renunciat ipsi appellationi (quod facere potest. vt l. fi quis libellos. C. de appel.) an ipse qui obtinuerit, poterit prosequi illã appellationẽ? D. stingue breuiter, aut reus qui succubuit, appellauit simpliciter, nõ distinctis neque determinatis capitulis in genere vel in specie à quibus appellauit: & tũc licebit actori prosequi ad suum cõmodũ talẽ appellationem. vt in l. ampliorem. & ibi per Iac. Butri. C. de temp. appel. Aut distinxit capitula à quibus appellauit, saltẽ in genere (vt patet in hac forma) & tũc in ipsis tantũ capitulis à quibus appellauit, vel ad quæ appellatio se refert, poterit appellationem

tionem prosequi, non obstante ipsa renunciatione. vt notatur per Bar. in d.l.ampliorem. Et per hoc patet quòd differt causa principalis ab appellatione: nam in principali, oblato libello potest actor hic renunciare, reo multo. vt l. postquam Inst. C. de pact. & notatur per doc. in Authe. Qui semel. C. quom. & quando iudex. sed interposita appellatione, non licet parte inuita appellationi renunciare. vt dictum est quæ autè breuiter cogita. 10 Ad † vnum tamen aduerte, quòd qui obtinuit sententiã, potest petere coram superiore ipsam sententiam confirmari, etiam si ab ea non fuerit prouocatum. vt in c. 1. & 2. ext. de confirm. vtil. vel inut. Quam petitionem cõfirmationis puto fiendam intra tẽpora ad appellandum præfixa, vt ibi notatur.

11 Quæritur † vbi in quibus iudicibus vel causis liceat appellare? Respond. q. ò. d. in omnibus regulariter tam in ciuilibus quàm criminalibus. De ciuilibus patet in l. 1. & l. in maioribus. & quasi per totum. C. de appel. & in c. de appellationibus. & quasi per totum. ext. de appel.

12 Fallit † hæc regula quę de ciuilibus traditur in subiectis casibus. Primò quando pars renunciauit beneficio appellandi. vt l. fi. in fi. C. de temp. appel. & l. 1. §. fi quis. D. à quib. appel. nõ licet. Item si princeps causam commiserit, appellatione remota. vt d. l. 1. in fi. Item si fuit appellatum à sententia interlocutoria. vt l. 2. D. de appel. recip. & l. pen. C. quorum appel. non recip. & plenè dixi vbi vide supra in tit. 2. Item fallit in vero contumace, qui non appellat. vt l. 1. C. quor. app. non recip. & l. 1. §. item cùm ex edicto. D. quæ sent. sine appel. rescin. & ibi notatis & clarius in l. contumacia. D. de re iudic. Item in causa momentanea possessionis, in qua nemo appellat. vt dixi supra in tit. 2. & probatur in l. 1. C. si de momen. poss. 13 Licèt † posset in integrum restitutio petimaximè si fuerit sententia lata ex falsis testibus vel instrumentis. vt dicit Ia. Buc. in l. falsam. C. si ex fal. instrum. Idem si lata esset contra minorem vel absentem, ex causa iust. vt C. si aduer. rem iudi. l. 1. cum l. seq. Item fallit in executione, à qua non appellatur nisi modus excedatur in exequendo. vt l. ab executione. C. quorum appel. non recip. de quo plenius notatur infra sub titulo de executione sen. Item fallit in sententia lata super reductione ad arbitrium boni viri, à qua non potest appellari. vt dicit Inno. in c. præsenti. ext. de rescrip. quam opi. Bar. secutus est in l. 1. D. de leg. 2. & ibi idẽ tenuit Baldus. & per eundem Bart. in l. nemo potest. D. de leg. 1. Licèt postea mutato proposito, idem Bal. in l. 1. C. ne lic. retro prouoc. tenuerit quòd possit appellari: nec tamen aliquid boni allegat. pro eo tamen facit regula l. & in maioribus. C. de appel. & quod notatur per glo. in c. super his ext. de accus. in glo. quæ incipit. hoc g. notale. De quo vide plenè quod scripti infra sub titulo de forma libelli quo agitur ad pœnam ex cõpromisso. Itẽ fallit in debitore fiscali condemnato. vt in Labstinendum. & in l. fi. C. quorum appel. non recip. Item fallit cùm agitur de testamento aperiendo. vel vt hæres in possessionem mittatur. vt l. quisquis. C. quorum appel. non recip. & l. fi. D. de appel. recip.

De criminal[i]b[us] patet, in l. litiga-

toribus. C. de appel. & l. non tamũ. D. de appel. & Ladditos. C. de epis. aud. 14 Fallit † hæc regula in infrascriptis casibus. videlicet in homicida, venefico, adultero, incantatore seu mago, & in publico violatore. vt traditur in l. 2. C. quorum appel. non recip. Item fallit in officiali delinquente in officio ab eius superiore condemnato. vt in l. nulli. C. quorum appel. non recip.

Inde quæritur ad quem debeat appellari? Vbi distingue, aut appellatur à sententia lata per delegatũ: aut appellatur ab ea quæ lata est per ordinarium. Primo casu distingue. aut erat subdelegatus ad totam causam ab alio delegato, in casu concesso: & tunc appellatur ad ordinarium, non autem ad ipsum delegantem. vt habetur & notatur per Bart. in l. 1. D. quis & à quo appel. Aut erat simplex delegatus. & tunc aut erat delegatus ad totã causam: & tunc appellatur ad ipsum ordinarium delegantem, vt dictum est. Idem si erat delegatus ad certam partem, & tulit per se sententiam. Si autem alij subdelegauit, tunc aut subdelegauit causam in totum, & appellabitur ad ordinarium, vt dictum est. Aut reseruauit in se sententiam, & medium vel principium subdelegauit: & tunc appellatur ad delegantem. & hæc probantur in c. super quæstionum. in §. porro. ext. de offic. deleg. & in d. l. 1. Sicque patet ex prædictis, quòd si subdelegatus ferat sententiam diffinitiuam super tota causa, quòd appellandum est ad ordinarium. Si verò fert sententiam interlocutoriam super parte aliqua ipsius causæ, tunc appellandum est ad delegatum. Patet etiam quòd quantum ad appellationem interponendam à diffinitiua sententia non differt delegatus à subdelegato, quia vtroque casu ad ordinarium appellatur. Verùm consultè agendo, die in appellatione semper te appellare ad iudicem cõpetentem. vt habetur & notatur in l. qui Romæ. §. Seia. D. de verb. obl.

16 Quinto † quæritur coram quo interponi debeat appellatio? Dic coram illo qui sententiam tulit. vt d. l. 1. D. Quis & à quo appel. Et si plures pronunciauerunt, debebit coram singulis communiter vel separatim appellatio interponi. vt in clem. 1. de appel. Et si forte iudicũ non haberetur copia, quia vel fugerunt & latitant (vt plerunque faciũt meticulosi iudices) aut alterius eorum non potest copia haberi, tunc sufficit adire iudicem superiorẽ, ad quẽ devoluitur de iure appellatio, & infra tempus limitatum ad appellandum libellum appellationis porrigere. vt 2. qu. 6. c. biduum. §. si quis ipsius. ad quod facit quod habetur in l. 1. & 2. C. de his qui p metu. iud. non appell. Sunt tamen aliqui qui practicant hoc modo. vadunt enim ad domum solitæ habitationis ipsius iudicis, si erat delegatus: vel ad solitum tribunal, si erat ordinarius: & ibi protestantur de absentia iudicis, & per notarium faciunt scribi eorum appellationem. & inde vadunt cum ipsa appellatione ad iudicẽ superiorẽ, & prosequuntur causam coram eo. Tamẽ talis practica nõ innitur iure, nisi quo ad ostendendum de delegãta ipsius partis. & absentia iudicis. arg. in l. si quis appellandũ. C. de appell. & l. ve perfectius. C. de an. excep. & in §. si mit. in d. l. 1. Quãdo appel. fit. Vt de cõsiliũ est ꝙ reiteretur appellatio coram

ipso

ipso iudice superiore. Ad quod etiã facit quod notat Bar. in l. non solũ. §. morte. D. de opera. no. nunci. vers. circa tertium. Et si forte esse nec superioris iudicis posset haberi copia: tunc debet appellans coram honestis personis de sua appellatione protestari. & sic excusabitur. vt habetur in c. fi. ext. de appel. & notatis per gl. in clem. 1. ext. de appel. cum similibus ibi notatis.

17 Amplius † etiam est notandum, quod etiam viua voce. si pars præsens in sententia, ab ea posset appellare, dummodo incontinenti appellet. vt in l. 2. D. de appel. Vbi autem ex interuallo interponitur, tũc requiritur appellatio in scriptis, & quod infra decem dies interponatur, iure nouo. vt in Auth. hodie. C. de appel. Licèt olim debebat interponi infra biduum vel triduum. vt l. 1. §. biduum. D. quando appel. sit. & in l. eos. §. ne temere. C. de appel.

18 Istud † autẽ tempus appellandi non currit, nisi à tẽpore scientiæ. non autem à tempore sententiæ. vt probatur in d. l. 1. §. fi. D. quando appel. lit. & in d. §. biduum. & l. ab eo. C. quom. & quando iud. Et pro tanto, quando condemnatus nõ fuit præsens sententiæ, solent prudentes tibi notificare sententiã debito modo, videlicet in forma publica. vt in clem. causam ext. de elec. & notatis per Bar. in d. §. morte. vt per hoc currat tibi tempus appellandi. Quid autem si pars appellauit oretenus & in scriptis an poterit super vtraque procedere? Vide quod infra dicã, in glo. super verbo, *in his scriptis*.

SVMMA.

1 *causa grauaminis exprimi debent, cum appellatur ab interlocutoria. secus cum à diffinitiua.*

2 *Sententia nulla potest dici simpliciter sententia, sic etiam testamentũ & similia.*

3 *Mens proferentis potiùs quàm verba attendi debet, maximè in iudicijs.*

GLOSSA II.

Occasione eiusdem sententiæ asserta. Meritò fit mentio de sententia à qua appellatur, quia semper exprimi debet qualitas grauaminis, à quo appellatio interponitur, vt dictum est supra, & habetur in d. l. 1. §. 1. D. de appel. 1 In † qua appellatione quæ interponitur à diffinitiua sententia, non est necesse causas exprimere: sed in interlocutoria secus est, vt dictum est 3. & habetur in l. scio. D. de appel. & in c. cordi. & in c. vt debitus. ext. de appel. De qua forma appellandi traditur in c. post appellationem. in fi. 2. q. vi.

2 Sed † quæritur quare dicatur *asserta*? Solutio. dicunt quidã quòd ideo ne videatur simpliciter loquẽdo sentẽtiam approbare, quam nititur impugnare. Sed ego credo nil referre quo sermone quis loquatur: nam per sequentia verba declaratur qualis fuerit intentio circa præcedẽtia. vt l. si seruus plurium. in fi. D. de leg. 1. & l. hæredes palam. §. sed si notam. D. de testam. Vnde cùm in sequentibus dicat ipsam sentẽtiam nullam & iniquam, patet manifestè quòd per præcedentia verba non est eius propositum ipsam confirmare, tanquam aliquam. 3 Et † mens proferentis potiùs quàm verba attendi debet, maximè in iudicijs. vt l. si quis intentione ambigua. D. de iudi. & in l. Labeo. D. de suppel. leg. Facit quod alibi dicitur de testamẽ.

to, quod licèt de se nullum sit, tamen appellatur testamentum. Vnde rectè dicimus quòd istud testamentum est nullum. vt l. istit. quib. modis testam. infir. §. 1. & D. de iniusto rup. testam. l. 1. licèt impropriè & abusiuè appelletur testamentum. vt dicit textus in l. 2. §. 1. D. quemad. testam. aper.

SVMMAE.

1 *Condemnatus potest appellare à certis capitibus sententiæ, & cæteris acquiescere.*

2 *Cùm alter litigantium appellauit à certis capitibus sententiæ, illum appellationem potest alter vti, & in iisdem capitibus (sed non in aliis) gravamen proponere.*

GLOSSA III.

IN illis passibus, puncti. 1 Hæc† practica sumitur ex c. Raynaldus. ext. de testam. & quod notatur per glo. fi. ext. de appel. lib. 6. Nam tot sunt sententiæ quot sunt eius capitula. argu. in l. etiam. & ibi notatis. D. de minorib. sicut tot sunt stipulationes quot sunt summæ vel res. vt l. scire debemus. in princip. D. de verb. oblig. Idcóque potest condemnatus vel priuatus ab vno capitulo appellare, & in alio consentire. vt in d. c. Raynaldus. 2 Nec† talis appellatio sic diuisim interposita proderit aduersario, quo ad capitula non contenta: sed in connexis ei proderit, vt illam prosequi possit. vt I. dixi, & probatur in d. l. etiam. in §. ex causa. D. de minor. cum similibus ibi notatis. & tangitur per Bart. & Iac. But. in l. ampliorem. C. de appel. & in l. appellanti. D. de appell. Prodesset etiam plenùs aduersario ipsa appellatio, si fuisset simpliciter & absolutè interposita, adeò & non posset appellàs renunciare appellationi, in præiudicium suum aduersarij. vt habet ff. & notatur in d. l. ampliorem. & l. omnem honorem. eo. tit. & ibi notatur per Cyn. & in l. per hanc. C. de tem. p. appel. & supra retigi.

SVMMAE.

1 *Nullitas proponi potest à parte (nō ab eius aduocato) per viā actionis & exceptionis.*

2 *Pars quæ simpliciter appellat, non potest postea sententiam dicere nullam, cùm nullitas procedit ex defectu formæ, non si procedat ex defectu consensus.*

3 *Cognoscens de restitutione in integrum potest cognoscere de nullitate sententiæ.*

4 *Disputari potest de nullitate, tam agendo quàm excipiendo.*

5 *Non iure actionis, sed officio iudicis (quod durat 30. annis) de nullitate cognoscitur.*

6 *Causa nullitatis sententiæ incidenter debet tractari, coram iudice, apud quem principaliter quæstio tractatur. principaliter vero, apud eum qui pronunciauit, vel eum superiorem, prout actor voluerit.*

7 *Causa nullitatis trahit secum eādem tribunal causam iniquitatis, & contra.*

8 *In pragmaticis cauillatores inhibetur.*

9 *Ob nullitatem, nisi appareat de iniquitate, non debet iudex condemnationem differre.*

10 *Ea pars actorum seu processus, quæ vitio nullitatis laborat, repetenda est de nouo.*

GLOSSA IIII.

FVISSE & esse nullam. 1 Potest† condēnatus de nullitate querelā proponere

proponere dupliciter, vel in modū agendi, vt hic, vel in modum excipiendi, vt in l. 4. in §. condemnatū, & in l. cum nulla. D. de re iudic. Et hoc ad partem pertinet allegare, nō ad eius aduocatum, cùm exceptio nullitatis sit peremptoria, vt ibi. & per hæc apud acta per partem proponendo. vt in c. quoniam contra falsum. ext. de probat. Quot autem modis possit dici nulla plenè dictū est supra, in titulo præcedenti.

2 Sed† quid dices, si simpliciter appellauit, nec de nullitate quicquam expressit, an in processu causæ possit dicere ipsam nullam? Videtur quòd non, quia appellatio præsupponit sententiam esse aliquam. arg. in l. 2. §. falsus. D. rem rat. hab. Distingue tamen sic. Aut sententia est nulla ex defectu formæ vel solennitatis debitæ: tunc appellando simpliciter non videtur illam approbare tacitè, quia nec expressè potest illam confirmare tanquam sententiam. vt habetur in l. fi expressim. D. de appel. vnde poterit dici nulla in processu causæ. Aut est nulla ex defectu consensus ipsius partis quæ non fuit in iudicio. & tūc simpliciter appellando videtur ipsam confirmare, tanquam ritè & solennitèr latam, sed non tanquam æquè & iustè latam, vt in d. §. falsus. sicque postea nullam dicere nō poterit. de quo latiùs tetigit Inno. in cap. cum contingat. ext. de offic. deleg. 3 Idémque† dic in integrum restitutione aduersus sententiam petita: nam poterit iudex super nullitate cognoscere. vt ibi notatur per eundem Inno.

4 Vlterius† reuoco in dubium (vt plenius cognoscatur quod supra tactum est) quot modis possit de nullitate disputari? Dic duobus modis principaliter, vno modo in vim agendi, alio modo in vim excipiendi. Et agēdo quæri potest dupliciter. vno modo incidenter vt in hac forma, in qua (secundùm communem opinionem) dicimus quòd nullitas venit incidenter ad appellationem. vt notatur per Gl. & cost. in l. 1. C. quando prob. non est necess. licèt idem Ia. But. tenuerit contrarium. Alio modo quæritur principaliter, videlicet quando nullitas sola allegatur, petendo sententiam pronunciari nullam. vt notatur per Gl. in l. 1. D. quæ sententiæ sine appel. rescin. Excipiendo verò, de nullitate quæritur, quando executio sententiæ postulatur, & per partem cōtra quā est lata fore nullam allegatur. vt in l. 1. in princ. D. quæ sent. sine appel. rescin. & in l. fi prætor. in §. Marcellus. D. de iudic. & plenius dicetur. I. in titulo de executione sententiæ.

5 Ex† ea tamen prædicta dubium occurrit, an iure actionis vel officio iudicis petatur sententia principaliter pronūciari nulla? Die breuiter quòd solùm iudicis officio, cū non sit materia habilis ad producēdum in hoc actionem. vt notatur per Inno. in c. fi. ext. de offic. iudi. & in c. G. perpetuus. ext. de fide instru. Idem etiam sequitur Bart. in l. quidam in suo. D. de condit. instirut. & plenius in dict. l. fi expressim. D. de appel. Ad quod facit l. fi pater tuus. C. quando prouoc. non est necess. Et nota quòd hoc officiū iudicis durat tāto tēpore quāto actio personalis, scilicet x x x. annis. vt l. omnes. & l. ficut C. de præsc. x x x. an. & inst. de perp. & temp. act. in prin. Sed quid dices in appellatione, an iure actionis vel officio iudicis petatur? Io

ad. Arri.

nunciari ſententia iniqua vel iniuſta? ſuper quo Bart. in d.l.1.in prin. D. de appel. dicit quòd appellatio non eſt actio, nec officium iudicis, ſed ius quoddam ex his ſeparatum. per textũ d. l.1. dum dicit quòd appellatio eſt ius &c. Vnde virtute huius propoſiti, iudex ex ſuo officio mouetur ad deferendum huic iuri, & ſic erit officium mercenarium. vt l.4.C. depoſ.

6 Deinde † quæritur corã quo iudice agendum eſt de huiuſmodi nullitate ſententiæ? Breuiter ſic dicendum eſt. Aut quæritur de ea incidenter: & tunc coram illo iudice ventilabitur, coram quo pendet cauſa, ſiue ſit principalis, ſiue appellationis, ſiue executionis. Si verò de nullitate principaliter ſit agendum vel quærendum, tũc erit in electione ipſius agentis, vel cauſam proponere coram iudice ſuperiore eius qui pronunciauit, vel coram illo iudice qui pronunciauit, ſi eſt ordinarius. vt probatur in l.4. C. de accuſ. & ibi per Ia. But. & in l. carmelia pia. D. de iure patrona. & ibi per Bar. in l. ſi expreſſim ſupra alle. & per Cy. & Iac. de Are. in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iudex.

7 Sed † nunquid iudex cauſæ nullitatis dictæ ſententiæ, poterit de cauſa principali cognoſcere, cognito quòd ſententia ſit nulla? Dicit Bar. in d.l. ſi expreſſim, quòd ſic. quia (ſecundùm eum) ſicut cauſa appellationis deuoluit ad ſuperiorem cauſam nullitatis, vt dictũ eſt, ſic cauſa nullitatis deuoluit ad cauſam iniquitatis. Quòd etiam ſequitur Innoc. in c. cùm contingat. ext. de offi. deleg. quod multùm nota.

8 Non † ergo gaudeant cauilloſi aduocati & procuratores, qui frequenter conantur per talem nullitatis effectũ, totũ ſubuertere cauſæ proceſſum, magnis ſumptibus & laboribus obtentum, & cauſam reducere ad priſtinum ſtatum, vt habeant nouũ ſalariũ. Quorum malitiis per hanc viã eſt ſuccurſum. 9 quia † potuo quòd iudex videat ſententiam nullam, non tamen differre debet, neque abſtinere reum condemnare, ſi viderit cõdemnandũ, & ipſũ abſoluere, ſi viderit abſoluẽdũ.

10 Supereſt † autem diſcutere, an ſuper eiſdem actis pronunciabit de cauſa principali, vel repeti faciat nouum proceſſum ſuper ea? Circa quod ſic diſtingue. Aut cauſa nullitatis reſpicit vniformiter acta & ſententiam, veputa ſi litigatum eſt cum minore indefenſo, vel coram iudice incompetenti, & tunc quia omnia ſunt nulla, repetentur acta de nouo, & ſuper ipſis pronunciabitur. vt l. cùm ad vos minores. C. ſi aduerſ. rem iudic. & l. contra pupillum. D. de re iudic. Aut cauſa nullitatis reſpicit ſolam ſententiam, & non acta. vt quia ſententia fuit lata die feriata, vel parte nõ citata, & ſimilia. & tunc procedat Gl. in l. ſi expreſſim. D. de app. & in l. ſi vt proponis. C. quomodo. & quãdo iudex. & ibi per Cyn. Aut cauſa nullitatis reſpicit partem actorum tãtùm, ac ſententiam. verbi gratia, ſi proceſſum fuit contra eum tam in eius vita, quàm poſt eius mortem. & tũc acta in vita firma manebunt & repetentur alia quæ facta ſunt poſt mortem, ſecundùm Bar. vt per eum notatur in l. cùm quæreba tur. D. de re iudic.

SVMMAE.

1 *Sublata appellatione non tollitur nullitas, niſi ſit acceſſoria.*

2 *Reſtè*

3 *Recte sic concipitur appellatio, Dico sententiam esse nullam: & si est aliqua, appello.*

4 *Cùm iudex pronunciat malè appellatum, non tamen tollit nullitatem sententiæ, quæ nulla est ipso iure. Nec nullitatem ex alia causa: nisi in appellatione petitū sit vt sententia diceretur nulla.*

4 *Cùm iudex pronunciat bene iudicatum, tollit nullitatem.*

5 *Is qui obtinuit sententiam potest petere, vt per superiorē confirmetur.*

6 *Appellans ab interlocutoria probare debet se ex iustis causis appellasse, quas debet exprimere. At in meritis causæ, appellatus probare debet iuste iudicatum.*

7 *Cùm reus solus litigantium prosequitur appellationem, debet producere acta, sine quibus iudex non potest iudicare.*

8 *Appellans debet producere sententiam & acta causæ: appellatus verò acta quæ concernunt merita causæ: Nisi eius intentio niteretur iure communi.*

9 *Iudex appellationis potest iudicare super positionibus quæ referant acta causæ, si illa acta deficiant.*

GLOSSA V.

Et inquantum sit aliqua. Nota quòd per hæc verba causa iniquitatis sententiæ proponitur conditionaliter, videlicet: si sententia sit aliqua. Vnde dubitari consuevit, an isto casu ipsa causa nullitatis sit principalis ad iniquitatē? Super quo dubio cōtrariæ sunt opiniones. Nā Ia. Bart. in l. 1. D. quādo prorog. non est nec. tenetur quòd causa nullitatis sit causa principalis. Glo. verò ibidem (quam [illegible] sequitur Cyn. & alii) [illegible] inciděter ad appellationē. Cuius rei disputatio non est sine effectu. Ideóque quæritur, si appellatio est deserta, vel per statutum vel aliter submota, an consequēter & nullitas dicatur sublata, nec possit intētari? 1 Super† quo sic breuiter cōsidera. Aliquādo causa propter quam remota est appellatio, respicit pariformiter tam appellationem quàm nullitatē. verā gratia, datur ex forma statuti tempus quatuor dierum ad appellandū, & nullam dicēdo sententiam. Certè remota appellatione per fluxum tēporis, remota est etiam & ipsa nullitas. Aliquando causa non est pariformis circa vtrunque. vt patet de iure cōmuni, quo appellatur infra x dies. vt in Auth. hodie. C. de appel. & nulla dicitur infra xxx. annos vt notat Bar. in l. quidam in fin. D. de condit. instit. & Instit. de perpet. & temp. act. in princ. & in l. licet. C. de iure delib. Et tunc aut nullitas venit incidenter ad appellationē: & tunc sublata appellatione, tollitur nullitas. argu. in l. cùm principalis. D. de reg. iur. cum simi. ibi notatis. Aut econtra nullitas venit principaliter, & appellatio accessoriè: vel vtrunque deducitur ad principalem (vt in hac præsenti forma) & tunc sublata appellatione firma remanet causa nullitatis. vt habetur & notatur in d. l. si expressim. D. de appel. per Bart. quia ex separatis non iuratur. vt l. Papinianus exuli. D. de minor.

2 Insuper† apud scholasticos dubitatur an talis libellus procedat, dicendo sententiā nullam, & si est aliqua, appello? Et quidā voluerunt dicere quòd non. quia nullitas & appellatio sunt contraria. Ergo &c. vt in l. 1 C. de fur. & l. contra maiores. C. de inoffic. test. In cōtrariū determinat

Dyn.& Bar. & alii communiter, vt plenè disputat idè Bart. in d. l. ſi expreſſim. cuius potiſſima ratio eſt, quia no purè ſed cõditionaliter ꝓponuntur: ſicque teſtũ cum idè compus non reperitur contraria, cum vnum proponatur in defectum alterius. arg. in c. conſtitutus. ext. de in integ. reſt. & l. qui de inoffic. ioſo. & quod ibi notatur. D. de inoffic. teſt. & eius quod notatur per Gl. & Cy. in l. ſi quidem. C. de excep. & in l. nõ ab re. C. vnde vi. & l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſtam. & Spec. in titu. de accuſ. ſeu perti. § ſequitur. verſ. ſed numquid. Et hanc partem ſequitur Inno. in c. dilecto. ext. de appel. & Cy. in d. l. ſi. C. quan. prouo. nõ eſt neceſ.

Item quæro, pone quòd interpoſita appellatione in forma de qua ſupra, iudex pronunciauit malè appellatum, de nullitate verò nihil expreſſit, an videatur ſuper nullitate pronunciaſſe? Et quædam Gloſſa in d. l. ſi expreſſim, tenet quòd non. vnde de nullitate poterit adhuc agi tari, quia ſententia nulla non videtur in dubio cõfirmari: imò (ſecundùm aliquos) non poteſt. arg. l. eum qui. C. de inoffic. teſtam. & in l. iuriſ. noſtro. D. de teſta. tut. Alia Gl. in d. l. diſtinguit aliter, vt ibi not. 3 Tu† autẽ ſequẽdo Bar. pro cõcordia ſic diſtingue. Aut ipſa ſententia eſt ipſo iure nulla, propter erroré expreſſũ in ea. & tũc iudex appellationis taliter pronunciãdo, nõ videtur eã confirmare, imò, quòd fortius eſt, non poſſet expreſſè nec tacitè, ideóque de ipſius nullitate agi poterit quãdocunque: quia idè error eſſet in vtraque. vt in l. 1. in prin. D. quæ ſent. ſine appel. reſcin. & hoc modo procedit Gl. quæ eſt in d. l. ſi expreſſim. Aut ſententia erat nulla ex alia cauſa. & tunc conſiderandũ eſt qua forma iudex appellationis pronunciat. nã ſi quidè pronunciat ſimpliciter malè appellatu, vt in quæſtione p. quippo mur, tũc aut in forma appellationis vel in proceſſu cauſæ fuit facta mẽtio nullitatis, vt hic, & tunc videtur in totum ſententiã confirmare. quia videtur ſententia in dubio referri ad contẽta in ipſa appellatione & proceſſu. arg. l. 2. C. ũ ex fal. inſtr. & l. ſi. C. de fide inſtr. Aut in forma appellationis & in proceſſu cauſę nõ fuit facta mẽtio nullitatis: & tũc prima ſententia ſi nulla eſt non cõfirmatur, quia verba hæc non exprimunt nec patiũtur. & cùm ſententia ſit ſtricti iuris, debet eius verba potius reſtringi quàm ampliari. arg. ob l. 1 C. ũ pluna ſent. fu. condem. & l. 2 ante. D. de excep. rei iudi. 4 Aut† vltra procedit in ſententia, dicendo bene iudicatum (vt ſit cõmuniter in ſententiis confirmatoriis, in quibus cõmuniter dici bene iudicatũ, & malè appellatum vel econtra, malè iudicatum & bene appellatum) & tunc videtur in totum ipſam ſententiã confirmare. ſic quòd vltrius agi non poterit de nullitate. Et ſic intelligitur Gl. in d. l. ſi. propter illa verba, *bene iudicatum*, quę referri poſſunt ad vtrumque caſum, iam nullitatis quã iniquitatis.

5 Amplius† quæritur, an is qui obtinuit ſententiã poſſit petere eam per ſuperiorẽ cõfirmari? Dic breuiter quòd ſic. vt in c. 1. cum ſeq. ext. de conſt. vtil. vel inut. facit l. ſi. C. quãdo prouo. nõ eſt nec. & in Auth. de his qui ingr. ad appel. § volumus. & l. ſi. C. vt lite pen. licet ſi reperiat ſententiã nullã, poſſit declarare nulla eſſe. vt tenet Bar. in d. l. ſi expreſſim.

Proinde quæritur quis debeat gr bare in cauſa appellationis, an ap pellan

pellans bene appellarũ, an appellatus bene iudicauit? De qua quæstione tangitur per Cynum in l. 1. C. si aduer. credit. & in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & per Bart. in l. 1. D. si fut. vel curat. appel. & per Glos. & alios in c. in præsentia. ext. de renunc. & per Inno. in c. bonę memorię magnutinensi. ext. de elect. & per Ias. Butr. in Authen. de his qui ingred. ad appel. collat. 5. & per Glo. in c. olim. ext. de except. & in c. ex parte. ext. de testib. 6 Pro † conclusione omnũ, sic distingue. Aut fuit appellatum ab interlocutoria, aut à diffinitiua. Primo casu, tenetur appellans probare se ex iustis causis appellasse, quę exprimendæ sunt in appellatione. vt dictum est supra in c. In meritis autem negotii principalis, appellatus probare debet quòd iudex iustè pronunciauit. vt notatur in d. c. olim. Secundo casu principali considera, q quædã sunt acta concernentia processum, quędam concernentia merita negotii principalis. 7 Primo † casu, aut vnus solus prosequitur causam appellationis, & tunc siue sit appellans siue appellatus, tenetur acta & formalia processus producere & probare simul cũ ipsa sententia à qua appellatio est interposita, aliter facilius iudex ignoraret qđ & qualiter confirmare vel infirmare deberet. arg. l. præcipimus. C. de appel. Cætera verò acta quæ merita negotii concernunt, non habet necesse producere. 8 Si † verò ambo prosequuntur ipsam causam, tũc appellans debet producere sententiã & acta causę quæ processum cõcernũt. cętera verò acta concernentia merita causæ debet producere appellatus, sicut facere habuit in principali causa. Et sic loquitur Gl. in d. l. hi qui ad ciuilia. licèt aliqui quo ad hũc casum cõtradicant, per regulam qua dicitur Præsumendũ esse pro sententia. vt traditur in c. in præsentia. ext. de renun. per quod videtur fundata intentio appellantis, si contrariũ non probetur. Sed hanc respondetur quòd illa regula procedit, quando sententia tranſiuit in rem iudicatam. secus autem cùm esset suspensa per appellationẽ. vt notat Inno. in d. c. cum bonæ. & Io. And. in d. c. in præsentia. Quæ autẽ dicta sunt, procedunt, quando appellati intentio non est fundata de iure cõmuni. aliàs autem si esset de iure cõmuni fundata, appellans teneretur omnia probare in causa appellationis, secundũ Iac. But. vt per eũ notatur in d. l. hi qui ad ciuilia.

9 Sed † circa prędicta dubitatur. Ecce q appellãs, volens euitare expensas habẽdi à notario sententiã in forma publica, vel fortasse nõ habens copiã notarii (quia se absentauit) facit positiones aduersario, quomodo talis iudex tulit talẽ sententiã inter ipsas partes, in tali causa, & tali anno, mense, & die, & quod de ea fuit rogatum instrumentum, per talem notarium. & similia. numquid excusetur appellans à productione instrumenti in publica forma ipsius sententiæ? Dicit Innocentius quòd sic. in c. G. perpetuus ext. de fide instrum. tali ratione, quia ea quę sunt probabilia, sunt ponibilia. vt notatur in c. 2. ext. de confes. lib. VI. & dixi in forma positionum. Aut ergo confitebitur aduersarius sententiam latam, & tunc eius confessio habetur pro veritate & ipse pro iudicato. vt l. proinde. D. ad leg. Aquil. & l. 1. C. dę con-

fessus. Aut tacebit nec respondebit, & habetur pro confesso. vt in d. c. 2. & l. de ætate. §. qui tacuit. D. de interrog. actio. Aut negabit latam esse sententiam. & tunc iudex pronũciabit bene appellatum, seu superflue appellatum, & imponet aduersario super ipsa sententia perpetuũ silentium. imò plus, cogetur aduersarius renunciare ipsi sententiæ. & habitur talis confessio in publica forma ipsi appellanti, vt ex eo perpetuò valeat se tueri. vt C. de lib. cau. in l. iubemus. & 2. quæstione. in c. multi. &c.

SVMMA.

1 *Vtile est exprimere in appellatione sententiam esse nullam.*

GLOSSA VI.

ET *ab ipsa sententia tanquam nulla.* Ista verba in forma differunt à stilo cõmuni: 1 sed † multùm sunt notanda, per ea quæ dixi suprà. nam si prouocatur respectu nullitatis, venit nullitas principaliter, sicut appellatio iniquitatis. & per hoc sequitur quòd vno sublato non tollitur aliud. Ideóque decidit illud dubium quod aliquando oritur in statutis Communis Papiæ, quibus cauetur quòd non possit appellari, vel quòd appellatio finiatur infra xx dies. nam si ipsa appellatio reperiatur nulla, vel ex cursu temporis deserta, remanebit causa nullitatis, modo quo suprà proposita, valida & firma. & super ea iudex poterit cognoscere & pronunciare. vt supertius tactum est. &c.

SVMMAE.

1 *Cùm appellatur incontinenti non est necessaria scriptura, secus si ex intervallo: sed non est necesse ostendere iudici scripturam appellationis.*

2 *Pars quæ appellauit incontinenti, & postea ex intervallo in scriptis, optionem habet veram appellationem prosequi vel non.*

GLOSSA VII.

IN *his scriptis.* Meritò sic dicitur, 1 quia † in appellatione ex intervallo interposita à sententia diffinitiua, necessaria est scriptura. secus si interponeretur incontinenti, quia tunc sufficit viua voce appellare. vt habetur & notatur in l. 1. in fi. cum l. seq. D. de appel. Et aduerte 2 non est necesse legere scripturã appellationis ipsi iudici, sed sufficit quod ostendatur sibi, dicẽdo pronũc inscribitur. vt est textus in c. appellatio. ext. de appel. lib. VI.

Sed pone quòd reus appellauit dupliciter, scilicet viua voce, & in scriptis, diuersis diebus. an poterit prosequi vtranque appellationẽ? & si prosequitur, an, & cui, alteri renũciasse videatur? Super qua quæstione Bar. in l. cùm procurator. §. si dominus. D. de no. oper. nun. distinguit. aut vtraque appellatio fuit interposita à sententia interlocutoria, aut à sententia diffinitiua. Primo casu procedẽdum solùm erit super appellatione interposita in scriptis, tanquam validi & solemni, circumscripta appellatione viua voce interposita, quæ nulla fuit. vt in c. cordi. ext. de appel. Ideóque prosecutio huius appellationis viua voce induceret tacitam renunciationem alterius in scriptis interpositæ. Secundo autem casu principali, dicquòd per secundam appellationem nihil agitur (secundùm Bartolum) sicque

ſicque ſienda eſt proſecutio primæ appellationis.per textum d. §. dominus in fin.& per rationem. quia prima appellatio conſummauit ſuum effectum, quia extinguere habuit pronunciatum.vt l.1.in fi.ff.ad Turpil. unde ſecunda non reperit quid agat amplius, & per hoc creditur fruſtratoria.

2 Sed, † ſalua eius pace, Innoc. dicit quòd ſi vtraque appellatio eſt interpoſita debito tempore, quod ſit in electione appellantis proſequenda quam velit. vt notatur per eum in cap.dilecta.ext. de appellat. Et Ioannes Andreas in nouella, in cap.bonæ.ext. de appell. ſequitur hanc opinionem.& idem tenet Baldus in l.appellatione. C.de appell.& in l.ſancimus.in fi. Quo temp.mil. & Albericus in l. pacta nouiſſima. C.de pact. & in d. l. abſolutionem. C.de re iudic.Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Appellari debet ad iudicem proximè ſuperiorem. Si tamen appellatum ad ſuperiorem, omiſſo medio, error non nocet. Secus è contra.*

2 *De iure canonico rectè poteſt appellari ad Papam.*

3 *Clericã ſpretis ſcripturis diuinis & bonis moribus, vacare duntaxat pecuniis cumulandis.*

4 *Nobili Senecæ ſententia: Vt corpus ægrũ æquè in lecto aureo ac argenteo ægrum remanet, ita animus depranatus æquè in diuitiis ac paupertate ſemper apparet.*

5 *Imperator à Papa ambitione alienus, prohibuit ad ſe appellari omiſſo medio.*

GLOSSA VIII.

Et ad quemcunque iudicem competentem. 1 Hoc † ideo dicitur, quia non omnis iudex eſt competens appellationis:ſed de iure ciuili, ordine debito interponenda eſt appellatio:ſcilicet de minori ad maiorem iudicem, non autem ad parem vel minorem. Si tamen per errorem appellauerit ad ſuperiorem, dum ad minorem appellare debebat, error ei non nocebit. Secus autem eſt econtra. vt habetur in l. 1. §. ſi quis in appellatione. D. de appell.

2 Licèt † de iure canonico, etiam ex certa ſcientia, poſſit quis quocunque omiſſo medio ad Papam appellare.vt in c.ſi duobus.ext. de appell.& 2. q. vl. ſi Metropolitanus.Quòd ideo prouiderũt, vt quæſtiones in curiam traherent, & eorum auaritiam ſatiarent, quod tamen nunquam faciem.

3 Quia † clericorum animus & appetitus eſt anxius præ cæteris, in pecuniis cumulandis, contra honeſtatem communem, & fidem Deo promiſſam,non attendentes nec ſtudentes bonis moribus, nec ſcripturis tam diuinis quàm moralibus, & potiſſimè illi documento Senecæ, ſic dicentis: Multis paraſſe diuitias non finis fuit miſeriarum, ſed mutatio. non eſt enim in rebus vitium, ſed in ipſo animo.

4 Et † alibi idem inquit: Quemadmodum nihil differt vtrum ægrum corpus in ligneo aut in aureo lecto colloces,quocunque illud tranſtuleris malum ſuum ſecum tranſfert:ſic nihil differt vtrum æger animus in diuitiis vel in paupertate pronatur. malum ſuum illum ſequitur &c.

5 De † iure autem ciuili, Imperator qui plenus eſt omni virtute & liberalitate,contrarium ſtatuit,vt

ad tum omisso medio appellari non possit. vt habetur in l. Imperatores. D. de appel. Obseruabitur ergo ius ciuile in foro ciuili. vt notatur in d. c. si duobus. Sed vt errari non possit, fiet appellatio in forma ista, de qua hic. & sufficeret si dicatur Appello ad iudicem competentem, nullo specialiter nominato. vt traditur in l. qui Romæ. §. Seia. D. de verb. ob. & ibi per Barto. & in l. 1. §. si verò miles. in fin. Cod. de test. mil.

GLOSSA IX.

Apostolos sibi tradi. Isti apostoli sunt quædam literæ dimissoriæ, quas iudex à quo appellatur tradit appellanti, deferendas iudici ad quem est appellatum. In quibus continetur qualiter talis persona ab eius sententia appellauit &c. vt latius dicetur infra, sub forma apostolorum. & habetur in l. 1. D. de libel. dimis.

SVMMAE.

1 *Appellationis effectus sunt. suspendere iudicatum, ligare manus iudicis.*

2 *Attentata supra appellationem sunt reuocanda.*

3 *Attentata post inhibitionem statim sunt reuocanda: si ante, reuocanda erunt à definitiua.*

4 *Cùm iudex lege cogitur consilium assumere, interim dum expectat consilium, non potest in causa procedere.*

GLOSSA X.

Petitos semel, bis & ter. Isti apostoli debent sæpiùs peti, per interualla dierum. vt probatur in d. l. 1. & notatur in Gloss. in c. ab eo. ext. de appel. lib. vi. Quod fortasse ideo fuit inductum, quia iudices diuersis negotiis occupati non possunt omnia retinere in memoria. & f. c. 11. 2. quæst. vi. in cap. post appellationem. in fin. De consuetudine tamen, hodie approbata in clem. 2. ext. de appell. sufficit quòd eodem contextu & eodem tempore semel petantur.

1 Quæritur † de effectu huius appellationis. Ad quod respondetur, quòd effectus est duplex. Primus, quia extinguitur vel suspenditur pronunciatum, vt supra dictum est. Secundus, quia pendente appellatione ligatæ sunt manus iudicis, nec vltra potest quicquam agere, siue detulerit appellationem siue non, vt lege sciendum. D. de appell. recip. & l. 1. D. nil. no. appell pen. & l. iudex. de re iudic. & in l. si cunus. D. de appell. recip. & l. 3. Cod. de appel. Vbi autem appellatio esset interposita ab interlocutoria, tunc distinguitur, aut detulerit iudex appellationem, vel non. vt supra dixi in ti. 2. & habetur in l. vltra vtile. D. de minor. & in c. non solùm. ext. de appel. lib. vi. vt notat Bar. in d. l. si cunus.

2 Sed † quid si iudex ipse, non obstante appellatione, de facto in causa processit? Dic quòd superior ad quem est appellatum omnia attentata reuocabit. vt in d. c. non solum. & in l. chirographis. D. de administrat. tut. § 1.

3 Sed † quando reuocabit? Distingui consueuit. aut ista fuerunt attentata post inhibitionem sibi expressè factam per superiorem ad quē est appellatum: & tunc statim ipse superior, alio non expecto, illa reuocabit. aut sunt attentata ante

ante eius inhibitionem: & tunc demum lata sententia, & secuta victoria, illa reuocabit. vt notatur in d. canon solum. & per Inno. in c. dilectus. ext. de except. & per Bar. in d. l.i.ff.no.ap.pen.

4 Quæ † autem dices, si iudex causam committit alteri consulendam (prout fæpe fit) & ante consilium datum procedat ad aliqua in ipsa caus., an valeant talia actitata? Aliqui breuiter sic dic. Aut ille consultor fuit assumptus ex iuris necessitate, quia lex municipalis dicit, quòd ad partis requisitionem iudex teneatur causam committere consulendam. (vt est in pluribus ciuitatibus) & tunc acta valent meró iure, sed ope appellationis reuocabuntur. arg. in l.1. C. de relat. iuncto d.c. non solùm. secundùm Bar. vt per eum notatur in l.1. §. si plures. D. de exercito. Tu autem die quòd acta mero iure non valent, tanq am gesta per eum qui manus habet ligatas, statim petito consilio. vt notat Archi. in c. cùm plures ext. de offic. deleg. lib.vi. Aut fuit assumptus ex sola partium voluntate, vel ipsius iudicis tantùm. & tunc valent acta per eum. quia non est iudex astrictus sequi illius consilium. ergo non tenetur iudex illud expectare. vt notatur per Dy. in d.l.Titium & Mznium. in princ. D. de administ. tut. & per Bart. in d. §. & plures.

GLOSSA XI.

Protestans quòd per ipsum Simoninum. Aduerte quòd talis protestatio vires non habet nisi compareat in termino sibi præfixo, ad ipsos apostolos recipiendos. vt dicetur in ti. proximo.

FORMA RESPONSIONIS iudicis à quo appellatur.

TITVLVS XXII.

VPRASCRIPTVS dominus Vicarius, visa & audita suprascripta appellatione & nullitate coram eo interposita, per suprascriptum Simoninum, dicto nomine à quadam sentẽtia per ipsum dominum Vicarium lata, inter ipsum Simoninũ ex parte vna, & Ioãnem de oliariis, ex parte alia, prout in dicta appellatione exprimitur, statuit & assignauit dicto Simonino ibidem præsenti, audienti, & intelligenti: terminum ad diem primam mensis Septembris, ad accipiẽdum apostolos, quos sibi dari voluerit, & literas responsiuas, & visurus alia facere & audire, quæ ipse dominus Vicarius duxerit ordinanda & facienda.

GLOSSA I.

Vprascriptus dominus Vicarius. Ista responsio est ponenda per notarium apud ipsam appellationem in fine eius.

SVMMAE.

1 *Iudex à quo appellatur debet præfigere terminum* XXX *dierum ad dandos apostolos.*

2 *Antequam appellatio deuoluta sit ad superiorem tria tempora considerantur: tempus appellandi, quod est* X *dierum, obtinendi apostolos, quod est* XXX *dierum, & superiorem adeundi, quod est arbitrarium.*

3 *Appellatio finiri debet anno, vel (si subsit causa impedimenti) biennio. Quæ tempora (fatalia vocãt) non currunt pendente compromisso litigantium, nec si lis pendeat in consistorio Principis, nec si steterit iudicem appellationis.*

4 *Tempus fatalium incipit currere ex quo appellans petit de causa cognosci.*

5 *Appellatio deserta est, cùm appellans est negligens (secus si impeditus ex iusta causa) in recipiendis apostolis, tempore assignato, idémque causa cadit.*

6 *Causa cadit qui recusat iurare de calumnia: vel respondere positionibus.*

7 *Iudex vel litigator, qui est in culpa quominus apostoli tradantur condemnandus est.*

8 *Appellans qui non auditur appellare volens, debet protestari intra* X *dies: at is cui denegantur apostoli, intra* XXX.

9 *Meticulosus iudex, id est qui mortem, exilium, vel egestatem timet, iustus esse non potest.*

GLOSSA II.

STamit & assignauit. 1 Ad † officium quidem iudicis à quo appellatur, pertinet terminum præfigere certum ipsi appellanti, ad apostolos recipiendos. vt in c. ab eo ext. de appel. lib. vi. & in l. iudicib⁹. C. de appel. Et quo ad hoc durat adhuc eius potestas, lata sententia. vt in lege iudex. & l. Paulus. D. de re iudic.

2 Vt † tamen circa hoc amplius instruaris, sciendum est quòd quoddam est tempus appellationis interponendę, & hoc hodie est x dierum. vt in Authent. hodie. C. de appel. Quoddam est tempus petendi apostolos, quod datur parti ad eos excipiendos, & iudici ad eos tradendum. & hoc est dierum triginta. vt l. iudicibus prælegata. & in d. c. ab eo. Potest tamẽ iudex hunc terminum abbreuiare. arg. in l. 2. & quod ibi notatur. D. de re iudic. & sic seruat generalis consuetudo. Quoddam est tempus quod datur parti, ad se præsentandum coram iudice ad quem, & hoc est arbitrarium. & sic est bonum in hoc habere iudicem gratiosum vt in l. præses. C. de appel. & in c. personas. cum seq. & in c. abbate extra de appella. Quoddam est tempus quod datur parti ad iter arripiendum, causa præsentandi apostolos: & hoc similiter est arbitrarium. vt in c. cùm causam. ext. de re iudic. in c. cùm sit Romana. & in c. peruenit. ext. de appel.

3 Quoddam † est tempus à lege præfixum, ad prosequendum & fundandum ipsam appellationem. & istud est annus vel ex causa biennii. vt in Authent. ei qui appellat. C. de temp. appel. & in d. c. cùm sit Romana. quod quidem tempus potest per iudicem abbreuiari. vt in d. c. cùm sit Romana. Aliquando tamen ipso iure non currit hoc tempus, sed stat in suspenso. puta quando partes faciunt compromissum pendente appella-

pellatione, vt in Authen. si tamen in medio. C. de temp. appel. vel si lis sit pendens in consistorio principis, vel si stet per iudicem appellationis. vt in Authen. Sedet lis. & in Authen. si appellatione. C. eodem titulo.

4 Sed † quid si appellans dixerit pro se qui appellationem vsque ad vltimum mensem primi anni, & petat de causa sua cognosci, an habebit biennium? Innocent. & Ioan. And. in c. ex ratione. de appel. dicit quòd sic. nec poterit sibi imputari quominus lis finē accipiat. vt in dicta Authen. si appellatione. Quam opinionem sequitur Bartolus in d. l. 1. D. de appel. dimis. & ibi per eum.

5 Deinde † quæritur quid si ille Simonius non compareat in termino, ad accipiendum apostolos assignato? Breuiter distingue. aut fuit in culpa & negligentia, & tunc appellatio sua est deserta, quasi nō veniendo videatur tacitè appellationi renunciare. vt l. præses. & l. quoniam nonnulli. C. de appel. & in cap. sæpe. & c. personas. & in cap. ad aures ext. de appel. & in dicto c. ab eo. de appel. libro 6. & in clemen. 2. ext. de appellatio. Et in hoc est magna pœna contumaciæ, vt quis in eorum iure suo priuetur. 6 Similè † est in eo qui non iurat de calumnia. vt lege 2. §. sed si actor. C. de iuram. calumn. & in c. fin. ext. eodem tit. Et idem in eo qui non respondet positionibus. vt in c. 2. ext. de confess. libro 6. & in l. de ætate. §. qui tacuit. D. de interrogatio. Et idem in certis aliis casibus dispersis in corpore iuris, quos enumerare longum esset. potiùs quàm subtile. Aut non fuit in culpa veniendi, sed vel casu fortuito, vel alia iusta causa impeditus, venire non potuit. & tunc excusatur vt in d. l. præses. & in d. c. ab eo. cum similibus ibi notatis.

7 Quid † ergo si comparuit in termino, sed iudex apostolos tradere recusauit? Dic quòd aut non tradidit, quia non potuit. & vterque excusatur. aut quia noluit, & tunc ipse Simonius excusatur, sed iudex condemnatur. vt in lege quoniam iudices. C. de appel. Quo casu debet appellans statim adire superiorem ad quem appellauit. & ei appellationem & querelam producere. vt in l. si appellationem. C. de appel.

8 Verumtamē † Iacobus Bot. in dicta l. quoniam. sic distinguit hoc. Aliquando iudex à quo non vult audire appellantem super eius appellatione (vt plerunque faciunt malevoli qui se abscondunt) & tunc debet appellans coram superiore vel vicinis protestari, infra tempus decem dierum quod datur ad appellandum. vt in lege secunda. D. de his qui per met. iudic. Aliquando iudex simpliciter denegat dare apostolos: & tunc sufficit protestari infra triginta dies, qui dantur ad dandum ipsos apostolos. vt in d. c. iudicibus.

9 Et quia superiùs dixi de meticulosis & malitiosis iudicibus, attende quid dixit pater eloquentiæ Tullius: Profectò non est iustus iudex, qui mortem, qui exilium, qui egestatem timet.

FORMA APOstolorum.

TITVLVS XXIII.

PECTABILIS & generose domine miles, nouerit vestra Nobilitas, quòd in causa & quæstione coram me diutius agitata, inter Simoninum procuratorio nomine ex parte vna, & Andrinum ex parte alia, tuli sententiam diffinitiuam, in fauorem dicti Andrini. A qua quidem sententia præfatus Simoninus in scriptis ad vestram audientiam appellauit. Cui appellationi, in quantum de iure fuerit deferendum, detuli & admisi: háque literas in locum apostolorum sibi tradidi, vestræ reuerentiæ præsentandas infra decem dies proximè sub sequẽtes. Data Papiæ die vltimo Augusti, anno cursu Millesimo. CCCC. duodecimo. & cætera.

SVMMA.

1 *Quatuor sunt tituli dignitatum. Superillustris. Illustris, Spectabilis, & clarissimus.*

GLOSSA I.

Spectabilis & generose &c. 1 Aduerte † quòd quatuor sũt in iure præeminentes tituli dignitatum, videlicet superillustris. & hic titulus congruit solo Principi. Secũdus, illustris. Tertius, spectabilis. Quartus, clarissimus. Et hi conueniunt cõstitutis in magnis officijs vel honoribus. vt notatur per glo. in l. præcepimus. C. de appel. De hac autem forma apostolorum habetur 2. q. vi. in c. post appellationem. in fi. & per Spec. in ti. de appel.

SVMMAE.

1 *Iudex defert appellationi ob reuerentiam, ex necessitate, vel ex vrbanitate.*

2 *Iudex debet cogere actuarium sua tradere appellati omnia acta causæ.*

GLOSSA II.

Detuli & eam admisi. Vide hic quòd non simpliciter deferat appellationi, sed conditionaliter. quouis tamen modo deferatur nil refert, quia functus est officio suo. vt in l. iudex. D. de re iud. 1 Sciẽdum † tamen est quòd aliquando iudex defert appellationi, ob reuerentiam superioris. Aliquando defert ex necessitate iuris. vt in l. iudicibus. C. de appel. Aliquando defert ex vrbanitate sua. vt in l. intra vnle. D. de minor.

Sed an in apostolis fit per iudicẽ causa inferenda? Distinguendum est simpliciter defert appellationi, & tunc causa est inferenda. vt hæc probãtur in l. 1. D. de libel. dimis. & l. sciendũ. D. de app. recip. 2 Et † nota quòd tenetur iudex appellanti dare facere vniuersa acta causæ. vt là procõsulibus. & in l. nec cautas. C. de appel.

SVMMAE.

1 *Terminus ad cõparendũ, cui iudex ad quem, debet assignari habita ratione*

ratione distantiæ locorum.

2 *Si in termino præfixo appellans non compareat coram iudice ad quē, eius appellatio censetur deserta.*

3 *Tempus fatalium currit coram iudice ad quem, licèt sit competens.*

GLOSSA III.

INfradecem dies. 1 Istud † tempus dari & moderari consuevit, secundùm distantiam locorum, & personarum qualitatem, ad arbitrium iudicis vt l. præses. C. de app. & in c. personas. ext. de appel. facit l. continuus. § cum ita. D. de verborum obligationib.

2 Quid † autem si infra terminum se nō præsentauerit? Dic quòd appellatio reputabitur pro deserta, nisi iusta causa eum excusset. vt supra dictum est, in titulo primo, & probatur in dicta lege præses. & c. personas.

3 Sed † pone quòd præsentatis apostolis prosecutus est suam appellationem, coram eo qui est repertus esse iudex incompetens, & coram eo tempus anni vel biennii iustantiæ appellationis transiuit: an poterit de nouo prosequi appellationem coram iudice competente? Dicunt quidam quòd non. per textum in l. si pater. C. Ne de sta. defūc. & l. accusatorius. D. de adul. & l. si falso. D. quod cum fal. tut. Auth. Dicet aliquis, si lata sententia iudex functus est suo officio. quomodo potest talem terminum assignare? Ad quod sic respondetur, quòd licet officium eius sit finitum quo ad cognitionem causæ, non tamē quo ad alia quæ respiciunt appellationis prosecutionē, ne res iudicata semper fiat in suspēso arg. in c. Abbate. ext. de appel.

FORMA LIBELLI appellantis.

TITVLVS XXIIII.

ORAM vobis spectabili ac egregio milite, Domino Manfredo de Beccaria de plebe, dicit, significat, & exponit Simoninus, procurator & procuratorio nomine Ioannis de olearijs, contra & aduersus Andrinū, & quācunque aliam personā pro eo vel eius nomine in iudicio legitimè cōparentē. I. Quòd versa & agitata olim quæstione inter ipsum Simoninum dicto nomine parte vna, & dictū Andrinū parte altera, coram domino Bernardino, causa & occasione cuiusdam petiæ terræ, cui cohæret &c. idem dominus Bernardinus per eius assertā diffinitiuam sententiam cōdemnauit dictum Simoninū dicto nomine, ad dimittendum & relaxandum dicto Andrino prædictam petiam terræ, & ad dandum & soluēdum eidem nomine & occasione fructuum perceptorum ex ea, florenos c. prout pleniùs & latiùs sic vel aliter in dicta afferta sententia cō-

tineri reperitur, ad quam relatio habeatur.

II. Quam quidem assertam sententiam, & omnia & singula in ea contenta, ipse Symoninus dicto nomine, dixit & proposuit, ac etiam nunc dicit & proponit, fuisse & esse nullam nulliúsque valoris & momenti, in illis passibus, punctis, & articulis tantùm, in quibus lata sit vel esse reperiatur contra ipsum Simoninū dicto nomine, & ei' iura.

III. Et in quantum esset aliqua, seu esse reperiatur, dixit & proposuit, ac iteratò dicit & proponit, ipsam fuisse & esse iniquam & iniustā, ac iniquè & iniustè latam & pronunciatam, in passibus, punctis, & articulis, de quibus supra.

IIII. Et ab ipsa, tanquam nulla & iniqua, appellauit ad reuerentiam vestram, & ad quemcunque iudicem competentē, prout & sicut in dictis nullitate & appellatione interpositis lati' exprimitur.

V. Quare, cū prędicta vera sint, petit & requirit idem Simoninus dicto nomine, à vobis domino Manfredo ante dicto, quatenus per vestrā diffinitiuā sententiā pronuncietis, sententietis, & declaretis, dictā assertam sententiam, in passibus & capitulis contra eum facientibus, de quibus supra, fuisse & esse nullam nulliúsque valoris & momenti: & in quantum sit vel esse reperiatur aliqua, fuisse & esse iniquā & iniustā, in partibus & capitulis antedictis: & ab ea tanquam iniqua & iniusta fuisse & esse bene appellatum, & malè iudicatum.

VI. Et prædicta petit & requirit per vos fieri, & executioni mandari, omni via, iure, causa, & forma seu modo, quibus melius fieri possunt. Deducēdo in præsenti iudicio. &c. Non astringēs se &c. Saluo iure &c.

SVMMAE.

1 *Libellus solet offerri in causa appellationis, licèt necessarium non sit.*

2 *In causa appellationis lis est contestanda, nisi quis eam prosequatur contra absentem.*

GLOSSA I.

Coram vobis. 1 Dubitari † cōsueuit apud plurimos, an de necessitate hic talis libellus sit offerendus coram iudice appellationis? an verò sufficiat coram eo portigere simpliciter appellationem? Et videtur quòd libellus iste sit necessarius, quia sententia fundari debet super libello. vt l. vt fundus. D. com. diuid. Quam sententiam sequitur Spec.

Spec. in titulo de appel. in §. Dicendum restat. Alii dicunt quòd sufficit præfentare appellationem, vt in Auth. de his qui ingred. ad appel. in § volumus. quorum opinionem sequitur Ioan. in c. cum contingat. ext. de offic. deleg. & Bar. in l. 1. in fi. D. de appel. licèt (secundùm eum) opinio Speculatoris per consuetudinem sit approbata, ideóque minimè est mutanda. vt in lege minimè. D. de legibus.

2 Quæritur † an in causa appellationis sit necessaria lit. cõtestatio, glo. videtur dicere quòd non. in l. fi. §. illud. C. de tempo. ap. In cõtrarium facit textus in l. 1. C. ne lic. in vna eademque causa tertiò prosequi. Tu autem pro concordia sic distingue, aut vtraque pars est præsens, & tunc debet lis contestari: aut altera est absens, & tunc non. & sic intelligantur prædicta. Pro quo facit quod habetur in c. per tuas. ext. de appel.

Summae.

1 *Iniquitas sententiæ diffinitivæ potest demonstrari, in causa appellationis ex nouiter deductis vel probatis, & non interlocutoria.*

2 *In causa appellationis super iisdem articulis admittuntur testes, iure ciuili, at non canonico.*

GLOSSA II.

In aliis casibus. Quid autẽ operẽtur ista verba dixi supra circa formam appellationis. & notatur per Bar. in l. ampliorem. C. de temp. appel. & in l. appellanti. D. de appel.

Iniquam & iniustam. 1 Circa † hæc quæritur, an hæc iniquitas possit detegi tam ex prioribus agitatis quàm ex nouiter agitandis? D. e quòd sic, licèt aliud sit in appellatione ab interlocutoria: quia in hac appellatione à diffinitiua locum habet regula. Non probatum probabo. vt in l. eos. C. de appel. & in l. per hanc. C. de temp. appel. Quæ regula cessat in interlocutoria. vt in clem. appellanti. ext. de appel. & notatis per Bar. in l. eius qui. D. de appel. recip. vel non.

2 Vlterius quæritur, an in hac appellatione admittantur testes super eisdem articulis? Dic quòd nõ, de iure canonico. vt in clem. testibus. ext. de testib. Sed de iure ciuili sic. vt notatur per Cy. & alios. in d. l. per hanc.

GLOSSA III.

Quare cum prædicta. Hæc est libelli cõclusio, ad quam semper attende. & aliàs dixi &c.

Summa.

1 *Vtile est proponere in causa appellationis grauamen iniquitatis, vt iudex necesse habeat super eo iudicare.*

GLOSSA IIII.

Et inquantum sit aliqua. Mirum est de ista practica. Nam si iudex appellationis videat sententiã nullam, potest super iniquitate eius pronunciare: etiam si nullitas sola est proposita. vt dictum est supra circa formam appellationis. Ergo sequitur quòd superflcè causa iniquitatis proponitur, contra l. fi. §. in refutatoriis. C. de appel. Sed potest responderi, & practica dupliciter subsistineri. 1 Primò † quia iudex nullitatis tantùm, licèt possit de iniquitate cognoscere, non tamen necesse habet, sed in casu nostro,

cùm petitur de iniquitate sentẽtiæ expressè pronuncian, necessitas imponitur ipsi iudici. Sec nõ potest dici quòd hoc ponitur ad abundãtem cautelam, vt in l. testamentorum. C. de testam.

SVMMA.

1 *Iudex appellationis reuocando sententiam inferioris, debet reddere rationem suæ reuocationis. Secus confirmando.*

GLOSSA V.

Bene appellatũ & malè iudicatum. Sufficit quo ad iudicem appellationis, vti hac forma in eius sententia, cùm vult impugnare priorẽ sententiam. vt notatur in prælegata l. eos. 1 Verumtamen† tenetur causã exprimere, quare priorem sententiã redarguit de iniquitate. vt suprà dixi, circa formã sententiæ diffinitiuæ. in gl. super verbo *relaxandum*. & notatur in c. sicut nobis. ext. de re iudic. Si autem confirmaret priorem sententiam, tunc diceret econtra. Bene iudicatum, & malè appellatum: nec esset necesse causam exprimere.

GLOSSA VI.

Reducendo. Hæc clausula, cum sequentibus, debet extendi, prout suprà notatur in forma primi libelli.

FORMA SENtentiæ in causa appellationis.

TITVLVS XXV.

NOs Mãfredus de Beccaria de plebe, miles, & cõmissarius causæ nullitatis & appellationis interpositæ per Simoninũ procuratorio nomine Ioãnis, à quadam sententia cõtra eum lata per dominũ Bernardinũ Vicariũ, in & super lite, causa & quæstione inter ipsum Simoninũ dicto nomine tũc vertente parte vna, & Andrinum parte alia.

I. Visa priùs per nos dicta appellatione, cuius tenor talis est, &c.

II. Viso etiam libello appellatorio coram nobis producto, continente subsequẽtia, &c.

III. Visa denique dicta sententia, ac eę cteris actis & agitatis iuribus & instrumentis, & allegationibus iuris diligẽter inspectis, supérque his omnibus habita deliberatione matura, Christi, eiúsque virginis gloriosæ, beatíq; Iacobi de Galitia nominibus inuocatis, dicimus, pronunciamus, declaramus, & sentẽtiamus, prout inferius particulariter annotatur.

IIII. Et primò quidẽ dicimus & pronũciamus bene & iustè fuisse & esse à dicta sententia appellatũ & prouocatum, per dictũ Simoninũ dicto nomine: & malè ac iniustè fore & esse iudicatum per

præfatum

præfatum dominum Vicariũ, causis & rationibus maximè infrascriptis.

V. Item absoluimus dictum Andrinum ab expensis litis præsentis, propter iustam causam litigandi.

SVMMA.

1 *Index in suis alios loqui potest in plurali vel singulari numero.*

GLOSSA I.

Nos Manfredus. Communis stilus ita habet, 1 quòd † quilibet iudex dicens in proferenda sententia vtitur in propria persona plurali numero. Attamen sic loqui posset in singulari, nec vitiaretur sententia, vt habetur in c. pen. ext. de re iudic. lib. vi.

GLOSSA II.

Visa prius per nos dicta appellatione. Laudabile est de his & similibus mentionem facere & qualis sit huius effectus plenè dictum est supra, circa formam sententiæ diffinitiuæ.

GLOSSA III.

Esse & iustè fuisse appellatũ. Hæc est sufficiens forma pronunciãdi in causa appellationis, vt proximè dictum est. & eodẽ modo pronunciandum esset econtra, si apparet quòd iustè fuisset iudicatum.

SVMMAE.

1 *Cùm secunda sententia expressè cõfirmat primam, secunda executioni mandanda est: cùm verò tacitè, prima exequenda est.*

2 *Executio sententiæ ad eum iudicem pertinet qui eam tulit.*

3 *Iudex appellationis potest in vno capite pronunciare Bene iudicatum, & in alio Male iudicatum.*

4 *Appellare in vna causa licet bis tãtum: sed supplicare pluries.*

5 *Pendente appellatione executio differtur: sed nõ pẽdẽte supplicatione.*

6 *Pœnæ commissio, & cæteri effectus sententiæ, per appellationem suspenduntur.*

7 *Quo ad moram contrahendam in obtemperando sententiæ, inspicitur tempus quo lata fuit sententia in causa appellationis.*

GLOSSA IIII.

Causis & rationibus maximè infrascriptis. Meritò sunt causæ exprimendæ quare fiat reuocatio prioris sententiæ, quia per hoc consulitur honori & famæ ipsius pronunciantis, aut prioris iudicis. vt est textus in c. cùm Bertoldus. ext. de re iudic. & notatur per Glo. & alios in c. licut nobis. ext. eo. tit.

1 Quæri † autẽ consuetit, postquam lata est secunda sententia cõfirmatoria primæ, ex qua erit agendum, vel cuius petenda erit executio. Super quo doc. & Glo. sic distinguũt. Aut prima sententia fuit expressè cõfirmata per secundam, & tunc secunda est executioni mittẽda: aut fuit tacitè cõfirmata (puta per lapsũ instantiæ, vel per aliam solemnitatẽ obmissam) & tunc prima erit executioni mittẽda, & ex ea agendum: vt plenè notatur in l. furti. §. 1. D. de his qui not. infa. & in prælleg. l. eos.

2 Sed † per quẽ iudicẽ erit sententia executioni mittẽda? Dic quòd aut sententia secunda fuit expressè confirmatoria primæ. & tunc secũda mittetur executioni per iudicẽ appellationis, si est ordinarius ille qui

pronunciauit. vt in l. præcipimus. §. in his autē, exequentibus iudicata. C. de appel. Aut sint confirmatoria primæ sententiæ tacitè, modo quo supra, & tunc primus iudex ipsam primam sententiā executioni mandabit. vt in Auth. et qui. C. de reimp. appel. Et hanc distinctionē sequitur Cyn. in d. l. eos. & in Authen. si quis litigantium. circa fi. C. de epist. audi. & notatur per Bart. in lege tale pact. § qui prouocauit. D. de pact.

3 Sed † quid si iudex appellationis velit in aliquibus partibus sententiam confirmare, & in aliis reprobare, qualiter formabit suam sententiam? Dic quòd separabit singula capitula, dicendo, super tali capitulo sententiæ, dicimus bene iudicatum. &c. & erunt tunc tot sententiæ quot fuerint eius capitula. vt in l. etiam. D. de mino. & quod notatur per Bart. in d. l. amphoremo. & in c. Rainaldus. ext. de testa. Vnū autem & idem capitulum ubi connexum non posset pro parte approbare, & pro parte reprobare, quia sententia est res indiuidua. vt in l. in judicio. D. fam. erc. Quid autē si iudex reperiat sententiam esse nullā, quæ erit forma pronunciandi? Dic (secundùm Glo. & doct. vt notatur in d. l. eos) quòd pronunciabit sententiam esse nullam. & superueniente appellatum. vt probatur in d. l. quędam mulier. D. fam. erc. & l. fi. D. de iure patro. & in l. nominationis. C. de appell. facit l. 1. C. qui pro sua iurisdict. Vlterius quæritur de effectu appellationis. Dic, vt supra dixi in forma libelli appellantis.

4 Postea † quæritur quotiens liceat partibus appellare? Dic breuiter quòd bis, tertiò autem nemini licet. vt C. Ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouo. l. 1. Sed supplicare principi licitū est quinquies & decies. vt C. de precib. Imper. offer. per totū. & in Auth. Quæ supplicatio, ibi signata. 5 Est † autem & alia differentia inter supplicationem & appellationem. quia pendente appellatione retardatur executio sententiæ. vt l. nil not. appell. pen. cum similibus. Sed pendente supplicatione executio non differtur. vt in d. Auth. Quæ supplicatio. Sunt etiam aliæ differentiæ inter appellationem & supplicationem, de quibus notatur per Cy. & Iac. Bu. in d. Auth. & per Glo. in c. ex literis. ext. de in integ. restit. & per Arch. 2. q. 6. c. anteriores.

6 Amplius † quæritur. ecce quòd iudex primus condemnauit hunc Simonium ad aliquid dandum intra certos dies, sub certa pœna, qui appellatione per eum à sententia interposita, ea pendente soluere recusauit. postquam per iudicem prior sententia confirmata fuit, quæritur an in pœnam inciderit non soluendo in termino? Videtur quòd sic. per regulam traditam in l. Celsus. D. de arbit. & in l. ad diem. D. de verb. obl. & l. magnam. C. de contra. & comm. stip. & in l. debitoribus. D. de re iudic. cum similibus. In cōtrarium est veritas, quia appellatione pendēte suspenditur vel extinguitur effectus sententiæ. vt D. nil not. appel. pen. l. 1. pro hoc facit textus in c. præterea requisisti. ext. de appel. & quod notatur in l. furti. in princ. D. de his qui notat. infam. & in l. secundùm. §. pen. D. qui satisda. cog. & l. si quis exhæredato. §. hi autem. D. de iniusto. rup. & irri. test. super quo vide Gloss. in c. pastoralis ext. de app. super verbo, *executione*.

Quid

Quid autem econtra, si aduersarius Simonini appellauit à dicta sententia, & tempus soluendi fluxerit, an in pœnam ceciderit, si iudex appellationis priorem sententiam confirmauerit? Dic quòd non, forte ratione quàm in proxima quæstione: quia facto & culpa sui aduersarii appellantis non potuit conditionem sententiæ adimplere. ergo excusatus est. arg. in l. iure ciuili & leg. in testa. cum ibi notatis, D. de condit. & demon. 27 Requiritur ergo quòd tempus soluendi labatur post sententiam in appellatione latam, vt in d. §. præterea. Nec obstat quòd effectus sententiæ confirmatoriæ retrotrahatur ad tempus primæ sententiæ: vt in d.l. furti, in princ. quia respondetur quòd illud locum habet quo ad rem principalem, de qua quæstio mota est: sed quo ad moram contrahendam, inspicitur solum tempus quo fuit lata appellationis sententia.

GLOSSA V.

Item absolvimus. Ista absolutio ab expensis fit ex rationabili causa, quia ipse Andreas iustam habuit causam se defendendi in causa appellationis, cùm obtinuerit victoriam pro se in causa principali. De quibus expensis plenè vide quæ scripta sunt supra in primo libello, in Glo. super verbo expensis, & specialiter per Cy. & alios in l. generaliter. C. de iureiuran.

FORMA EXECVTIONIS *sententiæ diffinitiuæ.*

TITVLVS XXVI.

SAPIENS & egregius legum doctor Dominus Franciscus &c. Visa priùs sententia coram eo producta in forma publica, non viciata, non cancellata, nec in aliqua sui parte suspecta, lata & promulgata in fauorem Simonini procuratorio nomine Ioānis de oleariis, & ad instantiam seu requisitionē ipsius Ioānis, seu dicti Simonini eius nomine, & pro executione dictæ sententiæ omni iure, via, modo & forma, quibus melius potest, imposuit, commisit, & in mandatis dedit & dat, P. publico nuncio & seruatori cōmunis Papiæ, quatenus ex ipsius domini Franciscī parte & mandato, vadat, ponat, & inducat suprascriptum Ioānem in corporalem possessionem cuiusdam peciæ terræ, cui cohæret. &c. de qua in dicta sententia fit mentio: dando & tradendo eidem Ioāni de terra, & frondibus arborum ipsius terræ, in manibus eius, & faciendo ipsum per dictam terram ire, & redire, aliáque facere quæ in talibus consueuerūt, in signum adeptæ & appre-

hensæ possessionis. De quibus omnibus præcepit tam d. Simonino quàm d. Ioanni fieri publicũ instrumentum.

SVMMAE.

1 *Iudex competens executionis est is qui tulit sententiam exequendam.*

2 *Sententia mandatur executioni per viam præcepti, sed in actione quæ ex ea nascitur offerri debet libellꝰ.*

3 *Ad exequendam sententiam cit index est aduersarius.*

4 *Sententiæ executionem impediunt exceptio pacti de non petendo, transactionis solutionis.*

5 *Item litis pendentiæ.*

6 *Item exceptio nullitatis, nisi altiorem requirat indaginem, vel bina sententia succubuit is qui nullitatem opponit.*

7 *Item exceptio falsitatis impedit executionem sententiæ.*

8 *Nullitas iure communi fundata non admittitur, post secundam sententiam.*

9 *Verbum querelari non excludit oppositionem nullitatis.*

10 *Sublata appellatione tollitur officium iudicis.*

11 *Qui potuit agendo dicere sententiam nullam, infra tempus statutum, non auditur postea excipiendo de nullitate.*

12 *Compromissum non habet locum in re iudicata.*

13 *Iudex requisitus debet in suo territorio exequi sententiam ab alio iudice latam.*

14 *Non est opus literis requisitoriis, cum per actionem petitur executio rei iudicatæ, vel sententiæ arbitræ.*

15 *Iudex requisitus est merus executor, neque potest cognoscere de nullitate vel iniquitate sententiæ.*

16 *Iudices tenentur alter alteri auxilium præstare in executione sententiarum. Et recusans muletari debet à suo superiore.*

17 *Tertius opponens, non auditus, impedit executionem sententiæ in actione reali, cum ipse est possessor fundi super quo fit executio vel cum à nemine possidetur. Nec cum ipse possessor non est, si executio fiat in personam.*

18 *Actor exequendo sententiam debet præstare cautionem condemnato, de indemnitate aduersus tertium opponentem.*

19 *Cum tertius opponis executioni sententiæ, si iure reperiatur possidere rem super qua fit executio, vltius non procedetur. At si debitor possideat, procedetur: salvo iure opponentis, de quo in alio iudicio cognoscetur.*

20 *Si tertius opponens dolo possidet si possessio non proderit.*

21 *Possessio non prodest ei qui emit quæ fuit lite pendente.*

22 *Ex iure decisa per viam exceptionis non datur actio.*

23 *Exceptio simulationis non potest opponi post sententiam.*

24 *Non cogor iurare super iis, ad quorum probationem aduersarius admitteretur.*

25 *Iudex potest pignora capta dare in solutum creditori pro quantitate æstimata.*

26 *Acceptatio pignorum in solutum facta æstimatione, pro tot debito facta intelligitur.*

27 *Iudex potest bona condemnati vendere sub hasta, vt inde satisfiat creditori.*

28 *Creditor, tãquã quilibet alius, potest sub hasta emere pignora in solu-*

29 *Cre-*

29 *Creditor potest bona debitoris sui possidere, & fructus percipere cū debito compensandos.*

30 *Incarcerari potest debitor pro debito fiscali, vel si est condemnatus, vel si sit contumax in sistendo quē promisit, vel si pactus se obligauit ad incarcerationem.*

31 *Cedens bonis relaxari debet à carcere in quo detinetur pro debito.*

32 *Renunciari non potest cessioni bonorum, secundùm receptiorē opinionem DD.*

33 *Bona discuti debent, antequàm persona incarceretur.*

34 *Ordo seruandus in capiendis pignoribus debitoris.*

35 *Mobilia vilia creditor non est cogendus accipere in solutum.*

36 *Nomen debitori debitum quomodo à creditore capiatur pignori.*

37 *Re mobili in solutum data euicta restauratur retus actio.*

38 *Multe sunt persone cōtra quas plenarie nō fit executio in solidū, sed dūtaxat in id quod facere possūt.*

39 *Sententia executionis mandati potest contra successorem vniuersalem. Secus contra singularē, qui possidet rē de cuius dominio lis fuerat, & de qua lata est sententia.*

40 *Executio sententie fieri non potest contra fideiussorem conuictus, secus contra fideiussorem litis.*

41 *Instantia transit in successores vniuersales: non in singulares.*

42 *Sententia non est executioni mittenda contra procuratorem, tutorem, curatorem, syndicum, nisi se obtuleris lis, sine mandato.*

GLOSSA I.

Sapiens & egregius. Attēde circa hanc materiam executionis, quia labor est obtinere ipsam sententiā, & grauius ipsam executioni mandare. Nā per cauillosas personas multa opponuntur contra executionē & dum creditur quòd lis finita sit, adhuc durat eius restauratio prata. contra l. terminato. C. de fruct. & litis exp. & l. fratris. C. de transact.

1 Quæritur † quis sit iudex competēs executionis? Dic breuiter vt dixi in titulo præced. Aut sententia fuit confirmata expressè per iudicē appellationis, & tūc iudex appellationis, si est ordinari⁹, dicitur iudex cōpetens executionis. Aut ipsa sententia fuit cōfirmata tacitè. & tūc iudex cōpetens erit primus iudex, qui ipsam sententiā tulit. vt plenè notatur per Cyn. in l. eos. C. de appel. & in Auth. si quis litigantiū. C. de epis. audientia.

2 Deinde † quæritur, an in executione procedatur p viā præcepti (de quo hic) an per viam libelli, sicut in cæteris actionibus? Ad q⁹ sic breuiter respōdeo. Aut agitur actione descendente ex sententia, de qua loquitur l. miles. §. fin. D. de re iudic. l. actori. C. de iureiur. & tunc offerēdus est libellus, sicut est in aliis actionibus. vt in l. i. in prin. D. de eden. & in Auth. offeratur. C. de lite cont. Aut iudicis officium simpliciter imploratur, & tunc per hanc viā præcepti proceditur, nec libellus offertur. vt dicit Spe. in tit. de execu. sent. §. qualiter. & Bar. in l. intra dies. D. de re iudic. & Cynus in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. & sic practicatur.

3 Tertiò † quæritur, an in hac executione prius sit citādus aduersarius⁹? Dicunt doct. q⁹ sic. quia lædi potest, ergo citandus est. vt l. nam ita vulnus. D. de adop. & l. de vno quoque.

& Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione. D. de re iudic. maximè quia post sententiam possunt superuenisse ipsi reo multæ defensiones, quæ possunt hanc executionem impedire. 4 vt † puta pactū de non petendo, transactionis, solutionis, & similia. vt traditur in l. i. C. de iur. & fac. ignor. & in l. eleganter. §. si post D. de condic. indeb. & l. post rē iudicatam. D. de trāsact. & quia potest reus obiectionem offerre, & per hoc ipsam executionē impedire. vt in l. si ieiussor. D. de doli except. ad quē facit l. si reus paratus. D. de procurat. & Instit. de offic. iud. §. fin.

5 Sunt † etiam & aliæ exceptiones impedientes executionem. verbi gratia, exceptio litis pendentis. vt D. nil no. appel. pen. l. 1. & C. vt lite pen. & l. 1. & C. in integ. restit. postul. l. 1. Et eodem modo li pendet adhuc tempus appellandi. vt in c. non solùm. ext. de appel. l. b. VI. & l. si causa cognita. C. de transact.

6 Item † impedit executionem exceptio nullitatis sententiæ. Quæ exceptione vt plurimū vtuntur cauilloſi procuratores & aduocati, de qua traditur per Gloſſam & Bart. in l. 4. §. condemnatum. D. de re iud. & l. si cum nulla. eo. tit. & per eundem Bart. in l. 1. circa fin. D. nil no. appel. pen. & l. à diuo Pio. §. 1. D. de re iudic. & per Ioan. Andr. in c. quia Guilielmus. ext. de re iudic. Et hoc procedit quando nullitas sententiæ potest in continenti probari. Vbi autem requireret altiorem indaginem, tunc differtur post factam executionē, iecundùm Bart. vbi ſupra. Quando autem dicatur requirere altiorem indaginem? Secundùm eum dicendum, quòd eo casu quando de ipsa non possit cognosci, infra illud tēpus infrà quod debet executio terminari. Quòd autem si illud tempus non reperio expressū in iure ciuili. Vel dic hoc stare in arbitrio iudici, vel quòd tempus sit decem mensium, ſicut notatur in fin. l. per Gloſſam. in l. fi. C. de compens. Sed hęc exceptio nullitatis non impedit executionem, quando reus bina sententia succubuit, in causa quæ transiuit in rem iudicatam, quia tunc nō auditur vlterius nullitatem sententiæ obiciens. quod valde notabile est. vt est terminatū hodie in clem. vt calumnias. de sent. & de re iudic.

7 Item † impedit executionem exceptio falſitatis. vt l. si. C. si ex fal. instrum. & l. si docueris. C. ad leg. Cornel. de fal. & notatis in l. 2. C. eo. tit. & ibi per Cyn. & l. si ex falsis. C. de transact. & facit l. qui agnitis. D. de excep. & quod ibi notatur. Alii etiam sunt particulares casus, quibus sententiæ impugnantur vicio nullitatis, quos vide ſupra in forma sententiæ diffinitiuę.

Sed pone quòd ſtatuto cauetur, quòd poſtquàm lata fuerit secūda sententia confirmatoria primæ, vlterius non liceat appellari vel nullam dicere, ſed prout lata fuerit executioni mittatur. quæritur an hoc non obſtante, possit de nullitate opponi in executione? Ad quod ſic breuiter respondeo. aut allegatur sententia nulla ex defectu iurisdictionis: & tunc de hac nullitate poterit oppōni, nec per tale ſtatutum talis nullitas remota intelligitur. vt dicit Ioan. An. in clem. 1. ext. de sequestrat. poſſ. & fruct. 8 Aut † allegatur nullitas ex defectu ſolennitatis vel formæ: & tunc aut allegatur defectus formę iuris communis, & tunc non auditur opponens

nens hanc nullitatem, cùm sit hæc à statuto retecta imò etiam hodie de iure communi per d.clem. fin. si fuerit bis appellatio interposita, non auditur vlterius de nullitate, vt supra dictum est, nisi fortè iudex appellationis super alio iudicasset, de quo non fuerit quæstum nec iudicatum in primo principali iudicio. vt notatur supra, in forma sententiæ diffinitiuæ versi. sed circa hoc occurrit &c. Aut allegatur defectus formę ipsiusmet statuti. & tunc auditur opponens talem nullitatem: quia hæc non videtur a statuto remota. vt per Bar. in l.1. D. quod vi aut clam. & in l.2. §. prætor ait. D. qui satisda. cog. & per Cyn. in l. ita nobis. C. de adul.

9 Quid † autem si statuto solùm dicatur, quòd à sententia non possit appellari, querelari, nec supplicari. de nullitate autem nihil disponitur. an poterit dici nulla? Et videtur quòd non, propter illud verbum querelari, quòd videtur importare omnem casum per quem quis de aliquo conqueritur. arg. in l. querela. C. defal. & l. si ab arbitro. cum ibi notatur. D. qui satisd. cog. In oppositum credo, quia verbum querelari est remedium rescissorium propriè sumpto vocabulo. vt in l. si prætor. §. Marcellus. D. de iudic. & l. præfati. D. de minor. ideóque ad id quod nullum est non refertur. arg. in l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. ff. de inin. rup. testam. nec in separatis de alio ad aliud debet lex extendi. vt in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat.

10 Sed † posito quòd per statutum sit sublata nullitas de qua supra, an subueniatur grauato per officium iudicis, allegando vicium nullitatis? videtur quòd sic, quando de officio iudicis nihil est prohibitum in statuto. Vnde aliàs vidimus, quòd licèt per statutum sit sublata exceptio, non ideo tamen prohibetur implorari officium iudicis loco exceptionis. vt notat idem Bart. in d.l. 1. D. quod vi aut clam. & in l. planè. & l. fin. D. de peti. hæred. & in l. ab arbitro. D. qui satisda. cog. Contrarium credo esse verum, quia in appellatione includitur officium iudicis, quia appellatio non est actio. vt notat Bart. in l. 1. in prin. D. de appel. & in l. eos. C. de appel. Vnde sublata appellatione, tollitur officium iudicis in ea inclusum. & maximè quia vna via prohibitum, non debet alia via intelligi permissum. vt l. oratio. D. de sponsa. & l. cùm lex. D. de fideiuss. Nec obstant in contrarium, quia exceptio est ius residens in parte, sed nobile officium residet in iudice remoto. ergo iure radicato in parte, non intelligitur reuocatum ius consistens in iudice.

11 Quid † si statuto caueatur, Quòd sententia debeat dici nulla infra decem dies, numerandos à die sententiæ latæ deinde elapso fortè mense vel anno petitur executio sententiæ, & velit reus contra executionem opponere de nullitate sententiæ, an sit audiendus? & videtur quòd sic. quia quæ annua sunt ad agendum perpetua sunt ad excipiendum. vt in l. pure. in fin. D. de doli excep. Tu autem dic ipsum repellendum. & imputetur ei si infra limitatum tempus x. dierum non dixit ipsam nullam. nam ius quod debet proponi per modum agendi infra certum tempus, non poterit eo transacto proponi in modum excipiendi. vt traditur in l. quæsitum. §. in dolo. D. de pecu. & si intra. C. de

non num. pecu. facit l. Papinianus. §. si filius. D. de inoffic. testam. l. nec non. §. exemplo. D. ex quib. cau. maior. Aliter enim circumueniretur dispositio statuti quod esse non debet. vt in l. fin. D. ad exhiben. Et prohibitum vna via, altera concederetur. contra legem cùm lex. D. de fideiusso. & l. oratio. D. de sponsa. cum similibus. & ita practicatur. Facit quod notatur per Dyn. in regula Cùm quid vna via. ext. de reg. iur. lib. vi. Ad l. purè. in fi. respondet. vt ibi notatur per Glo. & Dy. & An. de pisis.

12 Amplius † quæritur, statuto ciuitatis cauetur, Quòd de omni lite & quæstione fieri debeat à partibus cõpromissum, an pars condemnata poterit in executione sententiæ petere quòd fiat compromissum? Die quòd non. vt dicit Bar. in l. post rem iudicatam. D. de transact. & in l. elegãter. in prin. ff. de cõdic. ind. b. vt sic litiũ finis. vt in l. fratris. C. de transact. & l. terminato. C. de fruc. & lit expen.

13 Quintò † quæritur pone q̃ res ista super qua lata est sententia, sita est in alieno territorio, qualiter fiet executio? Die quòd iudex inuocabit auxilium illius iudicis, in cuius territorio sita est, scribendo eidem literas, quòd talem sententiam velit mittere executioni. & sic ad eius literas fiet missio & executio. vt notatur per glo. & Bar. in l. à diuo pio. §. fi. D. de re iudi. & plenius in l. fi. C. vbi in rẽ actũ. & in c. i. ext. de offi. or. Sine quibus literis ipsam executioni non mitteret. vt probatur in c. Romana. §. cõtrahentes. ext. de fo. cõpet. lib. vi. & in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudic. & in Speculo, de execut. sẽ. §. breuiter. vers. quid si iudex. & per Cy. in l. i. in x. quæstione. C. de cõfes. 14 Et † prædicta locũ habẽt, quando iudex officio petitur executio sententiæ. Secus autẽ si iure actionis. quia actio ipsa ex re iudicata potest sine literis proponi, coram quocunque iudice cõpetẽti ipsius rei condẽnati. vt l. fi. C. de lõ. tẽp. præscrip. Nec similiter sunt necessariæ literæ, vbi petitur executio sententiæ arbitralis. vt l. cũ antea §. i. C. de arbit. quia nulla fit priori iudici iniuria, secundũ Bar. vbi supra, cũ ipse arbiter non possit exequi eius sententiã in l. i. C. de arbit. Quod quidem (secundũ eum) etiam locum habet in prædictis, quæ ex forma statutorum habent vim sententiarum. De quibus præceptus tangitur per eum, in l. post rem iudic. D. de transact. & per Cy. in l. certum C. fin. ers.

15 Quid † autem dices si ille iudex cuius inuocatur auxilium, diceret se velle cognoscere de nullitate vel iniquitate sententiæ, an posset facere? Respondeo breuiter quòd non, quia simplicis & nudi executoris officio fungitur. vt habetur in c. pastoralis. §. quia verò ext. de offic. deleg. & in l. i. C. de iudic. vid. tol. & notatur per Innocen. & Iohan. Andr. & Hostiensem in c. de cætero. ext. de re iudic. & per alios docto. in l. cũ non cognitio. Cod. si contra ius vel vtil. public. in lege & prætor. in §. Marcellus. D. de iudic. & per Bar. in l. à diuo pio. in prin. & per Cyn. in l. properandum. §. cùm autem. Cod. de iudic.

16 Sed † pone quòd sunt plures iudices in eodem territorio, putà Potestas, Capitaneus, vel Episcopus. & similes, an sibi inuicem teneantur in talibus executioni-

tionibus auxilium præstare ? dic quòd sic. vt in lege episcopale. C. de epis. & cler. & ibi per Innocen. & per Specu. in titu. de sentent. execu. §. nunc dicendum. versi. quid de sententia. Et si forte rebellis esset, posset a suo superiore multari, vel excommunicari. vt in Auth. vt differ. iud. §. 1

17 Septimò † quæritur. pone quòd citatis aduersarijs comparet aliquis, dicens, Hæc terra est mea, nunquid impediet executionem sententiæ ? vel pone quòd nuncio exequenti dicit aliquis, Nolo quòd hic ingrediaris, quæritur an impediatur executio ? Dic quòd sic, distinguendo. Aut ille qui contradicit est illa persona quę fuit cõdemnata : & tunc eius contradictio est nulla, nec potest impedire executionem. vt l. 1. & 2. C. de execut. rei iu. dic. & in d. l. à diuo pio. Aut ille qui contradicit est extraneus, qui nunquam fuit in iudicio. & tunc subdistinguo : aut fit executio sententiæ lata in actione reali (vt hîc fuit) aut in actione personali. Primo casu ad hoc subdistinguitur. aut illa res in qua fieri debet executio à nemine possidetur, sed est vacans. (vt puta hereditas, vel prębenda, vel quid simile.) & tunc quilibet contradicens impedit executionem, & de eius iuribus cognoscitur. vt l. fin. in fin. Cod. de edic. di. Adr. tol. & in cap. veniens. & ibi per Innocen. ext. de testibus. Aut res ipsa non est vacans, sed ab ipso condemnato possessa, & tunc contradictio huiusmodi non impedit executionem. 18 Cogitur † tamen cautionem præstare actor ipsi condemnato, de conseruando ipsum indemnem contra ipsum tertium se opponentem, secundùm formam l. si is à quo cum ibi notatis. D. de rei vend. Aut erat possessa ab ipso tertio, qui non fuit in iudicio, nec scivit causam suam agi, & tunc impeditur executio, & cognoscitur de iure suo. vt traditur in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mar. & in l. sępe. §. scientib^s. & in l. à diuo pio. §. si super rebus. & ibi per Bart. D. de re iudic. Secundo casu principali cùm fit executio in actione personali, puta mutuo vel locato, tunc quilibet contradictor impedit executionem, & audiendus est de iure suo, ante ipsam executionem, summariè & de plano. vt in dict. §. si super rebus. Nec tamen sententia in tali summario iudicio lata plenum præiudicium faciet in plenario, vt dicto §. si super rebus. Differentiæ autem ratio inter prædictos casus est (secundùm Innocen. in dicto c. veniens.) quia quando possessio vacat ille qui opponit facilius potest ad sibi debitum peruenire, quam si sit per alium occupata, sicque sua multùm interest priùs de iure suo disputari, & executionem differri. Non sic autem quando ab alio possidetur, quia tantum importat ab vno petere quantum ab alio. ideóque non tardatur executio : quia contra eum qui incipiet possidere poterit ius suum intentare, sicut contra istum. Sed vbi fit executio in personali actione, tunc semper sua interest audiri antequã res in alium trãsferatur. quia personalis actio vel obligatio nõ sequitur rẽ seu rei possessorẽ. vt l. si fideicõmissum. §. tractatũ. ff. de iudi. & l. 1. §. si hęres fun-

do.D.ad Trebel. Et super hoc vide quæ notat Inno. in c.cùm super controuersia.ext.de re iudi. Et prædicta locum habent siue de possessiona tantùm,siue de proprietate quæstio moueatur. vt notatur per Glos. in d.§. si super rebus. ad quod facit. l.meminerint.C.vnde vi.

19 Denuo † quæri solet, si appareat contradictor allegans rei dominium , vel possessionem , ad quem pertineat onus probandi,an actori, vel contradictori? Distingue. Aut tempore quo fit executio reperitur debitor condemnatus in possessione rei , & tunc fundata est intentio agentis,& fieri debet executio, salvo iure opponentis in alio iudicio. Aut reperitur contradicens tunc esse in possessione, & tunc erit fundata eius intentio, & per hoc tardabitur executio, & cognoscetur de iuribus opponentis. vt hæc notatur per Glo.& Cyn.in l.ob maritorum. C.ne vxor.pro mari.& per Bar.in d. §. si super rebus. & per Specu. in ti. de primo & secundo decreto. §. restat. vers. sed quid. Licèt quædam Glo.in l.i.C. de priui.fisc. dixerit absolutè, quòd opponenti incumbit onus probandi.& malè.

20 Sed † quid dices si opponens probat se possidere tempore executionis,actor verò probat eum dolosè possidere. quid fiet ? Dic quòd non impeditur contra illum executio. quia dolus suus non debet illi prodesse,sed obesse.vt l.ne ex dolo. D.de dolo. Facit l. si litigator. D. vt leg.nom.cau.& l.certa forma. C. vt in pos.leg.& ita dicit Cyn. in l.1. C. de alien.iudic.mut.causa fac.

21 Quod † est notandum,contra illos qui pendente lite , vel lata sententia contra eos, vt deludat aduersarium , transferunt rem ad extraneum. nam talis malicia non prodest eis,nec acquirentibus, Alibi tamen Bar.in d.§.si super rebus.videtur sentire, quòd non possit fieri ista executio contra hunc , nisi prius intentata contra eum actione reuocatoria. arg. eorum quæ habentur & notatur in §.si quis fraudem. Instit. de act. & l. 1. §. si mulier. D. si mulier. no. in poss. ff. mit.& in toto ti. D.de his quæ in frau. cred. & idem tenuit in l. creditores. C. de pigno. Puto quòd opinio Cyn.sit verior & æquior, vt fraudibus obuietur. vt l. in fundo.D.de rei vin. Nec obstant allegata per Bart. quia loquuntur quando alienatio interuenit ante litem inchoatam, vel sententiam latam.

22 Sed † pone quòd apparente contradictore fuit super exceptione lata sententia,an in nouo iudicio poterit ipse contradicens de iure suo docere,per modum agendi? Videtur quòd sic.per ea quæ habentur in d.§.si super rebus. Sed distingue in melius. Aut super exceptionibus fuit plenè cognitum , aut summatim tantùm. Primo casu, non audit vlterius in modum agendi, super iure decisso & proposito in modum excipiendi iuxta nota. per Inno.in c.si per spoliatiõe.ext.de ord. cog.& per doc.in l.fin autem.in fin. D.de neg.gest.& l. quòd in diem. §. si rationem.D.de compens. Secundo casu audiendus est.vt in d.§.si super rebus.

Rursum quæritur de quadam quæstione,quæ sæpiùs de facto contingit. ecce quòd aliquis coram iudice sponte confessus estse debitorem esse de centum. & iudex visa confessione condemnauit ipsum (vt

(vt habetur in l.1.C.de confess.)deinde creditor sententiæ executionem requirit. contra quam se opponit condemnatus, dicens sententiam fore simulatam, & in fraudem vsurarum latam, ac confessionem emissam. quæritur an per hoc sit retardanda executio? & si debitor offerat se stare velle iuramento creditoris super prædictis, an sit audiendus ante executionem? Et quia duo sunt dubia, respondeo quo ad primam, talem exceptionem non habere impedire ipsam executionem. 23 quia† exceptio simulationis est peremptoria. l.1.C. Plus va. quod agitur. ideóque post sententiam nō admittenda. vt l. peremptorias. C. sen. rescin. nō posse, cum similibus ibi notatis. Sententia enim habetur pro veritate. vt l. res iudicata. D.de reg. iur. & l.ingenuum. D. de stat. hom. Et impunè sibi qui non ab ea appellauit. vt l.ab eo. C. quomodo & quando iudex. & l.i. C. si sæpius in integ. restit. fuerit postul. Dicere enim sententiam simulatam, est allegare illam iniquam. quod non licet, si non fuerit prouocatum. vt in dictis iuribus, & in l.post rem iudicatam. D.de re iudic. & l.3. C.de re iudic. & facit l.fin. C.de execut. rei iudic. 24 Super† secundo sic distingue pro eius pleniori cognitione. Aut exceptio peremptoria quæ opponitur contra sententiam, traxit originem ante sententiam: & tunc non potest regulariter opponi post sententiā. vt in d.l.peremptorias. cū similib⁹. Ideóq; nō tenetur creditor subire tale iuramentū. quòd iuramentū succedit in locū probationis testiū vel instrumentorū. vt dicit textus in l.in cōtractibus. §.illo. C.de oō num.pec. & ibi per Cyn. & notatur per glo. in l.generaliter. in prin.C.de iureiur. Aut traxit originē tēpore ipsius sententiæ (vt in quæstione præsenti) & tunc idēquia sibi imputet si nō appellauerit, vt dictū est. Aut traxit originē post sententiā (vt quia creditor trāsegit, vel pactū fecit, vel similia) & tūc tenetur iurare. quia etiā aliter de hac exceptione posset probare. vt l.& post rē iudicatā. in prin. D.de transact. & l.eleganter. in §.si post. D. de condic. indeb. & l.4.§.ii ex conuentione. D.de re iudic. Amplius quæritur, postulata executione sententiæ latæ in actione personali, quid faciet iudex de pignoribus captis? Dic breuiter, quòd altero de quatuor modis prouidebit ipsi creditori. 25 Primo† potest ipsa pignora sibi dare in solutum, pro taxata quātitate valoris eorū, sic quòd ꝓ resta debiti sit ius saluū creditori. vt l.si ex maiore. C. de excep. & l.fi. in fi. C.de iure don. impetran. 26 Vbi† autē creditor accepit simpliciter pignora in solutū, nō determinata quantitate, tunc videtur pro toto debito accepisse. nec vlterius audiretur ꝓ aliqua parte dicti debiti. Imò sit cautus, vt sēper declaretur quantitas pro qua in solutū recipiūtur. vt habetur & notatur per Bar. in l.à diuo pio. §. si pignora. D.de re iudic. & per Cy. in l. ordo. C.de excep. rei iud. 27 Secūdo† modo ꝓuidetur, si iudex exponi faciat ipsa bona venalia, & plus offerēti dare, & pretiū tradere creditori. vt l.fi. §.1. C.de iurē dom. impetr. & l.pen. C.si ven. pign. ag. & l. 1. C. si in causa iud. 28 Tertio† modo ꝓuidetur, ꝙ nullo reperto emptore, ipse creditor tanquā quilibet alius extraneus ipsa pignora emat, pro quātitate iusta. Et si qd restauerit, ꝙ

cc. j.

solutione habeat ius saluū ad id cōsequēdū. vt l.2.ſi.C.ſi in causa iudic. 29 Quartum † est remedium, videdelicet quòd ipse creditor pignus possideat, & fructus ex eo colligat. sed non est vtile creditori: quia fructus debent cum debito compensari. vt l.1. C. de distrac. pig. & l.1. in fi. D. de pig. act. De his remediis notatur in d.§. si pignora. & in d.l. ordo. Adde & quintum remedium, videlicet quòd ipse debitor detrudatur in carcerē. Pro cuius latiori doctrina reuoco in dubium, an quis possit pro debito carcerari? 30 In † quo dubio sic distingue, secundùm Bar. vt per eum notatur in l. sacrilegii. §. cum eo. D. ad leg. Iul. pec. Aliquando quis est debitor fisci, aliquando debitor priuati. Primo casu potest capi & arrestari in aliquo loco, puta ne exeat de platea, vel palatio Communis. non tamē sic citò in carceribus includi, nisi eo persenerante in contumacia. vt notatur in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. & d.§. cū eo. Licèt exactores moderni tēporis in talibus diuersimodè, se habeant pro libito voluntatis. Secūdo casu subdistingue. aut debitor est condemnatus: & tunc potest incarcerari, vt l. 1. & ibi notatis per Cy. C. qui bon. ced. pos. Idem si nondum est condemnatus, sed promisit sistere in iudicio, & cōtumax fuit. vt in Auth. de exh. reis. §. si vero. C. quo modo & quando iudex. in l. consentaneū. & ibi notatis. Aliter nō potest incarcerari, nisi per pactum se astrixerit. vt notatur per doc. in l. ob æs. C. de act. & obl. 31 Verùm † in casibus in quibus potest carcerari si cesserit bonis suis relaxabitur. vt d. l.1. C. qui bon. ced. pos. quocunque tempore fiat bonorum cessio. vt notatur per Azonem in summa eiusdem tituli & probatur in l. pen. D. eo. ti. & l.2. C. eo. ti. quod sequitur Cy. in d. l.1. Nisi fortè (secundum aliquorum opinionem) debitor renunciasset beneficio cessionis, quod fieri potest, secundùm aliquos 32 Licèt † aliqui contra teneāt. vt pleniè allegat Cy. in d.l.1. & Iac. de bel. in Auth. de fideiuſ. §. quod autem. & Bar. in l. alia. §. elegāter. D. sol. mat.

33 Sed † an sit necessaria excussio bonorū, antequam perueniatur ad incarcerationem? Bar. dicit quòd sic. in l.3. §. tutores. D. de suspec. tut. Nam sicut fit excussio rerum mobilium antequam perueniatur ad immobilia, & rerum immobilium antequam perueniatur ad nomina debitorum, vt superius & inferius dictum est, multo magis fienda est antequam perueniatur ad hanc incarcerationem, quæ duriùs aggrauat ipsum debitorem. licèt aliquando vel ex consuetudine, vel per statuta non seruetur hæc practica.

34 Est † ergo in executione sententiæ latæ in actione personali, super capiēdis pignoribus talis ordo tenendus. Videlicet vt primò accipiatur pecunia, si extat. Secundò res mobiles, exceptis deputatis ad agriculturā. vel pro vsu quotidiano vestimētū vxoris & filiorū. vt habetur & notatur in Auth. agricultores. C. quę res pig. ob. pos. & l. execut. C. eo. tit. Tertiò, his deficiētibus recurritur ad res immobiles. Quartò, ad nomina debitorū. vt hæc traduntur in d.l. à diuo pio. §. in vēditione. & §. fi. & facit l. etiā. C. de execut. rei iud. Quintò ad incarcerationem.

35 Sed † quid dices de eo quod facere nituntur plerunque miseri litigantes, & eorum subdoli procuratores,

curatores, qui oe perueniatur ad immobilia, & vt magis vituperetur faciant creditori, exponunt & producunt tam sua mobilia quã aliena, & quæcunque vilissima. & quandoque ea latenter emunt à vicinis, vsque ad incisoria, & bocalia lapidea & flagnea, nũquid tit cogendus creditor talia recipere in solutum? Puto quòd non: quia res mobiles debent esse tales, quę de facili reperiãt emptorem, & nõ sint inutiles vel superfluę aut damnosæ ipsi creditori. arg. eorum quę habentur & notantur in Auth. hoc nisi debitor. C. de solut. & in corpore vnde sumitur. Sed consilium est melius pro creditore, quòd talia bona mobilia faciat exponi p iudicem venalia, & plus offerenti dentur, & ipsi creditori earum præcium eroluatur. vt ã. dictum est. & hoc modo obuiabitur fraudibus talium malignantium.

36 Viterius † quæritur qua forma capietur nomen debitori meo debitum. Dic quòd iudex faciet ad se aduocari ipsum debitorem & interrogabit eum an sit debitor talis. & si quidem cõfitebitur se illius debitorem, tunc statuet & assignabit eum pignori mihi creditori, & cõpellet eum per iuris remedia mihi soluere. vt notatur per glo. in d.l. à diuo pio. in fi. & in l.1. C. de præto. pigno. Vbi autẽ negauerit se esse debitorem, tunc relaxabitur. vt ibi notatur & per gl. in l.2. C. quando fis. vel priu.

37 Sed † quid si res mobilis fuerit ipsi creditori data in solutum, & postea res ipsa appareat aliena, & sibi euincatur, qualiter succurretur ipsi creditori? Dic quòd poterit adhuc agere prima rua actione, quæ non est sublata per talem inutilem dationem in solutũ. Nam creditor videtur sub hac conditione à priori iure recedere, si res fiat sua irreuocabiliter. vt probatur in l. ex sextãte. §. Latinus. D. de excep. rei iud. & habetur & notatur in l. libera quidem Theodora. C. de sen. & interloc. om. iud. & in l. eleganter. in prin. D. de pigno. & l. rescriptum. in fi. D. de distrac. pig.

Post hoc quæritur, an sententia lata in actione personali, sit semper in solidum mittẽda executioni cõtra damnatum? Dic breuiter quòd sic regulariter. 38 Sed † à regula certi speciales sunt à iure excepti casus, in quibus sit executio solum inquãtum facere potest condemnatus, deducto ne egeat, vel ne mendicare cogatur. Verbi gratia in patre condemnato, vel patrono, filio, marito, vxore, milite, donatore, & socio omnium bonorum. vt traditur & habetur in l. sunt qui. cùm l. sequ. & in l. in condemnatione. D. de re iudic. Hoc tamen priuilegium ad ipsorum hęredes non extenditur. vt l. sciendum. D. de re iudic. Et ipse principales personæ hoc priuilegio priuarentur, si fraudulenter bona sua alienassent. vt ibi notatur & habetur in l.1. §. illo proculdubio. C. de rei vx. actio. & in l. si vous §. fi. D. pro socio.

39 Quæro † an sententia lata contra principalem, possit mitti executioni sine alio processu contra eius successorem? Dic sic concluditur. aut est successor vniuersalis (vt hæres) & tunc fieri debet executio contra eum, sicut contra principalem si viueret, vt lege miles. §. iudicati. D. de re iudic. quia hæres

fingitur eadem persona cum defuncto. vt in Auth. de iureiur. à morien. præsti. in prin. Aut est successor singularis, vt emptor, vel legatarius, & tunc aut est successor in re ipsa super qua est lata tententia: vt tunc videtur idem arg. in l. ex contractu. D. de re iudic. & l. si mater. in fi. & l. exceptio D. de excep. rei iudic. Latius tamen in hoc secundùm Bar. distingue, vt per eum notatur in l. creditores. C. de pigno. Aut illud ius exequendi erat in se productum antequam res transisset in hunc successorem, quia lata erat sententia: & tunc in eum competit ius exequendi banc sententiam. vt d. l. si mater. in fi. & l. iudicatæ. in fi. & l. si à te. in fi. D. de excep. rei iudic. & facit. l. si superatus. in fi. D. de pigno. Aut ipsum ius non erat in esse productũ, sed in actu producendi, vt quia lis pendebat: & tunc aut per hoc res facta erat inalienabilis (quia litigiosa, cùm esset quæstio de ipsius rei dominio) & tunc tale ius exequendi transit contra ipsum successorem. vt l. 2. in fi. C. de litigio. Aut poterat alienari, quia solùm erat quæstio de iure pignoris, & tunc ius exequendi non transit contra talem successorem, sed requiritur nouus processus contra eum. vt in Auth. de litigio. §. ad hæc. posita in Auth. hoc ita C. de pigno. Aut ipsum ius exequendi non fuerat in esse nec in actu productum, & sic lis nondum fuerat inchoata, & tunc non transit in hunc successorem tale ius exequendi, sine nouo processu. vt probatur in d. l. si mater. §. fi. & l. iudicatæ. §. fi. ad quod facit. l. 1. §. necessario. D. si mul. ven. opm. D. quo iure executionis vide quod notat plenè Cy. in l. fi. C. de aliena. iudic. mut. causa fac.

40 Vlterius † quæritur an talis sententia poterit mitti executioni contra fideiussorem debitoris condemnati, sine alio nouo processu. Dic secundùm doc. aut est fideiussor contractus, vel iudicii vel litis. Primo casu non potest fieri executio, nisi præcedente nouo processu. In secũdo casu potest. vt determinatur & notatur per Cy. in l. fi. in fi. C. de vsuris rei iudic. & per Bar. in l. 1. D. iudic. fol. Et quæ sit ratio differẽtiæ ibi vide, quia intendo breuis esse.

41 Sed † an talis instantia aore latam sententiam transeat in successorem? Distingue secundùm Bar. vt per eum notatur in l. si eum hominem. D. de fideiuss. Aut est successor vniuersalis. & tunc transit. vt in d. l. si eum hominem & ad hoc facit l. si is qui Romæ. D. de iudic. & in l. si familiæ. D. famil. erc. cum similibus. Aut est successor singularis, & tunc non transit. vt l. 2. C. de hæred. vel act. ven. & notatur per Io. An. in c. quia Guillermus ext. de iudic.

42 Sed † an sententia sit mittẽda executioni cõtra procuratorem litis, in eius bonis? Die quòd nonimò nec contra tutorem, curatorem vel similes. vt in l. 4. § tutor. D. de re iudic. & l. Plautius, & l. si procurator. D. de procur. Nisi contra eum qui sponte se obtulit liti, sine mandato, pro alterius defẽtione. vt in d. l. 4. in prin. & facit l. is qui se obtulit. D. de rei vend.

GLOSSA II.

Vsa prius per eũ quadã sententia. Ad hoc autẽ vt iudex ad executionẽ procedat, debet sibi cõstare ex productione, de ipsa tali sententia quã exequi intẽdit. vt l. ordo. & quæsi per totum. C. de execut. rei iudic. & is

& in c.1.ext.de officio ordin.&c.

GLOSSA III.

Si parte suspecta. Hoc meritò dicitur, quia si esset suspecta ex aliquo vicio visibili, tunc retardaretur eius executio. arg. eorum quæ notantur in l.3.C.de edic.diui.Adr.tol.

SVMMAR.

1 *Apparitores, Executores, Nuncij sut officiales & seruitores publici.*
2 *Iudex permittere potest parti. vt fundum ingrediatur sine violentia.*
3 *Licentia ingrediendi fundū concedi potest in contractu & in testamēto.*
4 *Regulariter non potest appellari à sententia, quæ respicit executionē alterius sententiæ.*
5 *Nuncius meræ executor non potest cognoscere de exceptionibus, quæ possint opponi post sententiam, nec debet executionem tardare.*
6 *Executor non potest fidem habere de precio pignorum ab eo venditorū.*
7 *Procurator ad vendendum nō potest fidem habere de precio. Nisi procurator primarie personæ, constitutus sine vlla precij taxatione.*
8 *A mixto executore appellari potest, si modum exequendi excedat. Ab omero executore, sufficit recurrere ad committentem.*
9 *Appellatio ab executione est instar appellationis ab interlocutoria: ideoque in ea sunt exprimenda grauamina.*
10 *Executus quæ de facto exequitur, non obstante appellatione, licet resistere de facto, cum eo non potest esse consultum per superiorem.*
11 *Appellari potest ab executore, qui imperite sententiam interpretatur.*
12 *Delegatus non potest sententiā suā interpretari, nec ab eius decisis, quibus non compescit morum & mixtum imperium, fore magistratus.*
13 *Quilibet iudex potest sententiam suam interpretari, id est declarare, non corrigere, nec extendere.*
14 *Successor iudicis potest interpretari sententiam sui antecessoris.*
15 *Iuiquitas declaratoris colligitur ex actis & circumstantiis.*

GLOSSA IIII.

P. *Publico nuncio.* 1 Iste † tales personę diuersis nominibus in iure appellantur. nam interdum appellantur Apparitores. vt l. apparitores. C. de appar.lib. XII. Aliquādo Executores. vt in l. executorem. C. de execut.rei iudic. Ali quando Nūcii. vt hīc. Sic ergo committenda est executio publico officiali, vt dictis iuribus.

An autē hæc facti executio possit ipsi parti committi, in cuius fauorem sententia lata est? Cy. plenè disputat, in l. fi. C. si per vim. vel alio modo. Super quo gl. sunt cōtrariæ nam glo. in l. memineriut, Ci vndę vi, tenēt quòd sic. & idem sequitur ibi Iacobus de Aretio. Ahbi glo. in l. iustè possidet. D. de acquir. poss. tenet quòd non. quam opinionem sequitur Dy. in l. non est singulis. D. de reg. iuris. Oldradus voluit cōcordare glossas, distinguendo hoc modo. 2 Aut † iudex concedit parti licētiam ingrediendi quouis modo, etiam per violentiam, & non potest. vt in d. l. non est singulis. & ita loquitur glo. in d.l. iustè. Quandoque concedit licentiam ingrediendi sine violentia aliqua: & tunc valet. & sic intelligitur gl. d.l. memineriut. Quam distinctionem approbat Bar. in d.l. creditores. vers. quarto principaliter. & in d.l. iustè possidet. 3 Quæritur † an talis licētia ingrediendi possit concedi in con-

tractibus? Certè sic. vt notatur in l. prędia. D. de acqu. poss. cũ ibi notatis. Et eodẽ modo per testatorẽ le gatariis. vt in l. Titia. §. 1. D. de leg. 2. & ibi notatis per Bart. & per eundem in d. vers. 4.

Et hic modus exequẽdi locũ habet, quando procedit per officiũ iudicis. secus ũ procedit per viam actionis in factũ ex re iudicata: quia tũc libellus esset necessarius, vt dictum est in principio. Ideóque notandũ, quòd quando iudex procedit ex solo officio, tunc si fert sententiã. dicitur esse talis sentẽtia interlocutoria. si autem simpliciter exequatur de facto cõmittendo seruitori (vt hîc) tũc etiã est actus interlocutorius. vt dicit Cy. in l. ab executione. C. quorum appel. non reci. 4. Vbi† autẽ procederet per viam actionis in factũ ex re iudicata, tũc eius sententia esset diffinitiua. Nec tamen ab ea (ſecundùm Odoſt.) potest appellari regulariter. vt fuit fit litis. dicẽ aliqui aliter distinguãt vt notatur in d. l. ab executione. & vide ☞ infrà dicetur, in vers. sed hîc quæritur. ¶ Quæritur† an hic nũtius executor, si corã eo proponantur aliquæ exceptiones quæ possũt post sententiã opponi, debeat vel possit de his cognoscere, & executionẽ tardare? Die quòd non. quia est nudus & merus executor. vt probatur in d. l. executorẽ. & notatis per Bart. in d. l. à diuo pio. §. si super teb'. Ad quod facit l. & si nõ cognitio. & ad ibi notatur. C. si contra ius vel vtil. pub. Facit quod notatur suprà vers. quid autem dices.

6 Post† hæc quæritur. ecce ☞ iste executor pignora per eum capta proposuit vẽnalia, an poterit fidem habere de pretio? Die quòd non. sed debet facere quòd de præsenti ipsa pecunia ab emptoribus exbursetur, & creditori tradatur. vt in d. l. à diuo pio. §. sed si emptor.

7 Sed† an procurator ad vendendum constitutus, possit fidem habere de pretio? Videtur textus quòd non. in l. si procurator. in fin. D. de iure fis. In contrarium tamen facit textus in l. quicũque. §. si ei. D. de instito. & ibi per Guillermum de Cuneo. Verumtamen pro concordia omnium, sic distingue. Aut loquimur in executore iudicis, vel legis: & talis non potest habere fidẽ de pretio, hoc est rem dare sub credentia. vt in d. §. sed si emptor. & ibi notatis per Bart. Aut loquimur in procuratore: & tunc subdistingue. Aut est procurator fisci, seu ecclesiæ, vel minoris: & non potest fidem habere de pretio. vt in d. l. si procurator. in fin. Aut est procurator alicuius priuatæ personæ, & tũc (ſecundùm Bartolũ) subdistingue. Aut est procurator ſpecialiter constitutus, ad vendendum sub certo & limitato pretio: & tunc non potest vendere habita fide de pretio: quia sic vendendo diceretur vendere viliori pretio. argum. in l. si prædio. aliàs incipit. l. quod si in diem. in fin. D. de in diem addict. & sic non seruarentur fines mandati, contra legẽ diligenter. D. mand. & in cap. dilecta. ext. de rescript. Aut est ſimpliciter constitutus, nulla præfacta taxatione. & tunc poterit fidem habere de pretio. vt in l. qui fundum. in §. procurator. D. pro empto. & lege prima. §. 1. D. de excepti. rei iud.

8 Vlterius† quæritur quid si deputatus ad exequendũ, excedit modum exequendi? verbi gratia, cùm debet

debet facere executionem in prato, facit eam in vinea & in prato. quaeritur succurretur ipsi condemnato? Dic quòd potest appellare. vt plenè traditur & habetur in l. ab executore. D. de appel. & in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. & per Glo. in c. quo ad consultationē. in fi. ext. de re iudic. Et hoc in executore mero. In seruitore autem, seu nudi facti executore, sufficeret reclamatio ad superiorem. vt l. vt proponis. C. de execut. rei iudic.

9 Sed† hic quæritur de forma appellationis interponendæ. Ad quòd sic respondē (secundùm doctores) quòd executio huiusmodi excessiua est actus interlocutorius: sequē regulabitur talis appellatio, sicut ceteræ appellationes quæ à sententijs interlocutorijs interponuntur. Videlicet vt tunc in ipsa appellatione exprimantur causæ. vt notatur plenè per Bart. in d.l. ab executore. & per Cy. in d.l. ab executore. & per eundem Bartol. in lege eius qui. D. de appell. recip. vel non.

10 Et† nota quòd appellatione vel reclamatione interposita, si ipse executor adeò proteruus esset quòd appellatione non obstante exequeretur sententiā de facto, nec posset ipsi reo per superiorem esse consultum, tunc licitum esset ei de facto resistere. vt habetur in l. prohibitum. C. de iure fisci. & in c. ex ex literis. ext. de offic. deleg. & ibi notatis.

11 Sed† pone quòd talis executor, propter eius grossitiem & ignorantiam, malè intelligit & interpretatur sententiam. verbi gratia, cùm sententia dicat de florenis simpliciter, vult interpretari de ducatis. & reus dicit quòd debet intelligi de florenis monetæ currentis, & similia. qualiter consuletur damnato? Dic quòd potest appellare, cùm per hoc modus excedatur exequēdi. vt notatur per ipsum Bar. in d.l. ab executore.

Cuius gratia reuocemus in dubium, quis possit sententiam interpretari? Super quo (secundùm eum vbi supra) sic distingue. Aut loquimur in iudice ordinario, aut in delegato. Primo casu, aut vult interpretari sententiam latam per suum delegatum, aut per se latam. Primo casu potest. vt l. duo iudices. D. de re iudic. 12 Ipse† autem delegatus non posset (vt ibi) quia functus est officio suo. vt l. iudex. D. de re iudic. & in l. dicere. §. fin. cum l. seq. D. de arbit. Alio casu cùm vult interpretari suam propriam, potest, secundùm glo. in d.l. ab executore. Sed in hoc Bartol. ibidem aliter sic distinguit. Aut loquimur in maioribus iudicibus, quibus competit merum & mixtum imperium, & hi possunt suas proprias sententias interpretari. & sic procedit Gloss. prædicta, & rationes in ea assignatæ. Aut loquimur in minoribus iudicibus, & hi non possunt eorum sententias interpretari. per d.l. iudices. ne sic possint per indirectum eorum sententias retractare. contra l. 1. C. sen. resc. non poss. cum similibus.

Item quæritur qualem interpretationem possit facere iudex? Super hoc est præferendum, quòd interpretatio sumitur in iure multis modis. aliquando pro correctione, aliquando pro verbi extentione, aliquādo pro ipsius verbi seu orationis cōgrua expositione & declaratione. vt hæc not. per Gl. in l. 1. §. qui

operas. D. ad Tertul. Aut ergo quæritur de interpretatione quæ sumitur pro correctione, & hanc nullus ordinarius vel delegatus, maior vel minor, potest facere; nisi solus imperator. vt l. 1. in fin. D. de quæstio. coniuncta l. dicere. §. fin. cum l. seq. D. de arbit. Aut quæritur de ea quę sumitur pro extensione, & hanc nō potest facere iudex, nisi super expēsis & accessoriis, eadem die qua lata fuit sententia. vt in l. Paulus. D. de re iudic. 13 Aut† quæritur de ea quæ sumitur pro expositione seu declaratione, & hanc potest facere quilibet iudex. quia per eam nil noui inducitur, sed quod obscurum est & coopertum detegitur & illuminatur. arg. in l. adeo. §. cùm quis. D. de acquir. re. dom. & l. hæredes palam. §. sed & si notan. D. de testam. Exempla, secundùm doc. si erant duo Titii, nec apparet de quo senserit, vel si condemnauerit in centū, nec apparet de qua pecunia senserit, posset hoc declarare. sed aliam interpretationem remotam & extraneam à sensu verborum facere non posset. vt notatur per Glo. in d. l. ab executore. Sed an pars sit citanda ad hanc interpretationem remotam fiendam? Dic quòd sic. per regulam l. de uno quoque. D. de re iudic. & leg. nam ita diuus. D. de adopt.

14 Post† hæc quæritur, an successor eius qui tulit sententiam possit illam interpretari? Dicit Bart. in d. l. ab executore, quòd sic. quia fingunt idem iudex, idémque tribunal. vt l. proponebatur. D. de iudi. l. mortuo iudice. D. eo. tit. cum similibus. Nec re pugnare habet quòd hæres non interpretetur libellum defuncti. vt l. Pomponius scribit si frumētum. & l. fi. D. de rei vendic. & l. inter stipulant. §. 1. D. de verb. obli. quia illud ideo, quoniam ius partis per hoc non perit nec detrimentum patitur, quia potest in alio iudicio libellum de nouo producere: sed si hæc interpretatio fieri non posset per successorem iudicis, deperire posset aut grauiter læsi ius partis. Sed an ab huiusmodi interpretatione possit appellari? Videtur quòd sic secundum Inno. vt ipse notat in c. super eo. ext. de his quę vi metúsue causa. Ad quod facit quod supra dictum est de executione.

15 Diceret† aliquis qualiter detegetur in hac appellatione iniquitas interpretantis? Respōde ex circūstantiis. videlicet ex his quæ acta sunt in principali causa. Item ex rei qualitate. verbi gratia, si cōdēnauit in x. & vult interpretari quòd senserit de papalimoneta, cū tamē res ipsa sit ꝑcii de moneta imperiali vel ea res valeat florenos x. interpretatum est de libris x. & sic de similibus. vt idem Bar. notat in d. l. ab executore. Vltimo circa hoc quæritur, an in hac appellatione sint causæ inferēdæ? Puto quòd sic. exemplo appellationis quę interponitur ab executione, cū talis interpretatio sit quædam interlocutoria.

SVMMAE.

1 *Missum in possessionem iudex debet in ea tueri.*

2 *Semel impleta executione sententiæ, amplius ex ea non agitur, cum subest alia actio.*

3 *Executio sententiæ (sicut instantia principalis) finiri debet triennio, cum in ea per viam actionis procedatur. At si officio iudicis agatur, perpetuò exigi potest.*

GLOSSA

GLOSSA V.

Faciendo eum ire & redire. Isti suos actus acquirendę possessionis concurrẽte animo acquirẽtis. vt in l. quemadmodum, & l. 1. in §. adipiscuntur. & in l. 3. §. in amittenda. & §. fi. D. de acquir. poss. Sed an per talem missionem quæratur dominiũ pleniùs dictum est supra circa primũ libellum in Gloss. super verbo. *iure dominii vel quasi*, vers. quintus modus &c. & traditur Instrut. de offic. iudic. §. fi. & l. excepto. D. de re iud. & l. Pomponius. §. si iussu. D. de acquir. possess. & l. inter officium. D. de rei vendic. 1 Pertinet† autem ad iudicis officium hunc in possessionẽ missum defendere. vt D. Ne. vis fiat. a. l. in prin. & §. 1. cum sequ.

2 Vltimò† quæro de tali quæstione. ecce quòd in executione sententiæ venditor rem vendidit, quã vendere damnatus est. & quia precium non recepit, vult intentare contra emptorẽ actionem in factũ ex sententia, quæritur an possit? an verò necesse habeat agere ex contractu venditor? Et breuiter videtur agi posse ex sententia actione in factum per legẽ fundi partem. D. de contraben. empt. & l. si hæres. D. de act. empt. In contrarium determinat Bar. in l. si fideiussor. D. de leg. 1. arg. in Lia numerationibus. in fi. D. de solu. sicque (secundùm eum) agendum est actione ex vendito. cuius ratio est, quia semel impleta est forma sententiæ, venditione secuta: ad quem solum casum sententia se referebat. Nec obstant iura in contrarium allegata, quia in eis non erat prioris cõtractus executio facta.

3 Amplius† vidi dubitari, an executio sententiæ habeat instantiã seu tempus instantiæ, sicut dicitur in causa principali, & appellationis in l. properandum. C. de iudic. & in Authen. Et qui appellat. C. de temp. appel. Pro cuius dubii solutione puto distinguendum esse, an agatur actione iudicati seu in factum ex re iudicata (de qua loquitur l. actori. C. de iureiur. & l. miles. §. fi. D. de re iudic.) & tunc quia offertur libellus, sicut in cæteris actionibus (vt dixi supra in principio in 2. quæstione huius tituli) habebit instantiam talis causæ executionis, sicut aliæ. Aut agitur condictione ex aliqua l. municipali vel statuto: & tunc idem quia cõdictio ex lege est quædam actio sic nominata. vt D. & C. de condic. ex lege. l. 1. cum ibi notatis. Et maximè si per statutum sit tẽpus ipsius executionis causæ expressè limitatum, prout est in decreto generali causarum ciuitatis Montisferrati. Quod decretum ego ipse composui & ordinaui, de mandato tũc Illustrissimi domini Theodori Marchionis Montisferrati &c. Aut simpliciter officium iudicis imploratur, & per nudum officium per viam præcepti proceditur, & tunc puto quòd talis causa executionis nullius instantiæ terminis coercetur, sed perpetuò explicari & finiri possit. Alii dicunt. aut statutum vel decretum ipsi executioni limitat certum tempus: & tunc aut limitat ipsi iudici, aut causę: & vtroque casu habebit instantiam. in primo casu instantia durabit etiam post terminum. In secundo non durabit vltrà tempus limitatum. vt notatur per doct. in l. properandum. & dixi supra in forma sententiæ diffinitiuæ.

FORMA LIBELli quo agitur vt rescindatur seu annulletur sententia lata pretextu falsi instrumenti.

TITVLVS XXVII.

ORAM Vobis domino Vicario domini Potestatis Papiæ, agit & in iure proponit Ioannes de Olearijs, contra & aduersus Simoninū & cōtra quancunque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, non in modum solennis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis.

I. Dicens quòd orta quæstione inter ipsas partes nomine & occasione cuiusdam peciæ terræ &c. præfatus Simoninus procurauit, solicitauit, paritérq; induxit Guillermum N. notarium, ad cōponendum, rogandum, scribendum, & tradēdum in publicam formam, quoddam instrumētum falsum, venditionis dictæ peciæ terræ.

II. In quo scriptum falsò apparet in effectu, quòd ipse Ioannes vendidisset dictam peciam terrę in eo descriptā, supra scripto Simonino anno currēte M. CCCCXIIII, Die XVI. mensis Septēbris, precio florenorum C.

III. Quod minimè verum fuit, nec est, cùm ipse Ioānes nunquam vendiderit dictam peciam terræ, nec testes in ipso asserto instrumento nominati fuerunt vnquam præsentes ipsi assertæ venditioni: quinimo tempore dicti asserti instrumenti fuerunt aliqui tunc defuncti.

IIII. Sicque tam ex prædictis quàm ex aliis multis clarè detegitur, ipsum assertum instrumentum fuisse & esse in omnibus suis partibus & capitulis falsum, & falsò & contra omnē veritatem compositum, traditum, & scriptū & contra voluntatem & præter scientiam & præsentiam dicti Ioannis & testium in eo descriptorum.

V. Rursúmque dicit & exponit idem Ioānes quòd suprascriptus Simoninus ipso tali asserto instrumento falso scienter & dolosè vsus fuit & est, in dicta causa, perseuerādo in huiusmodi vsu, ita & in tantum, quòd ipsius instrumenti vigore ac prætextu reportauit & obtinuit diffinitiuam sententiam, à tunc Vicario

Vicario latam & promulgatam, in ipsius Simonini fauorem, & contra ipsum Ioannem, & vlterius ipsius sententiæ executionem, licèt in debitè & iniustè.

VI. Sic & taliter quòd ipse Ioannes priuatus fuit & est, virtute dictæ sententiæ ex falso instrumẽto latæ, præ dicta sua proprietate & possessione memoratę pecię terræ, pluſquam iniustissimè. Quam sententiam vobis exhibet & producit in forma publica, traditam & rogatã per P. notarium, anno, mense, &c.

Quare, cùm fructũ ex falsitate nemo debeat obtinere, iuráque disponant sentẽtiã ex falsis instrumentis vel testibus prolatam fore penitus retractandã, idcircò prędictus Ioannes omni modo, iure, via, & forma quibus melius potest, petit & requirit, quatenus prout melius de iure potestis, pronuncietis & declaretis per vestram sententiam prædictum assertum instrumentum dictæ venditionis fuisse & esse falsum, & contra veritatem traditum, scriptum, & rogatum, dictáque sentẽtiam ipsius instrumenti prætextu latam, & executionem dictæ sententiæ inde factam & secutam, fuisse & esse nullam, & nullius valoris & momenti. & aduersus ea omnia & singula ipsum Ioannẽ fore in integrũ restituendum, & debere in integrum restitui, inquantum mero iure appareant esse aliqua, quod negatur. dictámque peciam terræ pleno iure spectare & pertinere, ac spectasse & pertinuisse, dicto Ioanni ac sibi fore & esse restituendam & relaxandam: dictúmque Simoninum ad dictam restitutionem & relaxationem condemnandum, simul cum fructibus per eũ perceptis: nec non in cæteris damnis & expensis, passis & factis per dictum Ioannem & in futurũ fiendis & patiendis, de quibus protestatur. Saluo iure addendi &c. Non tamen se astringens. &c.

SVMMA.

1 *Admonet notarios vt omnino falsitates refugiant, nec precio se corrumpi patiantur. Honesta enim lucra captanda esse, non impia, quibus viri boni splendor & nomen amittitur.*

GLOSSA I.

Omnes vobis. Ad hanc materiẽ oculos aperiant omnes, maxi-

mè notarii intuentes, qui facilùs per sæpe corrumpuntur. 1 Nam † si fuerit locus falsis instrumentis, testibus, & sententiis, ac grauibus principum extorsionibus & rapinis, nullus profectò de statu suo poterit esse securus. Sit ergo vnusquisque super omnia legalis, nec in aliquo patiatur se auro corrumpi, & illud semper in memoria teneat quod Cassiodorus lib. III. Variarū scribit, in hunc modum. Aurum si quidem per bella quærere nefas est, & per maria, periculum, multò magis per falsitatē & opprobriū. honesta verò sunt lucra, per quæ nemo læditur, & bene acquiritur. Griphes ipsi aurum ingiter leguntur effodere, atque metalli inspectione gaudere: quibus, quoniam non est ambitus lucri, cupiditatis crimine non dicuntur accendi. &c. Nec Tullianum eloquium est obliuioni tradendum, qui sic ait. Cadítne in virum bonum fallere, mentiri, criminari, præcipuè emolumenti sui causa? nil profectò minùs. Estne ergo vlla res tanti, aut commodū vllum tam expectandum, vt viri boni & splendorē & nomen amittas? Quid est enim quòd afferre vtilitas ista tam possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidē, iustitiámque detraxerit? Quid enim interest, vtrum ex homine se quis conuertat in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluę? &c. Sequitur in litera.

Svmmae.

1 *Actio ciuilis de falso durat xxx. annis, criminalis verò XX annis.*

2 *Cùm falsi quæstio per exceptionem proponitur, durat XXX annis, sicut actio. Nisi vtens falso instrumento dolo careat, adeo vt restitutione in integrum opus sit, ad instrumentum impugnandum.*

3 *Est in electione partis vtrum malit de falso prius criminaliter an ciuiliter agere.*

4 *Accusatus de falso, non absolutur per regulam, Actore non probante: sed debet se purgare de suspicionibus quibus grauatur.*

GLOSSA II.

Qvalisqualis petitionis. Per hęc verba, & alia subillata apparet, quòd ciuiliter agitur de falsitate sententiæ & instrumenti. Cuius gratia est sciendum quòd de falso commisso, tam circa testes & instrumenta, quàm circa alia acta curiarum, & similia, procedi & quæri potest dupliciter. vno modo ciuiliter, sicut in contractibus & vltimis voluntatibus: alio modo criminaliter. vt probatur in textu in l. damus. & l. de fide. & l. prębemus. C. ad leg. Cor. de fal. 1 Et † si quidem agatur ciuiliter, competit actio in factum, quę durat xxx annis, sicut faciunt cæterę actiones personales, secundùm Cynū. vt per eum notatur in l. querelam. C. ad leg. Cor. de fal. sicut nos dicendi ipsum instrumentum vel sententiā nullum vel nullam. vt notatur per Bart. in l. qui sub conditione. §. de hoc iureiurando. D. de condit. instit. Regulariter enim omnes personales actiones eo tępore terminātur & durant. Instit. de perpet. tęp. act. in prin. C. de constit. pec. l. s. facit l. sicut. & l. omni. C. prędscrip. xxx anno. Vbi verò agitur criminaliter, solùm durat tale ius xx annis. vt in d. l. querelam.

2 Tertio

2 Tertio † etiam modo quæritur & disputatur de falso, per modũ excipiendi: qui modus frequentius practicatur. vt l. fi. C. de fide instrum. & in c. cũ venerabilis ext. de excep. & in l. vbi falsi. & l. satis apertè. C. ad leg. Cor. de fal. & notatur per Gl. in l. ex falsis. C. de transact. & in c. cũ Iohannes. & c. inter dilector. ext. de fi. instrum. & l. cum ciuili. C. de ordi. iudi. Quod quidem ius excipiendi de falso, an duret tanto tẽpore quanto ius agendi, plenè disputat Cyn. in d. l. querelam. vbi finaliter cõcludit, cum Bal. de Aretio, distinguendum. Aut ille qui obtinuit per falsa instrumenta fuit in dolo, scienter his vtendo: & tunc tantum durat exceptio, quantum durat ciuilis actio, & per consequens xxx annis. arg. l. purè. in fin. D. de doli excep. Aut non fuit in dolo, vt puta non conscius falsitatis: & tunc quia præcedere debet exceptionem in integrum restitutio (vt in lege exceptiones quæ personæ. §. vlt. D. de excep.) necesse est dicere quòd hoc casu ius excipiendi solùm durat quadriennio. vt in l. diuus. ff. de re iudic. & quod notatur in l. fi ex falsis. C. de transact. & sic intelligatur c. cùm venerabilis. de excep. & c. licèt. ext. de probat. cum similibus.

3 Nunquid † autem agi possit ciuiliter, de instrumento falso, contra partem, antequam actum sit criminaliter cõtra notarium qui scripsit? Plenè disputat Cy. & docto. in l. fin. & l. 2. & ibi per gl. C. de fide instru. Et dixerunt super hoc quidam. aut notarius viuit, & debet priùs contra eum criminaliter agi. vt d. l. fi. C. de fide instrum. aut mortuus est, & tũc est in electione actoris, an priùs agere velit ciuiliter vel criminaliter. argu. d. l. damus. C. ad le. Corne. de fal. Alij dicunt absolutè, quòd siue notarius viuat siue non, quòd est in electione actoris, an priùs velit ciuiliter agere vel criminaliter. Quam opinionem approbat glo. & Luc. Burrig. & communis consuetudo, in d. l. 2.

Ad hoc autem specialiter aduertendum quòd vbi proceditur criminaliter debet iudex oculos aperire. Nam ad eius officium pertinet multo maiorem indaginem acquirere, quàm si ciuiliter ageretur, vt d. l. vbi falsi. C. ad leg. Cor. de fal. Et si cõtra reum inculpatum de hoc vitio non sunt probationes concludentes, sed nudæ suspiciones, non propterea debet iudex ipsum absoluere, nisi prius se purgauerit, saltem per propriam iuramentum. vt determinatur per Cyn. in d. l. vbi. & per Azonem in summa. C. eo. ti. & per Goffredum. in Summa ext. de crim. fal. Per quod habes colligere, quòd hic est casus specialis, vt non sufficiat ad plenam absolutionem rei, quòd actor non probauit per regulam l. actor. C. de probat. & l. qui accusare. C. de eden. sed debet reus se purgare.

Quarto etiam modo quæritur de falso per officiũ iudicis, secundùm Cy. vbi supra, per textum. in l. sciãt. C. de probat. ad quod facit l. nullum. C. de testib.

SVMMAE.

1 *Quatuor modis falsum committitur, scripto, dicto, facto, & vso.*

2 *Grauius punitur qui impulit notarium ad falsum committendum quàm qui simpliciter falso vsus est.*

3 *In his quæ iure prohibita sunt semper dolus præsumitur: at non in ijs quæ iure permissa sunt, nisi probetur perspicuis indicijs.*

GLOSSA III.

Procurauit, solicitauit. 1 Ad † cuius euidentiam, sciendum est quòd falsum committitur quatuor modis, videlicet scripto, dicto, facto, & vsu.

Et primò committitur scripto, vt patet in notario scribente falsum instrumentum. vt in c. cùm Iohannes heremita. & c. inter dilectos, cum similibus. de fide instrum. & aliis casibus positis in l. 1. §. qui in rationibus. & l. Paulus. §. Paulus. D. ad leg. Cor. de fal. Secundò committitur dicto, vt in falso teste, & similibus casibus. de quibus in d. l. 1. in §. sed & si quis. §. qui iudicem. eum similibus. Tertiò committitur facto, vt in falsa moneta, & falsa mensura. vt D. eodem titu. l. quicunque, & l. penultim. §. 1. & in certis aliis similibus casibus ibi notatis. & C. de fal. mo. l. 1. & l. vbi falsam. D. ad leg. Cor. de fal. Quartò committitur vsu. vt quando aliquis in causa committitur & producit scienter & dolosè falsum instrumentum. vt C. eo. ti. l. si falsos. cum similibus. quę omnia prolixiùs vide per Azonem in Summa. C. eo. ti. & per Goffredum in Summa. ext. de crim. fal. 2 Deinde † sciēdum est, quòd iste qui procurauit & solicitauit quòd notarius cōmitteret falsum, grauiùs punitur quàm si simpliciter falso instrumento vsus esset. vt in d. l. si falsos.

Vlterius quæritur an iste talis libellus procedat, in quo simpliciter dicitur falsum esse commissum, nec exprimitur an dolo, an sine dolo? Quam quæstionem plenè disputat Cyn. in l. nec exemplum. C. ad leg. Cor. de fal. Sed finaliter & concluſiuè dic (secundū eum) quòd non est necesse hoc exprimere. quia dicendo falsum commissum includitur dolus interuenisse, maximè si criminaliter de falso quæratur. Tamen consultè faciet vnusquisque id exprimere in libello: aliter enim non ligatur pœna falsi, nisi dolus interceſſerit. vt d. l. nec exemplum. & probatur in l. 1. in prin. D. ad leg. Cor. de fal.

3 De † quo dolo in dubio, in his quæ cadunt in delictū & à iure prohibita sunt, semper præsumitur. vt habetur in l. 1. C. ad leg. Cor. de fal. Licèt in cæteris actibus à iure permissis non præsumatur dolus: nisi perspicuis indiciis approbetur. vt in l. quotiens. §. qui dolo D. de probat. & l. qui dolum. C. de dolo. & l. dolus. D. de rescin. vendit.

SVMMA.

1 *Falsum committit verius est, cùm notarius peccat in materia quam cùm in forma.*

GLOSSA IIII.

Tradendum in publicam formam. Sed quid erit si notarius tradidit ipsum instrumentum in forma non publica nec Authentica, quod nō facit fidem (verbi gratia) si caret anno, vel indictione, aut die, & similibus, nunquid cadet in crimen falsi? Dyn. simpliciter tenet quòd sic. per l. si quis legatum verificetur. D. ad leg. Cor. de fal.

1 Alij † distinguunt, aut instrumētum peccat in forma: & tunc non cōmittitur fallum. aut in materia: & tunc sic. Aliis (quos sequitur Bart. in d. l. post legatum) distinguunt quòd aut notarius non adhibuit instrumento formā debitam, quia ipsum pœnituit falsificatis, nec ideo præcio

&tunc

& nunc excusatur: aut imperfectè tradidit, quia perficere non potuit. & tunc non excusatur. vt probatur in l.qui falsam.& l.filius.§. 1. D. ad leg.Cor.de fal. De qua quæstione vide Iar.per Bar.in d.l.post legatū.

GLOSSA V.

Instrumentum venditionis. Hoc de venditione ponitur gratia exempli. & ideo idem per omnia dicendum in omnibus aliis instrumentis,tam publicis quàm priuatis.vt l.damus. & l.1. §. qui in rationibus & l.Paulus. cum similib.D.ad leg.Cor.de fal.&c.

Summa.

1 *Vnus testis contradicens instrumento facit vacillare eius fidem. tres autem, omnino illud falsi arguunt. vide supra.titu.15. Glo.7. num.5.*

GLOSSA VI.

Verum vnquam præsentes. Si notarius dicat instrumento, Tales testes vel testes fuisse præsentes, & inde examinati deponunt non fuisse præsentes, vnus vel plures, an per hoc reprobetur instrumentum de falso? Tangitur per Cyn. in l. in exercendis. C. de fide instrum. & per Innocen. & Io. And. in c.cùm Ioannes Heremita. ext. de fide instru. 1 Et † ego scripsi supra circa formam opponendi contra instrumenta. & Spec. posuit in ti.de instru.edi.§.postremo.

GLOSSA VII.

In omnibus fois partibus. Quid autem si instrumentum reperitur pro parte verum & pro parte falsum,an reddatur falsum in totū? Glo.iuris canonici dicit quod sic. in c.si ad sacras.ix.dist. quā opinionem sequitur Glo.in c. in nostra præsentia. ext. de testib. & Ioan. in c. cùm Ioannes Heremita. & ego scripsi s. in d.forma opponendi cōtra instru.

Summae.

1 *Vt vtens instrumento falso incidat in crimen falsi, duo debent concurrere, dolus proprius, & vt persistat in vsu vsq; ad diffinitiuā inclusiuè.*

2 *Protestatus coram iudice, quòd quia nolit vti instrumento, nisi in quantum sit verum, excusat à pœna falsi.*

3 *Minor est pœna vtentis falso instrumento, quàm eius qui illud fecit.*

4 *Instrumentum redditur suspectum de falso,cùm is qui illud produxit, post oppositam falsi exceptionem, declarat se nolle eo vti.*

GLOSSA VIII.

Dolose vsus fuit. 1 Hic † notādum est, ad hoc vt vtens falso instrumento incidat in crimen & pœnam falsi, duo debent concurrere,vt deficiat dolus proprius,quia sciēs esse falsum instrumentum eo vtitur. Secūdo quòd perseueret in vsu, vsq; ad diffinitiuam sententiam inclusiuè.nam deficiente dolo, vel eo ante latam sententiam ab vsu abstinente, excusatur à crimine & à pœna falsi. vt notatur in l.si falsos.C.ad le. Cor. de fal.& l.si veteris.C.de fide instru.

2 Quid † si fuit protestatus corā iudice,se velle ipso instrumēto vti, inquantū sit verum,& non aliter, an excusabitur? Cy.dicit q; sic.& communiter omnes in l.si falsos.C.ad.le. Cor.de fal.& Spe.in ti.de instrum.edit.§. videndū restat. vers. q; si velis sine pœna.Licèt Bar.det contra hoc

remedium quoddam aliud cõsilium in l.diuus pius.ff. ad l.Cor. de fal. & reprobat ipse Spe. de quo dixi supra in forma producendi instrumenta.

3 Inde † quæritur, quæ sit pœna vtentis scienter falso instrumento vsque ad sententiam? Dicunt quidam quòd est eadem pœna quę est facientis falsum instrumentum, vt in l.i.in fi.D.ad l.Cor.de fal. Quam opinionem sequitur Iaco.Bot.in l.ti veteris.C.de fide instrum.Cy.verò in d.l.ti veteris, tenet quòd minori pœna punitur vtens, quàm faciens. arg. in l.falsi.§.ordinem.ff.ad leg.Cor.de fal. idem sequitur Azo in Summa. C.eo.ti.& Barto.in d.l.i.in fi.

4 Vltimò † quæritur: pone qđ facta productione instrumenti, protestetur postea producens se uolle vti illo instrumẽto, an ex hoc reputabitur instrumentum esse falsum? Glos.dicit quòd sic.in d.l.ti falsos.C. ad leg.Cor.de fal. Cynus autem (& verius) in l. 111. C. de fide instrum. & in d.l.ti falsos, sic distinguit. Aut vires ipsius instrumenti fuerunt in dubium reuocatæ, vt quia aduersarius opposuit instrumentum esse falsum, & tunc redditur suspectum de falso. aut non fuerunt in dubium reuocatę, & tunc secus. Sic ergo quando abstinet ab vsu, tempore quo est oppositum contra instrumentum de falso, necesse habebit producens fidem imponere ipsi instrumento tanquam suspecto. vt probatur in l. iubemus.C.de probat.

SVMMA.

1 *Vt sententia reuocetur, tanquam lata prætextu falsi instrumenti, constare debet iudicem motum fuisse illo instrumento quod in dubio præsumitur.*

GLOSSA IX.

Ipsius instrumenti vigore & pretextu. 1 Nunquid † autem ad reuocandum sententiam latam, sit necesse probare quòd iudex fuerit motus ad ipsam sententiam proferendam, prætextu ipsius instrumenti? Dicunt quidam & sic, aliàs non retractaretur sententia. vt probat textus cum gl.in l.pen. & fi.C. ti ex fal.instrum. & in l.i.in prin.eo.ti. Verumtamen in dubio præsumitur iudex esse motus ex instrumentis in causa productis, vt determinat Cy.in d.l.pen.sicut videtur pronunciasse ex causa in libello expressa. vt notatur in l. hoc enim.in prin.D.de excus.tut. Quam etiam opinionem sequitur Vbertus in Summa sua, titulo de excep. Et vide quæ scripsi circa formam sententiæ diffinitiuæ. in glo.super verbo, iuribus, instrumentis.

SVMMAE.

1 *Qui impugnat sententiam tanquam nullam, eam producere non cogitur: sed is in cuius fauorem lata est.*

2 *Agi potest officio iudicis ad annullationem sententiæ.*

GLOSSA X.

Quam sententiam vobis exhibet & producit. 1 Hic † notandum, an ille qui petit sententiam pronunciari nullam, debeat illam coram ipso iudice producere? Et videtur quòd sic, vt iudex notitiam & scientiam habeat de illa re, de qua & super qua pronunciare habet. sicut dicitur in alijs actibus & gestis, de quibus iudici probatio est facienda. vt in l.actor.C.de prob. & l. doce ancilla. C.de rei vendic.& in l.qui accusare. C.de eden.cum similibus. In contrarium

rium determinat Inn. in c.g.perpetuus.ext.de fide instrum.dicēsquòd si agens non habet sententiā, quòd reus in cuius fauorem lata est cogitur ipsam exhibere.quam si non exhibuerit,debebit interrogari an talis sententia fuerit pro eo lata.vt D. de interrog.act.l.pen. Et si quidem negauerit, cogetur cedere sententiæ vel poterit iudex pronunciare, *Si qua sententia apparuerit in fauorem talis latæ contra talem, ipsam cassamus & annullamus*, vt nullas vires de cętero obtineat. arg. D. de interrog. act.Inon alienum.

2 Quo† autem iure petatur sententia in modum agendi pronunciari nulla? Dicit idem Innoc. vbi suprà, & in c.fi.ext. de offic. iudic. quod officio iudicis licèt Bart. aliter distinguat, in l.quæ sub condit.§.de hoc iureiurando. D.de condit.instit.

SVMMA.

1 *In libello accusatorio non est necessaria conclusio.*

GLOSSA XI.

QVæ cùm fructum falsitatis.

1 Hæc† est conclusio libelli,quæ licèt sit necessaria cùm criminaliter agitur,attamen vbi agitur criminaliter non est necessaria.vt notat Bart.in l.libellorum.D.de accus. & per Cyn. in l. in causis. C. de accus. & in l.nec exemplum.C.ad leg. Corn.de falf.

SVMMA.

1 *Sententia lata pretextu falsorum instrumentorum est retractanda.*

GLOSSA XII.

IVrisque dispensat.

1 Ista† iura habētur tam de iure ciuili quàm canonico. vt C.si ex fal.instrum.per totum. & l.diuus. D.de re iudic. & c.cùm venerabilis. ext.de except. & quod notatur in c.ad falsariorū ext. de crimi. fal.cum multis similibus.

SVMMAE.

1 *Ciuilis actio non præiudicat criminali, & contra, quando absolutoria lata est, deficiente probatione. secus si apparuit non deliquisse. cùm autem condemnatoria lata est, criminalis plenè præiudicat ciuili: non è contra.*

2 *Cùm iudex inciderit de falso cognoscit, potest sontem punire pœna extraordinaria. quæ impedit infligi pœnas ordinarias.*

GLOSSA XIII.

INstrumentum dicta venditionis fuisse & esse falsum. Sed pone quòd iudex in hoc ciuili iudicio pronunciauit super falso, an poterit adhuc de nouo criminaliter agi seu accusatio institui super falso? Videtur quòd sic,per l.damus, & l.iubemus. C.ad leg. Corn. de fal. Tu autem pro pleniori doctrina ,cùm quæritur an sententia lata in causa ciuili præiudicet in criminali, vēl contra,distingue,secundùm Iac.But. vt per eum notatur in l.si quis à se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publi. vel priu. Aut sententia fuit absolutoria,aut fuit condemnatoria. 1 Primo† casu aut fuit absolutus reus, quia actor non probauit, aut quia reus non deliquit. si quidē fuit reus absolutus, quia actor non probauit, tunc sententia lata in vna causa,siue ciuili siue criminali, non nocet in alia.sic intelligatur gl.in l.1.C.quādo ciui.act.præiud. crimi. & in l.ex morte C. ad leg. Aquil. Si verò fuit

reus declaratiuè absolutur, quia nõ deliquit (quia fortè probauit instrumentum verum, vel se non deliquisse) tunc sententia lata super facto in vna causa, præiudicat in alia actori. quia idem factum venit in vtroque iudicio disputandum. vt in l.1.& 2.C.si ex fal.instrum. & l. si quis cùm totum.§.si ancillam.D.de excep.rei iudi.facit l.si duo patroni. §.idem Iulianus. D. de iureiur. Secundo casu principali, quando sententia fuit condemnatoria, tunc lata in ciuili causa non præiudicat in criminali, quoad plenum præiudiciũ: sed quo ad quale quale sic. vt d. l.si quis à se fundum. quia in causa criminali requirũtur probationes clariores quàm in ciuili. vt l. fi. C. de prob. Si autem fuit lata in criminali, tunc plenè præiudicat in ciuili, quia in criminali fuit perfectiùs de causa probatum, quæsitum, & disputatum, secundùm eum. quod tenemenți. De quibus tangitur per Cy. in d.l.1.C. quando ciui. act. præiudi. cri. Et cum prædicta determinatione debent intelligi d.l.damus. & d.l.iubemus.

2 Insuper † quæritur pone quòd iudex id causa ciuili, per modũ excipiendi cognouit falsum fore instrumẽtum, an in eodem iudicio ex suo officio poterit punire delinquẽtẽ? Videtur quòd sic exemplo testis qui falsum testimonium tulit. vt in l.nullũ. C.de testib.& in l.iubemus. C.de prob.& l.diuus.D.ad leg.Cor. de fal.In contrarium facit quod habetur in c.1.vers. certum. ext.de excep.& l.Lucius.& quod ibi notatur. D. de his qui not. infam. Finaliter Cy. in d.l.vbi falsi.C.ad leg.Cor.de fal. vbi disputat hanc quæstionem, concludit quòd pœna ordinaria non potest ipsum punire, sed extraordinaria sic. & ita concordauit dicta iura. Quid ergo si punitur extraordinariè, an poterit vlterius pœna ordinaria per viam accusationis iteratò puniri? Idem Cy. in d.l.vbi disputauit similiter hanc quæstionem, referẽdo contrarias doctorum opiniones, & nihil concludit. Ego autem sto cum illis qui tenẽt quòd non possit. Nam absonum videtur, quòd de delicto eiusdem hominis sæpe quæratur, contra legẽ licet. in fine. cum ibi notatis. D. naut. caup. stab.

SVMMA.

1 *Exceptio falsi instrumenti impedit eius executionem: nisi opponens fateatur se debitorem.*

GLOSSA XIIII.

EXecutionem dicta sententia. Quid autem dixeris, si executio nondum facta sit, an per exceptionem falsi oppositam contra executionem impediatur ipsa executio? 1 Sic † distingue. aut pars, contra quã peritur executio falsi instrumenti, confitetur se debitricem eius quod in instrumento continetur: sed tamẽ propter aliquod aliud appositũ in instrumento allegat falsum instrumentum: & tunc nõ impeditur illius executio. sic intelligitur quod habetur in l. satis apertè. & ibi notatis per glo. & Cy. C. ad l. Cor. de fal. Aut diffitetur se debitorem, & ex toto dicit instrumentum falsum, vel sententiam: & tunc differtur & impeditur executio. vt habetur in d. c. cùm venerabilis. ext. de except. & l. si docueris. C ad legem Corneliam de fal. & in l. fi. C. si ex fal. instrum. & l. si ex falsis. C. de transac.

cum

cum similibus.

SVMMA.

1 *Sententia lata pretextu falsorum instrumentorum est nulla, ipso iure. Nisi lata sit contra maiorem præsentem, vel sine dolo aduersarii, siue enim rescindenda est ope restitutionis.*

GLOSSA XV.

Fuisse & esse nullam & nullã. 1 Hic † reuocatur in dubiũ, nunquid sententia lata prætextu falsi instrumenti, sit ipso iure nulla? Ad quod sic distingue. aut sententia talis fuit lata contra minorem indefensum, vel etiam cõtra defensum: & tunc est ipso iure nulla. priuilegio minoris ætatis. vt in toto ti. C. si ex fal. alleg. Aut sententia fuit lata cõtra maiorem. & tunc aut fuit lata per dolum aduersarii, aut sine dolo. Primo casu subdistingue. aut est lata contra absentem, & est nulla ipso iure. vt l. si prætor §. Marcellus. D. de iudic. aut est lata contra præsentem, vel est lata sine dolo aduersarii, & tunc est aliqua: sed ope restitutionis venit rescindenda. vt habetur & notatur per Bar. in l. diuus. D. de re iudic. & per alios. C. si ex fal. instru. l. a. & per totum. & l. qui agnitis. D. de excep. & l. ũ ex falsis. C. de transact. Faciunt notata in c. licet. ext. de prob. & in d. c. cùm venerabilis.

SVMMAE.

1 *Restitutio est prioris status repositio.*

2 *De iure canonico non est necessaria in integrum restitutio, aduersus sententiam latam prætextu falsorum instrumentorum.*

GLOSSA XVI.

Fore in integrum restituendam. Talis enim restitutio datur, quando sententia, est mero iure aliqua, vt proximè dixi. 1 Cuius † restitutionis in integrum effectus talis est, quia tam sententia quàm executio reuocãtur, & ad priorem statum reducuntur. vt l. fi. C. si ex fal. instrum. quia restitutio est prioris status repositio. vt l. quòd si minor. §. restitutio. D. de mino. & hoc de iure ciuili. 2 De † iure autem canonico non est necessaria hæc in integrum restitutio, quæ solùm datur infra quadriennium. vt l. fi. C. de temp. in integrum resti. per. Sed quandócunque detegitur & probatur falsitas instrumenti, redditur sententia superinde lata retro nulla. vt determinat glo. in d. c. cùm venerabilis. de excep. sicut dicitur de sententia lata cum falso procuratore, quæ nulla redditur, & iudicium est retro nullum. vt habetur in l. licet. C. de procur. &c.

SVMMA.

1 *Cognoscens de falsitate instrumenti, debet in reuocatoria suæ sententiæ reponere omnia in statũ pristinũ.*

GLOSSA XVII.

Declamque petiam terra pleno iure spectare. 1 Hic † nota quòd iudex iste ordinarius, qui de falsitate huius sententiæ ciuiliter cognoscit, in hac sua sententia reuocatoria prioris sententiæ, debet etiam super principali negocio (maximè si petatur, vt hic fit) cognoscere & pronunciare. quia ad eius officium pertinet omnia ad statum pristinum, in quo fuerunt ante sententiã & iudiciũ inchoatũ, reducere & reponere,

vt prædixi. Sicque si iste Iohannes fuit priuatus per aliam falsam sententiam & falsum instrumentum sua prædicta possessione, reducendus est & reponendus in ipsam, vt probant iura proximè allegata. Sicut dicitur cùm sententia dicitur simpliciter nulla ex alia causa: nam iudex nullitatis etiam de meritis negocii principalis potest cognoscere & pronunciare. vt notat Inn. in c. cũ contingat. ext. de offic. deleg. & Bar. in l. ii expressim. D. de appel. & ego scripsi super forma appellationis à sententia diffinitiua.

SVMMA.

1 *Non vitiosus titulus sed iustus excusat à restitutione fructuum.*

GLOSSA XVIII.

Simul cum fructibus. 1 Aduertè† quòd iustè petitur condemnari ad restitutionem fructuum perceptorum, quia iste vitiosus titulus ipsum non excusat à fructibus, secùs alias, vbi titulus esset iustus, excusaretur à fructib⁹ iuxta distinctionem, de qua plenè scripsi in primo libello, in gl. super verbo fructibus, & notatur per doc. in l. certũ. C. de rei vend. & Instit. de rerum diu. §. ex diuerso. Facit l. meminerint. in prin. C. vnde vi. Alia sequẽtia declara vt dixi in primo libello.

FORMA LIBELLI quo agitur ad pœnam ex compromisso.

TITVLVS XXVIII.

CORAM vobis domino B. Vicario, &c. Dicit, significat, & exponit Franciscus Bellisonus, suo proprio nomine agendo & agere volendo, & hanc petitionem dirigendo, non in modũ solẽnis libelli, sed qualisqualis peritionis & simplicis facti narrationis: cõtra & aduersus Augustinum de Pozolo, & aliam quãcumque personã pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè cõparentem.

I. Quòd suprascripti Franciscus & Augustinus, causa & occasione cuiusdã litis, quæstionis, discordiæ & controuersiæ inter eos tunc vertẽtis, de & super quadam domo, posita & iacẽte in Papia &c. fecerunt & peruenerunt simul ad compromissum, in prouidos viros G. & F. tanquam in eorum arbitros, arbitratores, & amicabiles cõpositores.

II. Ita quòd ab eorum sententia & declaratione nulli partiũ liceret appellare, querelare, nec supplicare, nec reductio peti ad arbitrium boni viri.

III. Dantes & attribuentes tunc partes dictis arbitris plenam potestatem cognoscẽdi, procedendi & terminandi, de iure & de facto, infra duos menses tunc proximè

ximè secuturos.

IIII. Et promittendo ipsę partes sibi inuicem actẽdere, & obseruare laudum, pronunciamentum, & sententiam ferẽdam per dictos arbitros & arbitratores, inter partes antedictas, in & sub pœna Florenor. c. applicãdorum pro medietate camerę Illustrissimi domini nostri &c. & pro alia medietate parti actendenti, prout hic & aliàs plenius & latius continentur & exprimuntur in instrumento publico dicti compromissi, tum tradito per Ia. de gellino notarium, ad quod relatio habeatur.

V. Insuper dicit & proponit, vt supra, prænominatus Frãciscus quòd præfati arbitratores, per eorum arbitralem sententiam, concorditer cõdemnauerunt dictum Augustinum ad dimittendum & relaxandum prædicto Francisco, dictam domum, infra certũ terminũ iam elapsũ: ipsotũ Frãcisco priùs & ante omnia dãte & soluente dicto Augustino, in termino prædicto Florenos x x v, prout latiùs in instrumẽto dictę sẽtẽtię expressum reperitur, ad quod relatio habeatur.

VI. Rursum dicit & proponit supradictus Franciscus quòd in executione prædictæ sententiæ, & in termino in ea assignato, legitimè obtulit, consignauit, & deposuit dicto Augustino dictos Florenos x x v, licèt ipsos dictus Augustinus recipere & acceptare recusauerit & recusẽt: & amplius domum prædictam restituere ac relaxare recusauit & recusat indebitè & iniustè.

VII. Propter quæ dicit dictus Franciscus quòd supradictus Augustinus cecidit in pœnam antedictam, & ad ipsius pœnæ solutionẽm, ac domus prædictę restitutionẽ tenetur & compelli debet de iure.

VIII. Quare, cũ prædicta vera sint, petit & requirit ẽpedictus Frãciscus quatenus per vestrã diffinitiuã sentẽtiã declaretis & pronũcietis, suprascriptũ Augustinũ incurrisse in pœnã antedictã, & ad ipsam pœnã soluendam per eandem sententiã cõdemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis, modo & forma prædict. videlicet pro medietate Camerę illustrissimi domini &c. & pro alia medietate dicto Frãciscо: si-

mul cũ cæteris damnis,& interesse, & expensis, passis & factis,de quibus liquidabitur in processu. Deinde ex officio vestro, & prout fieri melius in & pro debita executione dictæ sententiæ, inducatis & ponatis,seu induci & poni faciatis, ipsum Franciscum in corporalem possessionẽ dictæ domus, ac inductum & positum in ea manu teneatis & defendatis. Quæ omnia & singula petit dictus Frãciscus & requirit per vos fieri,&c. Saluo iure, &c. Nõ se astringens, &c.

GLOSSA I.

Coram vobis. Quoniam ex quibuslibet dissensionibus respublica læditur. vt l. si quis ingenuã. §. in ciuilibus.D.de capti. & postli. re.Imò relicto iudice ordinario decurritur plerunque ad arbitros eligendos,quibus à partibus datur pronunciandi & cognoscendi potestas longè amplior quàm iudex ordinarius habeat. vt infrà notabitur,& plenius per Spec.in tit. de arbit.per totum. & per Iuno.in c. quiotuallis.ext. de iureiur. & per Bart. & alios in l. si societatem. §. arbitrorũ. D.pro socio. Sequitur in litera.

SVMMAR.

1 *Tribus modis fit compromissum,nudo pacto, stipulatione pœna adiecta,& stipulatione sine pœna.*

2 *Sententia arbitri à partibus approbata parit actionem & exceptionem. Si non fit approbata, agitur ad pœnam,cum pœna est adiecta: alioqui ad id quod interest.*

3 *Ex sententia arbitratoris agitur, tanquam ex transactione.*

4 *Compromittere possunt qui & transigere, vt partes principales,tutor, curator, procurator habens speciale mãdatum, vel generale cum libera.*

5 *Procurator habens ibiram causarum administrationem potest compromittere super illa lite ad quam specialiter mandatũ refertur. non autem super aliis.*

6 *Prælatus non potest transigere de rebus ecclesiæ, sine consensu capituli.*

GLOSSA II.

Franciscus Bellisomus. Iste Franciscus pater est Thomæ generi mei, qui Thomas, vt suprà notaui in alio libello, desponsauit Helenam filiam meam, anno currente, M. CCCCXV. die prima Iunij. qui ambo sunt viri notabilis status & cõditionis in ciuitate Papiæ. itaque more boni viri iste Franciscus deuenit ad hoc compromissum.

Ad cuius rei euidẽtiam est sciendum quòd aliquando compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum tantùm, aliquando tanquam in arbitratorem tantùm. aliquando tanquam simul ad vtrunque,videlicet tanquam arbitrum & arbitratorem,vt in hac forma. Primo casu loquitur totus titulus. D.& C. de arbit.& ext. de arbit. 1 Vbi † tamẽ de quòd tribus modis fit tale simplex compromissum,vt inquit Spec. vbi suprà.§. sequitur. vers. ad huius autem articuli, &c. Vno modo fit cõpromissum nudo pacto, alio modo per stipulationẽ sine pœna, alio modo

modo cum pœna. Quibus casibus quæri solet, an ex sententia arbitri detur actio? De quo per Specu. vbi supra. & in vertic. consuevit autem &c. Tu aut distingue secundùm no tata per Glo. in cap. per tuas. ext. de arbit. 2 Aut † sententia fuit emologata à partibus expressè, vel tacitè per lapsum x. dierum, & tùc ex ea datur actio & exceptio, quoties modo sit conceptum compromissum. vt in l. cùm antea. C. de arbit. Aut non est emologata: & tunc aut compromissum fuit cum pœna, & tunc non datur actio ex sententia, sed agitur ad pœnam si contra fiat, certi condictione & stipulatu. vt l. 1. C. de arbit. & ibi notatis per Cyn & per Glo. in c. dilecti. ext. eo. facit l. cum pœna. & l. fin. D. eo. tit. Aut fuit compromissum sine pœna, & tunc ex sententia non datur actio, sed agitur ad interesse, quia sententiæ non paretur. vt probatur in l. diem proferre. §. vlt. D. de arbit. & D. si quis in ius vocato non ierit. l. fi. vt sic timore interesse sicut & timore pœnæ pareatur sententiæ. Patet ergo quòd valet compromissum sine pœna, quod est contra vulgares.

3 Quid † autem in sententia arbitratoris seu amicabilis compositoris, an ex ea detur actio? Dic breuiter, quòd cùm talis non sit sententia propriè, sed verius quædam transactio seu compositio (vt notatur per Glos. in Auth. vt diffe. iudi. post princ. quòd datur actio & exceptio, illis casibus quibus datur ex vera, stricta, & magis propria transactione. vt traditur in l. cum noua. & l. fi pro fundo. C. de transact. ad quod facit lex si pacto quo pœnam. C. de pact. & tangitur per Doctores vbi supra.

4 Sed † quæritur qui possint compromittere? Dic quòd partes principales, & quilibet qui potest transigere, vt tutor, vel curator, & procurator habens speciale mandatum, vel generale cum libera bonorum administratione. vt in l. procurator tutorum & l. mandato generali. cum ibi notatis. D. de procu. & l. præses. C. de transac. & l. iusiurandum quod ex conuentione. in fi. & l. tutor. D. de iureiur. & l. transactione. C. de transact. & in l. fi procurator. C. de procura.

5 Quid † autem si sit procurator ad lites & causas agendas & defendendas, cum libera præmissorũ administratione, & clausula de rato habendo (prout videmus quotidie annotari in instrumentis procurationum) an talis procurator poterit compromittere? Dic concluſiuè quòd non. vt plenè disputat & determinat Gloss. in c. per tuas. & in c. contingit. ext. de transact. & in cap. cum dilectus. ext. de relig. dom. Licèt super instantia ipsius causæ, ad quam ipsa clausula refertur, transigere possit. vt notatur per Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. D. de verbo. oblig. & in l. cui libera. D. de procur. 6 Abbas † autem, vel alius similis prælatus, transigere non potest nec compromittere de rebus eccleſiæ, sine consensu sui Capituli. vt habetur & notatur in c. cõtingit. ext. de transact. & notat Spec. in tit. de arbi. §. restat. circa fi. ad quod facit. e. 3. c. cum tempore. & cap. per tuas. ext. de arbitr.

SVMMA.

1 *Quæ sit differẽtia inter litem, causam, controuersiam, discordiam.*

1 *Quis sit effectus cùm quis promittit non mouere litem, controuersiam, quæstionem, non contrauenire, nõ petere, habere licere, non vocare in ius, Rem ratam haberi.*

3 *Regulariter nemo obligatur factum alienum promittendo. Nisi alius quem prohibere posset. & nisi in stipulatione Rem ratam haberi. & nisi adiiciatur promissio pœnæ, vel eius quod interest.*

4 *Gestum ad meam vtilitatem, non improbando videor approbare, mox atque resciui. At gestum ad meum damnum nõ videor approbare, nisi expresso consensu, vel non reprobando tunc cum mihi notificatur literis vel instrumẽtis.*

GLOSSA III.

Occasione cuiusdam litis & quæstionis. 1 Hîc† quæro quæ sit differentia inter hæc nomina. Dic quòd licèt hæc nomina videantur significare idem, differunt tamen in aliquibus. nam lis est ante litem contestatam & post, videlicet in iudicio. Causa verò est solùm post litem contestatam. vt notatur per Glo. & doct. in l. causas vel lites. C. de transact. Controuersia autem est tam in iudicio quàm extra iudicium, & tam ante litem contestatã quàm post. & eodem modo dic in discordia. vt l. controuersia. D. de transac. & l. si controuersia. C. de euic. facit l. diuus, & l. sed si lege. §. ante litem. D. de perit. hæred. & l. non solum. in §. statutum. D. de procuratoribus.

2 Ex† quibus colligitur quis sit effectus vel sensus, cùm quis promittit non mouere litem vel controuersiam. Super quo Bart. in l. amplius non petit. D. rem ra. ha. hîc distinguit. Aliquando quis promittit non contrauenire (vt fit communiter in instrumentis) & tunc sensus est quòd non contraueniet in iudicio, nec extra, aliàs pœna committitur. vt l. si quis maior. C. de transa. Aliquãdo promittit non facere cõtrouersiam: & tunc idem quod supra. vt in d. l. controuersiam, cum similibus. Aliquando promittit nõ petere & tunc aut ista verba referũtur ad eum cui ex petitione deberet acquiri: & tunc verificatur ex sola petitione facta ext. iudicium. vt l. si decem cũ petiero. D. de verb. oblig. Aut referuntur ad eum qui ex petitione debet obligari, & tunc requiritur litis contestatio. vt l. amplius non peti. D. rem ra. hab. Aliquando quis promittit non mouere quæstionem. & tunc aut istud verbum quæstionem profertur à lege & tunc intelligitur per litis contestationem: aliàs pœna non committitur. vt notatur in l. 3. C. de fin. regun. aut profertur ab homine. & tunc sensus est vt intelligatur ante litem contestatam vel post. vt notatur in l. qui fidem. D. de transact. & in l. Lucius §. hæredes. D. ad Treb. Aliquando promittit causam non mouere vel litem. & tunc recurrẽdum est ad notata in d. l. causas vel lites. Aliquando promittit habere licere. & tunc pœna committitur per solam controuersiam. vt in l. stipulatio ista. in princ. D. de verb. obl. nam habere licere nil aliud est dicere quàm quod ei lis, causa, vel controuersia non mouebitur, quo minus sibi liceat ipsam rem habere, tenere, & possidere. vt d. l. stipulatio ista, in princ. & l. inter stipulantem. in prin. eo. tit. Et talis promissio astringit promittentem, si de se ipso promit-

promittat. aliàs autem si promitteret quòd tertia persona nó contrafaceret vel veniret, obligatio nulla esset. 3 iuxta† regulam quæ est, Quòd nemo alienum factũ promittendo obligatur. vt in d.l.stipulatio ista.in prin. & in §.si quis alium. Instit. de inutil.stip. A qua regula excipiuntur plures casus. inter quos est cùm quis promittit factum alterius, quem prohibere potest. vt l.Illuminum. §. quamquam. D.de damn. infec. & in stipulatione ãtem ratam haberi: licèt aliqui cõtra. vt notatur per Glo.in d.§.si quis alium. & pulchrè per Cyn. in l.1.in vii.q.C.de procur. & per Bart. latè in cit.l. stipulatio ista. Quod nota, propter istas ligas ex conventiones, quæquotidie contrahuntur inter istos principes & barones, in quibus promittit quòd eorum subditi vel vasalli, & alii adhærentes & sequaces.non offendent &c. Fallit etiam ipsa regula, quando ipsi promissioni fiet alicui pœna subiicitur vel apponitur si contra fiat, vel interesse promittitur, quod loco pœnæ reputatur. vt d.l.stipulatio. & dict.l.inter stipulantem, in prin. Ideóque cõsilium est in talibus semper pœnam adiicere. & sic communiter practicatur. Aliquando quis promittit non vocare in ius.& tunc per solam citationem pœna committitur. vt l. quamvis, D.de in ius voc. Aliquando promittit rem ratam haberi. & hic attende, secundùm Bart. vt per eum notatur in l.quoenim. & lege procurator ad exhibendum. D.rem ra.hab. 4 Aut† geritur aliquis actus absente eo qui debet habere ratum, pertinens ad sui cõmodũ: & tunc quum certò cognouit & non improbauit, videtur approbasse. vt in l.si absentem. C. si cer. pet. & ibi notatis per Glo.& doct. & sic debet intelligi opinio Rogerii notata in d.l.quo enim. Aut geritur actus pertinens ad ipsius damnum seu præiudicium, & tunc aut in eo supernenit simplex scientia: & tunc, si expressè non approbat, videtur reprobare. vt in d.l.procurator.in fi.& d.l. quo enim. §.1. Aut supervenit scientia, mediante aliquo facto certificatorio ipsius actus (puta præsentatio literarum, vel instrumenti, sibi facta) & tunc non reprobando videtur approbare. vt l. filius. D.ad Macedo.& in c.1. ext. de probat. & in l.1.in fi.D.Nau.caup.stab.Fallit in casu l.fi. D.qui & à quib. & l.in spõsalibus.in fi.D.de spons.

Svmma.

1 *Compromitti potest de litibus futuris.*

GLOSSA IIII.

Vnc vertentis. 1 Quid† autẽ si fiat compromissum super litibus futuris, an valeat? Videtur quòd non. vt l. non quemadmodũ. D.de iudic. In contrariũ tenet Spec. (& bene) in præallegato tit. §. sequitur.vers. quid ergo. Ad quod facit c.quia circa.ext. de priuil.& qđ notatur in l.de his.D.de arbit.

Svmmae.

1 *A sententia arbitri iure antiquo appellari non potest: nec etiã ab arbitratoris declaratione, sed recurri potest ad iudicem ordinarium.*

2 *Solo cõsensu, nõ taciturnitate decẽ dierũ firmatur declaratio arbitratoris.*

GLOSSA V.

Tanquam in arbitros servum & arbitratores. Hic videndum est

quæ sit differentia inter arbitrum & arbitratorem. Ad quod respondendum, vt plenè prosequitur Spe. in d.tit.in princ.& Inno.in c.quinta uallis.ext. de iureiur. & sic arbiter est ille qui à partibus eligitur tãquã iudex, inspecta forma procedendi. vt l.1.& l.qualé. D.de arbit. 1 Licèt† ab eius sententia appellari non possit.vt l.diem proferre. §.Stari.D. eod.tit. quæ appellatio in iudicialibus causis admittitur. vt in l. & in maioribus.C.de appel. & hæc est vna ratio quare partes recedunt à cognitione iudicum.Est etiam alia ratio,quia habent ab arbitris habiliorem audientiam, & minores faciũt expensas. Arbitrator verò est ille qui eligitur, vt omni prætermisso ordine iuris, disponat inter partes prout sibi ęquum videbitur.de quo loquitur textus in l.si societatem.§. arbitrorum. D. pro socio. & in l. siquis arbitratu. D.de verb. oblig. & Instit.de emp. & ven.in §.item precium.& in d.c.quintauallis.Et ab eius declaratione non appellatur,sed tantùm reductio petitur coram iudice ordinario (vt infra dicetur)quę effectum appellationis sortitur. ex quo alia differentia inter eos colligitur. 2 Tertia† differentia subinfertur. nam declaratio arbitratoris, quæ laudum apud aliquos nuncupatur, non firmatur taciturnitate decem dierum,secundùm Inno. sed solo expresso partium consensu, sicut transactio.vt in l. cum mota. & in l.si profundo. C.de transact. cum similibus. Aliæ etiam sunt differentiæ, quæ ex dicendis infra apparebunt.

SVMMAE.

1 *Exceptio doli elidit actionem quæ nascitur ex sententia arbitri.*

2 *Hodie à sententia arbitri appellatur.*

GLOSSA VI.

Iceret appellare. Hoc apponitur ex abundanti: quia de iure non potest à declaratione arbitri vel arbitratoris appellari,vt supra d.c.tum est. 1 Veruntamen† si dolus reipsa,vel ex proposito,interuenerit in sententia arbitri,poterit contra agentem ex hac sententia opponi exceptio doli. vt probatur per textũ, in l.non distinguemus. §. cùm quidam. in fin. ibi per hanc ergo exceptionem &c.D.de arbit.

Sed hìc quæritur de ratione diuersitatis, quare contra sententiam arbitratoris, per viam reductionis inuocari potest auxilium superioris.& contra sententiam arbitri nõ succurritur nec per viam reductionis nec per viam appellationis? Fortè dici potest quòd ratio sit, quia maius vertitur periculum in declaratione arbitratoris, propter latiorem potestatem quam habet,quã in sententia arbitri qui iuxta iuris ordinem pronunciare debuit. ideo cautiùs fuit prouidẽdum. arg. in l.1 §.sed & si quis.D.de Carb. 2 Sed† aduerte, quia superius dixi quòd à sententia arbitri non potest appellari.per d.l. diem.§. stari quod procedit inspecto iure antiquo. Ideo quæritur,quid de iure nouo,an hodie possit appellari? Glo.tenet quòd non.Bar.verò tenet contrarium.in l. arbitro.D.qui satisda.cogan.

SVMMAE.

1 *Reducere ad arbitrium boni viri est adire iudicem ordinarium.*

2 *Reductio ad arbitrium boni viri pen-*

peti debet intra decem dies, nisi sententia vel declaratio sit nulla, aut dolo lata vel obtenta, nam tunc post decem dies, peti potest.

3 *Renunciatio reductioni ad arbitrum boni viri, nihil operatur, nisi laesio sit modica.*

4 *Renunciatio habet in se hanc tacitam conditionem, si ex ea non insequatur magna laesio.*

5 *Consuli Hostiensis (parū tutū) vt renunciatio vim habeat in magna laesione.*

6 *Magna laesio est partis dimidiae.*

7 *Reductio ad arbitrium boni viri petitur, coram iudice ordinario. Nisi sententia arbitratoris vim habeat sententiae diffinitivae ex loco municipali.*

8 *Laesio illata per sententiā arbitratoris probari debet ex actis veteribus tantum.*

9 *In tractanda sententia arbitratoris super lite lata, inspiciendū est quid ipse pronunciare debuerit, inspecto litis eventu dubio.*

10 *Iustitia reductionis durat anno vel biennio.*

11 *In reductione ad arbitrium boni viri eodem modo probatio fieri debet vt in appellatione.*

12 *A sententia iudicis qui cōfirmauit arbitratoris sententiam non appellatur.*

13 *Ab arbitris voluntariè electis non appellatur, nec à deputatis a iure.*

GLOSSA VII.

NEc reductio peti ad arbitrium boni viri 1 Aduerte ꝙ iste vir bonus appellatur iudex ordinarius. vel vir bonus. D. iudi. sol. & l. continuus. §. cū ita. D. de verb. ob. & l. ꝙ ñ Ephesi. D. de eo quod cer. lo. Coram ipso ergo iudice peti debet reductio, vt plenè habetur & notatur in d. §. arbitrorum. & in d. c. quintauallis. vt infra dicam in vers. vltra quęritur.

2 Sed † dubitatur infrà quantū tēpus peti debeat? Dicūt quidā infrà x dies, exēplo appellationis. de quo tempore habetur in Auth. hodie. C. de appel. Alii (quos refert Spe. in d. § sequitur. vers. sed infrà quantum tēpus &c.) dicunt ꝙ potest peti infrà xxx annos. Alii verò dicunt ꝙ infrà quatuor menses tantū. Cōcludit ergo ipse Spe. consulnùs forè ꝙ petatur infrà x dies. dicunt ibi. Sed Bar. in d. §. arbitrorū, dicit ꝙ infra annū debet peti. quo elapso præcluditur via petendi. arg. in l. qui se granatos. C. de censi. lib. XI. & facta tali petitione vel contradictione, in iudicio vel extra, perpetuatur ius petendi ipsam reductionē, tanto tempore quāto solet actio vel exceptio perpetuari. vel fortè (secundū eū) debet peti infrà quadriennū, vt dicitur de aliis remediis rescissoriis. in l. in honorariis. §. sed cū rescissa. D. de act. & oblig. Vel melius dic. secundū Ia. de Bel. vt traditur ꝑ eā in Auth. vt differ. iudic. Aut sententia vel laudū arbitratoris est nulla vel nullū (quod potest cōtingere multis modis) & tunc perpetuò potest dici nullum. vt notatur in l. ii expressim. D. de appel. nedū in modum agendi, sed etiam in modū excipiendi. vt l. pute. in fin. D. de doli excep. Aut est aliquod. & tunc aut prętenditur dolosè prolatum. seu per dolum obtentum, & tunc poterit dici iniquum & reductio peti etiam post x dies. argumen. in l. sub prætextu. C. de transactio. & quod notatur in l. in contractib. C.

ex quib. cau. ma. Aut prætenditur lata simpliciter iniquè vel iniustè: & tũc debet peti reductio infrà x dies. arg. eius quod dicitur de appellationibus in d. Auth. hodie. Et in supplicatione. vt in Authen. quę supplicatio. C. de precib. imper. offer. Et in sententia arbitri. vt in l. cùm antea. C. de arbit. aliàs ipsis x diebus elapsis, rata manet ipsa sententia arbitratoris, sicut sententia arbitri, quę etiam per lapsum decem dierum approbatur. in d. l. cùm antea. Diceret aliquis si non potest ab ea appellari (vt in d. §. ftari) superfluè dicitur ipsam x dierum tacitur nitate firmari. Potest responderi q̃ licèt non possit appellari, potest tamen cõtra illam exceptio doli opponi, vt suprà dictum est. vel fortasse iudicis officium implorari, iuxta notata per Bartolum in l. plenè. D. de petit. hered. 3 Modò † quęrendum in casu præsenti, quando renunciatum est petitioni reductionis ad arbitriũ boni viri, nunquid renunciatione non obstante admittatur hæc petitio? Videtur quòd non, exemplo eius qui renunciauit appellationi. vt l fi. C. de tempo. appel. in fi. In contrarium facit in c. quemadmodum. & in c. ad nostras. ext. de iureiur. Breuiter ista quęstio est d. ffusè tractata tam ab antiquis, quàm à modernis. vt plenè recitat Spec. in d §. sequitur. vers. itè quid si compromissum. &c. & tangitur per Cynum. in l. cùm antea. in pen. quæst. C. de arbit. & per Dy. in c. scienti. ext. de reg. iur. lib. VI. & per Bar. in d. §. arbitrorum. Secundùm quem pro cõcordia omnium sic est concludiuè dicendum. Aut arbitrato tulit sententiam per dolum, & tunc renunciatio non habet impedire petitionem reductionis, quia ad dolum de futuro renunciatio nõ extenditur. vt l. si vous. §. illud. D. de pact. & l. conuenire. D. de pact. dota. & hoc casu intelligatur disputatio Dyn. in d. c. scienti. Aut tulit sententiam per imperitiam & bona fide. & tunc aut per hanc sententiã infertur læsio in magna quantitate. & tunc renunciatio (etiam si fit iuramento vallata) non nocet: 4 quia † habet in se tacitam conditionem, si ex ea non inferatur læsio magna. arg. in l. si libertus. in prin. D. de ope. liber. & in l. fin. C. de nõ num. pec. & est textus in c. 2. ext. de arbit. Facit l. quęro. §. inter locatorem. D. loca. & l. quidam cùm filium. D. de verb. oblig. Licèt priùs debeat peti absolutio à iuramento. vt d. c. 2. in fi. ad quod facit quod habetur in c. debitores. ext. de iureiur. De qua tacita conditione subintellecta plenè notatur per Glo. in d. c. quintauallis. Nec immeritò dicitur quòd læsio in magna quantitate locum facit huic reductioni, cùm ex ea indicatur præsumptio doli. arg. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. &. notatis in l. qui testamentum. & in l. patronus. D. de prob. l. deóque nõ venit in generali remissione. arg. in l. creditor. §. Lucius. D. mand. & d. l. si vous. §. illud, cum similibus. Aut infertur læsio in parua quantitate: & tunc valet renunciatio, nec potest peti reductio. arg. in l. ait prætor. §. quęsitum. & l. si ex causa. in prin. D. de minor. 5 Sed † vt efficax in omni casu maneat renunciatio est consilium (secundũ Hosti. in c. quintauallis) quod in cõpromisso dicatur, quòd ipsis arbitratoribus liceat auferre de iure vnius partis, & alteri conferre. in

parua

parua & magna ac maxima quantitate, prout eis placuerit. arg. in l. 1. §. si conuenerit. D. depos. & sic procedit glos. in l. si de meis. §. recepisse. D. de arbit. Ioannes autem Andreas in d.c. quamuallis, sequitur idem. subiungit tamen quòd p. edictis adiiciatur hæc clausula. Etiam si per sententiam ferendam sequatur maxima lęsio, re ipsa vel ex proposito &c.

6 Quæ † autem sit magna lęsio (quia pro modica non competit reductio, etiam in casu permisso. vt l. scio. D. de in integ. restit.) respondet quidam, quòd magna lęsio est pars sexta alij autem pars dimidia. arg. in l. 2. C. de rescin. vē. Quod est verius. De quo latiùs vide quod tāgit Bart. in d.l. arbitrorum.

7 Vltra † quæritur, in casibus permissis, coram quo iudice peteatur hæc reductio ad arbitrium boni viri? Distingue, secūdùm Bar. & Bal. vt per eos notatur in l. 1. C. Vbi & apud quem. Aut sententia arbitratoris assumit vim sententiæ diffinitiuæ, ex forma alicuius statuti seu legis municipalis (vt est Papiæ, & in pluribus locis & tunc ille erit iudex reductionis qui esset iudex appellationis. si appellari posset. Aut remanet eius vis in iure communi tantū, & tunc erit iudex competēs ipse iudex rei conuenti, qui alias erat iudex causæ principalis. De hoc etiā notat idem Barto. in d. §. arbitrorū. Et per hoc dicunt quòd modus procedendi & procedendi in hac reductione differt à modo procedendi in mera appellatione, quia in hac reductione non est necesse quòd ipsa interponatur coram arbitratoribus qui tulerunt sententiam, sed recta via decurrere oportet ad ipsum iudicem, & coram eo porrigere libellum super reductione. Cuius contrarium est in mera appellatione, quæ prius interponitur coram eo qui tulit sententiam, posteáque decurritur ad superiorem. vt plenè notatur in l. 2. D. qui & à quo appel. & in clem. 1. ext. de appel.

Tamen communis practica se habet apud plurimos, ad tollendum omne dubium, quòd interponatur tam coram arbitratoribus quàm coram iudice superiore. ad instar appellationis. arg. l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbit.

8 Nunc † autem quæritur, petita reductione iudex inquirit de lęsione, an sit parua vel magna, ex quibus actitatis, an veteribus vel nouis, detegetur læsio vel iniquitas arbitratoris? Dicit Bart. vbi supra, & solùm ex veteribus. Vnde distinguē dum est, an arbitrator fuerit assumptus super iniquo contractu: & tūc eius iniquitas detegitur, ex his quę habentur in l. quid enim. in fi. D. pro socio. 9 Aut † fuit assumptus super lite, & tūc qa huiusmodi laudū est quædam transactio (vt dictum est) debet inspici & attendi ipsa veritas. non tanquam ad meram & stri ctam rationem & iusticiam, sed secundùm dubium euentus ipsius litis. Sicque articuli probatorij nō debent formari, quòd secundùm iustitiam debuerat sic pronunciari, sed quod inspecto euentu dubio ipsius litis debuit aliter arbitrari. Et hoc idem notat Bar. in l. si quis cùm alter. D. de verb. oblig. ad quod facit l. cùm hi. §. modus. D. de transact. & l. Lucius. §. pen. D. ad Trebel.

10 Circa † prędicta quæritur, quanto tępore durat instātia huiusmodi reductiōis? Puto quòd anno

vel biennio, exemplo appellationis, cuius naturam in pluribus imitatur, vt dictum est. De quo tempore habetur in Authentic. ei qui appellat. Cod. de tempo. appel. Alij dicunt quòd durat tanto tempore quanto durabat compromissum.

11 Vltra † quæritur, cui incumbat onus probandi in causa reductionis? Puto esse dicendum prout dicitur in causa appellationis, vt scripsi supra, super forma appellationis à diffinitiua, in Glo. super verbo. & in quantum sit aliqua. Producatur ergo compromissum, ex sententia, & prorogatio compromissi, ac iura, testes, & instrumenta quæ fuerunt in principali causa producta, & si qua alia sunt.

12 Sed † pone quòd iudex reductionis confirmauit vel infirmauit laudum arbitratoris, an ab eius sententia poterit appellari? Dicunt quidam quòd sic, per regulam. l. & in maioribus. Cod. de appel. & per textum in c. ab arbitris. ext. de offic. deleg. lib. vi. & in l. fin. Cod. de iudic. & l. fin. D. à quibus appel. non licet. Innocent. verò in c. præsenti. ext. de rescrip. tenet contrarium, quia non reperitur lege cautum, ergo &c. quam opinionem secutus est Barto. in l. nemo potest. D. de leg. 2. & Bald. in l. 1. D. de leg. 2. postea idem Bald. mutauit propositum. vt notatur in l. 1. Cod. ne liceat tertiò prouoc. & sequitur ibi primam opinionem, dicens quòd sententia lata in causa reductionis transit in vim sententiæ propriæ quæ ante fuerat quædam transactio, ideóque ab eadem poterit semel & bis appellari, per dictam regulam l. & in maioribus. Ita eodem modo si sententia arbitratoris transit in vim sententiæ iudicialis ex forma statutorum (vt supra dictum est) debebit ab ea appellari, non autem reductio peti. vt determinat Bartolus in l. 1. D. à quibus appel. non licet. adeò quòd si in compromisso esset renũciatum iuri appellandi non audiretur vlterius aliqua via. vt l. fi. Cod. de tempo. appel. Mihi autem plus placet opinio Innocẽtis. cuius ratio est, quia quando via reductionis recurritur ad iudicem, non ad eum recurritur simpliciter vt iudicem, sed vt ad bonum virum. sic enim lex ipsum signanter appellat in hoc casu: vnde eius potestas resoluitur de iudice in arbitrum, & sic tanquàm arbiter à iure constituitur. vt l. continuus. §. cùm ita. D. de verb. oblig. & probatur in l. proinde. & d. §. arbitrorum. in fi. D. pro socio. vnde merito ab eius sententia non apellatur. vt d. §. stari. Præterea absonum, & contra mentem tráligentium & compromittentium videtur quòd in longius protrahi possit hæc causa, quã si esset iudicialiter agitata. quod quidem accideret, si bis ab hac sententia appellari posset & reductio peti. Sic enim inducta ad diminuendum parerent augmentum. contra l. cùm tale. §. falsam. D. de condit. & demon. 13 Nec † obstat c. ab arbitris cùm similibus. Cuius gratia distingue tres casus. quidam sunt arbitri qui eliguntur à partibus voluntariè, sine iuris necessitate, & ab istis non appellatur. vt in d. §. stari. & l. 1. C. de arbit. Quidam sunt arbitri qui ex iuris necessitate eliguntur, & ab istis appellatur. & ita loquitur c. ab arbitris. & l. fi. D. à quib. appel. nõ licet.

licet. & l. fin. C. de iudi. cum similibus. Quidam sunt arbitri à iure deputati, sine aliqua partium voluntate vel electione, & ab istis non appellatur. & ita loquitur hic opinio Innocentij.

SVMMAR.

1 *Magis attenditur forma potestatis attributæ quam denominatio personæ.*

2 *Arbitratoris potestas latissimè patet.*

3 *Arbitrator non potest pronunciare, nisi super re de qua quæstio est, sed pro ea pecunia dari iubere potest.*

4 *Actum ad iudicandum de iure est arbiter tantum.*

5 *Regens viam arbitri non potest redire ad viam arbitratoris.*

6 *Consilium est in compromissis mentionem facere arbitratoris tantũ.*

7 *Minor non obstante iuramento potest reduci ad arbitrium boni viri petere.*

GLOSSA VIII.

Terminãdi de iure & de facto &c. Per hæc verba comprehẽditur qualis sit potestas collata. nam per hoc quod dicitur de iure, videtur electus tanquàm arbiter. Sic ergo ex forma cõpromissi cognoscitur qualitas officij & potestatis. vt l. non distinguemus. §. de officio. Et eodem modo si dicatur (vt fieri assolet) quòd cognoscant iuris ordine seruato vel non seruato, vel obmissa omni iuris solennitate, & similia. Nam per hæc verba videtur electus vt arbitrator, etiã si notarius dicat quòd compromiserunt in talem tanquàm in eorum arbitrum, secundùm Innoc. in d. c. quintanallis.

1 Et † magis attenditur forma bayliæ ac potestatis attributæ, quàm denominatio nominis ipsius electæ personæ. arg. in l. quæro. in prin. & l. si vno. in prin. D. de locat. & conduct. Arbiter ergo est ille qui cognoscit & pronunciat de iure tantùm. 2 Arbitrator † verò est ille, qui de facto etiam determinat & cognoscit. vnde (secundùm Innocen. vbi supra, & alios doctores, & ita ipse verum puto) talis arbitrator poterit testes recipere, sine citatione, sine iuramenti delatione, sine partis præsentia, sine peremptoria citatione, vel ea obmissa, ad audiendum sententiam vel declarationem. & generaliter credo quòd habeat ampliorem potestatem quàm iudex delegatus cum potestate procedẽdi sine figura iudicij. de quo tractatur per Bar. in extraua. ad reprimendum, & per Io. An. in c. sæpe. de verb. signi. facit ad prædicta quod notat Spec. in d. ti. de arbit. §. sequitur. versi. quid si cõpromissum.

3 Sed † nunquid talis arbitrator poterit declarare, si factum fuerit in eo compromissum super fundo, quòd vna pars teneatur alteri facere confessionem generalem de toto eo quod petere posset? Bart. determinat quòd non. in Aquiliana. & l. eum Aquil. D. de transact. & eodem modo (secundũ eum) nõ poterit declarare, vt altera pars det alteri aliq̃ rem, de qua non fuerit quæstio vel contentio. arg. d. l. eum Aquiliana. in fi. & l. non distinguemus. §. de officio. & l. si cùm dies. §. plenum. D. de arbit. & l. arbor. §. de vestibulo. D. communi diui. Licèt loco rei de qua esset quæstio, posset iubere pecuniam dari. quia non videtur alia res, cùm pecunia omnes res æstimentur. argum. ad hoc in l. cum fundo.

§.si fundus. D.de iure dot.iuncta l.si ita.D.de fideiuss.

17 Deinde † queritur.pone quòd factum est compromissum in aliquem.cum potestate procedendi de facto,&iudicádi de iure,an talis erit simplex arbiter vel arbitrator? Et quidem Bart.in d.§. arbitrorum, dicit quòd erit arbiter tantùm.poterit tamen (secundùm eum) ab eius sententia appellari.vt per eum determinatur in d.§.ſtari.licet in d.§.arbitrorum, in hoc dubitauerit.vbi vide.

Vlterius quæritur quomodo cognoscetur in casu huiusmodi formæ compromissi, quòd processerit vel iudicauerit vt arbiter vel vt arbitrator? Dic quòd ex forma procedẽdi,ad quam respectus haberi debet, hoc dignoscetur. 18 Si † enim seruauit formalia vel substantialia iudicij (vt quia fecit libellum produci,litem contestari, & c.) tunc videbitur elegisse viam arbitri, & per hoc non poterit ab eius sententia appellari,nec reductio peti,& (quod est vltra)non poterit postea ad viam arbitratoris redire. vt determinat Spec. in d. ti.§. differt. versũ. quid ſi compromissum. & eodem modo Bar.in d.§. arbitrorum. 19 Vnde † laudabile est consilium quòd potiùs fiat cõpromissum tanquã in arbitratorem tantũ,quàm in hac forma de qua hîc.vel ſi ſit ſub hac forma,q̃ tunc fiat protestatio per ipsum arbitrum in exordio causę,q̃ per aliquẽ processum vel actum non intendit viã simplicis arbitri eligere,sed tanquã arbitrator procedere.& esset vtile hanc clausulã apponere in compromisso. Pro quo facit quod notat Archid.in c.ſi delegatus.in fi.ext.de offic.deleg.lib.vi. & adde quod notatur in d.§.sequitur. versũ. sed pone quòd sicut quotidie fit &c.

20 Sed † quid dicemus in minore qui taliter compromittit,& iurauit non contrauenire sententię, an iuramento non obstante poterit contra sententiam reductionem postulare? Dicunt quidam quòd ſic. quia iuramentum solùm excludit eum à beneficio priuilegii, scilicet restitutionis in integrum, nó autem ab isto communi. vt plenè tangitur per Cyn. in Authent. sacramenta puberum. C. ſi aduersus vend.in l. ſi. C. de non num. pec. & in c.2.ext.de arbi.cum similibus.Alibi Glo. in §.item sacramenta. de pace iura.fir.(vnde extrahitur dicta Authen.) tenet contrarium, & malè. prima ergo opinio verior. De hac autem potestate arbitratorum no. per Cynum in l. ex consensu. C. de epi. & cleri.

Svmmae.

1 *Tempore à partibus præstitum arbitris ad pronunciandum, fuisse eorum potestas, nisi prorogatum sit de partium voluntate.*

2 *Arbiter cui prorogandi tempus potestas data est simplicater, semel tantùm prorogabit.*

3 *Approbans sententiam censetur eã probare ea quæ præcesserunt.*

4 *Tempus arbitris vel delegationis incipit currere post acceptationem.*

5 *Tempore non præstituto in compromisso arbitri potestas datur triennio, arbitratoris anno. Nisi à iudice tempus prorogatum sit.*

GLOSSA IX.

INfra duos menses. 1 Hoc † tẽpus habet coartare potestatẽ pronunciandi datam arbitris electis, in tantum,vt ipso termino elapso, finita

nita sit statim potestas & authoritas iudicandi, & per cõsequens sententia postea lata nulla sit ipso iure. Nisi forte hoc tempus de partiũ voluntate præcedente vel sequente fuerit prorogatum, vt traditur in lege non distinguemus. §. dies. & §. finali, cum leg. sequ. & l. ſi de mer. fis. D. de arbit. & C. eodem titulo. l.1. & l.2.

2 Quid † autem si data sit à partibus ipsis arbitris in compromisso potestas prorogandi diem compromissi, an potuerit semel tantùm vel plures prorogare? Distingue. aut dictum est quòd possit semel tantùm, aut plures, aut simpliciter. In primo & secundo casu obseruabitur prout dictum est. In vltimo casu, dic quòd nisi semel tantùm poterunt prorogare. argum. l. boues. §. hoc sermone. D. de verb. signif. & l. fideicommissa. §. si quis ex his. D. de leg. 3. Et ita in præmissis omnibus sentit Spec. in dicto tit. de arbit. §. excipitur. versic. item quod elapso die.

3 Deinde † circa hoc quæritur de eo quod de facto vidi. ecce quòd partes fecerũt compromissum hoc pacto, quòd arbiter non possit prorogare terminum, nisi de voluntate partiũ, contingit quòd altera pars per se consensit prorogationi. alia pars (quia tunc absens erat) non potuit cõscotire, sed alius eius nomine prorogauit & prorogationi consensit, promittens de rato habendo. posteaque arbiter tulit sententiam, presentibus ambabus partibus, emologantibus & expresse confirmantibus ipsam sententiam. quam sententiam dicta pars, absens tempore prorogationis, & præsens tempore sententiæ, nititur impugnare tanquam nullam, ex defectu potestatis & consensus per eum non præstiti in dicta prorogatione. quæritur quid iuris? Et videtur ex prædictis quòd ipsa sententia nulla sit, quia nõ fuit lata in termino, & quia ipsius termini prorogationi non consensit, neque ratum habuit. In contrarium puto, quia ratificando sententiam videtur ratificasse prorogationem, quia qui vult consequens videtur velle antecedens. vt l. illud. & l. nec is. D. de acquir. hær. facit l. idem Vlpianus. D. de excus. tut. & semel approbatum reprobari non potest. vt l. Pomponius scribit. D. de neg. gest. & quod notatur per Dy. in regula Quod semel placuit. de reg. iur. lib. 6. & in c. ratihabitionem. eod. tit. & per Bart. in l. quo enim. §. 1. D. rem rat. hab. Ad quod etiam optimè facit quod notatur per glo. in l. 2. C. commun. vtrinsque iudicij. Imò fortiùs puto, quòd lata post terminum possit tãquam tranſactio approbari, per dictam l. 2.

4 Aduerte † quòd istud tempus non currit nisi die acceptationis factæ per arbitros electos. vt probatur in l. 3. §. rameth. & l. si cùm dies. §. recepisse. D. de arbi. Sicut dicitur in tempore præfixo iudici delegato, vt notat glossa in d. c. de cauſs. ext. de offic. deleg. ad tollendum tamen omne dubium bonum esset hoc exprimere in forma compromissi.

Sed quid dicendum si compromissum factum est simpliciter sine die & termino, an valeat, & quanto tempore durat potestas arbitrandi? Dic breuiter quòd valet, & durat triẽnio si est simplex arbiter. vt notat Spec. plenè in tit. de arbitro. §.

differt. vers. vt infrà triennii. Si verò sit arbitrator, tunc puto quòd durat per totum tempus vitæ suæ ipsius arbitratoris. argum. in l. fi. & quod ibi notatur per Cy. C. de contrahen. emp. & l. fi. §. sed & si quis. C. commun. deleg. Vnde bene faciunt notarij semper apponere certũ terminum. Sed Bart. in l. ũ quis arbitratu. D. de verb. oblig. dicit quòd potestas arbitratoris durat quàndiu voluerit. Præsumitur autem (secundùm eum) non velle arbitrari, si intra annum non pronunciauit. argum. d. §. sed & si quis. de qua quæstione etiam notatur per eum, in l. si de meis. §. ex compromisso. in fi. D. de arbit. & per Cynum in l. properandum. §. sin autem in medio. C. de iudic. Bald. verò in c. 1. §. 1. tit. de lege Conradi, distinguit. aut est arbitrator super lite, & tunc durat triennio, sicut in arbitro. aut super negotio, & tunc anno. nisi per iudicem fuerit alius terminus assignatus. nota bene.

Svmmae.

1 *Sententia arbitri mandatur executioni, cùm approbata est à partibus tacitè vel expressè, & cum in ratum est non contrauenire.*

2 *Arbitratoris pronunciatio vim habet transactionis.*

GLOSSA X.

In pœna & sub pœna. Communis est practica quòd in compromissis adiiciatur pœna, quia olim sententia simplicis arbitri nullam de se merebatur executionẽ, nec producebat actionem. l. 1. C. de arbitris cum ibi notatis. imò erat necesse pœnam adiicere, vt metu pœnæ, quæ per stipulationem promittebatur, pareretur sententiæ. aliter nõ cogebatur arbiter sententiam ferre. vt in l. non distinguemus. §. in summa. & l. litigatores. §. 1. cum similibus. D. de arbitris. 1 Hodie† autem siue sit apposita pœna siue non, datur actio, & fit sententiæ executio duobus casibus. videlicet si sit emologata à partibus expressè. vel tacitè per lapsum decem dierum. vt in l. cùm antea. C. de arbit. vel si fit iuratum in compromisso. vt l. no in arbitris. C. de arbit. 2 Sed† in compromissis quæ fiunt in arbitratores & amicos non est necessaria, nec olim nec hodie, pœnæ appositio. quia ipsorum sententia & olim & hodie producit actionem, his modis quibus producitur per transactionem, vt suprà dictum est.

Svmma.

1 *Pœna fisco non acquiritur, nisi notario pro eo stipulante.*

GLOSSA XI.

Applicanda pro medietate cameræ illustris domini nostri. Hic quæritur nunquid fiscus seu camera agere potest ad hanc pœnam? Dic breuiter quòd non. per textum in l. arbiter infrà certum diem. & ibi per Bartolum. D. de arbit. Facit regula generalis tradita in l. stipulatio ista §. alteri. D. de verb. obligat. 1 Vt† ergo cameræ quæratur actio & obligatio, est necesse quòd notarius tanquam persona publica stipuletur nomine cameræ, secundùm Bart. vt notatur in d. l. arbiter. & in l. 1. D. de iure fisci, &c.

Svmmae.

1 *Pœnæ petitio actione petitur, in qua quæritur an aliqua iusta de causa*

de causa rem sit excusandus à pœna.

1. *Pœna in contractu adiecta quando peti possit. vide tit. 43. glossa 4. numero 1.*
3. *Pœna & executio sententiæ simul peti non possunt, nisi conuentum sit.*
4. *Pœna semel tantùm committitur, nisi aliud actum sit.*
5. *Pœna in totum non committitur, si pro parte tantùm contra fiat, nisi ita conuenerit.*
6. *Qui in pœnam incidit, si velit postea stare sententiæ, non auditur inuito aduersario.*
7. *Cum ex pluribus heredibus vnus contrauenit, an pœna committatur in solidum.*
8. *Cum contrauentio non habuit effectum, an pœna nihilominus committatur.*
9. *Pœna peti debet coram iudice ordinario illius qui pœnam commisit.*
10. *Arbiter vel arbitrator non potest augere pœnam compromisso comprehensam.*
11. *Pœna non committitur contrauenienda sententiæ vel præceptis iudicis reductionis.*

GLOSSA XII.

Parti adlendenti. Aduertendum quòd petitio pœnæ competit illi qui obseruat sententiam. & hoc cum bona conscientia, tam de iure canonico quàm ciuili. vt in c. dilecti. & cap. per tuas. ext. de arbitris. & l. cum pœna. & l. fin. D. de arbit.

1 Et † in petitione huiusmodi pœnæ offerendus est libellus, & via ordinaria procedendum. vt probatur in dictis iuribus, & in l. non distinguemus. § cùm quidam. vers. & idem. D. de arbit. Nam vel actione in factum, vel ex stipulatu petitur. vt notaui. §. & disputabitur in ipso iudicio, an aliqua iusta causa habeat ipsum excusare à pœna. vt l. 2. cum seq. D. si quis cau. cum similibus ibi notatis per glossl.

2 Quid † si hæc pœna apponatur in aliquo contractu an eius admittatur petitio? Videtur quòd sic, vt patet ex prædictis. Tu autem in hoc distingue. vt notatur per doct. in l. cùm allegat. C. de vsur. & per Bart. in l. cùm seruus ita. D. de condit. & demonst. & ego scripsi super tit. de acti. hy.

3 Sed † nunquid possit peti pœna & executio simul? Dic quòd nō regulariter. fallit si expressè actum & conuentum est quòd vtrunque peti possit. vt habetur in l. qui fidē. D. de transact. & l. cùm proponas. C. de transact. Et pro tanto dicunt notarij in forma cōpromissi, quòd peti possit pœna rato manente sententia.

4 Sed † an pluries possit pœna exigi & committi? Dic quòd non. imò semel pœna commissa, expirat compromissum arbitri, nisi specialiter sit actum quòd totiens committatur quoties contra fiet, rato manente compromisso & sententia. vt hæc habentur in textu l. si duo. § fin. D. de arbi. & ita communiter apponitur per notarios in cōpromissis. vt notatur per glos. in c. dilecti. ext. de arbi. & per Spec. in d. §. sequitur. versic. quid ergo. & versic. seq. 5 An † autem si contra fiat in vno capitulo pœna committatur in totum vel pro parte, dubitari consueuit. Vnde notarij apponunt in instrumento, *Quæ pœna totiens in solidum committatur quotiēs*

contra fiet, &c. de quo plenè disputat Spec. in d.tit.de arbi.§.sequitur. versiquid si plura capitula, & in §.sequitur, versi. item pœna in compromisso appolita &c.& per Bar. in l.eadē.§.Cato.D. de verb.obl. facit l.si servus.§. si plurib. D.si quis cau.

6 Vltra † quæritur ecce quòd pœna commissa, nihilominus pars quæ contravenit & incidit in pœnam vult quòd sententia firma permaneat.alia pars contradicit,& vult q; sententia nulla tit. quæritur quid iuris? Breuiter Glossa,Bar.& Ia. Bu. in d.l.qui fidē,determinant,quòd etiam si dictum est *rato manente pacto*, quòd ille qui contrafacit non debet audiri,inuito aduersario eius, cui pœna commissa, cui licebit non stare sententiæ,quod nota.l.eo si vis consultè agere, maximè in transactione, treugis. & conuentionibus istorum principum, facias apponi per notarium hanc clausulam.videlicet,*hoc acto in et dictas partes, quòd per aliqua quæ fiant vel committantur per ipsas partes, vel aliquam ipsarum nihilominus quātum ad ipsas partes & quamlibet earum cōtrafacientium, prædicta & infra scripta omnia & singula in suo robore firmitate perdurent, ac si non essent in aliquo contrafactum.*

7 Item † quæro, pone quòd altera pars decesserit pluribus relictis hæredibus, quorum vnus contrafecit sententiæ,an pœna committatur contra omnes cohæredes? Videtur distinguendum. aut sententia continebatur aliquid fieri,aut dari.Primo casu.die plenè vt traditur in l.2. & l.ea.§.Cato.D.de verb. ob.Secundo casu videtur in solidum committi contra omnes. per textum in l. hæredes. §. an ea. vers. idem iuris. D. famil. ercis. & lege stipulationum aliæ. §.fi.D.de verb. ob. cum similibus.

8 Quid † autem dices si fit cōtra factum,vel appellando, vel supplicando,vel alter, & tamen ipsum postea pœnituit, vel nō habuit aliquem effectum eius contrafactio, an poterit nihilominus peti pœna? Videtur quòd non per l.pen.& fi.C. si manc. ita fue.alie. Distingue melius, vt notatur per gl.& doct.in d. l.qui fidem.

9 Vlterius † quæritur coram quo debeat peti ista pœna? Die quòd coram iudice ordinario illius qui in pœnam incidit. vt probatur in d.l.cum pœna,cum similibus.Nō autem posset peti coram arbitro, quia super pœna non est ei potestas collata. vt habetur in l. quid tamen § fi.D.de arbi.& notat Spec.in d.tit.§. postremo.verific.sed an de pœna. Io. Imò † si pœna fuit in compromisso appolita centum florenorum, non poterit agere pœnam in plus præcipiendo sententiam obseruari sub pœna ducentorum, vel sub pœna amissionis bonorum, vel domus, secundùm Bar.vbi notat.quia potestas arbitri vltra formam compromilli non potest extendi.vt ibi.& l. non distinguemus §.ile efficio.& §. fi. D. de arbit. Et eodem modo (secundùm aliquos) non poterit pronuntiare super fructibus, interesse & expensis, nisi de his fuerit specialiter actum & compromissum, per iura prædicta. de quo tangit Speco. in d. §. postremo. versi. sed quæ supra in forma compromissi &c. & per Azonem in d. l. quid tamen. §.fin.

Patet ergo ex præmissis quòd ille qui contra facit sententiæ, vel præcepto arbitri vel arbitratoris electi,

electi, incidit in pœnam in compromisso appositam. 11 Quid † ergo si ab eius sententia petita fuerit reductio ad arbitrum boni viri, & pars contrafaciat sententiæ vel præcepto ipsius iudicis reductionis, an incidat in pœnam? Bar. determinat quòd non ex l. mulcta. D. de cõditio. & demon. quia à persona non receditur. arg. in l. cùm apud Sempronium. D. iudic. fol. de quo per eum plenè notatur in lege si quis arbitratu. D. de verborum obligationib. &c.

SVMMAE.

1 *Arbitri pares numero & discordes, rogi possunt eligere tertium, arbitratores non.*

2 *Cùm plures arbitri diuersas tulerint separatim sententias, nulla sunt omnes, nisi conueniant in minorem summam inclusam.*

3 *Plus est consentire in summa expressa quàm inclusa.*

4 *Tribus simpliciter electis in compromisso, non valet sententia à duobus lata, absente tertio, nisi (aiunt canonistæ) citatus fuerit ab aliis. Idem in arbitratoribus.*

5 *Compromittentes præfixa possunt, vt sententia lata absente tertio valeat.*

6 *Si tertius discors se absentet cùm arbitrum tractatur, absens fuisse non videtur. Tutius est tamen eum citare.*

7 *Sententia lata absente tertio, licèt ipse subscribat, non valet: secus in iudice.*

8 *Consilium ciuitatis non potest assumere tanquam arbiter, sed tanquam arbitrator potest.*

9 *Tertius assumptus à solis arbitris, videtur quasi mediator tantum, at assumptus etiam à partibus, est & ipse arbiter.*

10 *Valet pactum, vt tertius non assumatur in arbitrum.*

11 *Ex duobus arbitris electis sententia illius valet cui subscribit tertius ab ipsis assumptus.*

12 *Testes recepti coram arbitris faciũt fidem coram iudice, si sint mortui vel à parte approbati. At recepti coram arbitratore nullam fidem faciunt.*

GLOSSA XIII.

Concorditer condemnauerunt. Sciẽdum est quòd quando fit compromissum in plures, quòd diuersimodè agitur inter partes in compromisso, super modo procedendi & iudicandi. Quandoque enim agitur vt omnes simul & concorditer pronuncient, & aliter non valeat sẽtentia: quandoque agitur, vt quod duo ex eis, vel maior pars fecerit, vires obtineat: quandoque simpliciter compromittitur. vt l. item si vnus. §. principaliter cum seq. D. de arbit. cum similibus. 1 Quid † ergo si nihil est actum, & sunt discordes? Dic quòd aut sunt arbitri pares numero, puta duo, & tunc compellendi sunt per iudicem eligere tertiam personam. vt in d. § principaliter. Si verò sunt dispares, puta tres, tunc statur sententiæ plurium. vt dictis iuribus &c. Quid si fuerunt electi duo arbitratores tantum, & sunt discordes, an debent cõpelli eligere tertiam personam, vel ipse iudex eligere possit? dicit Bal. quòd non. quia arbitratores sunt ad instar proxenetarum, quos nullo iure cautum est cogendos tertiam personam eligere. licèt cautum hoc reperiatur in meris arbitris. & ita refert iudica-

tum esse per sapientes. vt per eum notatur in dicto cap. 1. de inuest. in mari. fac. in vlt. feud. 10. col. q. pen.

3 Sed † quid si pares erant, & discorditer tulerunt sententiam, an valebit? Dic quòd non, puta si vnus absoluit, alter condemnauit. vt l. dicè proferre. §. si plures. D. de arbit. facit in arg. l. duo iudices. D. de re iudic. & in c. fi. ext. de re iudi. Sed pone quòd erant tres arbitri, & vnus condemnauit in 10. alius in x v. alius in x x, quæ sententia prœualebit? Dic quòd illa quæ in decem condemnauit: nam in illa summa omnes sententiæ concordant & conueniunt. vt in d. §. si plures.

3 Item † quæritur quid si illi qui condemnauerunt in x v, & x x, in eorum sententia expresserunt (vt plerunque faciunt malicioſi) quòd in minori summa eorum sententia non valeat? Doct. dicunt quòd hoc casu non valebit illa de 10. quia in hoc omnes non consentiunt. vt notat Specu. in d. §. sequitur. in prin. Vbi verò duo ex tribus condemnãt in x v, & alius in 10, prœualet sententia duorum in x v. vt est textus hodie in c. 1. de arbit. lib. v 1. Et est ratio differentiæ, quia in casu isto omnes duo concordant in x v. vnde sententia pluriũ debet prœualere. in præcedenti autem quęstione duo nõ sunt in expressa summa concordes, licèt in inclusa conuenire videantur. de quo vide in d. §. sequitur. versi. 1. cum seq. Et idem dicitur in testibus, super & in diuersis quantitatibus deponentibus. vt notatur per Inno. in c. quid per nouale. de verbo. sign. & per Specu. in tit. de probatio. §. probare, vers. quid si testes.

4 Vlterius † quæritur, quid si ex tribus arbitris duo pronunciant in concordia, absente tertio, an valeat sententia? Dic quòd non, vt in l. si in tres, & in l. item si vnus. §. fi. D. de arbi. Nisi fuerit dictum in compromisso (prout faciunt notarii cõmuniter) quòd altero ex his absente alii possint pronunciare. vt in l. non distinguemus. §. cùm in plures & l. sicuti. D. de arbi. & habetur in c. Raynaldus. ext. de testam. & Spe. in dicto §. sequitur. versiculo postremo.

Quid autem fiet, si ille tertius non veniat? Dic quòd est citandus ab aliis duobus, aliter eorum sententia non valeret, nisi expressum sit in compromisso, quòd duo absente tertio & non citato possint pronunciare. nam tunc valebit sententia eorum. vt hęc habentur & notantur in c. si. ext. de arbi. li. v 1. Quanquam (secundùm aliquos) dictum c. fi. solùm locũ habeat in terris ecclesiæ, vt ibi notatur per glo. & Bar. in l. duo ex tribus. D. de re iudic. De iure autem ciuili sententia lata tertio absente, etiam citato, non valet, nisi sit personaliter præsens. vt refert Bart. in l. si in tres. & l. item si vnus. §. item si plures. D. de arbi. & l. duo ex tribus. D. de re iudic. vel nisi actum sit in compromisso specialiter quòd duo absente tertio & nõ citato possint pronunciare. vt supra dixi. Vnde hanc materiam sic colligere potes. Quandoque à principio fit compromissum in duos tantùm, & tunc vnius solius sententia non valet, sine socio præsente, vel eo absente citato. vt dictum est supra in principio istius glossæ. Quandoque fit compromissum in tres vel in plures. & tunc aut simpliciter, & valet sen-

ler ſententia plurium, ſi omnes ſunt præſentes. vbi autem aliquis eorum fuerit abſens, tunc (ſecundum ius canonicum) ſi non fuerit citatus ab aliis, non valebit ſententia illorum. vt in d. c. fi. ſecundum ius ciuile, nec tunc etiam valet. Et hoc caſu obſeruabitur ius canonicum in terris Eccleſiæ, & ius ciuile in terris Imperii, vt dictum eſt.

5 Si † autem fuerit compromiſſum cum clauſula, Quòd duo, tertio præſente, vel abſente citato vel non citato, poſſint pronunciare, tunc vtroque iure valebit ſententia duorum ſeu plurium, illo abſente, etiam non citato, vi tutte clauſulæ & conuentionis in compromiſſo appoſitæ. vt d. §. de officio. cum ſimilibus ſupra allegatis. quod nota, tu notarie. Et prædicta fortiùs procedere in pluribus arbitratoribus, cum dicta clauſula &c.

6 Sed circa prædicta occurrit tale dubium, quod plerumque de facto cõtingit. ecce quòd facto compromiſſo in tres, & proceſſu habito, & tandem ſimul conuenientes in vno loco pro cõclutione & deciſione quæſtionis, examinatóque per eos negocio, vous ex eis diſceſſit in diſcordia, reliquis ibi firmis ſtantibus & perſeuerantibus, quæritur an ipſi duo poterunt ferre ſententiam, illo tertio abſente & non citato? Dicit Inno. quòd ſic, in d. c. Raymaldus quaſi hoc caſu ceſſet ratio l. ſi in tres. quæ eſt, quòd eius præſentia potuit alios trahere in ſuam ſententiam & opinionem. Sed Spe. in d. §. ſequitur. verſi. quid ſi fraude ſe abſentet. & in verſi. item ex eo quod dicit, diſtinguit. aut ille tertius ſe abſentat ſimpliciter, nulla tamen diſcordia interueniente, ſed ſola examinatione: & tunc debet citari. aut interuenit diſcordia, & tunc nõ debet vltra citari. nec (ſecũdùm eum) placet diſtinctio quorundam, qui voluerunt facere differentiam inter perſonas ipſorum arbitrorum, an illi duo ſint doctores, & alter nõ, vel ſimilia, vel an ille tertius ſe abſentauit doloſè, vel non, vt ibi notatur. Verùm Bar. in d. l. duo ex tribus, tenet indiſtinctè debere eum citari, aliàs non valebit ſententia: quia (ſecundùm eum) non eſt illa ſola ratio de qua ſupra, ſed etiam alia, videlicet quia omnes iudicare iuſſi ſunt. vt probatur in d. l. ſi in tres. in fi.

7 Quid † ſi ille tertius in eius receſſu dixerit aliis duobus, Pronuncietis vos, quia ſum contentus de eo quod pronunciabitis, nunquid eo caſu valebit eorum ſententia? Dic quòd non, niſi de voluntate etiam partium lata fuerit. arg. d. l. ſi in tres. vt determinat Spe. in d. §. ſequitur. verſi. quid ſi tertio abſente. Et ex hoc ſequitur deciſio ad aliud, quòd ſi per duos fuerit lata ſententia, tertio abſente & non citato, poſteáque venerit ipſe tertius & confirmauerit ipſam ſententiam, & nihilominus erit nulla. arg. l. quod ab initio. D. de reg. iur. & notat Spe. in §. ſequitur. verſi. ſed pone quòd lata eſt ſententia. Secus eſt in iudice ordinario vel delegato. vt notatur in l. licet. D. de iudic. & in c. cũ vos. ext. de his quæ fiunt à prælato. ſi. conſen. cap. & d. l. duo ex tribus.

8 Sed † pone quòd actum eſt in cõpromiſſo, vt arbitri pronuncient, ſecundùm conſilium Andreæ, an valeat cõpromiſſus? Dicũt quidã & nõ

per textum. in d. l item si vnus. §. idem Pomponius. D. de arbit. & ibi notatis. Alii distinguunt, aut Anduliq; consilium assumitur tanquam arbitratoris, & valet, aut tanquam arbitris, & non valet. vt notatur Bart. in d. §. idem Pomponius. & Specul. in d. §. sequitur. vers. sed quid si dicat.

9 Rursum † quæritur, an ille qui assumitur ab arbitris discordibus sit verus arbiter, vel simplex consultor? Distingue. aut eligitur ab ipsis tantùm, & tunc est consultor & mediator, licèt in aliquo naturam sapiat arbitri, secundùm Bar. aut eligitur communiter ab arbitris & partibus, & tunc erit arbiter, vt alii. vt notat Specul. in d. §. sequitur. vers. sed nunquid iste tertius. & Bar. in d. §. principaliter. & ibi Glo.

10 Sed † quid si (vt plurimùm fieri solet) actum est specialiter in compromisso, quòd tertius non assumatur, an valet tale pactum? Dicunt quidam quòd sic. argum. l. 11. §. si conuenerit. D. depositi. & l. Pedius. §. fin. D. de arbit. Alii dicunt contra, quia tale pactum est contra substantiam compromissi. ergo non valet. vt l. cum precario. D. de precar. Cómuniter practicatur & valet. arg. in l. non distinguemus. §. de officio. cum ibi notatis. D. de arbit. de quo vide Specul. in d. §. sequitur. vers. sed quid si duo sunt electi &c.

11 Sed † quid si iste tertius, ab arbitris solis electus, pronunciet cũ vno ex eis, an valebit sententia? Dicunt quidam quòd sic, tanquam a maiori parte lata. vt d. l. si in tres. Alii dicunt contra, quia iste tertius non habet potestatem pronunciandi, sed solùm consulendi, vt dictum est. Primam opi. approbat Bartol. non per dictam rationem, sed quia eius opinioni & sententiæ standum est. vt dicit textus in d. §. principaliter. & notat Specul. in d. §. sequitur vers. quid si vnus ex arbitris.

12 Quid † si isti arbitri nil pronunciauerunt, an testes & attestationes receptæ coram eis, faciãt fidem coram iudice ordinario? Dic quòd si testes sunt mortui, faciũt plenam fidem. si verò sunt viuentes, tunc est in electione eius contra quem sunt producti, an velit eis stare vel non. vt l. si. C. de testib. & in c. præsentata. ext. de testib. Nisi specialiter expressè actum esset in compromisso, quòd eis daretur plena fides coram iudice ordinario. vt in d. l. si. in prin. in quo erant omnes in forma compromissi. Vbi autẽ essent recepti contra arbitratores (vt fit quotidie) tunc nullam fidem facerent. vt determinat Inn. in c. cùm in tua. ext. de testib. & per Iaco. Butr. in d. lege fin. &c.

Svmmae.

1 *Cùm dubium est super quibusdam quæstionibus compromissum facium est, præsumitur quòd super singulis (nisi sint connexæ) quæ inferuntur ab vna tantum parte: sin autem ab vtraque parte vicissim præsumitur actum vt super omnibus pronunciatur.*

2 *In dubio arbitratoris potestas extenditur tantùm ad vnam rem.*

3 *Arbiter vel arbitrator non potest errorem suum corrigere post pronunciationem, sed partis succurritur dolo exceptione.*

GLOSSA XIIII.

DImittendum domum antedictam. Erat igitur quæstio de vna tantùm.

tantùm. Quid igitur si quæstio erat de pluribus, & de vna sola pronunciarunt, an tenebit sententia? Videtur quòd non. vt l. qualem. alias incipit. Dicere. §. Sed si pluribus. D. de arbit. Tu verò plenius distingue. aut est actũ in compromisso quòd possit arbiter super singulis separatim pronunciare: aut est actũ quòd de omnibus simul debeat pronunciare: aut est dubium. Primo casu valet sententia. Secundo autem casu non valet. vt l. quid tamen. in pr. Dde arbi. 1 Tertio† casu. dicit ibi Glo. quòd præsumitur actum, vt separatim posset pronunciari. Bart. autem ibi dicit fore cõsiderandum. aut sunt plures quæstiones super pluribus rebus, quæ inferuntur solùm ab vna & eadem parte: & tunc est vera opi. glo. Aut plures causæ inferuntur viciſſim, per vtranque partem vna contra aliam, & econtra. & tũc præsumitur actum, quòd semel super omnibus sententia ferator, propter naturam conuentionis & reconuentionis. arg. in l. 1. in fi. D. quæ sent. sine ap. relcin. & in l. qui prior. D. de iudic. Vel dic. aut causæ sunt simul connexæ: & videtur actum vt de omnibus pronuncietur. aut sunt separatæ: & tunc separatim poterit pronunciari. & hoc sequitur Specul. in dict. §. sequitur. versi. sed quid econuerso. Et hæc & alia plura, de quibus supra procedunt in simplici arbitrio. 2 Sed† in arbitratore, qui potestatem habet largissimam (vt supra dictum est) puto esse pronunciandum super vna re tantùm: vel super vno capitulo, cæteris omissis. argu. eorum quæ superius allegata sunt, in præcedenti Glossa.

3 Quid † autẽ si arbiter in pronunciando errauerit, an poterit postea corrigere suũ errorem? Dic q̃ non. quia per sentẽtiam expirat cõpromissum. vt probatur in l. qui arbiter. & ibi notatis. D. de arbit. Et idem credendum in arbitratore. Putarem tamen parti succurrendum esse, per doli exceptionem. arg. in l. 2. in princ. & quod ibi notatur. D. de condict. indeb. super quibus vide quod notat Specul. in d. §. sequitur. versi. sed pone actum esse quòd possit pronunciari. & versi. seq. &c.

SVMMAE.

1 *Qui non paret pronunciationi intra quatuor menses cadit in pœnam (etiamsi nullum tempus sit in pronunciatione præfixum) nec admittitur moræ purgatio.*

2 *Post diem mora purgari potest, si pœna non sit adiecta.*

GLOSSA XV.

Infra certum terminum.

Quid autem si terminus non sit expressus in sententia, an cadat in pœnam, si non offerat? Videtur quòd nõ, sed sit necesse quòd interpelletur. arg. in l. quod te. D. si cer. pet. & l. si ex legati causa. D. de verb. obl. g. 1 Tu† die quòd dies omissa per arbitrum supplebitur per legem, per quam datur, condemnato tempus quatuor mensium ad soluendum. vt in l. debitoribus. D. de re iudic. & l. ii C. de vsu. rei iudic. & est textus cum Gl. in l. si de meis. §. fi. D. de arbit. Vnde post lapsũ huius temporis cadit in pœnam. Et cùm dies hæc interpellet pro homine (vt l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. non requiritur alia interpellatio, nec post diem admitteretur purgatio moræ. per

d.l. magnam & l. Celsus in princ. & ibi notatis. D. de arbit. 2 Secus† autem si pœna non esset apposita: quia tunc post diem posset moram purgare incontinenti. iuxta doctrinam l. & si post tres. D. si quis cautio. & l. si insulam. D. de verb. obl. & l. sed & si alia. D. de constit. pec. l. ff. D. de arbit. cum similibus.

SVMMAR.

1 *Oblationi absoluti faciunt conditionem.*
2 *Oblatione & obsignatione conditio habetur pro impleta.*
3 *Arbiter non potest pronunciare, vt pecunia detur ad accipiendam rem quæ petitur. arbitrator potest.*
4 *Non implens conditionem non cadit in pœnam, quia quæ sunt in conditione non sunt in obligatione.*

GLOSSA XVI.

Ante & soluendo. 1 Isti† oblatiui absolutifaciunt conditionem: & est sensus, si dederit & soluerit. vt in l. cuictis. D. de vsur. Sicque non prius tenetur relaxare domum, quàm fuerit conditio impleta. vt in l. qui hæredi. in princ. D. de de condit. & demon. & l. 1. §. sin autem aliquod. C. de caduc. tol. & l. ei qui. D. de condit. inst. 2 Debebit† ergo offerre istam pecuniam & deponere. vt l. obsignatione. C. de solut. & l. acceptam. C. de vsur. quam si non acceperit, pro impleta conditio reputabitur. vt l. iure ciuili. D. de condit. & demon. cum ibi notatis, & sic cadet in pœnam.

3 Dubium† autem occurrit, an hæc sententia valeat? Super quo distinguit Specul. in d. §. excipitur. vers. sed pone quòd litigantes, aut fuit arbiter tantùm qui tulit hanc sententiam, & non valet. aut fuit arbitrator, & valet. ad quod faciũt quæ superius dixi in Glossa super verbo, de iure & facto.

4 Sed† nunquid, si iste Ioannes fuerit contumax vel negligens in implendo istam conditionem, incidat ipso iure in pœnam? Die quòd nõ. quia quòd soluat florenos XXV. non est in necessitate praecisa, sed in sola eius potestate. nam ea quæ sunt in conditione non sunt in obligatione. vt l. si quis sub conditione. D. si quis om. causa testa. & l. obligationum ferè. §. si ita stipulatus. D. de acti. & oblig.

SVMMAR.

1 *Oblatio & depositio integræ qualitatis, facta congruo loco & tempore, æquipollet solutioni.*
2 *Cum debitum est liquidum non admittitur solutio particularis, secus si non sit liquidum.*
3 *Nuda oblatio sine consignatione non implet conditionem, ne pergas mora.*
4 *Pecunia consignata videri debet oculis testium.*

GLOSSA XVII.

Legitimè obtulit & consignauit. 1 Talis† enim oblatio & depositio tantum operatur quantum solutio. vt in d. l. accepram. & d. l. obsignatione. dum tamen quantitas integra, & non pars, offeratur, & fiat congruo loco & tempore. vt dict. l. obsignatione. & l. soluturus. D. de solut. & l. mora. in prin. D. de vsur.

2 Quia† solutio particularis non admittitur, vbi debitum est liquidum & certum. vt in l. tutor. §. Lucius. D. de vsur. Aliàs autem si non esset

esset liquidam, nec certum, tùc bene admitteretur solutio partis. vt habetur in l. quidam existimauerunt. D.si cer. pet. Nec debet expectare quòd ipse super hac solutione interpelletur (vt supra dictum est) imò debet esse curiosus & sollicitus in offerendo, modo quo supra.

3 Nec† sufficeret ei ad excusationem nuda oblatio, nisi interueniret configuratio. vt prædicta probantur ex iuribus prælegatis. & optimè ad hoc induco textum. in l. fundum. §. si incerta. & l. si. D. de l. commisso. Idem firmat Barr. in l. prætor ait. §. si quis paratus. D. de noui ope. nun. per textum in l. seruus si hæredi. in fi. D. de statulib. & l. qui decem. §. idem respondit. D. de solut. Licèt contrafaciat l. pen. D. de rescin. ven. & Gloss. notata in l. si residuum. D. de distrac. pig.

4 Et† nota quòd si configuratio pecuniæ fieret in bursa, nec videretur ipsa pecunia ad oculum, nõ sufficeret: sed debet ipsa pecunia exhiberi, & offerri, & eadem in bursam recondi, vt videatur à testibus qualis & quanta sit, secundùm Barr. vt per eum notatur in l. cùm seruus ita. D. de condit. & demoostrat. &c.

SVMMA.

1 *Pœna purgatur, si is cui debetur sponte vel simpliciter debitum accepet.*

GLOSSA XVIII.

ET amplius dictam domum restituere & relaxare &c. Per hoc ergo quòd facta oblatione & depositione pecuniæ contumax fuit in restitutione domus, pœna commissa fuit. vt in d. l. acceptam. cùm similibus. 1 Quid† autem si pœna commissa postea offeratur, an purgetur mora? Dic vt supra dixi. aut ille acceptauit, aut accipere recusauit. si sponte acceptauit, aut simpliciter sine protestatione, tunc pœna purgatur. si cum protestatione, saluo iure pœnæ, tunc non purgatur. vt hæc habentur in l. Celsus. in prin. D. de arbit. & l. post diem. D. de lege commisso. & l. debitor. §. 1. D. quib. mo. pig. vel hyp. sol. Quod sequitur Spec. in dict. §. sequitur. vers. sciendum.

GLOSSA XIX.

QVare cùm prædicta vera sint. Hæc est conclusio petitionis, ad quam semper est aduertendum, vt aliàs dixi.

SVMMA.

1 *Arbiter non potest pronunciare super pœna, damnis, & interesse, vt ante dictum est. nisi id sit in compromisso comprehensum.*

GLOSSA XX.

ET ad ipsam pœnam soluendam. 1 Notandum† est hîc, quòd arbiter, nõ posset de hac pœna cognoscere, post latam sententiam, vt supra d. xi. imò, quod fortius est, nec etiã ante latam sententiam, nisi specialiter in compromisso actum sit, quòd de pœna possint cognoscere & terminare: secundùm Inn. & alios in d. l. quod tamen. in fi. D. de arbit. & in c. cùm dilectus. ext. de arbit. Similiter nec posset cognoscere de damnis & interesse, quæ veniunt iure actionis. nisi expressè sit actũ. argum. dict. §. de officio. & dict. l. lege quod tamen. in fin. secus si officio iudicis. argum. l. ædiles. §. sciendum. D. de ædil. edic. & l. 4. C. depos. quo l.

sequitur Spec. in d.§. sequitur vers. sed quia. Est ergo consilium quòd in forma compromissi apponatur, quòd arbiter possit cognoscere & pronunciare, tam super pœna, damnis & interesse, quàm super omnibus emergentibus.

SVMMAE.

1 *In generali compromisso & sententia, inspici debet quid actum sit, vt sciatur in quibus sententia noceat. In dubio autem nocet in iis de quibus prosecutio facta est.*

2 *Generalis liberatio seu quittatio administrationis (non facta super lite) includit etiam ea de quibus in ratiociniis non est actum.*

3 *Arbiter die feriata non potest sententiam ferre, nisi in feriis mensium vel vindemiarum, idque de consensu partium. At arbitrator quocunque tempore pronunciare potest.*

4 *In dubio arbiter debet pronunciare in loco compromissi: at arbitrator potest vbique.*

5 *Arbiter esse non potest, mulier, seruus, mutus furiosus, surdus, pupillus, minor XXV annis, abbas, prior vel præpositus regularis. Mulier tamen arbitratoris officio fungi potest: nec non abbas & monachus, vt quibusdam placet.*

6 *Laicus solus non potest esse arbiter in spiritualibus.*

7 *Iudex ordinarius arbiter esse non potest: arbitrator potest, at iure canonico potest & arbiter esse.*

8 *In re propria nemo arbiter esse potest: arbitrator potest.*

9 *Regulariter de omnibus causis ciuilibus compromitti potest. Non de criminalibus criminaliter tractatis, nec de causa matrimoniali, libertatis, monachationis, publica vel populari actione, de iure spirituali.*

10 *Vasallus non potest de re feudali compromittere in præiudicium domini: nec rector in præiudicium suæ ecclesiæ.*

11 *Statutum vt de omni lite compromittatur, non hoc operatur vt arbitri de casibus iure prohibitis pronuncient: sed simpliciter iudici consilium præbeant.*

12 *Nemo cogitur compromittere de re decisa per sententiam quæ transiit in rem iudicatam.*

13 *Finitur compromissum sententia lata, lapso temporis præfixi, morte vnius arbitri vel partis: nisi aliud actum sit.*

GLOSSA XXI.

PONi faciatis ipsum Ioannē in corporalem possessionem. 1 Hic vero teneo in dubium, id de quo frequenter fit disputatio, videlicet an sententia generalis, lata super compromisso generali, noceat in omnibus? Pro cuius plena doctrina sic distingue, prout notatur per Bart. in l. de rebus. D. de arbit. & per Glo. & Cyn. in l. sub prætextu. C. de transact. & l. 2. C. de iudic. Aut enim agitur à iudice vel arbitro seu à partibus, quòd sententia vel transactio præiudicet in omnibus, & tunc in omnibus præiudicabit, quia remittentibus actiones & iura sua &c. vt l. quæritur. §. si vendidor. D. de ædil. edic. & quia actus iudicis vel arbitri operatur secundùm eius intentum, sed non contra eius propositum. vt in lege si cùm argentum. in prin. D. de except. rei iudic. & l. non omnis. D. si cert. pet. Aut agitur quòd in vna re vel certis rebus tantùm præiudicet, & tunc in aliis non nocebit. argum. in l. item si vnus. §. in summa. D. de pactis.

& l. si

& l.si de certa.C.de transact.Aut dubitatur quid actum sit, & tunc subdistinguitur. aut petitio, prosecutio, & sententia seu transactio fuerunt generalia,& sic totus processus fuit generalis, & tunc præiudicat in omnibus.vt ita d.l.sub prætextu. Fallit in duobus casibus qui habentur & notantur in l.tres fratres.D.de pact. & l.de his.D. de transact. Aut petitio fuit generalis,prosecutio autem specialis,& sententia seu transactio generalis, & tunc inspicitur magis medium(scilicet prosecutio) quam eius extrema.& sic dicimus quòd in effectu non præiudicat, nisi in prosecutione.vt d.l 2. & ibi notatur per Cy.C.de iudic.Aut vtrumque est speciale, & tunc in cæteris non præiudicat.arg.d.§.in summa. Aut petitio est generalis, sed transactio vel sententia specialis : & tunc in ea specie tantùm,non in cæteris, præiudicat. vt C.de transac.l.age. Aut econtra petitio fuit specialis, & transactio seu sententia generalis : & tunc subdistingue. aut virtus & ratio recti sermonis non patitur extendi ad alias species, nisi a l petita tantùm,& tunc nõ præiudicat in aliis. vt d.l. si de certa.C. de transact. Aut ratio & virtus recti sermonis patitur ad omnia extendi,& tunc in omnibus præiudicat.alias autem seruanda esset propria verbi significatio. vt l. non aliter.D.de leg.3.

2 Ex † his decidi consueuit talis quæstio. ecce quòd tutor, vel curator, vel alius, in computatione suæ administrationis, calculauit solùm rationem super administratione salis, vel grani, seu vini, deinde apparet quod ei facta est per pubertem seu dominum quittatio seu liberatio generalis,an talis liberatio producatur ad omnia, an solùm ad istud capitulum vel negocium de quo reddita fuit ratio ? Quidam dicunt quòd debet restringi solùm ad illud capitulum. Cy. autem in d.l. sub prætextu, tenet contrarium per textum in l.emptor.§. Lucius. D. de pact.& ibi notatis.Non obstant quę superius dicta sunt,quia illa loquuntur in trãsactione,hic autem loquimur in pacto.Ratio differentię, quia transactio est de re dubia, ideóque ad profecta restringitur : pactum verò fit gratuitò. & de re certa vnde ad omnia refertur. de quo latiùs vide ✠ notatur in l. Aurelius.§. Caio. per Bart.D.de liber.leg.& in d.l.Lucius.& per gl.in c. cùm venerabilis. ext.de centib.

3 Amplius † quæri solet, an valeat arbitrorum sententia lata die feriata? Circa quod distingue. aut est lata per arbitrum tãtùm, aut per arbitratorem.Primo casu subdistinguitur. aut hoc est actum in compromisso (prout fit communiter in instrumentis)& tunc aut fertur sententia die feriata ob necessitatem hominum,vt tempore messium vel vindemiarum & valet.aut die feriata ob honorem Dei.& tunc non valet.vt l.si de mens.§. fi. & l.si feriatis. & l.diem proferre.§. si quis litigatorum. D.de arbit.Aut non fuit actum de hoc,& tunc non valet aliquo casu. quia arbitria ad instar iudiciorum sunt reducta.vt D.de arbitris.l. 1. Vbi autem lata fuit ab arbitratore, tunc valet quocunque tempore feriato(etiam si in Dei honorem)lata sit : cùm hæc sententia ab eo lata sit quædam transactio (vt superius dictum est) sicque omni tempore ferri potest.vt l.non minorem. C.de transact. & l. fi. C. de feriis. Et hoc

tenet Spec. in d. §. sequitur, circa fi. in verſ. forma autem compromiſſi. An ante cogatur pronunciare die feriata, tangitur in d. §. sequitur, circa fi. in verſ. forma compromiſſi.

4 Inde † quæritur quo loco ſit ferenda ſententia per arbitros? Dic quòd aut eſt actum de certo loco, & tunc in eo eſt ferenda. Vbi autem locus non eſt deſignatus, tunc ferenda eſt in loco in quo traditum eſt compromiſſum. vt habetur in l. ſi cùm dies. §. arbiter. D. de arbit. & ibi per Bart. Et intellige de loco largè, videlicet ciuitatis vel caſtri, non autem de loco ſtrictè ſumpto, puta domo vel porticu. vt notat Spec. in titu. de arbit. §. fin. verſ. de loco autem. Et prædicta procedunt in ſimplici arbitro. Secus autem eſſet in arbitratore. nam in dubio credo quòd in quocunque loco ſuam ſententiam ferre poſſit. arg. C. de feriis. l. fi. & l. non minorem. C. de tranſac. & ext. eo. ti. c. fin. & eorum quæ notat Spec. in d. ti. §. fi. verſ. in forma autem. Bonum eſt igitur in forma compromiſſi adiicere, quòd arbitri poſſint pronunciare in quocunque loco alio, vltra locum compromiſſi.

Poſtremò, pro pleniori declaratione materiæ, poteſt quæri quæ perſona poſſit eſſe arbiter vel arbitrator? Et quidem ſciendum eſt, quòd quilibet regulariter poteſt eſſe arbiter, niſi lege cõmuni vel municipali prohibeatur. 5 Prohibentur † autem mulier, ſeruus, mutus, furioſus, ſurdus, pupillus, minor annis xxv. vt traditur in l. cum lege. & l. Pedius. & l. ſed ſi ſernum cum ſimilibus ibi notatis. D. de arbit. & C. eo. ti. l. fi. & ext. eo. ti. c. dilecti. Poſſet tamen mulier arbitrari & amicabiliter componere. vt in d. c. dilecti, ſuper quo vide quod notat Spec. in d. tit. §. 1. Item prohibetur (ſecundũ aliquos) eſſe arbiter, abbas, prior, vel præpoſitus regularis, licèt tales poſſint eſſe arbitratores. arg. l. fi. C. de feriis. Alij autem dicunt q̃ nunquam eſſe poſſunt. vt plenè diſputat Spec. in d. §. ſequitur. verſ. ſed quæro diligenter. Et eodem modo dicunt quidam diſtinguendum in monacho ſimplici, vel fratre minore, & quocunque alio mendicante. vt ibi notatur, verſ. ſed quid in ſimplici. ſed in epiſcopo non eſt dubium, q̃ poteſt eſſe arbiter. vt l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſc. aud. & ext. de arbit. cum tempore. cum ſimilib. ibi notatis per Spec.

6 Prohibetur † etiam eſſe arbiter quilibet laicus, in cauſa ſpirituali, niſi habeat ſecum clericũ ſocium. vt in c. cùm contingit. & c. per tuas. ext. de arb. cum ſimilibus ibi notatis. Forſaſſe nec arbitrator: quia de iſtis ſpiritualibus laicus nullam debet habere communionem. vt ext. de iudic. in c. a.

7 Item † prohibetur ordinarius (ſecundùm iura ciuilia) eſſe arbiter, fortè ideo, quia ſuperfluum videtur & abſonum ipſum abuti ſua iuriſdictione. vt dicta lege ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis. Poteſt tamen eſſe arbitrator. vt in Authẽt. vt differen. iudic. §. ſi verò contigerit. & Cod. de iudic. l. apertiſſimi. cum Authentic. ibi poſita. Sed ſecundùm canones poteſt eſſe arbiter & arbitrator tam ordinarius. (vt ext. de arbit. c. cum tempore. & ext. de elec. c. cùm cauſam. & de iureiur. in c. veniens.) quàm delegatus. vt ext. de arbit. c. olim.

8 Prohibetur † etiam eſſe arbi-

ter

ter quilibet in re propria. D. de arbit. l. pen. cum similibus. Sed bene potest esse arbitrator, etiam super iniuria propria. vt c. quintauallis. de iureiur. facit l. in lege. in prin. D. de loca. & conduct.

9 Item † quæri potest de quibus & super quibus potest cõpromitti? Et dic quòd regulariter de omnibus ciuilibus causis. vt ext. de arbit. c. 1. De criminalibus autem non, si criminaliter agitur, nec de causa matrimoniali, nec de causa libertatis. vt ext. de transact. cap. fin. & de in integ. restitut. cap. 1. & l. non distinguemus. §. de liberali. & d. c. cum tempore. & d. l. non distinguemus. §. si per errorem. nedum tanquàm in arbitrum, sed (vt puto) nec tanquàm in arbitratorem. licèt aliqui contra: vt refert Specu. in §. restat videre. Sed nec de causa monachationis potest compromitti. nec de publica vel populari actione, nec de aliquo iure spirituali. vt ibi plenè notatur.

10 Vasallus † autem in sui tantùm præiudicium, & non domini, potest de re feudali facere compromissum. vt in c. 1. §. 1. de lege Corradi. Sed nec de rebus ecclesiæ potest fieri cõpromissum, quo ad perpetuum ecclesiæ præiudicium: sed ipsius rectoris tantùm sit. vt in c. 3. & c. per tuas. & c. cum tempore. ext. de arbit.

11 Sed † quid erit si statuto cautum caueatur, quòd de qualibet lite & quæstione partes cogantur se compromittere, an in prædictis specialibus casibus, & aliis à iure prohibitis, erunt partes cogendæ facere compromissum? Videtur quòd sic, quia statutum cùm sit generale, non debet restringi. vt l. constitutum. D. de testam. mil. & l. constitutionibus. D. ad munic. Imò debet sic intelligi, vt vltra ius commune aliquid operetur. vt l. si quando. D. de leg. 1. In contrarium determinat Bart. sub hac distinctione. Aut enim est lis vel quæstio de aliquo pertinente ad merum vel mixtum imperium, & tunc in dubio statutum non porrigitur ad hunc casum. aliàs secus. Vbi autem verba statuti essent adeò clara & certa, quòd talem casum comprehenderent, tunc teneretur partes facere compromissum: sed hoc casu arbitri non pronunciarent, sed solùm consulerent, per iudicem ordinarium sic esse pronunciandum. vt ipse notat in l. non distinguemus. §. quæsitum. & §. Iulianus. D. de arbit. Nec obstat quod in contrarium dicitur. nam verba statuti in dubio multum operantur, si ad solos casus permissos referantur, in quibus partes non cogebantur facere compromissum de iure communi. vt l. 3. §. tametsi. D. de arbit. quæ partes nũc p statutũ compelluntur.

12 Sed † nec post lata sententiam, quæ transiuit in rẽ iudicatam, compellitur quis facere compromissum, secundùm Bart. vt notaui circa formam executionis sententiæ.

13 Postea † quærendũ est qualiter finiatur cõpromissũ, & potestas arbitrorũ vel arbitramẽtorũ. Et qui dẽ finitur lata sententia, vt dictũ est. & probatur in l. quid tamẽ. & l. diẽ proferre. D. de arbit. Item per lapsum temporis appositi in compromisso. vt l. si cùm dies. & lege arbitrer ex compromisso. D. eo. titu. Item morte vnius arbitri, vel alterius partis. nisi sit dictum quòd ad hæredem transeat. vt dicta lege

non distinguemus. §. soluto. & l. diem.§.1. & l. sed si interpellatur in fi.& l.si compromissum.D.de arbit. & in c.præsentata.ext.de testib.etiã si sit prælatus qui compromiserit. nam eius morte compromissum solui tur. vt determinat idem Specu. in d.§.finitur.Item finitur si tẽpus non sit appositum in ipso compromisso, per lapsum triennij. vt plenè disputat idem Spec.in d.ti.§.differt. vers. item infra triennium.Finitur etiam aliis quibusdã modis de quibus tangitur in d.§.finitur. & l. non distinguemus.§. compromisso. & §. sacerdotio. cum similibus ibi notatis. D. de arbit.Ex quib⁹ patet quot & quãta obiici possunt contra sententiam & compromissum. Quæ latiùs prosequere,vt per eum notatur in d.tit. §.excipitur contra arbitrum,&c.

SVMMAE.

1 *In plerisque locis cauetur iure municipali, vt lites dirimantur per amicos arbitratores, quod in iudicum dispendium vergit.*

2 *Iurisprudentia magno sumptu & labore quæritur, nec tamen vbique fructuosa est.*

GLOSSA XXII.

QVæ omnia & singula. Ista clausula,cùm sequentibus, debet extendi prout traditur supra in primo libello. 1 Ad † vnum tamen attende, tu qui cupis leges addiscere, quòd in multis mũdi prouinciis, & in variis ciuitatib⁹, locis & terris, homines in eorum quæstionibus & discordiis recursum habent ad istos arbitratores, vel sponte vel legis necessitate. Sunt enim in dictis locis vel quinciis aliquãdo statuta,aliquãdo cõsuetudines quibus disponitur ℣ partes cogantur ad se cõpromittendũ in amicos cõmunes. Quo fit vt in talibus partibus malè & pessimè iit pro iudicibus. 2 Vnde † ars hæc periculosa est in fructu,quia nõ conuenit omni loco, prout conuenit medicina, quæ non tollitur nec minuitur per statuta. Et etiam ars ipsa, in ipsius quærenda peritia & doctrina, valde laboriosa est, difficilis atque sumptuosa:vita autem tua incerta,breuis,dubia, & infirma. Imò in hoc cogita, & inter alia elige facere illam artem,quæ operari possit cum minori pretio,& tui maiori libertate.

FORMA SVper *solutione pedagiorum.*

TITVLVS XXIX.

ORAM vobis domino Vicario Papiæ, dicit,narrat, significat, & proponit Iacobus de Ferrariis,agendo, & agere volendo,& hanc petitionem dirigendo, contra & aduersus Marcum de piscariis,& contra quancunque aliam personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

1 Quòd cùm ipse Iacobus veniret de Monteferrato ad ciuitatem Papiæ, & secũ deferret super eius equo

brachia

brachia sex panni Borsolini, pro eius vsu, volens de eo sibi fieri facere vnam pollandram, & intrasset in ipsam ciuitatem sine solutione alicuius pedagii dicti panni, ecce quod suprascriptus Marcus publicanus & Daciarius dicti pedagii, prædictum drappum, simul cum dicto equo super quo portabatur, eius propria authoritate accepit & arrestauit, contra voluntatem ipsius Iacobi: dicendo quòd equus cum panno prędicto ceciderat in commissum propter vectigal seu dacium non solutum.

II. Quod minimè fieri potuit nec debuit de iure, quoniã iuxta legitimas sanctiones, res quæ portantur seu deferuntur pro vsu proprio, non subiacent solutioni alicuius pedagii seu dacii.

III. Vnde indebitè ac iniustè præscriptus Marcus ipsum drappum cũ equo abstulit ipsi Iacobo, & ablatum detinet & occupat, & sæpius super ipsius drappi & equi restitutione admonitus & requisitus, ipsam facere indebitè recusauit.

IIII. Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit prænominatus Iacobus quatenus per vestram diffinitiuam sententiam, & omni alio iure, via, modo, & forma quibus melius fieri potest, condemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis, Marcum antedictum, ad restituendum & relaxandum, liberè & absque alicuius solutione pedagii, suprascriptum equũ & drappum, simul cum omnibus damnis & interesse & expẽsis, per eum factis & passis occasione prædicta, quæ ascendere possunt ad Florenos x. Et de faciendis & patiendis in futurum protestando: Deducendo in præsenti iudicio &c. Saluo iure addendi &c. non restringens se &c.

SVMMAR.

1 *Vectigalia reperta sunt ad sustinendam Rempublicam: licèt hodie applicentur ad eam euertendam.*

2 *Vectigalia ex statutis locorum formam accipiunt.*

GLOSSA I.

COram vobis. Iste tractatus vectigalium, quæ in vulgari dacia & pedagia nuncupantur, frequens est & quotidianus, quia vniuersus orbis est hodie submissus vectigalibus & tributis. Nam (vt inquit scriptura) exiuit edictum à Cęsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. 1 Fuerunt † autem inducta vectigalia ad sustentationem

Reipublicæ: licèt hodie, propter mala regimina reducta sint ad cōsumptionem Reipublicæ. 2 Super † quibus exigendis non seruatur eadem forma nec idem modus vbique locorum, sed quot sunt prouinciæ, ciuitates & loca, tot esse reperiuntur differentiæ in modo exigendi. Nec attēditur vt plurimùm ordo iuris communis, sed seruantur in hoc (sicut & in aliis casibus) capitula & statuta super his edita. vt in l. omnes populi. D. de iusti. & iure.

GLOSSA II.

Iacobus de Ferrariis. Iste fuit & est scriptor & cancellarius & affinis meus, qui anno præsenti currente M. CCCCXIII. mense octobris. agebat ætatem annorum triginta, dum simul mecū habitaret in Monteferrato, vbi tunc eram pro generali Vicario & consiliario Illustrissimi Theodori Marchionis Montisferrati, & habitabam in loco Pōtisturæ. & ego ipse tunc agebam ætatem annorum L.

SVMMA.

1 *Publicani (quos Daciarios vocant) quotidie de substantia, corpore & anima periclitantur, quia ars eorum exosa & noxia est.*

GLOSSA III.

Arcus de piscariis. Iste est bonus ciuis in ciuitate Papiæ, & semper vsus est ista arte, & plurimi alij ciues cum eo, qui aliquando reperti sunt esse consumpti. 1 Propter † quod sæpè dixi quòd Reipublicæ illius ciuitatis malè succellit, quando ciues cœperunt tempus suum occupare in illa arte Daciarum & pedagiorum, cùm longè melius foret quòd tempus occuparent in mercantiis & aliis honestis artibus. Nam ex hac maledicta arte multa generantur odia, & cumulantur inimicitiæ, & infinita committuntur peccata. Vnde tales sunt in cōtinuo periculo perdendi substantiam, corpus, & animam.

SVMMAE.

1 *Vectigal solui debet pro rebus quæ deferuntur negotiationis, nō proprij vsus causa.*

2 *An quis deferat res ad proprium vsum necne, stari debet eius iuramento.*

3 *Res ad vsum proprium spectare præsumuntur, quæ sunt pro cultu & quotidiano victu personæ & familiæ.*

4 *Solus princeps potest imponere & augere vectigalia.*

5 *Ius vectigalis acquiritur principis concessione, & antiqua consuetudine.*

GLOSSA IIII.

Panni borsolini pro eius vsu. Hic multum aduertendum est. Vnde pro declaratione materiæ quæritur, de quibus solui debeat vel non, dacium seu pedagiū? 1 Vnde † breuiter respondetur, quòd de omnibus rebus quæ causa negotiationis ducuntur. De quibus exprimitur & habetur per textum in l. interdum. §. species. D. de publicanis. De illis autem rebus, quæ pro vsu proprio deferuntur, non debet solui pedagium. vt habetur in l. vniuersi. C. de vectig. & com. & in lege censoria. in princ. D. de verb. sig. 2 Super † quo stari debet iuramēto deferentis. vt determinat glo. in clem. fi. ext. de censib. Attamē tenetur

tur ille qui defert huiusmodi res p̄ vsu suo proprio, consignare & notificare illas officiali super Dacio deputato. vt colligitur in l.fi publicanus.§.1.in fi.& l.interdū. §.quoties. in prin.& §.fi quis professus.in prin. D.de publica.

3 Et† nota, quòd illę dicūtur res pro vsu proprio, quæ sūt pro cultu, atque pro quotidiano victu ipsius personæ & familię suæ. vt in d. hin lege cęsoria. Sed licèt ita sit de cōmuni iure, tamē in multis partibus malè obseruatur, maximè in ciuitatibus Lombardię. Sunt etiam & alij casus de iure communi, quibus nō soluitur pedagium, quos enumerat gl.in d.l.fi publicanus.§.1.

4 Deinde† quæro quis possit imponere pedagia seu dacia? Dic q̄ solus Imperator, vel Papa in terris suis. alius autem inferior non. vt l. vectigalia. in prin. D.de publica. & l.1.& 2. C.Noua vectig.impon.non pos. imò nec pedagia antiqua & vsitata licet cuiquam augere vel ampliare. vt d.l.1.& 2. Sicque patet q̄ illi plurimi castellanotti, qui contra solitum & à suo capite augent eorum pedagia, peßimè faciunt, & contra ius. vnde non valet, nec ius aliquod eis acquiritur. quia quæ contra ius fiunt pro infectis habenda sunt. vt in l.non dubium.in fi.C. de leg. & in regula, Quæ contra ius.ext.de reg.iur.libro 6. & ibi per Dynum.

5 Sed † circa prædicta de alio quæritur, videlicet qualiter ius pedagij acquiratur? Dic breuiter q̄ duobus modis. Primò principis cōcessione. vt d.l.vectigalia. D.de publica. & l.1.& 3.C.noua vecti. imp. non pos. Secundò antiqua consuetudine cuius non extet principij memoria. vt in c.super quibusdam. in §. præterea. ext. de verb. sign. & l.fi publicanus. §.fi. D.de publica. & ibi notatis per Bar. Facit etiam l.fi.C.Noua vectig. vbi exequatur vterque casus. Et adde quod notatur in forma actionis cōfessoriæ quæ cōpetit pro seruitute.

SVMMAE.

1 *De iure communi vectigal seu pedagium solui debet in introitu duntaxat.*

2 *Vectigal prę eadem re, in eadem loco amplius quàm semel solui non debet.*

GLOSSA V.

Intrasset ipsam ciuitatem. Quæritur, an pro eadem re solui debeat gabella vel pedagium, ad introitū tantùm, vel ad exitum ciuitatis tantùm, vel ad vtrunque. 1 Super† qua quæstione diuersimodè secundùm diuersitatem regionum, obseruatur. Vnde in hoc est standū consuetudini. arg. in l.fi publicanus.§. fi.D. de publica. cum similibus ibi notatis. Vbi autem de consuetudine non apparetur, putarem de iure communi solùm solui debere ad introitum, quia de introitu iura videntur loqui. vt probatur in l. interdum.§.diui. D.de publica. 2 Nec† amplius quàm semel, pro eadem re, in eodem loco, erit aliquis soluere aggrauandus. quia sufficit quòd semel factū est. vt in l.in diē, cum ibi notatis. D.de aqua plu.arc. & l.1.§.prodest. Quorum leg. Facit l.fideicommisso.§.fi quis. D.de leg. 3.cum similibus.

SVMMA.

1 *Publicani dicuntur quasi publici ementes.*

GLOSSA VI.

Arcus Publicanus. Scire debes quòd iura ciuilia appellant publicanos quos vulgus appellat Daciarios. 1 Qui † ideo publicani sunt appellati, quasi canes publici, cùm eorum temeritas & audacia sit immensa. vt l. quantæ audaciæ in prin. D. de publica.

SVMMA.

1 *Publicanus de iure communi non habet manuum iniectionē in rem. secus de consuetudine.*

GLOSSA VII.

Eius propria auctoritate accepit. 1 Sed † nunquid liceat publicano manus iniicere propria auctoritate in rem commissam, seu pro qua Dacium non est solutum? Et certè quantum ad consuetudinem vbique locorum obtentā, dicendum est quòd sic. sed de iure communi dicendū esset quòd non. vt C. ne quis in sua causa ius sibi dicat. per totum titulum. & l. qui iurisdictionem. D. de iurisd. omn. iud. quia iste casus non reperitur inter exceptos à regula. Nisi fortè quis diceret ea ratione posse sustineri, vt etiam de iure communi hoc fieri liceret, quia rei quæ cadit in commissum, ipso iure, absque alia dispucatione, perditur dominium statim, & transfertur in fiscum, vel habentem causam à fisco. quod est notandum. ergo, &c. vt traditur & habetur in d. l. commissa. D. de vecti. & commis. & notatur per glo. in d. l. si publicanus.

SVMMAE.

1 *Pœna non soluentis vectigal est amissio rei.*

2 *Deferens res vectigales, villas profiteri non tenetur publicanis.*

3 *Ignorantia iuris municipalis excusat à commisso. at non iuris communis.*

4 *Ignorantia facti excusat, nisi sit crassa.*

5 *Pœna commissi transit in heredes iure communi.*

6 *Pupillus purgare potest moram & delictum intra triginta dies.*

7 *Res immunes mixtæ vectigalibus non cadunt in commissum.*

8 *Vehiculum mercis cōmissæ non cadit in commissum, nisi dominus vehiculi sit in culpa.*

9 *Actio pro vectigali consequendo finitur quinquennio.*

10 *Naufragio publicani actio extinguitur, etsi alio mercas propellantur.*

11 *Ius immunitatis non transit in emptorem.*

12 *Exigens nouum vectigal magnum impositum, tenetur crimine falsi. at exigens vltra consuetudinem, punitur arbitrio iudicis.*

13 *Vector asserens numerum quantitatem, mensuram, vel pondus, vectigal fraudare videtur.*

GLOSSA VIII.

Ceciderunt in commissum. 1 Quæritur † quæ sit pœna non soluētis Dacium vel vectigal? Dic breuiter quòd de iure & consuetudine est pœna amissionis & confiscationis ipsius rei. vt in d. l. si publicanus. §. fi. in fi. & d. l. in lege cōforia. & ad hoc facit l. vniuersi. C. de vectig. cum similibus.

2 Quæro † vlteriùs an deferens res debeat expectare quòd officialis pedagij ipsum interroget, an habeat res de quibus soluere debet pedagium? Dic quòd non. immò ipse deferens

deferens debet se offerre, & profiteri officiali, quòd tales res defert, vt est textus in l. interdum. §. diui. D. de publicanis. non ergo excusat deferentem, si dicat quòd non fuit denunciatum per officialem. Et hoc habet locum siue deferat res pro vsu proprio, siue pro alieno, vt supra dixi. quanquam vbi sunt res, pro quibus non solet dacium seu vectigal exsolui, consuetudo in pluribus ciuitatibus & locis admittat, non astringi quenquam quod debeat officiali consignare.

3 Quid † si iste Iacobus dicat se ignorasse, an soluere deberet pro eius drappo pedagium, an excusabitur? Dic breuiter quòd sic, in casu isto quo totus erat de iure communi, quo iure inspecto ipse non tenebatur soluere de re portata pro vsu suo, vt supra dictum est. Secus autem si deprehensus esset rem, quæ secùndùm ius commune erat obnoxia solutioni dicti. quia tunc ignorantia non excusaret. cuius ratio est, quia qui indo non soluit pro re, quæ secundùm ius commune soluere debet, est in lata culpa. vt l. latæ culpæ. D. de verb. sig. & sic debet intelligi l. interdum. §. licet quis. D. de publica. In alio autem casu, quando est res exempta à solutione vectigalis de iure communi, sed est subiecta ex forma legis municipalis, tunc excusatur: quia tolerabilis est ignorantia talis iuris. vt in c. t. ext. de consti. lib. vi. 4 Excusatur † ergo ignorantia facti, dummodo non sit supina nec crassa. vt notatur in d. §. licet & in d. l. interdum. §. diui fratres. & §. serui. In ignorantia autem iuris distinguitur, an sit iuris communis vel municipalis, vt supra.

5 Sed † nunquid hæc pœna trãseat in hæredes fraudantis pedagium? Dic quòd sic. vt habetur in l. fraudanti. & l. commissa & l. cotem ferro. §. illicitarum. D. de publica. Licèt de consuetudine apud plurimas ciuitates, ita demum teneatur defraudator, si deprehendatur in crimine. 6 Pupillus † tamen ab hac pœna excusatur, si infra xxx dies se à mora & delicto purgauerit, soluendo pedagium. vt traditur in l. imperatores. in fi. D. de publica.

7 Rursum † quæritur, quid si cum rebus licitis (pro quibus solui non debet pedagium ducantur illicitæ, an non soluendo Dacia publicari debeãt omnia: videtur quòd sic. per l. cotem ferro. §. diuus. D. de publica. In contrarium determinat Bar. in d. §. diuus. per l. si publicanus. § 1. ibi vt aliquid ampli. D. de publi. Nec obstat prædictus §. diuus. quia ibi illa talis publicatio rerum, de qua ibi loquitur, non fit in consequentiam fraudati vectigalis, sed alterius criminis aliunde commissi per ipsum deferentem, prout etiam intelligit Cy. in l. cùm proponas C. de naut. fen.

8 Et † ex hoc potes colligere decisionem illius quæstionis persæpe occurrentis. Ecce quòd aliquis super equo alicuius, aut naui vel curru, ducit aliquid, sine solutione debita pedagii, propter quod res ducta simul cum equo, naui vel curru, debet cadere in commissum, iuxta formam consuetudinis vel statuti, quibus disponitur quòd omnia confiscantur: quæritur an equus alienus vel nauis aliena, super quibus res ipsa est ducta, debeat confiscari? Et videtur quòd non. quia statutum & consuetudo debet in

dubio intelligi, de equo proprio ducentis: cùm non conueniat rationi, rem alienam ex culpa aliena debere confiscari. arg. in l. quia non debet. D. de iureiuran. & in regula. Nō debet. ext. de reg. iur. lib. vi. cū similibus ibi notatis per Dy. Tu autem distingue, secundùm Barto. & alios, vt per eum notatur in d.l. cotem ferro. §. diuus. D. de publica. Aut ille qui equum vel nauim commodauit, sciebat quòd super eis rem ipsam ducturus erat, vt quia ad hunc vsum commodauerat, & tunc confiscabitur. & imputet sibi, si non prouidit quod euenire poterat. Aut non commodauit ad talem vsum, & erat ignorans huius ductionis: & tunc non confiscabitur, vt in dicto §. diuus. qui sic est intelligendus. Vidi tamen in practica indistinctè confiscari equum, & dominus eius habuit inde regressum ad emendam contra illum qui recepit.

9 Amplius quæritur, quanto tempore durabit huiusmodi actio pro vectigali consequendo? Dic breuiter quòd solū durat quinquennio, & non vltra. vt est textus notabilis in l. 2. C. de vectig. & commiss. Et per hoc patet quòd siue dicatur hanc actionem esse personalem, siue realem, exorbitat à regula aliarū actionum, quę vel xxx. vel xl annis durare solent. vt in l. omnes. & l. sicut. C. de præscrip. xxx. anno. Exorbitat etiam à regula fiscalium actionum, quæ regulariter durare solent spacio xx annorum tantùm. vt lege in omnibus & ibi notatis. D. de diuers. & tempor. præscrip.

Ir fic est vnus casus, quo excluditur fiscus & publicanus ab actione pedagii. 10 Alius† est etiam casus, videlicet si nauis, super qua res prohibitæ ducebantur, cum ipsis rebus perierit. vt in d.l. 2. Tertius casus est, in quo ducens excusatur, & publicanus excluditur ab exactione vectigalis, videlicet si impellente necessitate, ducens cum rebus ipsis coactus fuit trāsitum facere per locum, ad quem ire non destinauerat. vt faciunt sæpe naues maritimę. & aliquando hostium impulsione. vt habetur in l. Cęsar. & l. ii. §. si propter necessitatem. D. de publica. quod sequitur Archi. in d. c. quanquam ext. de sent. excom. libro sexto.

11 Quid† autem dicendum, in eo qui habet immunitatem, ne de suis rebus teneatur soluere pedagiū vel vectigal, an talis immunitas transibit in emptorem ipsarum rerum? Dic quòd non, secūdum Dy. & Bar. vt per eum notatur in l. licitatio. §. fi. D. de publica pro hoc facit, quia mutatione personæ mutatur conditio ipsius rei. vt l. per procuratorem. in fi. D. de acquirend. hære. & ibi per Dy. & Bar. Facit l. fi. in fi. C. de offi. testa. Et per hoc determinatur, quòd illi qui emunt fructus à clericis, teneantur per eis soluere pedagium, licèt clerici ab ipsa solutione sint exempti. vt notatur per Archi. in d. cap. quanquam.

12 Nunc† autem reuoco in dubium, quid econtra ad præcedentia, videlicet qua pœna teneatur qui exigit vectigal indebitè? Dic quòd aut quis exigit nouum vectigal, nūquam hactenus impositum. & nunc punitur pœna legis Corneliæ de vi publica, vt l. fi. C. ad leg. Iul. de vi pub. Aut exigit amplius quàm

quàm consuetum fuerat exigi ab antiquo verbi gratia, consueuerat antiquitus exigere pro balla drappi vnus Florenus, & nunc exigit vnus cum dimidio. & tunc aliquando punitur in duplum, aliquando in quadruplum, aliquando etiam extraordinariè corporaliter, prout iudici videbitur deliquentis, circunstantiis ponderatis. vt hęc probantur in l. 2. in prin. & §. 1. & l. licitatio §. quod illicitè. D. de publica. Et non solùm ipse principalis publicanus de his tenetur, sed etiam eius familia, si in hoc deliquerit. vt dictis legibus & in l. quantæ audaciæ. in prin. & in §. 1. D. de publica. cum similibus. 13 Vltimò † quæro, si pro rebus super quibus tam de iure communi quàm de consuetudine solui debet vectigal, oriatur quæstio inter publicanum & deferentem, circa ipsarum summam vel quantitatem, siue in pondere vel mensura, & tandem ille deferens deceptat publicanum in pondere vel in summa, dicendo solo verbo quãtitatem minorem quàm sit, an ex hoc solo, antequã res duxerit extra locum, dicatur fraudasse pedagium? Et videtur quòd sic. nam si ex toto dixerit se nihil habere de quo solui debeat Datiũ, dicitur fraudasse pedagium, vt dictum est. Eodem modo & si dixerit se minus habere quàm habeat, dicetur fraudasse pedagium, & res cadit in commissum. vt sit eadem ratio & iuris dispositio de toto ad partẽ. vt l. quę de tota. D. de rei vẽdi. cũ similibus ibi notatis. Sit ergo sapiẽs ille qui defert, vt dicat publicano, si ab eo interrogetur de quãtitate, põdere, vel mẽsura rerũ. Fateor credo quòd res omnes sũt tãti põderis vel tãtæ quantitatis, sed quia possẽ errare, facias illas ponderari vel mensurari, quia protestor q̃ nõ intendo in aliquo Datium fraudare &c.

FORMA IN Actione confessoria pro seruitutibus.

TITVLVS XXX.

CORAM vobis, &c. Agit & in iure proponit Andreas de Ferrariis, de loco Satiranæ, districtus Papię, contra & aduersus Richardum de canibus, de eodem loco, & quamcunque aliam personam pro ipso Richardo & eius nomine legitimè comparentem.

I Dicens, & proponens idem Andreas quòd iam longissimo tempore retroacto habuit, tenuit & possedit, & hodie tenet & possidet, pro suo & tanquam suam, domũ vnam positam & iacentem in dicto loco, cui cohæret ab vna parte &c. & ad ipsum Andream pleno iure spectãtem & pertinentem.

II. Cui quidẽ domui fuit & est debita, & hodie debetur, à domo ibi cõtigua præfati Richardi seruitus tigni

immittẽdi, ſtillicidii recipiẽdi à domo ipſius Andreę, in domum & per domum ipſius Richardi.

III. Rurſúmque dicit & proponit idẽ Andreas, quòd iam longiſſimo tempore tenuit & poſſedit, & hodie tenet & poſſidet, quoddã molendinum, in villa dicti loci, ſituatum in & ſuper fundo & terreno proprio dicti Andreæ, cui cohæret &c.

IIII. Et ad quod molendinum ipſe Andreas lõgo tempore elapſo duxit quandam rugiam aquæ per quandam petiam prati dicti Richardi poſitam & iacentem ſuper territorio dicti loci, cui cohęret &c. ſciente & patiente dicto Richardo & prædeceſſoribus eius.

V. Per quam petiam prati debetur, & debita fuit & eſt ſeruitus aquæ ductus, ipſi molendino & ad ipſum molẽdinum, ex cauſis legitimis.

VI. Amplius dicit & proponit præfat' Andreas quòd ex cauſis legitimis, & maximè ex conceſſionibus & priuilegiis Imperialibus, habuit & habet & habere conſueuit, plenam & omnimodam iuriſdictionem in dicto loco Satiranæ, & in ipſius iuriſdictionis ac prædictarum ſeruitutũ poſſeſſione & quaſi, fuit & ſtetit ipſe Andreas, tã per ſe quàm per prædeceſſores, ſpacio x, xx, xxx, xl, & cannorum, & pluribus, ſic quod in contrarium memoria initii eius aliqualiter nõ exiſtit, ſciente & patiente dicto Richardo & eius anteceſſoribus.

VII. Denique dicit & proponit præfatus Andreas, q̃ ſupraſcriptus Richardus ipſũ Andream à certo tempore citra, maximè ab anno proximè præterito & præſenti, & per totum ipſum tempus, turbauit, inquietauit, & moleſtauit, ac turbat, inquietat, & moleſtat eundem Andream, in dicta ſua poſſeſſione iuriſdictionis, & ſeruitutũ, & iurium prædictorũ, indebitè & iniuſtè, non patiẽdo nec ſubſtinendo ipſum Andreã, vti & frui, modo debito, prædictis ſeruitutibus, iuriſdictione, & iuribus, ad ipſum Andream pleno iure ſpectantibus & pertinentibus, ac ſpectare & pertinere ſolitis & conſuetis. Quare, cùm prædicta vera ſint, petit & requirit præfatus Andreas, quatenus per veſtram diffinitiuam ſentẽtiam, & omni alio iure, via,

modo,& forma, quibus melius poteritis, pronuncietis & declaretis, seruitutem dicti aquæductus,seu rugię ducendæ ad ipsum molendinū, necnon & seruitutem dicti tigni immittēdi,& stillicidii recipiēdi, iurisdictionē quæ in dicto loco Satiranæ spectasse ac pertinuisse, ac spectare ac pertinere debere;& debita esse, prędicto molendino ac domui. & etiam(singula singulis congruè referēdo) licuisse ac licere dicto Andreæ, ex sua domo in domum dicti Richardi immittere tigna & stillicidia quęcunque, & exercere omnimodam iurisdictionem in dicta terra Satiranæ, inter homines in ea habitantes,liberè & absque contradictione alicuius personæ. Insuper & condemnetis per eandē sententiam, & condemnatum iuris remediis compellatis præfatum Richardum,ad nō turbandum nec molestandū, de præsenti & in futurum, dictum Andream,in iure,facultate, possessione vel quasi,ac exercitio prædictorum iurium suorum, iurisdictionis & seruitutum, & ad præstādum eidem Andreę super huiusmodi debitā cautionē: & amplius in omnibus eius damnis & expensis, tam de præteritis quàm præsentibus & futuris,passis factis, & fiēdis ac patiendis in futurum, de quibus liquidabitur in processu, & veritas apparebit. Et prædicta petit fieri &c. Deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. Saluo iure addendi &c. Non astringens se &c.

SVMMAR.

1 *Confessoria est realis.*
2 *Confessoria competit etiam pro vsufructu,& pro iure vectigali.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Hic attende plures causas ad diuersa competētes in præsenti libello cumulatas. quod de iure fieri potest, vt notatur per Cy.in regula. Nullus pluribus. de reg.iur. lib.vi. & ego scripsi supra in primo libello,in Gloss.super verbo saluo iure addendi &c. & ratio est in præsenti casu, quia huiusmodi cumulationis nulla est regula impeditiua, maximè quia sententia lata in vna causa nō facit prędiudicium in alia. dic vt ibi notatur.

1 Rursum† est sciendum,quòd vt euidenter liqueat forma & tenor præsentis libelli, in eo deducitur actio confessoria, quæ realis est & rē insequitur. vt traditur & habetur Instit. de acti. §. æquè si agit.& ibi notatis.per Glo.& Dy.& Ia. Butr.Et de tali actione & eius natura etiam plenè tangitur per Cyn. & alios, in l. 2. C. de seruit. de qua mentio habetur in l. 2. in principio & le-

lege loci corpus. §. in confessoria, & §. competit. D. si seruitus ven. & notat Bart. in l. si prius. D. de oper. no. nun. & Innoc. in c. abbate sancti Siluani. ext. de verbo. sign. & c. inter quatuor. ext. de maio. & obe. & in c. conquerente. ext. de offi. ordi.

2 Competit † etiam hæc actio pro vsufructu, & pro iure vectigali consequē lo. vt in l. vti frui. in prin. D. si vsusfruct. pet. & l. 2. D. si serui. vendic. & notat Bart. in l. si publicanus. §. in vectigali. lib. D. de publica. & per Innocen. in c. certificari. extra de sepultu. & in c. cùm venerabilis. ext. de relig. dom. cum seq. Et quare appelletur confessoria notatur per Glo. in d. l. 2. in princ. D. si serui. ven. Vel die quòd sic placuit legislatori, nec de hoc est disputādum, sed pertinacibus relinquendum. vt C. de constit. pecu. l. 2.

SVMMA.

1 *Omne ædificium est prædium vrbanum. Terra, vinea, pratum, sunt rustica prædia.*

GLOSSA II.

DOmum vnam. 1 Tu † inuenis debes scire, quòd in iure ciuili omne ædificium vbique situatum, siue in ciuitate siue in rure, appellatur prædiū vrbanum. Terra autem, vinea, pratum, & similia, vbique situata, appellantur prædium rusticum, quia prędium rusticum ab vrbano non loco, sed qualitate discernitur. vt inquit legislator in lege vrbana prędia. D. de verb. sign. & l. 2. in prin. D. cōmunia prædio. & Insti. de serui. § prædiorum &c.

SVMMAE.

1 *Hæc verba pleno iure, denotant plenitudinem dominii vel iuris.*

2 *Confessoria non competit, nisi domino fundi dominantis in dominum seruientis.*

3 *Rei alienæ seruitus per alium non acquiritur.*

4 *Si appareat agētem confessoria possidere fundum dominantem, & reum fundum seruientem, non cogetur actor probare de dominio. Secus si nō appareat eos possidere.*

5 *Possessor seruitutis vti potest seruitute, nisi ab aduersario turbetur.*

6 *Possessor seruitutis habet probationem indiciae.*

7 *Aduersarium possidentis seruitutem iurat prior de calumnia.*

8 *Possessor rei corporalis præsumitur dominus: at non possessor iuris. Nisi sit possessor seruitutis personalis.*

9 *Possessor iuris seruitutis vel inuasitionis turbatus extra iudicium, potest de facto resistere.*

10 *In confessoria reus cauere debet possessori, per se non fieri quominus vtatur, fruatur lite pendente.*

11 *In confessoria possessor absoluitur aduersario non probante contrarium suum.*

GLOSSA III.

PLeno iure spectantem. 1 Hæc † verba, pleno iure, denotant plenitudinem dominii, vel illius iuris quod in libello deducitur. vt notatur per Innocen. in cap. cum inter. ext. de re iudi. ad quod facit l. Titia. D. de annu. leg. & l. Titia. D. de vsufruc. leg. & l. pater. D. de serui. leg. & in c. querelam. ext. de electio. In proposito autem intelligenda & referenda sunt ad ius dominii directi vel vtilis. 2 nam † confessoria non datur, niti illi qui dominus est prædii dominantis. nec seruitus constituitur nec debetur, nisi ab eo qui est dominus prædii seruientis. vt tradi-

traditur & habetur in l.1.in l.fi.in l. fi cũ domino.& l.proprium. & lege fi quis duas.in princ. D. communi. prædio. 3 Rei† nempe alienæ seruitus per alium non acquiritur. vt d.l. fi cùm duas. & l.fi quis duas. imò non acquiritur rei communi. vt dd.proprium. facit l. vnus ex sociis. in princip. D. de seruitu. rusti. prædio.

4 Vt† autem hoc pleniùs intelligatur reuoco in dubium, an agens confessoria, pro iure seruitutis rusticæ vel vrbanæ, teneatur se dominum probare prædii dominãtis, & eius aduersarium esse dominum prædii seruientis? In qua quæstione Glo. videtur sentire in l. ficuti.§. fi quæratur. D. si serui. ven. quòd aut ille qui agit confessoria est in possessione ipsius seruitutis, & tunc non tenetur probare de suo dominio, nec alterius: & in hoc vertitur vna commoditas possidendi. vt in §. commodum Instit. de interdic. Aut non est in possessione seruitutis, & tunc tenetur de dominio probare. vt hæc probantur in l. 2.§. hæc autem in rem actio. D. si serui. ven. Quam opinionem videtur tenere Ioan. in d.c. abbate. de verb. sign. sed Bart. in d.l. si prius. D. de no. op. nunc aliter voluit sentire, dicens quòd de dominio vtriusque est probandum, saltem præsumptiuè: hoc modo, nam probabitur quòd ipse actor possidet fundum dominantem, & eius aduersarius fundum seruientẽ. qua possessione probata, erit per consequentiam probatum præsumptiuè de dominio vtriusque. nam cùm isto casu de dominio quæratur quasi incidenter, & principaliter de alio, scilicet de iure seruitutis, sequitur quòd poterit præsumptiuè de dominio probari ex sola possessione iusta. vt notatur per eundem Bar. in Glo. in l. quidam in fuo. D. de condit. insti. & per Cy. in l. 2. in 4. q. C. quæ sit lon. consuet. & in l. 2. C. de proba. & ita credo quod Innocen. & Gloss. etiam intellexit. Vides ergo concludiuè & præmissis primam cõmoditatem quæ insurgit ex possessione.

5 Secunda† commoditas est (vt traditur per Glo. in l. 1.§. hoc interdicto. D. de itin. actúque priua. & in d.§. si quæratur) quòd possessor seruitutis non habet necesse probare, seu prouocare aduersarium ad iudicium, sed simpliciter vti debet sua possessione. quod verum intelligo, nisi per eum turbetur, vt in casu illo de quo infra dicam.

6 Tertia† insurgit commoditas, quia possessor, si conueniatur ab aduersario, habet prolixores inducias, vt l. fi. D. de fer.

7 Quarta† est vtilitas quia aduersarius prius iurabit de calumnia quàm possessor, vt l. 2. in princ. C. de iura. calum.

Quinta subinfertur vtilitas, quia (secundum Placẽtinũ) præsumitur in dubio quòd ipsi possessori competat ipsum ius seruitutis, nisi eius aduersarius probet nullum ius seruitutis ei competere. Quæ quidem negatiua poterit probari per vicinos circunstantes, qui deponant se nunquam vidisse ipsum Andream actorẽ vti tali seruitute. & quòd nõ potuisset ea vti quin ipsi testes vidissent. Aduerte quia ista opinio P. accentini est ab omnibus reprobata. nam pro possessore non præsumitur, quòd ei seruitus debeatur, nisi aliunde probet seruitutem sibi seu prædio suo quæsitam, modis legit.

mis de quibus dicetur infra, vt clarè dicitur per textum in l. si quis diuturno. ibi, vt ostendat &c. & in d.§.si quæratur. & l.2.in princ. & in fi.D.si ſerui. vendi. 8 Et† ex hoc colligitur vna differentia inter poſſeſſorem rerum corporalium,& poſſeſſorem rerum incorporaliũ. nam pro eo qui poſſidet rem corporalẽ præſumitur de eius dominio,vt ſupra dictum eſt. ſed in eo qui poſſidet ius incorporale, vt eſt ſeruitus, non eſt præſumptio aliqua quòd ſeruitus ſit conſtituta. Ratio huius eſt manifeſta, ſecundùm doct. quoniam quælibet res corporalis à natura ſui præſumitur eſſe libera. vt in l.altius. C.de ſerui. & l.cum eod. D. de ſerui.verba.prędi. ideo neceſſe eſt contra hanc iuris præſumptionem inducere contrariam probationem arg. in ſimili in l. ſuper ſeruis.C. qui mil. non poſſ. lib.x.quæ ratio ceſſat in poſſeſſione rerum corporalium,quæ natura ſui ſubiacent poſſeſſioni hominis. iuxta illud, quicquid caleauerit pes tuus tuum erit. & quod ſcribitur in l. ex hoc iure.D.de iuſti.& iure. Et hanc ſententiam ſequitur Glo. & doc. in d.§.ſi quæratur.& in l.1.§. hoc autẽ. D. de itin.actúque priua.& Butr.in l. naturaliter.in §. nihil commune.D. de acquir. poſſ. & in d. l. ſi prius.de no.ope.nun.& l.2. & l.cùm res.C.de proba.Sed diceret aliquis, nonne ex poſſeſſione ſeruitutis in ſeruo præſumitur quis eſſe ſeruus.niſi probet ſe liberum? vt l. circa. D. de proba. & l.liberis in fi.de libe.cau. cum ſimilibus. cur ergo non ſic in poſſeſſione ſeruitutis aliarum rerum? Solutio, dicunt doct. quòd ratio differentiæ eſt, quia perſona poteſt naſci ſerua, & per conſequens quis de natura poteſt produci ſerua. vt Inſtit.de iure perſo. §.1. & l. manumiſſiones. D.de iuſti.& iure.Sed res à natura producuntur liberæ. vt in d.l.altius.& d.l.cum eo.ideo in primo caſu præſumitur talis eſſe,qualis poſſeſſio eius demonſtrat, quia ſic naſci potuit, & ſic eum natum verisimile eſt, poſtquam de contrario non apparuit.ſed in ſecundo caſu natura poſſeſſioni repugnat, ideo ex ſola poſſeſſione non arguitur ea rem talem eſſe: imò hoc eſt probare neceſſe. Nec prędictis habet obſtare l.ſeruitutes. §.ſi. D. de ſeruitu. verb.prædio.quia (ſecũdùm Dy.) ibi certum erat de ſeruitute iam impoſita: prædicta verò loquuntur in caſu dubio. Sed hic poſſet quæri quæ eſt ratio rationis, quare magis ſic eſſe præſumatur in perſonis quàm in aliis rebus? Reſpondeo (quia Dy. non declarat) quòd ratio poteſt eſſe,quia perſona,in qua ſeruitutem præſumimus, habuit poteſtatem reclamandi & contradicendi.vt C.quibus ad lib.procla.non licet. l. 1. cum ſeq. ideóque eius taciturnitas operatur conſenſum. arg. eorum quæ notantur per Gloſſ. in lege Labeo. D. de aqua plu. arcen. Sicque ſequitur ex tali profeſſione ſeruitutis præſumi ipſam ſeruitutem ſubeſſe. quæ ratio ceſſat in cæteris rebus inanimatis. in quibus cùm ceſſet talis voluntas & poteſtas, ceſſare debet præſumptio antedicta.

9 Certa† vertitur vtilitas poſſidendi, quia ſi poſſeſſor turbetur in iure ſeruitutis extra iudicium, poteſt de facto reſiſtere. quod eſt valde notabile, pro conſeruatione iuriſdictionum temporalium & eccleſiaſticarum, in quibus

bus eriam procedit illa vulgaris regula Vim vi repellere licet. vt dicit Barto. in d.l.1.D.de itine.actúque priua.

10 Septima † subinfertur vtilitas, quia reus, contra quem agitur confessoria, compellendus est præstare idoneam cautionem, de non impediendo possessorem vti frui ipsa seruitute vel iurisdictione, lite pendente vsque ad sententiam. vt habetur in l. pen. D. de aqua quot. & æsti.

11 Octaua † & vltima est vtilitas possessoris, quia eius aduersário non probante, fundata actoris intentione absolnêdus est. vt in l. vti frui. §.1.D.si vsuf. petatur &c.

SVMMA.

1 *Seruitutes vrbanæ & rusticæ debentur prædio à prædio.*

GLOSSA IIII.

Vt quidem domui fuit & est debita. Videa quòd verba seruitutis sunt referenda ad rem, non autem ad personam cuius est res.

1 Quia talis seruitus debetur à prædio prædio, non autem à prædio personæ. vt l.1.in fi.& l.cum fundus. D. commu. præd. ideóque sententia prædio fertur. vt inquit textus. in l. qui aliena. in fi. D. de nego. gest. &c.

SVMMAE.

1 *Seruitutes omnes constituí possunt tam inter vrbes quàm in vltima voluntate.*

2 *Seruitus tigni immittendi præsumitur tacitè constituta inter ædes contiguas.*

4 *In seruitute habente causam discontinuam, nisi probetur seruitus, libertas præsumitur.*

5 *Seruitus acquiritur præscriptione.*

5 *Variæ esse seruitutum species.*

6 *Differentia inter seruitutem luminum & prospectus.*

7 *Seruitus altius tollendi quid sit*

8 *Habens seruitutem ea vti debet ciuiliter, nihil innouando.*

9 *Via publica, vel alius locus publicus, inter duo prædia vrbana, impedit constitui posse seruitutem tigni immittendi. at non seruitutem itineris vel viæ inter duo rustica prædia.*

GLOSSA V.

Seruitus tigni immittendi &c. Istę sunt duæ seruitutes vrbanæ, de quibus memoria habetur in l. qui binas ædes. & l. sed & si inter me. & l. hæc autem iura. in fi. D. de seruitu. vrb. prędi. De stillicidio autem loquitur specialiter l. si stillicidij. D. quémad. seru. amit. & in l. si seruitutes. §. sublatũ. & §. seruitus. & l. si domus. D. de seruit. vrb. prędi.

1 Quæ † quidem seruitutes, & cęteræ tam rusticæ quàm vrbanæ, constituũtur tam inter vinos quàm vltima voluntate. vt Instit. de seruit. §. pen. & fi. & l. via cum ibi notatis. D. de seruit. leg. per totum. 2 Verumtamé † si quis habeat duas ędes, habentes tigna ab vna in aliam posita, vel ab vtráque bincinde, & vnã ex eis vel ambas alienet, præsumitur tacitè seruitus imposita tigna immittendi ab vna in aliam. vt est text' notatis in l.1.D. de ser. leg. ibi, *seruitutem impositã videri* &c. l. si quis duas ędes. C. eodem tit. & habetur in l. binas quis ędes. D. de seruit. vrb. præd. & hoc ideo, quia est seruitus quæ habet causam continuam & permanentem. 3 Secus in aliis quę habent causam discontinuam, (vt

notatur per Barto. in d.l.1.) in quibus regulariter non præsumitur seruitus, sed libertas. vt lege altius. Cod. de seruit. & l. cum eo. D.de seruit.vrb.pręd.

4 Acquiritur † etiam huiusmodi seruitus legitima præscriptione, vt infra dicetur, & habetur in l. si quis diuturno. D. si seruit. vendit.

5 Deinde † sciendum est pro pleniore doctrina seruitutũ, de quibus in iure scriptum est, quòd quædam sunt seruitutes quæ debent à re rei, de quibus hic fit sermo, & traditur per totum titulum D. de seruit. cum aliis titulis sequentibus & C. de seruitu. per totum. quæ seruitutes reales dicuntur, quia rebus ipsis adhærent, & cum rebus transeunt, vt præfixi. Et earum genera sunt duo: nam aliæ sunt vrbanæ, de quibus loquitur specialis titulus D. de seruit. v.b. pręd. aliæ sunt rusticæ, de quibus loquitur specialiter titulus D. de seruit. rust. præd. Quæ genera seruitutum plures in se species continent, de quibus duæ hic ponuntur: & extenũ ibi ponuntur in dictis titulis & Instit. de seruit. vrb. pręd. & de seruit. rusti. pręd. Aliæ etiam sunt species vrbanæ seruitutis, vltra has duas quæ inferius exprimentur. Quædam autem sunt seruitutes quæ debentur à re personæ, vt est vsusfructus & habitatio, de quibus loquitur D. & Cod. de vsufruct. & D.de vsufruc. & habit. per totum. & Instit. eo. titu. Quædam sunt seruitutes quæ debentur à persona personæ, vt est seruitus hominis, de qua loquitur Instit. de iure personũ.§.1.& D.de oper.seruo. & de fundi. ser. per totum cum similibus. Quædam sunt seruitutes (licèt impropriè) quæ debentur à personaipsi rei de quibus loquitur l. Titio centum.§. Titio. D.de condit.& demon.& l. Męuia. D. de manu. testa. quæ omnia notãtur per Gl. in l.1. D. de seruit.& Instit.de seruit.in prin.

Redeo ad seruitutes vrbanas reales, quarum aliæ sunt diuersæ speciei.nam quædam est seruitus luminum, id est ne luminibus officiatur: alia est seruitus prospectus, quasi similis (sed non per omnia) præcedentibus, vt sequitur. 6 Nam ille qui habet seruitutem luminum, debet recipere claritudinem cœli ex area vicini per fenestram parietis proprij vel communis. vt l. luminum. & l. qui luminibus. D.de seruit.vrb.pręd.adeò quòd non licet vicino parietem vel domum altius extollere, nec arborem plantare, nec aliud facere per quod obscurétur in aliquo ipsa lumina nec fenestræ. vt l. seruitutem. & in d. l. qui luminibus. D. de seruit.vrb. pręd. Illi verò qui habet seruitutem prospectus tantum, nõ est necesse quòd habeat aspectũ cœli: sufficit enim recipere aerem sine cœli inspectione, vt in fenestra alicuius canapæ subterraneę, non tamen põt vicinus viridariũ vel arborem ponere, vt obfuscetur talis prospectus. vt l. ędificia. & l. inter seruitutes. & l. lumé. ff. de seruit. vrb. pręd.

7 Alia † est etiam seruitus vibna quę appellatur seruitus. Altiùs nõ tollẽdi, hoc est nõ ędificanda altiùs, cuius seruitutis natura eadẽ fere est cũ illa ne luminibus officiatur. contra quã seruitutẽ fit etiam, si viridarium vel arbores contra ponantur. vt l. ędificia. & l. si domus. & l. si ędes meæ. D.de seruit.vrb.pręd.

§ Domus

8 Demum † illud volo te scire, quòd ille cui competit aliqua ex dictis seruitutibus, non potest aliquid facere vel innouare, per quod vsus seruitutis & conditio eius habeat aggrauare locum seruitutis, vltra solitum. vt est textus notatus in l. seruitutes. §. si seruitus stillicidij. & §. seq. D. de seru. vrb. pręd. cũ similibus ibi notatis. facit l. is qui duo. D. de seruit. vrb. pręd. Ideóq; non licet domino habenti seruitutẽ stillicidij inducere aliã aquã quàm cœlitus profluentem, in domum vicini. vt ibi. & clarius habetur in l. 1. §. itẽ quęritur cũ seq. D. de aqua quo. & cẽsti. & l. is qui duo. D. de seruit. ruſt. pręd.

9 Hæc † autem seruitus tigni immittendi (de qua hîc est sermo) impeditur constitui, si locus publicus seu via publica intercederet inter vnam domum & aliam. vt l. fi. D. de seruit. vrb. pręd. licèt locus talis publicus non impediat constitui seruitutem itineris vel v. c. vt habetur in l. seruitutes. §. publico. D. de seruitutibus.

SVMMAR.

1 *Frequens in foris est tractatio de seruitute aquæductus.*

2 *Seruitus aquæ haustus quid sit.*

3 *Aquæductus ex flumine priuato ac quid debet ab eo qui est dominus fluminis.*

4 *Fluuius tribus modis potest in dominio priuatorum esse.*

5 *Concessio aquæductus ad fundum meum non porrigitur ad fundum quem postea acquisiuero.*

6 *Aquæductus ex flumine publico nauigabili, vel nõ nauigabili (quod tamen facit illud nauigabile) acquiritur tãtũ ex cõcessione principis, vel præscriptione vetustissima.*

7 *Aquæductus ex alio quouis flumine acquiritur per occupationem, sine vicini graui iniuria.*

8 *Præoccupator non potest impedire vicinum aquam ducere, si vtrique satis sit.*

9 *Cùm flumen est duorum priuatorum, alter potest constituere molendinum in superiori parte, vt sibi prosit, non vt noceat alteri habenti molendinum inferius.*

10 *Cùm flumen est publicum, præoccupans facere molendinum, potest alterum impedire ne superius aliud ædificet. Nisi id fiat sine vllo eius damno.*

11 *Aqua quandiu ducitur per fundum meum, mea est, ideóque me inuito ab alio duci non potest.*

12 *Cùm vnus habens molendinum superius restagnatione vitiat, inuito eo qui habet inferius, pacta & consuetudo regionis inspici debent.*

13 *Habens molendinum superius & antiquius, restagnatione vti potest ad suam vtilitatem, inuito eo qui habet inferius.*

14 *Cùm dubium est vtrius molendinum sit antiquius, melior esse debet causa possidentis, id est, restagnatione vtentis ad suam vtilitatem.*

15 *Molendinum nouum præscribit ius aquæductus ex publico flumine contra antiquum fundituri diruendum, lapsu vnius anni. Nisi ius illud habuisset principis concessione, vel vetustissima præscriptione.*

16 *Refectio molendini diruti pertinet ad dominum non ad conductorem. Bartolus d.l. Cotem. §. Quæ maiestatis. num. 13. D. de publica.*

17 *Nemini licet auertere publicum cursum fluminis, in perniciem*

vniuersitatis aut singulorum.

18 *Ius aquæ ductus extinguitur, si flumen vno impetu mutet alueum, non si paulatim.*

19 *Dominus molendinum suum impetu aquarum in alienum agrum depulsum tollere potest, soluto damno illi agro illato. Idem in re aliena.*

20 *Canale aquæductus fieri debet ex materia consueta in illa regione.*

21 *Posterior in acquisitione aquæductus potest facere canale suum in superiori parte fluminis. modò id faciat sine læsione alterius.*

22 *Seruitus debet designari per locum prædij seruientis, cum minore eius incommodo.*

23 *Seruitus legata debet arbitrio heredis designari.*

24 *Habens ius aquæductus alij concedere non potest, sine voluntate concedentis. Nisi cùm aqua adhuc est in eius fundo.*

25 *Cùm fundus cui seruitus debetur alienatur, transit & seruitus.*

26 *Naturalis est seruitus, vt prædium inferius seruiat superiori.*

27 *Seruitutum quædam habent causam continuam, quædam discontinuam.*

28 *Seruitus aquæductus est discontinua, cùm exigit factum hominis: sin minus est continua.*

29 *Seruitus habens causam continuam vel quasi, præscribitur x, vel xx annis. Excipe aquæductum ex flumine &c.*

30 *Seruitus habens causam discontinuam, vt via, iter, præscribitur ve tussissimo tempore.*

31 *Quomodo probetur memoriam non extare initij.*

32 *V. requiruntur ad inducendam præscriptionem seruitutis.*

33 *Scientia aduersarij requiritur, non solùm in præscriptione seruitutis, sed iuniam incorporalium ecclesia & iurisdictionis.*

34 *In præscriptione seruitutis non requiritur titulus: quia scientia aduersarij pro titulo reputatur.*

35 *Præscriptio seruitutum interrumpitur, vt rerum corporalium.*

36 *In præscriptione seruitutum bona fides probari debet coniecturis: at in præscriptione rerum corporalium præsumitur, nisi de mala fide apparet.*

37 *Cùm quis vsus est seruitute scienti & patiente aduersario, per annum, id coniecturam facit bonæ fidei.*

38 *Ad probandum me vsum esse seruitute iure seruitutis, sufficit si probauero de voce & fama, & de aliquibus actibus.*

39 *Scientia & patientia aduersarij probatur vere & præsumptiuè.*

40 *Seruitus amittitur per expressam remissionem & per non vsum tempore ad præscribendum sufficienti.*

41 *Seruitus vrbana amittitur præscriptione x vel xx annorum, accidente aliquo facto aduersus contra seruitutem. At rustica sola non vsu amittitur.*

42 *Seruitus habens vsum continuum, amittitur non vtendo præscriptione x vel xx annorum. At habens vsum discontinuum, tempore duplicato.*

43 *Libertas quia fauorabilior, minore tempore præscribitur quàm seruitus.*

44 *Bona fides & scientia aduersarij requiritur, in præscriptione libertatis contra seruitutem vrbanam, at contra rusticam sufficit sola negligentia non vtentis.*

GLOS.

GLOSSA VI.

Seruitus aquæ ductus ipsi molendino, &c. 1 Hic † quæso, iuuenis, diligenter aduerte, quia quotidiana & practicabilis est materia hui⁹ seruitutis, aquęductus, quę non est seruitus vrbana sed rustica. de qua est titulus. D. de aqua quot. & æsti. per totum. & maximè in l. hoc iure. §. ductus aquæ. & de ea loquuntur textus in l. imperatores. D. de ser. rusti. prædi. & notatur per Gloss. l. Foramé de seruit. vrb. prædi. & plenè traditur per Cy. & alios in l. 1. C. de seru.

2 Ad † cuius seruitutis plenorem notitiam sciendum est, quòd seruitus aquæ est duplex: vna quæ appellatur hausti⁹ aquæ. vt verbi gratia, si habeas puteum in domo tua, vel fontē in prędio tuo, & mihi constituis seruitutem vt possim ex tuo fonte vel puteo aquam haurire. & de ista tali seruitute non est hic ad præsens sermo, sed de ea loquitur l. 3. §. quæ habet. D. de ser. rustic. prædi. & l. de aqua. D. commu. prædi. & l. 1. D. de fonte, cū similib⁹.

Alia est seruitus aquæ ductus, ex flumine publico vel priuato. & de ista loquitur ista libellus. Vbi aduertendum primò & principaliter qualiter hæc seruitus acquiratur? & breuiter dicendum est, quòd dupliciter: videlicet hominis constitutione inter viuos vel in vltima voluntate, & tempore legitimę ptędi in vltima voluntate. hanc seruitutem & cæteras, habes titulū specialem. D. de ser. leg. 3 In † modo autem quærendi inter viuos sic considera. Aut aqua ducitur ex flumine priuato, puta Titij: & tunc acquiritur ex cōcessione illius Titij, sicut acquiruntur cęteræ res. vt probatur in l. Lucio. D. de aqua quotid. & æsti. & l. in concedendo. D. de aqua plu. arc. & in l. aquam. C. de seruit. Facit etiam l. ex meo. & l. via. §. si lacus. D. de seruit. rust. prædi. & d. l. si prius. D. de non. oper. nunc.

4 Er † si quæratur, qualiter flumen effici posset alicuius priuati, respōdetur quòd tribus modis. Primo modo, ratione originis ipsius fluminis, quod ortum habet in fundo priuato. vt in d. l. comprobatur. & in l. præses. C. de seruit. Secundo, ex principis concessione. Tertio ex longissima præscriptione. vt infrà declarabitur.

5 Sed † circa hoc quęritur, pone quòd Titius habet vnum pratum, pro quo adaquando seu irrigādo eidem concessit Caius, vt ex suo lacu vel fonte posset ad ipsum pratum aquam ducere. pōstque ipse Titius alium pratum proximū superiori prato emit, propter quod eget ampliori aqua ad irrigandum vtrunque. quęritur an Caius tenea-tur ad dimittendum eidem ducere maiorem aquam solito, pro vtroque prato? Die quòd non. per textum in l. non modus. C. de seruit. & ibi per Cyn. & per hoc quòd concessio seruitutis solùm porrigitur ad res de præsenti, non ad futuras. facit l. damni. §. si is qui vicinas. D. de damno infec.

Aut aqua ducitur ex flumine publico. quod quidem dicitur publicum duobus modis. vno modo omne flumen nauigabile, vt Padus & Ticinus. alio modo dicitur flumen non nauigabile, quod tamen trahitur ex flumine nauigabili, vt est Cadrona, verna, Blua, & Nauigium. vt hęc probantur. D. de flum. p totū. & D. ne quid in flum. pub. per totum.

6 In † quibus casibus distinguitur. aut aquæductus deriuatur ex flumine nauigabili p se, sicut Paul. & Titius: aut ex flumine non nauigabili per se, sed faciendo aliud flumen per quandam mixtionem nauigabile. Et istis duobus casibus quæritur aquæductus dupliciter tãtùm, videlicet concessione principis cuius sunt omnia talia flumina, & longissima præscriptione tanti temporis cuius initii memoria nõ existit. vt plenè habetur in textu & per Bart. in l. quominus. D. de flum. & d. l. hoc iure §. ductus aquæ. & d. l. fi. D. de aqua pluui. arc. facit l. 1. §. permittitur D. de aqua quotid. & æsti. & l. fin autem. §. fin. D. de aqua plu. arc. & notata per glo. in d. l. imperatores. D. de seruit. rust. prædi.

7 Aliquando † deriuatur aquæductus ex flumine publico non nauigabili, nec faciente aliud nauigabile: puta ex quodam paruo riuo & fonte. & tunc acquiritur per occupationẽ, sicut cætera quæ in nullius bonis sunt. & ille qui primò occupauit præfertur omnibus aliis. vt in d. l. quominus. in prin. & in d. l. imperatores. & l. si mihi. §. si fundo. D. de seruit. rust. prædi. dum tamen eius aquæductus fiat sine iniuria vicinorum circũcolentium: nam si ad eorum iniuriam & læsionem grauem tenderet, non acquireretur per occupationẽ huiusmodi aquæductus, vt probatur in l. imperatores. & l. §. sũt q̃ putãt. in fi. D. ne q̃d in flu. pub.

8 Sed † quoddam insurgit notabile dubium & quotidianum, ecce quòd Titius ex tali flumine nõ nauigabili cœpit aquam ducere ad eius molendinum, vel ad eius pratum, alius verò circumuicinus hoc videntes, cœperunt facere prata noua vel molendina, cuius rei causa volunt & ipsi etiam ducere de hoc flumine aquam ad eorum prata noua seu molendina, quibus contradicit Titius, dicens se suos aquæductus præoccupasse. quæritur quid iuris? In qua quæstione Bart. in d. quominus. plenè disputando arguit pro & contra, & finaliter sic concludendo distinguit. Aut aqua est sufficiens & in abũdantia pro omnibus, & tunc non erit locus præoccupationi, sed omnes communiter poterũt aquam ducere ad eorum prata & molendina, facta inter eos ipsius aquæ cõgrua diuisione. vt probatur in l. Lucio. D. de aqua quot. & æsti. & l. in concedendo. D. de aqua plu. arc. & d. l. imperatores. cum similibus. pro quo facit l. 11 §. pen. & fi. D. de ser. rust. præd. Aut aqua non est sufficiens ad prædia seu molendina omnium irriganda, sed solùm sufficiens est ipsi Titio qui præoccupauit, & tunc alii superuenientes non debent audiri, sed locus est præoccupationi. quia sine ipsius Titi præoccupãtis iniuria non posset per aliquos conuicinos duci illa aqua. & sic debet intelligi d. l. imperatores. & ad hoc facit l. 2. §. 1. cum ibi notatis per glo. D. ne quid in flum. pub. secundũ tertiã lectur. conuncta l. 1. §. 1. D. ne quid in flu. pub. secundũ Bar. pro cuius opinione ego allego tibi notabilẽ textũ in l. hoc iure. §. ex flumine. D. de aqua quoti. & æsti. pro quo facit illa regula quę traditur in l. in tantùm prin. D. de rei. diui.

9 Viterius, † ad abũdãtiorẽ tractatũ molendinorũ & aquæductus quæritur. pone quòd in parte superiori fluminis & molẽdini dicti Titii, quidã Sępronius facere vult vnũ aliud

aliud molendinū de nouo, an possit iustè impediri à Titio, ne faciat ipsū molendinū, & aquā ducat ad eū ex flumine prædicto? Et hîc aduertendum, quia quotidie quæstio occurrit de facto, quāformat glo. in l.si manifestæ. C.de seruit.& ibi per Cy. & l.si quis ex argentariis. §. si initiū. D. de eden.& latius per Bar. in d.l. quominus. Et breuiter omnia colligendo distingue, secundū cōmunē opinionem doc. Aut illud flumē super quo & in quo est ædificatum ipsius Titii molendinū est priuatum amborū, aut est simpliciter publicum. Si quidem est priuatum ipsorū Titii & Sēpronii, tunc aut iste Sēpronius vult de nouo ædificare suū molēdinum, vt principaliter sibi prosit. & tunc potest licitè ipsum facere, sine impedimento Titii, eo inuito. vt probatur in l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. D. de dam. infec. Aut vult ipsum facere, vt principaliter noceat ipsi Titio, qui in ædificando præuenit. & tunc non potest, nec audiēdus est. vt in l. i. §. denique. D. de aqua plu. arc. & ita debet intelligi gl. in d.l. si manifestæ, cū similibus. 10 Secūdo † principali casu, quando flumen est publicum. tunc aut iste Titius habet eius molendinum licitè ædificatum (quod qualiter sit superius est declaratū) & tūc ipse Sēpronius superueniens, in volendo facere suum nō est audiēdus. imò Titi⁹ qui lucrū & emolumentū ipsius aquæductus præoccupauit, potest licitè ipsi Sēpronio impedire in vsu dicti noui molēdini, ne auferatur vel sibi diminuatur hoc lucrū. vt l. a. §. merito. D. ne quid in lo. pub. Quod verū intelligo eo casu, quo aqua nō sufficiat vtrique molēdino. vbi autē nō lædit⁹ vtilitas molendini Titii, ex constructione secundi molendini dicti Sempronii, nō potō consonum iuri nec æquitati quòd ipse Sempronius debeat impediri. arg. d.l. Lucio. D. de aqua quo. & ęsti. & l. in concessō. D. de aqua plu. arc. Aut iste Titius habet eius molendinum illicitè ędificatum, & tūc non poterit impedire ipsum Sēpronium. vt l. a. §. idem ait si in publico. D. ne quid in loco pub.

11 Sed † quid econtra erit? verbi gratia, si Titius habet à superiori parte fluminis molendinum ædificatum, modo vult iste Sēpronius à parte superioris fluminis & ipsius molēdini, postquā egressa est aqua ab vsu dicti molendini, deriuare & trahere ipsam aquam ad eius prata, vel ad nouū molēdinū, quæritur an possit? In qua quæstione idē Bar. in d.l. quominus, sic distinguit. Aut ipsa aqua, postquam egressa est molendinum vel prata dicti Titii, priùs rediit ad flumen publicum, & abinde ad ipsius Sēpronii prata descendit: & tunc poterit illa vti inuito dicto Titio, cū distinctione tamē de qua ff. dictum est. Aut nondum rediit ad ipsum flumē, & tūc nō poterit vti illa inuito ipso Titio. ratio est, quia cū talis aqua per iustū titulū facta sit ipsius Titii, nō potest ipse Sēproni⁹, nec ali⁹, eo inuito illa vti, donec ipsius dominū perdiderit. & fiet tūc cū publicū flumen ingressa fuerit. vt in d.l. in cōcedē do. D. de aqua plu. arc. secūdū eū. & pro hac sententia facit l. ex meo. D. de ser. rust. præd. & l. i. §. illud Labeo. D. de aqua quoti. & ęsti. & notata per glo. in fine sui positam, in l. cū essent. §. fi. D. de ser. rust. præd. & in d.l. ex meo.

12 Viterius † quæro, quid si duo habēt & possidēt licitè duo molēdina l. eodē flumine, vn⁹ habet suū in

parte superiori ipsius fluminis, alius verò suum in parte inferiori, & habens in superiori parte velit tempore siccitatis æstiuæ aquam fluminis colligere & restagnare, vt collectam aquę faciat, sic quòd eius molendinum fortiùs molat. quæritur an possit, alio inuito qui molendinum habet in inferiori parte? Distingue secundùm Bar. vbi ¶. Aut inter superiorem & inferiorem sunt aliqua pacta, & illa sunt seruanda. arg. in l. 1. §. si quis hoc cesserit. D. de aqua quot. & æsti. Et eodem mòdo seruanda esset consuetudo regionis, quæ in hoc & similibus casibus seruari consueuit. vt l. 1. §. fi. D. de aqua plu. arc. 13 Vbi † autem ista cessarent, tunc considerandum est qui priùs occupauit, an superior priùs molendinum cõstruxit quàm inferior. & tunc aut vult continere seu restringere ipsam aquam, principaliter ob suam vtilitatem: & tũc potest sine impedimento secundi. arg. l. Proculus. D. de dam. infec. & l. 2. §. merito D. ne quid in lo. pub. Aut vult aquam restringere, principaliter vt noceat inferiori: & tunc non potest. vt l. 1. §. denique. D. de aqua plu. arc. Qualiter autẽ hoc dignoscetur facti euidentia demonstrabit: nam in re penitus dubia ea foret potiùs interpretatio assumenda, quæ vitio caret. arg. l. merito. D. pro socio. & l. quotiens. D. de reb. dub. cum similibus. Aut inferior priùs eius molendinũ cõstruxit: & tunc rõ licet superior ipsam aquam restringere, quasi præoccuparus. arg. d. §. merito, cum similibus. 14 In † dubio autẽ vbi de prioritate non apparet, fortasse propter antiquitatem rẽpotis subdistinguo, aut restrictionẽ ipsã facit vt sibi tantũ prosit, aut vt vicino noceat, vt ¶ dixi. cũ enim reperiantur in pari causa, debet esse melior conditio occupantis seu possidentis, quando non facit principaliter in alterius iniuriã. arg. l. si quis seruum. §. sequitur. D. de verb. ob. & in c. in pari. de reg. iu. lib. vi.

15 Quid autem dices de quotidiana quæstione. ecce quòd molendinum eius qui illud priùs construxit, fuit dirutum vel propter antiquitatem vel propter hostilitatem, & fractũ remansit. & est aliud molendinum inferius, quod postea fuerat ędificatum. & sic stetit per longum tempus prius molendinũ dirutũ, sine alia reformatione. postea vult prior dominus ipsum molendinũ reficere, & ad priorem statum reducere, & aquam sibi facere ad eum, & alia facere in præiudicium inferioris molendini. quæritur an possit? Die clariùs quàm dicat Bar. vbi ¶. Aut superius molendinum fuit particulariter destructum, & non in totum: & tunc quia ratione partis superexistentis dicti molendini, habuit retinere possessionẽ aquę debitæ ipsi molendino, nec fuit difficilis ipsius aquæ prosequutio, siue vsus eius. arg. l. naturalẽ in prin. D. de acquir. rer. do. ideóque omnia quæ supra dicta sunt de remanente integro molendino, vendicabunt sibi locum in particulariter diruto. Aut superius molendinum fuit funditus & in totum dirutum. & tunc distingue. Aut ista reformatio seu reẽauratio fit infra annum: & idem quod dictũ est in proximo casu. Nã lex dicit, quòd prætor tuetur illũ qui hoc anno vel priore ęstate vsus est. vt habetur in l. 1. in prin. & in §. denique D. de aqua quoti. & ęsti. Aut ista restauratio fit post annũ, & tunc potior

potior & melior erit conditio inferioris molendini, nec in eius lesionem poterit aqua duci ad dictum molendinum, nec aliquid fieri quod habeat nocere ipsi molendino inferiori. Cuius ratio est (secundū enim) quia ius aquæ ducendæ sibi quæsitū per occupationem, fuit extinctum per anni transcursum. vt colligitur ex l.fi.s.respon. D.de vsufruc. coniuncta l.fi quisquam.D. de diuer.& têp.præscrip. Vnde alia præscriptio non est necessaria, quo ad inferiorē contra superiorem.vt l.fi.in prin.D. de vlucap. vt supra dixi. Sic tamen prædicta sunt intelligenda, quòd aliud esset si superior ex aquæductū sibi quæsiuisset ex principis concessione, vel longissima temporis præscriptione: quia tunc tale ius quæsitum superiori, nō extingueretur per transcursum anni, sed opus esset quòd inferior contra superiorem legitimè præscriberet, spacio temporis limitati, de quo infra dicetur. D. bent etiam præmissa intelligi, quando aqua ducebatur ex flumine publico. secus autem si ex flumine priuato, & concessione priuati, quia nec tale ius extingueretur anno. vt supra dixi. quod tene meori.

16 Amplius † quæritur, quid si illud molendinum quod est destructum, fuerit per dominum eius cuidam ad certum tempus locatum ante eius diruptionē, ad quem pertinebit eius reformatio? an ad dominum, an verò ad conductorem? Dic breuiter vt notat Bar. in l. eorum ferro. D. de publica. pro cuius decisione facit l. cùm plures. in prin. D. loca. & l. hactenus. & l. si eius. §. quæsitum. D. de vsufruc. & l. quamuis & ibi notata. C. de vsufruc. & l. si proprietarius. D. de dam. infec.

17 Sed † pone quòd duo ad eorum molendina trahunt aquam ex flumine publico, vel habent eorum molendina in flumine publico, puta in Pado vel Ticino, quod flumen Ticini transit penes portas ciuitatis Papiæ. & descendit ex lacu maiori, per territorium Mediolani. hîc quæritur nunquid Commune Mediolani poterit auertere ipsum flumen Ticini, ne amplius decurrat more solito ad ciuitatem Papiæ? Dic breuiter quòd non. & pro hoc allego ibi textum singularem in l. 1. in prin. C. de alluui. & palud. Licèt in hac quæstione, super auersione cuiusdam similis fluminis facta per olim ducem Mediolani, aduocati vtriusque partis in ciuitate Florentiæ multas leges allegauerint, & omnes illum textum ignorauerint. Pro qua decisione facit, quia ciuitas Papiæ ius ducendi ipsum flumen ex ipso lacu ad dictam ciuitatem præscripsit spacio plusquam duorum millium annorum, scientē & patiente Communi Mediolani. ideo iure etiam longissimæ præscriptionis, cuius initii memoria non existit, ius dictæ aquæ fluminis adducēdi quæsitum est ipsi Communi Papiæ pleniissimum. vt d. l. quominus. & d. l. hoc iure. §. ductus aquæ.

18 Vltra † quæritur pone quòd flumen, ex quo aqua ad molendinum vel prata derivatur licitè in casibus præmissis, mutaueris alueū suum) vt plerunque accidit) an per hoc ius aquæ ducendæ sit extinctū? Et breuiter sic distingue. aut flumen hanc mutationem fecit subitò, & vno impetu: & tunc perditur & extinguitur ius aqueductus. aut alueum mutauit paulatim, & temporis interpolatione, ad mo-

dum alluuionis: & tunc non extinguitur, sed durat ius ipsius aquæductus. vt in l. hoc iure. §. ductus aquę. & §. si quam. D. de aqua quotid. & æsti.

19 Pone† quæstionem, in qua semel consului, quęsitum fuit à me si molendinum existés in Pado, impetu aquarum vel alio casu descendat inferius, super territorio, an possit à domino vendicari, sine aliqua pecuniæ solutione, vel teneatur dominus ipsum redimere, ab illis personis super quarum territorio sedet habuit. & se affigere? Et breuiter respondeo, quòd sufficit domino cauere de damno infecto, tam præterito quàm futuro. Vnde tenetur dominus ad emendam ipsius solius damni, si quod in illo prædio vel territorio illatum est, vel inferri speratur. vt hæc probantur in l. hoc amplius. §. Neratius. D. de damno infecto. & l. ratis. D. de incen. ruin. nau. & l. Celsus. §. sed si ratis. D. ad exhib. & l. 4. & 2. C. de naut. libro 11. Sic est in crusta terræ, & in arbore quæ descendit in alienum territorium, vel in alienum fundum. vt in d. l. hoc amplius. §. alphenus. cum similibus ibi notatis.

20 Amplius † quæritur ex qua materia possit fieri canale, per quod ducatur aqua? Dic quòd ex materia consueta in regione illa. vt habetur in d. l. hoc iure. §. pen. & l. si prius. §. 1. D. de aqua pluu. arc. & lege quęsitum. D. de seru. rust. prædi.

21 Pone, † dominus fluminis priuati concessit duobus diuersis temporibus, aquæductum, quod facere potuit (vt l. in concedendo. D. de aqua pluui. arc. & l. Lucio. D. de aqua quoti. & æsti.) modo secundus voluit facere suum canale super canale prioris, quęritur an possit? Dic quòd sic, si fiat sine illius impedimento, vel lęsione sui aquæductus. vt traditur in l. hoc iure. §. fi. 7. allegato. & in l. 1. in prin. D. de aqua pluu. arcen.

22 Sed quid dices, si inter concedentem ius seruitutis & ipsum acquirentem, contrario oriatur de loco per quem debet aqua duci vel iter fieri, cum similibus. Dic quòd vbi non sit conuentum inter partes de loco, poterit acquirens de iuris rigore vti seruitute per quamcunque partem loci seruientis: sed ab æquitate designabitur per arbitrum seu per iudicem ille locus, qui minori cedat incommodo prædij & loci seruientis. vt l. certo generi. §. si totus. cum similibus, & §. seq. & l. si minus. D. de seru. rust. prę. & l. si cui. D. de seruit. & facit l. via. §. fi. D. de seruit. rusti. prædi. 23 Nisi † seruitus sit legata in testamęto, quo casu est in arbitrio hęredis designare per quam partem prædij seruientis vti debeat legatarius ipsa seruitute. vt l. si via iter. D. de seruit. rust. prædi.

24 Sed † numquid ille qui habet ius aquęductus, potest alij partem ipsius aquæductus concedere? Dic, aut concedit de voluntate domini à quo causam habet, & tunc tenet concessio, aut sine eius voluntate: & tunc aut vult concedere, postquam aqua ingressa est suum fundum vel molendinum, & tunc idem. alias autem non tenet concessio. vt hæc habentur in l. cùm essent. §. fi. & l. ex meo. D. de seruit. rust. prædi. facit l. 1. §. illud. D. de aqua quot. & æsti.

25 Quid † autem si molendinum, vel prædium cui seruitus debetur,

beatur, vendatur vel alienetur, an ipsa seruitus transibit in emptorem? Dic quòd sic, cùm sit ius cohærens rei.vt in l.si partem.& l.via. §.si fundus.D.de seruit. rusti. prę.l. & l.si aquæductus. D. de contrah. empti. & in l.alienatio.eo.tit.cũ similibus.

26 Postremò † aduertendum, quòd est quidã aquę descensus (propriè loquendo) quam seruituté patitur vnumquodque prędium rustici, altero de tribus modis, vel conuentione, aut longa consuetudine, aut ex loci natura.Statutum quippe est per naturalem loci situm, vt semper in prædiis rusticis prædium inferius seruiat prædio superiori, in recipiendo aquam cœlitus descendentem.vt traditur in l.1.in fi. & l.2. in prin.cum ibi notatis. D. de aqua pluuiarcen. Aliam verò aquam aliũde prouenientem non tenetur recipere.vt in l.is qui duo. D.de ser. rust. prę.d. & l.1.§.quęritur. cum sequ. D. de aqua quotid. & æsti.

27 Et † quia superiùs dictum est hanc seruitutem quęsi longi temporis præscriptione,videamus generaliùs de omnibus, qualiter seruitutes præscriptione quærantur. Vbi est aduertendũ quòd quædam sunt seruitutes habentes causam continuã vel quasi: quædam verò habentes causam discontinuam vel interpolatam. Illę quidem debent habere causam continuã vel quasi. in quarum vsu nullum factum hominis requiritur. exemplum in seruitute luminum, stillicidij altiùs non tollendi, & prospectus. Et per contrarium illæ dicuntur habere causam discontinuam vel interpolatam, in quarum vsu hominis factum requiritur. exemplum in seruitute viæ, haustus, & aquæ haustus. & de his plenè traditur per glos. & doct. in l.seruitutes.D.de seruit.& l.foramen.de seru.rust.prę.d.

28 Dubitari † autem consueuit de hac seruitute aquęductus,de qua supra locuti sumus, an sit continua vel discontinua? Super quo sunt glo.diuersæ. nam glos. in l.seruitutes,prælegata, circa medium, dicit simpliciter eam esse seruitutem continuam. Glo.autem in d.l.foramen, distinguit,& melius. aut in eius vsu interuenit factum hominis, & tunc dicitur discontinua & interpolata: aut nullum factum hominis intercedit,& tunc dicitur habere causam continuam.vt in stillicidio,& aliis dictum est. Et hęc inuestigatio valde est & necessaria, propter ea quæ subiiciuntur.

Quibus sic prętermissis, circa modum præscribendi distingue. 29 Aut † seruitus habet causam continuam vel quasi. & tunc præscribitur spatio longi temporis, scilicet decé vel viginti annorum, sicut aliæ res immobiles.vt l. 2.C.de seruit. & ibi per Cyn.& alios in l.si quis diuturno. D. si serui. ven. facit l. si iter, in prin.D.de serui. vrb.prędi.& notata in l.1.in fi.D.de aqua pluuiarc. Fallit in seruitute aquæductus,quæ trahitur ex flumine publico nauigabili, vel faciente aliud nauigabile. illæ si quidem non præscribuntur longo tempore, sed requiritur longissimum tempus, cuius initij memoria non existat. vt l.quominus.in fine,& l. hoc iure.§. ductus aquæ. D. de aqua quotid. & æsti. & notatur per glos.in d.lege seruitutes.& per Inno. in c. de quarta. de præscript.

30 Aut † seruitus habet causam discontinuam,vt via,iter, & similia.de quibus ſ.& tunc eam præscribitur

longissimo tempore, cuius initii memoria non existit. vt dict. l. foramen. & l. seruitutes. & probatur in l. 1. in fi. & l. fi. D. de aqua plu. arc. & l. 2. §. antepe. C. eo. tit. cum similibus.

31 Memoriam † autem non extare eius initii probatur hoc modo (secundùm glo. in l. fi arbiter. D. de probat. & Inn. in c. veniens. de verb. sign.) si testes dicant nullum qui hodie viuit vidisse dictam seruitutem imponi & constitui, & quòd nunquam viderunt vel audiuerunt aliquos, qui dicerent se vidisse vel audiuisse à maioribus ipsam seruitutem imponi vel constitui, vel ab aliis audiuisse qui vidissent vel audiuissent: & se semper audiuisse à maioribus dici, illam aquam sic fuisse ex dicto flumine ductam ad ipsum molendinum, vel ad talia prata &c. Et in hoc debet esse cautela procuratoris vel aduocati, scire formare capitula. quia si capitula fuerint bene formata, testis sciet melius respõdere illa vera esse. Nunc restat quærere quæ sunt substantialia, & quæ requiruntur ad tales *præscriptiones* perficiendas? 32 Dic † breuiter quòd quinque. Primò videlicet longum vel longissimum tempus, secundùm qualitatem seruitutis, vt proximè dixi. Secundò, continuatio possessionis, quæ medio tempore nõ fuerit interrupta. vt d. l. fi quis diuturno. & d. l. 2. C. de seruit. Tertiò, bona fides præscribentis. vt d. l. si quis diuturno. ibi, nec vi nec clã. & l. 1. §. 1. de itin. actúque priuat. & notatis per Gl. in l. 1. §. hoc interdicto. de aqua quot. & æsti. Quartò, quòd præscribens vsus fuerit ipsa seruitute iure seruitutis, credens sibi competere, & sic fuerit in bona fide. vt l. fi. D. quemadm. seruit. amit. & l. 1. §. Iulianus rectè ait. & l. fi. & ibi no. D. de itin. actúque priua. ad quod facit l. 1. §. hoc interdictum vers. sed & si iure. D. de aqua quot. & æst. Quintò, quòd vsus fuerit patiente & scIente aduersario. vt d. l. 2. C. de seruit. & hîs à te. D. si seruit. ven. facit l. quotiens. D. de seruit. 33 Et † hæc sententia etiam aduersarii requiritur in præscriptione iuris incorporalium ecclesiasticorum, puta electionum, & similia. vt notatur per Inno. in c. querelam. de elect. Et etiam in præscriptione meri & mixti imperii. vt notatur per Bart. in d. l. 1. in fi. de aqua plu. arc.

34. Et † quoniam in superioribus articulis occurrunt aliqua dubia, ideo quæritur circa primum articulum de tempore præscribendi, an vltra hoc tẽpus requiratur probatio veri tituli? Et videtur quòd sic. quia scribitur quòd sine titulo non procedit præscriptio. vt l. aullo. C. de rescin. ven. cum similibus ibi notatis. In contrarium tenent omnes doct. & glo. vt notatur in d. l. si quis diuturno. & l. fi. D. de aqua plu. arc. in l. seruitutes. de seruit. & Cyn. in d. l. 2. C. de seruit. Aliqui tamen (quorum opinio est reprobata) dicunt quòd saltem allegandus est titulus, etsi non probandus, per ea quæ habentur in l. cùm de iure vers. D. de vsur. De quo plenè notatur per *Innoc.* in cap. si diligenter. de præscrip. & per Io. An. in c. 1. de præscript. lib. vi. Nec obstat d. l. nullo. quia loquitur de præscriptione rerum corporalium: hîc autem loquitur de præscriptione rerum incorporalium. Et ratio differentiæ est (secundùm Dy.) quia in præscriptione rerum corporalium vertitur magnum præiudicium, quia perditur

ditur rei dominium. vt in Auth. nisi C. de bon. mat. quod in his incorporalibus non verificatur, cùm in eis dominium rei seruetur, super qua illud ius incorporale fundatur. vt in l. loci corpus. in princ. D. si ser. vend. Sed quia posset esse maius præiudicium aliquando in præscriptione alicuius iuris incorporalis, quàm modica rei corporalis, ideo tu potes dare rationem, videlicet quia in præscriptione iurium incorporaliũ requiritur scientia & patientia aduersarii (vt dictum est) per quam inducitur quidam præsumptus cõsensus, & quædam ficta confessio, quę tantũ operari debet, quantũ expressa in rebus corporalibus. arg. l. in concedendo. & l. Labeo. D. de aqua plu. ar. & sic erit pro titulo. vnde posset dici quòd quasi simul cõueniunt. vt in iuribus incorporalibus requiratur fictus titulus (qui inducitur per scientiam & patientiam aduersarii) & in iuribus corporalibus requiratur expressus & verus titulus, cùm in eis non attendatur scientia aduersarii. quia contra ignorantem currit ipsa præscriptio. vt l. fi. in fi. C. de præscript. lon. cẽp. & notatur per Bart. in l. fi. D. de aqua plu. arc.

35 Circa† secundum articulum de continuatione possessionis, quæritur qualiter interrumpatur præscriptio in istis iuribus incorporalibus? Dic quòd eiſdẽ modis quibus interrumpitur in rebus corporalibus. vt notatur per gl. in d. l. 2. C. de serui. & per Innoc. in c. auditis. de præscrip. in gl. fi. Qui modi habentur in textu in l. naturaliter. D. de vsu. & l. qui vsum §. 1. & 2. D. de acquir. poss. & notatur supra in forma responsionis rei factæ in primo libello in gl. super ver. præscriptionis.

36 Circa† tertium de bona fide, quæritur qualiter bona fides probetur? dicit Dy. quòd in dubio alio in contrarium non probato, præsumitur bona fides, sicut præsumitur in præscriptione rerum corporalium. vt notatur per gloss. in l. pen. C. de præscr. lon. tem. & l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscript. xxx. anno & l. nemo est prædo. D. de reg. iur. & Inst. de act. §. aliæ. Et potest firmari hæc opinio, quia scientia & patientia aduersarii inducit tacitum consensum, vt supra dictum est. ergo sequitur quòd non vitur vi, clã, vel precario ab eius aduersario. ergo est in bona fide. In contrarium tenet Cy. & Ia. Bu. in l. 1. C. de seruit. & Bart. etiam, vbi supra, quòd non præsumatur bona fides, sed probari debeat per aliquas circunstantias, licèt aliud est in præscriptione rerũ corporaliũ. Et ratio differentiæ est, quia in rebus corporalibus titulus facit præsumi bonam fidem. vt d. l. nemo est prædo. qui titulus cessat in rebus incorporalibus: imò cessare debet præsumptio bonæ fidei. Præterea (secundùm eos) quælibet res est sui natura libera. vt l. altius. C. de seruit. & l. cum eo. D. de serui. vrb. præd. ergo seruitus est huic naturali iuri cõtraria. meritò ergo bona fides nõ debet in ea præsumi. arg. cap. 1. de præsump. lib. vi. quæ ratio cessat in iuribus corporalibus, in quibus præscribẽdis ius assistit propter titulum. vt D. de vsuc. l. 1. & per totũ. Vnde bona fides probãda est in istis iuribus incorporalibus per coniecturas & circunstantias, secũdũ eos: videlicet quòd prædecessor eius vsus est ipsa seruitute qua nũc hoc tempore vtitur. arg. l. fin. D. pro

suo.& quod notatur in l. Celsus. C. de vsuc.& per testes conuicinos,qui dicant illam seruitutem esse debitã ipsi fundo.arg. eorum quæ notãtur per gl.in l.1.§.hoc interdicto.de iti. actúque priua. 37 Ego † autem credo, quòd probando se vium seruitute spacio vnius anni, sciente & patiẽte aduersario, præsumatur bona fides, arg.d.§. hoc interdicto.

Circa quartum, quòd vsus sit iure seruitutis, non iure dominii vel quasi, solet quæri qualiter fieri probatio? Dicunt quidam standu esse iuramento veritatis, cùm hæc qualitas bonæ fidei in animo sit inclusa.iuxta notata per Gl. Iustit.de acti. §. ahæ. & per la. de are.& Bart.in l. pro hærede. in princ.& l.gerit.D.de acquir. hær. Quam sententiã reprobat gl.in d.§.hoc interdicto.& similiter doc. & etiã Ioan. in c.bonæ.ext. de postu.& meritò. quia absurdum est dicere, quòd stari debeat iudicio partis.vt l.omnibus in re propria.C. de testib.& C.ne quis in sua causa.l. 1.Vnde dicit d.glo.quòd debet probari per testes, qui dicant se vidisse constitui ipsam seruitutẽ à tali, per talem fundum.quę practica cùm sit dura & grauare habeat per inductum probare titulum, reprobata est à doc.quoniã(vt superius dictum est) non requiritur tit. vt d.l.si quis diuturno. 38 Quare † (secundùm alios, quorum opinionem approbat Ioan. in d.c.bonæ) dicendum quòd sufficiat probare,publicam vocem & famam esse inter vicinos eius seruitutis cõpetere, & se vidisse talẽ incidere sæpe, & mundare fossata,tẽporibus debitis, & similia facere, p commodiori vsu seruitutis &c.

39 Circa † quintũ, videlicet de scientia & patientia aduersarii,quęritur qualiter probabitur? Dic secũdùm docto. dupliciter, scilicet verè,& præsumptiuè. Verè quidẽ probatur, si vtens certificauit superhoc suũ aduersariu,vel ibi dicendo vel denũciando.arg.in l.denũciasse. in princ.D.de adult. & l.cum pl.& l.si cõtrouersia.& l.si permutationes.C. de euict.cũ si. Præsumptiuè autẽ probatur, iuxta qualitate seruitutis & circunstantias. vt puta si iste præscribens vtebatur quotidie seruitute itineris, per domũ vicini in qua habitabat,aut per eius fundum aquam ducebat, quem tunc possidebat per seipsum? aut si tenebat fenestras apertas continuè, in pariete domus ipsius vicini quam inhabitabat.certè in his & similibus casibus præsumitur habuisse scientiam.arg.l.quisquis.C. de rescin.ven. ad quod facit quod notatur in l.verius. & in l.cũ de indebito.in princ.vers.& ideo.D. de probat.cum similibus.

40 Superest † nũc discutere qualiter seruitutes acquisitæ perdãtur, in quo articulo sic dicẽdũ est, quòd duobus modis perduntur. Vno modo per expressam remissionem eius cui seruitus cõpetit, cùm liceat cuicunque iura sua remittere.vt l.quæritur.§.si venditor. D.de ædil.edicto & l.si quis in cõscribendo.C.de pact. cũ simil. facit quod regulariter traditur, vnumquodque posse dissolui eo iure quo ligatũ est, vt l. nihil quisque.D.de sol.& l.ab emptione.D.de pact.com simil.Secũdo modo tollitur per nõ vsum, legitima præscriptione interuen.vt l.pen.in fi.C.de seruit.

41 Sed † in hoc est plenius attendendũ. Vnde pro cõclusione distingue. Aut agitur de perdẽda seu tollenda seruitute vrbana, aut rustica. Primo casu duo requiruntur,videlicet quòd

nō sit vsus ipsa seruitute spacio x, vel xx annorum, & quòd eius aduersarius aliquid fecerit contra seruitutem. veluti clausit foramina, in quibus cōsueuerat esse tignum: aut clausit fenestras, per quas lumina vel aer recipiebatur: vel si altius extulerit parietē, qui debebat seu patiebatur seruitutē altius non tollendi. Secūdo autem casu, dum agitur de perdenda rustica seruitute, tūc sufficit voum interuenire, videlicet nō vsus. & sic negatoria perditur in nō vtendo longo tēmpore seruitute, ex parte eius cui competebat. vt hęc omnia probantur in l. hæc autem iura. cū l. seq. D. de ser. vrb. prę. & l. si quis alia. §. fi. D. quemad. seru. amit. & l. tria prædia. in fi. D. de ser. vr. prę.

42 Sed† quaerū tēpus est istud, quod in hac præscriptione requiritur? Distingue breuiter. Aut seruitus est talis conditionis, secundùm eius ordinationē, quod in ipsius vsu interuallū temporis intercedit, puta mensiū, vel dierum, aut horarū. verbi gratia, si quis habet seruitutē ducendi aquam ad eius prata vna die in septimana, vel duabus horis in die vel vna die in mense: & tunc requiritur tempus duplicatum, quòd sufficit simplex in aliis seruitutibus habentibus continuum vsum. vt l. si fic. D. quemadmo. seruit. amit. & notatis per gl. in l. pen. in fi. C. de serui. Aut seruitus non habet interualla tēporis in vsu eius, & tunc perditur seruitus, non vtēdo spacio x, vel x x annorū. vt d. l. pen. & fi. C. de serui. & not. p Inn. in c. de quarta. de præscri.

43 Diceret† quispiam inuenis, quare non requiritur tantùm tempus in seruitute perdenda, sicut in acquirenda? Respondeo, quòd fauorabilior est causa liberationis quàm obligationis. arg. l. Arrianus D. de act. & oblig.

44 Amplius† circa hoc quæritur, nunquid omnia illa quæ supra diximus fore necessaria in præscribenda seruitute, sint etiam necessaria in ea tollenda, & libertate præscribēda, scilicet bona fides, & scientia aduersarii? Respondeo, distingue. Aut quis præscribere vult libertatem, contra rusticam seruitutem: & tunc sufficit sola negligētia non vtētis, vt dixi. aut vult præscribere contra vrbanam seruitutem: & tunc puto bonam fidem & aduersarii scientiam fore necessariam, cùm in hoc casu factum ipsius præscribentis sit necessarium. vt prædixi in d. l. hæc autem iura. & l. tria prædia. in fine.

SVMMAR.

1 *Cùm ambitio tollat homini libertatem, satius est hanc retinere, quàm imperia & honores appetere.*

2 *Papa ambitiosè iurisdictionem & ciuitates Imperii Romani vsurpat, & manu armata detinet.*

3 *Ridiculum est & abominabile dicere, Papam superiorem esse Imperatori.*

4 *Papiensis noster suadere nititur Papa, Cardinalibus, & aliis clericis, vt iurisdictiones temporales vestituant Principi.*

5 *Optat Sigismundo Imperatori, vt Papæ factum minuat. secus tamen accidit vt auxerit concilio Constantiensi, licèt dudum postea Cōcilio Basiliensi factum illum comprimere nixus esse videatur.*

6 *Iurisdictio comprehendit imperium merum, mixtum, & inferiorem iurisdictionem.*

7 *Verbum cōcedimus quid importet, in datione iurisdictionis.*

8 *Iurisdictio in genere sumpta acquiritur lege, consuetudine, priuilegio*

concessione, legitima præscriptione.

9. *Iurisdictio specialiter dicta acquiritur per delegationem ab ordinario factam.*

10 *Iudex ordinarius quis dicatur.*

11 *Cùm duobus confertur eadem iurisdictio, vel idem beneficium aut priuilegium, locum habet regula Qui prior, &c.*

12 *Vniuersitati variis modis competit iurisdictio.*

13 *Collegium artificum habere potest iurisdictionem inferiorem, in eos qui sunt de collegio.*

14 *Possessio iurisdictionis apprehenditur per quemlibet actum exercitij illius, cum intentione eam exercendi vniuersaliter.*

15 *Possessio iurisdictionis apprehendenda est in singulis castris eiusdem territorij.*

16 *Possessio iurisdictionis vacantis apprehenditur promulgatione edicti.*

17 *Professio quæ quis se asserit iurisdictioni subiectum alicuius domini, renunciatio iurisdictionis prioris domini præstatio iuramenti fidelitatis, non sunt modi acquirendæ possessionis iurisdictionis.*

18 *Possessio iurisdictionis sola animo retinetur, nec amittitur nō exercēdo, modo alius interea nō vtatur.*

19 *Confessoria pro iurisdictione dirigi debet in possessorem & subditos.*

20 *Præscriptione acquiritur iurisdictio generalis, scientē & patiente eo ad quem ea pertinet.*

21 *Ius imponendi vectigal, seu pedagrandi, præscribitur contra priuatum per longum tempus, & contra Principem per longissimum: modò scientia & patientia eorum intercesserit.*

22 *Præscriptio vectigalis in aliqua mercis specie non porrigitur ad alias merces.*

23 *Libertas vectigalium contra priuatū, præscribitur non vtendo decennio: contra fiscum vel Remp. XL. annis.*

24 *Census pro dominio directo, decima, præscriptione non amittitur.*

25 *Præscribi potest libertas, ne quis teneatur ad solutionem collectæ.*

26 *Libertas functionum, quæ Princip. debentur, non præscribitur.*

27 *Redemptori vectigalium non fit remissio mercedis, si exigere impediatur bello, quod facto locantis non accidit.*

GLOSSA VII.

PLenam & omnimodam iurisdictionem. Attende, cui iuuenis, quòd in his temporalibus excreuit hominum cupiditas, vt nitantur totis viribus ascendere ad iurisdictiones, honores, damnationes, & si possibile forex ad cœlorum mansiones. 1 Sed† non aduertunt quid ille pater eloquentiæ Tullius dixerit in libro de officiis: Cauenda est gloriæ cupiditas, eripit enim libertatem pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio, ac non imperia expectanda sunt, sed potiùs non acceptēda, interdum autem deponenda. Semper est agitur (vt idē inquit) efficiendū vt appetitus rationi obediat, cui sunt subiectæ naturæ &c.

2 In tantum enim excreuit hic appetitus, quòd nedū laici, sed etiam summi sacerdotes & clerici, sunt tali morbo ac vitio penitus infecti. 3 Vides† enim quòd ipse Papa (qui deberet, tāquam verus Vicarius, vestigia sequi Iesu Christi) possidere, & manu armata nititur detinere, iurisdictionem in terris, ciuitatibus, & villis, & locis, quæ sunt naturaliter & à mūdi creatione & Christi ordinatione imperii Romani, iuxta illud,

illud, Quod est dei reddatur Deo, & quod est Cæsaris Cæsari. 3 Imò † ipse Papa in ipsum Imperatorem ni teatur superioritatem habere: quod ridiculum est dicere, atque abhominabile audire. Ni naturaliter à principio mundi omnes clerici, nedum laici, erant sub potestate & iurisdictione Imperii: sed ipsorū Imperatorū dulcedine & benignitate fuerunt clerici dimissi sub potestate Papæ, & beneficium hoc tanquam ingrati sciunt malè cognoscere. vt no tat Inno. in c. 2. de maio. & obed.

4 Bene † ergo & sanctè faceret ipse Papa si totam temporalem iurisdictionem in manibus Imperatoris remitteret, nec aliter vnquam respublica (& maximè Italia) quiesceret. Nec vlterius de Papatu tale schisma, quale fuit & est à XXXVI. annis præteritis, vllo tempore amplius accideret. Et ex hoc status vniuersus clericorum magis redderetur Deo ac populo deuotus, & ipse Papa cum Cardinalibus viueret quietius ac deuotiùs, ac Deo & populo magis acceptus & gratus.

5 Vltimam † hîc nouus Imperator rex Vngariæ (qui hoc præsenti anno currente M.CCCXXII. mensis Nouembris & Decembris applicuit Lunæ, sed non Mediolani) fit causa tantorum bonorum &c.

Ad propositum itaque descendendo, pro euidentia dicendorum, quæritur quid sit iurisdictio? Vbi respõdetur, ℣ iurisdictio largo modo sumpta est potestas de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi & equitatis statuendæ. vt inquit Gl. in l.1. de iurisd. om. iudi. 6 Inde † quæritur an iurisdictio, prout est genus, comprehendat sub se species, & qualitates? Dic quòd cùm sit genus, continet sub se merum imperium ac mixtum, & simplicem & inferiorem iurisdictionem. vt notatur per Glo. & Bar. in l. imperium. D. de iurisd. om. iud. & probatur in l.1. D. de offic. eius cui mand. est iurisdic. & in Authen. de defen. ciui. §. iusiurandum. cum similibus. Per hoc autem decidituri illa quæstio, si Imperator contulerit alicui iurisdictionem in castro, an videatur contulisse merum & mixtum imperium? & dicitur quod sic. quia verbum iurisdictionis simpliciter prolatum, debet intelligi & interpretari in suo potentiori esse, per iura prædicta. & per l.fi. cum ibi notatis. D. de cõsti. prin.

7 Quid † autem si Imperator vtatur verbo *concedimus*, verbi gratia, *Concedimus tali in castro sattrano iurisdictionem* &c. quid habet importare hoc verbum *concedimus*? Quidam dixerunt quòd importat nudum exercitium iurisdictionis, non ius alicui quod, nec iuris translationem. arg. eorum quæ de significato huius verbi traduntur per Glo. & Bar. in l. fin. in prin. D. de dona. Alij verò (& melius) dicunt quòd importat translationem iuris totius iurisdictionis. arg. c. abbate. de verb. sig. & in l.1. D. de constit. princ. & l.1. §. cum vrbem. D. de offic. præfec. vr. Quid autem sit merum imperium, quid mixtum, & quid iurisdictio, inferius habetur. & notatur in textu & Glo. d. l. imperium.

8 Post † hoc quæritur, qualiter iurisdictio in suo genere sumpta ac quiratur? Ad ℣ respondetur, quòd trib⁹ modis, videlicet lege, cõsuetudine, & Imperiali concessione. vt notatur per Glo. & doc. in c. quoniam enormis. ext. Ne præla. vices suas. &

l.more.D.de iur. om.iudi. probatur ex his quę habentur in l.1.D.de offi. eius cui man.est iurisd. & l.1. & fi.C. de eman. lib.& per Inno. in c. conquerente. & c. cùm ab ecclesiarum. ext.de offi.ord. Quarto modo acquiritur, videlicet legitima præscriptiõe, de qua infra dicetur. Licèt aliqui voluerint dicere, hunc casum includi sub illo de consuetudine : quod est falsum,iuxta notata per Cy.in l.2.in 4. quæstione. C. quæ sit lon. consuet.

9 Sed † si sumatur iurisdictio in sua rudi specie,tùc aut quæritur per delegationem ab ordinario factam. vt l.1.§.qui mandatam. D.de offi.eius cui man.est iur.& d.l. more. & l. solent.in prin.D. de offi. procon.& l.1.C. qui pro sua iurisdict. & in l.2. C.de pedan.iud.cum similibus.

10 Qui † autem appellentur iudices ordinarij, dic quòd illi quibus à lege vel imperiali culmine competit ius dicendi potestas.vt habetur 2. qu.vi.in c.à iudicibus. & d.l.1.de offi.eius, cũ similibus supra allegatis. Facit etiam Authen.vt iud.tine quo quo suf.§.sic igitur.& §. oportet. & in Auth.de man.prin. & in Auth.de iudic.per totum. & per omnes illos titulos.C.& D.de offi.præfec.præt.& de offi.præfec.vr.cum seq.

Et aduertendum quòd pro istis iuribus incorporalibus iurisdictionalibus competit confessoria & negatoria,sicut dictum est supra competere pro seruitutibus rusticis & urbanis.vt notatur per Inno.in c.conquerente. ext.de offic. ordi. & in. c. inter quatuor. de maio. & obedien. &.c.abbate.de verbo.sig.

11 Quid † autem si Imperator contulit diuersis temporibus puta & simpliciter, duobus militibus separatim, iurisdictionem perpetuam in eodem castro, vel eadem ciuitate. (vt plerumque accidit, sicut & occurrit in Papa, qui frequenter, scienter vel ignoranter idem beneficium confert pluribus personis.) quæritur quis sit præferendus ? Breuiter dic quòd in beneficiis ecclesiasticis habet locum regula, Qui prior est tempore potior est iure, & inspicitur tempus datæ literarum, non tempus præsentationis earum.vt in cap. eum qui, cum ibi notatis de rescrip. lib. vi. Nisi secundæ literæ haberent clausulam derogatoriam primarum, vt traditur plenius de hac materia in cap. tibi qui de rescrip. lib. vi. & in c.capitulum sanctæ crucis.ext. de rescrip.vbi vide.In beneficiis autem & in priuilegiis temporalibus seu imperialibus, dic idem maximè quia cõcessio sequẽs semper in dubio intelligitur facta sine præiudicio & lesione priorum. vt l.2.§.si quis à principe. & §.meritò. D. ne quid in loco publi. Facit quod notatur per Dy.in regula iuris Qui prior.lib.vi.

12 Vlterius † quæro,nũquid quęlibet vniuersitas habeat generalem iurisdictionem, cum mero & mixto imperio,à lege, vel à consuetudine, aut vsucapione ? Breuiter secũdùm Bar.distingue, vt elegãter tractauit in d.l.imperium,& l.1.D.de damn. infec. Quædam est vniuersitas quæ fecit seu constituit vnam prouinciam, vt est populus Lombardiæ, vel Montisferrati, vel Tusciæ, & similes: & tunc talis vniuersitas, ipsiúsque rector seu præses habet omnem iurisdictionem,cum mero & mixto imperio. vt l.1.& 3. D. de offic. rectoris proum. & l.illicitas.in §.qui vniuersi-

tas.

sas. de offic. præsi. Quæ iam est vniuersitas, quæ constituit solam ciuitatem: & tunc ipsius rectori competit de iure communi iurisdictio simplex, in causis leuibus tantùm, non tamen merum & mixtum imperium. vt Cod. de defen. ciu. l. 1. & in Authen. de defen. ciu. §. iudicare. & §. audiens & §. iusiurandum. in fi. Fallit in ciuitate Romana, vt l. 1. §. cum vrbem. D. de offic. præfec. vrb. Fallit etiam hodie in ciuitatibus Lombardiæ, quibus merum & mixtum imperium est concessum per legem & pacem, Constantiæ, & in aliquibus aliis ciuitatibus, quæ hodie infinitæ sunt, quę omnem iurisdictionem cum mero & mixto imperio sibi præscriptione longissimi temporis quæsierunt, aut imperiali concessione.

Quædam est vniuersitas, quæ constituit aliquod simplex castrum: & tunc aut illud castrum subest alicui ciuitati, & tunc ei non competit aliqua iurisdictio, imò ipsa ciuitas cui subest habet illam, quam exercet in illo castro & eius vniuersitate. vt in lege qui ex vico. D. ad municip. facit Codic. de natur. lib. & lex 1111. & Cod. de epis. & cle. in lege nulli. & in Authentic. Quibus. mod. natur. effi. sui. §. si quis igitur. Aut tale castrum nulli subest ciuitati, sed solùm præsidi vel generali domino prouinciæ, & tunc habet illam eandem iurisdictionem de iure communi quam habet quælibet ciuitas. vt patet in castris Montisferrati, Pedemontium, Delphinatus, Cremę, & Soncini, secundùm Azonem in summa sua. Cod. de magistrat. municip.

¶ Quædam † verò est vniuersitas quæ non constituit prouinciam, nec ciuitatem, vel castrum, sed quod dam collegium artificum: vt puta lanificum, cerdonum, pelliparionum, & similium: & tunc habet simplicem & inferiorem inter seipsos iurisdictionem. vt l. pen. & fi. C. de iurisdict. om. iud. de quo plenè notatur per Inno. in c. cùm ab ecclesiarum. de offi. ordi.

14 Viso † qualiter iurisdictio acquiratur. videndum est qualiter eius possessio apprehendatur & retineatur. Vbi (secundùm Inno. in c. 2. ext. de capel. mon.) sciendum est, quòd possessio generalis iurisdictionis apprehenditur, si vnus actus etiam solus iurisdictionis exerceatur. verbi gratia, si cognouit de vna causa ciuili vel criminali, vel si aliquid simile faciat quod ad generalem iurisdictionem pertineat, intendens semper in animo suo velle vti ista iurisdictione vniuersaliter: nam si solùm intenderet vti particulariter, puta in causis ciuilibus tantũ, non acquireret sibi possessionem in criminalibus. arg. D. quemadmo. serui. amit. l. fi. & in c. auditis. & in c. cùm olim. de præscrip. Veruntamen in casu prædicto, ipsa talis iurisdictio dicto modo apprehensa, nõ extenditur vltra illam personam in quam fuit ipsa iurisdictio exercita, secundùm eum. Nec obstat ad hæc quod supra dicitur, quòd per vnum actum iurisdictionalem quæritur possessio in omnibus comprehensis sub iurisdictione, quia diuersi sunt casus. Et ratio (secũdũ eum) differẽtię est, qa in generali iurisdictione cõprehẽdũtur omnes partes eius, imò per exercitiũ vn.' act', quasi possessio acquritur in omnib' actib' ,pter eorũ connexitatem. sicut dicitur in

gleba, nam vnius glebæ apprehensa possessione, intelligitur etiam apprehendi in aliis omnibus sibi contiguis. vt in l. 3. in prin. D. de acquir. poss. quæ ratio non congruit personis, quę diuersæ & separatæ sunt. Aduerte quòd hæc opinio videtur absurditatem continere: sequitur enim ex ea, quòd si in aliqua ciuitate, villa, vel castro, competat alicui iurisdictio, quòd eius possessio in singulis omnibus non quæratur nisi tunc demum cùm in singulis eorum iurisdictionem exercuerit. & sic potest euenire quòd multi erunt qui nec ciuiliter causas agent, nec delinquent, sic quòd vllo tempore non habebit in eos possessionem, nec acquiret iurisdictionem. quod est absurdum. Vnde Cyn. & alij doc. in l. 1. circa fi. de emanci. lib. aliter sentiunt. dic vt ibi. 15 Putarem † ego idem in omnibus, quòd in speciebus iurisdictionis, quando omnes homines sub vno circuitu includuntur: secus si in diuersis. vnde si alicui competit iurisdictio in certo territorio, habente plura castra diuersa, si vnus actus iurisdictionis exerceatur in vno homine vnius castri, non erit quæsita possessio quo ad homines habitantes in alio castro, sed bene erit quæsita quo ad homines eiusdem castri. & cum hac determinatione intelligo dictũ Inno. & aliorum.

16 Acquiritur † etiam iurisdictionis possessio alio modo, secundùm Inno. videlicet si quis publicè, per plateas ciuitatis vel villæ, bannum vel edictum proposuerit seu proclamare fecerit, hoc modo: *Ex parte talis domini præcipitur vnicuique, quòd nullus audeat tale quid facere, sub tali pœna &c.* licèt enim nullus contrafecerit, tamen possessio acquiritur iurisdictionis, si nullus alius tũc erat in ipsa possessione iurisdictionis. alioquin si tunc alius prior esset in possessione, non quæretur sibi ex his actibus vlla possessio generalis iurisdictionis, quo ad omnes alias species, nec quo ad omnes personas: sed bene quæreretur quo ad illa sola capitula ipsius iurisdictionis, & quantum ad illas solas personas in quas ipsam iurisdictionem exercuisset. de quo vide Cyn. vbi supra.

17 Et † ex his patet (secundùm Inno.) quod si aliquis tyrannus, qui multi sunt tempore moderno, faciat homines alicuius villæ vel castri alterius domini confiteri & protestari, quòd sunt sui homines vel suæ iurisdictionis, aut ab eis accipiat iuramentum fidelitatis, licèt faciat eos renunciare iurisdictioni prioris domini, quòd per hoc non acquirit sibi villam iurisdictionis possessionem. quia talia non sunt acta iurisdictionis. arg. in c. cùm dilectus de relig. dom.

18 Retinetur † autem possessio iurisdictionis, cùm fuit quęsita, sicut & possessio cęterarũ rerum corporalium, videlicet solo animo. vt notatur per Bar. in l. iusto. §. non mutat. in fi. D. de vsuc. & per Inno. in c. quæ relam. de elect. & in c. bonæ. cl. de postula. præla. Vnde & si per quinquaginta annos quis staret postea, quòd non vteretur ipsa iurisdictione in ipso castro vel villa, dummodo alius eo tempore non vteretur, non priuaretur. Quinimò & si habeat quis iurisdictionem in certo territorio, vbi sint plura castra, & in vno solo vsus fuerit iurisdictione, retinebitur possessio in omnibus castris eiusdẽ territorij vel prouinciæ, secun-

secundùm eum vbi ſ. argu. d.l. 3. in princ. D.de acquir. poſſ. Qualiter autem acquiratur poſſeſſio dignitatum eccleſiaſticarum, & qualiter retineatur, plenè notatur per Inno. in c. in literis. de reſt. ſpol.

19 Circa † tamen præmiſſa occurrit dubium. pone quòd aliquis prætendat ad ſe pertinere iuriſdictionē talis caſtri quod ab alio poſſidetur, quæritur contra quem agere debebit cōfeſſoria, an contra homines caſtri, an contra illum poſſeſſorem? Dic breuiter quòd agi poteſt contra vtrunque. vt notatur in c. auditis. & in c. cum olim. de præſcrip. & ſpecialiter contra homines. arg. D. ſi vſufr. pet. l. 1. in fin. & D. ſi ſeruitus vendic. l. ſicuti. §. ſi quæratur. & l. ſi quis diuturno. Et ſi fuerit actum contra alterum, non faciet ſententia lata alteri præiudicium, niſi ſcierit cauſam ſuam agi. l. ſæpè. §. ſcientibus. D. de re iudic. quod ſequitur Inn. & Ioan. And. in d. c. auditis. in 1. gl. vbi plenè notatur de hoc.

20 Modo † reuoco in dubium an iuriſdictio generalis quæratur præſcriptione? Breuiter dic quòd ſic per textū in d. c. auditis. & c. cùm olim. de præſcrip. cum ſimilibus ibi notatis. & idem ſequitur Cyn. in d. l. 1. C. de eman. lib. pro quo facit textus in l. ſi. D. de aqua plu. arc. dum tamen interueniat ſcientia & patientia principis, ſeu illius ad quem ipſa talis iuriſdictio pertinebat, ſecundùm Bart. vt ibi notatur per eum. & in d. l. iuſto. §. non mutat. D. de vſuc. pro hoc etiam facit l. viros. cum ibi notatis per gl. C. de diuer. off. & appari. l. bro 12. & notatur etiam per Guil. de Cu. & alios in d. l. imperiū. D. de iuriſd. om. iud.

21 Amplius † circa præmiſſorū doctrinā quæritur, an ius pedagiandi ſeu vectigalia imponēdi præſcriptione quęratur? Et breuiter dic ſic, præſcriptione tanti temporis cuius initij in contrariū memoria nō extitit. vt eſt textus in c. quibuſdā. §. præterea. ext. de verb. ſign. quod ſequitur Cyn. in l. 2. C. noua vect. impo. non poſſ. & Bart. in l. ſi publicanus. §. in vectigalibus. D. de public. & Raynerius co. tit. l. vectigalia. dū tamen (vt prædictum eſt) interueniat ſcientia & patientia eius contra quem præſcribitur, ſicut in cæteris iuribus incorporalibus dictū eſt. Sed hīc aduertendum, ſecundùm Bart. vbi ſuprà. nam aut præſcribitur hoc ius pedagiandi contra priuatum ad quem prius pertinebat, vel ex cōceſſione principis, vel præſcriptione: & tunc ſufficit eius ſcientia & patientia, & tempus longum, decem vel viginti annorum, aut præſcribitur contra principem, & tunc exigitur tempus cuius contrarij memoria non exiſtat, & ſcientia ipſius Principis, vel ſaltem Præſidis illius prouinciæ, ad quē præſidem cura pertinet de talibus vectigalibus. vt l. 3. C. noua vect. impo. non poſſ. Ex quibus infertur (ſecūdùm Bart.) quòd multæ ciuitates, villę, & caſtra (maximè in Tuſcia) non præſcripſerunt ius pedagiandi & imponendi vectigalia, quia non interuenit præſidis ſcientia, nec principis, propter ipſorū abſentiā.

22 Quid † ergo ſi aliquis præſcripſerit ius pedagiandi de certis ſpeciebus ſeu rebus, putà de lana & lino, an poterit exigere de aliis rebus, puta de vino, frumento, & aliis? Dicit Bartol. vbi ſ. quòd non. arg. D. de itin. actúque priua. l. 1. §. ſi quis hoc interd. &c. cū ibi notatis

& probatur in l.licitatio. §.earũ rerum. D. de publica. ad quod facit quod notat Innoc.in cap.auditis. de præscrip.

23 Sed† nunc quæritur, quanto tempore perditur ius pedagiandi? Dicit Bart.in d. §.earum rerum, distinguendũ. Aut enim tale ius pertinebat ad priuatam personam,priuilegio vel consuetudine, & tollitur & perditur spatio decem annorũ non vtendo. arg.in l.1.D. de nundi. Aut pertinebat ad fiscũ seu Rẽpublicam ciuitatis, & tunc requiritur cessatum esse spatio xl. annorum.vt l.omnes.C. de prescrip.xxx annorum. 24 Nec† obstat l.com perit. eo. tit. quia loquitur in solutione tributi quod præstatur in recognitione vniuersalis dominij,cui non præscribitur,sicut nec decimis. vt in c.causam.de præscript. & in c. dudum.de deci.

25 Et† ex his infertur,quòd ho die libertas, ne quis teneatur ad solutionem collectarum vel onerum, potest cõtra ciuitatem vel castrum præscribi, spatio xl annorum. vt determinat glo. in l. si publicanus. in §.de rebus. & probatur eadem l. §.in omnibus. & ibi per Iac.de Are. D.de publi.& in l.licitatio.§.earum rerum.C.eo. tit.& notatis per Dyn. in l.commissa.D.de publica. Licèt de iure communi omnes ad hæc onera teneantur. vt l. omnes. C. de anno.& trib.lib.x.& l.2.C.de mun. patrim.& in l.vacuatis.C. de decur. lib.x. cum similibus ibi notatis. Et nota quòd faciũt præscriptionem, de qua suprà.l.fin.C.de fun. rei priu.in gloss.super verbo *vetustatis*. & quod notatur per gl.in l. In fraudẽ. C de anno.& trib.lib.x.

26 Quid† ergo dicemus de quæstione quotidiana occurrente de facto. ecce quòd villa vel castrum habet merum & mixtum imperium, & territorium & confines per seab aliis locis separatos, intra quod territorium & confines aliquis habet certas proprietates,pro quibus prætendit se non soluisse aliqua onera spatio xl annorum, & sic dicit se tutum præscriptione. quæritur an sit audiẽdus? Videtur quòd sic.quia ista stant simul, quòd tota iurisdictio & confines sunt vnius villę vel castri,& tamen in eodem territorio & eisdem confinibus possit res vel proprietas aliqua præscribi. vt in c. auditis. & in c.cùm olim. de præscr. cum similibus ibi notatis. In contrarium facit: nam istæ sunt publicæ functiones,quę principi debentur, ideóque eis non præscribitur. vt in l.comperit. C.de præscript.triginta annorum.

27 Quid† si aliquis emerit (vt quotidie videmus) à ciuitate pedagium aliquod,pro certo tempore, simpliciter sine pacto, & inde pendente tempore superueniat guerra, quæ impedit exactionem & fructũ dicti pedagij, an fiet ipsi emptori remissio eius quantitatis in toto vel in parte,de qua respondere habet ipsi Communi? Aduerte quòd plerunque de facto contingit. Et Bar. hanc quæstionem latè dispurat,in l. cotem ferro. D.de publica. Sed cõclusiuè dicit, quòd vendita videtur sola cõmoditas & perceptio ipsius pedagij,non autem ipsum ius pedagij. arg.l.vsusfructus.D.de iur.dot. & in l.necessario.§.fi. D.de peric. & commo.rei ven.& l.Aquilius.D. de donat. nam ipsum ius vendi per ciuitatem non posset. vt l. fin. C. de vectig. vnde quando venditur talis com-

commoditas seu perceptio pedagij, videtur vendi alea vel iactus retis piscium, vel fructus futuri. vt l. nec emptio. D. de contrah. empt. & l. si iactus. D. de act. emp. Vnde (secundùm eum) sic distingue. Aut guerra contingit sine facto & culpa ciuitatis à qua emitur pedagium: & tunc non debet ipsi emptori fieri alíqua remissio, sed omne periculum contingens cedit eius damno. vt dicitur ibi, & Instit. de emp. & vénd. §. cum autem. & ibi notatis. Aut guerra contingit facto vel culpa ipsius ciuitatis, vt quia contra eam fit guerra, vel ipsa ciuitas facit contra aliam guerram, siue iustè, siue iniustè, secundùm eum, & tunc debet sibi fieri remissio. arg. l. si mercen. §. culpæ. D. locat. & l. fi. C. sol. ma. cum similibus. nec obstat l. fi. D de act. empt. quia ibi non fuit illa guerra seu violentia propter inimicitiã venditoris. aliàs secus, vt suprà dictum est.

SVMMA.

1 *Iura propriè non possidentur.*

GLOSSA VIII.

Seruitutum possessione & quasi fuit & fietit. 1 Meritò † dicitur *& quasi*, quia in istis iuribus incorporalibus non est propriè vera possessio, sed impropria. vt l. seruus. § in corporales. D. de acquir. rer. dom. & in l. quoties. de seruitut. Qualiter autem possessio vel quasi in istis iuribus acquiratur, dictum est in præcedenti glossa.

GLOSSA IX.

Spatio annorum triginta. Quale & quantum tempus in istis præscriptionibus requiratur, plenè dictum est suprà.

GLOSSA X.

Quæ cùm prædicta vera sint. Hæc est ij. belli conclusio, quę præ cæteris est notanda, vt prædixi sæpius, &c.

SVMMA.

1 *In seruitutibus realibus, verba sententiæ referri debent ad rẽ ipsam.*

GLOSSA XI.

Deberi & debitas esse prædictis modernis & domui. 1 Hic † multum nota quòd verba sententię proferendæ debent referri ad rem ipsam cui seruitus debetur, non autem ad personam cuius res est. vt habetur in l. qui aliena. D. de negotiis gestis.

SVMMA.

1 *Confessoria & interdictum, Vti possidetis simul in eodem libello proponi possunt.*

GLOSSA XII.

Ad non turbandum & molestandum. 1 Vides † hìc, quòd pro huiusmodi iuribus incorporalibus, simul & semel proponitur actio confessoria & interdictum, Vti possidetis. quod iure fieri potest, cùm nulla subsit cõtrarietas vel repugnantia. vt traditur in l. sicut. in §. Aristo. & l. si quis diuturno. D. si seruit. vend. & l. vti frui in fi. D. si vsufruct. pet. & in l. pen. D. de seruit. & est textus in c. cùm ecclesia Sutrina. ext. de elect. & plenè dixi ſ. in tit. de possess. turba. vbi vide.

SVMMA.

1 *Quæ sint indicis partes in cõfessoria.*

GLOSSA XIII.

Præstandum eidem Andreæ debitam super hoc cautionem.

1 Si † sanè consideres, vides

quòd multa in conclusione petuntur, quę spectant ad iudicis officium per sententiam eius declarare. Primò quidem iudex debet pronũciare si per iure seruitutis vel iurisdictionis, si sit debita vel non. Secundò, in quatum reperiat deberi, pronunciabit quòd aduersarius teneatur patientiam præstare de præsenti. Tertiò, q̃ òd caueat de non turbando in futurum, vt est textus in l. harum. D. si seru. ven. Quartò, condemnabit reũ ad interesse temporis præteriti, vt l. loci corpus. §. 1. D. si seruitus ven. Quintò, prouidebit quòd lite pendente reus caueat de non impediendo ipsum possessorẽ vti solita seruitute vel iurisdictione, vsque ad finẽ litis. vt habetur in l. pen. D. de aqua quot. & æst. & l. 3. §. hoc autem. D. de itin. actũ que priua. facit quod notatur per Inno. in d. c. abbate. in fi. gl. de ver. sig. Cætera autẽ quæ in litera sequuntur, declara vt alias scripsi.

FORMA LIBELLI *in actione negatoria.*

TITVLVS XXXI.

ORAM vobis, domino Petro vicario domini Potestatis Papiæ, agit & in iure proponit Augustinus de pozolo, suo & syndicatorio nomine Cõmunis & hominum terræ Garlaschi, contra & aduersus Ionem Franci, & contra quãcunque aliam personã pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens ipse Augustinus quòd iam lõgissimo tempore, tam per se quàm per eius antecessores tenuit & possedit, pro sua & tanquam suã, domum vnam positã in Papia, cui cohæret &c.

II. In quam domum præfatus Ioãnes Franci, ex quadam eius domo posita in dicta ciuitate, cui cohæret &c. infixit seu imposuit trabem vnam, seu tignum vnum, præter & contra voluntatẽ, sciẽtiam & patientiam dicti Augustini, & hodie infixum & impositum habet & tenet, indebitè & iniustè.

III. Amplius dicit & proponit, idẽ Augustinus quòd prędictus Ioannes Frãci deriuare seu decurrere facit aquã, per quandã peciã prati dicti Augustini, positam &c. ad quoddam molẽdinum dicti Ioannis positum &c.

IIII. Rursũ quod idẽ Ioãnes Franci prętendẽs habere iurisdictionẽ in loco Garlaschi, in ipso loco & in homines ibidẽ cõmorãtes & habitantes nititur exercere, & de facto exercuit & excercet iurisdictionem, tã in ciuilibus quam in criminalibus causis.

V. Cùm tamen, rei veritate inſpecta, ad ipſum Ioannem Franci nulla iuriſdictio pertineat nec pertinet in loco prędicto, ſed ipſa iuriſdictio in totum ſpectauit & pertinuit, & hodie ſpectat & pertinet ad Commune & homines & vniuerſitatem Papiæ, cui ciuitati ipſe locus Garlaſchi ſubiectus & ſuppoſitus fuit & eſt antiquiſſimis temporibus, quoad omnimodam iuriſdictionem, & merum & mixtum imperium.

Et quoniam ipſe Ioannes Franci ſæpius ammonitus & requiſitus, vt à prædictis deſiſteret, recuſauit & recuſat deſiſtere, indebitè & iniuſtè, idcirco præfatus Auguſtinus animaduertens prędicta vera eſſe, cùm nũquam dicto Ioanni Franci ius cõpeteret in prędictis, petit & requirit nomine quo ſ̃, ſingula ſingulis debitè referendo, quatenus per veſtram diffinitiuam ſententiã pronuncietis & declaretis, nullam ſeruitutem nec iuriſdictionem, nec ius aliquod ſeruitutis & iuriſdictionis cõpetiſſe nec competere, in prædictis domo, aquęductu, & loco Garlaſchi, dicto Ioanni Frãci, ſed ipſũ locum Garlaſchi, dictam domum & petiam prati, fore & eſſe liberas & exemptas à prædictis iuriſdictione & ſeruitute. Vlteriúſq; cõdemnetis dictum Ioannem Franci, ad non vtendum de cætero dictis iuriſdictione & ſeruitute: & in omnibus damnis & intereſſe & expenſis, factis & paſſis per ſupraſcriptũ Auguſtinum, de fiẽdis & patiẽdis per ſupraſcriptum Auguſtinum in futurum ſolenniter proteſtatur. Deducens in præſenti iudicio omne ſuum ius ſibi competens & competiturum. Saluo iure addẽdi &c. Non aſtringens ſe &c.

SVMMA.

1 *In negatoria negatur ius competere aduerſario.*

GLOSSA I.

Coram vobis. 1 Iſte † libellus eſt negatiuè conceptus, quia negatoria quæ in eo proponitur eſt huiuſmodi naturæ, vt per eam negetur ius competere aduerſario. vt l. 2. in prin. & l. Ioci corpus. §. cõpetit. D. ſi ſeruus vendi. & Inſtit. de act. §. æquè & agat. ver. item prędiorum. & ibi notatur plenè de hac materia per glo. & Iac. Bu.

SVMMA.

1 *Idem poteſt duabus perſonis ſungi in eodem iudicio, modo inde nulla ſequatur contrarietas.*

GLOSSA II.

Suo & syndicatorio nomine. Hic vides quòd iste Augustinus fungitur vice domini, tanquàm ipse, & tanquam alius, in eadem scriptura. 1 quod† satis credo admittêdũ, cùm per hoc nulla interuenat iuris vel facti cõtrarietas seu repugnantia. arg. ad hoc in l. autor. D. de fideiuſſo. & l. fiſtulas. § 1. D. de contra. emp. & quod habetur & notatur in l. 3. D. de adop. &c.

SVMMA.

1 *Seruitus tigni immittendi ſola non vtentis negligentia non amittitur.*

GLOSSA III.

Poſſunt trabem ſeu tignum. Hæc est quę lam ſpecies ſeruitutis vrbanæ. de qua traditur in l. binas quis ędes. & l. ſed ſi inter me. & l. hæc autẽ iura. in fi. de ſer. vrb. prę. 1 In† qua ſeruitute perdenda non ſufficit ſimplex negligentia non vtentis, ſed eſt neceſſaria etiam aduerſarii cura, in obturando foramina in quibus tigna erant impoſita. vt d. l. hæc autem iura &c.

SVMMA.

1 *Negatoria ſoli domino fundi cõpetit.*
2 *Cùm de domnio incidenter quæritur, poſſeſſor præſumitur dominus.*
3 *Poſſeſſori præſtare debet cautionem aduerſarius, quòd cum in poſſeſſione non turbabit lite pendente.*

GLOSSA IIII.

Per quandam petiam prati dicti Auguſtini. Notanter dicit quòd pratum eſt ipſius Auguſtini 1 quia† negatoria actio, qua petitur vt ipſum ab hac ſeruitute liberetur, non competit niſi domino prædii, ſicut dictum eſt de confeſſoria in titulo præcedenti. vt probatur in l. 1. & 2. in prin. cum ibi notatis. D. ſi ſeruit. ven. Diceret aliquis, quare hæ actiones quæ pro huiuſmodi ſeruitutibus vel iuribus incorporalibus competunt, hoc nomine appellantur? vide gl. quæ eſt D. ſi ſeruit. ven. l. 2. in prin. & Inſtit. de act. in § quæ, ver. item prædiorum, quę formatam ſtatim quæſtionem. & ibi per Dy. & Iac. Bu. & Bar. latius in l. ſi prius. D. de no. ope. nunc. Sed quia eius inueſtigatio non eſt apud notarios (quibus præſens opuſculum dirigitur) multum vtilis nec fructuoſa, ideo pro nunc ad ibidem notata vos remitto.

Adhuc de alio quæritur. dictum eſt ſupra quòd negatoria datur domino prędii, à quo negatur ſeruitus deberi, nunquid ergo iſte Auguſtinus actor debet probare ſe dominũ dicti prati? Et videtur (ſecundũ aliquos) quòd ſic: nam cùm dominium ſit cauſa negatoriæ, ſicut dominium eſt cauſa rei vendicationis, debet probare ſe dominum. vt l. doce actiliam. C. de rei ven. & l. in rem actio. in prin. D. de rei ven. & l. i. C. de alie. iudi. mu. cauſa fac. ita & iſte Auguſtinus agens negatoria. 2 Alii† diſtinguunt aut iſte Auguſtinus eſt in poſſeſſione ipſius prati, & tunc ſufficit probare ſe poſſidere ipſum pratum, quia probata poſſeſſione præſumitur de eius dominio, cũ de ipſo dominio ſolũ incidenter quæratur. iuxta notata in l. quidã in ſuo. D. de condit. inſtit. Aut nõ eſt in poſſeſſione, & tunc incũbit ſibi neceſſitas probãdi expreſſè de ſuo dominio, per iura præallegata. Quã opinionem ſequitur Inno. in c. abbate ſanè. ext. de verb. ſig. & Bar. in d. l. ſi prius. de no. oper.

oper.nūci.& eam firmat glo.in l. ſicut.§.ii quæratur.D.ſi ſeruit.vēdic. Et ſic habes vnam vtilitatem quæ eſt eſſe in poſſeſſione, quia præſumitur dominus eſſe. Aliæ etiam habentur vtilitates, de quibus plenè tangit glo.in dicto §.ſi quæratur.& in l. 2. §.1. de itin. actuque priua. 3 Inter † quas illa numerantur, videlicet quod poſſeſſor conuentus non tenetur præſtare cautionem aduerſario: mò eius aduerſarius illam ſibi præſtabit, quòd poſſeſſionem non impediet nec turbabit pēdente lite.vt l.pen.D.de aqua quot.& eſti.

GLOSSA V.

Nulla iuriſdictio pertinuerit. Pro quacunque iuriſdictione tuenda vel ea denoganda competit actio confeſſoria & negatoria, vt dixi in titulo precedenti & notatur per Inno.in d.c.abbate.ext.de verb.ſig.&. c.dilectus ext.de capel.mona.

Svmmae.

1 *Negatoria iuriſdictionis poteſt competere domino & ſubiecto.*
2 *Quando liceat de iure tertii opponere.*
3 *Opponi poteſt de iure penitus extraneo, cum ius illud eſt per ſe omnino excluſiuum aut ſuſpenſiuum iuris agentis.*
4 *Quando ius tertii proponi poſſit agendo.*
5 *Tertius interuenire poteſt litis inter alios motæ, & ius ſuum deducere.*

GLOSSA VI.

Pertinet ad Commune & homines Papiæ &c. Hoc habes pro regula, quòd in locis ſubiectis ciuitati ipſa ciuitas de iure cōmuni habet plenam iuriſdictionem. vt l. qui ex vico. D.ad municip.& dixi ſupra in titulo proximo. facit in Auth. quib.mo.nat.effi.ſui.§.ſi quis igitur. Quid autem comprehendatur appellatione ciuitatis, vel patriæ, vel ciuium, plenè notatur per Bar. in l. vrbis appellatione.D.de verb.ſig.

1 Hic † autem deſcendit tale dubium videlicet cui competat iſta negatoria, an Communi Garlaſchi, an Communi Papiæ? Et breuiter (ſecundùm Inno.) dicendum eſt, quòd vtrique eorum in ſolidum cōpetere poteſt.vt per eum notatur in c.auditis.de præſcrip.Facit l.principaliter cauſam.C.de liber. cauſa. ſicut dictum eſt in caſu conuerſo, contra vtrūque confeſſoriam competere.vt idem Inn. notat in d.c.auditis.& ego ſupra dixi in titulo præced. Sententia tamen quæ contra vnum profertur alteri non nocebit, niſi ſciuerit cauſam ſuam agi,ſecundū Inno.vbi ſupra, & in c.dilectus. el.1.de appel. & notatur per glo. in c.auctoritate.§.1.ext.de ſen.& re iu. lib.vi. Poteſt ergo quod Commune Garlaſchi opponit de iure tertii, in modum agendi iſta actione negatoria,dum dicit iuriſdictionem iſtā pertinere Communi Papię.quòd an fieri poſſit, & quando hoc procedit, notatur plenè per Cy. in l.cùm ſeruum. C.de ſeruis fugi.& per Bar. in l.2. D. de excep. rei iudic. ad quod facit l.loci corpus. §. competit.D.ſi ſeruit.vendi.& l.ſi.de rei ven.

2 Ad † cuius articuli pleniorē doctrinam ſic diſtingue. Aliquando quis excipit de iure tertii eius cui ſucceſſit. & in hoc dic vt plenè notatur per Dy. in c. ſi quis in ius. de reg.iur.lib.vi.& q̄ notatur per glo. & doc.in l.vitia.C.de acquir.poſſ.& l.ſi.& l. Pōponius & l.apud celſum.

§.de auctore.D.de doli except. Aliquando quis excipit de iure tertii eius cuius est fide-ussor,quo casu distinguitur: aut ista exceptio est personalis, aut realis. vt traditur. in l. exceptiones.D.de excep.& l.ex persona.D. le fideiuss. & plenè notatur per Cy.in l.mandatori.C.de nõ nu pecu. Aliquando quis excipit de iure tertii sibi correi.quo casu distinguitur latè per Bart. & Gloss. in l. pen. D.de duob.reis. & l.i.& Auth. ibi posita.C.de duob.reis. 3 Aliquando† quis excipit de iure tertii prorsus extranei. quo casu subdistinguc. aut ipsum ius ipsius tertii est fundatus peremptiuum & extinctiuum iuris agentis, aut simpliciter suspensiuum.Primo casu aut ipsum ius tertii extinguit ius ipsius agentis,ita demum si ille tertius velit: & tunc non admittitur exceptio de iure tertii.vt l.i.& ibi notatis per gl. & doc.D.si ager vec. & l.2.C.de iure emphi. Aut ipsum ius tertii extinguit ius agentis, ita demum si ille tertius non contradicat. & tunc nõ potest opponi de iure ipsius tertii.vt in l.filio præterito.D.de iniust. rup.testam. coniuncta l.i. D.de excep.rei iudi. Et pro hac parte videtur casus in l.2.§.1.D. de doli excep. iuncta Glo.quæ est in l. eleganter. in princ.D. de dolo. Aut ipsum ius extinguit, siue tertius velit siue nõ, & tunc potest opponi de iure ipsius tertii.vt l.fi.C.de rei vendi. & dict.l. cùm seruum.cum glo.sua. Secundo autem casu principali quãdo ius tertii est suspensiuum intentionis agentis, tunc excipi potest de iure tertii.vt d.l.2.D.de excep.rei iudic. & l.qui cùm hæredem. D. de act.& ob.licèt contrafaciat l.fi.C.de peti. hæred. Et prædicta locum habent, quando de iure tertii proponitur in modum excipiendi.

4 Sed† nunquid in modum agendi potest ius tertii in iudicio deduci? Videtur quòd non, siue speciali mandato illius tertii cuius est actio.arg.l.si pupilli.§.videamus.D. de neg.ge.& l.quotiens.§. is qui réporali. D. de admini.tut.eũ simlib. In contrarium facit quod dictum est supra,in forma præsentis libelli, & quod habetur *in* l. si post mortẽ. § fin.D. contra. tabul & l.loci corpus.§.competit. D. si seruit.ven.Sed respondeo quòd ius tertii,principaliter agendo & super eo se fundando, non potest per alium sine mandato deduci in iudicio, vt in supra allegatis pro prima parte. vbi verò ius tertii incidenter deducitur agẽdo,vt in præsenti libello (nam actor negat ius seruitutis vel iurisdictionis competere reo,& hoc per se sufficeret ipsi actori: veruntamen ad maiorem sui iuris propositi confirmationem inducit ius illius tertii) potest tunc proponi in vim agendi,vt in secundò allegatis. Aut ergo quis agit ex suo proprio iure in sua persona fundato, descẽdente ex facto & iure tertii, & tunc tale ius tertii potest in iudicio proponi & allegari, ad fortificandum ius propriũ in iudicio propositum. vt d.l.si post mortem.§.fi. cum similibus. Igitur vbi agit quis petitione hæreditatis, pro parte sibi delata ab intestato,eo quia talis fuit prætericus, & testamentum fuit nullum, vel per contra tabulas ruptum (vt ibi) certè licèt ista petitio hæreditatis sit ius proprium ipsius proponentis, tamẽ causatur ex iure ipsius tertii, quòd est nullitas testamenti. & hoc quidem fieri conceditur. Aut quis agit

ex iure

ex iure alieno fundato in persona tertii, & tunc hoc fieri non conceditur in modum agendi sine mandato eius. exempla sunt in toto titul. de procur. Vnde si agens negatoria dicat, Tibi nõ competit iurisdictio vel talis seruitus, & ipse proponat ius libertatis sibi cõpetere (quod est ius proprium in eius persona principaliter fundatum, licèt causam trahere possit à tertio) & si adiciat per modum causæ, quia iurisdictio pertinet ad Cõmune Papiæ (et hîc) eo casu est audiendus allegans ius tertii tali modo, etiam in vim agendi.

1 Quid † ergo si ius tertii non proponitur ab alio in vim agendi nec excipiendi, sed ille tertius pro suo interesse comparet, in lite inter alios mota, petens de iure suo cognosci, an sit audiendus? Dic quòd sic. vt in c. cùm super. ext. de re iudi. & notatis per Inno. in glo. 2. in c. veniens. ext. de restit. & per Bart. in l. à diuo pio. §. si super rebus. D. de re iudic. &c.

SVMMA.

1 *Sententia non nocet absenti & nescienti causam suam agi.*

GLOSSA VII.

P*Renunciatis & declaretis nullam seruitutem.* 1 Aduerte † quòd vt supra dixi, si iudex pronunciat contra Commune Garlaschi quòd sententia non noceret Communi Papiæ, nisi seiuisset causam suam agi. vt in l. sæpe. in §. scientibus. D. de re iudic. & notatis per Inno. in c. auditis de præscrip. Io. Pe.

SVMMA.

1 *Dominus subditum suum turi post à seruitutibus, quas ei alius dominus imponere velit.*

GLOSSA VIII.

D*Ictámque domum ac peciam prati fore & esse liberas &c.* Vides hîc quòd verba liberatoria sunt ad rem, non autem ad personam referenda, quia sententia prædio fertur. vt in l. qui in aliena. in fin. D. de negot. gest. 1 Hîc † quæro de vno, an dominus alicuius ciuitatis vel villæ, seu aliqua Communitas terræ vel castri, si per alium alterius ciuitatis dominum vel aliam vniuersitatem aliqua inferatur molestia sibi subdito, imponendo ei collectas & alia onera, an possit sibi subditum defendere, & in libertatem auxiliari, agendo & excipiendo? Dic breuiter quòd sic, pro suo interesse. vt dicit Inno. in d. c. auditis. de præscr. & in c. conquerente. de offic. ordin. & in c. Romana. ext. de sent. excom. lib. vi. per Archid. de re iudic. in cap. ad apostolicæ. lib. vi. per Io. And. in c. authoritate. in fin. ext. de priuil. lib. vi. ad quòd facit textus in cap. licet causam. in fin. de appel. & in l. 1 §. per hanc. D. de rei ven.

SVMMA.

1 *In negatoria veniunt damna & interesse si modò petantur.*

GLOSSA IX.

E*T in omnibus damnis, interesse & expensis.* 1 Aduerte † quod in hac negatoria etiam veniunt damna & interesse, sicut supra dictum est in confessoria, dum tamen pars illa requirat. vt notat Inno. in dict. c. abbate. de verb. sign. in fine magnæ Gloss. & probatur in lege loci corpus. §. si fundus. & lege

si fortè. in fin. cum similibus. D. si seruit. vend.

FORMA LIBELLI *in actione noui operis.*

TITVLVS XXXII.

ORAM Vobis domino B. Vicario domini potestatis Papię, dicit, significat, & proponit Thomas bellisonus, contra & aduersus Augustinum de Pozolo &c.

I. Dicens dictus Thomas quòd dum præfatus Augustinus anno præsenti & mēse Aprilis proximè præterito, cœpisset seu inchoasset fieri facere super quodam ipsius Thomę tedimine, posito & iacente &c. quēdam parietem muri, sentiens se ex tali ædificio, & opere & constructione grauari, ipsi Augustino nouum opus solemniter nunciauit, modulóque seu mensuram tunc exstructi operis assumpsit seu assumi fecit: prout hæc omnia constant publicè acta & documentis.

II. Qua quidem nunciatione tūc per ipsum Augustinū spreta, & in contemptum officii præfidalis omnino deducta, ante aliquam remissionē tacitam vel expressam dictæ denūciationis, præfatus Augustin' in ipso opere & ędificio processit, seu procedi fecit, vsque ferè ad dicti operis consummationem, in maximum ipsius Thomæ detrimentum, & cōtra omnimodam iustitiam.

Quare præscriptus Thomas, volens & intendens ius sibi competens tam ex dicta nūciatione quàm aliter, prosequi, contra ipsum Augustinū, petit & requirit à vobis, quatenus ex officio vestro & omni alio iure, via, forma, & modo quibus melius fieri potest, per vestram sententiam diffinitiuam cōdemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis, suprascriptum Augustinū, ad demoliendum & diruendū, & demoliri seu dirui faciendum, suis propriis sumptibus & expensis, totum & vniuersum opus & murum antedictum, per ipsum Augustinū constructum & ædificatum, post ipsam denunciationem, & à tempore dictæ denunciationis citra, prius & antequā ipse Augustin' aliqualiter audiatur ad aliquam defensionem faciendum, prout à iure disponitur. & vlterius in omnibus

mnibus damnis, expensis & interesse passis, factis, & faciendis & patiendis in futurum per ipsum Thomam, occasione prædictorum. Quæ omnia fieri petit, & executioni mandari &c. Deducendo &c. Saluo iure &c. Non se astringens &c.

SVMMAE.

1 *Inuehitur in eos qui ædificando ædes superbas, putant se nominis immortalitatem adepturos.*
2 *Voluntas ædificandi non tollitur ædificando.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Frequens est atque vtilis iste tractatus maximè in illis ciuitatibus in quibus est maxima diuitiarum abundantia & pōpa ædificandi. 1 Sunt † enim quidam adeò fatui & ignari, qui credunt fieri perpetui, saltem fama & honore, si pomposa ædificia & āpla palatia construxerint: nec aduertūt quòd ille virorum princeps Seneca dicit: Omnes vrbes & alia magna imperia vbi fuerunt aliquādo quæretur, & omni excidii genere tollētur, alias destruent bella, alias detidia, pāxque & inertia consumet, & magnis operibus exitiosa res luxus &c. Hoc quoque accidere sæpe videmus, & qui nos sequentur visuri sunt. Nihil enim est quod post mortem hominis famam conseruet, nisi scriptura. ruunt nāmque ipsa ædificia, alienantur, permutātur, & variis modis à successoribus reformantur, propter quæ primi ædificatoris fama consumitur.

2 Itaque † (vt inquit ille sapiens) ad ædificandum te cogat necessitas, non voluntas. nam voluntas ædificandi non tollitur ædificando &c.

GLOSSA II.

Thomas bellisomus. Iste est gener meus, qui desponsauit filiam meam Helenam, anno currente M. cccc xv. die 1. mensis Iunii, quæ erat ætatis XVIII. annorum, ipse autem Thomas erat ætatis annorum XXVI. Quos ambos conseruet altissimus Deus, donec videant filios filiorum suorum, vsque ad tertiam generationem.

SVMMAE.

1 *Nunciatio noui operis locum habet dumtaxat, cùm aliquid ædificatur in terra: non cùm plantatur arbor, vel exscinditur.*
2 *Nunciatio competit non solùm pro iure dominii conseruando, sed & pro fructuum vel iurisdictione tuenda.*
3 *Nunciatio respicit opus futurum, nō iam factum, in quo locum habet interdictum, Quod vi aut clam.*
4 *Nunciatio locum nō habet in opere quod fit ad solam refectionem.*
5 *Nec cum notorium est nunciantem nop habere ius nunciandi.*
6 *Quando dicatur notorium esse, nunciantem ius nunciandi nō habere.*
7 *Iustè vel iniustè factum post nunciationem est destruendum, nisi notorium sit ius non competere.*

GLOSSA III.

Quendam parietē muri. 1 Pro † euidentiori intellectu huius materiæ sciendū est quòd nūciatio noui operis solùmodo locū habet,

quando aliquid ædificatur in terra, sic quòd ipsi terræ seu solo cohæret, & formam operis habeat. Nam si quis arborem plantet, vel excidat, non habet locum denunciatio noui operis. vt l.1.§.hoc autem edictũ. D.de noui oper.nunci.

2 Et† hæc nunciatio non solũ competit pro iure dominii vel quasi conseruando, sed etiam pro iure seruitutis vel iurisdictionis tuendæ. vt l.in prouinciali.§.pen.& ibi notatis, & in l.ii prius.& d.l.1.§. nunciatio. D.de noui.ope.nunci.

3 Est† etiam aliud notandum, quòd hæc nuntiatio fit vt impediatur opus futurum, non vt tollatur iam factum ante denũciationẽ. Sed habet tũc locum interdictũ, Quod vi aut clam, vel simili, secundùm factí naturam, in quo opus factum comparet. vt d.l.1.§. Et sic habes vnũ casum in quo cessat nunciatio.

4 Est† & alius casus, scilicet quãdo opus fit ad solã refectionem operis iam diu facti. vt d.l.1.§. si quis ædificium. de quo plenius notatur per Bart.in l.de pupillo. §.si quis riuos. D. de no.oper.nunc.

5 Item† cessat nunciatio, quãdo certum & notorium est ipsum nunciantem non habere ius nunciandi. arg.l.1.in fi.eo.tit. Sicut in similibus iniusta citatio non artat citatum. vt traditur in l.2. D. ne quis eum. vt notatur in l. si quis ex aliena. D.de iudic. & l.fin.D. de iurisdictione iudi. quam opinionem tenet gl. & Bar. in l.1.in prin.& in §.nunc videamus.& in l.de pupillo. §. in posititiam. D.eo.tit.& Specu.in titul.de no.oper. nunci. vers. nunquid.& Azo in summa eod.titul. pro quo etiam bene facit d. l. 1. §. nunciatio. vers.quòd si in mari.

6 Est† autem certum aliquem non habere ius nunciandi (secundùm Bart.in dict.l.) multis modis. Primò per instrumentũ factum inter ipsas partes, vel per instrumentũ sententiæ latæ aliàs super hoc, inter ipsas. Item per ipsius rei euidentiã, vel per personæ nunciantis inhabilitatem. arg.l.non solum. in prin.& l.de pupillo. in prin. D. eodem. facit c.cũ olim. de verb.sign.

7 Et† illud quod dici solet, Opus factum post denũciationem siue iustè siue iniustè fuerit ædificatum est destruendũ, procedit quando dubium est de iure ipsius denunciantis. si verò certum sit (vt prædicitur) nullum ius ibi competere, tunc non est opus demolitione. vt notatur in l.1.in prin. Quod est notandum & tenendum memoriæ. Postremò cessat nunciatio ex defectu causæ non expressæ in ipsa denunciatione, vt dicetur infra.

Svmmas.

1 *Nunciatio fit tuendi iura propria vel publici causa.*

2 *Nunciatio fieri potest die feriato.*

3 *Ædificare quis potest in loco proprio, sine incommodo alterius, in publico non potest.*

4 *Nunciatio fieri debet in rem, præsentibus rebus.*

5 *Si opifices in quorum persona nunciatio facta est, eam domino non denuncient, tenẽtur ei ad interesse.*

6 *In fundo meo à me possesso construendum possum propria authoritate demolire. At in non possesso à me per interdictum, Quod vi aut clam; construendum autem impedire possum denunciatione.*

7 *Quibus modis & qua forma denunciatio fieri debeat.*

§ In

8 *In nunciatione iudex potest procedere per viam præcepti; sed interveniente oppositione, præceptum resolvitur in simplicem citationem.*

9 *Nuncians sibi verbo amittit ius possessionem, secus si verbo & facto, vel iudicis authoritate.*

10 *Cessi denunciationis debet exprimi, si ex parte rei petatur, vt scire possit cedere an contendere debeat.*

GLOSSA IIII.

NOuum opus solemniter nunciauit &c. 1 Aduertendum † quòd nunciatio noui operis potest fieri duplici ex causa. Primò ex causa iuris proprij ipsius nunciantis conseruandi, quod ius vertitur circa duo, scilicet vt occurratur præsenti vel futuro damno. Secúda causa est, propter ius publicum tuendum, vt habetur in d. l. 1. §. nunc videamus. & l. in prouinciali in fi. cum l. seq. D. eo. ti.

2 Sed † an possit nunciari in die festo? Dicit Bar. quòd sic, in d. l. 1. §. nunciatio. Ego autem in hoc distinguerem. Aut fit nunciatio per ipsam partem, verbo vel iactu lapilli, & tunc procedit dicta opinio. Aut fit nunciatio cum iudicis mandato. & tunc distingue. aut est dies feriata in honorem Dei, & tũc non possit. arg. l. dies festos. & l. omnes. C. de feriis. aut est dies feriata ob necessitatem hominum, vel alia causa, & tũc possit. arg. l. 1. C. de feriis.

3 Vltra † quæritur de notabili quæstione. ecce quòd aliquis vult ædificare castrum de nouo, an possit ibi nunciari nouum opus? Et breuiter, omissis allegationibus pro & contra, distingue. Aut vult ædificare in loco publico, & tũc potest ei nunciari opus nouum. vt D. ne quid in loco publico. per totum. & l. opus. & quod ibi notatur. D. de oper. pub. Aut vult ædificare in suo loco priuato: & tunc aut tale castrum tendit ad æmulationem alterius, vel ex ipso castro potest scandalum in illa regione vel inter vicinos grauari, & tunc poterit ei nouum opus nunciari, alias autem non. vt pulchrè notatur per Gl. in l. 1. C. de fun. limit. lib. xi. & in l. per prouincias. C. de ædif. priua. & in d. l. opus. & ibi per Bart. & Inno. in e. pisanis. de restit. spol.

4 Rursum, † quia hîc dicitur quòd nũciauit ipsi Augustino, quæritur an sufficiat nunciari personæ? Dic quòd non simpliciter, nisi fiat in cõspectu ipsius rei in qua ædificatur. Vult enim lex quòd nunciatio fiat in ipsa re, aliquo præsente, siue ipso Augustino, siue opificib⁹, siue aliquo de familia ipsius Augustini, per quos possit domino absenti nunciari. vt hæc habentur in d. l. de pupillo. §. si quis forte. & in §. nunciare. & in l. ciuilibus. D. de noui operis nunci. quod tene memori. 5 Et † si fortasse ipsi opifices, dolo vel negligẽtia, facta nunciatione domino tunc absente, eidem non renunciauerunt opus nouum esse ipsis prohibitum per talem nunciationem, imputare tur eis. & tenerentur domino ad interesse, secundùm Bar. & doc. vt per eos notatur in d. l. de pupillo. §. nunciatio. arg. ad hoc in l. si seruus seruum. §. formicarius. D. ad leg. Aquil. & l. sed ipsi in fi. D. nau. cau. stab. Et in prædictis multi errare consueuerunt. Vnde tu sis sapiens, quando nuncius refert iudici, eius parte opus nouum nunciasse, quod exprimat nomina ipsorum quibus præ-

sentibus opus nouum nunciauit.

Post hæc, quia hic dicitur quòd solenniter nunciauit, quæritur quibus modis succurritur illi in cuius solo vel fundo ędificatur? Vbi sic distingue concludendo. 6 Quandoque † opus ędificatur in fundo à me possesso, & tunc possum ædificium & opus propria authoritate destruere, nec est necesse mihi nouum opus nunciare. ℣ est notandũ. & probatur in l. quemadmodum.in prin.D.ad leg. Aquil.& l.ũ vtrẽ. §.ũ ad ianuam.D.℣ vi aut clam.& l.i.C. nemi.licẽ.fig.impo. Quandoq; quis ædificat in solo à me non possesso, sed in quo ius dominij vel quasi prętẽdo. & tũc aut opus est iam perfectum & cõsummatum,& tunc nũciatio nihil operatur,sed alia via succurritur,vt præd.ext.ideòque sis diligens in nunciando tempestiuè. Aut non est opus consummatum, sed sõlùm inceptum, & tũc per nunciationem succurritur ne in opere procedatur.

7 Sed † hîc aduertendum, quòd tribus modis põt fieri hæc denunciatio. vno modo iudicis authoritate, per nunciũ ad hoc missum: secundo modo fit à parte.& hæc fit dupliciter,videlicet verbis tantũ,vel verbis & factis simul. Quæ fit verbis tantũ fit hoc modo: nam pars accedit ad opus,& dicit operariis, *Denuncio vobis ne in hoc opere vlterius procedatis, & ne aliquid per vos vel alium nomi operis faciatis.* Verbis autem & factis similiter fit hoc modo: dicit enim operarius, *Prohibeo seu denuncio ne vltra procedatis, nec aliquid operis faciatis.* & his dictis accipiet(secundùm aliquos) vnum lapidem, quem in opere deiiciet: vel (secundùm alios) ex ipso opere lapidem vnum vel plures auferet & deponet. Vbi autem iudex ad instantiam partis opus nouum denunciare facit, tunc hæc forma vti debebit: *Bernardinus Vicarius &c. Ad petitionem & instantiam Thomæ impositi & mandatis dedit C. publico nuncio & seruitori Communis Papiæ, quatenus vadat ad tale sedimen, vbi fit ędificium tale, ad petitionem Augustini, & ibi præcipiat dicto Augustino, & operarijs ibi laborãtib', quatenus sub pœna librarum x. applicandis Communi Papiæ, quòd nõ procedant vlterius in ipso opere, sed ab eo omnino desistant. Quòdque idem nuncius modo & mensuram recipiat dictis operibus factis, & inde referat &c.* Quæ omnia habẽtur in textu & gl. ac per Bar. & Dy. in l. de pupillo. §. memini. & l.i § nunciatio.D.no.op.nunc.

8 Ex quibus collige, quòd iudex potest aliquando per viam præcepti procedere cõtra aliquẽ, ad alterius petitionẽ & instãtiã. ℣ quo fiet regula quæ traditur in l. ℣ iuris.D.de re iudic.in l.fi.D.si quis iudicẽ.nõ obtemp.& l.i C.comm.vel epist.& tangitur per glo.in c. ex parte in Christo.de verb.sig.& l.ea quidẽ.C.si mita fuer.alie.& per doc. Verũtamẽ tale præceptũ euanescit,veo cõparente,& petente sibi libellũ offerri,quia iudicia nõ sunt à præceptis inchoanda, sed fundãtur & principãtur super libello.in l.i.in fin. D.de in ius voc.& in l.libellorũ.de accu.& in Auth.offeratur. C.de lit.contest.& ext.de libel.obl.e.s.

9 Nunc † autẽ quæritur qui sunt effectus, & quæ sit differentia inter hos tres nũciãdi modos? Breuiter respõdeo.℣ si fiat nũciatio solo verbo per partem,tunc ipsius fundi perdit possessionem,quasi suspiceatur se repelli posse. Vbi autẽ fit verbo & factis,

cto, vel iudicis authoritate, tunc retinet possessionē. vt habetur in d.§. memmisse. & d.§. nūciatio. Quæ qui dē nunciatio pōt fieri sine scriptura, licet consultius sit ℘ de ea fiat scriptura: quia labilis est hominū memoria, secūdū Dy. & Bar. in d.§. memmisse. & d.§. nunciatio. Si autem perdatur potlellio stultitia nunciātis, qui solo verbo nūciauit, poterit eam statim recuperare, quia aduersā nō facto possessionem amisit, secundum eos, arg. in l. 3. §. cū igitur cum similib⁹ ibi notatis. D. de vi & vi. ar.

10 Ampli⁹ † quæritur, an in hac tali denunciatione debeat nūciator causam exprimere? E. Glo. in d.l.1. determinat quòd sic, si aduersarius petat causam exprimi, sicut in simili dicitur in libello. in l. edicta. C. de eden. cum sua materia. & in teste. vt l. solam. cum ibi notatis. C. de testib. & hanc opinionem sequitur Bar. in d.l.1. in prin. & Spe. in ti. de procur. §. ii. ver. sed nunquid. imò sufficit si operarij peteret causam exprimi, secundū Bar. vbi s. arg. l. prohibere. in prin. D. ℘ vi aut clam. dum tamen ipsa expressio causæ petatur tēpore opūs nunciationis, & non post. Et causa quę exprimenda est debet esse talis, per quam aduersarius possit deliberare, an velit cedere vel contendere. secundūm Dy. & Bar. vt per eos notatur in d.l.1. in prin.

SVMMA.

1 *Mensura operis fieri debet in ipsa nunciatione, vt facilius probari possit quid & quantum demoliendum sit.*

GLOSSA V.

Modúsq; seu mensuram. 1 Plures † sunt qui errant in hoc. nam, secundū iura, statim facta nunciatione debet nūcius vel nunciator accipere mensuram operis, vt sciri possit quid & quantum post nunciationem super ędificatum fuerit, & quid sit demoliendum. vt l. non solum. §. 1. & §. sed vt probari. D. de no. oper. nunc. Nec tamen, si omittatur, nunciatio vitiabitur, sed erit difficile probare quid & quantum spreta denūciatione sit demoliendum &c.

SVMMAR.

1 *Constructum iustè vel iniustè post nunciationem, & ante remissionem destruitur.*

2 *Remissio fit à parte, à lege, & à iudice.*

3 *Remissio quæ fit à lege duplex est, vna precedens ex defectu initis, alia ex satisdatione oblata, qua visitatior est.*

4 *Exceptio. Hodie constat hodie agatur, proposita per nunciantem, impedit per tres menses ne satisdatione fiat remissio.*

GLOSSA VI.

Ante aliquā remissionem. 1 Ad † huius intelligentiam sciendū est, ℘ facta alicui nunciatione noui operis, non licet ei cui facta fuerit vltra in opere ipso procedere, sed statim debet abstinere: aliàs si contrafaciat, antequam remissio nunciationis facta exiterit, totū opus super ędificatum destruetur, siue iustè siue iniustè apparuerit esse factum, etiam si is qui nunciauerit nullum ius nunciandi habuit. vt probatur in l.1. in princ. & l. prętor. D. de no. ope. nun. 2 Hæc † autem remissio fit simpliciter. Primo modo ab ipso nunciante. Secundo à lege, tertio à iudice. A nunciante fit hoc modo, si dixerit, *Vade in nomine domini, & procede in opere tuo.* & de ista remissione loquitur ti. D. de re-

missi.per totum.& l.vim facit.§.tam diu.D.quod vi aut clam.& l.1.in §.& post operis,in fi.D.de no.ope. nunc.

3 Illa † autem quæ fit per legẽ cõtingit dupliciter.vno modo, quando nunciatio est ipso iure nulla, vel ex defectu personæ nunciantis, vel rei,aut cautiæ. vt plenè prosequitur Bar.in d.l.1.in prin.& supra dixi.Alio modo,prestita vel oblata satisdatione coram iudice,de opere demoliendo, si apparuerit ipsum iniustè ædificare: quo casu potest in opere procedere. & hic modus est quotidianus. Quæ satisdatio est necessaria,si opus fiat in loco priuato:nam si fiat in loco publico, sufficit nuda promissio. vt hæc omnia habentur in l.de pupillo.§.si is cui.& l.non solùm,§.sciendum.& l. si pulauo. §.1. D.de no.ope.nun. Tertio principali modo fit remissio à iudice:& hoc dupliciter.Vno modo,si reperit ipsum nunciantem non habere ius nunciandi.tunc enim iudex ipsam remittit,& licentiam concedit procedendi in opere. & de hoc loquitur d. l. de pupillo. §. qui remissionem. & hoc procedit ante opus completum & satisdationem præstitam. Secundo modo fit,quando post præstitam satisdationem, & opere completo, auditis plenè partibus,& cognito de causa pronunciauit diffinitiuè nunciationem non tenuisse,& ipsum nũciantem ius prohibendi non habuisse.& de hoc loquitur d.l. prætor. §. deinde.& l.stipulatio.§. hoc autem. quæ omnia plenè examinat Bart. in d.l.1.ver.deinde in prin.

4 Sed † circa præmissa occurrit tale dubium, à pluribus cognitum & malè practicatum. ecce quòd oblata satisdatione coram iudice per ædificantem,dicit nunciator, *domine iudex non admittatis hanc satisdationem, ego statim volo ostendere de iure meo,hodie constat,hodie agatur*, an per hoc impeditur ille quominus in opere procedat? Et videtur quòd nõ, per ea quę superius dicta sunt.& per textum.in d.l.prætor.§. deinde. & d. §.sciendum.cum similibus. Bart.autem,& doc.tenent contrarium. nam hoc casu satisdatio non prodest nec releuat ipsum, sed debet & tenetur differre in opere, & procedere vsque ad finem litis, quæ finienda est per iudicem infra tres menses proximè futuros.vt est textus.& ibi notatur in l.fi.C.de ædif.priua.quam opinionem tenet ibi Azo in summa, circa fi.& Bar.in d.l.1.§. deinde.& d. l.prætor.§.si quis paratus. Quod est valde notandum. Et sic habens prævalde notandum. Et sic habens præticare & notare quid prodest hæc exceptio, Hodie constat,hodie agatur. Sic & aliàs prodest in alio casu in l.si is à quo.in prine.cum similib. ibi notatis.D.vt in possl.leg.&c.

SVMMA.

1 *Libellus offerri debet in nunciatione, cùm petitur opus demoliri, & in remissione.*

GLOSSA VII.

QVare præfatus Thomas volens. Hæc est conclusio libelli. ad quem semper aduertendum est,vt sit peritus dixi. 1 Occurrit † autem hoc dubium,an in prosecutione nũciationis nouæ operis debeat libellus offerri? Et dicendum est, quòd sic,maximè quando petitur opus demoliri, vt hîc fit. & ita determinat Glo.& Bar.in l. de pupillo. §. quinopus.Facit regula generalis. Authen. offeratur. C. de litis contest. Quod ex eo fortificatur, quia licitum est cuique

tuique petere ius suum confirmari. argum.l.4.§.nullum.D.de Carbon. edict.& in cap. fin.& cap. si quis. de consti. vti.vel inuti.& ibi per Innoc. Et versa vice is cui facta est nunciatio, poterit libellum super remissione fienda iudici offerre, petendo nunciationem pronunciari nullam. vt dicta l.de pupillo.§.si is cui. Et hoc modo procedendo, omnia rectè fiunt, & sine scrupulo, secundum Bart.vbi s.&c.

SVMMA.

1 *Cuius sumptibus demolitio fieri debeat.*

GLOSSA VIII.

Destrui fiendum suis propriis sumptibus. Aduerte quòd ille qui spreta nunciatione ædificauerit, tenetur opus diruere. vt suprà dixi, in proxima glossa. 1 Sed † an suis propris sumptibus, distinguendum est. Aut enim possidet rem ipsam cum ædificio, & tunc tenetur ad patientiam & impensas. vt l. pen. & ibi notatis. D. de noui oper. nun.& L competit. §.fina. D. Quod vi aut clam. Aut non possidet, sed alienauit, & tunc ipse liberatur. successor autem eius (in quem facta est alienatio) tenetur ad solam patientiam præstandam in destruendo opere, non autem ad impensam: quia ipse non peccauit. Si autem ipse opus perfecisset, sciens denunciationem factam, tunc tenetur ad vtrumque, videlicet ad patiendum & ad impensam. vt hæc probantur in l.fin. & l. non solùm.§.fin. D. de noui oper.nun. & dicta l. competit. in fine. Econtra verò, si is qui nunciauit, fundum illum alienauit cuius contemplatione nunciatio facta fuerit, extinguitur effectus nunciationis. vt dicta l.non solùm.§.fi. Et sic patet quòd hæc nunciatio ex parte nunciantis est personalis, & ex parte eius cui facta est, in rem seu realis, &c.

SVMMA.

1 *Etiam iustè ædificata post nunciationem sunt destruenda, in odium contemnentis nunciationem.*

GLOSSA IX.

Aliqualiter audiatur.

A 1 Ista † est regula, Quòd in odium contemnentis mandatum iudicis & legis, quicquid post denunciationem ædificatum sit, siue iustè siue iniustè, destruendum est. vt dicta l.non solùm, §.1. & d.l.post prin.cum similibus, &c.

SVMMA.

1 *Damna & interesse præstat qui præcepto iudicis paret, in demoliendo opus.*

GLOSSA X.

IN omnibus damnis & expensis. 1 Ad † hæc omnia tenetur, si non reintegret & demoliatur opus ad mandatum iudicis. vt l. stipulatio. §.fin. D.de nou. oper. nun.& l. semper.§.in hoc interdicto.D.quod vi aut clam. Quod quidam interesse qualiter probetur, traditur per glo.in dicto §.hoc interdicto. & ego latè scripsi suprà, in primo libello, in glo. super verbo, *interesse*.

Alias sequentes clausulas declara, vt plenè dixi in dicto primo libello,&c.

FORMA LIBELLI quo vxor agit ad dotem & vsumfructum.

TITVLVS XXXIII.

CORAM vobis, domino Ber. vicario &c. Agit & in iure proponit Simon Catonius procurator & procuratorio nomine nobilis dominæ Margaritæ, vxoris quõdam domini Thadæi, contra & aduersus Rolãdinum filium & hæredem quondam dicti domini Thadæi, & contra quãcunque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens ipse Simon dicto nomine, quòd de anno currente M. CCCCI. supradicta domina Margarita matrimonium legitimè contraxit cũ præfato domino Thadęo, eique tunc dedit & tradidit in dotem, pro dote, ac nomine dotis ipsius dominę Margaritæ, florenos mille auri, in pecunia numerata ac etiam castrum Lamberti, Campi Papiæ inæstimatum, cum omnibus suis iuribus & pertinentiis ipsi castro spectantibus.

II. Quam quidem dotem præscriptus D. Thadæus fuit tunc confessus, & contentus versus ipsam do. Margaritã, habuisse & recepisse, exceptioni non habitæ, nec receptæ, dictæ quantitatis dotis omnino renunciando, prout hęc & alia plura constant publico instrumento tradito & rogato per C. notarium Papiæ, anno prædicto, & mense & die in eo contentis.

III. Insuper proponit & dicit idem Simon dicto nomine, quòd præfatus do. Thadæus solenniter tunc promisit ipsi dominæ Margaritæ, quòd quotiescunque & quãdocunque ipsa peruenerit ad casum restituẽdę dotis, quòd eo casu tam ipse dominus Thadęus quàm eius hæredes & successores, darẽt & soluerent, ac restituerent ipsam dotem dictæ do. Margaritæ eiúsque hæredibus & successoribus, simul cum omnibus iuribus dotalibus ad ipsam tunc temporis pertinẽtibus, prout in dicto instrumento latiùs continetur.

IIII. Proponit etiam & dicit dictus procurator dicto nomine, quòd præfatus dominus Thadæus iam tribus annis

bus annis elapsis diem suum clausit extremum, cuius rei causa ipsa dicta dom. Margarita fuit & est in casu prædictæ dotis sibi restituendæ, cũ omnibus suis iuribus dotalibus, ac etiam alimentis sibi de iure debitis à morte dicti quondam do. Thadæi citra.

V. Denique dicit & proponit idẽ procurator dicto nomine, quòd prædicta dom. Margarita tempore prædicti contracti matrimonii, vltra ipsam dotẽ, habuit, & adhuc hodie habet infrascriptas terras & proprietates, quas in se tunc reseruauit, tanquã bona paraphernalia, & quæ ad ipsam pleno iure spectauerunt & pertinuerunt, & hodie spectant & pertinent, in & super quibus eadem do. Margarita nullam potestatẽ nec administrationem concessit dicto do. Thadæo, sed ipsius do. Margaritæ administrationi & regimini reseruauit.

VI. Quanquam prædictus do. Thadæus (contra & præter voluntatem ipsius dictæ do. Margaritæ ac sciẽtiam & licentiam) habuit & recepit & in suos vsus conuertit omnes & singulos fruct', redditus, & prouentus, qui exierunt ex rebus & proprietatibus antedictis, qui quidem fructus & redditus ascendũt ad summam pro toto tempore prædicto, vno anno cum alio computato, florenorum mille, vel circa, prout in processu liquidabitur & veritas apparebit.

VII. Rursúmque dicit & proponit suprascriptus procurator dicto nomine, quòd supradictus Thadæus in suo vltimo testamento dedit & legauit dictæ do. Margaritæ vsumfructum omnium bonorum, relinquens, faciens, & constituens ipsam dominam & vsufructuariam omnium bonorum suorũ, donec vidualẽ vitam duxerit.

VIII. Et vltra, si habitaculum tenuerit cõtinuè cùm hæredibus suis in ciuitate Mediolani, & in eorum domum contulerit dotem suã, legauit & reliquit ipsi d. Margaritæ singulis annis florenos quinquaginta, de quibus posset facere & disponere pro libito voluntatis.

IX. Super quorum omnium restitutione, relaxatione, solutione & satisfactione suprascriptus Rolandinus sæpe & sæpius fuit

admonitus, requisitus, & interpellatus per supradictã do. Margaritam. quanquam ipse Rolandinus prædicta omnia facere, soluere, & adimplere recusauit, præsentialitérque recusat indebitè ac iniustè.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit præfatus procurator procuratorio nomine præfatæ d. Margaritæ, quatenus per vestram diffinitiuam sententiam, ac omni via, iure, modo, & forma quibus meliùs fieri potest, condemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis suprascriptum Rolãdinum, versus dictum procuratorem nomine quo suprà, ad dandum, & ad soluendũ, dimittendum, relaxandum, restituendum, & satisfaciendum ipsi do. Margaritæ, & dicto eius procuratori eius nomine, suprascriptam dotis quantitatem, simul cum dictis alimentis & iuribus dotalibus, ac omnibus pecuniarum quantitatibus antedictis, cæterisque damnis, interesse, & expensis factis & passis, faciendis & patiendis in futurum, de quibus protestatur.

Deducendo in præsenti iudicio omne ius sibi dicto nomine competens & competiturum. Saluo &c. Non astringens se &c.

SVMMAE.

1 *Quindecim dotis priuilegia breuiter enumerantur.*

2 *Papa vsurpat iurisdictionem Imperii, propter imperitiã imperatorũ.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Frequẽs ac luctuosus est hic tractatus, vnde procuratoribus vtilis est & fructuosus. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd dotis causa, ac prẽstatio, & restitutio eius est fauorabilis (a vt inquit Iurisconsultus in l. 1. D. solu. mat.) ratione publicæ vtilitatis, vt quasi liberis repleatur, vt ibi dicitur. Alii autem sunt fauores à iure collatipsi doti, de quibus notatur per Bart. in d. l. 1 videlicet † infrascripti.

Primus est in tacita obligatione bonorum viri, vbi expressa non interuenit, pro restitutione ipsius dotis, b in casibus à iure concessis. & econtra, in tacita obligatione bonorũ ipsius vxoris, pro dote per eã pro-

a *Fauorabilis.* Adde priuilegiis, & per Bar. & Al. in l. Caius. D. so. ma. doc. in fi. præ. ctum, & in l. pater. C. de pac. conuentis tam su. do. & Ang. Are. §. fuerat col. 2. init de act. & adde quòd si dos est promissa ab extraneo committatur mora in regulatis. l. fi. §. præterea. C. de iudi. do. ita Ang. Are. in d. §. fuerat, per Ale. in leg. quod te col. 6. D. si cert. pe. Fran. Curt.

b *Horus dotis.* Adde quæ est quot sint priuilegia dotis, vide per Bal. in l. 1. C. de ti. vel. do. spe. citu. de donation. inter vir. & vxo. §. fortiter.

mulsa ex-

missa exoluendo. vt habentur hæc in l.1.§ & vt plenius. C. de rei vxor. act. Quod quidem beneficium cùm contribuatur à iure ipsi actioni de dote,transit ad quemcunque ad quē transit ipsa actio.vt probatur in d.l. 1.§.& vt plenius. & in §.fuerat. Inst. de actio. licèt beneficium seu priuilegiū quod et datur, vt cæteris creditoribus similem hypothecam habentibus præferatur, non transeat ad aliam personam.vt tenet Cyn.& alii,in l.1.C.de priui.dot.

Secundum beneficium dotī attributum est, quòd res seu fundus dotalis non possit alienari per maritum,etiam consentiente muliere.vt in.D.de fun.do.& Inst. quib.aliena. non licet.in prin.Nisi,secundùm canones,ipsa mulier iurauerit non cōtrauenire alienationi. vt in c. cùm contingat.de iureiu. Sed de iure ciuili etiamsi iurauerit potest contrauenire.vt infra notabitur arg.l. non dubium. C. de leg. cum similibus. Sed ius canonicum etiam in tertis Imperii obseruatur. 2 Et † sic aduerte quòd in hoc sibi Papa vsurpat iurisdictionem Imperii.& idem facit in multis aliis. quod totū procedit ex imperitia ipsorum Imperatorum. Et hoc priuilegium seu beneficium transit ad quemcunque ad quem transit actio de dote. vt traditur in l.fundum dotalem. D. de fund.dota.

Tertium priuilegium est, quòd in re dubia præsumitur quòd obligatio bonorum dotis præueneric obligationi extranei, in bonis viri. vt l.in ambiguis. D.de reg.iu. Et ad hunc casum potest trahi & intelligi d.l.1.D.sol.mat. quod beneficium etiam transit ad quemcunque.vt d. l.in ambiguis.

Quartum beneficium est in tacita stipulatione, quæ fingitur interceſſisse de restituēda dote,vt in l. 1. in prin. C. de rei vx.act.& Inst.de acti. §. fuerat.quod quidem beneficium transit ad quemcunque.vt ibi, & d.l.1.C.de priui.do.

Quintum est priuilegium circa naturam ipsius actionis de dote,quę ex stipulatu vocatur. nam hoc casu est bonæfidei, licèt regulariter sit stricti iuris.vt §. bonæfidei.Institu. de acti.& d.§.fuerat. cum similibus. quod priuilegium transit etiam ad quemcunque.vt ibi notatur.

Sextum beneficium seu priuilegium est super instantia causæ, quæ summaria est,sicque in ea potest iudex dilationes abbreuiare. vt notatur in d.l.1.D.solu.ma.arg.in cle.dispendiosam.de ind. & quod notatur in l.2.D.de re iudica.licèt Dyn.contrarium dixerit.

Septimum priuilegium est, quia mulier in personali actione de dote cæteris creditoribus personalem actionē habentibus præfertur. Quod quidem priuilegium non transit in hæredem. vt d.l.1.C.de priuil.do. & ibi notatis.

Octauum priuilegium est, quia in tacita hypotheca mulier prodote præfertur cæteris creditoribus habentibus tacitam hypothecam, non autem habentibus expressam. vt habetur in l.fin.C.qui po.in pig. hab.& in d.§.fuerat. Quod quidem priuilegium ad suum transit hæredem. non autem extraneum. vt d.l. 1. D. de priui. do. & notatur per gl. in d. §. fuerat. & per Bar. in d. l. solu. ma. & per Cyn. in d. l. 1.C. de priui.do.

Nonum vertitur priuilegium, quia dos incerta potest cōmitti ar-

bitrio patris vel incertæ personæ, nec eius incertitudo vitiat stipulationem. vt l. cùm post. § generi. D. de iur. do. licèt regulariter contra. vt l. ita stipulatus. in prin. D. de verb. ob.

Decimum est beneficium, quia mulier promittens dotem pro aliena muliere obligatur, nec exceptione Vellejani iuuatur. vt l. fin. C. ad Vell. licèt in aliis casibus iuuaretur, vt per totum titu. maximè l. 1. D. & C. ad Vell.

Vndecimũ est dotis priuilegiũ, quia licèt regulariter res subiectæ restitutioni, in diem, vel sub conditione, non possint interim ante diẽ vel conditionis euentũ alienari (vt in Auth. res quæ. C. comm. de leg. cum similibus ibi notatis) tamen in causa dotis vel pro dote sua, vel liberis constituẽda, alienari possunt. nec adueniente die vel conditione alienatio resoluitur, sed firma permanet. vt ibi notatur. & scripti infrà. super forma libelli quo agitur ex substitutione.

Duodecimum priuilegium est, quia pater compellitur per iudicẽ filiã dotare, secundùm vires sui patrimonij. vt habetur in l. qui liberis. D. de ritu nup. & l. fin. C. de do. promis. Imò si pater esset absẽs, poterit iudex ex suo officio de bonis paternis in dotẽ dare filiæ. ne perdat tempus nubẽdi sub expectatione patris. vt in l. profectitia. in prin. D. de iur. dot.

Tredecimũ [a] priuilegium dotis est, quia si imputetur mulieri peteti dotẽ, quòd res viri amouerit vel subtraxerit, non impeditur ex hoc nec retardatur restitutio dotis. nec etiã si ei obiicitur quòd malè versata sit. vt hęc habẽtur in §. taceat. C. de rei vxo. act. Quod priuilegium non puto transire in hæredẽ extraneum, quia personæ cohæret, cùm fuerit ideo sic prouisum. vt mulier nubere possit. Amplius (secundùm aliquos) nec vlla cõpensatio potest ei opponi. vt probatur in l. 1. §. sed nec ob impensas. licèt glossa ibi teneat cõtrarium. de quo notatur per Bart. in l. diuortio. D. solu. matrim.

Quartumdecimum infertur priuilegium, quia filia in potestate patris constituta potest pro dote sua esse in iudicio, sine patris consensu, quando dos est aduentitia. secus autem si esset profectitia, vt tangitur in Auth. quod locũ. C. de collatio. & notatur per glo. & doct. in l. 2. §. Q si in patris. D. sol. matrim.

Quintumdecimũ potest addi priuilegium, quòd dos nõ præsumitur cõmunicata pendente matrimonio inter socios omnium bonorum. vt habetur in l. actione. §. fi. cũ l. seq. D. pro socio. 3 Aliquando tamẽ contingit quòd conditio dotis sit alius deterior. vt probatur secundùm primam lecturã in l. Lucius. §. impuberẽ. D. de leg. 2. & in l. si socius pro filia. D. pro socio. & c. finaliter, &c.

SVMMAE.

1 *Regulariter mulier non potest stare in iudicio nomine alieno: nisi certis casibus. Et regulariter stare po-*

a *Tertium decimum.* Adde hic & vide vt per Alex. in l. rei iudic. D. sol. mat. & adde aliud priuilegium, quòd si reperiuntur diuersa instrumẽta dotalia, illud prevalet quod est vtilius vxori, ita alle. in l. & quæ nuptã. D. de pig. act. licèt instrumẽtũ inter alios cõfectũ super dote, plenè probatur. ita Ale. in l. admonen. col. 18. de iureiur. & ibi dixi post ipsum & Alex. in cons. 4. col. 8. in 2. vol. & ibi quod si vir vendit fundũ dotalẽ vxore cõsentiente, bona mariti remanẽt obligata & pecunia quã recepit. Cui tale nomine

teſt nomine proprio, ſiue ſit ſui iuris, ſiue in patris poteſtate. niſi in dote profectitia, cū eſt in poteſtate.

8 *Pater de ſuo conſtituens dotem filiæ quæ eſt in poteſtate ſi ſibi ipſe reſtitui ſtipuletur, filiæ actio non cōpetit, ſi ſoli filiæ, patri non competit actio, ſed ipſi ſoli, & ea mortua liberis eius. Nam in dote etiā profectitia, filiafamilias habet hæredem.*

3 *Cùm pater de ſuo conſtituit filiæ in præſente conſtituere dotem ſimpliciter non ſtipulando ſibi nec filiæ reſtitui, tunc liberi filiæ patri præferuntur.*

4 *Cùm pater de ſuo dotē dat filiæ quæ eſt in poteſtate reſtitui ſtipulatur, poſt mortem exercitium actionis de conſenſu tacito vel expreſſo filiæ.*

5 *Dotis repetitio cōpetit extraneo qui eam conſtituit, ſi inconſumenti eam ſibi ſoli reſtitui ſtipulatus ſit, tūc ipſi mulieri in minus competit repetitio.*

6 *Cùm pater eſt inops, filiæ ſoli ſine patris conſenſu competit dotis profectitiæ repetitio.*

7 *Filij dotem maternā à patre inope & diſſipatore repetere poſſunt.*

GLOSSA II.

PRocuratorio nomine domine Margeritæ. Hic nota * quòd mulier eſt cum per ſe poſſet ſtare in iudicio, & proſequi cauſam ſuā. 1 Nam† licèt mulier non poſſit eſſe in iudicio nomine alieno regulariter (vt in l. fœminis. D. de procur. & l. alienam. C. de procur. niſi in certis ſpecialibus caſibus notatis in l. exigendi. C. de procura.) tamen vbi agit nomine proprio & pro ſua cauſa, regulariter admittitur. vt ibi notatur. & in dicta Authen. Quod locum, cum ſimilibus. C. de colla. ſiue ſit in poteſtate patris (quò ad dotem aduentitiam) ſiue facta ſit ſui iuris (quantum ad dotem etiam profectitiam) morte patris, vel per emancipationē, ſecundùm aliquos. vt colligitur ex his quæ notantur in l. 1. §. videamus. C. de rei vxo. act. licèt, ſecundùm alios, vbi efficitur ſui iuris emancipatione, ſit patris neceſſarius conſenſus pro dote profectitia. quod eſt falſum, ſecundùm Cy. vt per eum notatur in l. auia. C. de iure do. & per Bart. & Dy. in d. §. quòd ſi in patris.

Vltrà prędicta prolationi declaratione reuoco in dubium, quando mulier in patris poteſtate eſt conſtituta, nūquid ipſa ſola ſine patre poterit doté ſuam petere ab hæredibus mariti? Videtur quòd ſic, per ea, quæ proximè dicta ſunt. Tu circa hoc pleniùs ſic conſidera. Aliquando dos iſta eſt ſimpliciter profectitia, quia pater eam conſtituit & dedit: aliquando eſt aduentitia, quia extraneus illam contulit. Primo caſu ſubdiſtingue. 2 Aut† ipſe pater tempore dotis traditæ & conſtitutæ ſtipulatus fuit ipſam dotem ſibi ſoli reſtitui, & tunc ipſi ſoli patri competit ius agendi, & non filiæ. vt l. quoties, cum ſimilibus ibi notatis. D. ſolut. mat. Aut ſtipulatus eſt ſoli filiæ dotem reſtitui, prout communiter fit hodie in inſtrumentis dotalibus, & tunc ipſi ſoli filiæ competit ius agendi, non patri. vt in lege, poſt dotem,

* *Hic nota.* Vide per Doct. in l. 2. D. de re. iur. & in l. 1. D. de poſtu. glo. in c. non ſolent. 2. q. 6. doct. in c. de crimine cum tribus capitulis ſequ. 15. q. 4.

secundùm lecturam Dy. D.sol.matrimo.probatur in l.fi cùm dotem. in prin. cum ibi notatis. D. sol. mat. & in l. Pomponius Philadelphus. D. famil. erc. & notatis. C. de inoffic. dot. l.2. Sed an mortua filia, patre & liberis superstitibus, competat actio de dote patri, an verò liberis? Fuit apud doctores dubitatio. Dicit enim Dyn. quòd actio de dote cõpetit priùs liberis quàm patri. per d.l. post dotem secundùm eius lecturam. Et hæc actio transit in filios tanquam in hæredes, quia hodie filiusfamilias habet hæredem. Alii dicunt quòd soli patri competit actio de dote, quia in profectitiis etiam hodie filiusfamilias non habet hæredem, sed talia bona per patrem tanquam peculium occupantur, vt notatur in Authen. de hær. ab intest. §.1. & l. nupta. §.1. D. sol. mat. Quam opinionem sequutus est Azo in summa sua. C. sol. ma. in fi. Bar. in d.l. post mortem. in 4. q. tenet opinionem Dyni. per textum. in l. inter socerum. §. cùm inter. D. de pact. dot. quã opinionẽ firmat etiã Odof. & Iaco. de Bel. quæ æquior est. Sed hic aduerte, quòd hæc quæstio solùm procedit in dote profectitia. nam in aduentitia clarum est, filios patri anteferri.

3 Idem† procedit quando pater simpliciter dotem dedit, non stipulando sibi nec filiæ. vbi autem stipulatus esset sibi soli restitui, tũc puto quòd sibi soli actio competit, filiis exclusis. vbi verò stipulatus fuisset ipsi filiæ restitui, tunc puto ius stipulationis in filios sine dubio transmitti, patre excluso: licèt hoc casu posset procedere hæc disputatio. Multò igitur fortiùs competit actio ipsius filiis tempore moderno, quo fiunt instrumenta dotium, in quibus pater stipulatur dotem restitui filiæ suæ ac filiis & hæredibus eius. quod nota. Nec obstat prædictis opinio Azonis, & ea quæ notantur in d.l. nupta. quia ibi loquitur quando pater voluit filiæ suæ donare tacitè vel expressè dotem: sed hîc voluit sibi dare stipulando ipsi filiæ restitui. Nec similiter habet obstare quod notatur in d.§.1. de hæred. ab intest. quia ibi loquitur in illis profectitiis quæ filio non quæruntur, sed quorum dominium remanet penes patrem. sed quæstio procedit in dote, cuius dominium quæritur ipsi filiæ, ideo in ea habet hæredem, & sic filii patri præferuntur. l. certum. C. fam. erc. Et per hoc habes expeditos duos articulos, videlicet quando pater stipulatur sibi, vel quando stipulatur filiæ.

4 Tertius subiungitur articulus, videlicet quando pater simpliciter dotem tradidit, nec specialiter eam restitui, stipulatus est sibi nec filiæ. Et tunc in dubio est communis actio vtriusque, sic tamen quòd solus pater exerceat actionem, de consensu filiæ tacito, vel expresso. vt habetur in l. 2. §. voluntatem. & in l. non solum. D. solu. matrim.

5 Venio † nunc ad secundum principalem casum, qui est quando extraneus dat ipsi filiæ dotem. vbi distingue. Aut ipse extraneus fuit incontinenti tempore traditionis stipulatus ipsam dotem sibi restitui, & tunc ipsi soli competit actio, aut non est stipulatus sibi restitui, & tunc ipsi soli mulieri competit actio & exactio. vt habetur in l. 1. §. accedit. & in §. extraneum. C. de rei vxo. acti. & l. auia, & ibi notatis. C. de iur. dot. quam actionem poterit intentare

intentare hoc casu, sine patris consensu, vt suprà dictum est. & habetur in d. Authen. quod locum. C. de collat.

6 Vltrà† quæritur, dictum est suprà quòd in dote profectitia patri competit actio, sed nunquid patre viuente sit dare casum, quòd soli filiæ actio competat, & non patri, in hac dote? Glossa determinat & sic, quando pater est inops, vel timetur de eius dilapidatione. vt notatur in öict. l.2. vers. cæterùm. D. sol. matrim. quam opinionem sequitur Bart. ibi & in l. fi. D. de eo per quem fa. erit. & in l. Imperator. D. ad Tre. & plenè. l. 2. §. 1. D. de legat. 1. & l. pater. in fin. D. de do. præleg. & l. si cum dotem. §. eo autem tempore. D. so. matri. quod est notandum, secundum eum.

7 Ext quibus talis deciditur quæstio, vt per eum notatur in d. §. cæterùm. Ecce quòd mortua est mulier in matrimonio, superstitibus marito eius & filiis, modò hic maritus est pauper & dissipator bonorum, an filii poterunt agere contra patrem ad repetendam dotem, vt filia fiat? Determinat ipse quòd sic per l. fi. in fi. C. de sent. pas. & D. vt lega. nom. cau. l. fi. in princ. & in Glossa.

Svmmar.

1 *Status coniugalis multis malis obnoxius.*

2 *Vxor debet subiecta esse viro, & incedere capite velato: nec potest sine viri consensu votum vouere.*

3 *Mulier non est facta ad imaginem Dei, si credendum est C. Mulier. 33. q. vlt.*

4 *Regulariter dos restituenda est mulieri superuenienti. Excipe, Nisi commiserit adulterium: nam tũc dos cedit lucro viri, nisi & ipse eiusdem criminis sit reus, vel ipse de consensu viri adulterium cõmisit, vel vir eam sibi reconciliauit & mores eius approbauit.*

5 *Mulier non potest propria authoritate adipisci possessionem bonorũ dotalium, nisi pacto ita cautũ sit.*

6 *Si mulier prædeceſſerit in matrimonio, eius hæredes dotem repetunt nisi ex pacto vel statuto cedat lucro viri. Et tunc in statuto matrimonium debet intelligi perfectum, cum in domum viri vxor deducta est.*

7 *Si mulier stipuletur dotem fratribus restitui, non valet stipulatio. nisi ipsi fratres, vel notarius pro eis, stipulentur.*

8 *Constante matrimonio mulier potest dotem repetere tribus casibus. quando maritus vergit ad inopiam, quãdo deportatur, & quãdo matrimonium est nullum, vel non secutum.*

9 *In prædictis casibus vir potest restituere dotem vxori sponte: & ob causam alimentorum filiorum primi matrimonii, vel patris aut fratris, vel pro ipsorum redemptione, vel profundo emendo ipsi mulieri. Alioqui vir restituendo non liberatur, nisi in quantum mulier facta est locupletior.*

10 *Actio ad repetendam dotem præscribitur, ex quo vxor eam experiri potest ob viri inopiam.*

11 *Vxor dotem repetens à marito, probare debet inopiam per vulgi opinionem seu formam: ab extraneo autem, per testes.*

12 *Pendente lite ad restitutionem dotis ob inopiam si vir moriatur, rectè ab hæredibus eius dos pe-*

tetur per eandem instantiam.

33 *Pendente lite si vir fiat dimes, extinguitur iudicium.*

34 *Si tempore contractis matrimonii mulier sciuit virum esse inopem, non poterit ex ea causa dotem repetere: secus si ignorauit, contra Bartolum & Dynum.*

35 *Socer qui dotem recepit, si vergat ad inopiam, ad restitutionem dotis tenetur.*

16 *Pater non tenetur restituere dotem quam recepit nomine filii, si actu fit consentiente filio ne teneretur. Nec dotem quam solus filius recepit, licet de consensu patris. At si pater suo & filii nomine recepit, vel filius iussu patris, vterque & tenetur.*

17 *Cum filius dotem recepit sine iussu patris, pater tenetur tantum de in rem verso (Nisi in certis casibus, in quibus tenetur in solidum) & de peculio. Et filius tenetur in solidū.*

18 *Pater tenetur dotem restituere quam filius recepit patre præsente vel consentiente.*

19 *Cum pater vel alius cogitur se obligare, eo casu nudum consensum obligationē inducit, secus cum dumtaxat cogi potest consentire.*

20 *Pater cogitur se obligare pro dote filii, cum de consensu patris duxit vxorem, aut cum duxit honestam & sibi conuenientem. Cogitur & donationem propter nuptias dare filio.*

21 *Is præfertur in recipienda dote qui sustinet onera matrimonii.*

22 *Si extraneus obligatus ad restitutionem dotis vergat ad inopiam, dos potest repeti.*

23 *Obligatio satisdationis non impedit repetitionem dotis, viro vel socero vergente ad inopiam.*

24 *Mulier non potest renunciare repetitioni dotis ob inopiā viri vel soceri.*

25 *Cum pater est inops, filius dimes non potest in eum intendere hanc actionem, sed debet petere dotem, ad sustinenda onera matrimonii.*

26 *Mulier repetens dotem non potest agere contra extraneum possessorē pignorum, nisi prius discusso viro.*

27 *Cum mulier dotem repetens suspecta est de dilapidatione, dos ponī debet in sequestro.*

28 *Mulier potest dotem repetere, vir vergente ad inopiam, nō modo per actionem, sed etiam per exceptionē.*

29 *Mulier dotem repetens ob viri inopiam, mitti debet in possessionem bonorum viri pro rata quantitatis dotis, vel vsque ad modum sufficientem alimentis eius, si vir alimenta habet vnde se alat.*

30 *Fructus dotis exuberantes debita alimēta vxoris sunt viro restituēdi.*

31 *Mulier dotē à viro inope repetitam, eidem duxit facto non tenetur restituere.*

32 *Cōfessio viri se inopē fatentis sufficit ad probādā inopiā, cum vxor agit contra virū: at si agat cōtra extraneū probare debet inopiā per testes.*

33 *Vir non potest revocare confessionem inopiæ, nec dotē redditā repetere.*

GLOSSA III.

VXor quondam domini Thadei. Tu iuuenis cupidus lætalis status & habitus, considera quot inuenies anxietatibus & doloribus iis subiectus. 1 nam † qui vxorem ducturi sunt mortem & dissolutionem eorum, viuuri sunt infirmitates plurimas ac mortem filiorum, passuri sunt varia tormenta circa alimenta tam propria quàm filiorum ipsorum, facturi sunt immensas expensas quas nunquam præcogitaue-

gitaueruot, cruciatus etiam varios ſuſtinebunt à principe ſuo circa o-nera, taleas, & alia grauamina, quæ omnem conſolationem extinguunt. Propterea inquit Paulus in Epiſtola conſulendo, Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem: ſolutus es ab vxore, noli quærere vxorem, ſi tamen vxorem acceperis non peccaſti, tribulationes autem carnis habebunt perſonæ huiuſmodi, &c. Sed heu, vide quid Deus operetur, duo enim reperio quæ ſuo occulto iudicio ſubtrahere voluit à cordibus hominum, ne ſuper his parum, vel nihil cogitarent. Primum eſt, ſuper propria cuiuſlibet morte. ideò dicit Seneca, In hoc omnes fallimur, quia morté non proſpicimus. Secundum eſt ſuper coniunctione matrimonii. nam quot ex inde proueniunt anxietates, angustiæ & dolores, dictum eſt ſuperius, ſed ipſe Deus, cuius ſapientiæ non eſt finis, voluit ab hominum cordibus hoc detrahere, ne ſtatus laicorum contingeret deperire. 2 Debet † enim vxor eſſe ſubiecta ſuo viro, & in ſignũ ſubiectionis incedere ſemper capite velato. vt in c. fœminæ. 30.q.vlt. Et in tantum ſubiicitur viro, vt vota aliqua ſine eius conſenſu non poſſit vouere. a 33. q. vlt. c. manifeſtum. & c. cùm caput. 3 Non† enim mulier eſt facta ad imaginem Dei, ideo hoc reſpectu debet caput tenere velatũ. vt habetur c. mulier cũ ſeq. Redeamus nũc ad materiã. Hic ergo vir prædeceſſerat, & ſic dos petebatur, quia matrimonium erat ſolutum per morté viri. 4 Quoniam † regulariter dos eſt reſtituẽda mulieri ſuperuiuenti. vt l. 2. in princ. D. ſolut. mat. cum ſimilibus. Fallit ſi mulier adulterium commiſiſſet, quia tunc priuatur dote [b], & cedit lucro mariti & hęredum eius. vt l. cùm mulier. D. ſolut. matrim. & notatis per Gloſſam in d. leg. 2. in princ. & in l. conſenſu. C. de repud. Niſi forté commiſiſſet adulterium de conſenſu viri. vt d. l. cùm mulier. Vel ſi etiam ipſe vir cum alia muliere adulterium commiſiſſet. quia his duobus caſibus non lucrabitur ipſe vir dotem. vt l. viro atque vxore. D. ſolut. ma. Item non perdit mulier dotem, ſi poſt adulterium vir eam reconciliauit, & eius mores approbauit. vt in cap. plerunque. D. de do. inter vir. & vx. & notatis in d. l. cùm mulier. Quod tene menti, nã pluries vidi de facto, quòd mortuo viro eius hæredes, vel malitia, vel inimicitia, aut paupertate deuicti, volentes effugere reſtitutionẽ dotis, obiiciunt mulieri adulterium [c] commiſiſſe. Vnde ſi mulier ſentiat ſe poſſe probare, debet replicare, quòd eius vir ſimiliter adulterium cõmiſit cum Berta, vel ipſam poſtea recõciliauit. & hoc probato, remanebit actio de dote ſibi ſalua. Nã viri perſępe incurrent hoc vitium, & eodem modo poſſet replicare mulier, quòd in eius adulterio conſenſum præſtitit, vt aliquando faciunt plures. qui claudunt oculos.

a *Nota*, quòd in voto vxoris exigitur conſenſus viri, vide glo. in c. 1. 17. q. 1. gl. in c. ſi dominus. 15. q. 3. Inno. in cap. ſcripturæ de voto.

b *Nota*, quòd propter adulterium mulier priuatur dote, vide in Authen. vt liceat matri & auiæ, in fi. quia verò & in Auth. ſed nouo iure. C. de adul. & in ca. ex parte de coniug. Bal. in c. tuæ, de procurato.

c *Adulterium*. die quòd viduæ poſſunt opponere ſtuprum, vt conſuluit Paul. de Caſt. conſil. 121.

5 Sed † nunquid mortuo viro poterit ipsa mulier intrare propria authoritate in bona immobilibus per eam traditis in dotē ? Die quòd non, nisi in instrumento dotis fuerit appositum pactum de ingrediēdo. Quod nota, tu notarie, quia solet communiter apponi in instrumentis. Vnde expedit aliàs intrare cum authoritate iudicis. vt determinatur per textum & glossam in l. dotis actio. C. solu. mat.

6 Vbi † autem econuerso mulier prædecedit, viro superstite, in matrimonio, tunc regulariter per hæredes ipsius mulieris repetitur dos à marito. vt l. dos à patre. cum ibi notatis. C. solu mat. Nisi intercesserit pactum speciale dotis lucrandæ. vt D. de pact. do. l. si pater. in prin. & d. l. si inter virum, cum simi. Aut si statuto, vel decreto cautum sit, quòd vir lucretur dotem [a]. Vnde pro eius declaratione quæro de tali quæstione. Pone, statuto Papiæ cauetur, quòd vxore mortua in matrimonio vir dotem lucretur. Ecce quòd Titius desponsauit Bertam virginem per verba de præsenti, quam ipse Titius ad domum suam non traduxit, nec ipsam carnaliter cognouit, & sic mortua est dicta Berta virgo, in domo suæ propria & paterna, quæritur an ipse Titius lucretur dotē sibi ab ea traditā & promissam? Et videtur quòd sic, per ea quæ notat Cy. in l. cùm inter. in vlti. q. C. de dona. ante nupti. & in l. pe. D. de do. inter vi. & vxo. Nuptias enim non concubitus vel ductus in domum facit, sed consensus simplex eorum. l. nuptias. D. de regul. iur. & l. cùm hic status. §. si mulier. D. de don. inter vir. & vxor. §. nuptias. in Auth. de nupt. & ext. de sponsa. in c. cum locum. & 27. q. 2. cap. sufficiat. & sic habent locum verba statuti, ergo & ipsum statutum. vt l. adigere. in §. quamuis. D. de iure pa. & l. quod dictum. D. de pact. cum similibus. In contrarium facit, quia videtur facta promissio vel datio sub conditione, Si ipsa virgo ducatur ad domū viri, prout fieri solitum est ab omnibus. argu. in l. stipulationem. D. de iure do. & l. non enim. & l. promittendo. in prin. D. eo. tit. Vnde, cùm defecta & non impleta fuerit conditio, debet cessare ipsius dotis lucrum & acquisitio. & in hanc partem videtur consuetudo inclinasse.

7 Sed † pone quæstionē de facto. Ecce quòd mulier tempore dotis traditæ stipulata est à viro, si sine liberis prædecesserit ipsa vxor in matrimonio, dotē ipsam in toto vel in parte fratribus suis reddi & restitui, quæritur an hoc casu eueniente, mortua vxore in matrimonio sine liberis, detur actio fratribus eius, ex ipsa stipulatione, ad vendicādum ipsam dotem? Die quòd non. vt l. si genero. C. de iu. do. & notatur per Cyn. in l. cùm patrem. C. eo. titul. Facit l. pactum. & l. pater. C. de pact. conuent. & quod notatur per Bart. l. Caius. D. sol. ma. quia regulariter alter alteri extraneo stipulari, vel

[a] *Nota.* quando moritur sponsa, an vir lucretur dotem de ista materia vide per Car. Zab. in c. ex tenore, de testa. idem Car. in ea cum dilectus, de consue. per Pet. de Anc. in cap. quemadmodum de iureiur. idem Pet. de Anc. in repe. ca. canonum de constit. Abb. in tubr. de spon. Ab. in eq. loco. de probat. Ab. in cap. ex publico. de consuet. coniu. Abb. in c. si inter virum de spon. Abb. con. 3. in 5. vo. Abba. cons. 171. & Signorellus de homodeis de Mediolano cons. suo 146. incip. in quæstione vertente inter dominum Vianinum.

pactū

pacisci non poteſt. vt l.ſtipulatio iſta.§.alteri.D. de verb.ob. Vbi ergo quis ex forma legis municipalis poſſet alteri ſtipulari, vt eſt Papiæ, tunc ipſi fratres poſſent ex ea ſtipulatione agere. Eſt ergo conſilium, vt ipſimet ſtipulentur de voluntate & de conſenſu ſororis ſuæ, vel notarius illorum nomine tanquam publica perſona ſtipuletur.

8 Nunc † autem videndum occurrit, an pendente matrimonio poſſit mulier aliquo caſu dotem repetere? Et Gloſſ.in d.l.1.in prin. D.ſolut.mat. reſpondet quòd ſic, in quatuor caſibus. Primus eſt quando maritus vergit ad inopiam.vt d. l.ſi conſtante.in princ. D.ſol.mat. & ibi plenè per Bar.& notatur per Cy. & alios in l.vbi adhuc. C.de iure do. & per textum & Gloſſam in cap.per veſtras.ext.de dona. inter vi. & vxo. & infrà dicetur. Secundus caſus eſt, quando maritus deportatus eſt in inſulam,& ſic perdit bona ſua. vt l.ſi marito. D.ſolu.matrimo. Nec mirum,quia per hoc factus eſt pauperrimus, ideóque includitur ſub prædicto caſu. Et per hoc deciditur illa quæſtio, ſi maritus fuerit de ciuitate expulſus vel bannitus, maximè eius bonis ademptis, quòd mulier poſſit petere dotem ipſam, vt tenet Barto.in d.l.ſi conſtante. Tertius caſus eſt, quãdo matrimonium nullum fuit, vel non eſt ſecutum.vt l.quemadmodum.D.de iure do.Differt tamen hic caſus à præcedẽtibus in qualitate actionis: nam hoc caſu repetitur dos per conditionem ſine cauſa,vel ob cauſam. vt l. fina. cum ſimilibus ibi notatis.D. de condi.ſine cauſa.& in l.qui contra. C. deinceſt.nup.In aliis autem caſibus repetitur per actionẽ ex ſtipulatu, vt dictum eſt ſupra. Quartus caſus eſt idem cum præcedenti. de quo in l.1. C.de repud.

9 Deinde † quæritur,an illis caſibus,in quibus durante ipſo matrimonio dos poteſt repeti per mulierem,nunquid eius maritus,ſine alio proceſſu,poſſit ſpontanea voluntate ſibi reſtituere ipſam dotem,& maximè eo caſu, qui communiter accidit, quando maritus ad inopiam vergit? In qua quæſtione Gloſſa in d.l. 2.in prin.dicit quòd ſic,in certis ſpecialibus caſibus. Primò videlicet in caſu alimentorum filiorum eius primi matrimonij, ac etiam proprij patris vel fratris ipſius mulieris, ac etiã pro ipſorum redemptione ſi forent in carceribus mancipati,nec nõ & pro aliquo fundo ſeu prædio ipſi mulieri emendo & in cauſam ipſius doris conuertendo, prout fieri multoties conſueuit in partibus Pedemontiũ & Montisferrati. vt hæc omnia habentur in l. quamuis. & in l. ſeq. D. ſolut.mat. & in l. mutus. §. manente.D.de iure do.In cæteris autem caſibus maritus ſponte reſtituendo,regulariter non liberatur, niſi ex ea ſolutione mulier locupletior efficiatur.vt in l.1. & ibi per Cynum. C. ſi dos cõſtã.ma.ſolu.ſit. Pro quo etiam facit authent. de nuptiis. in §. dotes. & D.de iu.do.l.ſi.Quam opinionem ſequuntur doctores in d.l.1. & in d. l.2.in prin.

10 Ampli° † quæritur, ſi vir ver-

a *Nota*, an mulier pendente matrimonio poſſit dotem repetere, & in quibus caſibus glo. Inſt.de ac.in §. fuerat. Cy. in lege vbi adhuc. C.de iu.do.ſpe in ti.de do.inter vi.& vxo.in §.1.& vide in l.ſi conſtante,in apoſtillis ad Alex.per me factis.

git ad inopiam, an mulier teneatur repetere dotem suam, maximè agendo contra extraneos possessores rerum per maritum alienatarum, & an longi temporis præscriptione repellatur? Videtur ℣ non, qa regulariter pendente matrimonio nō currit contra actionem de dote aliqua præscriptio. vt in l. cum notissimi. §. illud. D. de præscriptione 30. ann. Tu die contra per textū in l. in rebus. §. fi. C. de iure. do. & notata per Glossam in l. sicut. C. de præscrip. 30. ann. Nec obstat. §. illud. qa ibi loquitur quādo maritus est dives, nec vergit ad inopiam. Expedit ergo vt mulieres sint cautæ, quando vident maritos alienare bona, & incipere malefacere facta sua, quòd ſtitim petant dotem suam. Sed quia sunt ignaræ literarum, & timent maritis eorum displicere, laudabile esset in hoc casu per viam statuti prouidere, ne se reperiant sine dote.

11 Rursum † quæritur, mulier potest dotem repetere quando maritus est pauper, vel incepit depauperari, seu bona quæ habet, non sufficiunt ad exactionē dotis, (quæ synonima, sunt, secūdum Bart. vbi 5.) Qualiter probabitur [a] de prædictis? Dicunt Dyn. & Cyn. in d. l. vbi adhuc, quòd probabitur per vulgi opinionem, seu per vocem & famam. & hoc idem notatur in §. illud. in authē. de æquali do. Bartolus autem in l. si constante. distinguit. Aut agitur contra maritum, & tunc procedit d. opinio: nō contra extraneum, & tunc debet fieri probatio aliter quàm per famā, videlicet per testes vicinos, qui dicāt quòd vendit bona sua, contrahit debita. & secundùm Iac. Bu. potest addi, quòd vadit pe: us indutus quàm consueuit, malè vivit in domo, & similia quæ solent pauperibus cuenire. arg. in l. si is qui. §. fi. de tu. & cu. da. ab his. & l. cùm de lege. D. de proba. & l. i. D. de cur. fu. & l. in cōstenatione. D. de re iud. & l. sed & si susceperit. D. de iud. & notatis per Iac. Bu. in l. actor. in fi. C. de prob. Et ratio differentiæ, secūdum Bart. est, quia quādo agitur contra maritum, non vertitur magnum præiudicium, quia ipsi fructus dotis restituendæ seruire debent oneribꝰ. matrimonij, vt in d. l. vbi adhuc. quæ ratio cessat quando agitur cōtra extraneum, de cuius præiudicio magno pertractatur. Et ex hoc habes notare viam differentiam inter restitutionē dotis, quæ fit mulieri post mortem viri, & illam quæ fit propter viri paupertatem.

12 Quid † ego si lite inchoata contra virum super dotis restitutione propter eius paupertatem, contingat lite pendente ipsum maritum mori, an ex eadem instantia poterit ferri contra eius hæredem sententia? Dyn. Bartо. & Bald. in l. post fioiram. D. de suspec. tuto. tenent quòd sic, quia sola qualitas actionis immutatur, quæ non impedit iudicium transire. arg. in l. in delictis. §. si detracta. D. de noxal. De qua iudicij translatione plenè notatur per Bartolum, in l. si cùm hominem. D. de solutionib.

13 Sed † quid dices si pendente hoc iudicio contra maritum superuenit sibi hæreditas opulenta, ita ℣ factus est dives, an cessabit iudicium

a *Quando probatur quis pauper effici.* Cy. in l. vbi adhuc D. de iu. do. Bart. in l. illa stipulatio. D. de verbo. ob. Lu. Ro. consi. 242.

con-

contra eum? Videtur quòd non, ſicut in ſimili dicitur quando inchoatum excuſſionis eſt inchoatum, quo pendente actæ ſunt facultates debitoris, nam per hoc non ceſſat excuſſio, ſecundùm Iacobum de Aret. arg. l. penult. §. fin. D. qui ſatisd. cog. & D. de appel. l. fin. In contrarium facit l. ſi mulier. D. ſolut. mat. & hoc puto verius, quia cùm dos ipſa ſubiacere debeat alimentis communibus, ſi peruenianr alimenta aliunde ſufficientia, crederem litem extingui. arg. l. ſi mulier.

14 Viterius † quæritur, quid ſi tempore contracti matrimonij maritus erat pauper, an poſſit mulier prætextu huius paupertatis dotē repetere? Diſtingue ſecundùm Cy. in d. l. vbi adhuc. Aut mulier tunc noticiam habuit de hac paupertate, aut ignorauit. Primo caſu repellitur mulier, quia in culpa fuit. Secundo caſu admittitur mulier, quia ceſſat culpa. vt hæc probantur in l. ſi ei à quo. §. fi. D. vt in poſſ. leg. & C. de ſpō. l. fi. §. his. Dynus verò dicit ſimpliciter quòd non admittitur. per d. l. ſi ei à quo. §. fi. Sed Bart. in d. l. ſi conſtante dicit contra Cynum & Dynum, quòd mulier pōt petere indiſtinctè. arg. l. de die. cum l. ſeq. & l. attilicinus. D. de pact. dō. Canoniſtæ aūt. in d. c. per veſtras. ext. de don. inter vi. & vx. approbāt opinionē Cyni, & eā puto veriorē & magis æquitati conſonam.

15 Item † quæritur, quid ſi ſocer vergat ad inopiam, an erit locus repetitioni dotis, ſicut in marito diximus? Et Glo. in d. l. vbi adhuc. & in d. l. ſi conſtante. tenet idem eſſe in vtroque, quando ſocer dotem recepera ſolus, ſiue cum filio. Licēt Bart. in d. l. ſi conſtante. quando ſimul receperunt dotem, diſtinguat an ſint duo rei debendi eiuſdem dotis, & tunc habet locum opinio prædicta: an non ſint duo rei, & tunc ſecus. Cynus tenet Gloſſam vbi ſupra. Patet ergo in caſu præmiſſo, quòd pater tenetur pro filio ad dotis reſtitutionem, quādo ſe obligauit expreſsè dotem recipiendo.

16 Quid † ergo ſi filius recipit dotem, patre ſimpliciter conſentiente, an tunc erit pater obligatus ad reſtitutionem dotis? Breuiter ſecundū doctores diſtingue, vt notatur in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. D. ſol. mat. Aut ſolus pater recepit dotem, aut ſolus filius. Primo caſu, aut pater recepit ſuo nomine tantùm, & tunc ipſe ſolus tenetur, non filius, niſi fuerit patris hæres. vt in d. §. tranſgrediamur. verſic. ſed ſi maritus. & verſic. fin. Aut recipit nomine filij tantùm, expreſsè actō quòd ipſe pater nō teneatur, & tunc ſi quidem filius ratum habuit, ipſe tenetur, & non pater. vt l. ſi pupilli. §. 1. D. de neg. geſt. Aut pater recipit nomine ſuo & filij, & tunc ſi filius ratum habeat tenetur vterque. vt d. l. ſi pupilli. §. 1. tanquam duo rei debendi, qui pro dote licitè obligantur. vt l. fin. C. de do. cau. non nu. &c. Secundo caſu principali, videlicet quando filius ſolus recepit dotem, tunc ſubdiſtingue. Aut recepit iuſſu patris, & tunc (ſecundùm Gloſſ. in d. §. tranſgrediamur,) diſtinguitur an tradens habuit animum obligandi vtrūque, vel alterum tantùm. In dubio autem, ſecundùm Bart. videtur habuiſſe animum obligandi vtrunque, & per conſequens tenetur vterque. arg. l. in ambiguis. D. de iu. do. Alij autem dicunt quando filius de iuſſu patris recepit dotem, ſolū patrem

teneri.arg.l.fin. D. quod iussu. & C. quod cum eo.l. si ex contractu.

17 Si † verò recepit sine iussu patris, tunc aut ipsam dotem vertit in vtilitatem patris, & tunc pater tenetur de in rem verso. vt in d.§. transgrediamur.vers. sed si filiusfamilias. in fin. Fallit in certis casibus ibi notatis, in quibus pater in solidum tenetur. Aut non conuertit ipsam dotem in patris vtilitatem, & tunc pater tenetur de peculio.vt d.§.trãsgrediamur.vers.sed si filiusfamilias. in fin. Filius verò tenetur in solidum.vt l.tam ex contractibus.D.de iudic.

18 Sed † circa præmissa occurrit quæstio quotidiana. Ecce quòd filius recepit dotem, patre præsente vel nudum consensum præstante, an pater propter talem simplicem præsentiam vel consensum obligetur ad dotis filij restitutionem? Et videtur quòd non, nisi de solo peculio filij.vt l. Lucius Titius.D.de admit.tut.& notatis.in l.1.§.1. D.quod iussu. In contrarium determinat Barto.in d.§.transgrediamur.tali ratione. Cogitur pater se [a] obligare pro filio dotem recipiente. arg. in l. qui liberos.D.de ri.nup. & infrà dicam. ergo eius præsentia vel nudus consensus inducit obligationem. arg.l. si filius.D. de tutel.cum similibus.

Cuius tamen gratia, pro pleniori huius articuli doctrina, sic distingue. 19 Aliquando † pater cogitur in aliquo actu consentire simpliciter sed non se obligare, & tunc præsentia vel nudus consensus non inducit obligationem.vt l.cùm non solùm.in §.1. vers. necessitate. C. de bon.quæ lib. Quandoque pater vel alius cogitur se obligare, & tunc præsentia vel consensus obligationem inducit.vt hîc. & d.l.si filius. ad quod facit l.si quis inter.§. Imperator.D.de excu.tut. Quandoque quis non potest cogi consentire nec se obligare, & tunc nudus consensus non inducit obligationem, nisi quatenus est in peculio.vt in d.l.Lucius Titius.

20 Vnde † reuoco in dubium, an pater [b] cogendus sit se obligare pro dote filij? Dicunt quidam, vt Dynus, quòd sic.per d.l. qui liberos. D.de rit.nup.& l.fi.C.de dot.promi. & l.fi.D.de suspe.tu.& d.l.si quis inter.§. Imperator. D.de exc.tu. Iactus autem de Are.tenet contrarium per l.2.D. ad municip. Sed Bart.in d.§. transgrediamur, sic distinguit. Aut filius accepit vxorem de consensu & voluntate patris,& tunc pater cogitur se obligare. Aut præter eius voluntatem accepit,& tunc aut talis vxor est persona vilis & nõ conueniens ipsi filio, & tunc pater non tenetur se obligare,cùm possit à patre hoc casu filius exheredari,secundùm iura Digestorũ: vt l. non tantum.§.si emancipatus. D. de contra tab. Aut accepit personam honestam & sibi conuenientem, & tunc pater cogitur se obligare. & procedit opinio Dyni.arg.d.l.qui liberos. cum similibus.nec aliter credo Dynum intellexisse.maximè etiam attento,quòd pater cogitur donationem propter nuptias dare pro filio.

a *Cogitur pater.* Adde quod voluit Paul.de Ca.consi.168.vbi quid si pater est mente captus.

b *An pater.* Bart.ih l.si cùm dotem D.solu.ma.Bart.in l. dotem.D. de ca.pecu.Angel.in l.2.C.de bonis quæ lib.

vt l.

vi l.fin.C.de dot.promiſ. Ergo etiã ſe obligare pro dote. quia hodie de conſuetudine generali ceſſat donatio propter nuptias, & ſic non reperitur hodie pater pro filio duplicitèr obligari. hanc partem approbat Rayn.

21 Quid † ergo dicemus ſi pater dicat, Si debeo me obligare, volo ego dotem recipere, filius autem contradicit, dicens ſe velle eam recipere, quis præferetur in recipiendo? Ego diſtinguerem aut filius habitat cum patre, & tunc pater recipiet dotem, cùm ipſe ſuſtinere habeat onera filij & eius vxoris. argum. l.ſi filia.§.1.verſi.hoc amplius. D.fam.erc. aut filius habitat ſeparatus à patre, & tunc quia ipſe ſuſtinet onera matrimonij & vxoris, debebit ſibi fieri numeratio dotis, & pater pro ea obligatur. arg.in d.l.ſi filia.§.1.& in l.ſi is §.1.D.de iure dot.

22 Quid † ſi extraneus [a] ſit obligatus ad reſtitutionẽ, an eo vergente ad inopiam [b] poterit mulier agere, ſicut dictum eſt in marito? Dicit glo.quòd ſic.in d.l.ſi conſtante, & idem ſequitur Cy. & Bart. vbi ſuprà.

23 Poſt † hæc quæritur. Ecce quòd maritus vel ſocer conuenti propter inopiam ad dotis reſtitutionem, offerunt mulieri ſatisdationem pro ſecuritate ſuæ dotis, quæritur an ſit differenda ipſius dotis exactio? Dicunt glo. & doct.quòd non. vt notatur in d.l.vbi adhuc. Et ratio eſt, quia cùm hæc reſtitutio fieri debeat, vt ſe ſuóſque alat, per talem ſatisdationem non cõſulitur in his alimentis.

24 Inde † quæritur. Videmus quotidie in pluribus inſtrumentis apponi clauſulam, quòd diſſoluto matrimonio morte viri, dos reſtituatur vxori, nunquid poterit agere viro vergente ad inopiam? Videtur quòd non: quia cùm ſibi profuderit in vnum caſum tantùm, videtur cæteris renunciaſſe. argu. l.ſi cùm dotem.in prin.D.ſolut. mat.& in l. ſi extraneus. D. de condict. ob cauſam. In contrarium determinãt doct.vbi ſuprà, ea maximè ratione, quia huic caſui mulier expreſſè renunciare non poſſet, ergo multò minus tacitè. vt in l. de die. cum l. ſeq.D. de pact.do.

25 Sed † pone, pater dotem recepit, deinde filium emancipauit, qui dives eſt de ſe, ſed pater vergit ad inopiam, an filius poterit ab eo dotem repetere? Doct. dicunt, vbi ſuprà, maximè Bart. quòd non, agẽdo actione de dote, ſed debet venire alia via, videlicet intentare officium iudicis, vt pater compellatur dotem reſtituere filio ad onera matrimonij ſuſtinenda. &c allegat gloſſam in l.2 §.Si tamen.D.de priui.do. Ego verò allego tibi textum in d.l.ſi filia.§.1. D. fam.erc.& in l.ſi is.§.1.D.de iure do.

26 Deinde, † quia ſuperiùs dictum eſt, quòd mulier in caſibus à iure conceſſis poteſt agere contra extraneum poſſeſſorem rerum ſibi pro dote obligatarum, quæritur an priùs per eam ſit fienda excuſſio de bonis à marito poſſeſſis? Gloſſa & doct. in dicta l. vbi adhuc, dicunt quòd ſic, exemplo cæterorum creditorum, & ſic quò ad hoc non eſt dos priuilegiata.

27 Adhuc † quæritur, pone quòd

a *Extraneus.* Vide per Alex.in l.ſi conſtante,&c ibi apoſt. vbi poſui conſ.Lud.R.

b *Inopiam.* Doct.in l.2.in prin.D.ſol.mat.

hæc mulier agit pendente matrimonio, propter inopiam viri, ad dotem suã, obijcitur sibi quòd est suspecta de dilapidatione dotis, quæritur an sit repellenda à tua petitione? Bart. vbi suprà dicit quòd hoc casu dos est in sequestro ponenda, vt de ea communibus necessitatibus succurratur. arg. in d. l. si cũ dotẽ. §. S verò dotem. D. sol. matrim.

28 Inde † quæritur. Vidimus qualiter per modum agẽdi succurratur ipsi mulieri, quæritur nunc an per modum excipiendi eidem succurratur. Verbi gratia, creditores agunt contra maritum, quod videns mulier, bona ipsius mariti mittitur defendere, tanquam sibi obligata pro sua dote, allegando inopiam viri sui, quæritur an possit? Et dicunt doct. vbi suprà, quòd sic. per textum in c. per vestras. de don. inter vi. & vxor. De his autem notat Spec. in d. tit. §. 1. & fi.

29 Sed † an illis casibus in quibus mulier agit pendẽte matrimonio, sit mittenda in possessionem omnium bonorũ ipsius viri? Dic quòd non, sed solùm pro rata quantitatis suæ dotis. arg. l. 1. in fi. C. commu. de lega. secundum doct. vbi suprà. & hoc procedit quando fructus dotis per se sufficiunt ad eius alimenta. Quid igitur si dos sit ita parua, quòd per se non sufficit ad eius alimenta, quid fiet? Dicit Bart. vbi suprà. Aut ipse maritus nihil tenetur dare, cùm in plus quàm tunc facere possit deducto ne egeat, non sit ipse maritus compellendus. vt in l. in tantum. D. de re iud. Aut habet bona alunde sufficientia, & tunc tenetur ex aliis bonis aliméta supplere. quia etiam nulla dote existente tenetur alimenta præstare. vt l. quòd si nulla. D. de reli. & sump. fun. & l. si cùm dotem. §. sin autem. in fi. D. solu. ma. & notatis per doct. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest.

30 Quid † autem dices in casu econuerso, si fructus dotis restituẽdæ excedunt summam alimentorum ipsius mulieris, quid erit? Dicit Bartolus vbi suprà, quod tales fructus superabundantes debita alimenta, restituendi sunt viro, quia regulariter omnes fructus dotis quantũcunque eximii cedunt lucro mariti. D. de iur. dot. l. dotis fructus. & pro hoc facit in arg. l. 2. C. de epis. & cle.

31 Item † quæritur, si facta dotis per virum restitutione cõtingat ipsum virũ peruenire ad pinguiorem fortunam, & dines efficiatur, an debeat dos restitui ipsi viro? Glossa & Cy. in d. l. vbi adhuc, dicunt quòd non. per tex. in d. l. vbi adhuc. in fi. & idem sequitur Bar. vbi suprà. licèt Spec. teneat contra in ti. de don. inter vi. & vxo. §. fi. Sed pone quæstionem sæpius occurrẽtem. 32 Ecce † quòd maritus conuentus ab vxore ad dotis restitutionem, propter eius superuenientem inopiam, sponte cõfessus est in iudicio se vergere ad inopiam, & tradidit vxori pro eius dote certa bona, quæritur an talis cõfessio sit sufficiens probatio inopiæ, vt licitè fieri possit restitutio talis? Videtur quòd sic. per l. 1. & quod ibi notatur C. de confes. Tu d. stinguas. Aut est quæstio inter virum & vxorem, & tunc plenè probat contra eum. vt in d. l. 1. Aut est quæstio inter vxorẽ & extraneũ, & tũc non probat. arg. l. 1. C. res inter alios acta.

33 Vltimò † quæritur, an prædictam confessionem spontaneam, & factam

factam solutionē, poterit ipse maritus reuocare, si constat eo tempore cum fuisse diuitem ? Breuiter doc. in d.l. vbi adhuc, dicunt quòd sic. quia quando maritus est soluēdo, & sponte restituit dotem ipsi vxori videtur donare. vt l.1. C. si dos constante. & ibi per Cy. Bartolus verè vbi supra, tenet contrarium. ratio est, quia per hanc restitutionem non efficitur conditio dotis deterior, imò melior. nec est verū quòd sit donatio, quia mulier non lucratur fructus, cùm desernire habeant oneribus matrimonii, vt dictum est, & habetur in d. l. vbi adhuc.

Svmmae.

1 *Dos sine matrimonio esse non potest, sed contra matrimonium esse potest sine dote.*

2 *Sex de causis matrimonium dicitur minus legitimè contrahi.*

3 *Cum mulier ignorat matrimonium esse nullum, dotem conditione repetit, si scivit & vir ignorauit, nō repetit. Si vir scivit, donationem propter nuptias amittit. Cum vterque scivit, fisco dos & donatio acquiritur.*

4 *Filii ex matrimonio nullo sunt legitimi, cum vterque cōiugum ignorauit. Cùm vterque scivit, sunt spurij. Cùm alter tantùmi gnorauit, sunt legitimi, quoad ignorantem.*

5 *Matrimonium solo consensu cōtrahitur. Sed concurrere debet aetas legitima, quae est XII annorum in vxore, & XIIII in viro. Idem debet contrahi publicè, non clam. Item cessare debent iuris impedimenta, quae sunt XII. his quatuor versibus notata.*

6 *Error in corpore vitiat matrimonium, idem in errore status.*

7 *Cōditio possibilis & honesta, & modus, nisi impleantur matrimonium vitiatur.*

8 *Votum solemne non contrahēdi matrimonii impedit matrimonium cōtrahere, & contractum dissolvit. At votum simplex impedit contrahere duntaxat.*

9 *Cognatio triplex. spiritualis, carnalis, legalis. Spiritualis per compaternitatem contrahitur.*

10 *Cognatio spiritualis impedit matrimonium inter compatrem & cōmatrem. Et vxor compatris est etiā commater. Item inter filios cōpatrum iam non inter nepotes vel ulteriores.*

11 *Ius canonicum adinuenit XX casus cognationis spiritualis, quibus matrimonium impeditur, ad illaqueandum laicos. qui casus nulla ratione fundantur.*

12 *Plures susceptores vnius baptisati non consanguinitur inter se cognatione spirituali.*

13 *Consanguinei prohibentur inter se matrimonium contrahere vsque ad quartum gradum inclusiue. Et sufficit si alter eorum excedat illum gradum.*

14 *Papa sibi reseruauit dispēsationes, vt suam & suorum impleret bursam insatiabilem.*

15 *Adoptio habet vnam prohibitionē temporalē, & duas perpetuas.*

16 *Incestus committitur etiam inter affines, de iure canonico. Et incestus matrimonium impeditur. Et homicidio.*

17 *Matrimonium propter alia crimina, tribus casibus dissoluitur. 1. Si adulter dat fidem adulterae, prima coniuge viuente. 2. Cùm vxoratus*

secundam uxorem scientem superducit. 3. cùm effectus machinationis in mortem est secutus.

18 *Diuersitas religionis impedit matrimonium.*

19 *Violentia metu contractum matrimonium non subsistit, cùm metus est talis qui in hominem constantem cadere possit.*

20 *Sacri ordines maiores impediunt matrimonium.*

21 *Cùm primum matrimonium contractum est per verba de præsenti, etiamsi copula carnalis secuta non sit, vitiat secundum, licèt verba de futuro, non secuta copula quia secundum per verba de præsenti non impeditur.*

22 *Matrimonium per verba de præsenti soluitur morte, & statim mulier nubere potest sine infamiæ periculo.*

23 *Propter absentiam viri, etiam lõgauam, matrimonium non soluitur.*

24 *Propter publicam honestatem prohibetur matrimonium inter consanguineos sponsi & sponsam, etiã si sponsalia nulla essent.*

25 *Affinitas secundum ius ciuile contrahitur tantum ex honesto coitu, at secundum canones, etiam, ex inhonesto.*

26 *Affinitas restringitur ad virũ & uxorem, usque ad quartum gradum consanguineorum alterius respectiuè.*

27 *Duæ regulæ affinitatis.*

28 *In iure reperitur secundum quoddã genus affinitatis.*

29 *Affinitas inter descendentes impedit matrimonium in infinitum.*

30 *Cùm vir est frigidus vel maleficiatus ante contractum matrimonium, tunc dissoluitur. Secus si post, vel si frigiditas vel maleficium non sint perpetua.*

31 *Si coniuges, qui per tertium frigidum cohabitarunt, iurent nõ posse coire, debent separari. Sed si impotens fiat potens, matrimonium restaurabitur.*

32 *Aliquando prohibetur matrimonium contrahi, quod tamen contractum non dirimitur.*

33 *Ob adulterium fit separatio quoad thorum duntaxat.*

34 *Si matrimonium dirimatur ob adulterium, mulier perdit dotem suam, & vir donationem propter nuptias. Sed si dirimatur propter cõsanguinitatem vel affinitatem, si mulier sciuit, dotem amittit. si vir sciuit, amittit donationem, si vterque, vtraque fisco applicatur.*

GLOSSA IIII.

MAtrimonium legitimè contraxit. 1 Aduerte † quòd vt actio competat de dote, necesse est quòd matrimonium fuerit legitimè contractum, quia dos sine matrimonio esse non potest. vt l. fin. in prin. D. de donante nup. licèt matrimonium possit esse sine dote. vt l. quòd si nulla. D. de relig. & sumpt. fune.

Quid si matrimonium apparens minùs legitimè contractum, an cõpetat mulieri actio de dote? 2 Dicitur † autem matrimonium minus legitimè contrahi variis ex causis, vel ratione deficientis consensus, vel ratione ætatis, vel ratione consanguinitatis, vel ratione affinitatis, vel ratione publicæ honestatis, vel ratione pluralitatis vxorum. vt plenè legitur & tractatur Instit. de nupt. §. ergo non omnes. & per Azonem in summa. C. de

C.de nup. & per Goffr. in ſumma, ext. de ſponſa. & ma. & pulcherrimè per Iohannem Andr. in ſumma ſua ſuper quarto l.bro decretaliũ.

3 Et † quantum ad propoſitam quæſtionem, dicendum eſt quòd aut vterque, ſcilicet vir & vxor, ſciebat matrimonium eſſe nullum: aut vterque ignorabat: aut vnus ſciebat, alter ignorabat. Primo caſu nulla competit mulieri actio de dote, ſed appellatur fiſcus vt in l. qui contra. C.de inceſt. nup & ibi notatis. Secundo caſu competit mulieri ad dotem repetendam non actio ex ſtipulatu, ſed condictio ob cauſam, vel condictio ſine cauſa. vt l. 1. C.de condict. ob cauſam. & ibi notatis & in l. ii cum dotem. §. fi. D. ſolu. ma. Quæ condictiones ob cauſam vel ſine cauſa eiuſdem ſunt naturæ & poteſtatis cuius eſt actio ex ſtipulatu, quæ pro vera dote competit. vt in d. §. fi. & ibi notatis & in l. 2. in fi. D.de priuile. credito. Tertio autem caſu conſiderandum eſt an mulier ſciuit & vir ignorauit, & tunc ipſa perdidit dotem: an contra vir ſciebat & mulier ignorabat, & vir perdit donationem propter nuptias, & mulier repetit dotem. vt plenè notatur in d. l qui contra.

4 Quid † autem ſit de eorum filiis, an ſint legitimi, vel naturales tantùm, an ſpurii, vel illegitimi, diſtinguitur per textum in c. laror. ext. Qui fil. ſint leg. Nam aut vterque fuit ignorans, & tunc filii ſunt legitimi, quando ignorantia non eſt craſſa & contra ius naturale. Aut vterque fuit ſciens, & tunc filii ſunt ſpurii. Aut vnus fuit ſciens & alter ignorans, & tunc quò ad ſcientem reputantur illegitimi, quantum verò ad ignorantem erunt legitimi. dic vt ibi & in d. l. qui contra. vbi de his plenius diſputatur.

5 Quærendum † nunc ſupereſt quando dicatur matrimonium fore legitimè contractum. Vbi eſt ſciendum quòd matrimonium ſolo conſenſu contrahitur. l. nuptias. D. de reg. iur. & in c. cùm locum. & c. tua nos. cũ ſimilibus ext. de ſpon. & l. 2. D. de ritu nup. Contrahitur ergo matrimonium legitimè,[1] cõcurrentibus ad hoc pluribus reſpectibus. Videlicet ætate legitima perſonarum contrahentium, quæ eſt in maſſculo quatuordecim annorũ, & in fœmina duodecim annorũ. vt Inſt. de nup. in prin. & notatis in c. 3. de deſpon. impu. & in c. de illis. eod. tit. Item & quòd matrimonium contractum ſit publicè, non clandeſtinè in camera vel furtiuè de nocte. Quod ideo diſpoſitũ eſt per ius canonicũ, ne deſit probatio eius, ſi aliter coniugũ diffiteatur matrimonium. Nã vbi vterque confiteretur, ſufficiens eſſet probatio. vt hęc probantur in c. 1. & 2. ext. de clam. deſpon. Ceſſare etiam debent impedimenta à iure diſpoſita, quæ varia ſunt: vt Inſti. de nup. §. ergo non omnes, cum ſimilibus ſuprà allegatis. Quæ impedimenta his verſibus comprehenduntur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.
Si ſis affinis, ſi ſortè eaire nequibis.

1 *Matrimonium legitimè* Docto, in rub. de ſpon. & Ar. in lege prima, C. de iud. vidu. tol.

Hæc sociandæ vetant connubia: iuncta retractant.

Videamus igitur superficialiter declarationem horum versuum pro rudibus. Dicitur ergo primò, *Error.* 6 De † hoc errore datur exemplu in eo qui putabat se cõtrahere cum B. &c. & erat Clara, an talis error in substantia personæ impediat [a] matrimonium. Dic quòd sic, quia deficit consensus, qui est de substantia matrimonij. vt dictum est. cùm nihil sit quod magis impediat cõsensum quàm error. vt l. 1. per errorẽ. D. de iur. om. iud. Et idem si interuenerit error status personæ, vt quia credebat contrahere matrimonium cum libertã, & contraxit cũ seruã. vt ext. de conti. seruo. c. 1. & 2.

Sequitur in versu, *conditio.* 7 Conditio † intelligi debet de conditione propriè, quæ est de futuro, aut de modo appositio in contractu matrimonij, quæ conditio & modus, si quidem sit possibilis & honesta, debet impleri: alter vitiatur matrimonium. vt in c. de illis. & c. super eo. & c. per tuas. ext. de condi. appo. Si autem modus vel conditio sit impossibilis de iure vel de facto, tunc reiiciuntur, & pro non appositis habẽtur. vt ext. eo. tit. c. 1. & fin.

Sequitur, *votum.* Hoc intelligitur de voto non contrahendi matrimonium, non autem de voto eundi ad sanctum Iacobum. 8 Quod † quidem votum emissum super matrimonio non contrahẽdo est duplex, videlicet solenne & simplex. Solenne autẽ est illud, quod fit per susceptionem alicuius sacri ordinis, vel per professionem alicuius approbatæ religionis tacitã vel expressam. vt in c. 1. de vot. lib. 6. His cessantibus appellatur votũ simplex, quod non dirimit matrimonium cõtractum, licèt impediat contrahendũ. vt in c. 3. cum seq. ext. qui cle. vel vouen.

Sequitur, *cognatio.* Hic aduerte, quia frequenter accidit tale impedimentum. 9 Vnde † sciendum, quòd ad præsens attinet, quòd cognatio est triplex, videlicet spiritualis, carnalis, & legalis. Cognatio spiritualis [b] est illa quæ contrahitur p compaternitatẽ in sacramento baptismi, vel confirmatione in collatione chrismatis. Quæ cognatio impedit matrimonium contrahi in pluribus personis & gradib⁹, in quo erratur à pluribus, & variæ personæ illaqueãtur & decipiũtur. 10 Et † primò impeditur contrahi matrimonium inter compatrem & commatrem. vt in c. Martinus. de cog. spir. Et si vnus ex coniugalibus leuet, pendẽte inter eos matrimonio, alienum puerum de sacro fonte seu baptismo, alter cõiugum erit similiter compater, quia sunt vna caro. vt in c. 1. de cog. spi. lib. vi. quod est mirabile. Secus ergo si ante matrimonii alter eorum leuasset. vt notatur in c. Martinus. & 30. qu. 3. in c. post obitũ. Per alia autẽ sacramẽta (exceptis superioribus duobus, videlicet baptismo & cõfirmatione) non contrahitur cõpaternitas. vt in c. fi. in fi. de cog. spi. lib 6. Inde secundò impediũtur matrimonii cõtrahere filij tantùm ipsorũ compatris inter se. Vlteriores autẽ gradus, puta nepotes & pronepotes non impediuntur. Et ob hoc debebunt homines abstinere à talibus cõpaternitatibus, in quibus per multos incõ-

a *Impedit.* Adde vt per Pet. de Anch. consi. 209.

b De cognatione spirituali vide per doct. in rub. de cog. spiri. fusiùs &

sultè & indeliberatè procedit̃r. vt habet̃r ext.de cog.spi.c.i.c.Tua.& c.super eo.ext. qui ma.accu.pot. Et aduerte quòd licet compaternitas contrahit̃r inter leuatum & leuantem & eius parẽtes, sic inter baptizantem & baptizatos & eius parentes. vt eod.tit.c.fi.lib 6. Vnde concludit̃ circa prædicta attende, quòd appellatione parentum intelligunt̃r pater & mater. vt in d.c. Martinus.& c.fin.ext.de cog.spi.c.i.lib.6. ti Et† amplius in summa nota q̃ sunt viginti casus, quibus per spiritualem cognationem matrimoniũ impeditur, inuenti per ius canonicum, & ignorati per ius ciuile, qui habent laqueos illaqueare, nec fundantur viua & concludenti aliqua ratione, vt inquit Azo in summa De nuptiis, quos enumerat Io. And. in dicta eius summa. & habentur in d. c.Martinus.& c.i.& c.fi. 12 Quid† si plures leuent vnum de sacro fonte (vt fit quotidie) nunquid inter se, excepto leuato, poterunt matrimonium contrahere? dicit Iano. quod sic, vt per eum notatur in d.c. Martinus. Et per hoc patet quòd tales personæ non sunt inuicem compatres, licèt aliqui ignorantes se appellent compatres. Nota tamen quod vir & vxor prohibentur vno & eodem tempore de sacro fonte leuare. vt habetur 30. quæst. 4.cap. quod autem.

Cognatio autem carnalis est attinentia proueniẽs ex femine. 13 Quæ† cognatio in quarto vel citeriori gradu existentibus impedit matrimonium, siue sint in gradu consanguinitatis vel affinitatis. vt in c.non debet.ext.de consan. & affin. Sed in gradu quinto vel vlteriori licèt contrahatur, vt ibi, computando gradus secundùm ius canonicum. vt traditur 35.q.5.cap. Ad sedem. Sufficit tamen quod alter eorum excedat quartum, si alter reperiatur esse in quarto vel citeriori gradu. vt in c.quod dilecto, & in c. vir qui.ext.eo.tit. In proximiori gradu matrimoniũ nó potest contrahi, & cõtractũ dissoluitur, nisi per Papã dispensatio intercedat. vt in cap. quia circa.ext.eo tit. 14 Quã† dispensationem in his & similibus multis sibi reseruauit Papa, vt in pleret bursam & eius insatiabilem curiam, quam auaritiam semper abhorruit ille totius largitatis principum princeps Cæsar Augustus.

Cognatio verò legalis est illa, quæ contrahitur inuentione legis, non semine hominis. vt puta quãdo homo qui non habet filium per generationem, quærit sibi facere filium per nudum amorem, adoptãdo vel arrogando. vt habetur D. & C. de adopt. per totum. & ext. de cogna.leg.per totum. 15 Hæc† autem cognatio triplicem habet prohibitionẽ, vnam videlicet temporalem, & duas perpetuas. Prima temporalis est illa, qua durante adoptione frater naturalis non posset contrahere cum sorore adoptiua, sed dissoluta adoptione per emancipationem, poterit contrahere cum ea. vt cap.i.ext.de cogn.leg. Aliæ autem duæ sunt perpetuæ, videlicet inter adoptantem & adoptatam, etiam soluta adoptione per emancipationem. vt D. de ritu nuptiarum. lege adoptiuus. quinetiam inter adoptantem & vxorem adoptatr. & econtra inter vxorem adoptantis & adoptatum. vt D. de ritu nuptiarum, l. adoptiuus.

Sequitur, crimen. Hîc nota quò-

loquitur versus de crimine adulterii, incestus, vel homicidii. 16 Unde † si quidem interuenerit crimen incestus, quod committitur (secundùm hanc materiam) inter consanguineos, vel affines, (de iure canonico) illius quam quis in vxorem accipere vult, tunc impeditur matrimonium contrahi, sed non dissoluitur nec impeditur matrimonium iam contractum. vt in c. transmissæ. ext. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. In quo multi errant. Sunt enim plerique qui se carnaliter aliquando commiscent vel consanguineis vel sororibus earum, quas postea in vxores accipiunt. Idem in ea quę crimen commisit machinando mortẽ coniugis, quæ non potest in vxorẽ accipi. vt in c. t. ext. de diuor. Et in certis aliis criminibus, quæ habentur 34. q. 2. & ext. de pœnit. & remit. c. 2. Cætera autẽ crimina non impediunt contrahi matrimonium, nec dirimunt iam contractum. ext. de diuor. c. 1. 17 Fallit in tribus † casibus, quibus dissoluitur matrimonium contractum. Primus, si adultor dat fidem adulteræ viuente prima vxore, quòd eam accipiet in vxorem. vt extra de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. c. 2. Secundus est, quando quis de facto cõtrahit cum secunda, prima viuente. quo casu si secunda ignorauit de ipsa prima mortua, compellitur adhærere secundæ, si ipsa voluerit. vt extrà de eo qui dux. in ma. c. cum apostolica. cùm similibus. Tertius casus est cum effectus machinationis in mortem est secutus. vt 31. q. 1. per totum. & de eo qui dux. in ma. per totum. maximè in c. super eod. de diuor. cum similibus.

Sequitur, cultus disparitas. 18 Exemplum † huius est, cùm Christianus contrahit cum Iudæa vel Sarracena. 28. q. 1. c. cauc. cum seq. & notatur in c. quanto. & in c. gaudemus. ext. de diuor.

19 Sequitur, † *vis.* Intellige hoc de violentia, quæ caderet in constantem virum: nam leuis turbatio animi ac leues commationes nõ impediunt contrahi matrimonium. vt ext. de eo qui dux. in matrim. cap. 1. Nam matrimonia debent esse libera & spontanea. vt in c. cùm locum. de spon. & in c. gemma. & in cap. de mulieribus. eo. titul. Facit quod habetur in c. de illis. el. 2. & c. ex literis. de despon impu.

Sequitur, *ordo.* 20 Hoc † intelligе de ordine sacro magno, qui habet matrimonium impedire. vt ext. qui clem. vel vouen. c. 1. & 2. Minor autem ordo, vt est simplex clericatura, non impedit. vt ibi. & 32. dist. c. seriatim.

Sequitur, *ligamen.* Hoc intelligitur de ligamine primæ sponsæ vel vxoris. 21 Vbi † aduertendum quòd aliquando quis cõtraxit cum prima per verba de præsenti. & tunc (si non subsit aliud) quod est contrahendo cum secunda, non tenet matrimonium secũdum, etiamsi in secundo interuenit copula carnalis, & non in primo. vt ext. de despon. impub. per totum. maximè in c. fin. & in c. pe. & fi. desponſ. Si verò cõtraxit cum prima per verba de futuro, nec carnalis copula fuerit cum ipsa secuta (quia tunc transiret hæc sponsalia in verum matrimonium. vt in c. is qui de spon.) dicendum erit non impediri secundum matrimonium contractum per verba de præsenti, propter primum contractum per sola verba de futuro.

Nam

Nam fortius vinculū est matrimonii contracti per verba de præsenti, quàm vinculum simplex sponsaliorum de futuro. vt in c.pen.& fi.ext. de spon. 22 Hoc† autē ligamen per verba de præsenti soluitur morte alterius coniugum.vnde mortuo vno poterit mulier statim sine metu legalis infamiæ ad secunda & vlteriora vota tranſire.vt ext.de secun. nup.in c.pe.& fi. 23 Propter† absentiam verò ipſius viri etiam longam nō dissoluitur matrimonium: nec potest mulier ad secunda vota trāſire,niſi priùs fuerit de eius morte certificata. vt in c. præsentia.ext. de spon.& in c.2.ext.de sec.nupt.Et si forsitan contraxit cum alio de facto,si vir primus postea redierit, ad ipsum redire mulier debet. vt dictis iuribus.& 34.q.2.c. cùm per bellicā.

Sequitur *honestate.* 24 Hoc† intelligitur de illa honestate publica, quæ insurgit ex sponsalibus contractis per verba de futuro, per quam dicemus quòd aliquis de consanguinitate viri non potest illam accipere in vxorem, durantibus sponsalibus, vel eis finitis per transitum ad alia vota. Nec etiam econuerso, consanguineæ ipſius sponſæ non poterunt sponsum accipere in virum. quod est absurdum & mirabile dicere.Vnde sint omnes cauti ne talia sponsalia contrahant, niſi certi sint quòd matrimonium sequatur. vt hæc habentur in c.sponsam. ext.de sponsa. & ext. de desponsa. impube.c. literas. & in c. acceſſit. & cap. duo pueri. & ext. qui filii sint legitimi.cap. referente. Imò quod amplius est, hac eadem publica honestate attenta, si sponsalia fuerunt de facto contracta, & pronuncientur nulla, vel propter consanguinitatem, vel affinitatem, vel aliud impedimentum (excepto impedimēto consensus) matrimonium impediretur cōtrahi modo quo supra. vt in c.ad audientiam. de sponsa. & in c. 1.eod.tit.lib. 6.Soboles tamen suscepta ex secūdis nuptiis potest hodie coniūgi cognationi prioris viri. vt in c. non debet. de consang. & affini. & Inſtit. de nupt. in §.mariti tamen filius. Hac etiam honestate attenta impeditur matrimonium contrahi in casu qui habetur Inſtit. de nup.§.sed si vxor.

Sequitur, *si sis affinis.* Hic etiam est multùm aduertendū, quia multi & varii illaqueantur & in errores inducuntur, propter ignorantiam & incognitionem affinitatis, quæ est quædam species differens ab agnatione & cognatione. vt in §. affinitatis. Inſtit. de nupt. in l. non facilè. in §.affines.D.de gradi. 25 Est† autē affinitas quædam proximitas personarum, prouenies ex coitu honesto vel inhonesto, secundùm canones. vt in c.discretionem. & c.pen.ext.de eo qui cogno. consang. vxor. suæ. Sed, secundùm leges, affinitas contrahitur solummodo ex honesto coitu, videlicet propter legitimas nuptias. vt in d. lege non facilè. §. sciendum. D. de gradib.

26 Quæ† quid em affinitas hodie restringitur ad primum genus personarum, & vsque ad quartum gradum in ipso primo genere. vt in c.non debet. de consang. & affinit. Est autem primum genus affinitatis, illud quod inducitur per carnalem viri & vxoris coniunctionem seu commixtionem, nō inter se inuicem, sed inter alterū ex his cum consanguineis alterius. Verbi gra-

tia, si accipiam vxorem, nulla contrahitur affinitas inter me & ipsam, quia ego & ipsa sumus principium & causa affinitatis. vt in d.§. affinitatis, cum similibus: sed inter me & consanguineos vxoris meæ, & econtra inter consanguineos meos & ipsam vxorem. Nam tunc bene contrahitur affinitas: inter consanguineos autem vtriusque nostrum coniugum nulla contrahitur affinitas. Ideóque duo fratres possunt copulari duabus sororibus, & pater & filius possunt copulari matri & filiæ. vt notatur ext. de consang. & affinita. in c. quod super his. Contrahitur ergo primum genus affinitatis, quando persona adiicitur personæ per carnis copulam, quod est quando mulier adiungitur viro, & econtra vir adiungitur mulieri. Nam talis persona addita personæ producit nouum genus attinentiæ, & constituit primum genus affinitatis, nec tamen mutat gradum, verbi gratia, pone, Sumus duo fratres, ego accipiam Bertam in vxorem, & sic persona adiicitur personæ per carnis copulam, ista Berta vxor mea mutat genus suæ attinentiæ quò ad fratrem meum & alios consanguineos meos, quibus efficitur affinis quæ priùs non erat, & ipsi fratri meo efficitur affinis in gradu primo, & aliis consanguineis in gradu illo in quo sunt mihi consanguinei.

27 Propter† hoc ergo traduntur tales regulæ: Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Secunda regula est, Quoto gradu consanguinitatis est aliquis viro, eodem gradu affinitatis est eius vxori. & econuerso, Quoto gradu consanguinitatis est quis vxori, eodem gradu affinitatis est eius viro, & semper in eodem genere affinitatis, vt licet primo. 28 Nam† est dare secundum genus & secundam affinitatem, quod producitur siue contrahitur per secundas nuptias siue tertias. vt hæc & alia plura traduntur per textum, Glossam & doct. in d. c. non debet. ext. de consang. & affin. Quod autem dixi non mutare gradum, hoc ideo est, quia licet frater meus, cui sit ipsa vxor mea affinis, erat in primo consanguinitatis gradu, antequam superduxissem vxorem ipsam: ita & nunc erit in primo gradu affinitatis ipsi vxori, & hoc respectu dicitur quòd non mutat gradum, scilicet consanguinitatis eius cui sit affinis. Solum ergo mutatur genus attinentiæ, quæ affinitas appellatur. In hoc ergo primo genere affinitatis est perpetua prohibitio vsque ad quartum gradum ipsius affinitatis, quæ regulariter computatur secundum gradum consanguinitatis ad alterum coniugum. vt in dict. c. non debet. & 35. q. 2. c. fraternitatis. & notatis per Gloss. in dict. l. non facile. §. affines. Patet ergo ex præmissis, quòd hæc affinitas solum restringitur & fertur ad alterum coniugum & consanguineos alterius, vsque ad quartum gradum vsque ad quem impeditur contrahi matrimonium per alterum ex coniugibus. Verbi gratia, pone quòd Berta vxor mea præcederit me superstite, ego non potero accipere in vxorem aliquam ex consanguineis suis, sibi attinentibus vsque ad quartum gradum. Et eodem modo in casu conuerso, me primo moriente illa superstite, ea

poterit aliquis de consanguineis meis vsque ad quartum gradum illam accipere in vxorem. Et ita intelligitur hæc materia, quæ est quotidiana. Sed consanguinei mei & consanguinei quõdam vxoris meæ bene poterunt inuicem coniungi, quia inter eos nulla est affinitas, vt suprà dixi. Ex quo infertur, quòd si habeo consanguineam tuam in vxorem, & habeam vnam filiam ex alia vxore, tu posses contrahere cũ filia mea, quia inter consanguineos coniugum non contrahitur affinitas. Si verò tu habeas vnam filiam, & decedit vxor mea quæ est tibi consanguinea, non potero ego cõtrahere cum dicta filia tua, quia inter virum & consanguineos vxoris affinitas contrahitur, vt dictum est.

29 Sed † nunquid affinitas inter ascendentes & descendentes extendatur solùm vsque ad quartum gradum, sicut in transuersalibus dictum est, an verò habeat prohibitionem perpetuam? Dic secundùm Io. And. & communem opinionem, quòd habet perpetuam prohibitionem, quia ita abstinendum est à consanguineis vxoris, vt à propriis. vt ext. de consang. & affinit. c. 1. & 35. q. 3. in cap. de propinquis. facit Instit. de nup. in §. affinitatis, quia etiam tales loco parentum & liberorum reputantur. vt in dict. l. non facilè. §. & retro. in fine, &c.

Modò sequitur, *si forte coire nequibit.* Hic aduerte quòd tale vitium aliquando præcedit, aliquando sequitur ipsum matrimonium. Primo casu quando præcedit matrimonium distingue. 30 Aut † procedit hoc vitium ex corporis frigiditate, aut ex maleficio. & vtroque casu, si vitium & maleficiũ est perpetuum ad coitum, dissoluitur matrimonium, si hoc poterit probari. vt in c. 2. & 3. & per totum. ext. de frigi. & male. 31 Et si † forsitan aliqua vera signa frigiditatis non appareant, debent per triennium simul cohabitare, quibus elapsis præstare debent iuramentum cum scriptura in manu propinquorum, quòd data per eos opera ad coitum non potuerunt coire. & tũc debebunt separari, & cum alio poterunt contrahere. Et si forsitan ille frigidus vel maleficiatus in secũdo matrimonio potens ad coitum efficiatur, restaurabitur primum matrimonium, & erit ad illud redeundum. vt notatur in cap. laudabilem. & c. final. ext. de frigid. & malefic. & in c. fraternitatis, cum similibus. Possunt tamen isti tales coniuges impediti seu vitiati, simul cohabitare, vt frater & soror. vt in c. 4. & 5. ext. de frig. & malefic. Si autem frigiditas vel maleficium superueniat post matrimonũ carnaliter consumatum, non dirimitur. vt in cap. 1. & 2. suprà allegatis. Ex his patent declarati summariè dicti versus, & declarati illi casus in quibus impeditur matrimonium contrahi, & quod contractum fuerit quando poterit dissolui.

32 Aliqui † tamen sunt casus in quibus matrimonium non debet contrahi, si tamen contrahatur, non dissoluitur. Vt in matrimonio contracto tempore feriarum prohibito. de quo traditur. 33. quæstio. 4. in capit. non oportet. & ext. de feriis. in cap. penul. Et etiam

tempore interdicti facti alicui per ecclesiam. vt ext. de matrimonio contract. contra interdict. ecclesiæ. per totum.

33 Quid† autem in ea mulier quæ fornicata est? Possunt separari. quod intelligitur quantum ad solum thorum, nec tamē possunt per hoc transire ad alia vota. vt ext. de diuor. c. 2. Propter autem aliud crimen non reperitur matrimonium posse separari, vt ibi. Et si maritus eligat separari ab vxore adultera, vel vxor eligat separari à viro adultero, nisi inuicem reconcilientur, postea perdit vxor dotē, & vir donationem propter nuptias. ext. de donat. inter vir. & vxor. in cap. plerunque. Si autem separentur propter impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, tunc si quidem ignoranter contraxerunt, mulier recuperat dotem, & vir donationem propter nuptias. Si verò scienter, tunc ambo perdunt & fisco applicātur. vt in c. 1. 2. & 3. & in c. Et si necesse. ext. de donatio. inter virum & vxorem.

Svmmar.

1 *Mulier nullam dotem habens, si vir sit locuples, post eius mortem habebit vsumfructum quartæ partis bonorum viri: vel etiam proprietatem, si multi sint liberi. Sed si sint plures tribus, habebit cum ipsis virilem, quoad vsumfructum tantum. Viuente viro debet ab eo ali.*

2 *Verbum, tradidit, positum in contractu probat traditionem: nisi sit res immobilis procul ab aspectu. nam tunc importat solum licentiā rem apprehendendi.*

3 *Contra confessionem dotis receptæ spe futuræ numerationis, opponi potest exceptio non numeratæ dotis intra tempus statutum.*

4 *Dos quam maritus confessus est recepisse ipso tempore sponsaliorum, nulla sp futuræ numerationis, repeti potest tanquam legitima donatio. Idem si confessio est quadam necessitate suadente, vt cum ruricus duxit nobilem, senex iuuenem. Aliàs confessio non valet, nisi morte viri in vim donationis confirmetur.*

5 *Dotem quam vir recepisse confessus est spe futuræ numerationis, non restituit si matrimonium non sequatur.*

6 *Si post contractum matrimonium vir confessus sit dotem recepisse, id non obest anterioribus creditoribus. futuris obest, si verè recepta sit. Si non appareat verè receptam fuisse, vel si dubium sit an sit de pecuniis mulieris, nullis creditoribus obest. Potest tamē morte viri confirmari in vim donationis.*

7 *Confessio viri recepte pecunie ab vxore ex alia causa quàm dotis, licèt iuramento vallata sit, nō valet, nisi appareat ex bonis mulieris pecuniam processisse. Confirmari tamen potest morte viri in vim donationis.*

GLOSSA V.

Dedit & tradidit in dotem. Fuit ergo matrimonium cum certa dote. 1 Quid† autem si fuit sine dote, vt aliquando contingit, nunquid mulieri in vita & post mortem viri in aliquo succurratur? Et si quidem mulier sit inops & vir locuples, eidem succurritur post mortem viri in certa parte bonorum eius. vt habetur in auth.

auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & in auth. vt hic.ma. & auiæ.§.quia verò legem. collat. 8 & de exhib. reis.§.quoniam verò. Credo etiam hoc casu sibi succurri viro viuente. arg.l.q si nulla. D. de reli. & sump. fu. cum similibus. 2 Et † nota [a] quòd per hæc verba, *tradidit*, &c. probatur traditio dotis, si dos est in quantitate vel in specie mobili, vel etiam immobili, si res ipsa tunc præsens erat tempore celebrati instrumenti. Vb. autem res ipsa immobilis esset absens ab aspectu contrahentium, tunc habent hæc verba importare licentiam solam de ingrediendo vel apprehendendo ipsam rem, vt notatum est supra, in forma capitulorum. & tangitur per Bar. in l. prædia. D. de acq. pos. & per Cy. in l. 2. C. eo. ti.

Quid autem si in instrumento dotis dicatur, quòd dominus Thadæus fuit confessus recepisse dotem, quam tamen re vera non recepit, an poterit eo casu ipsa Do. Margarita talem dotem confessatam repetere? 3 Super † quo breuiter sic distingue. Aliquando maritus confitetur se recepisse [b] dotem quam non recipit, spe futuræ numerationis, quod est quando non numerata est, nec renunciauit in instrumento exceptioni non numeratæ dotis, & tunc contra mulierem & eius heredes obstat exceptio non numeratæ dotis, si opponatur infra tempora limitata. vt habetur in l. 1. & 2. & auth. ibi posita. C. de do. cau. non nu. 4 Aliquando † confitetur se recepisse, sine aliqua spe numerationis futuræ, & tunc subdistingue. Aut maritus fuit confessus ante matrimonium perfectum tempore sponsaliorum, aut post ipsum matrimonium iam perfectum. & in vtroque casu attende. ao matrimonium sit dissolutum morte viri, & tunc dic vt infra dicam, quando confessus est post matrimonium perfectum. Aut matrimonium est dissolutum diuortio, vel morte mulieris, & tunc subdistingue. Aut enim ista confessio fuit relata & restricta ad tempus præsens sponsaliorum, & tunc quia reperitur facta tempore concesso & quo permissa est donatio, tunc ipsius dotis datur repetitio. vt probatur in l. 1. 20. responso. C. de don. ante nup. Aut fuit relata ad tempus futuri matrimonij, & tunc quia facta est tempore prohibito, quo non admittitur inter virum & vxorem donatio, non poterit hæc dos reperi. vt d. l. 1. 20. responso. & ibi per Cy. Secundo casu principali quando confessio fuit emissa matrimonio iam contracto, tunc dic: Aut matrimonium fuit dissolutum morte mulieris vel diuortio: & tunc hæc dos non poterit per hæredes ipsius mulieris à viro repeti, quia donatio est prohibita, vt prædixi. & probatur in d. l. 1. 20. respon. secundùm aliam lecturam. Aut est dissolutum morte viri: & tunc aut ipse maritus fuit sic confessus animo donandi, (quod in dubio præsumitur secundùm doct. quando est paritas vel modica inæqualitas inter ipsos cõiuges) & tunc

[a] *Et nota quòd per hæc verba.* vide Glo. in l. 2. C. de acqui. pos. & ibi Cyn. & Bart. & Io. An. in addi. Spec. tit. de emp. & ven. in. §. 2. infra. §. nunc for.

[b] *Recepisse.* Vide latè Lu. Ro. conf. 145. Ful. conf. 188. & Raphael. Cuma. conf. 55. & Alex. conf. 162. in 3. volum.

poterit ipsa dos repeti per mulierem, tāquam hæc donatio sit morte viri confirmata. vt in l.2.C. de dote caut. non nu. & ibi plenè per Cyn. Aut fuit confessus non simpliciter animo donandi, sed quadam suadente quasi necessitate, (quod est, secundùm doct. quando rusticus accepit vxorem nobilem in vxorem, aut multùm senex iuvenculam,) & tunc poterit ipsa dos repeti per mulierem, secundùm Cyn. arg.l.si ita stipulatus.D.de verb.ob. & eorum quæ per eundem notātur in l.si voluntate.C.de do.promiss.

5 Ad † vnum tamē casum aduerte,q; vbicunq; dos promittitur vel cōfessatur spe futurę numerationis, ante matrimonium contractum,q; in dubio hæc promissio & confessio habet in se tacitā conditionē, videlicet si matrimonium sequatur, quo non secuto annullatur promissio.vt in l. stipulationem. D. de iure do. eum similibus ibi notatis.

6 Deinde † quęritur ad pinguiorem doctrinā præmissorum,an confessio facta per maritum post matrimoniū,super dote recepta,præiudicet creditoribus ipsius mariti? Quę quęstio sępius occurrit de facto.Breuiter in hoc sic distingue. Aut est certū,q; illa quantitas,quā vir confessus est recepisse, fuit sibi tradita per mulierē,& tunc, cū licitum sit de iure matrimonio durante dotē constituere & augere: (vt habetur in l.pe. in prin.& l.fi.C.de do.ante nup.& Insti.de don.§.est & aliud) talis cōfessio prędiciū facit futuris creditoribus,nō aūt anteriorib⁹.vt ꝓbatur in l.assiduis,cū ibi notatis.C.q potio.in pig.ha. Aut est certū q; ipsam pecuniam confessata mulier non tradidit viro,sed ipse vir animo donandi mulieri tūc confessus est,& tūc talis confessio non præiudicat creditoribus præcedētibus neq; sequēntibus, tanquā præsumptione fraudulosa.& sic intellige q; traditur in auth.sed iam necesse.per Cyn. C.de do.ante nup. Aut est dubiu vnde hęc pecunia sit ꝓfecta,& tūc ꝓsumitur ꝓcessisse de bonis viri potiùs quàm vxoris,ratione euitādę suspicionis turpis quęstus.vt habetur in l.Quint⁹ Mutius. D.de do.inter vi.& vx.& l.etiā.C.eo.ti.& habetur in auth.de equa.do.§.aliud quoque,colla.7.Et per hoc non præiudicabit ipsa cōfessio creditoribus,sicut in proximo articulo dictū est.ad q; optimè facit l. si quis post hac,in princ.C.de proscrib.& ibi notata per aliquos.quod tene mēti.Poterit tamen morte viri hæc dos confirmari, si non fuerit per eum reuocata, sicut confirmantur cætera donationes. vt l.2. Cod. de do. causa non nu.

7 Quid † autem si maritus confessus est ex alia causa quàm dotis habuisse, ab eius vxore mille, & iurauit sic verum esse,an standum erit huic confessioni? Dicit Bart. quòd non, si non appareat manifestē, quòd processerit ipsa pecunia ex bonis propriis ipsius mulieris siue vxoris. alioquin ꝓsumitur donatio, cuius donationis incapax est vxor. D. & Cod. de do. inter vir. & vxo.per totum. Sicque talis confessio iurata facta ad vtilitatem personæ incapacis non valet, nec probat.vt ibi notatur per Bart.in l.cum quis decedens.§.Titia honestissima. D. de leg. iii. Confirmabitur tamen morte viri,si per eum non fuerit reuocata.vt l.donatio. C.de do.inter vi.& vxo.& l. cùm hic status.§.1. D.eo.cum similibus.

SVM-

SVMMAR.

1 *Res immobilis æstimata, vt esset quasi emptio, vēdi potest a marito, nisi pactum intervenerit de eadem re restituenda.*

2 *Res in dotē data inæstimata, aut ob id aliis axat æstimata vt sciri possit deterioratio futura, vēdi nō potest. Nisi mulier prauerit non cōtrauenire venditioni, de iure canonico.*

3 *Decretalis Cùm contingat. text. de iureiur. consumpsit infinitas mulieres, quæ manauit à fatuitate Imperatorum, qui patiuntur tales clericorum errores.*

4 *Res æstimata in dotem tradita si pactum non intercessit de re restituenda, electio est mariti vtrum malit rem vel æstimationem restituere.*

5 *Res æstimata in dotē data periculum perēptionis vel deteriorationis ad maritum pertinet. Sed re data inæstimata, aut æstimata quidē, sed ad deteriorationē secundā tantum, pertinet ad vxorē, nisi maritus sit in culpa, vt cùm non adhibet æqualem diligentiā vt in rebus suis.*

6 *Res dotalis pendente matrimonio dominium est mariti, & ex eo agit & excipit.*

7 *Expensæ in res dotales, quæ sunt magnæ, & necessariæ, & ad rei perpetuam vtilitatem vel quasi, mulier viro restituit. Nec non vtiles, si de eius consensu factæ sunt. At factæ fructuum colligendorum causa, & voluptuariæ, & factæ ad solemnem canonem vel census pro re dotali, viro non restituuntur.*

GLOSSA VI.

ACetiam castrum *Lamberti.* Fuit enim ista dos cōstituta tam in rebus mobilibus quàm immobilibus. 1 Vnde † quæritur an maritus rē immobilē sibi traditam in dotē possit alienare? In qua quæstione, quæ quotidiana est, sic distingue. Aut hęc res immobilis fuit in dotē tradita sub certa quātitate æstimata aut inæstimata. Primo casu subdistingue. Aut est æstimata ea intentione vt esset venditio, & sic tali æstimatiōe quæ facit emptionē. Aut fuit æstimata ea sola intētione, vt tēpore solutī matrimonij cognosci posset quātū res ipsa effecta videretur deterior. Si quidē fuit æstimata vt esset quasi emptio contracta, (& in dubio præsumitur, vt determinat gl. & in d. l. si inter vir. C. de iur. do.) tūc aut interuenit pactū speciale de re ipsa tradita in dotē restituēda soluto matrimonio, & tunc non poterit per virū alienari. Aut tale pactū non interuenit, & tunc alienari poterit, quia æstimatio succedit loco rei. vt habetur in l. quoties. C. de iure do. cum simi. Si verò fuerit æstimata, vt sciretur quantum deteriorata esset, tunc non poterit alienari. vt d. l. si inter virū. 2 Secūdo † casu principali, quādo nullo modo fuit æstimata, tunc alienari nō pōt, cùm sit fundus dotalis. vt l. 1. D. de fundo do. Inst. quib. aliena. licet, in prin. & ibi notatis per gl. & habetur in l. 1. §. & cùm lex. C. de rei vx. act. Etiāsi vxor consentiat, vt ibi notatur. Nisi iurauerit expressè non contrauenire, quo casu mulier repellitur, secundū iura canonica, licèt cōtrarium disponāt iura ciuilia. vt habetur in c. cùm cōtingat de iureiu. 3 Quę † Decretalis cōsumpsit infinitas mulieres, & hæc est talis conscientia istorum clericorum. Sed est fatuitas Imperatorum, qui in iurisdictione sua patiuntur tales errores, de quibus etiam scripsi suprà in primo libello in glo. super verbo, *veris & legitimis*

titulum. Ex quibus patet, soluto matrimonio quid petere debeat mulier, an rem vel æstimationem. Nam vbi res est tradita inæstimata, tunc ea sola petitur: si verò fuerit æstimata vt sciatur quantum fuerit deteriorata, tunc idem. 4 Si † autem vt faciat emptionem, tunc considera an sit pactum interpositum cuius sit electio, & tunc erit seruandum. Vbi autem pactum nõ intercessisset, tunc erit electio mariti & eius hæredis, an velint soluere rem vel æstimationem. & in hoc differt à contractu emptionis, vt hæc habentur in l. plerunque. in prin. & in fin. D. de iure do. & in l. quoties. C. eo. ti. & ibi notatis.

5 Quæritur † rerum datarum in dotem ad quem peremptionis vel deteriorationis periculũ pertineat, an ad vxorem vel ad virum? In qua quæstione sic distingue. Aut res est data inæstimata, & tunc periculum tam peremptionis quam deteriorationis spectat ad vxorem: quia omne commodum proueniens ex ipsa, spectat ipsi vxori. vt in d. l. plerunque. in prin. §. 1. Nisi vir culpam adhibuisset. nam tenetur illam diligentiã in re dotali adhibere, quam faceret in propriis. l. in reb. s. in prin. D. de iur. dor. & l. si constante. §. si maritus. D. solu. ma. Aut res est data æstimata illâ æstimatione quæ facit emptionem, & tunc pertinet periculum ad ipsum virum. & in hoc sapit naturam contractus emptionis. vt probatur in d. l. plerũque. in prin. & l. fina. & l. si mancipia. in fin. & l. quoties res. D. de iur. dot. Vbi autem esset æstimata alio respectu, tunc puto periculum esse vxoris. per d. l. si inter virum. C. de iur. dot. Et adde quod notatur per Gloss. in l. 1. C. de iur. dot.

6 Ad † vnum tamen aduerte, quòd siue res fuerit æstimata siue inæstimata, dominium eius interim est mariti, & pro ea sibi soli competit ius agendi & excipiendi. vt habetur & notatur in l. doce ancillam. C. de rei vendi. & l. de his. C. de iure do. & l. 1. §. cum lege. C. de rei vxo. act. & probatur in l. quamuis. in prin. D. de iure do. & l. quintus. §. argento. cum similibus ibi notatis. D. de aur. & arg. leg.

7 Deinde † quæritur, pone quòd vir in re sibi data in dotem fecit aliquas expensas, an soluto matrimonio morte viri, poterunt hæredes eas expensas repetere agendo vel excipiendo? Vbi sic distingue: Aut istæ expensæ[a] fuerunt factæ fructuum colligendorum causa ex fundo dotali. & hæ non repetuntur. vt l. 3. D. de impen. in re. do. fac. Aut expensæ factæ sunt ad ipsius rei dotalis perpetuam vel quasi vtilitatem. & tunc aut tales expensæ sunt modicæ, & non repetuntur. Aut sunt magnæ, & tunc aut sunt necessariæ, aut viles, aut voluptuariæ. Si quidem sint necessariæ, tunc repetuntur. vt in l. quod dicitur. in prin. & §. 1. D. de impen. in res do. factis. Si verò sunt viles, tunc si factæ sunt de consensu & voluntate mulieris, repetuntur, aliàs non. vt l. vtilium. D. de impen. & l. 1. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. act. & ibi notatis. Si autem fuerunt voluptuariæ, tunc etiam si factæ sunt de voluntate mulieris, non repetun-

a *Expensa inre dot.* Bald. in l. eum. C. de vsufru. Bar. in l. cotè. de pub. Rapha. fulgo. in l. si proprietarius, & in l. damni, in §. 1. D. de dam. infect.

tur

tur. vt l. voluptuariæ. D.de impen. licèt vir eas possit auferre, si sint separabiles. vt in l. pro voluptuariis. D.eod.tit. Vbi autem vir expenderet in soluendo canonem vel censum pro re dotali, non repeteret. vt in l. nec stipendium. D.eod.tit. Nota bene istum tractatum.p.

SVMMA.

1 *Pertinentiarũ nomine veniunt quæcunque ex lege, statuto, vel consuetudine accedere debent.*

GLOSSA VII.

Cum omnibus suis iuribus & pertinentiis. 1 Hic† quæro quę appellatione pertinentiarum continentur? Respondeo, vt alias dixi, secundum Innocentium (vt per eum notatur in c. cùm ad sedem. de restit. spo. & in c. ex literis. de iure patro.) quòd comprehenduntur ea quæ lege, vel statuto, vel consuetudine, deputata sunt vt accedãt. Verbi gratia, iurisdictio cohærer castro. Ius patronatus & similia cohærent ecclesiæ, si peteretur ecclesia cum suis pertinentiis, vel ius Episcopale. de quibus ibi vide.

SVMMAE.

1 *Potest renunciari exceptioni nõ numerate dotis.*

2 *Exceptio non numerate dotis locum non habet, cùm in instrumento dicitur dotem numeratam fuisse. Sed notarius non debet scribere numeratam fuisse, nisi viderit numerari.*

GLOSSA VIII.

Omnino renuncians. Ista renunciatio dotis communiter ponitur per notarios in omnibus instrumentis. 1 Per† quam renunciationem excluditur ipse vir, ne possit vlterius opponere exceptionem non numeratæ dotis, iuxta notata in l. ex cautione. C. de non num. pec. & l. 1. & 2. C. de do. cau. nõ nu. quã alias opponere posset tam ipse quàm hæredes eius infrà tempora à iure limitata si non renunciasset. vt plenè notatur in l. fi. & in Auth. quod locum. C. de do. cau. nõ nu. 2 Eodem† modo excluderetur si notarius in instrumento diceret, Talis numeravit occasione dotis talis: nam statur instrumento. Sed in hoc aduertat notarius, vt his verbis non vtatur, nisi videat pecuniam numerari, sicut scripsi infrà in forma libelli quando agitur hypothecaria, & tangitur per Bart. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. D. de verb. oblig.

SVMMAE.

1 *Stipulatio & hypotheca bonorum viri facit inesse contractui dotis, pro dote restituenda.*

2 *Consultius est habere hypothecam expressam quàm tacitam.*

3 *Minor potest bona sua obligare pro dote vxoris suæ restituenda, sine authoritate curatoris vel iudicis.*

4 *Fideiussor dari non potest pro dote conseruanda vel restituenda, nisi soluto matrimonio.*

GLOSSA IX.

Solemniter tunc promisit. 1 Ista† promissio intelligitur per stipulationem. vt in §. si scriptum. Instit. de inu. stip. & l. sciendum. D. de verbor. oblig. quæ & si expressè nõ interuenisset, haberet tamen iuris fictione pro expressa. vt l. 1. post prin. C. de rei vxo. act. & in §. fuerat. Instit. de actio. sicque eius expressio

parum operatur. arg. in l. hæc verba. D. de leg. 1. Et eodem modo intelligitur à iure bonorũ obligatio interuenisse pro restituẽda dote. vt d. l. 1 § plenius, cum similibus. 2 Licèt † consultiùs faciunt notarii expressè obligando bona mariti, quia expressa bonorum obligatio potior est quàm tacita. vt l. fi. C. qui po. in p g. ha.

3 Circa † hoc quæro de vno, si vir minor 25. annis habens curatorem accipit vxorem, an eius bona tacitè obligentur pro dote restituenda, non interueniente curatore, nec iudicis authoritate? Dic ꝙ sic. * vt determinat gl. & Cy. in l. fin. C. de legit. tu. arg. l. 2. in fi. & l. 3. in prin. D. de rebus eo. Nam ex quo lex permittit principale, scilicet matrimonium cõtrahere sine prædicta solennitate. vt Insti. de nup. in prin. ergo & accessoriũ permittere videtur. arg. l. motus D. de iu. do.

4 Amplius † quæritur an valeat datio fideiussoris super dote conseruanda & restituenda? b De quo plenè notatur per Cyn. C. ne fid. do. de. l. 1. & per Bart. in l. si constante. §. quoties. D. solu. ma. Et in eo sunt opiniones. nam quidam, (quos sequitur Dy.) dixerunt quòd fideiussor de dote conseruanda dari non potest, sed de ea restituẽda sic. & ita concordant iura iuribus. Alii autem. vt Azo. (quẽ sequitur Bart. in d. §. quoties) tenent quòd nec pro dote restituenda nec conseruãda dari potest fideiussor, cùm vtroque casu sit eadem ratio prohibitionis. Distinguẽdũ est ergo (secundũ Azo. & Bar). an huiusmodi fideiussio præstetur soluto matrimonio, & tũc valet: an matrimonio constante, & tũc nõ valet. dic vt ibi.

SVMMAE.

1 *Hodie duobus tantum casibus dos restituitur, nempe mortuo viro, vel inope facto.*

2 *Socer nurui & filio dotem fecerè restituet, pro eorum alimentis, & sustinendis oneribus matrimonii.*

GLOSSA X.

PRouenit ad casum restituendæ dotis. 1 Debes † hîc scire quòd olim erant plures casus quibus fiebat dotis restitutio. vt notatur in d. l. vbi adhuc. C. de iud. do. Hodie verò sunt duo soli; videlicet mortuo viri ipsius, ac eius inopia interueniente, vt dictum est suprà. A qua quidẽ restitutione dotis certis casibus mulier & eius hæredes excludũtur, vt suprà dixi. vt notatur per glo. & doct. in l. 2. in prin. D. sol. ma.

2 Sed † circa hoc quæritur. Ecce quòd socer recepit dotem suo filii & nurus, sed non valentes omnes simul pacificè stare (vt frequenter contingit vel vitio nurus vel nouercæ, aut aliter) volunt filius & nurus separatim habitare à patre, qui pater est diues, ita quòd propter inopiam non est casus dotis restituendæ. similiter filius diues est. attamen ipse pater contentus est dotem ipsam restituere filio & nurui, sed dubitatur an securè socer possit restituere, ita quòd nullo tẽpore possit postea amplius molestari, quæritur de remedio. Dicunt quidam (in l. quamuis. & l. si cùm dotem. §. transgrediamur. D. solu. ma.) quòd remedium est, quòd socer idémque pater dotem

* *Dic quòd sic.* Adde Anch. consilio 93. & quod voluit Ludo. consi. 183. & vide in d. l. si constante. b *Et restituenda.* Vide Fa. de Cas. consil. 71.

ipsi filio

ipſi filio & nutrui reſtituat pro alimentis ipſorum & filiorum ſuorũ. arg l.moras. §. fi. D. de iu. do. & d. l. quamuis, cum l.eq. D. ſolu. ma. de qua reſtitutione etiam aliquid tangit Cy. in l. ſi prædium. C. de iu. dot.

SVMMAE.

1 *Pacta & ſtatuta de lucranda dote ſeruãda ſunt, etiã ſi mulier habeat liberos ex primo matrimonio.*

2 *Cùm ex pacto vel ſtatuto maritus lucratur dotem, eam reſtituere debet liberis vxoris, aut patri, aut proximiori.*

3 *Dos ab auo neptis data, ſi ea moriatur ſine liberis, filio reſtituitur. niſi contemplatione ipſius neptis data ſit, & ipſa deceſſerit auo ſuperſtite, cuiuis caſu reſtitui debet.*

4 *Dos conſiſtens in pecunia vel mobilibus reſtituitur poſt annum ſoluto matrimonio. At ſi ſit prælegata vel cõſiſtat in immobilibus ſtatim reſtituatur.*

5 *Regulariter attenditur ſtatutum loci vbi celebratus eſt cõtractus. Niſi in contractu matrimonii, in quo attenditur ſtatutum domicilii viri: niſi aliud conuenerit.*

6 *Mulier ſequitur forum viri quoad dotis repetitionem, quoad debitum earum & operarum, & quoad munera perſonalia. At quoad realia attenditur forũ loci vbi res ſitæ ſunt. Et eodẽ iure vtitur vidua.*

7 *Si ſtatuto vt lucrari debeat dotem, lucrabitur etiamſi mulier habeat liberos ex priori matrimonio, & ita obſeruatur, licèt de æquitate ſeruari debeat. L. hac edictali. C. de ſec. nupt.*

8 *Mulier habens filias ex priori matrimonio poteſt omnia bona ſua in dotem dare ſecundo viro, ſine pacto de lucrando.*

9 *Filii primi matrimonii neceſſariò habere debẽt in bonis matris, primò legitimam in dote primi mariti. ſecundò non minorem portionẽ quilibet in reſidua dotis quàm ſecundus maritus. Tertiò habere debẽt in totum matri relicta à primo viro eorum patre.*

10 *Filii primi matrimonii externos reuocant ea quæ ex pacto ſecũdus vir lucratur, quatenus ipſe retinere non poteſt ex ſupra dictis.*

11 *Filii ſecundi matrimonii in dote matris habẽt legitimã ſicut filii primi.*

12 *Bona dotalia vxoris quomodo dimidentur inter maritum ſecundũ, & liberos tam ex primo quàm ſecundo matrimonio.*

13 *Quomodo bona patris dimidi debeant inter liberos primi & ſecundi matrimonii.*

14 *Bona à primo marito vxori relicta, licèt in ſecundo matrimonio in dotem dantur, ad liberos primi matrimonii reuertuntur.*

GLOSSA XI.

Dictæ domnæ Margaritæ eiúſque hæredibus. Reuoco hîc in dubiũ, ſi mulier præmoriatur ante virũ an ſit fienda reſtitutio dotis? 1 Et breuiter † ſic diſtingue: Aut pactũ interceſſit inter virum & vxorẽ ſuper dote lucrãda ea præmoriente, & illud eſt ſeruãdũ. D. de iu. do. l. 1. & 2. cũ ſimilibus. Et idẽ dico ſeruandũ ſi ſtatuto ciuitatis vel loci diſponatur ſuper eius lucro. Nã in hac ciuitate Papiæ, vnde mihi origo eſt, vir lucratur totã dotem, & idem fit in tota Lombardia. In aliquibus aliis locis lucratur medietatem. Quę ſtatuta ſuntad literam obſeruanda. vt l. 1. §. ſi qui nauem. D. de exerc. & lege quod conſtitutum. D. de teſtam. tut. Facit quod notat

Inn. in c. cùm in tua. ext. qui mar. accu. poſ. & l. omnes populi. de iuſt.& iu.Etiamſi mulier habeat filios ex primo matrimonio. vt notatur in l. hac edictali. D. de ſecund. nup. 2 Aut † nullum pactũ nec lex municipii quicquam prouidet, & tunc aut mulier habet liberos,& illis reſtituenda venit. vt D. & C.de offic.tut.per totum.Aut non habet liberos, & reſtituenda eſt patri, ſi habet,vel proximiori agnato,& ſic intelligi debet l.ſi mulier.C.de iur. do.& l.dos à patre. C.ſolu.matrim. & l.inter ſocerum. §.cùm inter patrem. D.de pact.do.

3 Quid † ſi auus (vt ſæpe accidit) dedit dotem pro nepte ex filio eius,& moritur inde neptis, quæritur ad quem dos redire debeat? Diſtingue ſecundùm Bar. Quandoque auus dat dotem pro nepte cõtemplatione filii, & tunc videtur à filio profecta,ideo non extantibus liberis ex ea,ad ipſum patrem reuertitur. vt in l. profectitia. D. de iur.do.& l. ſed ſi plures. §. in arrogato.D.de vul.& pup. Aut dedit dotem contemplatione ipſius neptis, & tunc aut neptis deceſſit viuente auo. & tunc reuertitur ad auum. vt l.1.§. videamus. C. de rei vxor.actio. Aut deceſſit poſt mortem aui,& tũc reuertitur ad ipſum filium de equitate.vt l.dotem.D.de collat.bo.Sed de rigore non, ſecundùm aliquos. ſic intelligitur l.auus.D.de iur.dot. Aut eſt dubium cuius contemplatione dederit, & tunc præſumitur filii contemplatione dediſſe, ſicque ad eum reuertitur. & hoc caſu poteſt intelligi lex dotem. & lex quintus. §. finali. D. de annu. leg.

4 Inde † quæritur an ſoluto matrimonio morte viri,fieri debeat in continẽti reſtitutio? Vbi diſtingue, q aut maritus ſibi prælegauit dotem (vt fit communiter) & tunc ſi legatum ſit purum,ſtatim poteſt peti, quia omnis legalis dilatio videtur ſublata. vt habetur in l.1. in prin.in verſ.verum.& verſ.adeò.D. de do.prœle.Et ſic per hoc dotis cõditio fit melior, nam deterior fieri non poteſt. vt l. de die, cum l. ſeq. D. de pact. do. Aut non prælegauit dotem, & tunc aut dos conſiſtit in pecunia vel rebus mobilibus,& tunc differtur reſtitutio poſt annum, licèt olim differretur triẽnio.vt l.1.§. exactio. C. de rei vxact.i.Aut conſiſtit in rebus immobilibus, & tunc ſtatim fienda eſt exactio ſeu reſtitutio. vt in d. §. exactio.

5 Sed † hîc quæritur de notabili quęſtione. Ecce quòd circa reſtitutionem dotis reperitur, quòd in loco contractus dotis vel domicilii vxoris.ſtatutum diſponit quòd mortua vxore in matrimonio vir lucretur medietatem dotis: ſed in loco domicilii viri ſtatutum diſponit quòd ipſe lucretur totam dotem, quæritur quod ſtatutum ſeruandum ſit? Die quòd ſeruabitur ſtatutum domicilii viri,niſi contrarium inter eos ſit conuentum. vt notatur in l. exigere dotem. D. de iud.Licèt regulariter attendi debet ſtatutum loci,in quo celebratus eſt contractus. vt l.ſi fundus.in fi.D.de euict. & notatis in l. hæres abſens. D.de iudi.

6 Patet † ergo quòd vxor ſequitur forum viri, quò ad dotis repetitionem. Item quò ad debitum carnis & operarum. vt lege ſicut. D. de ope. lib. Item quò

quòd ad subeũdũ munera personalia, sed quòd ad realia attẽditur locus vbi res sunt sitæ. vt habetur in l. 1. C. de mulie. & in quo loco. lib. 10. Facit l. ea quę desponsata. D. ad municip. Quæ quidem priuilegia retinet vxor etiam post mortem viri, dum stat in viduitate. vt l. filii. D. ad muni.

7 Amplius † quæritur, quid si vxor præmoritur sine filiis ex hoc marito secundo, & superstitibus ex ea filiis ex primo marito, vigente interra ipsius mariti secundi statutorillo, de quo suprà dictum est, scilicet quòd vir lucretur dotem vxore mortua in matrimonio, quæritur an dos sit liberis primi matrimonii in totum restituẽda, vel pro parte, non obstante d. statuto? Et quia habui istam quæstionem de facto in Mõteferrato, ideo circa eam plenius dicam quàm dixerim. Et primò videtur dicendum, quòd pro parte eis debita per legem, sit restituẽda. nam mulier transiens ad secunda vota, debet ex eius dote tantum dare filiis primi matrimonii, quantum ex ea confert marito secundo, & eidem vxori in plus intenditur alienatio in secundum maritum. vt in l. hac edictali. C. de secun. nup. Sicut etiam sibi interdicitur alienatio in certis aliis casibus, qui habentur in l. fœminæ. C. eo titu. Ergo quicquid attentatum est contra legem nullius est momẽti. vt l. non dubium. C. de leg. & l. cùm lex. D. de fideiuss. In contrariũ facit, nam ipsum statutum disponẽs quòd vir lucretur dotem, videtur remouere omnem legem per quã possit impediri tale lucrum. nam qui vult consequens, videtur velle antecedens ad illud consequens necessarium. vt l. nec is. & l. illud. D. de acquir. hæredi. & l. ad rem. & l. ad legatum. D. de procur. cum similibus. Vnde cùm statutum velit maritum dotem lucrari, ad hoc vt ipsę mulieres reperiant faciliùs quibus nubere valeant, cõsequens est quòd vult tollere obstaculum d. l. hac edictali. & eorum quæ habentur in §. optimè. in auth. de nupt. quod etiam cõfirmat Vlpianus in fi. l. exinde. D. de excusa. tu. cum ibi notatis. quod obstaculum nemini dubium est posse tolli per statutum. vt l. vẽditor. §. si constat. D. com. prædi. & l. omnes populi. D. de iust. & iu. Et hanc partem tenet Bal. in l. ea lege. C. de cond. ob. eau. Quam approbauit longissima consuetudo totius Lombardiæ. Sed ipse Bald. mutato proposito (vt faciũt aliquãdo doc.) videtur sentire primam partem. in d. l. hac edictali. quæ opinio est magis æquitati conso. arg. l. fœminæ. in prin. C. de secun. nup. Sed tu sequere præcedentem, quia minimè sunt mutanda, &c. vt l. minimè. D. de leg. De qua quæstione vide quòd scripsi infrà, super forma libelli pro legato rei singularis. vers. transeo ad quartum articulum, & quæ pulchrè notantur per Iacobum de Bel. in dicto §. optimè. in Auth. de nupt. collat. 4.

8 Vbi † quærit, an de iure communi possit mulier habens filios ex priori matrimonio, tradere in dotem secundo viro omnia bona sua? Et distinguit sic. Aut dat simpliciter, & sine pactione de lucrando, & tunc potest. vt in l. si liberis, C. de donat. ante nup. Aut dat cum pacto de lucrando, & tunc non potest. vt d. l. hac edictali. & d. §. optimè. cum similibus.

9 Deinde † quæritur per eum, quantum habere debeant de iure communi filij prioris matrimonij de necessitate [a], matre transeunte ad secūda vota? Et respondet quòd habere debeant debitum iure naturæ, & vltra eam, partem de qua in d. l. hac edictali. & ita notatur per gl. in d. §. optimè. & hoc verum in rebus dotis primi mariti. In rebus autem legatis eidem à primo viro, debent dicti filij in totum omnibus anteferri, vt suprà dictum est.

10 Quid† ergo si mulier dedit in dotem omnia bona, cum pacto de lucrando secundo viro, an ipsi filij revocabunt totum? Die quòd non, sed tantum, quantum secundus vir retinere non potest de iure, vt sic viriles inter omnes fiant portiones. vt notatur in d. §. optimè.

11 Sed† an filij nati ex hac muliere in secundo matrimonio, debeant in istis bonis in dotem datis habere legitimam? Dicūt quidam quòd non, alii quòd sic. vt in d. l. hac edictali. & in Auth. ad eos. C. de secun. nupt. Tu dic secundùm Iacobum, quòd legitimam habere debent, sicut filii prioris matrimonii. vt in §. nec illud. in Auth. de nupt. & C. de secun. nup. l. cum alijs.

12 Qualiter † autem diuisio fieri debeat horum bonorum inter filios vtriusque matrimonii? Die secundùm eundem Iacobum, quòd omnes prius accipient suam legitimam, deinde reliquum inter ipsum maritum & solos filios prioris matrimonii diuident, vt singuli æquales ferant portiones, quibus filijs facta est iniuria per transitum ad secunda vota. Alij verò filii secundi matrimonii, quibus nulla est facta iniuria, vltra eorum legitimam nihil percipiant. vt notatur per glo. in d. §. optimè.

13 Et † nota quòd si pater moritur ab intestato, superstitibus filijs ex vtroque matrimonio, quòd bona propria & lucra legatorum communiter diuiduntur inter eos, sed dos pertinet filijs illius matrimonij. vt in d. §. nec illud.

14 Sed † præsupposito dicto statuto, pone (vt plerunque de facto contingit) quòd primus maritus legauit prædictæ eius vxori vltra dotem suam certa bona ipsius mariti, quæ bona simul cum dote postea ipsa vxor tradidit in dotem secundo viro, nunquid filii prioris matrimonij poterunt saltem ipsa bona legata repetere? Videtur q̄ non, per ea quę proximè dicta sunt. Sed videtur contrarium per tertū, in d. l. fœminæ. post princ. C. de secun. nup. Alia enim est ratio in dote propria ipsius mulieris, quam dare potuit, quia res sua propriatenus fuit, & ex suis bonis profecta: & alia in rebus legatis postea, quæ ex bonis primi viri profecta sunt. Vnde æquū est ad filios primi viri debere reuerti. & ratio est, quia in his rebus legatis mulier habuit solum vsum fructum, vt ibi sequitur.

SVMMA.

1 *Iura dotalia sunt, augmentum dotis (quod regulatur secundum naturam dotis, tanquā eius accessorium) donatio propter nuptias facta pēdētes in fundo dotali solum matrimonio, alimenta ex eodem.*

a *De necessitate.* An mulieri possit legari sub hac conditione. Si trāsierit ad secunda vota, & si non transierit possit legato priuari, vide per Iasonem & scribentes in l. diuortio. D. solu. matr. & per Alex. consil. 161. in 2. volum.

GLOS.

GLOSSA XII.

Simul cum omnibus iuribus dotalibus. 1 Hic† quæritur quæ dicantur iura dotalia? Et respondetur q ꝺ plura. Videlicet primò augmentum ipsius dotis, si quod factum sit, quod quidem de iure fieri potest vel cõsuetudine, vel per statutum, vel conuentione ingalium, vel voluntate. vt l.1.& fi.C.de donat. ante nupt.& in §. est & aliud.Instit. de donat. Quod quidem dotis augmentum regulatur secundùm naturam ipsius dotis. vt in l.etiam. C. de iur.do. Nec immeritò, quia accessorium naturam sequitur sui principalis. vt in regula, Accessorium.de reg. iur. cum similibus ibi notatis. Secundò est ius dotis, donatio propter nuptias. vt in d.l.fi. Tertiò est de iuribus dotis, fructus dotis existentis in fundo dotali tempore soluti matrimonii, secundùm distinctionem traditam in l.de diuisione. & l.diuortio. & l. fructus. D. solut. mat. & in l. 1. §. cùm ex stipulatu. versi. Itaque partus. & ibi per Gl.C. de rei vx. act. Quarto est de iuribus dotis alimẽtorum exhibitio, de quibus statim dicetur.

SVMMAE.

1 *Mulier etiam indotata constante matrimonio alit debet à viro, siue sit sana siue infirma, etiamsi patrem habeat.*

2 *Pater sumptus factos tam in alimentis quàm in curatione infirmitatis filiæ, à marito repetit.*

3 *Dote restituta mulieri, ei nulla ex lege debentur alimenta. Nisi primo anno post solutum matrimonium, quo dotem, quæ est in quantitate, repetere non potest. quo casu alimenta ei debentur ab hærede viri, nisi habeat aliunde vnde se alat, & nisi ad secunda vota transeat.*

4 *Legatum alimentorum simul cum dote peti potest.*

5 *Alimenta præstantur quandoque ex necessitate, quandoque ex voluntate.*

6 *Hæc conditio apposita legato,* Si nõ possit cũ hæredibus viuere pacificè, *intelligitur, si est, si mores hæredum non placeãt. Et si nõ est necesse probare cõditionẽ extitisse.*

7 *Conditionis negatiuæ probatio fieri debet per eum, qui in eius inspectione intentionem suam fundat.*

GLOSSA XIII.

Etiam alimentis sibi de iure debitis. Circa huiusmodi alimẽta debita vxori est aduertẽdũ, quòd aut durat matrimoniũ, aut est dissolutũ. 1 Primo† casu tenetur maritus vxoꝛẽ alimẽtare, tam sanã quàm infirmã. vt l. fi cùm doté. §. in autẽ in fœuissimo. & ibi notatis. D. solut. ma. & l. pro oneribus. C. de iur. do. & l. dotis fructus, in prin. D. de iur. do. Etiamsi nullã ded isset marito dotẽ. vt l. quòd si nullã. D. de rel. & sumpt. fu. & plenè notat. per Cy. in l. quod in vxoré. C. de neg. ge. Et amplius tenetur ad alimẽta mulieri suæ, etiãsi patrẽ habeat. vt l. fi filia §. r. D. fam. er. 2 Vnde † si stetisset infirma in domo patris sui, & ab eo recepisset sumptus tam in alimentis quam in curatione infirmitatis, tenebitur maritus patri tales sumptus restituere. vt determinat Cy. in d.l. qđ in vxo. & pro hoc vltra eũ allego tibi tex. notabi. in l. fi. in pr. D. de do. exc.

3 Secundo † casu quando matrimonium est dissolutum, tunc secundũ aliquos distinguendum est. Aut dos est restituta ipsi mulieri,

& tunc sibi non debentur amplius alimenta, quia debet de suo se alere, nec potest hæredi culpa imputari. Aut dos non est adhuc restituta, & tunc aut tempus anni quod datur per legem ad dotis restitutionem quando dos est in quantitate, nondum est lapsum sed pendet, & tunc aut mulier habet vnde se alat aliun de[a] quàm ex dote, & tunc non tenentur hæredes mariti ad alimenta (vt notatur per Glo. in l. t. §. exactio. C. de rei vxo. act. Aliàs sic. vt ita notatur per Cyn. Petrus tamen, (vt refert Cyn.) dicit quòd si mulier non habet aliunde vnde possit se alere, est causa sufficiens compellendi hæredem ad dotis solutionem etiam pendente anno. arg. l. 1. & 2. C. de patri. qui fid. di. Elapso autem anno tenentur ipsi hæredes sine dubio ad vsuras seu interesse doris. in d. §. exactio. ad quod facit optimè textus ibi c. salubriter. ext. de vsu. Hodie autem tale interesse, & huiusmodi alimenta sunt per statuta terrarũ limitata, vt est Papiæ. Alii autem dicunt quòd aut mulier steterit in viduitate, & tunc procedunt quæ superiùs dicta sunt. aut trãsiuit ad secunda vota, & tunc tibi nulla debentur alimenta ab hærede primi mariti. vt notatur per Cyn. in l. fin. C. de bo. mater.

Et prædicta locum habent in alimentis quæ petuntur dispositione legis, propter dotem non solutam. 4 Vbi † autem peterentur dispositione hominis, videlicet viri sui qui in eius testamento tibi vxori alimenta legasset, vt videmus quotidie fieri, tunc posset vtrunque petere dotem tanquàm debitam, & alimẽta tanquam legata, etiam post annum. & post dotem solutam. arg. l. cùm quis. §. mulier. cum l. seq. D. de dolo exc. & l. vxori maritus. D. de vsufr. legat.

5 Ad † vnum autem aduertendum, quòd circa alimenta duplex est consideratio. Vna qua quæritur quomodo & qualiter alimenta ex necessitate præstentur. de quo dicetur infrà, & infrà notabitur super forma libelli pro legato rei singularis, circa articulum alimẽtorum. Secunda consideratio est qua quæritur, quando & qualiter alimẽta voluntariæ præstita repetãtur. de quo plenè habetur & notatur per doctores in l. 1. & l. alimenta. & l. quod in vxorem. C. de neg. ge. & in l. Nesennius. D. eo titul.

6 Hîc † autem de vno quæritur quod sæpè contingit. Ecce quòd maritus legauit & ordinauit, Quòd vxor sua sit vsufructuaria & domina domus suæ, stando in domo cum hæredibus suis; & casu quo non possit cum ipsis pacificè viuere, quòd eo casu ipsi hæredes teneantur eidẽ pro alimentis dare decem singulis annis. Contingit quòd ista mulier non vult stare cum hæredibus, & allegat quòd non potest pacificè cũ eis viuere. hæredes autem dicunt quòd pro parte ipsorum nulla infertur molestia ei, & quòd sunt cõtenti quòd ipsa stet cum ipsis. quæritur hîc de duobus: primò an si nõ stet per hæredes, sed per eam quominus pacificè cum eisdem viuat, debeat habere extra domum alimenta? secundò an mulieri incũbat a-

a *Aliunde.* Adde de hoc, & dic vt per Ale. in l. de Alimentis. C. de trãsa. & aliquid in consil. 7. alleg. 63. in 2. vol. vbi si habuit ab alio, quàm ab hæredibus viri, alimenta infra annum, quòd ea non repetit.

bat omnē probandi ſe non poſſe pacificè viuere? Circa primum puto quòd ex mente teſtantis (ad quam verba ſunt trahenda in quantū poſſunt. vel.§. in fi. C. de lib. præt. & l. in conditionibus. in prin. D. de condit. & dem. cum ſimilibus) quòd ſi mores hæredum non placeant mulieri, quòd ſit in eius arbitrio extra domum illorum vitam ſuam ducere, & ab eis alimenta percipere. Et ſic erit ſenſus illorum verborum, cùm dixit, Et in caſu quo pacificè non poterit, &c. Circa ſecundum dico quòd ſtantibus præmiſſis, credendum erit ſolo verbo ipſius mulieris, alionon exquiſito ſuffragio. 7 Attamen † in quantum eſſet fieda aliqua intrinſeca probatio, tunc eſſet fienda per ipſam mulierem, cum hæc conditio negatiuè concepta ſit, cauſa intentionis ipſius mulieris. vadeerit per eam probanda. iuxta notata per Bart. in l. illa. & l. ita ſtipulatus. D. de verbo. obl. Sed pone quòd maritus vel alius legat alicui decem, annis ſingulis, ſi ſtererit cum hæredibus ſuis, an hæc conditio debet impleri? Videtur quòd non, imò ſit reiicienda, & legatum valet. vt l. Titio centum. §. 1. D. de condi. & demon. De hoc vide plenè in gloſſ. ſeq. quæ incipit, Hîc quæritur.

Summae.

1 *Mulier habere poteſt bona dotalia, paraphernalia, & aduentitia ſuo regimini reſeruata.*

2 *Aduentitia mulieris cenſentur eſſe viri, niſi liquidò conſtet vxore ea ad mulierem pertinere.*

3 *Bona quæ vxor habet exturpi quæſtu remanent in eius dominio.*

4 *Mulier tenetur operari viro in rebus honeſtis, & inde præſumitur pro viro.*

5 *Fructus verum dotalium ſunt mariti. Nec non paraphernalium, cùm mulier viro earum adminiſtrationem concedit tacitè vel expreſſè.*

6 *Fructus verum dotalium maritus non reſtituit vxori, niſi percepti ſint ante vel poſt matrimonium. Et niſi fructus vltimi anni, qui diuiduntur pro rata temporis inter ipſum & hæredes vxoris.*

7 *Fructus bonorum paraphernalium ſunt reſtituendi. Niſi eos vir perceperit de voluntate expreſſa vel tacita vxoris. quo caſu non reſtituuntur: niſi ſint fructus naturales magnis valoris.*

8 *Fructus aduentitiorum indiſtinctè reſtituuntur. niſi conſtet eos perceptos eſſe de voluntate vxoris.*

9 *In fructuum ratione imputa ſemper detrahuntur impenſæ in illis factæ.*

GLOSSA XIIII.

Tanquam bona paraphernalia. 1 Ad † euidentiam ſcire debet iuuenis. quòd mulier poteſt habere bona triplicis conditionis. Quædam enim ſunt bona dotalia, de quibus dictum eſt ſuprà: quædam verò [a] paraphernalia: quædam bona propria mulierum ſuo regimini tantùm reſeruata. Bona verò paraphernalia ſunt illa quæ vxor, quan-

a *Paraphernalia bona.* Glo. & Bal. C. de pa. conuent. Bar. in l. matitus. C. de proc. gl. in ver. dotali, in c. plerunque, de do. int. vir. & vxo. & adde ad materiam Pano. in c. ex literis, de pign. & in c. conſtitutus, de procu. & de fructibus bonor. paraphernalium, quando vxor petere poſſit, vide per Alex. in conſil. 63. co. 2. verſ. hic venio ad aliud, in 2. volumi.

do transducitur ad domum mariti, secum defert, & in quibus administrationem concedit viro tacitè vel expressè. vt patet in l. hac lege. & l. fina. C. de pactis conuentis. & l. ii ego. §. doris. D. de iure dot. Et dicũtur bona paraphernalia à para quod est iuxta, & pherna quod est dos, quasi bona iuxta dotẽ: vt notat Azo in summa. C. de iure dotium. in princ. Bona autem quæ non sunt paraphernalia, nec dotalia, appellatur illa, quæ mulier habet omnino separata à viro, & in suo regimine ac dominio reseruata. vt puta sibi donata, vel ex successione delata, vel aliter. de quibus loquitur l. maritus & quod ibi notatur. C. de proc.

2 Et† constare debet per veras probationes vnde ad eam peruenerunt ipsa bona, alioquin in re dubia præsumuntur peruenisse ex bonis mariti sui, & per consequens desinunt esse vxoris, & erunt sui viri & hęredum eius. vt habetur in l. quintus. D. de do. inter vi. & vxor. & in l. eriam. C. eod. tit. Huius autem præsumptionis ratio est, ne alio non probato præsumatur quæsiuisse turpi de causa, quæ turpitudo potiùs est fugienda quàm præsumenda. vnde honestius est in re dubia declinare potiùs in causam honestam, quàm turpem.

3 Quid† igitur si mulier probat legitimè quòd ista bona habuit à suo amasio, vel ex turpi quæstu, an cessabit dicta præsumptio, & remanebũt in eius dominio? Puto quòd sic. nam datũ mulieri ex causa turpi fit ipsius mulieris. vt in l. idem. §. sed quod meretrici. D. de condict. ob. tur. caus. Confirmat hoc textus. in l. quintus. sumpto argumento à ratione cessante. Dicit enim tunc fore locum prædictæ præsumptioni, quando non demonstrat vnde habuerit. sed si demonstraret, cessabit illa præsumptio. nec cum si habuerit ex contractu valido vel inutili, aut ex honesta causa vel inhonesta, cùm textus loquatur generaliter, ergo debet generaliter intelligi. vt l. de precio. D. de public. in rem act. & l. i. §. generaliter. D. de lega. præstan. Potest enim mulier dicere viro suo & eius hæredi, quantum ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. & l. sicuti. §. si quęratur. D. si ser. ven. 4 Fateor† tamen quòd in rebus honestis vxor tenetur operari viro. vt l. sicut. D. de ope. lib. & in eo habet locum præsumptio. l. si defunctus. C. rebus. & notatis in d. l. quintus. & l. etiam.

Est autem in effectu inter ista bona multiplex differentia. 5 Nam† fructus rerum dotalium cedunt in dubio lucro mariti. vt l. pro oneribus. C. de iure do. & supra dixi. Infructibus autem rerũ paraphernalium dist. ngue. Aut mulier tacitè vel expressè in ipsis viro administrationẽ concessit, & tunc cedunt eius lucro, aliàs secus. vt l. si. C. de pact. conuen. Et sic duo sunt hoc casu singularia. primum, quòd in istis fructibus tenet donatio inter virum & vxorem. secũdum, quòd negotiorum gestor non tenetur aliqua restitutione. Et est fortè ratio, quia videntur concessi in oneribus matrimonii.

Quæritur ergo generaliter, an maritus* teneatur fructus restituere vxori, quos ex bonis eius percepit? In qua quæstione sic plenius

* *An maritus teneatur restituere fructus vxori, quos ex bonis ipsius vxoris percepit* Baldus in l. diuortio. D. solu. matrima.

distin-

distingue secundùm Cyniū. vt per eum notatur in l. 1 §. cúmque ex stipulatu. C. de rei vxo. act. Aut fructus sunt percepti ex rebus dotalibus, aut paraphernalibus, aut ex aliis bonis ipsius vxoris. 6 Si † quidem sunt percepti ex rebus dotalibus, tunc subdistingue. Aut sunt percepti ante matrimonium, aut post. antco finito. Primo casu iterū subdistingue. Aut sunt percepti ab ipsa mulere, & tunc remanent penes eam, nec quærendū est de ipsorū petitione vt l. diuortio. §. si mensis. D. sol. ma. Aut sunt percepti ab ipso marito, & tunc conuertuntur in dotē matrimonio secuto. vt l. doris fructus. §. vltra. respon. & l. si fundum. D. de iu. do. & l. ante, in fi. D. sol. mat. Secundo casu principali quādo sūt percepti constante matrimonio per ipsum maritū, & tunc aut sunt percepti ante ceptū vltimum annū finiti matrimonii, & tunc cedunt lucro mariti. vt d. l. pro oneribus. C. de iu. do. & l. diuortio. §. interdū. D. sol. mat. Aut sunt percepti post vltimum annū ceptum finiti matrimonii, & tunc dividendi sunt inter hæredes coniugis defuncti & superstitem pro rata temporis, quo duravit matrimoniū. vt in d. §. interdū. & d. §. ex stipulatu. in fi. C. de rei vxo. act. & l. diuortio. & l. de diuisione. & l. fructus. D. sol. matrim. cum similibus. Tertio autem casu principali, quando sunt percepti matrimonio finito tunc in totū vxori sūt restituendi. v d. l. 1. §. exactio. vers. fructibus. & si mora. D. soluto matrimonio.

7 Venio ad alium articulum, cùm quæritur de fructibus rerū paraphernalium. In quo distingue secundùm Glosam. in d. l. fin. C. de pac. conuen. Aut sunt fructus naturales, & tunc indistinctè restituendi sunt mulieri: nisi sint modici valoris. arg. l. si id quod. §. 1. & l. verū. D. de do. inter vi. & vxo. vel nisi de voluntate expressa vel tacita mulieris cōsumpti essent in vsum communē ipsorum. vt notatur per Glo. in d. §. fi. C. de pac. conuen. Idē intelligo in fructibus industrialibus. Circa quos vltra prædicta sic distingue. nā aut maritus eos percepit de voluntate vxoris tacita vel expressa, & tūc non sunt restituendi, sed cedūt lucro mariti, vt suprà dixi. Aut sunt percepti contra voluntatē ipsius vxoris expressā, & tunc restituendi sunt. vt hæc probantur in d. l. fin. & d. l. hac lege. C. de pact. conuen. & l. si ego. §. doris. D. de iur. do.

8 Tertio † autem casu principali, cùm quæritur de fructibus rerū nō paraphernalium nec dotalium, dic quòd si nō constet eos fore perceptos de voluntate vxoris, tunc indistinctè sunt restituendi mulieri. vt d. l. maritus. C. de procu. & l. penu. in fi. D. ad l. Fal. 9 Hic † tamen circa prædicta omnia nota, & vbi quæritur de ratione fructuum, semper cō sidera quòd de illis detrahenda est omnis expensa. vt d. l. fructus. D. sol. mat. & l. si à domino. §. fin. D. de petit. hæreditatis, cum similibus ibi notatis.

SVMMAE.

1 *Vir & vxor omnem contractum inter se inire possunt, præterquam donationem inter viros.*

2 *Legato vsusfructus cedunt nomina debitorum.*

3 *Statutum Papiæ, Ne quis legare possit vxori vltra L. libras. Et quod legatur in fraudem Statuti*

est ipso iure nullum.

4 *Differt legatum vsusfructus & legatum reddituum.*

5 *Mulier cui vsusfructus legatus est satisdare tenetur de vtendofruendo, arbitrio boni viri, & bona vestituendo nec potest vir vi remittere hanc satisdationem, quæ nisi præstetur, excluditur à petitione vsusfructus.*

6 *Vsufructuarius tenetur inuentariũ facere bonorum.*

7 *Vsufructuarius omnium bonorum tenetur ad omnia onera & debita hæreditatis, nisi grauia sint & vsumfructum absorbeant. At verò ad legatorum onera non tenetur.*

8 *Legatarius vsusfructus quotæ partis hæreditatis tenetur ad onera pro rata, sed ea retentione deducit finito vsufructu, ex Bartoli sententia.*

9 *Legatarius vsusfructus quotæ partis bonorũ non potest conuenuri pro oneribus. sed ex sua quota parte as alienum detrahitur pro rata.*

10 *Legatum quotæ hæreditatis & quotæ bonorum efficiu parum differunt. in hoc nempe, quòd legatarius quotæ bonorũ aes alienũ præstat retentione, alter actione.*

11 *Legatarius certi fundi ad onera eius alieni nullo modo tenetur.*

12 *Legatarius rei alicuius specialis tenetur ad indictiones seu taleas quæ ipsi rei imponuntur, non quæ imponuntur toti hæreditati.*

13 *Impensam in refectionem & sustentationem rei vsufructuarius facere debet. sed si est magna, eam postea repetet à proprietario, si parua, non repetet.*

14 *Fructuarius tenetur soluere census & tributa pro bonis debita.*

15 *Mortuo fructuario fructus à solo separati sunt eius hæredis, pendentes verò sunt proprietarii.*

GLOSSA XV.

DEdit & legauit prædicto domino *Margaritæ vsumfructum omnũ bonorum suorum.* Hic modus legandi est in communi vsu. Vnde aduertendum quòd aliquando vxor consequitur plenitudinem huius legati, aliquando solùm consequitur quatenus sibi sufficiat ad alimenta, vt dicam in seq. Glos.

1 Item † est sciendum quòd regulariter omnis contractus omnéque commercium potest fieri licitè inter virum & vxorem, dummodo non sit simulatus. Vide possunt inuicem vnus ab altero emere & vendere. vt traditur in l. si sponsus. §. circa venditiones. & l. sed si vir Ianam. §. si duo. in fi. & l. cùm hic status. §. si inter virum. in fin. & l. quod autem. §. si marius. in fin. D. de do. inter vi. & vxo. Donare autem inter viuos inuicem est prohibitum. vt D. & C. de do. inter vir. & vxo. & l. 1. & 2. Sed donare inuicem causa mortis licitum est. vt l. cùm hic status. §. 1. præallegato. & l. 3. & l. si maritus. C. de donat. int. vir. & vxorem.

2 Item † etiam egare in vltima voluntate est concessum (licèt videatur durare eadem ratio prohibitionis, quæ est inter viuos) & ideò potest maritus legare vxori vsumfructum generaliter omnium suorum bonorum. a quo legato cedunt omnia nomina debitorũ, vt l. vxori vsumfructum. & lege vxori meæ. D. de vsufructu leg. Potestque similiter ei legare vsumfructũ alicuius specialis fundi vel cuius-

vt

vt in l.vxori vſumfructum, cum ſimilibus. D.de vſufru.leg. Poterit etiam ei legare dominium aliquarũ rerum. vt l.vxori. in prin. & §.1.& l. vxorem.in prin.& §. ex teſtamento. D.de leg.3.& D.de vſufr.leg.l.vxori.

3 Sed † quia dum mariti ſunt in ſenio & volunt teſtari, vxores multum infeſtant maritos, & denegant eis ſeruire niſi ſibi complaceant in legando, ideo ſanctè & iuſtè prouiſum eſt per ſtatutum ciuitatis Papiæ, Ne aliquis poſſit vxori ſuæ vltra quinquaginta [a] libras Papienſes legare. aliquando tamen mulieres ſagaces, & aliqui viri ſtulti legare voleates ſuæ vxori vltra prædictam quantitatem, faciunt ſupponere aliquem loco vxoris, de quo vxor confidit, cui fit tale legatum. ſed certè cùm tale legatum fiat in fraudem legis municipalis prædictæ, eſt ipſo iure nullum. vt notatur per Barto. in l.cùm quis decedens. §. Titia dulciſſima. D.de leg.3.

4 Quid † autem ſi teſtator dixerit, Lego vxori meæ reditus meorum bonorum. an erit idem ac ſi diſſet, Lego ſibi vſumfructum bonorum meorum? Videtur quòd ſic, quaſi iſta ſynonima ſint reditus, & vſusfructus, vt l.patrimonium. D.de vſufruct.leg. Tu autem dic quòd differunt in pluribus. vt notatur per Glo. in l.fundi Trebatiani. D.de vſufru.leg. & in l. ſi quis ita. D. de vſufruct.

5 Quid † ergo ſi vxori ſit legatus vſusfructus bonorum, an tenebitur ſatisdare, ſicut alij vſufructuarij? Dic quòd ſic. vt in l.1. & ibi notatis. C.de vſufru. & nedum de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, ſed de reſtituendo etiam ipſas res & bona, finito vſufructu. vt l.1.in prin.& in §. hoc autem. D. vſufr. quemad.caue. Quam ſatisdationem non poſſet ſibi remittere maritus in teſtamento. vt d.l.1.de vſufru.& l.ſcire. & ibi notatis. C.vt in poſſ.leg. Nec ab hac ſatisdatione excuſatur ipſa vxor, ſi diceret ſe non reperire fideiuſſorem. vt dicit Gloſſ in l.vſufructu conſtituto. C. de vſufru. licèt aliqui voluerint dicere quòd tunc ſufficeret ipſam iurare [b] prædicta adimplere. arg. in l.cùm nõ facile. D. ſi cui plus quàm per legem Fal. & l.1. §. ſi cum duobus. D.de colla.do.

6 Ex † quibus poteſt colligi, quòd ille qui eſt vſufructuarius bonorum tam mobiliũ quàm immobilium, tenetur ipſa bona in ſcriptis redigi facere, [c] vt ſciatur quomodo in eis fit vſus arbitrio boni viri, & quæ bona ſunt reſtituenda. licèt per aliquos malè practicetur. Et ſi dicta ſatisdatio non præſtetur, excluditur vſufructuarius, & vxor à petitione vſufructus. vt habetur in l. vſufructus nomine. D. vſufr. quemad.cau. & l.vxori vſumfructum. D.de vſufru.lega.

7 Poſteà † quæritur, an hæc vſufructuaria teneatur ſoluere debita

a *Quinquaginta.* an ſtante tali ſtatuto poſſit ſibi legare alimenta, vide per Rapha. Cumã. conſi.30. & vide quod voluit Alexan. conſi.57.2.li. Et de hoc vide per Bart. in l.ſi ſi qui. D.de vul.& pup.& in l.qui teſtamẽtũ. D.de prob. Bal. in l.1. C.de na.li. Anſ. in l.ſi quis. D.eo.ti.& in l.a. C.de repu. hæredit.& ibi alios & in l.ſi. C.de litig.

b *Ipſam iurare.* Adde Alexan. de Imo. in conſ.57. per tot. in 3. volu. & ad noſtram, vide per Bar. in l.vſufruct. C.de vſufru. & Panor. in c.fi. de pigno.

c *Redigi facere.* Adde quòd pati debet, quòd deſcribantur. vt per Alexan. in conſi.72. in 1.colum. in 3. volum.

hæreditaria pro rata bonorum in quibus habet vſumfructum? Breuiter Bar. in l. fin. D. de vſufru. lega. ſic diſtinguit. Quandoque generaliter legatur vſusfructus omnium bonorum, ſeu totius hæreditatis: quandoque legatur vſusfructus certæ partis, puta tertiæ vel quartæ omnium bonorum, vel hæreditatis: quandoque legatur vſusfructus aliquarum rerum particularium. Primo caſu tenetur vxor vſufructuaria ad omnia onera, & debita hæreditatis. vt l. namque, in fin. cum l. ſeq. D. ad Trebel. & l. vxori meæ. D. de vſufru. leg. & hoc etiam dictat æquitas, vt quem ſequuntur commoda ſequantur & incommoda. vt in l. ſecundùm naturam. D. de reg. iur. & euitanda eſt abſurditas, quæ eſſet, ſi hæres qui nudam habet proprietatem teneretur ad hæc onera. arg. in l. fin. §. vbi autem in vnum. in fi. C. de in. delib. Hoc autem puto intelligendum, niſi eſſent tam grauia onera, quæ abſorberent a totum vſufructum. nam tunc crederem, ne inutile redderetur legatum vſusfructꝰ. quòd de rebus hæreditariis poſſit credentibus ſatisfieri. arg. eius quod notatur per gl. in ſolutione primi contrarij. l. quæro. & l. qui concubinam. §. qui hortos. D. de leg. 3. Ad onera autem aliorum legatorum in teſtamento relictorum non tenetur hæc vxor, nec alius vſufructuarius, imò concurrunt ſimul in vſufructu rerum legatarum cum ipſis legatariis. per textũ. in l. Sẽpronio. cum ſimilibus ibi notatis. D. de vſufr. leg. & notatur ꝙ Bar. in d. l. fi.

9 Secũdo † caſu principali, quando legauit ſub nomine quotę vſumfructũ, putà tertiæ partis hereditatis vel bonorum, tunc ſecundùm eum ſubd. ſtinguitur. Aut enim eſt legatus vſusfructus ſub hoc nomine hæreditatis, aut ſub nomine bonorum. Verbi gratia, Lego vſumfructũ tertiæ partis hæreditatis meæ, & tunc tenetur ad onera ꝓ rata huius partis legatæ. vt l. ũ quis ſeruũ. §. fi. ũ l. ſeq. & ibi notatis. D. de leg. 2. & d. l. fi. de vſufr. leg. Sed (ſecũdũ lectũram Bartol.) vſufructu finito deducetur talis expẽſa. arg. l. ꝙ ſi poſſeſſor. D. de petit. hæ. Et per hoc idẽ dicẽdum eſt ꝙ in præcedenti caſu, quãdo eſt vſufructuaria omniũ bonorũ. Si aũt legatur vſusfructꝰ ſub nomine quotę partis bonorũ, puta, Lego vſufructũ tertiæ partis bonorũ meorũ, tũc nõ tenetur ſoluere creditoribꝰ hæreditariis, nec ab eis pót cõuenir. vt d. l. fi. & l. generali. §. fi. D. de vſufr. leg. quia bona intelligũtur deducto ære alieno. vt l. ſubſignatũ. §. bona. D. de vet. ſig. Verũtamẽ hę ẽs ex huiuſmodi legato deducet priꝰ omnes alienũ ꝓ rata portionis, & de reſiduo habebit vxor ſuũ vſumfructũ. vt ꝓbatur ex d. l. generali §. fi. Per q̃ patet ꝙ ꝓ indirectũ ſuſtinebũt ẽs alienũ, qa ꝓpter id diminuitur vſusfructꝰ.

10 Et † vlterius coilligitur quòd quantũ ad effectum parũ differunt inter ſe legatum hæreditatis & legatum bonorũ, niſi quia in legato partis hæreditatis poteſt ipſe legatarius principaliter à creditoribꝰ cõueniri, ꝙ per hoc legatarius bonorũ non põt, ſed per viã retẽtionis cõſulitur creditoribus, vt dictum eſt.

11 Tertio † verò caſu principali, quãdo eſt legatus vſusfructꝰ partis particularis ſub nomine ſingulari, tũc ea

a *Abſorberent*, idem dicit Lud. Rom. conſil. 111.

lis vſufructuarius nō tenetur ad aliqua onera reis alienis, directò neque per indirectū. vt l.1.§. ſi hæres. D. ad Tre. & l.ſi.in fi. D. de vſufr. leg. & l.ſi decōmiſſum. §. tractatū. D. de iud. & l.1. C. ſi cer. pe. & l.ſi. C. de hær. actio. & l. quoties. D. de hær. inſti.

Ex præmiſſis patet an vſufructuarius teneatur ad ſolutionem indictionum & talearum, quæ quotidie imponuntur modernis temporibus? Vbi diſtinguendum eſt, an ſit vſufructuarius generalis omnium bonorum, an particularis, an alicuius rei ſpecialis. 12 Et in † hoc vltimo caſu cōſiderandū eſt, an indictio vectalea imponatur ſpecialiter ipſi rei, & tunc tenetur vſufructuarius ipſius rei. vt d.l. quæro. & ibi de hoc per Bart. D. de vſufr. leg. an verò imponatur generaliter rei hæreditati, & tunc tenebitur hæres ſolus per iura ſuperius allegata.

13 Rurſum † quæritur an hæc vxor vſufructuaria vniuerſalis, aut particularis partis bonorum vel hæreditatis, aut alicuius rei ſingularis, puta domus vel caſtri, teneatur ad impenſam [a] circa refectionem & ſuſtentationem rerum in quibus habet vſufructum, an verò ſolus dominus vel proprietarius earum ad hoc teneatur? In qua quæſtione ſunt tres opiniones. Quidam dicunt aut impenſa eſt parua, & tūc pertinet ad vſufructuariū: aut eſt magna, & tunc pertinet ad dominū. per textū. in l. hactenus. in prin. & l. vſufru. leg. §. fi. & l. vſufructuar. cū l. ſe. D. de vſufr. Alij dicunt quando impenſa eſt magna quòd nullus ad illā tenetur per textū in d.l. hactenus. in prin. ibi, *neutrum tenetur.* Alij dicunt, (quos ſequitur Barto. in l. quæro. D. de vſufr. leg. & l. damni infecti. le. 1. §. 1. D. de dā. infe. & in l. Neſennius. D. de neg. geſt.) quòd quando expenſa eſt magna, tunc cura & ſolicitudo illam faciendi de ſuo pertinet ad vſufructuariū: ſed tamē illam poſtea repetit à domino, cuius vtiliter negotiū eſt geſtum. vt hæc probatur in l. inter fructuarium. & l. hoc amplius. §. fin. & d.l. damni infecti. §. 1. D. de dam. infe. Vbi autem parua, tunc eam facere debet vſufructuarius, nec ipſam repetit à domino. facit l. cū ad quem. C. de vſufruct.

14 Deinde † pertinet ad vſufructuarium ſolutio cenſus, ficti, & tributi pro re ipſa debiti. vt in d.l. quæro. & l. pen. §. fin. D. de leg. 3. & facit quod habetur in l. ſi pendente. §. ſi quid ſloacarij. D. de vſufructu.

15 Sed † quid dices, ſi hæc mulier vel alius habens vſumfructū deceſſerit, an fructus illius anni erūt hæredis ſui, an verò domini? Super qua quæſtione diſtingue, vt habetur in l. defuncta. D. de vſuf. Aut deceſſit fructib⁹ iā collectis, & tūc cedūt luxero ſui hæredis, etiā ſi dies ſoluendæ pecuniæ, ficti, vel cenſus nōdum eſſet. Aut deceſſit fructib⁹ adhuc pendentibus & nondū collectis, & tunc pertinet ad dominum proprietatis, vt ibi. ad ꝙ etiā optimè facit textus notabilis in l. in ſingulis, in fin. D. de an. leg. Et quod dixi quando deceſſit fructibus collectis, intellige etiam ſi non fuerunt in horreo reconditi, quia ſufficit quòd ſint à ſolo ſeparati. vt l. fructuarius meſſem, & ibi notatis. D. quibus mod. vſusfr. amit. & Inſtitu. de rerum diuiſio. §. is ad quem.

[a] *Impenſam.* Vide per Fran. de Are. conſ. 11.

SVMMAE.

1 *Dictiones*, donec, Si, quousque, *faciunt conditionem.*

2 *Legatum sub conditione*, Si vitam vidualem duxerit, *primo anno est purum, sequentibus conditionale.*

3 *Conditio viduitatis valet, quia non est præcisè perpetua.*

4 *Conditio*, Si nō nubat, *adiecta virgini non valet, viduæ valet.*

5 *Si mulier cui legatus est vsusfructus (herede extraneo instituto) secundo nubat, durat vsusfructus.*

6 *Alimenta legata vxori euanescunt per transitum ad secunda vota, filio herede instituto.*

7 *Cum vir filio institutis, constituit vxorem dominam & vsufructuariam, intelligitur legare victum & vestitum prout habebat vxore marito, cum præeminentia in domo. Sed extraneo instituto, habere debet plenum vsumfructum de iure. Sed tamen in foro obseruatur idem inter liberos institutos.*

8 *Vxor vsufructualis non potest habere vsumfructum in Falcidia, etiam extraneis debita: nec in legitima.*

9 *Si vir vni fundum, & vxori omnium bonorum vsumfructum legauerit, ambo concurrent æqualiter in vsufructu illius fundi.*

10 *Instituto filio & extraneo, mulier cui vsusfructus legatus est, habebit plenum vsumfructum quoad extraneum.*

11 *Filio instituto & ei extraneo substituto, mulier cui vsusfructus legatus est, plenum habebit vsumfructum, quando legatum incipit valere a persona substituti.*

12 *Legatum vsusfructus donec cassè vixerit, resolvitur in plena legata in primis annis purum, & conditionalia sequentium annorum. Et possunt posteriora incipere vim habere a substituto.*

GLOSSA XVI.

DOnec vitam duxerit vidualem. 1 Ista † dictio *donec* [a] inducit conditionem, & perinde est ac si testator diceret, *Si & quousque* vitam duxerit vidualem. vt probatur in l. legatū. D. de an. leg. & l. cui vsusfructus. & in l. generali. §. duos filios. D. de vsufru. leg. Et eodem modo erit legatum conditionale, si testator dixerit, *Donec* vel *quousque* vxor mea vixerit. vt l. Mœuia. in princ. & l. Titia. D. de an. leg. cum similibus.

2 Ex † quo sequitur quòd primo anno est legatum purum. & pro alis conditionale, & sic posset incipere in persona substituti casu quo hæres excluſus esset.

3 Sed † diceret iuuenis, si tale legatum collatum ad tempus viduitatis est conditionale, ergo ista conditio tanquam à iure improbata, per quam inducitur viduitas, debet reiici, & legatum purè debetur. vt l. 1. & 2. C. de indi. vidu. tol. & l. fina. Solutio, dicendum est quòd talis conditio non est adiecta tali formæ, vt sit præcisè perpetua, sed vt sit temporalis, secundùm voluntatem ipsius mulieris, quod indicat illa præpositio, *donec*, meritò ergo non reiicitur. vt l. sed & si hæc. §. fi. D. de condi. & dem. & hoc sequitur Cy. in d. l. fi. & pro hac parte videtur textus in l. filiæ. D. de an. leg.

4 Sed † circa hoc quæro, quid si testator dicat, Lego, ne nubat, vel, Si

a *Donec.* De hac dictione, & dictione *quousque* vide per Pau. de ca. cons. 139.

non

non nupserit, an hæc conditio reiiciatur? Brewter sic distingue. Aut hæc conditio adiicitur virgini, aut viduæ. Primo casu conditio reiicitur, vt consequatur legatū, vt l. cùm ita. & l. cùm tale. §. Mœuia. & l. si Titiæ si non nupserit, & l. mulieri & Titio. D. de cond. & dem. Secundo casu tenet conditio, & est implēda. vt notatur per Cy. in l. 2. & in auth. cui relictū. C. de ind. vidu. tol. Quibus adde ea quæ notantur per Iacobum de Bel. & alios in auth. de nup. §. qui verò nunc. & §. vide sciendum. col. 4.

5 Quid † ergo dices si vxori sit legatus vsusfructus purè in testamēto, in quo sit extraneus instituendus, & transeat ad secunda vota, an vsusfructus finiatur? Dic quòd olim extinguebatur, per l. 1. C. si secundò nupt. mul. Hodie autem durat. vt in auth. hoc locum. C. eo. tit.

6 Alimenta † autem legata euanescunt per transitum ad secunda vota, filio hærede instituto, quasi præsumptio sit de iure quòd testator voluerit ea præstari in domo filii. arg. l. qui concubinam. §. fin. D. de leg. 3. & in l. quæsitum. §. puto. D. de fun. instr. & in l. 2. C. com. vtr. iud. Et vide quæ scripsi circa hoc super forma libelli. quando agitur pro legato, &c. vers. conde scēdo ad decimum, &c. & vers. ex his colligi potest.

7 Postremò † quæritur quid importent illa verba posita hîc, dū dicitur, *constituens ipsam dominam & vsufructuariam*, &c. prout est in communi vsu testantium? Quam quæstionem plenè tetigit gl. & Cy. in l. 1. C. si mul. secundò nupt. & plenius per Bart. in l. Titia cum testamento. §. Titia cùm nuberet. D. de lega. 2. in qua quæstione sunt variæ opiniones[a]. Concluditur autem per generalem consuetudinem obtentum dicimus, quòd filiis hæredibus institutis mulier ipsa debet solùm in domo habere victum & vestitū, prout habere cōsuevit tempore vitæ mariti sui, & illud verbum, *dominam*, non importat verum dominium, sed solùm quandam præeminentiam in domo, prout hactenus habuerat. & illud verbum, *vsufructuariam*, importat non verū vsumfructum, sed quādam alimentationem consuetam. Et idem esset si dixisset alterum ex his tantùm, videlicet dominam tantùm, vel vsufructuariam. arg. l. 1. §. si vir. & l. 2. D. rer. amot. cùm non sit verisimile quòd testator voluerit filiis suis relinquere inane & inutile nomē hæredis, præponendo illis vxorem suā in commodo hæreditatis. arg. in l. cùm acutissimi. C. de fideicomm. quam opinionem etiam sequitur Spec. in tit. qui fil. sint leg. §. 1. vers. quid si vir. Licèt de rigore iuris (secundùm Dyn. & Iacobum de Are.) illa copula, *&*, posita inter illa duo verba, dominam & vsufructuariā, resoluatur in *vel*, vt sit sensus, quòd sit domina vel vsufructuaria, prout elegerit. arg. in l. fin. C. de codicil. Vbi autem essent instituti extranei, tunc secundùm Bartol. non haberet locum illa consuetudo, sed eo casu procederet opinio Dyni. Sed certè practicatur communiter dicta cōsuetudo in vtroque casu.

[a] *Varia opiniones.* Vide per Areti. consi. 46. per Capit. cons. 36. per Ange. consilio 109. per Alexan. consil. 29.

8 Verumtamẽ † suppositio quòd extraneis institutis haberet locum opinio Dyni, possunt hæredes de tali generali vsufructu detrahere quartam ratione Falcidiæ. vt in l. omnem. D. de vsufr. & notatur per glossam in l. vxori meę. D. de vsufr. leg. 9 Et † si fortasse ex ipsis bonis esset alicui res aliqua (puta domus vel fundus) simpliciter legata, habebit in ipsa re dicta vxor dimidietatem vsusfructus & aliam medietatem habebit legatarius. & sic ambo in ipsius rei vsufructu cõcurrent. vt habetur & notatur per Bart. in l. Sampronio. & in l. si alij. D. de vsufruct. legat. Quod est notabile & à pluribus incognitum. Denique & illud est aduertendum, quòd quanquam filius institutus consuetudo admiserit illam interpretationem, tamen iurium attenta subtilitate consequetur mulier plenum vsumfru. per textum notabilem in l. tutores. in fin. C. de exec. tuto. & l. 1. C. de vsufru. de quo vsufructu posset tunc filius suam legitimam detrahere. vt notatur per glossam prędictæ l. tutores. in fin.

10 Sed † quid dices si fuerit institutus filius & extraneus, an habebit locum in casu prædicto dicta consuetudo? Dicit Bar. in d. § Titia, quòd quò ad filium habebit locũ, quò autem ad extraneũ non. arg. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & l. fin. C. fam. ercis. In contrarium videtur. nam eadem dispositio non debet diuersa iure cẽseri. vt l. quamuis. C. de impub. & ali. substi. & l. eum qui ædes. D. de vsuca.

11 Deinde † quæritur, pone quòd filius fuit institutus, & exinde extraneus substitutus, & vxor constituta domina & vsufructuaria modo quo suprà, & hæreditas ad substitutum peruenit, an vxor cõsequatur plenum vsumfructum? Distingue secundùm Bart. vbi suprà. Aut iste extraneus successit ex substitutione vulgari, aut pupillari. Primo casu habebit plenum vsumfructum, quia tale legatum sumpsit exordium & vires in persona ipsius substituti. arg. l. qui fundum. §. qui filios. D. ad leg. Fal. & l. cùm patronus. D. de legat. 2. & in l. etiam. D. de vulg. & pupil. & notatis per eum in l. si ita scriptum. D. de manumissis. Secundo casu seruabitur dicta consuetudo, quia tunc legatum sumpsit exordium & vires in persona ipsius filii, ideóque eius legati conditio postea non mutatur. arg. in dicto §. qui filios. 12 Nisi † fortasse in ipso legato esset adiectum. Donec castè vixerit, vel vidua steterit, quia tunc legatum pro primo anno esset purum. & pro sequentibus esset cõditionale. sicque etiam si extraneus succederet ex pupillari, cùm pro annis sequentibus sumeret exordiũ in persona eius, dicendum esset locum non fore dictæ consuetudini, sed eam plenum vsumfructũ debere consequi. arg. l. legatum. D. de ann. leg.

Svmmae.

1 *Conditio*, Si cum hęredibus meis habitauerit, *est adimplenda, licet videatur minuere libertatem personæ. nam quod in conditione est, non est in obligatione.*

2 *Dispositio de morando in certo loco adiecta obligationi, reddit obligationem nullam.*

3 *Modus acquiparatur cõditioni. Nisi in eo quod legatii sub modo acquiri potest.*

poteſt, modo non impleto. at legatum conditionale non acquirit ſine impleta conditione.

4 *Modus*, vt in tali loco habitet, *adiectus legato, ideo reiicitur, quia legatarius non obligari debet ſatisfaciendo de modo implendo, quæ obligatio infringeret libertatẽ. at pro conditione implenda obligari non debet. Sic concilb. inclus. §. 2. L. Titio centũ. D. de cond & dem. cum l. 1. C. de leg. & aliis ſimilibus.*

5 *Subſtitutiones & legata valent ſub cõditiõe*, Si morabitur in domo mea, *quæ implenda eſt: & ſub modo*, Vt moretur in domo mea, *quæ tenetur, ideóq; plurimũ refert, an morandi onus per conditionem vel modum adiiciatur.*

GLOSSA XVII.

Si habitaculum tenuerit continuè cũ hæredibus. 1 Hic †quæritur an hæc conditio ſit implenda, ad hoc vt poſſit conſequi legatum? Videtur quòd non, quia cõditio per quã perſonæ libertas infringitur à iure reſpuitur & reiicitur. vt l. Titio cẽtum. §. 2. D. de condi. & demon. Sed hæc eſt huiuſmodi, cùm per eã ſubtrahatur libertas ne poſſit alibi habitare. Ergo. &c. In contrarium videtur. nam licèt iſta cõditio, *Si cum tali habitauerit*, lego fundum, habeat diminuere de libertate, & ius ipſum libertatis infringere. (quod patet ex eo, quia ille cui adiicitur non habet liberam facultatẽ habitandi cum alio) attamen admittitur à iure, nec reiicitur talis cõditio. vt eſt textus in l. 1. C. de leg. & l. ſi quis ita legauerit. D. de cond. & dem. & l. qui concubinã. §. vxori meæ. D. de leg. 3. & in l. Stichus. §. fi. & l. Caio. §. Imperator. de ali. & ci. leg. & l. Mæuia. §. h. D. de an. lega. & l. annua. in prin. eo. tit. cũ ſimilib⁹. Imò durior eſt hęc cõditio, quàm ſit illa de qua loquitur d. § 2. in l. Titio centũ. vbi fuit appoſita conditio. *Si domicilium in tali ciuitate fortitus fuerit*, &c. argu. in l. cùm ita. §. fin. D. de cond. & dem. Quid dicemus? 2 Aduerte, †dicit Bart. in d. l. qui concubinã. §. vxori. D. de leg. 3. quòd iſta diſpoſitio de morãdo in certo loco. ſi adiicitur per modũ obligationis, reddit obligationẽ nullam, quia eo caſu eſſet ſpecies ſeruitutis, & ſic diret ctè infringeret libertatẽ hominis. vt in d. l. Titio centũ. §. 2. qui ita debet intelligi. Si autẽ adiiciatur per modũ cõditionis, tũc tenet talis adiectio de morando in certo loco. vt in d. l. 1. C. de leg. cũ ſimilibus ſuprà allegatis, quia ea quę ſunt in cõditione nõ ſunt in obligatione. vt l. ſi quis ſub cõditione. D. ſi quis omiſſa cau. teſt. Ideóq; nõ habet hęc cõditio alligare aliquẽ ad ſeruitutẽ, nec habet infringere eius libertatẽ, cùm nõ ſit obligatus etiã præcisè implere, ſed tãtùm cauſatiuè, ſi velit legatũ habere. Licèt huic ſolutioni videatur repugnare text⁹ in d. l. Titio. §. 2. vbi fuit legatũ ſub modo, videlicet vt habitet vel domicilũ teneat in tali loco, 3 qui †modus æquiparatur conditioni, & eiuſdẽ cenſetur effectus. vt plenè tãgitur per Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. D. de cõd. & dem. & p Cy. in l. fi. C. de his quę ſub mod. Sed reſpõdetur, quòd longa differentia eſt inter modũ & conditionem [a] quantũ ad effectum

2 *Modum & conditionem.* Vide, & an potiùs modus quàm conditio, per Franc. de Arez. conſil. cle. de legato facto, ſi legatarius cum aliquo morabitur, vide per Alex. conſilio 20. 2. volumine.

præsertem. nã legatarius sub modo, agnito legato statim consequitur dominium rei legatæ, adeò quòd moriens ante modum impletum transmittit legatum in hæredem suum. vt notat glossa in l.à testatore. D. de cond. & demon. & l. si post diem. §. isdem. D. quando dies leg. ced. & notatur per Bart. in d. §. Termilius. quod non fieret in legato conditionali. vt in l. 1. §. fin autem aliquid. C. de cad. tol. & in similibus. 4 S. c † ergo non solùm per agnitionem legati sub modo legatarius obligatur nedũ implere (vt l. fina. cum similibus. C. de his quæ sub modo) sed etiam necesse habet super hoc duplicem satisdationem præstare, videlicet quòd modum implebit, vt ibi: & quod si non impleuerit, restituat rem legatam cum fructibus. vt in Authen. cui relictũ. C. de indi. vidu. tollen. & notatur per Bart. in d. §. Termilius. Et hoc si fuerit modus qui sit possibilis impleri aliter non. A qua quidem cautione, & satisdatione præstanda liberatur & excusatur ipse legatarius, qui est grauatus habitare in certo loco, ne per hoc reperiatur obligatus in eo quòd sua infringat libertatem. & sic cùm iam fuerit consecutus legatum. nõ reuocabitur per modum non impletum. & sic loquitur §. 2. in l. l. Titio. In quo §. cũ ministerio dicit textus *non esse locum cautioni*. & c. per quæ verba denotatur quòd lex ipsa solùm prohibet obligationẽ, quæ interponitur seu cõtrahitur per interpositionẽ cautionis. & hoc ideo quia talis obligatio vincularet ipsum ad id quod repugnare habet libertati, vt p ẽdixi, sicque non tenet, arg. l. ob æs. & quod ibi notatur. C. de act. & obligat. Vnde remanet firmum & validum de se legatum, cuius dominium reperitur iam transfatum per acceptationem in ipsum legatarium. At vbi talis dispositio de morido in certo loco est apposita per modum conditionis, tunc quia rei huius legatæ non transfertur dominium, nisi priùs impleta conditione (vt in d. l. fi. C. de his quæ sub modo, & in l. 1. §. fin autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol.) est in legatarii potestate implere conditionem vel non implere, & sic de necessitate virtute alicuius obligationis non infringitur eius libertas. Meritò ergo lex non obuiat huic tali impedimento cõditionis, sed relinquitur sub regula generali aliarum conditionum, quarum natura est. vt si sint possibiles prius adimpleantur quàm legatum, & eius dominium ipse legatarius consequatur. vt in dictis iuribus, cum multis similibus. & hanc differentiam probat etiam textus in simili in l. ratione, la. 2. §. tametsi, Dad legem Fal.

5 Ex † quibus dico sustineri infinitas substitutiones & legata, quę fieri vidi in Monteferrato. nã multi legant & instituũt hoc modo, Instituo talem, si venerit ad standum in domo mea post mortem meam, & ibi tenuerit larem cum sua familia. Sit ergo cautus quilibet notarius in formando & scribendo huiusmodi substitutiones, & legata, &c.

Quare cùm predicta. Hæc est conclusio libelli quam semper attende. Alia sequentia sunt aliàs in aliis libellis declarata, vbi recurre pro tui intelligentia.

FORMA

FORMA LIBELLI quo agitur ad reuocationem feudi.

TITVLVS XXXIIII.

CORAM vobis, domino Ber. vicario &c. Dicit, narrat, significat, & proponit Raynaldus de Beccaria, contra & aduersus Antonium hæredem quondam Iohannis de Vicecomitibus.

I. Quòd de anno curso millesimo cccc. mense aprilis, inuestiuit dictum Iohannem in feudum, ac nomine recti & nobilis feudi, de castro Gropelli, districtus Papiæ, cum omnibus iuribus & pertinẽtiis dicto castro pertinentibus & spectantibus, prout cõstat publico instrumento ipsius inuestiturę inde tradito & rogato à Laurẽtio Lurida notario Papiæ.

II. Qui quidem Iohannes dum ageret in humanis, vitæ eiusdem Raynaldi multipliciter insidiatus est, contra debitũ fidelitatis iuramẽtũ.

III. Et amplius diem suũ clausit extremum, nullis relictis nec superstitibus ex eo liberis masculis legitimis & naturalibus.

IIII. Quibus de causis, & qualitate earum, prædictum castrum fuit & est meritò ipsi Raynaldo apertum & deuolutũ, dictúsque Antonius hæres præfati Ioannis meritò priuatus est successione dicti feudi, & tenetur ac debet dictum castrum, cum omnibus suis iuribus & pertinentiis, dimittere & relaxare ipsi Raynaldo, prout iuris notissimi est.

V. Quãquam sæpius super hoc interpellatus & monitus, ipsum castrum dimittere & relaxare recusauerit ipsi Raynaldo, præsentialitérque recusat indebitè & iniustè.

Quare cùm prædicta vera sint petit & requirit dictus Raynaldus quatenus omnimodo, iure, via, & forma quibus melius fieri potest, per vestram diffinitiuam sententiam pronuncietis & declaretis, suprascriptum castrum Gropelli, cum omnibus suis iuribus & pertinentiis, fuisse & esse apertum & legitimè deuolutũ (maximè ex causis memoratis) ad ipsũ Raynaldũ, & ipsi Raynaldo fuisse & esse dimittẽdũ & relaxãdũ, & ad eum spectare & pertinere pleno iure, quódque etiam

cõpellatis præfatũ Antonitũ, & condemnetis per omnia iuris remedia, ad dimittendum & relaxandum eidem Raynaldo castrum antedictum, cum omnibus iuribus antedictis & pertinentiis. Et vlterius condemnetis eundẽ Antonium in omnibus damnis, interesse, & expensis præsentibus, præteritis, & futuris, passis ac factis, & fiẽdis & patiendis, prout liquidabitur in processu. Deducendo in præsenti iudicio &c. Saluo iure addendi &c. Non astringens &c.

SVMMAE.

1 *Admonet imperatores vt Longobardiam tyrannide liberent, & in ea regem constituant.*
2 *Fidelitas debetur Deo, Principi, Domino seculari, & proximo. Hic aduerte quid Papa senserit.*
3 *Definitio feudi & eius explicatio.*
4 *Differentiae variae inter feudum & emphyteusim & num. 5. 6. 7. 8. 9.*
10 *In quibus conueniant feudum & emphyteusis & num. 11. 12.*
13 *Definitio emphyteuseos.*

GLOSSA I.

COram vobis. Materia huius libelli est frequẽtior & fructuosior in Francia & in alijs regnis, quàm in Lombardia, quę caret rege, ideo semper erit in passione & anxietate. 1 Vnde† pessimè se hactenus habuerunt & hodie habent Imperatores, qui ipsam Longobardiam dimittunt sub tyrannica potestate. Oculos ergo pietatis dirigant in eadem, sibique regem constituant, cuius mediante regimine de cætero fleat omnis iniustitia omnisque rapina.

2 Deinde † aduertendum est quòd quilibet tenetur esse fidelis quatuor personis, videlicet primò Imperatori cœlesti: secundò, Imperatori terrestri: tertiò, domino secularis: quartò, suo proximo.

Rursum pro materiæ euidentiori intellectu sciendum est, quòd feudum est quædam species cõtractus, longè differens ab omnibus alijs contractibus. Vnde ante omnia videndum est quid sit feudum: nam (vt Tullius inquit) omnis quæ à ratione suscipitur institutio, à diffinitione proficisci debet, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. 3 Fuerunt † aliqui qui diuersimodè diffinierut: tu verò omnia comprehende, sic diffinies. Feudũ est quædam concessio alicuius rei immobilis, qua concessione mediate dominium vtile in accipientem transiret, facta à vero domino, pro exhibitione alicuius fidelis & honesti seruitij. Huius autem diffinitionis declarationem assume. Dicitur enim in illa, *concessio rei immobilis*. hoc autem ideo dicitur, quia in re mobili non cõstituitur feudum. vt in c. fi. in fi. ti. de feu. cogni. collatio. Quod autem in eadem subinfertur, *qua vtile dominium transfertur*, ideo dicitur, quia directum dominium remanet penes concedentem. vt in c. 1. de inuestit. de re alie. fac. cum similibus ibi notatis. Et ad id quod postea subinfertur, *alicuius honesti seruitij* &c. ideo dictum est, quia seruitij turpis & inhonesti non cõtrahitur

hitur obligatio. vt probatur in c. si exdiligenti. extr. de simo. & lostit. mand. §. rei turpis. & l. si verò non remunerandi. § rei turpis. D. mand. cum similibus.

4 Deinde† quæritur, in quibus differat & conueniat feudum cum emphyteusi perpetua? Respondeo quòd differunt in pluribus: nam feudum de sui propria natura sit gratis, quantum ad præstationem pecuniæ. vt in c.2. de feu. da. in vicè leg. comm. si licèt requirat seruitia personalia exhiberi. vt in c. 1. quib. mo. feu. amit. & in c.1. de noua forma fide-cum multis similibus. In contractu autem emphyteusis requiritur præstatio pecuniæ, vel alterius quantitatis ponderabilis vel mensurabilis. vt in l.2. C. de iure emph. & in c. potuit. cum similibus, de loca. & conduc. 5 Item† feudum non requirit, quòd seruitia debita offerantur annuatim domino: sufficit enim offerre cùm domini necessitas vel vtilitas id exposcit. in c. præallegato. Sed in emphyteusi tenetur emphyteuta singulis annis canonem offerre. vt d.l.2. & in dict.c. potuit. 6 Item† vasallus, etiam si staret per decennium & vltra non offerendo seruitia domino, nō propter hoc priuaretur iure suo: debet enim à domino interpellari vt seruitia præster. vt traditur in cap. & si vasallus. & in c. licet. si de feu. fuor. contro. Secus autem est in emphyteuta, vt dixi, qui si negligens esset per triennium, iure suo priuaretur. vt in d.l.2. & d.c. potuit. 7 Item si vasallus moriatur, vel dominus eius, tenetur hæres vasalli adire dominum, vel vasallus adire hæredē domini, & petere renouationem inuestituræ, & fidelitatem facere & offerre infra annum & diem, computandum, à die mortis vtriusque eorum: alias feudo priuaretur. vt habetur in c. imperialiē. §. præterea. de prohi. feu. alien. per Freder. & in c.3. quo tempore mi. inuesti. pe. de. & in c.1 in princ. de capit. Corradi. Secus autē est in emphyteuta & eius hærede, qui ad solam præstationem canonis tenetur, more consueto, & non aliter. vt in d.l.2. & l. viam veritatis. C. loca. 8 Item† feudum natura sui transit solùm ad filios masculos, & non ad fœminas regulariter. vt in c.1 §. & si clientulus. de alien. feu. & in c.1. §. pen. qui feu. da. pos. cum similibus ibi notatis. At ius emphyteusis transit ad quemcunque etiam extraneum hæredem. vt in d.l. viam. & l.2. 9 Item† differt in alio: nam si vasallus feudum antiquum seu paternū alienet domino inrequisito, tunc feudum reuertitur ad agnatos, domino exclusō, rā iure veteri quàm nouo. vt infra dicam, & plenè notatur per glo. & Iac. de Bel. in c.1. de suc. feud. Res aut emphyteutica aliter alienata ad dominum redit, omnibus aliis exclusis. vt in l. si. C. de iure emphyt. Sunt & aliæ differentiæ quæ colligi poterunt ex aliis quæ infra dicentur.

10 Conueniunt† autē isti contractus inter se in pluribus. vt ecce, sicut enim feudum consistit in rebus immobilibus (vt dictum est) sic & emphyteusis. vt dict. l. 2. & D. si ag. vect. vel emphyteut. per. lege 1. cum sequent. 11 Item† sicut in feudo transit solum vtile dominium (vt dictum est) sic in emphyteusi. vt dict. l. fin. de iure emphyt. & dict. l.1. & 2. si ager. vectig. 12 Item† sicut feudum non potest

alienari sine voluntate domini (vt in d. c. imperialem. §. 1. & in titul. de proh. feud. alien. per Fred.) ita nec res emphyteusis vt. d. l. 11. C. de iure emphic. 13 Ex† quibus potest elici talis diffinitio contractus emphiteotici. Contractus emphyteuticus est quædam concessio rei immobilis, facta à domino, propter exhibitionem certæ annuæ quantitatis, per quam vtile dominium in accipientem transfertur.

SVMMÆ.

1 *Quibus modis feudum acquiratur, & nn. 2. 3 4.*
5 *Dominus & vasallus inuicem sunt ad plurima obligati.*
6 *Quid & quotuplex sit inuestitura.*
7 *Ad acquisitionem feudi non sufficit inuestitura, sed requiritur quoque res tradita.*
8 *Inuestitura & traditio feudi fieri potest per procuratorem, at traditio emphyteuseos minimè.*
9 *Ius fidelitatis non præscribitur.*
10 *Quot testes in feudi inuestitura requirantur.*

GLOSSA II.

Inuestiuit dictum Iohannem. 1 Adverte† quòd hic est vnus modus acquisitionis feudi, videlicet per inuestituram. & in hoc conuenit cum contractu emphyteutico. vt d. l. 1. & 2. C. de iure emphyt. 2 Acquiritur† etiam feudum aliis modis. videlicet per successionem. vt in c. 2. de feu. cogn. in fin. & in tit. de fuc. rec. feu. c. 1. 3 Item † acquiritur propter delictum vasalli aliquando, & transfertur in proximiorem agnatū. vt in c. si vasallus. Si de feu. defunct. fuer. controuer. & in c. 1. si vasal. feu. priuc. cui defer. 4 Iteꝝ† acquirit vasallus præscriptione longissimi temporis. vt in c. si quis per xxx. annos. Si de feu. defunct. fuer. contro. & in titul. de feu. da. in vict. leg. commis. §. fi. licèt in aliis iuribus præterlendis, titulo allegato, sufficiat minus tempus. vt per totum tit. C. de long. temp. præscript. Et est ratio differentiæ (secundum Martinum de fano, & Ao. de barulo, vt per eos notatur in l. 1. tribus. C. de agricol. & censi.) quia in feudi præscriptione vertitur maius præiudicium, cùm in eo agatur de quærenda subiectione personæ vasalli quo ad dominum, & domini obligatione quo ad vasallum: 5 cùm mutua vice ad plurima inuicē sint obligati. vt traditur in cap. domino guerram. tit. Hic finit lex &c. & cu. Si de feudo fuc. conten. sit. & in tit. de forma fidel. c. 1. in fin. quæ ratio cessat in aliis iuribus.

6 Vlteriusꝝ† quæritur, propriæ missorum declaratione, quid sit inuestitura feudalis? Dic breuiter quòd quædam est propria, quædam impropria. Propria inuestitura est illa quę incipit a traditione possessionis titulo inuestituræ. Impropria autē est illa, quę fit mediante quodā signo, puta ēse vel baculo tradito in manibus ipsius vasalli, nomine inuestituræ. & hæc vtuntur principes, vt traditur & habetur in c. 1. in princ. in tit. quid sit inuest. Sicq; omnia ſu verba tradentis ad hoc apta, sunt necessaria. nec etiam nuda traditio ad hoc sufficit. vt in cap. 1. in princ. quibus mod. feud. constit. poss. arg. l. nunquam nuda. D. de acquir. rer. dom. 7 Imòꝝ†, quòd amplius est, quoad plenum ius feudi acquirendi, non sufficit simplex inuestitura, nisi sequatur realis traditio

possef-

possessionis. Ad quam traditionem compellendus est præcisè dominus inuestitor, nec liberatur volèt præstare interesse. vt in c.1.§ de feu.facta fuer.controuers.& notatur in c. 1.in princ.de controuers.inuest. Et in hoc videtur conuenire cum contractu emphyteutico.vt l. fin. C. de iure emphyt.licèt in venditione aliter distinguatur, vt plenè notatur in l.1.in prin. D.de act.emp.

8 Et nota quòd per procuratorem specialem potest fieri hæc inuestitura feudalis, & per consequens missio in possessionem ipsius rei in feudum datæ. vt in c. 1.§. sed vtrunque. Per quos fiat inuest. Et in hoc differt ab emphyteosi perpetua, in qua debet solus dominus per se ipsum, & non per procuratorem, ponere emphyteutam in possessionem. vt in d.l.fin. C.de iure emph.

9 Sed† an ius feudi perdatur præscriptione, vel ius petendi fidelitatem præstari? Videtur quòd sic. vt l.omnis.C. de præscript.x x x.an. & notaui in libello in actione confessoris. Super quo iure sic distingue. Quædam est fidelitas, quæ exigitur & præstatur in signum solius & simplicis subiectionis, vt est illa ad quam tenetur omnis subditus domino suo, & ista non tollitur præscriptione.vt in cap.cùm non liceat.& ibi notatis.ext.de præscript. Est & fidelitas quædam, quæ præstatur ratione rei in feudum datæ. & huic pari ratione credo non præscribi. argum. eorum quæ notãtur per Spedeloet. vers.x 1111.& per Cy.l.comperit. C.de præsc.x x x.an.

10 Sed† modò quæritur, quot & quales testes requirantur in feudali inuestitura? Breuiter sic distingue, aut dominus habet pares Curiæ, hoc est alios vassallos, qui pares Curiæ nuncupantur,aut nullos habet. Primo casu, aut est inuestitura noua, aut est renouatio antiquæ. Si quæ fuerit noua, tunc debent interuenire duo vel tres ex illis paribus curiæ. si autem fuerit renouatio antiquæ, tunc sufficiunt duo vel tres extranei. Et idem dicas si dominus nullos habet pares. vt hæc habentur in c. 1.in tit. quot testes sunt necessarii ad nouam inuestit.& notatur in dict.cap. 1.in princ.de controu.inuest.& in d. c.1. quid sit inuestit. & in c.1. §.fi.de consuet.rec.feu.

Svmmar.

1 *Feudi varia diuisiones,in ecclesiasticum & saculare. 2. in paternum antiquum & paternum nouum. 3. in masculinum & femininũ. 4. in feudum cum sacramento & sine sacramento. 5. in purum & conditionale. 6. in perpetuũ & temporale. 7. in feudum habens propriam naturam & impropriam. 9. in nobile, minus nobile, & ignobile. 10. in diuisibile,& indiuisibile. 12. in trãsitorium ad masculos & ad fœminas. 16. in transitorium in omnes eiusdem gradus, & transitorium in primogenitum tantum.*

8 *Feudum Gardiæ,Castaldiæ,Camerariæ,Canapæ,Soldatæ.*

11 *Regnum, Ducatus, Marchionatus, Comitatus sunt indiuisibilia.*

13 *Tribus casibus feudum transire potest ad fœminas.*

14 *Dominus non potest in præiudicium agnatorum trãsferre feudum antiquum paternum in fœminas.*

15 *In feudis appellatio hæredis porrigitur ad masculos tantùm.*

17 *Ius Francorum, quo soli primogeniti ad regnum admittuntur, vtile est ad conservationem status & dignitatis regni.*

18 *Quilibet persona (etiam femina) potest de feudo investiri, domino non ignorante eius conditionem.*

19 *Quilibet dominus, habens liberam bonorum suorum administrationem, potest dari in feudum.*

GLOSSA III.

A quomodo recti & nobilis feudi.

Sciendum est quòd feudum aliud est nobile, aliud minùs nobile, aliud ignobile, vt infra dicetur. 1 Ideoque † ad huius rei pleniorem doctrinam, sciendum est (secundùm Iac.de bel. vt per eum notatur in c.1.*in* prin.qui feu.da.poss.) quòd feudum multipliciter diuiditur & subdiuiditur. Prima namque diuisio est, quòd feudum aliud est ecclesiasticum, aliud temporale seu seculare. Est autem feudum ecclesiasticum, illud quod confertur per personam ecclesiasticam, puta per episcopum, vel abbatem, siue alium prælatum, vt traditur in d.c.1. qui feu.da.pos. Qui tamen prælati non possunt infeudare, nisi illa bona quę ante prohibitionem Vrbani Papæ consueuerãt infeudare, vel illa quæ ex antiqua ecclesiæ consuetudine infeudum dari solitum est. vt notatur in d.c.1. in tit. Episcopũ vel abbatem. & per Iacobum in dict.c.1. qui feu.da.poss.& in c.fi.ext.de feu. Seculare autem feudum, illud est quod confertur à personis secularibus, puta ab imperatore, Rege, Comite, Marchione, Capitaneo, & similibus, vt in d.c.1. post princ.qui feu. da. poss.

2 Secunda † diuisio feudi est, quia quoddam est feudum antiquũ paternum, aliud est feudum nouum paternum. Feudum antiquum paternum appellatur dupliciter, videlicet largè & propriè. largè, vt est illud quod fuit à superiore ascendẽte (puta auo vel proauo (acquisitum, vt in c.1.& natura suc. feu. in prin.& in tit. de grad.suc.in feu.c.1. §.is verò. Alio modo dicitur paternum strictè, videlicet quod est acquisitum à solo patre. vt in tit. qui feu.da.pos.c.1.§. cùm verò gradus. & notatur.in tit.de suc.feu.c.1. Nouum aut feudum, est illud quod est acquisitum per illum qui adhuc superest in humanis. vt in c.1.in fin. qui test.um. necess. sint ad probandũ. inuent.

3 Tertia † diuisio est, quia feudum aliud est masculinum, aliud fœmininum. Masculinum autem feudum appellatur illud quod trãsit ad masculos, fœminis exclusis. vt patet maximè in magnis dignitatibus. vt habetur in c.1 §. & si clientulus. de feu.alien.cum similibus ibi notatis. Fœmineum verò feudum, est illud quod per fœminam fuit acquisitum. vt in titul. de feu. fœm. c.1.& in tit. de natura suc.feu. c.1.& in tit an mari.succe. vxor.c.1. Cuius quidẽ feudi natura talis est, vt si mulier quæ acquisiuit decedat, superstitibus sibi filiis masculis & fœminis, masculi, ipsis fœminis excluſis, in feudi materni successione præferuntur. quod est notãdum vt habetur in d.c.1.de feu.fœm.

4 Quarta † diuisio est, quòd aliud est feudum cum sacramento fidelitatis, aliud sine sacramento. Est enim rectum feudũ, illud quod fit cum sacramento. in c. nulla. per

quos

quos fit inueſt. Sine ſacramento ſit cùm per pactũ remittitur ne iuretur. vt in tit. quæ ſint prima cauſa bene. amit. c. 1. §. eſt & alia. in fin. & in tit. de cap. Corra. in prin. & ibi notatis. Quæ autem ſit forma fidelitatis, habetur in c. 1. de noua for. fidel.

5 Quinta † diuiſio eſt, quòd feudũ aliud eſt purũ, aliud cõditionale. Regulariter enim feudum eſt ſimplex & rectũ & purũ, ſed fit cõditionale aliquãdo p pactũ. vt in c. 1. §. præterea. in ti. quid ſit inueſt. & ad certũ & limitatũ ſeruitiũ. vt ibi, & tit. quib. cau. feu. amit. c. 1. & ſi. & in 11. de capi. qui curiã vend. c. ſi. & ibi notatis.

6 Sexta † diuiſio eſt, q̃ feudum quoddã eſt perpetuũ, quoddã temporale. Eſt autem perpetuum illud quod eſt ſimplex & rectum. vt in c. 1. §. ſi qui cau. feu. amit. Temporale verò appellatur illud quod finitur cum perſona nec tranſit in eius hæredẽ. vt in c. 1. in fin. de al. e. feu. & in c. 1. de feu. natu. & in c. de feu. Guar. & Caſtal.

7 Septima † diuiſio eſt, q̃ feudũ aliud habet propriã naturam, aliud impropriã. Illud autem dicitur habere propriã naturã quod eſt ſimplex & rectum, de quo non poteſt quis priuari, niſi interueniẽte in eo culpa legitima à iure approbata, & à domino reprobata. vt in c. 1. de feu. ſine cul. non amit. & in c. 1. de natura feu. Quod quidem propr. ũ & rectum feudum, eſt ſimpliciter tranſitorium in filios maſculos tãtùm, vt præfixinõ autem in fœminas. vt d. c. 1. §. & ſi clientulus. de ali. feu. cum ſimilibus. Impropriã autẽ naturam habet feudũ, quod ex cõuentione ſeu pacto tranſit ad fœminas, ſeu extraneas perſonas. quod quidẽ fieri cõtingit, ſi in inſtrumẽto inueſtituræ adiiciatur hæc clauſula. videlicet, *vt ipſe inueſtitus ſuique heredes & quibus dederint habeant & poſſideant.* &c. nam per hæc verba, *& quibus dederint.* &c. poterit talo feudũ alienari, etiã in extraneos, domino irrequiſito, quod eſt notandũ. vt habetur in c. 1. in prin. de prohib. alie. feu. per Frede. & in ti. de prohi. feu. alie. per Lotha. c. 1. & in c. 1. de feu. nõ hab. propriã naturã. & in c. pen. ſi de feu. fuer. cõtro. & plenè notatur in d. ti. de feu. non ha. prop. natu. licèt olim in hoc aliter diſtingueretur. vt in c. 1. de vaſal. qui contra conſti. Lothar. feu. alie. & in c. 1. quæ liter olim feu. alie. pot. Alijs etiã caſibus dicimus feudum habere impropriã naturam, puta cùm acquiritur, ſiue inueſtitur, vel minùs ſolemniter datur. quo caſu non tranſit in hæredem. vt in c. 1. quib. modis feu. conſti. pot. 8 Item † feudum Guardiæ & Caſtaldiæ habet etiam naturam impropriam, nec tranſit in heredem. vt in c. 1. de feu. Guard. & Caſtal. Item eiuſdem naturæ eſt feudũ Cameræ & Canapæ. vt in c. 1. de feud. cogn. & in c. 1. in pr. de no. for. & eodẽ modo eſt feudum Soldiæ. vt in c. 1. §. fin. in tit. quis dic. dux, com. vel marchio, & generaliter omne feudum quod ex conuentione non tranſit in hæredem, dicitur non habere naturã propriam.

9 Octaua † diuiſio eſt, quòd feudum aliud eſt nobile, aliud minùs nobile, aliud mediocriter nobile, aliud ignobile. Eſt autẽ nobile illud qđ ab imperatore cõfertur Regi, duci, vel comiti per qđ quis nobilitatur: qui feudatarij appellantur

Capitanei regii. Minus nobile est illud quod confertur ab alio inferiore principe, post imperatorem. puta à Rege, Comite, vel Duce, vel Marchione, & similibus. & hi feudatarii appellantur Valuasores maiores, & aliquando capitanei. Mediocriter nobile est illud quod confertur per istos magnos valuasores. & hi feudatarii appellantur Minores valuasores. Ignobile autem feudum, est illud per quod nulla acquiritur nobilitas, & accipitur ab istis minoribus valuasoribus. & hæc omnia notantur in c. 1. circa prin. de hic qui feu. dare pos. & in c. 1. quis dicitur dux, mar. vel co.

10 Nona † diuisio est quòd feudum aliud est diuisibile, aliud indiuisibile. Regulariter enim omne feudum est diuisibile, nisi contrarium sit actum & conuentum, vel nisi cõ suetudo dictet oppositum. 11 Fallit † hæc regula in supremis dignitatibus, & feudis. vt in Regno, Ducatu, Marchionatu, & Comitatu. vt habetur in c. 1. de prohi. feu. alie. per Frede. §. præterea ducatus. & in c. omnes filij in tit. si de feu. defunct. fue. controuer.

12 Decima † diuisio est (de qua supra dixi, sed hic latiùs exprimam) quòd feudum aliud est transitorium ad masculos tantùm, aliud ad ipsos & ad fœminas. Regula enim est q̃ feudum proprium & rectum solũ transit ad masculos, quia illi sunt apti seruire domino: ad fœminas autem non transit, cùm illæ sint impotentes domino seruire honestè, vt dictum est supra in tertia diuisio. P o quo facit quod habetur in c. 1. § filia. in tit. de suc. feu.

13 Fallit † quando feudum est fœmineũ. vt in c. 1. de feudo fœm. & de nat. suc. feu. circa principiũ & in tit. an mari. suc. vxo. c. 1. Item fallit si in inuestitura actum fuerit expressè (vt pluries vidi) quòd fœminæ succedant. quo casu, masculo deficiente, & non aliter, admittuntur fœminæ. & sic prouiso ista restringitur ad hunc ordinem. vt probatur in tit. epis. vel abbatem. c. 1. §. quoniam. & in tit. de eo qui fibi vel hered. suis masc. inuesti. c. 1. Item fallit quando deficientibus masculis dominus vult gratificare fœminæ, ipsam acceptando, & feudũ in eam confirmando. vt in titulo quemadmodum feud. ad fœminas perti. c. 1.

14 In † hoc tamẽ aduerte, quòd si fuerit feudum antiquum & paternum, non poterit dominus gratificare filiæ fœminæ, in præiudicium aliorum agnatorum masculorum, nisi expressè consenserint. vt habetur in c. 1. vers. nec in filiam de alie. feu. pat. Pro cuius dubii declaratione reuoco in dubium, an dominus possit gratificare filiæ, exclusis aliis agnatis? Et dicunt quidã, aut feudum est nouum, & tunc potest tam patre viuente, quàm post eius mortem. vt d. c. 1. quemad. feu. ad filium pẽrti. aut est feudum antiquũ seu paternum. & tunc non. vt d. c. 1. vers. nec in filiam. Alii dicunt, quòd etiam si feudum sit paternum, potest dominus gratificare filiæ, mortuo patre. vt in d. c. 1. quemad. feu. sed eo viuente non potest. vt d. vers. nec filiam, cum similibus. Prima opinio placet Baldo & Petro in d. c. 1. Sed Iacobo de Bel. placet opinio secunda. Et nota quòd in hac materia feudorum appellatione heredis cõtinetur solus filius masculus, & quilibet alius prouenies ex descendentibus

tibus masculini sexus. vt habetur in c.1.§.& si clientulus. in ti. de alie. feu. & in c.1.§.pen. qui feu.da. pos. cùm ibi notatis.

16 *Vndecima* † diuisio est, quòd feudum aliud est transitorium in omnes filios obtinentes eundē gradum (vt in c. omnes. in ti. ii de feu. fuer. contro. & in ti. qui feu.da.pos.) quoddam verò est feudū, in quo succedit solus primogenitus: vt putà in regno Francorum regulariter, & aliis regnis, & pluribus ducatibus, comitatibus, & marchionatibus, qui iure Francorum regulantur.

17 Quod † quidem ius est adinuentum ad maiorem dignitatū conseruationem & statum. Quo iure si vti scirent cæteri subditi, forsasse melius conseruarentur: cùm per diuisiones destrui & annullari consueuerint mansiones.

18 Post † quæritur, an quælibet persona possit de feudo inuestiri? Dic breuiter quòd sic, siue sit seruus siue liberdum tamen dominus non ignoret conditionem ipsius personæ. vt in c.1.ver. personam. in ti. per quos fiat inuesti.

19 An † autem econtra possit quilibet dare in feudum? Respondeo quòd sic, dum tamen habeat bonorum suorum legitimam administrationem. vt in d.c.1. in prin. Et si feudum fuerit antiquum, poterit etiam minor non habens plenam bonorum administrationem illud reuocare. quia per talem reuocationem non dicitur alienari. vt ibi. & probatur in ti. de notis feu. §. item sciendum.

SVMMA.

1 *Res immobiles dari possunt in feudum, non mobiles.*

GLOSSA IIII.

De castro Gropelli. Quæritur an omnes res possint in feudum dari? 1 Dic † quòd res immobiles dantur tantùm in feudum, non autem mobiles, vt dictum est supra. & habetur in c. 2. in princ. de feu. cog. Nisi ipsius rei immobilis esset interdicta alienatio, hominis vel legis dispositione. vt in c.1.§. sed & res in ti. per quos fiat inuestit.

SVMMA.

1 *Iurisdictio est de pertinentiis castri, & decima de pertinentiis ecclesiæ parrochialis.*

GLOSSA V.

Cum omnibus iuribus & pertinentiis. Quid autem appellatione pertinentiarum contineatur? Dic vt supra dixi. in primo libello, & secundùm Inno. continentur ea quæ statuto, lege, vel consuetudine deputata sunt, vt accedant. 1 Puta † castro, consueta iurisdictione: & parrochiali ecclesiæ ius decimarum & hospitalibus dos assignata. vt ext. de decim. c. cū in tua & c. tuam contingit. & de his quæ fi. à prælato. c. pastoralis. & de cens. c.1. & notatur per ipsum Inno. in c. cùm ad sedem. de resti. spo. & c. ex litteris. de iure patro.

SVMMAE.

1 *Vasallus contrauenies fidelitati promisse potest feudo priuari.*

2 *Ius primandi feudo vasallum ob felloniam non transit ad heredes domini.*

GLOSSA VI.

Vita eiusdem Raynaldi multiplicitèr infidiatus est. 1 Hic † ad-

uerte & hæc est causa vna sufficiens per quam vasallus feudo priuatur, quia contra fidelitatem promissam facit. vt traditur in cap. 1. vers. porro. in titu. quæ fuit prima causa benefi. amitt. Aliæ etiam causæ sunt, de quibus infra dicetur.

2 Sed † quid si dominus decesserit, superstite vasallo qui feloniam commisit, nulla contra ipsum vasallum mota querela, an hæres eius poterit ipsum vasallum propter tale delictũ feudo priuare? Dic breuiter quòd non. vt determinat Gl. in c. 1. §. insuper si filius. in tit. de prohi. feud. alie. per Fred. arg. ad hoc in l. omnimodo. C. de inof. test. & ibi de hoc per Glo. & optimè facit l. fin. & ibi per Glo. & Cy. C. de reuo. don.

Svmmae.

1 *Iuramentum fidelitatis vasalli sex continet capita.*

2 *In omni iuramento semper superioris persona intelligitur esse excepta.*

3 *Vasallus duos habens dominos bellum inter se gerentes, fouere debet partes antiquioris domini, etiam contra proprium patrem vel filiũ: quæ mira est vasallorum seruitus.*

4 *Vasallus duos habens dominos eius dem temporis, inter se belligerantes, fouere debet partes illius qui iustè bellum suscepit.*

5 *Vasallus non tenetur contra patriam suam auxiliari domino.*

6 *Dominus nisi vasallum adiuuet contra omnes (exceptis superiore & patria) cadit dominio suo.*

7 *Dominum à Principe in exilium missum vel à Papa excommunicatum, vasallus non tenetur adiuuare, nec hereticum.*

8 *Vasallus tenetur adiuuare defendendo (non offendendo si malit) dominum gerentem bellum iustum. Gerentem verò iustum vel dubium tenetur omnino.*

9 *Vasallus non tenetur propriis sumptibus domino auxiliari.*

10 *Dominus non tenetur satisfacere damnum quod vasallus sentit ex casu fortuito belli. nec damnum qui amici pietatis manu, belli casu pulsi. Secus si motus solo domini mandato, ei auxilium præstitit in bello non iniusto.*

11 *In quibus casibus sua culpa vasallus feudum amisit, non restituitur in feudo alterius & superioris domini, nisi expressè dictum sit.*

12 *Generali restitutione non est præsumendum aliquid contineri quod nocet tertio.*

GLOSSA VII.

Contra dubium fidelitatis iuramentum. 1 Nota † quòd iuramentum hoc quod præstatur per vasallum domino continet sex partes, seu sex capitula: videlicet honestum, totum, honestum, vtile, facile & possibile. quæ omnia declarat textus, vbi vide, in c. 1. de noua. for. fide. & in c. 1. de forma fidi. & in decre. xxii. q. v. c. de forma. Sed etiam vltra prædicta, tenetur vasallus domino suo præstare consilium & auxilium, vt ibi habetur.

2 Sed † circa prædicta quæritur, pone quòd dominus facit guerram Imperatori, vel econtra numquid vasallus tenetur ipsum dominum adiuuare, & ei auxilium & consilium præstare? Dic breuiter quòd non, quia persona Imperatoris intelligitur semper excepta in forma iuramenti fidelitatis. vt in c. Imperialem. §. fi. de prohi. seu alie. per Fred. Imò

Imò nec expressè posset se vasallus ad hoc obligare, pacto vel iuramento, cùm sit tale pactum vel iuramentum à iure reprobatū. vt ibi: & contra bonos mores, sicque non tenet. l. non dubium. C. de legib. in fi. & in ea quæ contra leges. & in c. non est obligatorium. & ibi per Dy. de reg. in lib. vi. Nec immerito: quoniam filius tenetur præponere salutem Imperatoris saluti paternæ. vt in Auth. vt cū de ap. cog. §. causas. versi. si eos. Ad hoc etiā facit regula Quòd semper in iuramento ro personā superioris intelligitur exceptus. vt in l. fi. in prin. D. ad municip. & in c. venientes. de iureiur.

3 Quid † autem dices si idem vasallus habeat duos dominos diuersis temporibus acquisitos, & alter contra alterum guerram faciat, an teneatur vasallus vnus contra alterum adiuuare? Respondeo quòd aut inter dominos istos est dare diuersitatem in tempore, & tunc tenebitur priorem contra posteriorem adiuuare. probatur per textum. in c. Imperialem. de prohib. feu. alie. per Frede. §. illud quoque. quia iste præuenit in tempore, ergo potior debet esse in iure. vt in regula, Qui prior. cum similibus ibi notatis. lib. vi. Et quia in fidelitate præstita secundo domino intelligitur excepta persona prioris domini, ideo solùm contra alium quemcunque dominum (excepto priore) etiam contra patrem proprium & filium tenebitur secundū dominū adiuuare. quod est valde mirādum. & quanta sit seruitus vasalli valde notandum, vt hęc tradūtur in c. domino guerram. §. contra omnes. in ti. hîc finitur lex. deinde incipit consue. regni. Faciunt in arg. notata per Innoc. in c. cùm iam dudum. de prębend. & in cap. fin. ext. de consti. vti. vel inuti. Aut inter istos dominos fuit & est identitas in tempore (vt quia eodem tempore fuit vasallus inuestitus de vtroque castro.) & alter dominus contra alterum facit guerram. quo casu dicerem, quòd cùm sint in pari causa, abstinere debet ab vtroque, ne vni auxiliando alium offendat, nec sit causa quare magis vni quam alteri auxilium præstare debeat. Nisi fortassè (secundum aliquos) certum & manifestum esset ipsi vasallo, quòd alter guerram iustè faceret, & alter iniustè: quo casu teneretur auxilium præstare ei, qui iustè guerram moueret. arg. in d. c. domino guerram. in ti. de nona fide. forma. §. & si contingit. Sed videtur quòd vtrique si potest opem & auxilium præstare debeat. vt in l. iii. §. si cùm omnis. D. ad Silla.

5 Quid † si dominus facit guerram contra ciuitatem propriam vasalli, an tenebitur dominum adiuuare? Dicunt quidam quòd non, quia nec filius patrem, nec econtrà pater filium, iuuare debet contra patriam. vt in l. minimè. D. de reli. & sump. fu. ergo multo minus vasallus dominum suum. Fortificatur hoc, quia filius præponere debet salutem Reipublicæ saluti paternæ. vt d. §. causas. versi. si eos. ergo & vasallus, cùm non sit minor obligatio filij quo ad patrem, quàm vasalli quo ad dominum. vt in d. §. causas.

6 Sed † nunquid reciproca vice teneatur dominus iuuare vasallum contra omnes, prædictis exceptis, sicut vasallus dominum? Die breuiter quòd sic. quod multum nota. vt determinat Glossa.

in d.§.contra omnes. Nam quo ad hoc inuicem obligantur pariformiter.vt in d.c.1.in fi.de for.fide. Et si dominus se substraheret ab auxilio præstando vasallo, cùm posset,iure suo.i. dominio priuaretur. vt in d.c.dominus causam in ti. si de feu. fuer. contrquer. & in c.ex facto in c.ex facto,in ti. qualiter dom. propri.priue.quod tene menti. Et sic habes vnum casum quo dominus priuatur iure suo. Sunt enim & alij, quos isti magni domini recusant audire.de quibus traditur in d.c.ex facto.cum seq.& per totum ti.Qualiter dominus feu.propri. priue. cum similibus ibi notatis.

Prædicta autem regula, quæ est, Quòd vasallus tenetur dominum adiuuare contra omnes, fallit vt §. 7 Item † fallit si dominus fuit ab Imperatore vel Rege bannitus, aut à Papa excõmunicatus. quibus casibus vasallus est à iuramento fidelitatis absolutus.vt hæc probantur in c. domino guerram.in prin.& c.fin.in fi. in ti. hîc finitur lex. deinde incipit consue.& in tit. de prohi. feu.alie.per Frede. c.1.§.fi.& in ti. de for. fide.c.1.in fi.& vx.q.vi.in c.nos sanctorum. & c. iurantes. Et idem fortius si ipse dominus esset hæreticus. arg.l.1.C.de hære.& in l.nemo.C.de episc.audi. & Authen. credentes. C. de hære.cum similibus. Post quàm verò fuerit ipse dominus pœnitens ad gratiam restitutus, tenetur vasallus eidem solita seruitia exhibere.vt xi.q.iii.in c.videmus. & ibi notatis.& in d.c.domino guerram.

8 Item † nec tenetur vasallus ad iuuare dominum,faciendo guerram iniustè.circa quod sic plenius distingue.Aut constat ipsi vasallo, & certum est, quòd dominus eius facit guerram iniustam, aut dubium,an constat quod facit guerram iustam. Primo casu tenetur ipsum iuuare ad defensionem tantùm,non autem ad offensam. Si tamen velit etiã ipsum ad offensam iuuare, hoc facere potest:sed non cogitur. secundùm veram opinionem. vt probatur per Ia.de bel.xiiii.q.viii.c.scire nos. & in ti.de noua. fidel.for. c.1.§. & si contigerit. §. & si verò. Secundo casu tenetur dominum adiuuare præcisè, tam ad offensam quàm ad defensam:aliàs feudo priuaretur. Et idem per omnia in tertio casu.vt hęc omnia habẽtur in d.c.domino guerram. in princ. cum similibus supra allegatis.

9 Hîc † autem insurgit dubium, an vasallus teneatur suis propriis sumptibus dominum adiuuare? Et Inn.in c.sicut.ext. de iureiur. determinat quòd non : nih ex pacto vel consuetudine.In ò(secundùm eum) non tenetur ad aliquod seruitium quod requiritur sumptum,nisi in casibus à iure permissis seu expressis. In contrarium tamen facit textus in l. suo victu. cum seq. D. de operlib.Cùm autem Imperator Romam proficiscitur pro eius coronatione, tunc omnes vasalli tenentur eum ire,vel mittere,& dimidiam partem vel tertiam fructuum contribuere, iuxta ea quæ habentur in textu in c. Imperialem. §. firmiter. de prohi. feu.alie.per Frede.& in c.1. in fin.de pace iura.fir.

10 Quid † autem si facta per dominum conuocatione suorum vasallorum, & ipsis existentibus super guerra,aliquis vel aliqui eorum perdiderũt equos vel arma, an habeant regressum contra dominum? Dicit In.in d.c.sicut.de iureiur.quòd non, quia

quia ex debito sunt adstricti dominum adiuuare, ideóque casus fortuitus non imputatur domino suo. Eo eodé modo si causa pietatis accessisset quis ad adiuuãdum ipsum dominum. vt 14.q.3.c.nõ iuste.cum seq. & 11.q.3. si dominus. Secus autem esset si dominus conuocasset alios simplices amicos, non sibi vasallos, qui ex debito non fuerant ad hoc astricti, nec pietatis causa sunt mori, sed ex solo mandato. quo casu, si perdiderint arma vel equos, hebebunt (secundùm Inno.) actionem mãdati contra ipsum mandãtem, si fuerunt vocati ad bellum iustum. vt in iuribus prælallegatis. Secus autẽ si vocati fuissent ad bellum iniustum, nam tunc non daretur eis actio mandati pro huiusmodi damnis, nec pro aliis impẽsis per eos factis. quia cùm turpe esset tale mandatum, ideo nulla ex eo nata est obligatio. vt l. si remunerandi. §. rei turpis. D. manda. & in l. si mandauero. in §. si ædem. cum seq. D.eod.tit.& Insti. mand. in §. illud. Sed cõtra illud quod suprà dictum est, mandantem teneri ipsi mandatario vocato ad iustum bellum, obstat multum, quia casus fortuitus non venit in actionem mandati, sicut nec in cæteris bonæ fidei iudiciis. vt in l. quæ fortuitis. C. de pigno.acti. & in l.1. C.locati. cum similibus ibi notatis. facit l.dominus horreorum. D.loca.& l.1.C. depos. Solutio, dicit Inno.vbi suprà, quòd hic fuit casus fortuitus, qui de facili potuit præuideri ab ipso mandante: videlicet quòd si iret ad bellum posset de facili spoliari & capi, & similia quæ sunt de natura belli, cuius dubius est euentus. meritò ergo de tali casu tenetur. Secus autem esset vbi casus de facili præuideri non posset, nec res ipsa esset ad hoc disposita, vt in contrariis. Sed diceret aliquis. nónne si quis commodauerit equum alicui, vel arma ad bellum, & ibi ea amiserit, cessabit actio commodati contra commodatarium? Certè sic. vt l. si vt certo. §. interdum. D. commo. & per consequens iste commodator damnũ sustinet casus fortuiti, licèt præsciuerit hunc casum posse euenire. Ergo eodem modo debet mandatarius priuari actione sua, cùm & ipse præsciuerit talem casum sibi posse contingere. Solutio, dicit idem Inn. vbi suprà, quòd ratio differentiæ inter vtrunque casum est, quia commodatarius non excessit fines contractos, deducẽdo equum ipsum ad bellũ, quia ad eum vsum ad quem equum ipsum accepit, vsus est. idémque dicit in conductore equorum & armorũ ad bellum prosequendum, quia si in bello capiantur, conductor non tenetur ad emendationem. vt D.loca. & condu. l.item quæritur. §. si quis seruum. & l.videamus. §.1.cum similibus. Sed mandatarius vocatus ad bellum, licèt præscire potuerit quòd de facili arma & equos amittere potuerit, tamen sciebat ius suum durare, & se consequi posse per actionẽ mandati quæcũque perderet, & impendia quæ faceret. vt D.mand. l. inter causas. §. impẽdia. & l. qui mutuã. §. fi. Vel dic quòd in omnibus prædictis casibus, si sanè intelligantur, est identitas rationis seu dispositionis iuris: nam semper ad dominum rei & ad mandantem pertinet hoc periculum. quia mandans damnum restituit, locator & commodator rem suam perdit: sicque omni casu

pariformiter ad eos damnum rediit. Nec tamen ille qui mandauit amittere eos conuocari ad bellum, poterit tanquam sua interfit agere contra spoliatores vi bonorum raptorum, cùm actio vi bonorum raptorum & furti solùm detur ei qui in rebus ablatis habet dominium, vel possessionem, vel ius aliquod reale. vt l. 2. § in hac actione. D. vi bo. rap. D. de fur. l. si is qui rem. & l. si is cuius. cum similibus secundùm eundem In. Quòd autem dicatur iustum vel iniustum bellum, notatur per eundem in c. olim. ext. de rest. spol.

11 Vlterius † circa præmissa quæritur. pone quòd rex banniuit eius vasallum, ipsumque priuauit omnibus bonis suis, & maximè quodam castro quod iure feudi recognoscebat à Rege. deinde ipsum castrum in feudum dedit alii, postque certo tempore transacto ipsum vasallum rex ipse ad omnia bona sua & gratiam suam restituit. quæritur an hic vasallus restitutus possit dictum castrum à secundo vasallo de iure vendicare? Quam quæstionem pleniùs disputat Ia. de b. l. in c. domino guerram. vbi finaliter sic concludit. Aut ipse primus vasallus fuit bannitus tantùm, aut fuit bannitus & cõdemnatus. Si quidem fuit bannitus tantùm: aut fuit bannitus requisitus, secundùm ius consuetudinariũ feudorum: aut secundùm ius commune Imperatoris: secundùm legem solius Regni: aut fuit simpliciter tantùm bannitus. Primo & secundo casu principali amittit feudum anno elapso. vt in c. 1. vi. de mili. vasal. qui contu. est. & D. de requi. re. lege prima & 2. & fi. Tertio autem casu similiter feudum perdit, & cætera alia bona. vt c. 2. D. de bo. dam. Quarto casu non perdidit feudum, nec cætera bona: quia regulariter feudum non amittitur nisi culpa probata & conuicta. vt in ti. de feu. sine culpa non amit. c. 1. & arg. D. de custo. re. l. dim filis. & notatur in c. 1. §. calidus. de prohi. feu. alien. per Frede. Sed lata sententia contra eum, tunc priuatur. vt in c. 1. in ti. si vasal. feu. priua. cui defe. & c. 1. de feu. sine cul. non amit. Patet ergo in proposita quæstione dicendum, quòd in illis casibus in quibus feudum amissit, non potest ei istum illud vendicare, nisi specialiter & expressè ad illud fuerit restitutus. Et hic tale principis beneficium non erit latissimè interpretandum, quia de alieno præiudicio agitur. In cæteris autem casibus in quibus feudum non amissit, poterit ipsum castrum vendicare. 12 Et † huius distinctionis ratio est, quia non est verisimile quòd rex voluerit per hanc generalem restitutionem adimere secundo vasallo, quod ei abstulerat primus, alio non expresso. quia generalis clausula non trahitur ad specialia. arg. in l. obligatione generali. D. de pigno. & in Authen. hæc constitutio quę de dign. §. illud. & ext. de electio. in c. innotuit. in fi. Et hæc opinio optimè probatur in cap. quamuis ext. de rescrip. libro sexto & in c. si eo tempore ext. de elect. eod. lib. Quid autem si dominus sit bannitus de ciuitate, an vasallus sit interim absolutus à iuramento fidelitatis? Et determinat glos. & Iaco. de Bel. quòd sic. vt notatur in dicto cap. domino guerram.

Sum-

SVMMAE.

1 *Reſtum feudum ad maſculos tranſit, excluſis fœminis.*

2 *In feudo de quo vaſallus fuit inueſtitus, pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, ſemper maſculus abillo deſcendens præfertur fœminæ, etiamſi ea reperiatur in recta linea, maſculus verò in collaterali.*

3 *In conceſſione feudi pro maſculis & fœminis, particula, &, denotat erdinem.*

4 *In materia feudali filiorum appellatione comprehenduntur ſoli naturales & legitimi, non autem naturales tantum nec legitimati: niſi in legitimatione princeps expreſſerit quòd ſuccedere poſſint in feudo.*

5 *Reſtum feudum tranſit in maſculos deſcendentes, vſque in infinitum.*

6 *Enumerantur VIII casus, in quibus filius excluditur à ſucceſſione feudi.*

7 *Patrem in ire, filium retinere non poſſe feudum, repudiata hæreditate agnatum poſſe.*

8 *Agnatus agnoſcens hæreditatem cum beneficio inuentarii non tenetur de feudo ex alienum ſoluere.*

9 *In feudo aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus.*

10 *In feudo paterno ſuccedit frater fratri.*

11 *In feudo fratres ex parte patris tantum communi æquè ſuccedunt, atque vtrinque communi.*

12 *In feudo nemo collaterales non ſuccedunt, ſed deficientibus deſcendentibus ad dominũ redit. Niſi quatuor caſibus.*

13 *Vaſallus non poteſt ordinem ſuccedendi infringere, nec vni filio totũ feudũ aſſignare, ceteris excluſis.*

14 *Vaſallus non poteſt vni ex filijs aſſignare totum feudum, vt alius ſit inhabilis ad ſuccedendum.*

15 *In feudo filij fratrum ſuccedunt cũ patruis, ſi aut iure cuniũ.*

16 *Cùm feudum diuiſione vni ex filijs contingit, maſculi priores eiuſdem lineæ cuius ipſe fuerat, in feudum ſuccedunt, ipſo ſine filijs mortuo.*

17 *Cùm feudum redit ad dominum ſine culpa vaſalli, hæredes eius recte petunt expenſas in re factas ſibi reſtitui.*

18 *Vaſallo defuncto ſine filijs, quando ad eius hæredem vel dominũ fructus pertineant.*

19 *Cauſæ XXIX enumerantur, per quas vaſallus feudo privatur & nu. 20. 21. 22. 23 24. 38. 41. 42. 43. 45. 46. 47. 48 49. 50 51. 52. 53. 54. 56. 57. 59. 60. 61. 62. 63. 65. 66.*

25 *Vaſallus non poteſt feudum alienare. Imò nec hypothecæ ſubmittere, nec in dotem dare, nec pro anima legare.*

26 Feudo legato nõ debetur æſtimatio.

27 *Vaſallus vendens feudum tenetur emptori precium reſtituere: necnon intereſſe præſtare, ſi emptor ignorabat feudum eſſe.*

28 *Vaſallus poteſt ſeruitutem feudo imponere. ſed illa extinguntur, feudo ad dominum reuerſo.*

29 *Seruitus per hæredem impoſita feudo ſub conditione legato, extinguitur conditione exiſtente.*

30 *Vaſallus de feudo tranſigere poteſt in ſui præiudicium.*

31 *Dominus non poteſt feudum alienare ſine conſenſu vaſalli.*

32 *Si dominus alienet feudum ſine conſenſu vaſalli, non tamen priuatur proprietate ſua.*

33 *Vasallus potest feudum alienare in eum ad quem alias perventurum foret.*

34 *Vasallus potest feudum alienare in vnum, cùm plures eodem gradu succedere possunt.*

35 *Prohibitus alienare nisi in certas personas, potest vnam ex eis eligere.*

36 *Agnati habent ius feudi paterni retrahendi, si alienationi non consenserunt.*

37 *Vasallus alienans feudum eo non privatur, si ignorabat esse feudū: super quo standum eius iuramento.*

39 *Vasalli sunt magna seruitute astricti, cùm tam multis ex causis possint feudo privari.*

40 *In Lombardia castra nullo feudo sunt astricta.*

44 *Dominus petere non potest feudū, vel agrum emphyteuticum, tanquam commissum, si post tempus quo in commissum cecidit, solita fermitia vel canonem acceptauit.*

55 *Mendacium punitur feudi amissione, & aliquot aliis casibus.*

58 *Vasallus occidendo fratrem suum feudo non privatur: secus occidendo fratrem domini.*

64 *Maiores ordines presbyterii priuāt vasallum feudo, adeò vt illud non recuperet, licèt clericus vel religiosus esse desinat.*

67 *Vasallus malè tractans subditos suos debet feudo privari.*

68 *Vasallus ex causis antedictis priuatur feudo, non ipso iure, sed causa cognita.*

69 *Causa priuandi vasallum feudo nō transit in heredem domini qui tacuit.*

70 *Cùm vasallus feudo priuatur, quādo domino vel agnatis applicetur.*

71 *Quis sit iudex competens de controuersiis feudi, tam in petitorio quam possessorio.*

72 *Super facto offerendus est libellus,*
1 *sed dominus non intrat de calumnia.*

73 *Sententia vel transactio inter vasallum & alium extraneum, nocet domino quoad vtile dominii.*

74 *Quando vasallus cui feudum euictum est actionem habet de euictione contra dominum.*

75 *Si vasallo vi aut clam ablata sit possessio feudi, dominus eam recuperans restituere tenetur.*

76 *Feudum nouum ex pacto potest assumere naturam feudi paterni antiqui.*

GLOSSA VIII.

NEc superstitibus ex eo liberis masculis. Ecce alia sufficiens & legitima causa, propter quam feudū perditur, & ad dominum reuertitur, vt supra dixi: nisi aliud fuerit actum in inuestitura, vt supra dixi in decima diuisione. 1 Nam † proprie & rectum feudum ad masculos trāsit, fœminis exclusis, vt in c. 1. in prin. in ti. de gra. suc. in feu. cū multis similibus. Fallit in certis casibus, in quib⁹ fœminæ admittūtur, quos enumerat glo. in c. 1. de nat. suc. feu. & in c. 1. de feu. fœmi.

2 Sed † quid diceres si aliquis fuerit inuestitus de castro, pro se suisque hæredibus tam masculis quàm fœminis, qui postea decessit superstitibus sibi duobus filiis masculis, & ad vnum ex eis propter diuisionem peruenit castrum, qui postea decessit superstite sibi vna filia tantùm, & alius eius frater postea decessit superstite sibi vno filio masculo, quæritur an hic filius masculus excludat dictam filiam eius consan-

consanguineam à successione feudi dicti cadet? Et videtur quòd non, quia semel effectum est feudum fœmineum, per successionem illius lineæ ad quam ex diuisione peruenit. arg.in d.c.1. de natura suc. feu. Sed tu die cõtra.& sic masculus excludet per suam consanguineam, per textum notabilem in c.1.de eo qui sibi & hære.suis masc.& fœm.inuesti.accep. Quam opinionem firmat glo.in d.c.1.de natura suc.feu.& hoc procedit multo fortiùs si dicti fratres perseuerassent in communione. nec repugnat dictum c.1. de natura suc. feu. quia loquitur quando erat contentio inter plures masculos, ex diuersis lineis descendentes: sed quæstio nostra loquitur quando ex vna linea est masculus, & ex alia fœmina. & ita debet intelligi dictũ c.1.de eo,qui sibi & hære.suis.Et aduerte prout aliàs dixi quòd vbicunque aliquis inuestitur de feudo pro se & hæredibus suis masculis & fœ. quòd donec supersunt filii, vel alii descendentes masculi, nunquam ad mittuntur fœminæ. 3 Nam † illa copula,&, isto casu denotat ordinem. vt probatur in c. 1.vers.si quis etiam.in ti.epist.vel abba. & in c.1.§. filia,vers.de suc.feu. etiam si à principio feudum fuisset fœmineum.vt in c.1.in ti.de feu.fœm.& in c.si fœmina.an mar.suc.feu. vx.vt notatur per Bart. in l.Gallus.§.quidã rectè. D.de lib.& post.& in l. si liberi. D. de ope.lib.

4 Inde † quæritur, de quibus filiis hîc loquatur? Die quòd de filiis legitimis & naturalibus, à sui natiuitate. Alii námque filii, siue naturales tantùm,siue legitimi tantum,siue naturales postea à principe legitimati, in feudo non succedũt.vt in c. adoptiuis. & c.naturales. in tit.si de feu. fuer. cõtro. Nisi Imperator in ipsa legitimatiõe specialiter expresserit, quod in feudo succedere possint. Quod nota.vt scias facere ordinare instrumentum. & hoc notatur per glo.& doc. in c.naturales. Sed in aliis rebus, qualiter succedatur iure Romano, plenè infrà tactum est, in forma libelli quo agitur pro hæreditate ab intestato delata. Et sic patet quòd in materia feudali, appellatione filiorum comprehenduntur solùm filii masculi legitimi & naturales,à natiuitate sui, aliique per masculinam lineam descendẽtes. In alia verò materia latior sumitur interpretatio. vt l.liberorum.D.de verb.sig. cum similibus.

Veruntamen, vt in hac feudali materia habeas pleniorem doctrinam,reuoco in dubium, si vasallus decedit, ad quos per successionem transeat ipsum feudum? Vbi antè omnia aduertendum quòd successorum tres sunt species: quidam sũt descendentes, quidam ascendentes. & quidam collaterales. Circa primã descendentium speciem talis assumẽda est regula, 5 videlicet † quòd proprium & rectum feudum transit in quoscunque masculos descendentes,vsque in infinitum, licèt olim restringeretur vsque ad septimum gradum tantùm. vt in c. 1. in prin.de gra.suc.in feu.& in c.1.§.hoc autem notãdum,in fi.de iis qui feud.a.poss.& in c.1. post princ. de feud. suc. In fœminas autem regulariter non transit,nisi in certis casibus, de quibus suprà dictum est.

6 Porrò † & filius quandoque excluditur à successione feudi. verbi gratia, si ipse filius patre adhuc

viuente dominũ offenderit, de quo nullam satisfactionem fecerit. vt in c.1.§.intuper si filius. in tit. de prohi. feu. alie. per Fred. Secundò, si vasallus cum aliqua muliere contraxerit matrimonium, eo pacto quòd filij ex ea nascituri non succedãt in feudo. vt in c. filij nati. in tit. de matri. ad morg. con. Tertiò priuatur feudo, si ipse filius repudiauerit patris hæreditatem. 7 Licèt † agnatus in remotiori gradu constitutus repudiare possit hæreditatẽ, & feudum retinere. quod est mirabile. vt traditur in c. filius. in tit. de capita. qui curi. ven. & notatur in c. 1 an agnatus vel filius defunc. poss. repu. hære. 8 Ad† hanc autem declarationem quæritur. ecce quòd agnatus potest hæreditatem agnati defuncti repudiare, & feudũ agnoscere & retinere, nec pro feudo tenetur defuncti creditoribus respondere (vt in d.c.1. an agnatus) pone ergo quòd agnatus agnouerit hæreditatem cum beneficio inuentarij, an respondebit creditoribus quatenus patientur vires. nedum hæreditatis bonorum allodialium, sed etiam feudalia? Videtur quòd non. quia bona feudalia habet suo iure, non ex successione. ergo, &c. vt dictis iuribus. In contrarium facit, quia hoc priuilegium consequitur quando repudiat, non autem quando agnoscit hæreditatem. Præterea filius ad hoc tenetur agnita hæreditate, vt in dictis iuribus, ergo & agnatus. Et hoc puto verum respectu fructuum tantùm: sed respectu proprietatis quæ non possunt alienari, non credo creditoribus obligari. Quarto priuatur si pater eius deliquerit in dominum, licèt quandoque deferatur agnatis. vt in c.1. in dicto tit. si vasal. feud. pri. cui de fœm. & in cap. 1.§. demque. in titul. quæ fuit prima causa beneficij amit. Quintò excluditur filius, si habitũ religionis assumpserit. vt in c. qui clericus. in tit. si de feu. defunct. fuc. contro. & in cap. 1. in tit. de milit. vasal. quæ ar. belli depo. quo casu trãsit feudum ad proximiorem agnatum, vt ibi. Sextò excluditur, quãdo erat feudum alicuius annuæ vel mensualis præstationis. quo casu finitur feudum cum persona, sicut vsusfructus. vt colligitur in c. 1. in fi. quis dicatur dux, comes vel marchio. Septimò excluditur, secundùm aliquos, si fuerit à patre iustè exhæredatus. secus si iniustè. arg. in Auth. de nupt. §. soluto. cum sequnam si excluditur repudiando hæreditatem (vt dictum est) multo fortiùs contra patrem delinquẽdo. Octauò excluditur, quando filius ipse à natura mutus est, vel cæcus. Secus si accidentaliter imperfectus. vt in cap. 1. in tit. an mutus vel aliter imperfectus. quos casus pro maiori parte enumerat glo. in cap. 1. de natu. suc. feu.

Nunc autem venio ad ascendentes, in quibus traditur 9 talis † regula, *Quòd in feudo ascendentes descendentibus non succedunt*, vt in d.c. 1. de na. si c. feu. licèt iure Romano succedant in omnibus bonis. vt notaui infrà. in libello de hæreditate ab intestato delata.

10 Deinde † quæritur de successione collateralium. an sibi inuicem succedant? Vbi sic est distinguendum. aut feudum est paternũ & antiquum, aut nouum. Primò casu frater fratri succedit, & cæteri agnati tibi inuicem, vt in d.c.1.§.1. de gra. suc. in feu. & in c. fi. de feud. mar. cum

mar.cum similibus Et hoc intelligunt verum quidam, vsque ad septimum gradum tantùm, & non vltra: licèt descendentes succedant in infinitum. vt in c. 1. §. hoc quoque secundum.in tit. qui feu.da.pos. Alii dicunt idem in collateralibus quod in descendentibus. vt notatur per Glos.c.1. de feud.marchi. Sed Ia.de bel.distinguit. Aut à principio feudum transiuit in collaterales, & tùc transit in reliquos collaterales, vsque ad septimum gradum tantùm. vt in d.§.hoc quoque. Aut à primordio transiuit in descendentes & tunc sequentes collaterales descendentium succedunt in infinitum. vt in dicta Glossa.

11 Sed† quid si vnus frater decessit, superstitibus sororibus vel pluribus fratribus, quorum aliqui sunt fratres ex vtroque parente, alii verò ex parte patris tantùm, quæritur qui præferantur in feudo defuncti fratris? Et videtur præferendos esse vtrique coniunctos. vt in Auth. cessante.& in Auth. post fratres. C. de suis & legit. & in Authent. de hæred. ab intest.§. reliquam, cum simil bus.quia illum duplici iure & vinculo iungunt. vt ibi notatur. In contrarium est dicendum & tenendum, quòd omnes pariter admittantur, quia in feudo ius agnationis attendendum, & non cognationis.vt habetur in c.1.de suc.feud. Et ita expressè determinat Bald. in c.1. de gra.facc.in feu. Et sic in hoc est speciale in feudo. aliud est in rebus allodialibus.vt in d. Auth. cessante, cum similibus.

12 Vbi† autem feudum est nouum, tunc regulariter frater fratri, & cæteri collaterales sibi inuicem non succedunt, sed ad dominũ feudum reuertitur. vt in c. 1.in titul.de benefi.fra.& c. 1.de fra.de no. benefi.inuesti. Fallit hæc regula in certis casibus, in quibus collaterales succedunt in feudo nouo. Primò, si pactum speciale super hoc intercessit. Secundò,si feudum fuerit acquisitum communi nomine transuectalium. Tertiò,si fuerit acquisitum scientè domino de bonis communibus eorum. Quartò, si fuerit acquisitum tempore quo res erat in hoste. vt hæc omnia habentur in c. fi.de fra.de no.bene.inuesti. & in d. c.1.de benefi. fra.

Concludendo ergo præmissa circa ordinem succedendi in feudum. dic quòd si moritur vasallus succedunt sibi filii eius æqualiter, & cæteri descendentes masculi,secũdùm ordinem debitum gradus cuiusque. 13 Ne † posset vasallus ordinem succedendi infringere. quod est notandum,vt habetur in d.c.1.in princ.de suc.feud. Ex quo infertur, quòd non possit pater in eius testamento assignare feudum in totum vni filiorũ, nisi cæteri filii consentiant.secundùm Bal. vt per eum notatur in c. Imperialis. in princ. de prohib feu.alie.per Lothar.quia lex feudorum æqualiter eos admittit.c.2.in vers.quod hodie. de iis qui feu.da.pos. Est enim hic fauor filiorum, & domini, vt plures habeat vasallos: cui fauori non licet derogare testatori. arg.in l.scire debetis. C.vt in poss.leg.cum similibus. Nec tamen si contra fiat per testatorem, feudum reuertitur ad dominũ, (secundùm eum) sed ad filios æqualiter pertinet. An autem alii fratres tenebuntur ad æstimationẽ? videtur q̃ sic.per not.in l.cũ alienam.C. de leg.Et prædicta procedũt quãdo

omnes filii sunt habiles ad feudum.

14 Quid† autem si testator decesserit duobus filiis superstitibus, quorum unus est habilis, alter non, an potest totum feudum assignare habili? Dic quod, aut filius inutilis ad serviendum est inhabilis ad succedendum, & tunc tenet assignatio, aut est habilis ad succedendū, licèt sit inutilis ad serviendū, & tunc non tenet assignatio paterna. vt in c.1. in minutus vel aliter imperfect. & in c. imperialem. §. præterea ducatus. le prohib. feud. alien. per Fredericū. & ibi per Iaco. de bel.

15 Deinde† sciendum est quòd si alter ex filiis moriatur sine, relictis liberis, filii eius succedunt æqualiter cum patruis suis. vt habetur in c.1. de success. feu. & in c.1 §.1. de grad. succ. in feud. Et in hoc concordat cū iure Romano. vt in Auth. cessante. C. de suis & leg. hæ. & in Authent. de hæred. ab intest. §. cùm filius.

16 Sed† quid dicemus, si vasallus decesserit superstitibus sibi quatuor filiis. & vno nepote (ad quem postea ex diuisione perueniat ipsū feudum) qui nepos decesserit superstitibus quatuor filiis, ad quorum vnum ipsum feudum adhuc peruenit, qui sine liberis decessit. quæritur ad quem ipsum feudum pertinet? Dic quòd ad illos priores, qui sunt eiusdem lineæ cuius fuerat ille ad quem primo loco ex diuisione peruenerat. vt in d. c. 1. de natura success. feu. In successione autem ascendente & descendente, dic vt proximè dixi.

17 Sed† pone quòd aliqua ex causa feudum redit ad dominū (de quibus causis plenius infra subiiciam) & vasallus reperitur multas expensas fecisse in re vtiles & necessarias, quæritur est à pluribus an sint hæredibus vasalli restituendæ? Super quo, secundùm dominum Bartolum, sic distingue. Aut feudum reuertitur ad dominum sui culpa vel delicto vasalli, vt quia decessit sine filiis masculis. & tunc est in electione domini vel illas restituere hæredi vasalli, vel pati illas abradi. vt in c. domino guerram. §. vasallus. in tit. hîc fi. lex incipit cōsuet. Aut reuertitur ad dominum propter del ctum vasalli, & tunc nulla fiet restitutio nec abratio, sed cedunt lucro domini. arg. l.2. C. de iure emphyt.

18 Sed† quid dicemus de fructibus rei feudalis, quando vasallus decessit sine filio masculo? Respōdeo quòd aut vasallus decessit post Kalendas Martii, & ante Kalendas Augusti, & tunc pertinent omnes ad hæredes vasalli. aut decessit ante Kalendas Martii, & tunc pertinent ad dominum. vt hæc omnia habentur in d. c. domino guerram. §. his cōsequēter. Licèt de iure Romano in fructibus in dote fit alia diuisio. vt in l. de diuisione. & l. fructibus. & l. diuortio. D. solut. ma. & alia in legatis annuis. vt l. in singulos. D. de ann. leg. & alia in vsufructu. vt l. de functa. D. de vsufru.

Vidimus ergo casus duos, quibus feudum reuertitur ad dominum, & vasallus & hæres eius feudo priuātur. Sed quoniam alii sunt plures casus & causæ quibus vasallus feudo priuatur, idcirco generalius de singulis pertingamus, quæ sunt numero x x x. vel circa. vt in feudorū libris reperiuntur esse descriptæ.

19 Prima† igitur causa propter quam vasallus feudo priuatur, est si dominus

dominus conuocato exercitu suorum vasallorum, existente domino in prælio, aliquis ex vasallis ipsum dominum viuum vel ad mortem vulneratum deseruit. vt in cap. 1. in prin. quib. mo. feu. amit. vers. item qui dominum, cum similibus. Cuius ratio est, quia desercendo dominum facit contra iuramentum fidelitatis, quo iurauit dominum tutũ & incolumem adiuuare. Vbi autem dominus in prælio mortuus esset, aut ipse vasallus vulneratus sit, ita quòd factus esset inutilis domino auxilium præstare, tunc excusatus esset vt ibi notatur per Glo.

20 Secunda† causa, si vasallus abalienerit dominum suum, aut castrum, vel locum in quo dominus residebat, aut per violentiam in ipsum locum scienter ingressus est. vt in d.c.1.§.similiter quib.mo.feu. amit.& d.c.2.de feu. da.mi. vasal.& d.c.1.§ porro.in tit. quæ fuit prima causa bene. amit. etiam si castrum vel locus fuerit alterius, vt ibi notatur.& hoc ratione de qua supra.

21 Tertia† causa si vasallus parricidium commiserit. vt in d.c.1.§. denique, vers. si verò. in tit. quæ fuit prima causa bene. amit. & in titul. quibus mo. feud. amit. cap. 1. vers. si fratrem.

22 Quarta† causa est. si vasallus dormierit cum vxore domini, aut dormire attentauerit, vel aliter eam turpiter tetigerit, puta maxillas vel mammillas. d.c. 1. §. 1. in tit. quibus mo. feud. amit. & d. c.2. de feuda. mi. vas. cuius ratio est, quia facit contra iuramentum fidelitatis, quo iurauit honestum &c. Non idem ergo putarem in concubina domini, quia cùm lex solùm de vxore loquatur, & sit pœnalis, nõ extendẽda est ad cõcubinas. arg. l. si verò §. de vito. D. solut. mat. cum similibus. Li. et obstare videatur l. item legato. §. parui autem. D. de leg. 3. & in Aut. vt cùm de ap. eo. §. 3.

23 Quinta† causa est, si vasallus concubuerit cum filia, vel nepte ex filio, aut nuru, vel cũ sorore domini sui, tunc moram faciẽte cum eo. vt d.c.1.§.1. in tit. quæ fuit prima causa benef. amit. c.1.§. rursus. & hoc ratione de qua supra.

24 Sexta† causa est, si vasallus feudum alienet in extraneum, domino irrequisito & ignorante, siue fiat alienatio inter viuos, siue in vltima voluntate, vel aliter quouis modo. Imò & factæ alienationes in præteritum, reuocatæ & annullatæ sunt hodie iure nouissimo, per Fredericum, vt habetur in c.1. in princ. de prohi. feud. alie. per Lotha. licèt iure antiquo aliter distingueretur. vt in c.1. de feu. alie. & in tit. qualiter olim feu. pe. alie. c.1. & in ti. quib. mo. feud. amit. §. rursus. cum similibus.

25 Et† in tãtum hodie restricta est potestas alienandi, quòd etiam non posset feudum pignorari. vt d. c. 1. de prohibita feud. alien. per Frede. & in c. in generali. in ti. si de feu. defun. foe. contro. Imò nec in dotem dari, nec pro anima legari. vt in c.1.§. donare. qualiter olim. feud. po. alien.

26 Sed† an debetur æstimatio, eo casu quo rem feudalẽ legauerit? Videtur, quòd sic, per ea quæ habẽtur in l. cùm alienam. C. de legat. In contrarium determinat Bald. in d.§. donare. arg. in l. vxor patrui. C. de legatis, cum similibus ibi notatis. & de prædictis vide infra, titulo de legatis.

27 Deinde† quæritur, si vasal-

lus fortasse de facto inter vinos alie nauerit per venditionem, tenebitur emptori ignoranti feudum esse (nō autem scienti) ad interesse, & proci um restituere. vt in c.ii vasallus.in tit.si de feu.fue.contro.

28 Sed† an possit vasallus ipsi feudo seruitutem rusticam vel vrbanam imponere? Videtur quòd non, quia si non potest ius pignoris constituere (vt dictum est) ergo nec ius seruitutis. Tu autem dic quòd sic, durante feudo in ipso vasallo.vbi autem redierit ad dominū, seruitus extinguitur. vt habetur in tit. de inuestit. de re alien. fac. c.1.§. quid ergo. 29 Sicut† in simili distinguitur seruitus per hæredem imposita fudo legato sub cōditione: nā in euentū conditionis, facta ipsa re legatarii,seruitus extinguitur. vt habetur in l.si fūdū. D. de cōd. & dē.

30 Sed† an vasallus possit de feudo compromittere, aut transigere, vel pacisci? Dic quòd sic, in suo præiudicium. vt habetur in cap. 1.§.in vtul.de lege Corra.& notat Spec. in tit.de arb.§. restat videre. vers. sed numquid vasallus. ad quod facit.c. cum tempore ext.de arbit.& ext.quod in vtus causa.in c. cum dilectus,cum similibus.

31 Vlterius† quæritur, quid e conuerso ad prædecentia, an dominus possit feudum alienare sine voluntate vasalli? Dic quòd non, secundùm generalem cōsuetudinem approbatam, licèt Mediolani aliter distinguatur. vt traditur in c.1.§. ex ea lege in tit. de lege Corr. & in c.1. §.præterea ducatus. in fin. in tit. de prohi.feu.alie.per Freder. Per quod patet q̄ quòd cōtrariorum est eadem disciplina. vt d. §.ex contrario.& §. illud.Iust.pro socio. Et ex hoc colligitur differētia inter dominū rei emphyteuticę.qui potest eius dominū inuito emphyteuta alienare vt notat Doc.in l.2.C.de iure emphyt.

32 Quid autē† dicemus si dominus feudi alienat sine consensu vasalli, an priuetur proprietate suæ? Videtur quòd sic, per rationē proximā. vt in c.qualiter dominus propriè. priue. In contrarium determinat Bal. in c.2. quo tempore minuesti.pe.de.Et sic non erit isto casu eadem contrariorū ratio. Idem est in domino rei emphyteuticę,qui directum dominium alienando nō cadit à proprietate sua. licèt secus econtra. vt d. l.2. C. de iure emph.

33 Et† nota quòd licèt vasallus proh beatur feudum alienare extraneo (vt dictum est supra) sine voluntate domini, præmissa tamen est talis alienatio in consortem, siue in eius agnatum ad quem feudum aliàs peruenturum foret. quasi sit potius quædam refutatio, quàm propriè alienatio. ar habetur in c.1. vers.& licet.in tit.de alie. feu. pa.cū similibus. quod est valde notādum.

34 Circa† autem præmissa occurrit dubitatio magna, quam vidi de facto. pone quòd vasallus habet plures agnatos, eiusdem gradus vel diuersi,numquid possit in quem sibi placuerit vel elegerit feudum alienare? Circa quam quæstionem sic breuiter distingue. Aliquando is in quē facta est alienatio est cæteris agnatis solus alienanti proximior,& tunc tenet alienatio, nec potest per alios reuocari: quia facta est in illū in q. ē spes erat feudū per successionem peruenturum. vt probatur in c.1.de alien.feu.pater.& in c.Titius. in titul. si de feu. defunct.fuer.contro. Aut est in eodem gradu cum pluri-

pluribus aliis, & hic est difficultas. Et vidi dominu Bartholomeu de Saliceto dare super hoc diuersa cõsilia contraria, dicens in secundo se male cõsuluisse in primo. & finaliter pro veritate concludenda dixit q; si plures erant in eo. ẽ gradu, poterat vasallus vni soli ex eis feudu alienare, cæteris inuitis, nec locus erit reuocationi, & pro hac sententia inducebat textum in c. generali. de alie. feu. cõiuncta glo. sua in pr. Amplius etiã, quia cũ alienatio fit per missã inter agnatos (vt dictũ est, & habetur in d.c.1. de alie. feu. pa.) & iste sit vnus inter agnatos, ergo satisfactũ est legi. sicut in simili dicitur de eo qui est receptꝰ inter reos. vt in l. si maritus. §. præscriptione. D. de adul. ad idem faciunt similiter iuncte l. quoties. C. fam. er. & pater. §. quindecim. D. de leg. 3. & l. voluntas. cũ ibi notatis. C. de fideic. Item quia refutatio feudi potest fieri vni soli ex agnatis. vt d.c.2. in fi. de alie. feu. pa. Ergo & alienatio. Item quia interesse circa rem prohibitã alienari nõ attenditur, quoniã in vna ex personis præmissis fit alienatio. vt in d. §. quindecim. & d.l. voluntas. Ergo &c. Itẽ quia cessat ratio prohibitionis, quę fuit ne agnati habendo extraneum pro consorte ad odium & rixam incitarentur. Ergo &c. vt in l. adigere. §. quibus. D. de iure par. ℣ Item ℣ prohibitus alienare in vltima voluntate, nisi in certas personas, potest vnã ex eis eligere. Ergo fic erit alienando inter vivos. vt D. de leg. 1. l. filius fam. §. divi. D. ad l. Fal. l. pater filiũ. & D. de leg. 2. l. vnũ ex familia. §. si duos. cũiuncta l. peto. §. fratre. & l. cũ pater. §. cũ inter. P. obatur hęc decisio per Glo. in c.1. vers. sed & ses. in tit. per quos fiat inuest. in princip. magnæ Glos. vers. potest ergo. Quã opinionem sequuntur doct. Sed in oppositũ faciunt multa non minoris auctoritatis argumenta. Primo videtur quòd talis alienatio non teneat, in præiudicium cæterorũ eiusdem gradus agnatorum. per textũ d.c.1. de alie. feu. pa. vbi patet quòd si fiat alienatio, agnatis non consentientibus, non valet. Ergo quia pluraliter loquitur textus, plurium exigitur consensus. Item quia ibi loquitur textus indifferentẽ, cùm dicit, *agnatis consentientibus*. ergo vniuersaliter debet intelligi de pluribus. l. si pluribus. de leg. 2. Item quia spes successionis ipsius feudi erat æqualiter in omnibus. ergo omnes consentire debent per d.c.1. Itẽ quia de præiudicio omnium tractatur. ergo omnium consensus requiritur. vt l. fi. C. de auct. præstan. cum similibus. Item quia, vbi ius pluribus cõpetit, potior est causa prohibentiũ quàm volentiũ. l. Sabi. D. cõmuni diui. & l. parietis. D. de ser. vrb. prædi. Ergo &c. Itẽ quia in eis locũ habet ratio prohibitionis, quæ est ne priuetur iure feudi. Ergo &c. Itẽ quia alienatio ista facta in vnũ habet vim refutationis, vt dictũ est. sed ad partẽ refutatã omnes pariter sunt admittẽdi, vt l. 1. C. quando. nõ pet. par. Ergo &c. Itẽ quia si plures sint alienare prohibiti, & omnes vno excepto alienẽt, ille qui solus nõ cõsenserit totũ revocabit. D. de leg. 2. l. cũ pater. §. libertis. Ergo &c. Itẽ quia si aliquis pluribus teneatur bona sua relinquere, nõ potest illa in vnũ solũ transferre. vt in Auth. nouiss. C. de inoff. test. & in Authent. vnde si parens. Ergo &c. Item quia & si tempore mortis posset vnus ex eis eligi in

tali alienatione, tamen in vita non poterit. per textum in l. cùm pater. §. filia. de leg. 2. Ergo &c. Alii distingunt an feudum sit seculare, & tunc habet locum prædicta disputatio: aut est ecclesiasticum, & tũc non habet locum, & non poterit fieri alienatio in agnatum vel aliũ sine consensu episcopi vel prælati. vt notatur per Iac. de Bel. in c. 1. in tit. qui feu. da. pos. in prin. Optimè ad prædicta facit c. fi. cum ibi notatis, ext. de feu. Aut ille in quẽ facta est alienatio est præ cæteris remotior in gradu: & tunc non tenet alienatio. De quo plenè notatur per Bal. in c. 1. de feu. alienan.

36 Deinde † & aliud est notandum, quòd licèt permissa sit in extraneos alienatio fieri, interueniente domini voluntate, attamen alienatio poterit reuocari per agnatos eius, qui alienationi consensum nõ præstiterunt, si feudum erat paternum & antiquum. Sicque solus cõsensus domini non nocet agnatis, sed ipsi vasallo tantùm donec vixerit: quo defuncto reuocabitur per agnatos. quod est semper mentis tenendum. vt traditur in c. 1. in prin. in ti. de alie. feu. pa. & in c. 1. in fi. in tit. qualiter olim feu. alie. po. & in c. 1. §. sed & res. in tit. per quos fiat inuesti. Et idem dicendum (vt plerunque vidi) si plures fuerunt vasalli eiusdem castri, & vnus ex eis sine voluntate consortum suam partem remiserit seu refutauit domino suo: nam mortuo ipso vasallo, poterunt consortes petere partem refutatã. vt notatur in d. c. 1. de alie. feu. pa. Cuius ratio est, quia feudum antiquum & paternum est debitum agnatis prouisione antiqui domini, & acquisitione antiquorum patrum, sicque non eis facto alterius auferendum. arg. l. si arrogator. D. de adopt. & notatur per Iacobũ de Bel. c. 1. in tit. an agnatus vel filius defunct. ret. poss. feu.

37 Aliquando † tamen ipse vasallus excusatur, ne alienatio feudo priuetur, videlicet si ignorauit esse feudum, & credidit fore allodium. vt in c. si vasallus feudum. in tit. si de feu. fuer. contro. & in c. 1. in tit. de contro. inter do. & emp. Super qua ignorantia standum erit (secundũ aliquos) sacramẽto ipsius vasalli. arg. in c. 1. prælegato de contro. inter dominum & emp.

38 Septima † causa est, si vasallus manifestauerit secretum seu credentiam domini, in ipsius læsionẽ. vt in c. si capitanei. in tit. de feu. da. mi. vas. & in c. 1. de forma fideli. & 22. quæst. 2. c. de forma. cum similibus. In quo multi errant, quia modici reperiuntur bene secreti. Et 39 † ex hoc, & multis aliis, dicti põt quòd vasalli sunt in magno periculo & seruitute cõstituti, nec possunt dicere quòd æqualiter de statu suo sint securi, tantibus tot causis quib⁹ feudo possũt priuari: sicq; cõtinuus timor nõ sinit eos esse felices. 40 Optima † ergo & beata est illorũ vita, qui possidẽt castra in Lõbardi. quę nullo feudo sũt subiecta.

41 Octaua † causa est generalis, quandocunque vasallus facit contra id quod in fidelitate promisit. vt in c. 1. de feu. sine. cul. non amit.

42 Nona † est specialis causa, si vasallus est contumax & inobediens seruire domino suo prout conuenerunt, vel prout pares curiæ fieri laudauerũt. vt in c. 1. de feu. sine cul. non amit.

43 Decima † est, si vasallus vel

heres

hæres eius steterit per annũ & diem post mortem domini, negligens petere reuocationem investituræ à domino vel eius hærede. vt in cap.1.in princ. quæ fuit prima causa benefi. amit.& in c.1.in prin.de capi.Corra. cum similibus supra notatis. Hoc si fuerit maior XIIII. annis: nam minor excusatur. vt haberur in c.1. §. præterea si quis, in titulo de prohi. feu.alie.per Frede.& in c.1.quo tempore mil.inuesti.pet. deb. Hoc autẽ tempus intelligas cedere à die scientiæ, hoc est quo sciuit dominum defunctum: nam ignoranti non asceribetur culpa.arg.l.2. in prin.§.quis or.in bo.po.seruc.& est textus notabilis in c.1.ver .porro.ibi, *ex quo scire*rit &c.in ti.qualiter olim feu.alie.po te.& determinatur per Glo.in c.quo temp.mil.inuesti.pet.deb. Imò (secundùm aliquos) non cedit nisi etiam adita hæreditate, sicut etiam debet in querela inofficiosi testamẽti.vt l.sancimus.§.sed illud.C.de inoffi.test. 44 Quid † autem dices, si vasallus in hoc fuerit negligens, quia non petit infra annum investiri,& eo transacto hæres domini accepauit solita seruitia à vasallo, nunquid poterit vasallum feudo priuare? Die quòd non.arg.l. post diem. D.de leg.commiss. Sicut dicitur domino recipiente canonem post quã res cecidit in commissum. vt determinat Gl.in l.2.de iure emphyt. Ad quod facit.l.pen.& fi.D.de eo quod certo.& in l.aduersus.C. de vsu.& l. 2.§.fi.& l.diuus.D.ad Sillan.& l. Celsus.de arbit.

45 Vndecima † causa est, quia feudum vasallus amittit, per spontaneam eius repudiationem & resignationem in manus domini sui, quam facere potest etiam ipso domino inuito & contradicente.vt in c.1.§.rursus.in tit.quib.mo.feu.alie. po. & in c.1.in fi.& d.§.porro.& in.c.1.in fi.de vas.qui contra consti. Lotha. feu.alie. Quod est notabile & singulare. differunt enim in hoc à contractu emphyteutico & locationis. vt in l. viam veritatis.C.loca. coniũcta l.sicut.C.de act.& ob. Quæ tamen repudiatio solũ nocet ipsi vasallo,non autem suis agnatis, vt supra dixi. Et aduerte quòd hæc causa differt à præcedentibus,& sequentibus, quæ loquuntur quando vasallus feudo priuatur contra vel præter eius voluntatem: sed hæc causa procedit cũ priuatur sua spontanea voluntate.

46 Duodecima † causa est,si dominus offerat & pollicetur vasallo investituram facere,& citatus tribus vicibus vel ammonitus ab ipso domino, renuit acceptare, postquam iterum per curiam tribus aliis vicibus citatus venire contempserit. vt in c.1.§. est & alia. in ti.quæ fuit prima causa bene.amitten.

47 Tertiadecima † causa est, si vasallus sciens contra dominum fieri vel tractari aliquam machinationem vel lęsionem, non certiorauerit,cùm potuit, dominum suum. vt proximo c.§.præterea. Et sic patet quòd imputatur culpa ei qui non denunciauit,cùm potuit, sicut & alibi. l.si fideiussor.in §.1.D.man. & in Authẽ.vt licẽ.ma.& auiæ.§. si quilibet. & §.ambo.

48 Quartadecima † est,si vasallus impias manus intulit in dominum suum. vt in d.c.1.§. porro.tit. quæsu.prima causa bene. amit.arg. l.fi.de reuo.don. & in Auth. de nup. §.fin autem.& §.rursus.

49 Quintadecima † causa est generalior, quotiescunque vasallus

graues & inhonestas iniurias ipsi domino intulerit. vt d.§.porro.

50 Sextadecima † causa est, si in mortem domini insidiatus fuerit, aut in eius bonis magnam lesionē intulerit. vt notatur in d.§.porro.

51 Septimadecima † causa est, si vasallus recusauerit domino suo iustitiam ministrare, cùm possit siue de eodem feudo siue de alio fit quæstio, secundum aliquos. vt notatur in d.§.porro.

52 Decimaoctaua † causa est, si vasallus fuerit delator seu accusator domini sui, propter quod passus est graue sui patrimonij dispendium. vt in d.§.porro.vers.sed & qui delator. arg.ad hoc in Auth. vt cùm de ap.cog.§.3.& in l.2.§.cùm patronus.D.de offic.præfec.vr.

53 Decimanona † causa est, si vasallus potuit dominum liberare à morte vel à carceribus,& id recusauit facere. vt in d. verfic. sed & qui delator. non tamen tenetur vasallus liberare dominum ne incurrat periurium, nec ab aliquo voto si quod fecisset. vt habetur in c. licèt.in fi.in ti.si de feu.fu.contro.& in c.si à morte.de alie.feu.pa.

54 Vigesima † causa est, si vasallus lite contra eum mota, negauerit expressè & ex certa scientia feudum, vel eius qualitatem & conditionem. nam ex mendacio conuictus priuatur feudo: licèt non sic esset in re alia non feudali, vt in titu. si de feu. defunct. fue. contro. in cap. vasallus. & in tit. de leg.Corra.§.si vita domini.

55 Et † sic patet quòd mēdaciū aliquando punitur: sicut & aliàs. vt l.fi.D.de rei ven.& ibi notatis. & D. de tributo.l.illud.§.sed si negauerit. & C.de non nu.pec.Auth. cōtra qui propriam.& C.ad leg.Aquil.l.contra negantem.& C.qui pot.in pig. hab. Auth.item possessor.& D.si quadrupes.feci.di.l.1.§. interdum.

56 Vigesimaprima † est, si vasallus dominum accusauerit, vel contra eum sponte testimonium dixerit. secus si ex necessitate. vt notatur in c.sacramentum.§. si mulier.in ti. de cōsue.rec.feu. facit l.qui cum maior.§.is demū.D.de bon.lib. cum si milib⁹ notatis p gl.in d.§.si mulier.

57 Vigesimasecunda † causa est, si vasallus tale delictum cōmiserit, propter quod in curia stare nō possit. vt in c.1. in ti. an ille qui interfe. fra.do.sui. Et sic patet quòd vasallus bannitus à domino suo priuatur feudo. vt in c.1.in.hīc finitur lex deinde incipit cōsue. 58 Licèt † autē non priuetur vasallus occidendo fratrem proprium (vt ibi notatur) tamē priuatur occidēdo fratrem domini sui: q̄ est mirabile. vt habetur in d.c.1.

59 Xxiii † causa est, si dominus vadit cum Imperatore ad suscipiendum coronā, & vocauerit vasallum vt eum sequatur,& ille cum ire recusauit, vel in loco suo alium idoneum non miserit, nec meditatem fructuum ipsius feudi illius anni non contulerit pro expensis domino suo. nam ad aliquod de istis tribus vasallus tenetur, aliàs feudo priuatur. vt habetur in cap. imperialem.in §.firmiter,in titu. de prohi.feu.alie. per Frede.vt in c.1.§.fin. de pace iura.fir.& in ti.de capit.Corra.c.1.§. similiter.

60 Xxiiii † est, si filius vasalli dominum offenderit. vasallus pro satisfactione iniuriæ à domino requisitus filium exhibere recusauerit, aut à se filium non repulerit: nam tunc feudo priuatur, & ad dominum re-

uertitur.

nertitur. Et idem in aliis domesticis vasalli delinquentibus contra dominum, est per omnia intelligendum. vt habetur in d.c. 1 §. insuper si filius. in ti. de probi. feu. alie. per Frede. quod (secundū aliquos) procedit in omni alio delicto. Alij aut dicunt q̄ hoc solū procedit, quando est tale delictū, q̄ si a vasallo fuisset cōmissum feudo priuaretur: & aliter non. Et hæc opinio fortè verior est, ne plus grauetur vasall⁹ ex delicto alterius quā ex suo proprio. vt in regula, Alteri per alteram non debet iniqua conditio afferri. D. de reg. iur.

61 XXV † est, si vasallus vasalli eiusdem feudi priorem dominum offenderit iniustè. secus autem si anteriori dom no auxilium præstādo., vt in c. §. illud quoque. de prohibi. feu. alie.

62 XXVI † causa est, si vasallus mutus vel cęcus effectus est. vbi sic distingue: aut feudum est nouum, & tunc feudum amittitur, & ad proximiorem vel ad dominum redit siue sit cæcus siue mutus à natura vel ex accidenti. Aut feudū est antiquum & paternum, & tūc subdistinguitur, secundū aliquos, aut habet vnde alimenta percipiat aliter quā ex feudo: & tūc illud perdit: aut non habet alunde sufficiens ad eius alimenta, & tunc retinebit illud. vt hæc habentur in c. 1. in ti. an mutus vel aliter imperfectus. & in c. 1. in titu. episcopum vel abba. §. mutus. licèt aliqui habeant hunc §. mutus. in ti. quib. mo. feu. amit. in c. mutus. vbi vide.

63 XXVII † causa est, si vasallus efficiatur clericus vel monachus, aut aliter religiosus. vt in cap. 1. in tit. de mili. vasal. qui ar. bel. depo. & in titu. si de feu. defunct. contro. c. qui clericus. & in d.c. 1. in fin. in ti. an mutus vel aliter imperfectus. 64 Et † intellige hoc verùm in clerico sacerdote, vel in sacris ordinibus constituto. nō autē in simplici tonsura. secundū Bal. & Io. Fabri. in d.c. qui clericus. Et in tantū priuatur, q̄ si postea desierit esse clericus vel religiosus, non recuperaret feudum. vt in cap. 1. §. ex hoc in ti. de benef. fœmi.

65 XXVIII † causa est multum generalis sub se multas causas comprehendens, videlicet vbicunque vasallus committit tale quid cōtra dominum, quòd comm ssum contra patrem esset sufficiens ad ex hæredādum. Itemque si committit tale delictum propter quod soleret donatio reuocari, vel vxori repudium mitti. vt hæc habentur in c. 1. §. prædictis modis. in ti. quæ sunt prima causa beneficij amit. Quę tamē omnia discretioni iudicis committuntur, cōsiderātis omnibus circunstantiis, quæ sit causa maior vel minor his quæ in materia feudorum sunt expressæ. vt ibi. Patet ergo ex præmissis quāta sit seruit⁹ vasallū esse, maximè magnorum principum, quibus licet de facili quæstiones mouere & in eis obtinere.

66 XXIX † causa est, quando vasallus enormiter tractat feudum. vt in c. 1. §. quicūque. de pace tenē. & eius viola. 67 Quod † multū nota contra istos feudatarios Imperij. & Regū, q̄ subditos pessimè tractāt. Sic est in emphyteuta, si rem emphyteuticam deteriorat enormiter, priuatur suo iure. vt in auth. de alie. emphy. §. si verò quis. cū similib⁹ notatis super forma libelli emphyteuti ei cōtractus. Restat nūc nōnulla circa præmissorū intelligentiā annotare

68 Vnde † quæritur, vasallo committente aliquam ex prædictis causis.) quas omnes difficile erit effugere posse.) an priuatus erit ipse vasallus feudo, ipso iure, an priuandus sit per sententiam? Et breuiter dic quòd priuandus est per sententiam. sicque fiet processus debito modo contra eum, & probandum erit de delicto vel culpa cõmissa. vt habetur in c.1. ti. de feu. sine culpa non amit. & in c. sanctimus. in prin. in quo temp. mi. inuestit. pet. deb. & in c.1. in prin. ti. de natu. feu. A qua sententia potest appellari ad Imperatorem, & ad alium iudicãtem superiorem, coram quo debet appellans se præsentare infra sex hebdomadas, & postea habet annum ad prosequendum. vt habetur in d. cap. sanctimus. & ibi notatis.

69 Quid † autem dices si delicto commisso per vasallum, propter quod priuandus est feudo, ipse dominus tacuit dum vixit, nec contra eum processit, an hæres domini poterit contra ipsum vasallum causam excitare? Et dic quòd non. vt supra dixi, & notatur per Glo. in c.1. §. insuper. in ti. de prohi. feu. alie. per Frede. Arg. ad hoc in l. omnimodo. C. de inoffic. testa. & ibi notatis per Glo. & de iure do. l. fi. & ibi per Cy.

70 Item † quæritur, priuato vasallo feudo suo cui applicetur, an suo domino vel proximioribus agnatis? Aduerte q; hæc quæstio est valde notabilis. & breuiter sic cõcludendo in ea, distingue. Aut vasallus peccat delinquendo, aut in extraneũ alienando, aut debito tempore inuestituram non petẽdo. Primo casu, aut peccauit in dominum, & tunc redit ad ipsum solum præmium suę iniuriæ, filiis & agnatis vasalli penitus exclusis. vt in d. c.1. §. denique sępe. in ti. quæ fuit prima causa bene. amit. & in c.1. in ti. an ille qui interfec. fra. do. sui. siue feudum fuerit paternum & antiquũ, siue nouum, vt ibi notatur per Glossam & Iac. de bel. ad quod facit etiam quod notatur in cap. si vasallus. in tit. si de feu. fuc. contro. quod sic debet intelligi. vt c.1. si vasallus feu. priue. cum similibus. Aut peccauit in extraneum, & tunc defertur eius agnatis, filiis ipsius vasalli primi gradus exclusis. vt in d. §. denique. 2. respon. & in d. c. si vasallus, cum similibus allegatis supra. Verùm quòd dixi, quando delinquit in dominum, quòd feudũ redit ad ipsum liberè, debet intelligi in vasallo laico. In clerico autem vasallo (puta Episcopo, vel Abbate.) dic quòd quãuis redeat ad dominũ, tamẽ non retinebit illud, nisi durante vita ipsius clerici delinquentis, quo defuncto redibit ipsum feudũ ad ecclesiam: quia delictum prælati non debet in damnum ecclesiæ redundare. vt habetur in c.1. in fi. de capit. Corra. Secundo casu principali, cùm vasallus peccauit alienando in extraneum, tunc olim distinguebatur an totum vel partem alienasset, & an titulo venditionis vel ad libellũ. vt plenè dicitur & disputatur per Glo. in c.1. §.1. in ti. de succes. feu. & in c.1. §. item si fuerit. in tit. quib. mo. feu. amit. & in c.1. §. & si clientulus. in ti. de alie. feu. Sed iure Lotharij (quo omnis alienatio fuit indistinctè prohibita) feudum paternum defertur cęteris agnatis vasalli, eius filiis ac domino exclusis, qui agnati, filiis prędictis exclusis, sic tim possunt ipsum feudũ alienatũ reuocare & vendicare ab emptore. iuxta ea quæ notãtur in c.1. §. porro. in ti.

ad tit. qualiter olim feu. po. alie. & in tit. per quos fi. inueſti. c. 1. §. ſed & rem. & melius in c. Titius. ſi de feud. controuer. Vbi autem agnati non ſupereſſent, tunc redit (vt prædixi) ad dominum. vt in c. fi. quæ fuit prima cauſa bene. amitt. Quæ diſtinctio locum habet (ſecundùm iura prædicta Lotharij) lata ante conſtitutionē Frederici Imperatoris: ſed hodie (ſecundùm aliquos, quorum opinionem ſequitur Petrus, & Bal. per textum, ex parte. ext. de feu.) per conſtitutionem Frederici indiſtinctè ac liberè redit ad dominum, omnibus filiis & agnatis excluſis. vt in c. imperialem. §. caſidis. in fin. de prohi. feu. alie. per Freder. Et ita etiam ſecūdùm hæc iura nouiſſima poteſt intelligi. d. c. 1. quæ fuit cauſa bene. amit. & in c. 1. ſi de inueſt. inter dominum & vaſal. Et in hoc aſſimilatur rei emphyteutæ alienati domino irrequiſito, quę redit ad dominum. vt l. fin. C. de iure emphyt. Vel fortè melius die quòd agnati hodie domino præferuntur. ſecundùm notata per glo. & Iac. de Bell. in tit. de ſuc. feu. ne culpa vnius aliis ſit damnoſa. Et in hoc differt à re emphyteutica alienata, quæ omnibus excluſis reuertitur ad dominū. vt l. ſi. C. de iure emphyt. Tertio caſu poteſt diſtingui, vt proximo caſu. vel dic quòd redit ad ſolum dominum, per textum in d. c. 1. §. præterea ſi quis circa. de prohi. alie. feu. per Fred.

71 Sed † pone quòd occaſione prædictorum, ſuper ipſo feudo oritur inter ipſum vaſallum & dominum contentio, quis erit auditor & iudex competens ipſius quæſtionis? Diſtingue ſecundùm eundem Iac. vt per eum notatur in cap. 1. in tit. de inueſti. in maſc. fac. & ibi per Bal. Aut eſt contētio inuicem inter plures maiores vaſallos (qui propriè capitanei appellātur, vt ſunt duces, marchiones, & comites) & tunc inter eos eſt iudex & auditor Imperator. vt in cap. 1. in tit. aquod quem vel quos contro. feu. fi. de. & in tit. de lege Corradi. c. 1. in prin. Aut eſt controuerſia inter alios inferiores vaſallos. & tunc aut conſtat ambos contendentes eſſe vaſallos eiuſdem domini (quia dominus & ipſi ſic eſſe fatentur) ſed quæſtio ſolùm eſt de aliqua parte feudi. vel circumſtātiis eius. & tunc dominus eorum eſt iudex cōpetens. vt in c. 1. §. præterea. in tit. de prohi. feu. alie. p Frederic. Aut conſtat vnū ſolum ex his eſſe vaſallū de aliquo alio feudo, ſuper quo nō eſt quæſtio. & ſolùm eſt quæſtio de alio feudo, & tunc pares Curtis ſunt iudices competentes. vt in c. 1. 2. reſponſo. apud quem vel quos contro. feu diffi. & in tit. de lege Cor. c. 1. Aut eſt dubium quis eorum ſit vaſallus. & tunc aut ambo prætendūt vnum & eundem inueſtitorem & dominum, aut prætendūt diuerſos inueſtitores ſeu dominos. Primo caſu ſubdiſtinguitur, aut vterque litigātium allegat hoc feudum eſſe ſuum proprium & nouum: & tunc erit iudex competens ordinarius vel arbiter. vt d. c. 1. §. 1. de lege Cor. Aut vterque dicit eſſe antiquum, & tunc dominus feudi iudex competens erit. vt in cap. 1. in tit. de inueſti. in maſc. facta. Aut vnus dicit feudum eſſe antiquum, alius verò dicit eſſe nouum & proprium. & tunc de iure antiquo, non dominus, ſed iudex ordinarius vel arbiter erit iudex competens. vt in dicto cap. 1. in prin. de inueſtit. in

ma. fac. hodie autem de iure nouo cognoscent de causa pares Curtis. vt in ti. an ap. iud. vel curiam: c. 1. Secundo casu principali cùm præcedunt diuersos inuestitores, tunc iudex ordinarius vel arbiter de eorũ causa cognoscet. vt d. c. 1. in prin. de lege Corra. Vbi autem esset controuersia inter vasallum & alium quem non constat esse vasallum, tunc iudex ordinarius de causa cognoscet. vt in c. 1. in ti. de contro. inter vasallum & dominum. Si verò controuersia esset inter vasallum & dominum, tunc pares Curtis cognoscunt. vt in c. 1. ti. de contro. feu. ap. par. ter. & c. 1. §. fi. de prohi. feu. alie. per Frede. De quibus omnibus & aliis pluribus vide quę notantur per Inno. in cęterùm. ext. de iudic. & in c. extrauagantes. de so. compe. Prædicta autem præcedunt quando est controuersia super petitorio. Quid ergo si fuerit controuersia super solo possessorio feudi, an dominus est liber iudex? Dicit Baldus quòd non in d. c. 1. de inuestit. in masc. fac. allegat glo. Bar. in d. c. cęterùm. Et subdit quòd si dominus spoliauerit vasallum, quòd causa ista erit tractanda coram iudice ordinario. Sed ad quem appellandum sit sententia lata super feudo, notatur per Inno. in d. c. cęterùm.

72 Quærendum † supereſt, an in huiusmodi feudalibus causis sit libellus offerendus? Et dicendum est quòd sic. per regulam generalẽ in Auth. Offeratur. C. de lit. contest. Sed non iuratur per dominum de calumnia quando est quæstio inter dominũ & vasallum. vt in c. sacramentum. §. quibus, ti. de consuetu. rec. feu.

73 Sed † pone quòd super re data in feudum est contentio inter vasallum & extraneũ, & feratur sententia contra vasallum, vel fuit per vasallum facta transactio, an hæc transactio vel sententia noceat domino? Dic quòd sic, quo ad vtile dominium tantùm ipsius vasalli: quo autem ad directum nequaquam. vt habetur in c. 1. §. relatum. in ti. de inuest. de re alie. facta. & in c. si vasallus de suo. tit. si de feu. fuer. contro. & in c. 1. in ti. de contro. inter vas. & alium, cum multis similibus.

74 Quid † ergo si res feudalis fuerit euicta per sententiam ab ipso vasallo, an poterit regressum habere contra dominum de euictione? Distingue, aut vasallus tempore quo fuit de feudo inuestitus sciebat rem ipsam esse alienam: & tunc fuit in culpa accipiendo. vnde non poterit de euictione agere, nisi speciale pactum super hoc intercesserit. Aut ignorauit rem esse alienam. & tunc aut vasallus denunciauit domino litem sibi motam, & tunc agere poterit de euictione: aut non denũciauit, & tunc agere non poterit. vt hæc omnia habentur in c. 1. in prin. in ti. de inuestit. de re alie. fac. & in c. 1. in ti. ti de feu. vasal. interpel. fuer. cui distinctioni consonat etiam ius commune Romanorũ. vt notatur in l. si fundum sciens. C. de euic. cum similibus. Et vide quod notat Iac. de bel. in c. 1. in ti. per quos fi. inuestit. vers. oppono tertio. Sed pone quòd vasallus clandestinè, aut per violentiam, amisit castrum quod habebat in feudum, an poterit agere de euictione cõtra dominũ? Dic quòd non. vt in l. fi. C. de actio. emp. & l. si per imprudẽtiã. in prin. D. de euict.

75 Quid † autem si postea dominus recuperauerit ipsũ castrũ à spolia-

spoliatore, an tenebitur illud vasallo restituere? Quidam distinguunt, aut vasallus fuit in culpa perdendi castrum, quia non adhibuit debitam custodiam, & tunc sibi imputet, nec hoc casu tenebitur dominus ad restitutionem. aut non fuit in culpa, & tunc tenetur dominus restituere. Sed dicendum videtur indistinctè dominum ad restitutionem teneri. arg. l. a. D. de condic. sine cau. & l. si is qui. in prin. & l. in commodato. §. fi. D. commo. cum similibus. Alii distinguunt, aut pervenit res ad dominum ex causa lucrativa, & tunc tenetur restituere: aut ex causa onerosa, & tunc non.

76 Rursum † quæritur. dictum est superius longam esse differentiã inter feudum antiquum & novum. sed pone (vt sæpius fieri videt) quòd aliquis de novo investitur in feudũ de castro, hoc expresso tanquam de feudo paterno avito vel proavito, sic quòd tanquam paternum & antiquum esse censeatur, nunquid per talia verba assumet naturam feudi antiqui & paterni? Videtur quòd sic, quia lex tradita in cõtractu servanda est. vt in l. traditionibus. C. de pac. & l. legem. eo. ti. & l. 1. §. si convenerit. D. depos. cum similibus. In contrarium facit, quia per talia verba protestativa non tollitur veritas ipsa. vt l. nemo potest D. de leg. 1. cũ similibus. Bal. verò videtur sentire quòd assumat naturam feudi paterni, & ob hoc in eo succedant agnati. vt per eum notatur in ver. si denunciaverit. in glo. in ti. an agna. vel si. possit retin. feu. repu. hęrę. c. 1. & alle ibi in arg. l. si. C. de bo. quæ liber. & idem firmat in c. 1. de alie. feu. pa. ppè princi. ibi, extra nota quòd si rex concedat &c. arg. in lege quicunque C. de omni agro deser.

GLOSSA IX.

QVæ cùm prædicta. Hæc est cõclusio libelli, ad quam semper aduertendum est.

SVMMA.

1 *Augmentum accedens rei feudali ad quem pertineat, ad dominum an ad vasallum.*

GLOSSA X.

CVm omnibus suis viribus. Quæ autem sunt illa iura, dictum est supra. Sed quid in fructibus rei feudalis? Vide etiam quod supra dixi, & traditur in c. domino guerram. §. his consequenter. in titu. hîc finit lex incipit consue. Sed quid erit de melioramentis factis in ipsa re feudali? Vide quod supra dixi, & habẽtur in d. c. domino guerram. §. si vasallus. 1 Sed † quid dices de aliis augmentis factis ipsi rei, per alluuionem vel aliter an cedant lucro domini vel vasalli? Distingue, secundùm Ia. de bel. vt per eum notatur in c. 1. §. si quis de manso. ti. de controuer. investi. Aut incrementũ accedit ipsi rei feudali facto vasalli, aut casu fortuito. Primo casu subdistingue. aut tale incrementum est separabile à re feudali, vel non. primo modo tunc pertinet ad vasallũ, nec sequitur feudũ. si autẽ sit inseparabile, tunc accedit feudo. vt in c. 1. §. ex contrario. in titu. de investi. de re ali. facta. & ibi notatis. Secundo casu principali, videlicet cùm casu fortuito accrescit, veluti per alluuionem, tunc subdistingue. aut dominus investiuit vasallum cum omni incremẽto, & hoc est certum,

& tunc pertinet ad ipsum vasallum iure feudi. vt in d. §. si quis de manso. in fi. ver. rursum. Aut inuestiuit sine incremento, & hoc est certum, & tunc aut est incrementum latens aut apparens. Primo casu pertinet ad vasallum. Secundo casu pertinet ad dominum. arg. l. si fundi. §. 1. & l. vsufructu. D. de vsuf. & §. de condic. sine can. l. 1. §. fi. Aut est dubium, & tunc subintelligitur, aut dominus aliquid sibi reseruauit in feudo, aut nihil. Primo casu, aut incrementum est latens: aut est apparens, & pertinet ad dominum. vt traditur in d. §. si quis de manso. Secundo casu, cùm nihil reseruauit, & tunc aut vasallus possidet ipsum tale incrementum, & statur eius sacramento, an fuerit de eo inuestitus vel non. vt d. §. si quis de manso. in fi. aut non possidet, & tunc habet necesse probare per pares Curtis, se fuisse de hoc incremento inuestitum, quo non probato, pertinebit ad dominum. vt in d. §. si quis de manso. ver. sed si dominus, cum similibus ibi notatis.

FORMA LIBELLI
quo agitur ad reddendum rationem tutelæ.

TITVLVS XXXV.

ORAM vobis domino Ber. Vicario, Agit & in iure proponit Iacobus de Ferrariis de Papia, contra & aduersus egregium doctorem dominum Iacobum Mangiarium, & quamlibet personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens & proponens idem Iacobus, quòd quondam Rogerius eius pater, in suo vltimo testamento, fecit, constituit, & ordinauit eidem Iacobo, tunc pupillo suos tutores & curatores necnon & executores dicti sui testamenti, præfatum dominum Iacobum ac dominam Beatriciam ipsius Iacobi matrem, anologistas, & sine inuentarii cõfectione ac ratione reddenda.

II. Qui quidem dominus Iacobus Mangiarius & dicta domina Beatricia ipsam tutelam solẽniter acceptarunt, & fecerunt cum debita solẽnitate inuentarium, de bonis omnibus & rebus dicti Iacobi actoris.

III. Et subsequenter gesserunt & administrauerunt dicta bona, & res vniuersas dicti Iacobi actoris, tam infra tempus suæ pupillaris ætatis, quàm post, vsque quò peruenit ad ætatem XVIII. annorum, fructus, redditus, & prouentus ipsorum bonorum recipiendo & habendo, & de eis faciendo & disponendo

ponẽdo prout eis visum fuit.

III. Insuper dicit & proponit quòd dictus dominus Iacobus, simul cum dicta domina Beatricia executorio nomine prædicto, multa bona & varias pecuniarum quantitates distribuerunt, iuxta formam dicti testamẽti. De quibus quidem taliter gestis & administratis per eos curatorio ac dicto executorio nomine, nẽcnon & de rebus, proprietatibus & bonis in ipso inuentario descriptis, & aliis de quibus supra, præfatus dominus Iacobus Mangiarius nullam fecit nec reddidit debiti rationẽ Iacobo de Ferrariis suprascripto, nec reliqua restituit, prout de iure tenetur, quinimo prædictam rationem & alia suprascripta facere & adimplere recusauit, pœnaliterque recusat indebitè & iniustè.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit præfatus Iacobus à vobis Bernardino Vicario antedicto, quatenus per vestram diffinitiuam sententiam, & omni alio modo, iure, via & forma quibus meliùs fieri potest, condemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis, supradictum dominum Iacobum Mangiarum, ad faciendum & reddendum dicto Iacobo plenam & debitam rationem prædictę tutelæ curæ & executoriæ, necnon ad soluendum, tradendum, & restituendum ipsi Iacobo de ferrariis, omnia & singula bona, in dicto inuentario apposita & descripta, simul cum fructibus & prouentibus per ipsum dominũ Iacobum habitis & perceptis ex bonis & proprietatibus antedictis, & cum reliquorum omnium integra satisfactione, ac damnis, interesse, & expensis. Deducendo in præsenti iudicio omne suum ius. Saluo iure &c. Non astringens se &c.

SVMMARII

1 *Triplex est tutela, testamentaria, legitima, dativa.*
2 *Ordine defertur tutela primùm ad testamẽtarios, deinde ad legitimos, postremò ad dativos tutores.*
3 *Habenti tutorem tutor alius adiũgi non potest: nisi certis casibus.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Valde periculosum est huius tutelæ ac curæ & executoriæ officium, prout inferius declarabitur. Idcóque, quia quilibet sapiens fugeret, nec tali officio se immiscere veller, iura voluerunt quòd certæ personę cogantur assu-

mere hoc officium tutelæ, nisi aliquam iustam & approbatã habeant excusationem. vt in tit. C. & D. & Insti. de excu. tuto.

1 Est † itaque sciendum ad plenioremhuius doctrinam, quòd tutorum tria sunt genera. Quidã sunt tutores testamentarij, ex eo sic nũcupati, quia in testamento dati. de quibus loquitur totus tit. C. & D. de testam. tutel. Quidam verò sunt legitimi, hoc est ab ipsa lege ad tutelam vocati. de quibus loquitur totus titul. D. & C. de legi. tu. Quidam autem sunt datiui, hoc est à iudice ordinario constituti. de quibus dicitur per totum titu. D. & C. qui da. tu. pos.

2 Secundò † præsciendum est, quòd inter has tutelas, videlicet testamentariam, legitimam, & datiuam, est dare ordinem: nam ex ordine est, vt primò præferatur testamentaria omnibus alijs, tanquam dignior: secundò, quòd deueniatur ad legitimam: tertiò, ad datiuam. Nam defertur tutelã eo ordine quo hæreditas defertur. vt Insti. de legit. patro. tu. post prin. & D. de leg. tut. l. 1. in prine. & ad hoc facit l. si quis sub conditione. D. de testa. tu. & ibi per gloss. Dyn. & Bart. Notatur etiam per glos. & Cyn. in rubrica. & l. 1. C. de testam. tu.

3 Tertiò † est sciendum, quòd habenti tutorem testamentarium vel legitimum, non datur tutor per iudicem. vt l. licet. C. in quib. caus. tu. ha. tu. da. non pos. Nisi in certis casibus, verbi gratia, si patrimoniũ ita esset amplum, quòd vnus solus nõ sufficeret ad administrationem: nam tunc alius adiungi posset per iudicem. vel si testamentarius tutor absens esset, & similia, vt habetur in l. propter, cum ibi notatis. C. eodem tit. Sed curator curatori regulariter potest adiungi. vt D. de tut. & cura. da. ab his. l. ventri. §. fi. Et quæ sit ratio diuersitatis notatur per gl. in d. l. licet.

Svmmar.

1 *Tutor datus in minus solenni testamento, vel in codicillis, aut epistola, eget cõfirmatione. at non datus in testamento imperfecto inter liberos facto.*

2 *Mater liberis tutorẽ dare non potest, nisi eos instituat, datum tamen iudex confirmare potest.*

3 *Mater pupilli præfertur in tutela & cura liberorũ suorũ omnibus agnatis: sed extraneorum tutrix aut curatrix esse non potest.*

4 *Matris tutela finitur, si transeat ad secundas nuptias: quo casu debet liberis suis petere alium tutorem: alioquin eorum successiones priuantur, si decedant in pupillari ætate.*

5 *Mater excusatur à petitione tutoris liberis suis, si alium habeant testamentarium vel legitimum.*

6 *Pœnæ inductæ iure emuli in minus festinantes secundo nubere, sublatæ sunt iure canonico: non inductæ simpliciter in secundo nubentes.*

7 *Mater quæ secundo nupsit, cum filio pupillo succedit, solum vsumfructum honorũ paterno. ũ consequitur: at in aduentitiis plenum.*

8 *Mater in tutela liberorum suorum præfertur auo paterno, licet Papiensis noster contrariam sententiam probare videatur.*

9 *Curator in testamento datus confirmari debet à iudice.*

10 *Tutor vel curator, antequam administrationem & immissionem, debet*

quinque fuerit.

11 *Tutor non confitiens inuentarium remouetur tanquam fuspectus, & in eum in litem iuratur: nisi testator remiserit confectionem inuentarii.*

12 *Tutor ante inuētarii confectionem potest facere ea quæ non patiuntur dilationem.*

13 *Tutor pupilli nomine debet hereditatem adire, confitiendo inuentarium, nisi pupillus sit hæres suus patris defuncti.*

14 *Tutor confitere potest inuentarium per tabellionem. at heres minime.*

15 *Describenda sunt in inuentario omnes res mobiles & immobiles, & iura, ita vt singula reddantur certa.*

16 *Ea quæ non sunt in bonis pupilli, vt nomina passiua, & quæ non appa rent, vt nomina actiua de quibus nullum extat instrumentum, tutor non astringitur in inuentario describere.*

17 *Tutor nō potest pupillo referre quæstionem domini de rebus in inuētario descriptis: sed nec tenetur, si aliqua res reperiatur aliena.*

18 *Remissa per testatorem confectione inuentarii, non intelligitur remissa reddatio rationum tutelæ.*

19 *Remissio confectionis inuētarii fieri pōt per confuetudinē, ius municipale, & per iudicē causa cognita.*

20 *Remissio inuētarii fieri potest tutori testamentario legitimo & dativo.*

21 *Tutor administrare potest, etiamsi inuentarium non omnino perfecerit, si protestatus fuerit &c.*

22 *Tutor agens edere debet aduersario inuentarii, in illa parte quæ sufficit ad legitimationē personæ suæ.*

23 *Omnis tutor decreto iudicis administrationem ingredi debet nisi a testatore aliter dispositum sit.*

24 *Decretum iudicis operatur effectum etiam in bonis positis extra iurisdictionem eius, modò tutor & populus sint de eius iurisdictione.*

25 *Tutela pluribus delata iudex potest administrationem vni soli tribuere, ex causa.*

26 *Tutores fatisdare debent, exceptis testamentario & dato ex inquisitione.*

GLOSSA II.

IN suo vltimo testamēto. Ex hoc colligē quòd iste dominus Iaco. Magianus fuit tutor testamētarius. & hoc ē testamē. ū fuit solēne. 1, Vbi† autē esset minus solēne, vel dat° esset in epistola vel codicillis, tunc non valeret ipso iure datio tutoris, sed reconualesceret ex confirmatione iudicis. vt notatur per Cynum in l. 2. C. de confirma. tutor. Nisi datus esset (secundùm aliquos) in minus solenni testamento, liberis vel filiis testatoris. per l. hanc consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. licēt alii contra, quorum opinionem sequitur Cyn. in d. l. 2. de testamen. tuto. Sed verior est opinio præcedens, quia si licet patri inter filios, etiam minus solenniter disponere de vniuersa hæreditate quod maius est, quanto fortius de tutore quod minus est?

2 Mater† autem filiis suis dare tutorem non potest, nisi eos hæredes instituat. quanquam datus possit per iudicem (sed non cogitur) confirmari. vt habetur in lege mater. C. de testament. tute. & lege 1. C. de confirma. tut. cum similibus.

Cessante ergo testamentario tu-

oo ini-

tore fit locus legitimis. eſt dare ordinem: nam primo loco defertur tutela illi cui defertur hæreditas ipſius pupilli. vt in Auth. ſicut hæreditas. C. legit. hære. 3 Ideóque† mater pupilli, ſi velit, admittitur ad tutelam, & cæteris antefertur in tutela. vt notat Glo. in Auth. matri & auiæ. C. quando mul. tuto. offi. fun. po. Et eodem modo præfertur in cura. vt notat Gloſſ. in d. Auth. matri. & habetur in Auth. vt ſine prohib. matr. debi. §. 1. collat. vii. & in Auth. de hær. ab inteſt. §. ex his. & ibi per Iac. de bel. debet tamen ſe & ſua obligare, & renunciare, prout ibi diſponitur. 4 Et† hæc locum habent ipſa ſtante in viduitate. ea autem tranſeunte ad ſecunda vota, expirat eius tutela & cura, vt in Auth. ſacramentum. & l. 2. in fin. C. eo. tit. Extranei autem tutrix regulariter mulier eſſe prohibetur. vt l. iure noſtro. D. de teſta. tut. & l. 1. C. quando mul. tu. offic. fun. Et quod dixi eius tutelam finiri per tranſitū ad ſecunda vota, locum habet etiam ſi fuiſſet tutrix in teſtamento conſtituta, ſecundùm communem & vulgarem opinionem. licèt Dy. cōtra teneat. vt refert Cyn. plenè in l. omnem. C. ad Tertul. Quo caſu tenetur ipſa mater ſic tranſiens ad ſecunda vota, petere & decerni facere per iudicem alios tutores ipſi filio ſuo. aliàs ſi decederet in pupillari ætate, priuaretur eius ſucceſſione. Quod eſt notandum: nam infinitæ mulieres ignaræ remanent in hoc deceptæ. Vnde per ſtatutum ſanctum eſſet eis ſuccurrere. vt tangitur & habetur in d. l. omnem. & in l. ſciant. de legi. hæred. 5 Fallit† tamen hoc, ſi pupillus haberet alium tutorem teſtamentarium, quia tunc excuſata eſſet. vt in lege credendum. in prin. D. qui pe. tu. Idem (ſecundùm aliquos) ſi pupillus haberet alium legitimum & habilem. vt probatur in l. cum iure. C. qui pe. tu. Quam opinionem firmat Glo. in l. quoniam matres. C. ad Tertul. vbi etiam ſunt alii caſus annotati, in quibus mater excuſatur. Sed in contrarium multum facit textus. in d. l. 2. verſ. ſunt autem. vbi punitur, ſi non petierit eos, qui ex legibus ſunt defenſores &c. D. qui pe. tu. facit l. cùm à matribus. C. eo. tit. Primam opinionem tenuit Bar. in dict. l. 2. & in l. 1. §. ſi matri. verſ. quòd ſi pater. D. ad Tertul. licèt (ſecundùm eum) debeat vel ſtatim renunciare vel adminiſtrare, vt legitimus in tutela poſſit ſubſtitui. Ex quibus habes notare vnum caſum quo mulier filii ſucceſſione priuatur. alios dixi in tit. de hæred. ad inteſt. dela. quos ponit Cyn. in l. 1. C. de ſecund. nup. & ibidem per Glo. & in Authentica ibi poſita.

6 Sed† hîc inſurgit dubium, an huiuſmodi pœnæ quæ inſliguntur propter tranſitum ad ſecunda vota per ius ciuile, ſint per ius canonicum correctæ, iuxta dictum Pauli, quo ſcribitur, Mortuo viro mulier nubat in domino? Et breuiter diſtinguendum eſt, ſecundùm Inn. & Hoſt. vt per eos notatur in c. pœn. & ſi. de nupt. Quædam ſunt pœnæ quæ inſliguntur propter nimiam feſtinantiam nuptiarum ſecundarum, vt quia mulier nubit infra tēpus luctus, quod eſt annus. & iſtæ pœnæ hodie ſunt correctæ & remiſſæ. Quædam ſunt pœnæ quæ inſliguntur eo ſolo reſpectu, quia nubunt. & iſtæ firmæ durant omni iure. Vnde iſta pœna priuationis hæredi-

hæreditatem, quia nubit non perito tutore, adhuc durat omni iure. Dicere quis, quare magis hoc casu quàm alio, cum vtrobique videatur libera potestas nubendi infringi? Dici potest quòd primo casu agebatur de præiudicio mulieris: secundo de præiudicio tertiæ personæ.

7 Sed † aduerte ad vnum singulare, quòd quando mulier est in casu quo ei saluum est ius succedendi ab intestato filio in pupillari ætate defuncto, quòd non succedit ipsa mater, quæ transiuit ad secunda vota, in pleno dominio bonorum paternorum, sed in solo vsufructu. Ie aduenticius autem ipsius pupilli accedit pleno iure. & hanc pœnam patitur, quia ad secunda vota transiuit, vt est textus notandus in Auth. de nup. §. hinc nobis. & notatur per Glo. & Cy. in l. mater. & ibi textus. C. ad Tertul. & in Auth. ex testamẽto. C. de secund. nup.

8 Quid † si mater est vidua, & vult acceptare tutelam filii sui, supereſt autem auus paternus ipsius filii, quæritur an mater ipsi auo in tutela præferatur? Glo. in Auth. de hæred. ab intest. §. 1. & in d. Authen. matri & auiæ, videtur sẽtire sic. quã opinionẽ sequuntur quasi cõmuniter doct. Sed hæc de bel. determinat contra. in Auth. de hæred. ab intesta. §. fi. Et idem dicit vbi supereſt auus & auia: nam semper in tutela masculi ascendentes legitimi præferri debent fœminis. & quãtum ad hoc iura antiqua remanent incorrecta, quia in solis collateribus corriguntur ob matrem & auiam tantùm. vt colligitur in d. §. fi. non autem in ascendentibus. Nec obstat quòd tutela defertur eo ordine quo defertur hæreditas vel successio: quia respondetur quòd ille ordo attenditur quo ad matrem & auiam inter se. & etiam quo ad collaterales cognatos, non quo ad legitimos ascendentes, secundùm eum. Et hæc opinio videtur magis iuri, & menti conditorum legum, ac æquitati conuenire, quàm præcedens.

9 Deinde † quæritur, an sicut datur tutor in testamento, ita dari possit curator? Dic quòd non: sed datus de facto, per decretum iudicis confirmatur. vt Inſtit. de curat. §. 1. & l. curatorem. in princip. C. de nego. gest. & l. pen. in fine, C. de testam. tutor.

9 Vlterius † quæritur, vtrũ tutor testamentarius, aut legitimus, vel datiuus, possit statim administrare, alio non requisito? Dic breuiter quòd tutor & curator, antequam administrationi se interponant vel immisceant, tenentur facere quinque. Primò, debet facere scribere inuentarium bonorum pupilli vel adulti. Secundò, debet administrationem assumere, de licentia iudicis & decreto. & hæc duo probantur in l. tutores. C. de admi. tutor. & l. tutor qui repertorium, in prin. D. de admi. tut. cum ibi notatis & l. fi. C. arbit. tute. & l. fin. C. de cura. fur. & C. de episc. audit. l. de creationibus. & ibi per Iaco. But. Tertiò, debet iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere. vt in Auth. vt hi qui oblig. perhibe. se hab. rem mi. colla. vi. §. fin. Quartò, debet satisdare rem pupilli vel minoris saluam fore. vt l. sed si ad præsens. in fi. D. rem pupilli sal. fo. & l. legitimos. & ibi notatis, in princ. D. de legit. tu. Quintò, debet promittere & fideiubere pupillum indefensum nõ relinquere. vt l. fi. §. defensionem. C.

de admi.tut. Quos omnes casus notat Gloss. in d.l.tutores. & d.l.tutor qui repertorium.

Nunc aliqua videamus circa singula supradicta. 11 Et † primò circa inuentarium quæritur. quæ sit pœna nõ facientis inuentariũ? Respõdeo quòd est duplex. Prima quia repellitur ab agẽdo, & tanquam inspectus removetur ab officio. vt l. fi. C. arbit. tut. & l. 3. §. tutor qui repertorium. D. de admi. tu. Secunda, quia contra eum iuratur in litem. vt d.l. tutor qui repertorium. D. de admi. tut. & l. pen. & fi. C. de in litem iurã. Nisi sibi esset confectio inuentarii à testatore remissa. vt in l. fi. §. illo. C. arbit. tu. 12 Licèt † ante ipsius inuentarii confectionem possint agere illa, quę non recipiunt dilationem. vt in d.l. tutor.

Amplius quæritur quando debet fieri inuentarium? Et quidem textus in d.l. tutores. C. de admin. tut. dicit quòd mox. quod exponitur multipliciter. secundùm quosdam: tamen, secũdùm communem opinionem, debet intelligi quàm citiùs commodè fieri potest. argum. l. hæc conditio. D. de condit. & dem. & notatur per Cy. in d.l. tutores. & Bar. in d.l. tutor qui repertorium.

13 Sed † an facere teneatur ipse tutor inuentarium ante aditam hæreditatem? Dicit Glo. in d. l. tutores, quòd non. quam opinionem reprobant quidam, quia hæreditas adiri nõ potest nisi tutoris authoritate. Inst. de autho. tut. §. sed neque. l. fi infanti. C. de iure delib. quã interponere non poterit, nisi priùs facto inuẽtario. vt d.l. fi. arb. tu. Quare dicũt isti priùs fieri debere inuentariũ, in quo pro principio solũ ponetur, & reperitur talem pupillũ ius habere adeundi hæreditatẽ talis patris vel aui ipsius pupilli, quo facto adibit hæreditatẽ pupillus cũ tutoris authoritate. & deinde in ipso inuẽtario postea ponet singulariter omnia bona hæreditatis prædictæ. & de his plenè traditur per gl. & tãgitur per Cy. in d.l. tutores. Et hæc in pupillo locũ habent, qui nõ est in patris potestate. aliàs autem si esset in patris potestate, tunc (secundũ quosdam) existentia sui hęredis adeò cõfirmat dationẽ tutoris. sicut cõfirmat tabulas pupillares. sicq; nõ est aditio necessaria, sed sufficit quòd tutor faciat inuentarium. de quo plenè vide per Cy. in l. 2. C. de testam. tu.

14 Sed † vltra quæritur coram quo debet fieri hoc inuẽtariũ? Breuiter dic secundùm gl. quòd coram iudice. vt notatur in d.l. tutores. verumtamẽ (secũdùm opinionem omniũ Doc.) dic quòd sufficit fieri p̃ publicum tabellionẽ, extra iudiciũ. & sic cõmunis seruat cõsuetudo. vt ibi notatur per Cy. & Bart. in d.l. tutor qui repertoriũ. Secus autẽ est in inuẽtario quod fit per hæredẽ: nam illud est fiendũ coram iudice. vt l. fi. C. de iure delib. Et prædicta quæ dicta sunt in inuentario tutoris facto extra iudiciũ, procedunt quantum ad commodum vel incommodum ipsius tutoris & pupilli. quantum autẽ ad debitores ipsius pupilli in inuentario nominatos, vt possint ex inuentario cõueniri, requiritur q̃ f. ctũ sit corã iudice, & citatis ipsis debitoribus, vel præsentibus, nõ cõtradicẽtib. vt in l. chirographis. D. de adm. tu. & nor. p̃ Cy. & Bar. vbi ſ.

15 Adhuc † quæritur quæ & quales res, & qua forma ponendæ sunt in inuentario? Textus dicit in d.l. tutores, qđ ponẽdæ sunt omnes res, etiam

etiam instrumenta ad pupillū pertinentia. quod tantum importat ac si diceretur, ponenda sunt omnia iura corporalia & incorporalia, omnésque res tam mobiles quā immobiles, per signa, latera & confinia, taliter quòd res reddantur certæ ita quòd ipse tutor possit ex ipso inuentario conueniri à pupillo, tempore rationis reddendæ. vt d.l. fi. in prin. C. arb. tut. & in l. fi rem. in prin. D. de rei vend. 16 Verumtamē † non tenetur necessariò ipse tutor in suo inuentario ponere nomina creditorū, quibus pupillus est obligatus. arg. l. fi. C. de alim. pup. præst. Sed nec etiā nomina illorum exponere debet, à quibus veritate inspecta pupillus habere debet, si de eis nulla sunt instrumēta nec probationes: quia non possunt dici in bonis propriè inuenta. vt dicit ille textus. arg. Instit. de re. diu. §. item lapilli. Si autem cōtigerit ab eis exigi quod deberetur, tunc illud exactum poni debet in inuētario, tanquā res de nouo reperta. vt l. fi. §. tali. C. de cur. fur. Ex quibus omnibus patet, quòd tutor debet dicere in inuētario se inuenisse inscriptabona in bonis talis pupilli &c. nec est necesse quòd dicat & attestetur illa fore ipsius pupilli: sufficit enim (& melius faciet) si dicat se inuenisse simpliciter.

17 Attamē † quibus suis verbis vtatur, plenā fidē faciet inuentariū cōtra ipsū tutorē, adeò quòd nō posset dominii quæstionem referre ipsi pupillo. vt d.l. fi. arb. tut. Et p hoc decidit, q si tutor dixerit se inuenisse talē domū in bonis pupilli, quę reperitur aliena, quòd tutor nō teneatur. quia faciliter credere habuit prima facie esse in bonis ipsius, eo ipso quòd reperit illā apud pupillū & in hereditate patris. Nec tutoris cōfessio habet eū obligare, nisi in his rebus quę de facili possunt occultari: in alijs autē (putà immobilibus) nō operatur confessio vltra veritatē: sic intelligi debet d.l. fi. secundū doct. vt plenè refert Cy. in d.l. fi. qđ nota.

18 Sed † quid dices de illa quotidiana quæstione quādo testator remisit tutori confectionē inuentarii, quid operatur talis remissio? Credunt vulgares q per hanc remissionē tutor sit excusatus ab omni ratione reddenda, siue bene siue malè administret. Sed certè multi decipiuntur. licèt enim per hanc talē remissionē excusetur tutor à cōfectione inuentarii, nō tamē excusatur à ratione reddenda omniū eorū quę ad eius manus peruenerunt. vt probatur in l. quidā decedēs. in prin. D. de admi. tut. & plenius dicā infrà super Glo. in verbo *anologistam* &c. Habes ergo vnū casū in quo potest remitti cōfectio inuētarii, vide dispositionem testatoris. 19 Sed † & alio modo potest fieri hæc remissio, videlicet per consuetudinē, vel per legē municipalē, & per iudicē ordinariū, causa tamen legitima interueniēte, sicut posset iudex (quod est plus) remittere dationem & constitutionē tutoris. vt D. ad Tert. l. 2. §. fi mater. & arg. l. pen. C. de alim. pup. præst. & C. quando & qui. quar. pars deb. l. 2. & sic determinat Cy. in d.l. fi. & Bar. in d.l. tutor qui repertorium.

20 An † autem hæc remissio inuentarii conficiendi possit ita fieri per patrem, legitimo vel datiuo tutori, sicut fit testamentario? Cy. dicit quòd sic. in d.l. fi. & idem Glo. in dd. tutores. C. de admi. tut.

21 Sed † pone q tutor (vt fieri

ſoler) cœpit inuẽtarium facere, nec perficit, ſed proteſtatus eſt in eo, quòd ſi aliqua alia bona repererit in bonis pupilli, paratus eſt illa apponere, vel ſi quę apposuit non opponenda vult illa pro non oppoſitis haberi. quæritur ſi tutor agit, & obiiciatur quòd inuentarium non perfecit, an poterit ſe defendere ex hoc inuentario, quaſi ſit perfectum? Dicit Bartolus in d. l. tutor qui repertorium. quòd non, nec hæc proteſtatio habet ſibi prodeſſe, cùm ſit emiſſa ſuper eo quod habet de neceſſitate facere. iuxta notata in l. alimenta. C. de neg. geſt. Cuius contrarium tenet & obſeruat generalis conſuetudo. per d. l. ſi. à qua non eſt recedendum. vt l. minimè. D. de legibus.

22 Deinde † quæritur an tutor dum agit & inuentarium producit, debeat de eo copiam dare aduerſario? Dicit Bart. vbi ſuprà quòd ſic, videlicet de illa parte quæ ſufficit ad legitimationem perſonæ ipſius tutoris: non autem tenetur copiam facere de rebus ſingularibus in eo deſcriptis. arg. in l. 2. C. quando & quib. quar. pars deb. Nec proderit ipſi aduerſario ſi dicat eum ſuſpectũ, propter omiſſionem aliquarũ rerum: quia hoc caſu non proſequitur propriam iniuriam, ſed alienã, ideóque non eſt audiendus. arg. l. neganda. C. qui acc. non poſſ. & D. de pub. iud. l. is qui reus. cum ſimilibus, ſecundùm eum.

23 Venio † ad ſecundũ. quod requiritur, videlicet iudicis decretum. De quo loquitur lex 4. D. de auctor. præſtan. & d. l. ſi. C. ubi tu. ſit quæro an in omni tutore teſtamentario, ſiue legitimo, vel datiuo, ſit neceſſariũ huiuſmodi decretũ? Dicit Bar. vbi ſuprà q͡ ſic. per textũ in d. l. 4. cũ ſimilibus. Fallit ſi teſtator hoc expreſſè remiſerit, ſecundùm eũ. arg. d. l. ſi. arb. tu. Item fallit ſi teſtator expreſsè decreuerit & ordinauerit, q͡ tutor ſua propria authoritate, ſine alterius ſuffragio, poſsit ipſa bona pupilli attingere & adminiſtrare. arg. in l. cui eorum. in prin. D. de poſtul. & notatur in l. 1. de tut. & cur. il luſt. perſo. & in Auth. vt hi qui perhi. re. mino. in ſi cum ſimilib. S. cuꝛ etiã poteſt teſtator cõcedere legatario, vt ſua propria authoritate rem ſibi per eum legatã apprehendat, ſecundùm Bart. per textum in l. Titia. §. 1. & ibi notatis. D. de leg. 3. quod eſt multum notandum. Et bene facerent notarii, ſi in teſtamentis apponerent hanc clauſulam. Hoc autẽ decretum de quo ad præſens loquimur, nil aliud eſt quàm ponere ipſum tutorem in poſſeſſione adminiſtrationis ſuæ tutelæ. arg. in d. l. ſi. & quod notat Inn. in c. propoſuit. ext. de conceſſ. præb. in 1. Glo. Vnde nihil mirum ſi ipſe teſtator poteſt à ſeipſo tutorem ponere in hanc poſſeſſionem, vel (vt meliùs loquamur) facultatem & licentiam concedere, apprehendendi talem poſſeſſionem, ſicut in d. l. ſi. notatur & in l. prædia. D. de acquir. poſ.

24 Et † aduerte q͡ iſtud decretũ iudicis operatur effectũ in omnib. bonis pupilli vbique poſitis, extra iuriſdictionẽ & infrà ipſius iudicis. dummodo tam tutor quàm pupillus ſint de eius iuriſdictione. arg. l. magiſtratus. §. illud quæri poteſt. D. de rebus eorum. & notatur per Cynũ. in l. ſi prædium min. Sicut alibi dicitur in d. l. final. de teſtamento facto in vna ciuitate, q͡ operatur ſuum effectum etiam in

alia bonis ſuis in alia ciuitate. vt no tatur in forma libelli quo petitur hæreditas.

25 Sed † pone q. òd pluribus eſt delata tutela ex teſtamento, vel ex te legitimo ab inteſtato, an poterit iudex vni ſoli adminiſtrationem de cernere? Videtur quòd nõ. quia om nibus in ſolidum competit adminiſtratio. vt l. decreto. §. fi. cum ſimilibus. D. de admi. tu. Ergo non poterit iudex ipſis hãc poteſtatem auferre, & vni ſoli conferre. arg. eorum quæ notãtur per Dy. in c. indultũ. de reg. iur. l. 6. vt. In contrarium eſt veritas, dummodo hoc faciat cum legitima cauſa. vt traditur per textum. in l. teſtamento datos. cũ ſeq. D. de teſtam. tut. & in l. legitimos. §. 1. D. de legit. tute. & l. ſi plures. 4. 1. D. de admi. tu eo.

26 Venio ad quartũ articulum de ſatiſdatione, & quæro an hæc ſatiſdatio præſtanda ſit à quocunque tutore? Et dic breuiter, quòd legiti mus tutor ſatiſdare tenetur, niſi ſit patron⁹. vt habetur in d. l. legitimos. §. 1. D. de legit. tut. Teſtamẽtarius au tem tutor, vel datus à iudice per in quiſitionem, non tenetur ſatiſdare. vt notatur in l. in dubium. & l. non olim. C. de tuto. vel cura. qui ſa. non deb. & Inſtit. de ſatiſ. tut. poſt princ. Et in hoc datiuo ex inquiſitione da to multum errant moderni officiales. nam omnes officiales faciunt ſatiſdare. & eſt ratio cur non teneãtur, quia fides eorum eſt à teſtatore & à iudice approbata. Veruntamen quia ipſi officiales tranſeunt ſicco pede, nec faciunt debitam ſuper hoc in quiſitionem, ideo communiter fa ciunt ipſos ſatiſdare. Quam prã cticam approbat Glo. C. de tuto. qui ſatiſ. non deb. l. 1. per textum, Inſti. de admin. tu. §. nos autem. Qui au tem non ſatiſfecerit, repellitur ab agẽ do ex officio. vt l. 1. & 2. & fin. C. de tut. qui ſatiſda. non deb.

SVMMAE.

1 *Tutela datio facta puberi vel maiori non valet.*

2 *Curatoris datio tanquam prodigo, qui non ſit tenet.*

3 *Tam iudex originis & domicilij quam loci vbi ſita ſunt bona pupilli, tutorem dare poſſ. Et ſi omnes dederint, prius datus præfertur.*

4 *Vbi de primitate non apparet tutor datus à iudice originis præfertur.*

GLOSSA III.

EIdem Iacobo tũc pupillo. 1 Quid † erit ſi tunc erat puber, an valebit datio tutoris? Dic quòd non. vt eſt textus in l. Seiæ egreſſæ. D. de tu. & cu. da. ab his. Et idem ſi iudex decreuerit alicui maiori tutorem: nam etiam ſi non fuerit error expreſſus in decreto, nihilominus datio tutoris erit ipſo iure nulla, ſecundũ Bart. & doc. Licèt in ſententia lata per iu dicem diſtinguatur, an error fuerit in eo expreſſus vel non. vt plenè tan gitur in l. 1. Cod. quando prouo. non eſt nec. 2 Sed † contra prędictam cauſã multũ obſtare videtur, quòd ſi per iudicem detur curator alicui tanquam prodigo, qui non ſit, quòd datio tenet, licèt erratum ſit. vt notatur per Glo. in l. ſi ab eo. D. de vſuca. & Inſti. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. §. idem prodigus. Sed reſpondetur quòd aliud eſt in iſto curatore quàm in illo tutore. & ratio diuerſi tatis eſt (ſecundùm Bar. vt per eum notatur in d. l. Seiæ) quia *mente de-*

claratio sit à natura, sed prodigalitatis inquisitio pertinet ad iudicem. cuius sententia, etiam si sit iniqua, valet. & ad præmissa faciunt. quæ notantur per Gloss. in l.1.C. de cur. fur. & per Bar. in l.is cui. D. de verb. oblig.

3 Sed † quid erit, si pupillus cui dandus est tutor vel decernendus per iudicem, sit oriundus ex vna ciuitate, & in alia ciuitate sunt bona posita, quis horum iudicum erit iudex competens in dando sibi tutore? Dic quòd vterque eorum. vt habetur & determinatur per Cy. in l.1.C.vbi pe.tu. Et si vterque dederit diuersos tutores, ille tutor præferendus erit qui priùs datus fuerit, secundū Dy.vt ibi notatur per Cyn. Huius autem gratia alia quæstio subiungitur. pone quòd pupillus habeat originem in vna ciuitate, in alia verò fortitur ex accidenti domicilium, in alia habet eius vniuersum patrimonium, quis erit iudex competens in dando tutore? Quam quæstionem plenè examinat Cy. in d.l.1.& alij doc. Et finaliter concludunt, quòd ille erit iudex competēs, sub cuius iurisdictione persona pupilli residentiam facit. per textum in l.magis puto.§.illud. D. de reb. eorum. & ad hoc etiam facit d.l.1.& sic debet intelligi.l. pupillo. D. de tu. & tu.da.ab his. Facit etiam l.1.in fi. D. eo.ti. Et nihilominus iudex competens erit iudex fuæ originis. Ideoq; si vterque ipsorum iudicū tam habitationis, quā originis, dederit diuersos tutores, ille tutor in administratione præfertur, qui priùs datus fuerit, vt est dictū. 4 Vbi autē de prioritate non apparet tunc præferri debet ille qui datus fuerit à iudice suę originis. argum. in leg. libertus. §. præsciptio. D. ad municip. secundùm Dyn. & Cy. vbi supra. Si verò ille qui datus est tutor vel curator non est de iurisdictione iudicis decernentis, non valet datio ipso iure, quia exigitur quòd vterque, tam is qui datur quā is cui datur, sit de iurisdictione dantis. vt l.1.in fi. & in l.ius dandi. D. de tu. & cur. da. ab his. & plenè per Glo. in l. etiam. D. de tute.

SVMMA.

1 *Tutor qui se excusat à tutela priuatur legato, quia in dubio præsumitur legatum in contemplatione tutelæ gerendæ.*

GLOSSA IIII.

SVos tutores. Ideo autem hos nomine appellantur, quasi tutores hoc est defensores. vt Insti. de tute. §.1.& D. de tut. l.1.in prin. cum similibus. 1 Et † si testator eis aliquid legauerit, & à tutela se excusauerit, priuatur legato. vt in l. post legatū. §. amittere. D. de his qui vt indig. Quia etiam in re dubia est præsumptio quòd legatum sit eis contēplatione gerendæ tutelæ. vt traditur in l. sed hoc nimium. cùm l. præcedenti. D. de excu. tu.

SVMMAE.

1 *Pluribus tutoribus vel curatoribus datis, quilibet habet potestatem administrandi in solidum, sed vni potest tuta administratio decerni.*

2 *Curatoris datio impuberi non valet ante pubertatem.*

3 *Vitricus potest esse tutor vel curator priuigni sui.*

4 *Curator (prout tutor) tenetur inuentarium facere.*

5 *Pubes inuitus non cogitur curatorem assumere, nisi à testatore datus.*

tum, & ad lites, vt lis legitimè per agatur.

6 *Curator constitutus ad vnam solam causam non facit mentionem cæteri faciunt.*

7 *Curator datur prodigo, furioso, mente capto, bonis vacanti bus.*

8 *Tutor vel curator ad negotia loco dominorum habentur: sed non possunt alienare immobilia, nec ea quæ pro immobilibus habentur, nisi ex decreto iudicis, nec de ijs transigere.*

9 *Tutori vel curatori rectè non solvitur, sine iudicis authoritate: nisi cautos & reddatus annui.*

10 *Tutorum & curatorum bona sunt tacitè obligata pro eorum administratione, & reddenda rationes reliquique præstandæ.*

11 *Tutor vel curator non possunt constituere ad lites procuratorem, sed alterum.*

GLOSSA V.

ET *curatores.* Erant ergo plures dati tutores & curatores.

1 Vnde † quæritur, an potestatem habeant in solidum administrandi, vel pro parte? Die quòd quilibet habet potestatē in totum. Posset tamen iudex vni soli decernere administrationem. vt hæc habentur in l. si plures. l. 1. per totū. l. D. de admi. tu. & l. decreto. §. fi. eo. ti. & ī. dixi.

2 Sed † hīc aduerte, quòd durante pupillari ætate non tenet datio curatoris. vt l. qui habent. in prin. D. de tute. & l. curator. D. de tu. & cu. da. ab his. Sed finita ætate pupillari vires assumit, & qui datus fuit tutor nunc incipit esse curator, volens tantùm, sed non inuitus. vt l. si tutor. in fin. D. de tutele & ratione. distra. & C. de excusi. curator.

3 Vidi † autem (nec immeritò) apud vulgares dubitari, an vitricus possit esse tutor vel curator sui priuigni. Et videtur quòd non, quasi videatur suspectus, sicut vxor eius. Dicendum tamen est quòd possit. vt determinat Gl. & textus. in l. fi. C. de contra. iudi. tu. & C. vbi pup. educ. deb. l. 2.

Deinde sciendū est, q talis datio curatoris facta in testamento non tenet mero iure, nisi fuerit per iudicem confirmata. vt Inst. de cura. §. 1. & in l. curatorem. C. de neg. gest. & l. pē. C. de testam. tute. cū similibus.

4 Qui † etiā curatores (prout tutores) tenētur inuētariū facere. vt l. fi. C. de cura. fur. & in l. de creationib⁹. C. de episc. audi. 5 Et † si curator nō fuerit ordinatus à testatore, non cogitur adultus curatorem assumere, nisi ad lites tantū. vt in §. itē inuiti. Inst. de cura. Licèt pupillus inuit⁹ tutorē accipiat, vt ibi notatur & D. de tutel. l. 1. Sed tamē nō petit illum sibi decerni. vt l. fi. D. de manu. vind. ab aliis petitur (puta agnati sed & cognatis) ipsi pupillo constitui. vt D. qui pe. tuto. l. 2.

6 Et † nota quòd curatores solent constitui variis negociis & personis. Primò namque constituitur curator minori XXV annis. & hoc dupliciter vel ad negocia generaliter. vel ad certas causas aut ad vnā causam tantū. & tamē omnes faciūt inuētariū, illo excepto q datur ad vnā solā causā, q non tenetur inuētariū facere. vt notatur p gl. in d. l. de creationib⁹. & in l. fi. C. de in litē dan. tu. Facit. l. ad ꝓtegendā. C. eo. ti. & quod notatur per glo. & Bar. in l. 6 ad species. D. rē pup. sal. fo. Nō tamen (vt prędixi) minor tenetur multus curator ē recipere ad negocia sua

agenda seu gerenda, sed ad lites sic: vt idonea sit persona cum qua iudicium possit intentari, secundū quod habetur in §. item inuiti. Instit. de cur. & notatur in l.1. & l. momentaneæ. C. qui legit. perso.

7 Item † datur curator prodigo, furioso, & mente capto. vt Instit. de cur. §. furiosi quoque. & D. de cur. furi. per totum. Item datur aliquando curator bonis vacantibus & indefensis, ad instantiam creditorum. vt D. de cur. bo. dan. per totum. Ad quem pertinet de ipsis bonis inuentarium facere. Nec tamen habet illam potestatem, quam habet tutor vel curator ad negocia. vt notatur per Glo. in Rubrica & in l.1. in prin. D. de cura. bo. dan. & probatur in l. tutor bonorum. D. de admi. tu.

8 Licèt † tutor & curator ad negocia inuicē equiparari regulariter videantur. vt notatur in d.l. cùm & vos minores. C. si aduer. rem iudi. & loco dominorum reputantur. vt l. qui fundum. §. si tutor. D. pro emp. & l. interdum. in §. qui tutelam. D. de fur. Nec tamen habet illam potestatē quam habent veri domini, quia non possunt vendere, nec alienare bona pupillorum nec minorū, nisi ex iusta causa & legitima, ac iudicis accedēte decreto, quando sunt res immobiles, vel tales quæ inter immobilia computātur, vel ex temporis cursu non corrumpātur: vt aurum, argentum, & similia. vt in l. magis puto. §. ne passim. D. de reb. eorum. & l. lex qui tutores. C. de admi. curo. cum similibus ibi notatis. Imò nec de eis trāsigere, nec donationem facere possunt. vt l. non solùm. C. de prædi. mi. 9 Licèt † eis posset reddi & solui de reddibitus & fructibus bonorum suorum pupillorum. vt l. sancimus. & l. constitutionem. C. de admi. tu. Alij autem debitores ex alia causa non liberātur perfectè, soluendo ipsi tutori vel curatori, nisi iudicis interueniēte auctoritate. secundùm tamen distinctionem traditam in l.1. cuius. ibi notatis. C. ti aduer. fol. & l. sancimus. & instit. quib. alie. licet. §. nunc admonēdi. & ibi per Gl. & facit l. ait prætor. §. permittitur. & §. quod tamen. D. de mino. & l. Lucius. §. tutelæ. D. de admi. tut.

10 Pro † quibus quidem omnibus per ipsos tutorē vel curatorem gestis, de administratione teneantur reddere finita tutela & cura debitam rationem, & reliqua restituere. vt l. rationes. & l. aduersus. C. de admi. tu. & ibi plenè notatur per Glo. Et pro hac administratione sunt eorum bona tacitè pignori obligata. vt l. pro officio. C. de admi. tu. Licèt hodie cùm iudex decernit tutelam vel curam, faciat in instrumento eorum bona expressè obligari.

Est & aliud sciendum, quod plerunque à tutore vel curatore constituitur actor. vt Instit. de cura. §. fi. & l. actor. D. rem rat. hab. 11 Quia † tutor & curator non possunt constituere ad lites procuratorē. vt l. neque tutores. C. de procura. sed ad negocia extraiudicialia sic. vt l. procurator. §. si tutores. D. man. Vnde dubitatur, qua forma debeat constitui talis actor? Quod plenè disputat Barto. in d.l. actor. Concludens tamen quòd duo debent interuenire videlicet mandatum tutoris vel curatoris, & decretum iudicis, ficque constituendus est iudicio. vt probatur per textum in l. vnica. C. de autho. tu. seu cura. & d. §. fi. Instit. de cura. In qua constitutione debet subesse (secundùm Barto.) aliqua causa honesta

honesta, propter quam tutor vel curator per seipsum non possit intendere administrationi huiusmodi. vt habetur in l.decreto.D.de admi.tu. Et etiam tenetur ipse actor legitimè constituus cauere, rem ratam pupillum ac ipsum tutorem vel curatorem habiturum. & in hoc differt à procuratore. vt plenè disputat Bart. in l. actor. Et sic facias exprimi in instrumẽto constitutionis.

SVMMAE.

1 *Executorum varie species.*
2 *Franciscani non possunt esse executores testamenti, ne pecuniã contrectent.*
3 *Monachi mendicãtes & ceteri clerici rodunt laicos vsque ad ossa.*
4 *Qui suas res gerere non possunt, nec executores esse queunt.*
5 *Femina executrix testamenti esse potest.*
6 *Plures executores communiter tantum exequi possunt, & quatuor casibus dumtaxat.*
7 *Quæ actiones competant executoribus testamenti.*
8 *Executores testamenti quando potestatem habeant alienãdi de bonis hereditariis ad executionem implendam.*
9 *Cum pauperes instituti sunt, & executores adiuncti, isti agere & defendere possunt tanquam heredes.*
10 *Pauperibus institutis qui pauperes intelligantur.*
11 *Executoris potestas anno finitur: quo elapso potestas exequendi transit in episcopum, quam testator ei nõ potest auferre.*
12 *Clerici trahunt aquam ad suum molendinum.*
13 *Annus executori concessus incipit currere à tempore scientiæ & existentiæ conditionis, vel diei, & prorogatur, si opus exequendum id requirat.*
14 *Executori ignoranti annus non currit.*
15 *Generaliter tempus currit ignoranti, nisi cursus ei noceat.*
16 *Annus currit ante aditam hereditatem, in velictis prin.*
17 *Episcopus potest annum prorogare.*
18 *Executor tenetur facere inuentarium.*
19 *Pendente lite inter scriptos heredes & venientes ab intestato executoris annus non currit. Nisi in testamento posita sit clausula cadutillaris.*
20 *Formula per quam ampla potestas tribui potest executoribus testamenti.*
21 *Ante aditam hereditatem executor officium suum implere non potest: nisi in pijs velictis.*
22 *Quæ sit vis horum verborum, licentia, libera, plena.*
23 *Executor cui data est potestas vendendi potest permutare.*
24 *Pecuniam destinatam à testatore ad certum vsum executor non potest in alium vsum conuertere.*
25 *Executor vendendo non transfert dominium & possessionem, sine consensu heredis.*
26 *Emptor qui emit ab executore, agere potest contra heredem, vt dominium & possessionem ei tradat.*
27 *Heres cogitur exhibere executori rem vendendam. in cuius venditione executor sequatur ordinem hic præscriptum.*
28 *Cum potestas alienandi est à lege, requiritur parua admonitio. Secus si ab homine, secundum distinctionẽ hic traditam.*
29 *Executor vendens, potest fidem ha-*

bere de precio, si habeat potestatẽ liberam, non alias.

30 *Hæres tenetur de euictione rei ab executore vendita.*

31 *Executor potest procuratorem constituere ad negotia, nec non ad lites, post contestationem.*

32 *Executor ad distribuendum bona pauperibus non potest eligere spurium testatoris. Et tamẽ dare potest alimenta sine fraude legis.*

33 *Alimenta spurio in fraudem legis data revocari possunt, nulla præscriptione obstante nisi x x x annorum.*

34 *Executor ad soluendam malè oblata, nõ potest soluere debita ex causa honesta.*

35 *Executor ad pias causas tenetur facere inuentarium, & rationẽ reddere cogitur episcopo (vocatis quorum interest) intra annos x l.*

36 *Statur libris rationum & iuramento executoris rationem reddentis.*

37 *Expensa in opere construendo facta æstimari potest per opifices.*

GLOSSA VI.

AC *executores.* Aduerte quòd natura & conditio istorum executorum in aliquibus exequatur dictis tutoribus & curatoribus, & in aliquibus differt ab eis, vt patebit in sequentibus. De quibus executoribus plenè traditur in l. nulli. C. de episc. & cler. & ibi plenè per Cy. & alios doc. & in l. id quod pauperibus. C. eo. ti. & per Bar. in l. auo. D. de alim. & cib. leg. & per Spe. in ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. & per glo. textum. & doc. iuris Canonici, in c. tua nobis. & in c. Ioannes. de testa. & in c. fi. de testam. libro sexto. Pro cuius tractatus pleniori cognitione, videndum est prius qui prohibeantur esse executores. Quibus cognitis apparebit qui esse possunt, quia cognito vno ex contrariis cognoscuntur & reliqua. vt Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. in prin. Secundò videbitur de eorum potestate. Tertiò declarabitur, in quibus differant à tutore & curatore. Alia insuper incidenter tractabimus ad materiam pertinentia.

1 Rursus † sciendum est quòd executor potest sumi tripliciter. vno modo largissimè, alio modo largius, tertio largè. Primo modo cõprehenditur quilibet qui aliena negocia gerit vel exequitur (puta procurator, negociorum gestor) sumpto argumẽto ab etymologia vocabuli. Secundo modo comprehendit eos qui sententias exequuntur, & vltimas voluntates. Tertio verò modo solùm comprehenduntur nuncii, & hi qui sententias & alia acta iudicialia exequuntur. vt l. executorem. C. de exec. rei iudic. Horũ autem executorum vltimarum volũtatum tres sunt species: nam quidam sunt legitimi, quidã testamentarii, alii verò datiui, sicut supra dictum est in tutoribus. Legitimi autem appellantur, hi quibus aut iure canonico vel ciuili defertur potestas exequendi voluntates defuncti: vt puta episcopus, œconomus, & capit. vt habetur in Authen. de eccles. tit. § sin autem (specialiter cũ l. seq. & in §. in omnibus. & ext. de testam. c. tua. & c. Ioannes & l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cler. Testamentarii verò sunt, hi qui per testatorem ad hoc constituuntur: vt videmus quotidie fieri. de quibus loquitur dicta lex alio hærede.

D. de

D. de alimen. & cib.leg. & d.l.nulli. & cana. & c. Ioannes. Datiui autem sunt illi qui per iudicem constituuntur aliquando, sed perraro. de quibus loquitur l. 3. §. fi. D.de alimen.& cib.leg.

1 His † præmissis redeo ad principale quæsitum, videlicet qui sunt illi qui non possunt esse huiusmodi executorum vltimarum voluntatū? Et breuiter respondetur, quòd primò prohibentur fratres minores, de quo immensè triſtantur & condolent, 2 quia † manus & pedes reikeit, tam ipſi quàm cæteri mendicantes & clerici, ponere & immiſcere in bonis laicorum,& eos rodere ríque ad oſſa, prout quotidie faciunt. vt est textus in clem.exiui. de verb. sig. Quia in tali officio vertitur vt plurimum tactus & contrectatio pecuniæ, quod est contra rūm regulę beati Franciſci,ideóque non prodeſt eis auctoritas ſui ſuperioris. cui non licet diſpenſare contra regulam antedictam,ſed multominus Papæ conſtitutiones infringere.arg.in l.nam nec magiſtratus.D. de arbi.Cęteri verò mendicantes ac religioſi, de ſui ſuperioris licentia (& non aliter) poſſunt eſſe executores. vt in cap.fin. in princip. ext. de teſtam. libro vi. & notatur per Bartolum in l. à filio. D.de alim. & cib.leg.

4 Item † pupillus,furioſus,mētecaptus, & ſimiles (quia non poſſunt eſſe ad negocia vel ad iudicia procuratores, ex defectu ſenſualitatis) repelluntur propter identitatem rationis ab officio executoriæ. 5 Fœmina † tamen boni intellectus poteſt eſſe executrix.vt in d.l.à filio. licèt non poſſit eſſe ad iudicia procuratrix. vt in l. alienam. C. de procur. & in l. fœminis. D. eo.ti. & notat Spec. vbi ſ. in ver. ſed pone quædam mulier &c.

Super poteſtate autem ipſorem executorum reſtat de quatuor quærere, videlicet an plures executores habeant ſinguli in ſolidum (ſicut tutores) poteſtatem exequendi, vel communiter tantùm. item an poſſint agere cōtra hęredē & bona hęreditaria pro ipſa executione fienda alienare. item an poſſint & qualiter conſtituere procuratorem: item an de geſtis & cui teneantur rationem reddere. Quo autem ad primum,an poteſtatem habeant communiter vel in ſolidum,fuerunt & ſunt antiquorum & modernorum varię opiniones, aliis quidem equiparantibus hos executores pluribus tutoribus, aliis verò pluribus procuratoribus, aliis autem pluribus iudicibus. vt prolixè refert Spe.in titu. de inſtru.edit.§. nunc verò aliqua.verſ. ſed nunquid plures. & etiam per Cy.in l.id quod pauperibus,in vii. q. 6 Quæ † quidem quæſtio ſeu diſputatio eſt hodie ſopita in c. fi. ext.de teſtam. lib.vi.vbi eſt approbata opinio illorum, qui dixerunt communiter tantùm eos exequi poſſe,niſi in quatuor caſibus.in quibus diuiſim poſſunt exequi. Primus caſus eſt ſi vnus eſt mortuus:ſecundus caſus eſt,ſi ſit abſens:tertius eſt,ſi recuſat exequi.vt ibi habetur:quartus caſus eſt, quando teſtator expreſſè in ſolidum ſingulis conſtituit poteſtatem. vt ibi notatur.

7 Sed † an habeant actionem contra ſcriptum hæredē,pro executione fienda? Diſtinguo.aut ſunt executores generales, aut particulares tantùm, putà ad faciendum expellam. Primo caſu, aut ſuot meri &

puri executores, nullum participãtes commodum. & tunc siue sint generales siue speciales, habent eõdictionem ex d.l.nulli.& l.si quis ad declinandam, cum similibus. Aut non sunt meri executores,sed commodum participant,puta si testator legauerit eis centum,& iusserit per eos distribui quinquaginta. & tunc habent actionem ex testamento ad ipsa centum exequenda. vt probatur in l. si quis Titio. in prin. D. de leg.3.& in l.si seruus plurium.§ cùm quid.de leg.1.De quo plenè per Cy. in d.l.id quod pauperibus.in 4. q. & per Spec. in d.§. nunc verò aliqua vers. sciendum quid est executor.

8 Sed † nũquid executores simpliciter dati habent potestatem vẽdendi & alienandi, propria auctoritate, de bonis defuncti, pro distributione,& executione fiendaiSpe.in d.§.vers.sed an executor. videtur distinguere. Aut sunt executores generales,nullo alio hærede instituto: & tunc possunt vendere, & pecuniã conuertere in vsum deputatum.aliter non,arg.C. de episc. & cle.l. orphanotrophos. Aut alius est datus hæres in testamento (vt communiter accidit) & cum eo sunt dati executores ad aliqua, specialia exequenda. Et tunc hic considera. aut per testatorem est tibi potestas concessa alienandi, & tunc poterunt vendere. aut hæc potestas non est eis concessa. & tunc aut testator dispositit res quasdam alienari, & pecuniam eandem distribui. & tunc licèt non declarauerit personam per quam fieri debeat hæc alienatio, tamen in dubio præsumitur hoc tacitè ipsis executoribus demandasse: quia per concessionem consequentis,præsumitur concessio antecedentis ad illud necessarium. arg. in l.ad rem.& in l.ad legatum. D. de procur. & in l. 2. D. de iurisd. omn.iudi.& in c. 1. § præterea de offic.deleg.Aut super alienatione fiẽda nihil testator disposuit, & tunc vendere non poterit. vt l.alio hærede. D. de alim. & cib.leg. & ibi per Bart.

9 Quid † autem si pauperes Christi sunt hæredes instituti, & dati executores ad distribuendũ bona inter eos, qualiter habebunt ipsi executores potestatẽ in ipsis bonis? Dic quòd loco hæredum sunt. & ideo vendere poterunt, & omnes actiones intentare, ac alienare. vt in d.l.si quis ad declinandam. & notatis per In.in c.officii.de testam.in fi. & per Bar.in d.l. alio hærede. Quod tene menti, quia sæpe de facto occurrit.

10 Sed † pone quòd testator (vt plerunque accidit) iussit distribui bona inter pauperes, quæritur quos pauperes habeb t eligere episcopus vel executor? Dic breuiter illos de ciuitate episcopi exequentis.nisi testator specialiter alios elegerit. vt notatur per Bart.in l. centum.C. de anno. & tribu. lib. xi. Et facit d.l. nulli.& melius l. si quis ad declinãdam.vers.vbi autem.& vers.sin autẽ nullus. C. de episc. & cle. Et nota quòd fienda est distributio illis pauperibus qui sunt mendicantes, si reperiuntur. deinde alijs minori egestate laborãtibus. vt in vers.sin autẽ & in vers. proximè præcedenti l. Id quod pauperibus.

11 Vltra † quæritur quanto tẽpore habet durare hoc officiũ executorũ? Respõdetur quòd per annũ & nõ vltra. quo anno finito, deuoluitur potestas exequendi ad episcopum.

pū. 12 Et per hoc trahūt aquā isti clerici ad eorum molendinū. vt habetur in d.c.tua.& c. Ioannes.& d.l. si quis ad declinandam.& in l.nulli. Quod tamen bono principio ordinatum fuit, ad hoc vt testatorum voluntates sortirentur effectum suum, licèt hodie hæc res deuenerit apud eos in abusum. Sed vt inquit Salustius, Omnia mala exempla ex bonis initijs orta sunt. Quam quidē potestatem per legem episcopo attributam non posset testator auferre. quod nota. vt traditur in d.c.tua. & in Auth. de eccle. tit. §. si quis autem & per cōsequens quod eius fauore inductum est non potest per eum reuerti. l. quod fauore. C. de leg. & l. si iudex. D. de minor. cum similibus. limitatur tamē prædicta decisio per l. nemo potest. D. de lega. 1.

13 Rursum † quæritur à quo tempore cedat istè annus, an à tempore mortis ipsius testatoris, an à tempore scientiæ ipsius executoris, & an hoc tempus sit vtile vel cōtinuum? Et breuiter Bal. in d. l. id quod pauperibus, determinat quòd currit à tempore ammonitionis factæ per episcopum. & sic à tempore scientiæ veræ vel fictę, vt notatur in c. nos quidem. & in c. tua. ext. de testam. Idcóque solent ipsi facere constitutiones, per quas generaliter monēt quoscunque executores super eorum executione fienda. Veruntamē (secundùm eum) si qualitas operis perficiēdi requireret amplius tempus, veluti ad constituendum monasterium, tunc (secundùm Fredericum de senis) eius potestas extenderetur post annum, dum tamen (vt credo) inchoasset opus infra annum. Quam opinionem sequitur idem Bald. arg. ad hoc in l. si mihi & tibi. in §. si quis seruos. D. de lega. 1. & in l. insulam. §. 1. D. de verb. oblig. Vlterius quæritur, an hic annus currat ante euentum cōditionis. vel diei appositę legato vel institutioni? Et determinat idem Bald. quòd non. argu. in l. tali. D. de iure dot. in ratione sui. Et per hoc determinatur quæstio, quòd si testator instituit filium suum impuberem hæredem, & si decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine liberis, quòd eius hæreditas dispēsetur inter pauperes, quòd ante euentum ipsius conditionis nō currit hoc tempus dispensandi ipsis executoribus. Ratio est, quia hæc conditio videtur ita repetita in executione, sicut est dispositа in principali dispositione. argu. l. quidam testamento. §. si scriptus. D. de leg. 1.

14 Amplius † pro latiore prædictorum doctrina quęritur, an hic annus currat executori ignoranti, prout posset de facili currere, cùm executores aliquando non sint præsentes testamento? Determinat idem Bald. q. òd non. quia ignorans non potest exequi. argu. in l. pen. D. de eo qui pro tut. neg. gest. etiam si cōstitutio episcopi esset generalis. quia imperito per ignorantiam nō potest culpa vel negligentia imputari. Talis enim constitutio est ius prætorium, & per consequens tale tempus erit saltem vtile quo ad sui initium. vt notatur in l. superuacuam. C. de tempo. in integrum restit. perent. nisi esset consuetudo in contrarium, secundùm eum. Idem tenet Bar. ante eum, in l. genero. D. de his qui no. infam.

15 Veruntamen † circa huiusmodi tempora potest sic distingui. Aliquando cursus temporis inducit

fauorem ignorantiæ, & tunc currit ipsi ignoranti ad eius commodum. vt in dicta l. genero. de his qui not. infa. Quandoque cursus temporis inducit sibi damnum, & tunc non currit ignoranti. vt in l. cùm sex. D. de ædil. edict. Quandoque cursus temporis nõ inducit damnum nec fauorem. & tunc currit ignoranti. vt in d.c. statutum. de præben. lib. 6. secundùm eundem Bart. vbi ℨ.

16 Sed † an hoc tempus anni currat ante aditam hæreditatem? Dicit ipse quòd sic, in relictis ad pias causas. quia in his non attenditur aditio hæreditatis, cùm ea non adita debeantur. vt notatur in l. 1. C. de sa crosanct. eccles.

17 Sed † nunquid hoc tempus anni possit per episcopum prorogari. dicit ipse quòd sic, ex causa. vt per eum notatur in d. l. nulli. facit quod notat Inno. in cap. cùm tibi. ext. de verb. sign.

18 An † autem tales executores teneantur facere inuentarium? Textus est quòd sic. in d. l. nulli. & ibi etiam tangitur per Iac. de Bel. licèt de consuetudine malè seruetur.

19 Vlterius † quæritur, an pendente lite inter scriptos hæredes & venientes ab intestato, currat istud tempus anni? Videtur quòd non, quasi dubium sit de viribus testamenti, & per consequens de eorum baylia & potestate. & sic tanquam impeditis non videtur eis istud tempus debere currere. vt ℨ. tacitam est. Vel melius distingue videtur. aut enim testamentum habet clausulam codicillarem: & tũc currit, quia ab intestato est etiã eis potestas & executio demãdata. argu. eorũ quæ notantur in Auth. ex causa, per doct. & per Bar. in l. 1. D. de iure codic. & id-eo cessare habet iuris impedimentum. Aut non habet hãc clausulam insertã: & tũc non currit hoc tẽpus, tali pendẽte lite, quia eorum potestas est impedita. arg. l. 1. in fi. C. de anna. excep. 20 Vt † tamen multa habeãt cessare. & possint liberè ipsi executores eorũ officium exercere, consilium est quòd testator det sibi potestatẽ alienãdi hoc modo: *Dans & concedens dictus testator dictis suis executoribus, plenam & liberam licentiam, potestatem, & facultatem distribuendi, vendendi, & obligandi, ac alienandi de bonis suis, omnibus ac vniuersis, & eorũ singulis, propria auctoritate ipsorum, absque licentia & cõsensu futurum hæredũ, vel alicuius eorũ, tam ante aditam hæreditatem quàm post, liberans & absoluẽs ipsos executores ab inuentarij confectione, & à ratione reddenda, & quòd plena fides præstetur liberis eorũ, si forsitan compellerentur vllo tempore reddere rationem. quo casu admonuerit idem testator ipsis executoribus legauit omne & totũ id, in quo apparuerit eos dicta occasione debitores remanare*, &c. Et nota etiã quòd & in tutoribus est bonum ponere hanc partem vltimam.

21 Vlteri⁹ † quæritur. ecce quòd institutis hæredibus, & datis executoribus, quib⁹ data est potestas exequẽdi modo quo ℨ. hæredes non adeunt hæreditatẽ, an tũc poterũt executores ante aditã hæreditatẽ bona vẽdere & dispensare? Dicit Bart. in d. l. alio hæred. quòd nõ. siue in testamento sit inserta clausula codicillaris, siue non. argu. in l. fi. nemo. de testa. tutela. & l. ii nemo. D. de reg. iur. Quia libertatis relictum & datio tutelæ sunt fauorabilia, & tamẽ non adita hæreditate depereunt. vt l. 2. D. de fideic. liber. & l. fin. in prin. D. de

D. de manum. testa. & l. qui filio. §. 1 D. de hæred. instit. & ibi notatis. & Instit. de eo cui liber. causa bona adici. Sed in his quæ ad pias causas ligata sunt, Bald. tenet contra, vt suprà dixi.

11 Item† quæritur quid importet iste verbū licentia per se sumptum? Dicit Innocen. in c. cùm ad monasterium. in fi. de sta. mona. quòd importat liberam voluntatem. Sed Bar. in dict. l. alio, dicit quòd solùm importat arbitrium boni viri. arg. l. fideicommissa. in §. quanquam. D. de leg. 3. & argu. l. 1. C. de sacrosan. eccles. vbi patet quòd ibi testator habet licentiam disponendi, & tamen non potest filium præterire. Si autem in oratione adiiciatur verbum *libera*, tunc latior est attributa potestas & absoluta. vt habetur in l. procurator cui libera. D. de procur. & in l. fideicommiss. libert. & idem dicit esse in verbo plenā. argu. l. si procurator ad vnam. D. de procurat. & in l. 1. D. de testam. militar.

13 Inde† quæritur, an tales executores qui habent potestatem vendendi, possint permutare? Videtur quòd non. argu. in l. si pupillorum. §. si prætor. D. de rebus eorū. In contrarium facit l. sicut. §. venditionis. D. quibus mo. pign. vel hypo. sol. & hæc est verior. Nam talis verbum venditionis prolatū à persona priuata, comprehendit in se omnem speciem alienationis, per quam causa commissa possit impleri. argument. in lege statuliberi à cæteris. versic. Labeo. D. de statuliberis.

14 Item† quæritur, an isti executores possint pecuniam deputatam per testatorem ad certum vsum (puta ad maritandum aliquas puellas) conuertere in alium vsum, puta ad faciendum vnam capellam? Et dicendum est quòd non, sine licentia & authoritate Papæ. vt in clem. 2. in prin. extra de relig. do. ad quod facit textus notabilis in l. 1. D. de admin. re. ad ciuit. parti. & quod habetur in l. legatum. cum l. seq. & ibi per Bart. D. de vsufruc. leg.

15 Viterius† quæritur, an hi executores quibus talis alienandi potestas est concessa possint vendēdo dominium & possessionem trāsferre in emptorem, sine consensu hæredis? Videtur quòd sic. argu. in l. 2. & quod ibi notatur. C. quando decre. opus non est. & in d. l. alio. de alimen. & cibā. lega. Et hæres non potest impedire officium executoris, nec rescindere pium testatoris propositum. argu. l. si ego. §. 1. D. de iure dotium. in l. cùm pater. §. Mæuio. D. de leg. 3. Quidam tenent cōtra. quia nisi hæres consentiat, vel prius de possessione exeat, non perdit dominium. arg. l. si fistulas. §. fundo. D. de contrahend. emp. Nec obstat si dicatur, sufficit quòd emptor inducatur in possessionem, licèt nō constituatur verus possessor. vt D. de fund. dota. l. si fundum. quia respondetur quòd illa lex loquitur, quando dominus vendebat: hîc autem non sic, sed eius minister. ad quod facit lex qui prohibuerit. D. de publica. Et licèt habeant executores potestatem à testatore, non potest tamen ipse testator facere quòd inter viuos dominium transeat sine possessione. vt in l. nemo, cum ibi notatis. D. de leg. 1. Et hanc partem sequitur ipse Bal. 16 Sic† ergo (secundùm eum) tale remediū erit, quòd emptor agat ex cōtractu cōtra hæredē. & consequēter ab eo

dominium & possessionem, mediãte iudice. argu. in l. qui vniuersas. §. cùm emptor. D. de acquir. poss. quia non liceret ipsi executori propria authoritate expellere hæredem de possessione. vt in l. non est singulis. D. de reg. iur.

27 Sed† an hæres sit cogendus exhibere executoribus res testatoris, quas vendere volunt? Dicit Bar. quòd sic. arg. in l. si tibi electio. §. fin. D. de oper. lib. Quibus rebus sic exhibitis, tunc ordo tenendus in casũ alienatione talis erit. videlicet quòd si habent executores liberã potestatem, tunc erit in eorum arbitrio eligere & vendere quas res voluerint, dum tamen bene se habeant. nam pro modico non concederetur eis venditio rei magni precii. vt in d. l. magis puto. in §. ne passim. D. de reb. eo. coniuncta l. creditor. §. Lucius. D. man. Si verò non habent liberam potestatem, sed simplicem facultatem relatam ad arbitrium boni viri (vt supra dictum est) tunc non poterunt quas res volent eligere & vendere, sed seruandus est ordo traditus in d. §. ne passim. cum similibus. Et cum hac distinctione debet intelligi glo. in l. pen. C. quãdo decre. opus non est. & in l. quandiu. C. de distract. pig. Verumtamen in venditione fienda debet prius requiri admoneri hæres, vt sit præsens ipsi venditioni. (secundùm Bartol.) siue sint executores cum libera, siue sine. arg. l. creditor. C. de distra. pig. & in l. 1. §. cùm dicitur. D. si cui plusquam per leg. Fal.

Pro cuius fatiori doctrina sciendum est (secundùm eum) quòd aliquando sunt plures, vel vnus, habẽtes potestatem alienandi à lege cõcessam: aliquando habent hanc potestatem concessam ab homine. 28 Primo† casu requiritur admonitio partis & requisitio, vt licitè procedere possit alienatio. vt probatur in l. à diuo Pio. §. in venditione. D. de re iudic. & per Cyn. in l. si vt proponis. C. de execu. rei iudic. & in l. ab executore. C. quorum ap. non recip. Secundo autem casu subdistingue. aut talis potestas fuit ab initio & postea voluntaria (vt est illa quæ procuratori à domino conceditur) & tunc in alienatione per procuratorem fienda non est dominus requirendus. sed si dominus velit alienationem impedire debet ei denũciare, ne alienet. vt in l. si mãdasset. D. de manum. Aut talis potestas fuit ab initio voluntaria, sed postea est facta necessaria, & tunc aut illa potestas fuit determinata, & tunc non est necessaria certificatio. vt in l. fi. §. 1. C. de iure dom. impetra. Aut non fuit limitata, & tunc exigitur certificatio. vt l. creditor. C. de distr. pig. Horum ergo executorum officium, licèt fuerit respectu testatoris ab initio voluntarium, quantum tamen ad hæredem est necessarium. & quia de præiudicio hæredis agitur circa rei pretium, quod non fuit limitatum, pro tanto eius certificatio facienda est necessariò. Quod credo verum nisi à testatore huius certiorationis facta fuisset remissio.

29 Vltra† quæritur, an hi executores possint huiusmodi bona vẽdere, habita fide de pretio, sicut plerunque fit, antequam decurrat tempus anni? Bartol. vbi supra distinguit. Aut habent contrahendi potestatem cum libera, & tunc vẽdere poterunt termino per eos dato ad solutionem precii. Aut non habent

habeat hanc potestatem, & tunc non poterunt sic vendere, fide habita de pretio. per l. si procurator. D. de iure fisci & in l. à divo Pio. in §. si emptor. D. de re iudicat. coniuncta l. qui Romæ in §. Callimachus. in fi. D. de verbor. oblig. Et sic per hoc sequitur, quòd non sufficit executorem confiteri se pecuniam recepisse, quia per hoc nō impletur causa mandata. argum. l. fed Iulianus §. proinde. D. ad Macedo. Debet ergo notarius qui facit instrumentum venditionis in eo dicere, quòd pretium ipsius rei fuit in eius præsentia ipsis executoribus numeratum. & tunc plenè probabit, licèt non appareat quòd ipsum pretium fuit conversum in solutionem legatorum. argum. l. i. §. non autem. D. de exercit.

30 Item † quæritur quid si hæc res vendita per executorem postea fuerit evicta, contra quem agere debebit emptor? Respondeo contra hæredem. arg. l. i. §. fin. D. de pignor. acti. facit totus ille titulus. C. cred. i. evict. pignor. non te. secundum Bart.

31 Postea † quæritur, an hi executores possint procuratorem constituere? Vbi distingue, aut volunt constituere ad negotia extraiudicialia, & tunc possunt. aut ad iudicialia, & tunc ante litem contestatam non possunt, sed lite contestata sic, exemplo tutorum. vt habetur in l. neque tutores. C. de procurat. super quo vide plenius quod notat Spec. in d. §. nunc aliqua. vers. sed nūquid. de instrum. edit.

32 Deinde † quæritur, an executor deputatus ad distribuendum pauperibus, possit eligere filium patrium ipsius testatoris tanquam pauperem, & in eum facere distributionem? Respondeo, dicit Iaco. de Arc. & post eum Bal. quòd non. siue sit executor legitimus, vt episcopus, siue testamentarius. Quia omni casu talis filius, nec per se, nec per mediam personam, potest quicquam capere ex bonis paternis. arg. D. de vulga. & pupil. si is qui. Nec in dubio videtur ipsi executori liberum arbitrium cōcessum disponendi contra ius. vt D. de ritu nupt. l. quanquam. & D. ad municip. l. Lucius. Imò nec posset testator tale arbitrium concedere. argu. in l. nemo potest. D. de legat. 1. Verumtamen possent huic spurio alimenta distribui, inspecto iure canonico. arg. in c. cùm haberet. ext. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Sed de iure ciuili non per Auth. ex complexu. C. de incestis nuptiis. dum tamen non fieret fraus legi, sub tali colore alimentorum, distribuendo in eum bona vniuersa, vel maiorem partem ipsorum, secundùm Bal. arg. in l. fi. D. de exerc.

33 Et † si fortasse episcopus vel executor in eum distribuendo fraudem committeret, non propterea fiscus posset ipsa bona à spurio tanquam ab indigno vendicare, sed ipse executor vel episcopus cōtra suum factum veniens illa reuocaret. argumento eorum quæ notabitur per Innoben. in capit. in literis. ext. de offic. delegati. Nec præscriptio obstabit, etiam si longo tempore spurius possederit. argumento eius quod dicitur quòd titulus tanquam reprobatus pro nullo est, vnde non parit præscriptionem. argum. in lege pro legato. D. pro legato. nisi spacio triginta annorum possederit, quo tempore omne ius tollitur.

vt l. ſicut. C. de præſcript. triginta anno. Præſumitur tamen bona fides propter ſuperioris authoritatem. vt in lege & generaliter. C. de noxa.

34 Quæritur † an executor deputatus ad ſoluendum malè ablata, poſſit ſoluere alia debita ex cauſa honeſta? Dicit Archidiaco. quòd non. vt per eum notatur in c. ſi res. XIIII. q. III.

35 Sed † an executor ad pias cauſas teneatur facere inuentarium? Textus dicit quòd ſic. in d. l. nulli. verſic. cùm vir. Et in hoc æquiparatur tutori & curatori. facit dict. l. ſi quis a I declinandam. de quo notat Speculator in d. §. nunc aliqua. verſ. ſed an teneatur inuentarium facere. Tenetur etiam executor de geſtis & adminiſtratis per eum debitam reddere rationem epiſcopo, vocatis & præſentibus hæredibus, & aliis quorum intereſt. arg. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtineat. l. 1. cum Authentica ibi poſita. De quo latiùs vide quod notat Speculator in d. §. nunc verò. verſ. ſed an ſimplex commiſſarius &c. Et ſic vides quòd executor teſtamentarius reddit rationem executori legitimo, ſed non econtra. Cui ergo epiſcopus reddit rationem? Dic quòd ſoli Deo. argu. in c. irrefragabili. ext. de offic. ordi. Sed vſque ad quod tempus poterit executor per epiſcopum compelli réddere rationem? Dicit Bar. quòd vſque ad XL. annos. Nam in hoc proſequitur ius pauperum, quod durat XL. annis. vt in Authent. de eccleſiaſt. titul. §. item ſi pro temporalibus.

36 Sed † hîc quæritur, nunquid in reddenda tali ratione, credendum erit libris executorum, in quibus ſunt deſcriptæ diſtributiones ſingulorum? Dicit Speculator quòd ſic, eorum interueniente iuramento, quòd vera ſunt quæ in ipſis libris deſcripta reperiuntur. Quod iuramentum habebit epiſcopus eis deferre, inſpecta qualitate perſonarũ ipſorum executorum. Nam cùm habeat liberam pauperum adminiſtrationem, poteſt tale iuramentum deferre. & ſic debet intelligi lex ſi quis pro redemptione. C. de donationibus.

37 Sed † quid dicendum, ſi teſtator mandauerit conſtrui capellam, dato ſuper hoc executore, qui etiam conſtrui fecit. deinde hic executor in ratione reddenda non poteſt liquidè probare de expenſis, quia opifices ſunt mortui, nec ipſe ſcimit ſcripturam nec librum facere, quid erit fiendum? Dicit idem Bald. quòd vocandi ſunt duo vel tres opifices in illa arte periti, qui opus illud videant & diligenter examinent, & exiſtiment quantum materiæ & operarum in ipſa capella conſtruenda interueniſſe potuit. Nam ex qualitate operis, & temporis adhibiti, præſumitur quantitas ipſius expenſæ. arg. num. in Auth. de non alienandis. §. quod autem. Et nota (ſecundùm eum) quòd alio non apparente, præſumitur opus ab ipſo executore factum. argum. l. fin. C. de aliment. pupil. præſt. & ibi per Bartol. Poſtremò quæritur, pluribus datis executoribus, ſi omnes vel vnus deceſſerint, ad quem ipſius defuncti executionis defertur poteſtas? Dic vt plenè notat Speculator in dicto §. nunc aliqua, verſicul. ſed ſi alter ex duobus. Quæ diſputatio hodie eſt ſopita per ea quæ habentur & notantur

& notantur in c. fi. de testam. li. VI.

SVMMAE.

1 *Anelogista (sit enim loquendum) is est qui rationibus reddendis nõ est obnoxius.*
2 *Anelogista esse iussus à testatore, non omnino liberatur à ratione reddenda.*
3 *Legatum eius quod debebatur ex administratione tutelæ non extenditur ad data commissa vel retenta.*
4 *Fructuarius tenetur domino reddere rationem proprietatis, finito vsufructu, licèt testator cum liberauerit à ratione reddenda.*

GLOSSA VII.

Anelogistas, Et sine inuentarii confectione.

1 Aduerte † quòd hoc verbum anelogista est verbum Græcum, & eius significatum est secundùm Latinos vt exponatur. i. sine ratione reddenda. vt traditur in l. quidam decedens. in prin. D. de administratio. tut. Per quod potest comprehendi quòd Græca lingua est brevior quàm Latina, immò dulcior & longè facundior quàm Latina. Cuius ratio est, quia apud Græcos est maior copia vocabulorum quàm apud Latinos. 2 Vnde † hìc aduerte, quòd licèt testator liberet tutorem vel executorem à ratione reddenda, non ideo sunt tamen penitus excusati, quominus ea quæ penes se extant de bonis pauperum, aut quæ dolo possidere desierunt, restitutionem facere, ac de eis reddere rationem compellantur.

3 Immò † si ipse testator tutori legauit, quicquid contigerit occasione ipsius tutelæ administratę, tale legatum non extenditur ad dolose commissa, vel apud se existentia, vel retenta. vt in d. l. quidam de cedens. in prin. ad quod facit l. non solùm. la. 2 §. 2. & §. pen. & in l. Aurelio. §. fi. D. de liberat. leg. & notatur per Glos. in l. cum necessitate. C. de fideicom. Et potest esse ratio, quia reddere hanc rationem introductum est principaliter fauore pupilli vel adulti. ideóque absolutè non videtur per testatorem remitti posse. arg. l. scire. C. vt in possess. legat. & l. 1. C. de vsufruct. Facit l. nemo potest. D. de legat. 1. & probatur in d. l. quidam decedens, vers. nemo.

4 Idémque † crederem in vsufructuario, cui facta est per testatorem liberatio à ratione reddenda. nam cùm vti debeat salua rerum substantia, tenetur finito vsufructu de proprietate rationem reddere, non obstante illa liberatione. argumento dictæ l. scire. & dictæ l. 1. cum ibi notatis. C. de vsufruct. & quia non minùs astringitur vsufructuarius salua facere bona domini proprietarii, quàm ipse tutor bona pupilli.

SVMMAE.

1 *Et cui remissio facta est inuentarii potuit tamen facere si velit.*
2 *Iudex potest ex officio facere descriptionem bonorum pupilli, licèt testator remiserit confectionem inuentarii.*

GLOSSA VIII.

Cvm debita solemnitate inuentarii. Hìc notãdũ est 2 regulariter q libet tutor vel curator tenetur inuẽ-

carium facere, vt suprà plenè notatur facit l. tutor qui repertorium. D. de administ. tut. aliter denegatur sibi administratio. Tamen si fuerit sibi per testatorem remissio facta, excusatur vt l. fi. C. arbitrat. 1 Li èt† si velit positi illud facere, cùm sibi liceat huic fauori & remissioni renunciare. vt in l. si iudex. D de min. & l. si quis in conscribendo. C. de pactis.

2 Aduerte † tamen, quòd licèt talis tutor excusetur si non faciat inuentarium, fortasse tamen, ne res pupillares cadant in iniustrum, poterit iudex ex officio suo facere quãdam descriptionem bonorum ipsorum, sicut in simili dicitur & notatur per doct. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. X. & per Bar. in l. 1. §. eligitur. D. de ventre in poss. mit. & facit l. 1. §. quòd si fundum. & scripsi super forma sacramenti. Cùm enim talis tutor teneatur reliqua restituere, & quę dolo sui deperdita sunt. vt suprà dictum est, quomodo de his ratio redderetur. si aliqua bonorum memoria non existit.

SVMMA.

1 *Tutor perseuerans post pubertatem in administratione tenetur tanquam curator.*

GLOSSA IX.

AD. *etatem decemocto annorũ &c.* Tutela finitur in masculo in decimoquarto anno, in fœmina in duodecimo. Iusti. quibus mo. tu. fin. post prin. C. quando tutor vel curator esse desinat. l. fi. 1 Vnde † procedendo in administratione vltra id tempus, hoc facit tanquam curator, cuius officium durat vsque ad vigintiquinque annos ipsius adulti. Iusti. de curat. in prin. cum ibi notatis. Et sic vnus & idem potest simul diuersis temporibus esse eiusdem personæ tutor & curator. vt probatur l. si tutor post. in fi. D. de tutel. & rationib. distrah. Et ex hoc sequitur, quòd pro tali administratione secundùm diuersitatem temporis diuersificantur actiones quibus adulto obligantur. Nam pro parte pupillaris ætatis tenebitur actione tutelę, & pro alio sequenti tempore tenebitur negociorũ gestorum actione. vt habetur in d. l. si tutor, in fin.

GLOSSA X.

QVare *cùm prędicta.* Hæc est conclusio libelli, ad quam est semper aduertendum.

SVMMAE.

1 *Tutor & curator non cogantur rationem reddere, nisi finita administratione.*

2 *Tutor & curator imputant in rationem quicquid impenderint in vtilitatem pupilli vel adulti.*

3 *Quòd tutor vel curator consequi nõ potuit exceptione compensationis sumptuum, non consequetur contraria actione tutelæ.*

4 *Ad consequendes sumptus sufficit à principio bene gessisse, licèt eventus fuerit damnosus.*

5 *Gesta à tutore vel curatore, agnoscendi bonã fidem, rata esse debẽt.*

6 *Sumptus non imputantur pupillo vel adulto, nisi finita administratione.*

7 *Tutor vel curator debet esse diligẽs in reddenda ratione, ne heredes eius iacturã bonorũ suorũ patiãtur.*

8 *Qualiter plures tutores vel curatores conueniendi sint.*

9 Cùm

9 *Cùm plures tutores sunt diuersi fori, præses prouincie dare debet vnicum omnibus iudicem.*

10 *Heres tutoris non tenetur de defuncti dolo vel culpa, nisi tribus casibus.*

11 *Ob non factum vel non exhibitum non iuratur in litem contra heredem tutoris, nisi lite contestata cum defuncto.*

12 *De forma reddendarum rationum.*

13 *Inuentarium plenissimam fidem facit contra tutorem.*

GLOSSA XI.

DEbitam rationem. Hic multum est aduertendum. Petitur enim de tribus ratio reddi, videlicet de tutela, de cura, & de executoria. Pro qua ratione puto omnium bona esse tacitè pignori obligata. C. de admin. tu. Sed an idem econtra non memini me legisse.

1 Modò † quæritur, an pendente tutela possit tutor compelli reddere rationē suæ tutelæ? Die quòd non, sed differēdum est donec tutela sit finita. vt in l. vbi finita. & in l. cùm adhuc. D. de tute. & rationib. distrahē. Et eodem modo nō potest peti à curatore rationem reddi, durante cura. vt l. 111. & l. rationes. C. de admin. tu. De quo notatur per doc. in d. l. 2. Cùm aūt finita fuerit tutela vel cura, tunc agi poterit contra tutorem actione tutelę, & contra curatorem actione negocio. gestorum. vt in dd. vbi finita. in prin. & in fi.

Ad quam rationem reddendam cōpellere debet officio mercenario iudex ipsos tutores vel curatores. vt in l. 1. §. officio. D. de tute. & ration. distra. 2 In † quam rationem imputabit tutor & curator pupillo & adulto, quicquid impenderit in vtilitatem ipsius pupilli vel adulti. vt l. 2. D. vbi pupillus educari debeat. & l. sumptus, cum ibi notatis. C. de administra. tu. & l. 1. §. præterea. D. de contrario iud. tut.

3 Et si forsan per modum excipiendi nō fuerit habita eorum sumptuum compensatio, poterunt per viam agendi postea peti per ipsum tutorem & curatorem, nisi eorum compēsatio fuisset expressè per iudicem reprobata. vt in d. §. præterea. facit l. quod in diem. §. si rationem. D. de compensa. 4 Et † est notandum, quòd sufficit ipsi tutori & curatori à principio bene gessisse vel impendisse, etiam si eventus contrarius sit secutus. vt habetur in l. 111. §. sufficit. D. de contrario iudic. tut.

5 Potest † enim agnoscere bonam fidem, & quæ per eum bona fide gesta sunt, rata erunt habenda. vt l. quotiens. §. denique imperator. & in l. cùm plures. §. 1. D. de adminis. tuto. facit l. non est ignotum. & l. si bonam causam. C. de adminis. tuto. 6 Nec † poterit ipse tutor vel curator tales sumptus imputare pupillo vel adulto, nisi tutela vel cura finita. vt in l. 1. §. finito autem officio. D. de contrario iudic. tut. sicut dictū est supra econuerso. vt d. l. vbi finita.

7 Quid † aūt dices de eo quod faciunt plerunque malevoli. Ecce, quòd adultus maliciosè differt petere rationem sibi reddi ab olim suo tutore, donec ipse tutor decesserit; meditatus intra seipsum quòd hæredes tutoris nesciant reddere rationē, & sic in totum condemnabūtur. vt in l. 1. & 2. C. de hæred. tut. quid erit fiendum? Certè die quòd tutor debet sæpe denunciare ipsi adulto, si vult sibi tutelæ rationē reddere. qui

si in hoc inobediens fuerit, debebit inde tutor facere eum citari coram iudice, per quem cogatur rationem suscipere. vt est textus cum Gloss. in l. fin. Cod. de vsuris pupill. Verumtamen quia vidi multos hæredes tutorum, qui tali malitia consumpti remanserunt, propter non redditam rationem per maiores eorum, esset sanctum opus prouideri per viã statuti, & finita tutela vel cura, nisi fuerit ratio petita infra biẽnium & vlterius nõ præstetur audiẽtia sup ea.

8 Præterea † quæritur, si sunt plures testamentarij vel legitimi tutores, an omnes in solidum teneantur hanc reddere rationem? Distingue. aut omnes gesserunt tutelam: aut quidam sic, & quidam non. Si omnes gesserunt, tunc aut omnes sunt soluendo, & tunc diuiditur actio inter eos, exemplo plurium fideiussorum. aut non sunt soluendo, & tunc quilibet conuenitur iuxta facultãtẽ suam. & si vnus pro alio aliquid soluerit, ab alio repetit vtili actione tutelæ, vel directa à pupillo cessa. vt habetur in l. §. nunc tractemus. D. de tutelę & rationib. distrahend. Secundo autem casu, prius conueniendus est ille qui gessit, quàm ille qui non gessit. vt plenè habetur in l. 1. & 2. C. de admi. tuto. & l. 1. C. si tutor non gesserit. cum simil. ibi not.

9 Quid † si omnes gesserunt, & sint diuersi fori, habentes diuersos iudices, qualiter conuenientur pro hac ratione reddẽda? Die quòd præses seu domin⁹ Prouincię dabit vnũ iudicem, coram quo omnes conuenientur, ne ipsius causæ continentia diuidatur. vt est textus in l. omnes tutores. C. arbitrium tutelæ, cum similibus ibi notatis.

Et nota quòd huiusmodi actiones reciprocæ quæ dantur pupillo contra tutorem, & tutori contra pupillum, transeunt in eorum hęredes, tam passiuè quã activè. vt in d. l. 1. §. hanc actionẽ. & §. fi. D. de tute. & rationibus distrahen. & C. de hæred. tut. 10 Verumtamen † hæres tutoris non per omnia pariformiter tenetur, sicut tutor si viueret: quia hæres non tenetur de dolo & lata culpa defuncti, nec de eius culpa leui vel leuissima, nisi tribus casibus. Primus est. si lis fuerit contestata contra ipsum tutorem. Secundus est, si hæres lucrũ senserit ex tali culpa. Tertius est, si tutor gratiam fecit. vt hæc habentur in l. 1. C. de hęred. tut. 11 Item † licèt propter non factum vel exhibitum contra tutorem iuretur in litem, non tamẽ iurabitur cõtra eius hæredem, nisi lis iam fuerit cõtestata cõtra ipsum defunctũ. Sed nec tenebitur propter dolũ tutoris, vt dictum est. tamen ipse hæres ex suo proprio dolo conuenietur. vt in l. 2. in fi. & in l. alio iure. C. de in litem iurando.

12 Vlterius † quæritur, qua forma procedendum est in hac ratione reddenda? Die breuiter, quòd iudex eliget bonos viros, seu arbitros expertos & idoneos in calculo talium rationum, coram quibus tutor exhibebit inuentarium, & librum in quo sunt descripta Data & Recepta. Quibus omnibus, & aliis dependentibus & contẽtis, cum diligentia auisatis, si repertum fuerit pupillum debitorem tutoris, ipsum condemnabunt. & econtra condemnabunt ipsum tutorem, ad restituendum pupillo, si eum repererint debitorem. licèt secundùm iuris regulas ipsemet iudex debeat esse calcator & condemnator. vt habetur in d. l. 1. §. officio. D. de

D de iure & ratio distra. & l.2.D.vbi pupillus educari debeat. Sed propter iudicum varias occupationes, solent fieri huiusmodi delegationes & cõmissiones. 13 Sed † nunquid habent isti calculatores omnibus his quæ descripta sunt & apparebũt in ipso inuentario? Dic quòd sic. nam in præiudicium ipsius tutoris plenissimam fidem faciet hoc inuentarium, adeò quòd non posset probari contrarium. vt in l. fin. C. arbitrii tutelæ. de quo plenius dic vt ī.

FORMA LIbelli quo agitur vt pacta seruentur.

TITVLVS XXXVI.

ORAM vobis domino Vicario &c. agit, & in iure proponit, non in modum solemnis libelli, sed qualisqualis petitionis & simplicis facti narrationis, Philippinus de Solpetris, hæres quondam Gregorij, contra & aduersus Blasium Sarachum, & quamlibet aliam personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

Dicẽs & proponẽs idem Philippinus, quòd vertentibus inter eos variis & diuersis discordiis & controuersiis, & superinde calculatis & factis inuicem ac plenè discussis rationibus datorum & receptorum hincinde, tandem interuenientibus ad hoc amicis, ipsi Philippinus & Blasius peruenerunt ad infrascriptas cõuentiones, pacta, & transactiones, solenni stipulatione, ac eorum proprio iuramento, firmatas.

II Videlicet quòd ipse Blasius ire deberet in Angliam & Flandriam, & emere de propria pecunia ipsius Philippini ballas centum lanæ finæ.

III Deinde quòd ipse Blasius sibi haberet & retineret domum vnam positam & iacentem in ciuitate Papie, cui coheret &c. & ipse Philippinus sibi haberet & retineret vineam vnam perticarum x, positã in territorio Clastigij, cui coheret &c. quódque sibi inuicẽ facere deberẽt genera lẽ liberationẽ & absolutionẽ de omnib⁹ & singulis quę alter ab altero, & ecõtrouerso, petere potuisset quacunque ratione vel causa, à dicto tẽpore retro.

IIII Insup dicit ipse Philippinus, q⁹ vltra præmissa cõuenit & promisit ipse Blasius, vẽdere dicto Philippino, peciã vnã prati perticarũ cẽtũ, positã sup territorio Vagãde ti cãpi Papiæ, pretio Floreno

rum. cc. cui cohęret &c. prout de prædictis constare habet publico instrumento tradito & rogato per L. notarium, anno currente M.cccc. die & anno in eo contentis.

V Rursumque dicit & proponit idem Philippinus, quòd dictas conuentiones, pacta, & transactiones implere uit & executioni mandauit pro parte sua, nec per eum stetit, nec stabit, nec stare intendit, quominus omnia adimpleantur & fiant prout in dicto instrumento continetur. Et quòd dictus Blasius prædicta omnia & singula ad implere pro eius parte indebitè recusauit, quanquam sæpe & sępius de hoc & super hoc ammonitus & interpellatus fuerit, prędentialitérque adimplere recusat.

Quocirca, cùm prædicta vera sint, petit & requirit dictus Philippinus, quatenus per vestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis, suprascriptum Blasium, ad obseruandum, implendum, & exequendum pro parte sua suprascriptas conuentiones, pacta, & transactiones: & in dampnis, interesse, & expensis, passis & factis per dictum Philippinum, ex causa prædicta, & in futurum patiendis & fiendis, de quibus protestatur. Deducendo in præsenti iudicio omne ius &c. Saluo iure &c. Non astringens se &c.

GLOSSA I.

Coram vobis. Ad materiam præsentis libelli est quàm diligentissimè aduertẽdum, quia totus mundus regitur pactis & conuentionibus &c.

SVMMAE.

1 *An sint edendæ rationes.*
2. *Confessio debiti ex calculo rationum, valet: quia calculus præbet præsumptionem causæ iustæ obligationis.*
3 *Pœst conclusas rationes non tenetur eas edere.*

GLOSSA II.

Discussis rationibus. De istis rationibus plenè notat Azo in summa, de eden. §. nunc de editione actionis rationum. Est autem eius diffinitio. secũdum eum, talis. Ratio est quædam scriptura datorum & receptorum, causa negociationis communis.

1 Quæritur † an de huiusmodi rationibus sit fiẽda copia ei cuius interest? Dic vt notatur supra in forma opponendi contra instrumenta, de quibus rationibus traditur in l.1. C. de eden. & in l.1. C. de erro. calcu. & l.1. §. rationes. & l. si quis ex argentarius. §.1. & §. rationes. & l. quædam. & l. argentarius. in prin. D. de eden. & plenè per Bar. in l. nuda ratio. D. de don. & facit l. rationes. & l. exemplo. C.

plo.C.de proba.cum ſimilibus.

2 Quæro † de quæſtione quotidie occurrente. Ecce quòd Titius agit contra Caium, petendo ab eo centum, in quibus facta inuicem & calculata ratione, ipſe Caius remãſit debitor dicti Titij,& cõfeſſus eſt ſe eſſe eius debitorem de ipſa quantitate,de quo calculo,confeſſione & ratione probatur per teſtes idoneos, quæritur an dictus Caius debeat cõdemnari ad ſoluendum ipſa centũ? Vidi iſtam quæſtionem de facto in Papia,& varia conſilia ſuper ea. Et arguebatur pro parte Caij quòd omnino debeat abſolui. Primò quia ratio nuda,abſque inſertione cauſę, non tenet nec effectum producit. vt probatur per d.l.nuda ratio.D.de donat. ſecundùm lecturam gloſ.ibi poſitam. Sicut nec ſtipulatio valet ſine cauſa. vt l.a. §. circa. D. de dol. except. Nec alia obligatio vel confeſſio tenet ſine cauſa. vt l.cũ de indebito.in fin.D.de prob. Sed in hac ratione nulla apparet cauſa inſerta. Ergo, &c. Præterea iſta talis ratio ſic generaliter concluſa, cùm non appareat de eius principio, proceſſu, & capitulis dati & recepti, dicitur obſcura & confuſa, & ob hoc redditur nulla. vt probatur per textum in d.l.argentarius.§.edi autem ratio,cũ ſimilibus ibi notatis. Præterea iſta ratio potuit eſſe fundata ſuper rebus turpibus & inhoneſtis, ſeu à iure reprobatis, & ſic valere non debet.arg.l.cum duobus.in fin. & l.quod autem ex facto.cum l.ſeq. D.pro ſocio. & l.ſi remunerandi.§. res turpis. D.mand. & l.cõmuni diuidundo.§.inter prædones. D.communi divid.& facit l.generaliter,& l.ſi plagij.D.de verb.oblig. Iam de facto fundamento corruit ædificium. vt l.q.t.cùm Paulus. Ad oppoſitum autem quòd Caius ſit cõdemnãdus,arguitur ſic.Regula traditur quòd rationi & calculo ſtari debet, niſi de errore calculi probetur.vt eſt textus in l.1.de erro.cal.& ibi notatis per Cyn. & alios: at hîc præſupponitur quòd nihil de errore per Caium probatum eſt: ergo debet condemnari. Præterea probatũ eſt, quòd hæc ratio calculata eſt per vtranque partem, & ipſe Caius confeſſus eſt ſe contentum,& ſe voluit debitorem fore ipſius Titij.ſicque iſta confeſſio facta parte præſente probat. vt notatur in l. 1. C. de confeſ. & eſt textus de hoc, in l. publia.in fin. ibi, ex ratione patris, &c.D.depoſ. Confirmatur hoc,quia ſi ipſe Caius ſcripſiſſet ſe debitorẽ Titij, in libro ſuarum priuatarum rationum, ex hoc probaretur contra eum. vt d.l. rationes.in fin.C.de prob. & notatur in l. quædam. in §. nummularios.D.de eden. Ergo eodem modo, cum facta ratione parte præſente expreſsè confeſſus eſt ſe eſſe debitorem. Et hanc partem ſequi videtur Bart. in d.l. nuda ratio. Nec obſtat quòd dicitur facta ſine cauſa,quia hoc eſt falſum. eſt enim iuſta cauſa, quæ præſumptiuè ſaltẽ includitur in ipſa ratione calculata, & eorum quæ inuicem ſunt data & recepta, in quibus datis & receptis potiùs præſumitur cauſa habilis & honeſta, quàm inhabilis & inhoneſta. argu.l. merito. D.pro ſocio. & l.quotiens. D.de rebus dubiis, cum ſimilibus. Quod quidem manifeſtè probatur in d.l.1.C.de erro. calculi. ſumpto argumento ab errore ceſſante.

3 Nec † obſtat quòd ratio ſit edenda à capite, quia iſtud proce-

dit ante rationem conclusam, vel vbi error in eius calculo probaretur. Secus autem post conclusionem rationis, vbi quis se fundat ex ratione conclusa. Aliter non esset vnquam dare finē rationibus mercatorum, quod esset absurdum. Qui autē erroē allegat, illum probare debet. vt notatur in d. l. 1. & vide quod notatur per Cy. in l. sicut iniquum. C. de fi. instru.

SVMMA.

1 *Conuentionis verbum complectitur omnes contractus & distractus.*

GLOSSA III.

COnuentiones. Istud verbum est generalius aliquo. 1 Nam † comprehendit omnes contractus, & distractus. vt in l. 1. §. conuentionis. & in §. adeo. D. de pac. Sicque bonum est consilium vti isto verbo in instrumentis. Vnde si in instrumento notarius dixerit. *Talis conuenit dare & tradere talem fundum Caio, pro precio florenorum x,* non viciabitur contractus, sed erit contractus venditionis, licèt non dixerit quòd vendidit, nominando specialiter ipsum contractum.

SVMMAR.

1 *Pacti definitio.*
2 *Pactorum diuisiones & nu 3. 4. 6. 16. 18.*
5 *In dubio pactum presumitur potius reale quam personale.*
7 *De iure canonico, pactum nudum parit actionem.*
8 *Pactum vestitur VIII. modis.*
9 *Pacta per alium facta valent.*
10 *Vltima pacta derogant prioribus contrariis.*
11 *Obscuritas pacti interpretanda est contra proferentem.*
12 *A pactore integra possunt cōtrahentes discedere. At si res non sit integra, opus est facto contrario.*
13 *Pactum maioris partis creditorum nocet minori.*
14 *Tantum operantur pacta tacita quam expressa.*
15 *Ius ex pacto reali semel fideiussori quæsitum non potest postea ei auferri.*
17 *Pactum liberatorium porrigitur etiam ad incogitata, & transactio ad cogitata tantum.*
19 *Pacta contraria essentialibus contractus incontinenti adiecta vitiat contractum.*
20 *Pacta quæ inducunt debitum reprobantur.*
21 *Pœna adiecta per pactum contractui, applicanda tertio notario pro eo stipulante, debetur. At applicanda creditori, ob quantitatem non solutam, non valet: ob factum non præstitum, valet.*
22 *Pactum de futura successione regulariter non valet. Nisi fiat pro re successionis conseruando: vel etiam pro perdendo, cùm sit ob debitum, vel non iniuriæ vallatum. Vel cùm sit pro disponendo de re quæsito successionis hominis incerti vel etiam certi, cùm id sit in consequentiam alterius cōtractus aut sub vna vtilitate, aut cùm continet liberationem, aut illius certi hominis consensum & perseuerantiam.*
23 *Pactum contractui societatis adiectum vt altero socio defuncto alter ei succedat, valet: quia factum in consequentiam contractus societatis.*
24 *Renunciatio propriè non respicit ius futurum, sed præsens tantum, at pactum*

ac pactum de non petendo respicit etiam futurum.

15 *Verba renunciationis resolui debẽt in vim pacti de non petẽdo, ne actus fauorabilis pereat.*

16 *Subtilior quàm vtilior distinctio iurium, quæ renunciatione vel pacto tollantur.*

17 *Legatum agnitum non potest repudiari nisi per pactum de non petendo.*

18 *Renunciari potest instantiæ sine pacto, necnon lati, parte vocata, etiam tamuita, refusis expensis. Nec est necessaria iudicis præsentia, quamuis sit vtilis*

19 *Renunciatio super iure futuro ficta in iudicio habet vim pacti.*

GLOSSA IIII.

Pacta. 1 Diffinitur † aut pactum coniuncto textu cũ glossa, sic. Pactum est duorum vel plurium, in idem placitum vel faciendum causa contrahendæ vel tollendæ obligationis, alteri ex eis per alterum paciscendi consensus. vt l. 1. in §.1. D. de pac. & ibi notatis per Azonem in summa C. de pac. & per Goffredum in summa ext. de pac.

2 Sciendum † est insuper quòd diuisiones pactorum multæ sunt. Quædam enim sunt pacta innominata, quæ stant in generali nomine: quędã sunt nominata, quæ transeũt in aliquod speciale nomen contractus, vt in emptionem, locationem, & similes. vt D. de pac. l. 1. in fi.

3 Item † quædam sunt pacta vtilia, quędam inutilia. Vtilium autẽ sunt quędam secundùm legẽ, quædã præter legem. vt notatur in l. paciſci. D. de pac. Inutilium verò quędã sunt inutilia ratione personarũ, vt inter patrem & filium in potestate constitutum, & inter virum & vxorem quando pactum continet donationem, & inter officialem & subditum, & similes. exemplum etiam est in furioso, pupillo, mente capto, prodigo cui bonis interdictũ est, minoréque habente curatorem. Quædam sunt inutilia ratione rerum super quibus pactum interponitur, quia non extant in rerum natura, vel impossibile est illud dari vel fieri. Quædam sunt inutilia ratione turpitudinis & inhonestatis, vt quia contra bonos mores. Quædam autem sunt inutilia tanquam rei publicè contraria. Quæ omnia ideo dicuntur inutilia, quia per legẽ reprobata, aliqua vera & iusta causa subsistente. vt l. pacta quæ contra. C. de pac. & ibi notatis. & hoc plenè declara. vt notatur per Azonem in Summa. eo. ti.

4 Amplius † pactorum vtilium alia est diuisio. Nam quædam sunt personalia, quæ non transeunt ad hæredem vel aliam personam: quædam autem sunt realia, hoc est transitoria in hæredes, & fideiussores, ac correos. vt plenè notatur in l. si vnus. §. ante omnia. & l. idem in duobus. §. personale. & §. fi. cum l. seq. & l. & hæredi. §. fi. & l. si vous. in prin. D. de pac. cum distinctione ibi posita. 5 In † dubio autem præsumũtur potiùs esse realia quàm personalia. vt l. iurisgẽtiũ. in §. pactorũ. versi. vtiũ. D. de pac. & ibi notatis.

6 Insuper † est reliqua diuisio notanda, quia subtilis & ampla. Nã quædã sunt pacta nuda, quędã verò vestita. vt plenissimè notatur per gl. & doc. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. D. de pac. Quæ autem sunt nuda pariunt exceptionem solam, & nullã actionẽ de iure ciuili. 7 De † iure autẽ canonico pariunt

actionem, vt notatur in c. 1. ext. de pac. & per Goffredum in summa & ib Inno. Quæ verò sunt vestita pariunt vtrunque, videlicet actionem & exceptionē (vt ibi habetur) quia talia pacta vestita dicuntur lege iuuari. vt l. vltima de pact. Vnde quatuor operantur. nam primò pariūt, secundò informant, tertiò elidunt, quartò perimunt. Quæ omnia declara vt inquit glossa & Cy. in d. l. pacta quæ contra. C. de pac.

8 Restat † quærere & declarare, quot & quibus modis pacta vestiantur. Et concludendo sub breuitate, respondetur quòd vestiuntur octo modis. videlicet re, verbis, literis, interuentu rei, consensu, cohærentia contractus, legis auxilio, & operis initio. vt plenè notatur in d. §. fi. & in §. sed cū nulla. p gl. & Bar. D. de pac. De pactis autem quæ vestiunt cohærentia contractus, patet exemplum, cùm venditioni, vel locationi, aut donationi, vel alicui simili contractui nominato pœna aliqua apponitur. vt C. de pac. inter emp. & ven. l. 2. & l. legem. C. de pac. & ibi plenè per Ia. Bu. & in l. pacta conuenta. C. de contrahen. emp. & de illis pactis potest loqui præsens libell⁹. Quæ pacta iuxta contractū apposita sunt in communi vsu ad quorum obseruantiam quisque cōpellitur, actione ex eo contractu, iuxta quem sunt apposita. vt in d. §. sed cū nulla. & ibi notatis. 9 Et † aduerte quòd pacta facta per aliū, bona fide. vt per tutorem, vel curatorem, aut procuratorem speciale, vel generalem cum libera, valent & tenent. vt l. rescriptum. in fi. cum l. seq. & in l. tutoris, & in lege contra iuris. §. fin. & in §. si curator D. de pactis, & lege pactum. C. eodem titulo.

10 Quid † si plura interueniunt pacta contraria? Die quòd illa quæ sunt vltima derogabunt prioribus. vt l. pacta nouissima. C. de pac. & l. emptor. in prin. & l. tale pactum. §. 1. & l. si vnus. §. quod & in specie. D. de pac.

11. Et † si forte pacta simul consonantia fuerunt dubia vel obscura, interpretanda sunt cōtra proferentem. vt l. veteribus. D. de pac. & l. Labeo. & l. cùm in lege. D. de contrahen. emp. & in c. contra eum. de reg. iur. lib. vi. & ibi plenè per Dy.

12 Et † si vtriusque paciscentis voluntas concurrit, nec fit processum ad facti executionem, solo cōtrario sensu intercueniente, poterunt paciscentes ab ipsis pactis & conuentionibus discedere. Vbi autem ad executionem processum fuisset, solus consensus in resolutione non sufficeret, sed facto contrario opus esset. vt l. ab emptione. D. de pactis. & l. 1. C. quando lic. ab emp. discum similibus.

13 Licèt autem dixerim pacta non porrigi ad extraneas personas sed ad solos paciscentes, & eorum hæredes, & fideiussores. tamē in pluribus creditoribus pactum maioris partis nocet minori parti, fauore debiti & liberationis. vt l. maiorem. cum l. seq. & l. rescriptum. in prin. D. de pac.

14 Et † aduerte quòd tantum operantur pacta tacita inter partes, quantum verbis expressa. vt l. item quia conuentiones. & l. qui in futurum. & in l. Labeo. cum similibus. D. de pactis. Possuntque concipi pure. in diem, & sub conditione, tam inter præsentes quàm inter absentes,

interue-

interueniente nuncio, vel littera. vt in d. l. Labeo. & l. pacta. D. de contrahen. emp.

15 Vbi † autem huiusmodi pacta realia semel fuerint in fideiussorem translata, non licebit debitori postea paciscendo ius fideiussori ex eis quæsitum auferre, vt l. fi. D. de pac. & arg. in l. si hæres meus. C. Loca. & l. id quod nostrum. D. de reg. iur. cum similibus.

16 Deinde † alia pactorum diuisio subiungitur, quæ est quòd quædam sunt pacta obligatoria, quædam liberatoria. Obligatoria sunt illa per quæ quis astringitur ad aliquod dandum vel faciendum: vt patet hic, in præsenti formula. Liberatoria sunt illa per quæ quis ab obligatione eximitur & liberatur. de quibus pactis liberatoriis loquitur l. si vnus. §. pactus ne peteret. & l. si ibi decem §. quædam. & in §. pactus. cum seq. & l. tale pactum. D. de pac. 17 Quæ † quidem pacta liberatoria, si fuerint generalia, porriguntur ad omnia de quibus processerat obligatio aliqua, licèt simplex transactio restringatur (si sit generalis) quo ad ea tantùm de quibus fuit cogitatum. vt traditur per glo. & doc. in l. emptor, in §. Lucius. D. de pactis. & per Cynum in l. si de certa. & l. sub prætextu. C. de transac. Nec recipiunt talia pacta nouationem per subsequentem nouam stipulationem, tam de iure veteri quàm de iure nouo. Quamuis pacta obligatoria hoc casu iure veteri nouationem reciperent, quæ iure nouo non inducitur, nisi expresse agatur. vt notatur in l. rescripti. §. si pacto quo pœnâ. D. de pac. in l. obligationum ferè. §. fin. D. de act. & obli. & l. prædia. D. de actemp. coniuncta l. fi. C. de rescind.

18 Item † est sciendum quòd quædam sunt pacta quæ sunt contra formam vel substantiam cõtractus, & ista non valent. vt in l. cum precario. D. de preca. quædam sunt pacta contra accidentalia contractus, & ista valent. vt in l. paciscì. D. de pac. & quod notatur per glo. & Cy. in l. 3. C. de iure emphyt.

19 Quædam † sunt pacta contra naturam rei super qua pactum interponitur. & tunc aut fiunt ex intervallo, & non valent. vt l. per seruum. §. 1. D. de vsu. & habi. aut fiunt in continenti in ipso contractu. Et tunc aut sunt contraria essẽtialibus ipsius contractus, & tunc non valent, nec ipse contractus, vt in d. l. per seruum. §. 12. respõso. aut sunt contraria accidentalibus, & tunc non valent. sed contractus tenet. vt l. vtifrui. §. 1. D. si fruc. per. 20 Aut † pacta habent simpliciter inducere delictum, & tunc non valẽt. vt l. conuenire. D. de pac. dot & l. si vnus. §. illud. D. de pact.

21 Quid † si creditor pactum fecit cum debitore, quòd si non soluerit ad Pascha cadat in pœnam 1 florenorum? Die quòd aut ista pœna est applicanda fisco vel alii tertiæ personæ, aut ipsi creditori. Primo casu aut publica persona, puta notarius, stipulatus est hanc pœnam nomine fisci vel tertiæ personæ, & tunc agi potest ad pœnam: aut solus creditor est pactus vel stipulatus ipsi fisco, & tunc non valet pactum nec stipulatio, nec agi potest ex eo, per regulam, *Alteri per alterum.* de qua in. §. alteri. Instit. de inutil. stipu. cum similibus. probatur hoc per textum in lege arbiter infra certum diem. & ibi notata per Bar.

D.de arbit. Secundo casu principali subdistinguitur, aut pœna apponitur quantitati & non valet, quia præsumitur appolita in fraudē vsurarū: aut facto, & (secūdùm aliquos) valet. de quo notatur per doct. in l. cùm alligas. C. de vsur. & per Bar. in l. cùm seruus ita. de cond. & dem.

22 Adꝑ illud insuper est aduertēdum, quòd licèt regulariter omnia pacta obligatoria & honesta & secundùm bonos mores cōtracta valeant, tamen pactum de futura successione, cùm per ipsum inducatur votū captandæ mortis alterius, reprobatū est à iure. vt in l. fi. & l. pactum. C. de pact. & in l. pactum. de colla. Plenùs tamen circa hoc distingue secundùm Bart. Aliquando fit pactū pro iure futuræ successionis conseruando: aliquando pro iure successionis pardēdo vel minuēdo: aliquando pro iure successionis acquirendo: aliquando de ipso iure acquisito certo modo disponendo. Primo casu valet pactū. vt Instit. de legit. agna. suc. §. fin. Secundo casu distingue. Aut tale pactū est commixtum cum debito, & tunc valet. vt in l. 1. §. ti parēs. D. si à paren. quis fue. manu. Aut non est commixtum cum debito: & tunc aut firmatur iuramento, & valet. vt in c. 2. de pact. lib. 6. Aut non est firmatum iuramento, & tunc non valet. vt l. pactū. C. de collat. cum similibus. Tertio autem casu pactum non valet. vt l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. & ibi de hoc plenè per Bart. probatur in l. pactum. C. de pact. & l. cùm donationis. C. de transact. cū ibi notatis. etsi tale pactum esset iuramēto firmatū: quia est cōtra bonos mores, cùm tollere vel minuere habeat liberam testamēti factionem. Ergo, &c. vt in c. non est obligatorium. de reg. iur. lib 6. Quarto & vltimo casu distingue. Aut pactum fuit interpositum super hæreditate hominis incerti & indeterminati, & tunc valet. D. pro socio. l. 3. §. de illo. Aut super hæreditate hominis certi & determinati (puta Caij) & tunc aut hoc procedit in consequētiam prioris contractus, & tunc valet. vt l. si quis seruum. D. de actio. empti. Aut non procedit ex tali consequentia: & tunc aut venit sub quadam vniuersitate, & tunc valet. vt l. 2. §. illud. D. de hæred. vel. activen. Aut venit principaliter per se, & tunc aut continet liberationem pacisccntis, & valet. vt in l. hæredi. §. filia. D. de pact. Aut continet obligationem. & tūc aut ille de & super cuius hæreditate pactum interponitur consentit, & tunc valet, si in ipso consensu perseuerat: aut nō consensit, vel non perseuerat, & tūc non valet. vt in l. fin. C. de pactis. Et ibi plenè per Cy. 23 Etꝑ prædicta faciunt ad illam quæstionē quæ sæpè occurrit in Monteferrato, videlicet an duo socii possint simul pacisci, quòd altero defuncto alter superuiuens sibi succedat. de qua quæstione tangitur per Cyn. in d. l. fi. & per Bar. in l. stipulatio hoc modo. & ego scripsi super forma libelli quo agitur inter socios, & c. ibi vide.

24 Deinde ꝑ notandum est, quòd sunt duo quæ videntur idem, & sunt diuersa, scilicet pactum de non petendo, & renuntiatio iuris competentis. Ideo autem dixi esse diuersa, quia eorum effectus sunt diuersi. Quod patet, nam si mihi competit ius petendi fideicommissum, in aliquius conditionis euentum, non possum huic iuri ante cōditionis

dictionis euentum renunciare per simplicem renunciationē: sed per pactum de non petendo sic. vt plenè traditur in l.i.C. de pact. & l. de fideicommisso. C. de transac. facit l. si ita scriptum. §. si sub conditione. D. de leg. 2. Et huius differentiæ est ratio (secundùm Iaco. Butr. vt per eum notatur in d. l. 1.) nam renunciare est aliquid a se abdicare, & præterea ipsius renunciationē, aliquā obligationē inducere. Cum itaque ius de futuro nondum competat, & verba renunciationis præsens tempus respiciant, ergo non operantur super futuro. arg. l. si à colono. D. de verb. obligat. & l. verbum erit. D. de verb. sign. Vbi autem pactum fit de non petendo, tunc verba respiciunt præsens tempus, & secundùm illud operantur: nam statim paciscens obligatur non petere in futurum. vt l. 1. vnus. §. pactus ne peteret. D. de pac. Meritò ergo tale pactum super iure de futuro tollendo operatur. vt in d. l. 1. Et per hoc patet quòd malè faciunt aliquādo notarii, qui vtuntur hoc verbo renunciauit in renunciationibus iurium de futuro. sed debent dicere, talis fecit pactum nō petendo tale quid &c. 25 Vbi† autem imprudens notarius vteretur verbo *renunciauit*, dicit Iac. Bu. quòd debebit exponi. i. pactum de non petendo fecit, non attenta alluſione illius vocabuli. arg. l. insulam. D. de præscript. verb. & l. si vno. in princip. D. loca. & quia tractatur de fauore, si non valet vt agitur, valeat vt potest. vt l. an inutilis. D. de acce.

26 Plenius† tamen circa hoc quid operetur repudiatio, quid pactum, sic distingue. Quædam sunt iura fundata & cauſata à consensu duorum: quædam verò cauſata à consensu vnius tantùm. Primo casu non possunt tolli nisi per pactum. vt l. Pomponius scribit. cum l. seq. D. de nego. gest. & hoc si velit quis tollere ea directò. Vbi autem per obliquum tolluntur, sufficit vnius repudiatio vel voluntas. vt in lege solenniter. D. de solut. & l. soluendo. D. de neg. gest. Idem dic si talia iura resideant solùm apud vnum, licèt à principio fuerint cauſata à consensu duorum, vtputa dominium. nam qui dominium acquisiuit, potest illud à se abdicare, sola eius voluntate accedente. vt D. pro derelic. l. 2. Secundo casu principali, exemplum est in legato vel fideicommisso, quod ante eius agnitionem est fundatum in sola persona testatoris. vt in l. cùm pater. §. surdo. D. de leg. 2. Et tunc aut est purum, & tollitur simplici pacto, vel repudiatione. aut est conditionale, & tollitur pacto tantùm. vt notatur in d. l. 1. 27 Vbi† autem esset purum, & agnitū per ipsum legatarium, tunc, quia fundatum in persona testatoris & legatarii, sola repudiatio non valeret, sed pactum de non petendo sic. secundùm Iac. Bu.

28 Ex† quibus omnibus patet quòd instantię litis potest renūciari simpliciter, renunciatione sine pacto. vt in l. postquam liti. C. de pact. Hic tamen aduerte quòd aliud est renūciare liti simpliciter, aliud est renunciare instantiæ litis vel cauſæ. Qui enim renunciat liti, vlterius non auditur volens repetere actionē. in d. l. postquam. qui autē renunciat tantū soli instātiæ, siue expressè siue tacitè auditur volens iterū agere, soluto tamē priùs expēsus. vt in l. properandū. C. de iudi. & notatur in Auth. q semel. C. quō & quādo iud.

Sed an in hac renunciatione instantiæ sit necessaria partis aduersæ præsentia? glo. in d.l. postquam, tenet quod non. Iaco. Bu. & Petrus tenent quòd sit, vel saltem quòd sit citata. vt notatur in d.l. postquam. & idem in renunciatione litis. Sed nec est necessaria, præsentia iudicis (secundùm glo. & Iac. prædictum) in tali renunciatione litis vel instantiæ, quo ad ius præsens: quo autem ad futurum, esset necessaria, secundùm eum. Vnde ad omne dubium tollendum, sis cautus quando vis liti vel instantiæ renunciare, facere citari aduersarium, & coram iudice ipsam renunciationem facere. Sed quid si aduersa pars condicit tali renunciationi, an ea inuita fieri poterit? Distingue. aut volo liti vel instantiæ causæ ex toto renunciare, & possum aduersario inuito. vt dict. l. postquam. & l. destitisse. D. de iudic. ita tamen si soluantur litis expensæ. Aut volo differre litis processum: & non possum, aduersario inuito. vt Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Aut volo libellum emendare. & possum hodie, secundùm Odofredum, licèt Gloss. contra. vt in l. edict. C. de eden. cum distinctione ibi posita. & quæ remanet incorrecta, secundùm eum.

29 Quæ† autem superius dicta sunt in simplici renunciatione, quæ super iure de futuro non tenet, procedunt renunciatione facta extra iudicium. Vbi autem facta fuerit in iudicio, tunc habet vim pacti, & tenet super iure de futuro, secundùm docto. & vt ibi notatur. Quod tene menti &c.

SVMMA.

1 *Renunciatio iuramento firmata habet v.m pacti.*

GLOSSA V.

PRopriò iuramento firmatæ. Hic nota vnum singulare. dixi enim supra quòd simplex renũciatio super iure de futuro non valet, per d. l. 1. C. de pact. 1 Quid† dices si fuerit hæc renunciatio iuramento firmata? Dic breuiter quòd habebit vim pacti, & per consequens tenebit, iuxta ea quæ notat Bart. in l. si quis pro eo. D. de fideiuss. & quæ scripsi super forma libelli venditionis.

SVMMA.

1 *Subtil. DD. disputationes de pactis v. stitis, & eorum viribus, & aliis vnsmodi quæstionibus, tanquã inutiles & supernacuæ relinquendæ sunt.*

GLOSSA VI.

DEberet ire in Angliam. Istud pactum cum sequentibus inò magis à stipulatione, de qua præmittitur cohærentia ipsius. & erit pactum vestium cohærentia contractus. 1 De† quibus vestimentis, & eorum effectibus seu viribus, & qualiter eorum fiat nouatio. & si pacto sit adiecta pœna an si non valet pactũ valeat accessorium, scilicet pœna, non dico hic, quia est materia valde subtilis & profunda, quę potiùs relinquenda est doctoribus quàm notariis, pro quibus facta est compilatio huius operis. Et quia (vt inquit Seneca) magna est dementia hominis, supernacua addiscere in tanta temporis egestate. Tu tamen si cupias in hoc laborare, recurre ad notata per Cyn. in dict. l. pacta quæ contra. & per Iac. But. in d. l. legem. & in l. pacta nouissima. & l. si pacto quo pœnam. & ibi per Cyn. C. de pact.

pact. & in d. l. si vnus. in §. pactus ne peteret. D. de pact. vbi plenè per Bar. & Iac. Bu.

SVM MAR.

1 *Transactio est species pacti.*

2 *Quid sit treuga, quid pax: treuga duplex, canonica & conuentionalis.*

3 *Transactionis definitio.*

4 *Nuda transactio parit exceptionem non actionem, nisi sit vestita. Vestitur autem quatuor modis.*

5 *Potens implere transactionem, non potest repellere solutis ex ea. Nisi in tribus casibus.*

6 *Pœna commissa ob non solutam pecuniam certa die, purgari potest infra paucos dies.*

7 *Qui pacisci possunt, possunt & transigere.*

8 *Prælati ecclesiastici non possunt trãsigere sine capitulo suo.*

9 *Transigi non potest de rebus spiritualibus: de criminibus quæ pœna sanguinis non coercentur: nisi de crimine adulterii & falsi. Item nec de alimentis futuris, causa incognita nec de contentis in testamento, verbis testamenti non inspectis, nec de iure subiectionis.*

10 *Cum transactione omnia iura generaliter remittuntur, non tamen comprehenduntur iurisdictio, visitatio, procuratio, reuerentia, cathedraticum.*

11 *De beneficio ecclesiastico transigi non potest, de fructibus beneficii potest.*

12 *Contrauenienti transactioni iuramento vallatæ sit infamis, & nihilominus stare cogitur transactioni. Si non sit iuramento vallata, tenetur ad interesse, vel ad pœnã compromisso expressam.*

13 *Contrauenienti contractui iuramento confirmato inuidit in crimen sacrilegii, si factum non fiat quod fieri oportuit.*

GLOSSA VII.

TRansactiones implere & executioni mandare &c. 1 Sciendum† est quòd inter pacta & transactiones est ea differentia quæ est inter genus & speciem: nam omnis tranſactio est pactum, sed non ecõuerso, vt colligi potest ex diffinitione vtriusque. Aliud etiam sciendũ, quòd nomen conuẽtionis est omni alio nomine generalius. vt in l. i. §. conuentionis verbum. D. de pact. & supra dixi. & transit vt plurimùm in aliud nomen specialis cõtractus, vt ibi dicitur. vnde aliquando conuentio transit in nomen treugæ, aliquando in nomen pacis, quæ specialia nomina sunt apud principes in communi practica.

2 Quero† ergo pro te, iuuenis, quid sit treuga? Respondeo, treuga est securitas præstita personis & rebus, vsque ad certum tempus, discordia nondum inter partes finita. secundùm Inn. & Goffr. in c. i. & 2. de treuga & pace. Inde quæro quid sit pax? Respondeo (secũdùm eos) pax est discordiarum finis. Ex his patet differentia inter pacem & treugã. Denique sciendũ est quòd duplex treuga, videlicet canonica, & conuentionalis, secundùm eos, & glossam vo. supra. Canonica treuga, est illa quam ius scriptum induxit, disponendo quòd quilibet sit securus certis temporibus anni, in persona & rebus, vtputa à die Veneris vsque ad die dominicam, ab aduentu Domini vsque ad octauam Epiphaniæ, & à septuagesima vsque ad octauam paschæ. vt habetur in d.

c.1. Conuentionalis treuga est illa quam partes inter se faciũt, quæ ab ipsis partibus est inuiolabiliter obseruanda, per totum illud tempus de quo similiter conuenerunt, secundùm doct. prædictos.

3 Viso† ergo quid sit peractum videamus quid sit transactio. Est autem transactio (secundùm Azonem & Goffredũ in summa sua tit. de transact.) de re dubia, & lite incerta nondum finita, quædam non gratuita pactio. vt probatur in l.1. D. de transact. & in l. transactio. C. eo. rit. quam diffinitionem declara vt ibi notatur. Ad aliud tamen aduerte, quòd in præmissa distinctione exprimitur, dum dicitur, non gratuita pactio, quia transactio nullo dato, vel promisso, aut retento, non tenet. vt in d.l. transactio. & in c. super eo. de transact.

4 Quid† ergò si facta esset trãsactio aliquo huiusmodi promisso (vt hæc fiunt) & alter non obseruat trãsactionem, an poterit agi contra eũ? Hic aduerte, quòd quotidie, propter fidem modernã quæ in hominibus regnat, occurrit ista quæstio, in qua sic cõcluditur & cõprehẽditur. Quòd regulariter ex nuda transactione nõ agitur, sed solùm excipitur. vt hæc habentur & notãtur per gl. & doct. in l. siue apud acta. & l. cum proponas. & l. si super. & l. si pro fundo. & l. cum mota. & l. si quidem. C. de transacti. Vestitur autem transactio quatuor modis, videlicet et traditiõe, stipulatione, iuramẽto, & acceptilatiõe. vt d.ll. & l. si quis maior. C. eo. ti.

5 Sed† an eo casu quo trãsactio fit, vestita traditione, si ille qui recipit traditum non implear transactionẽ ex parte sua, sed recusat stare transactioni, possit contra eum agi ad vtrumque, videlicet ad repetendum sibi traditũ, & transactionem obseruandã? dic quòd non regulariter. vt in d. l. cũ proponas. & l. qui fidem. D. de transac. Ratio est, quia ex ea parte qua petit stari trãsactioni ipsam approbat: ex ea autẽ parte qua repetit solutũ illam impugnat. & sic est sibi cõtrarius, ergo repellẽdus. l.1. C. de fur. cum ibi notatis. Fallit hæc regula in tribus casibus. primus est, si per pactum fit actum vt vtrumque peti possit, quia dictum est, rato manente pacto. vt in dict. l. qui fidem. & in d.l. cùm proponas. per quod notatur ꝙ quis ex pacto auditur allegans cõtraria. Secũdus est, in transactione iuramento vallata. vt in d.l. si quis maior. Tertius est, quando prima actio fuit per acceptilationẽ sublata. vt in l. vbi pactũ. & ibi notatis. C. de transac. Sed quid dices si in trãsactione vna pars ab alia stipulata est pœnã, si contrafiat, rato manẽte pacto, & promissor pœnę contrafecerit trãsactioni, & stipulator velit pœnã petere, & à transactione discedere, an possit vtrumque facere? glo. determinat ꝙ sic. in d.l. qui ficẽ. licèt aliqui teneãt contra, vt ibi notatur per Bart. & ego scripsi super forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso.

6 Quæritur† circa præmissa, quid si pœna sit cõmissa, quia ad diẽ stata tam nõ soluit, prius missa, an liceat post diẽ offerre, & morã purgare? Dic ꝙ sic. infra paucos dies. arg. l. si in §. colonus. D. loc. & l. si cui dies. in fi. cũ l. seq. D. de arbit. & l. si post tres. D. si quis cau. & l. sed si alia. D. de constit. pecu. Licèt gl. & Iac. But. in l. siue apud acta, distinguãt, vt ibi notatur: aut mora cõmissa insurgit obligatio legalis, & tũc potest purgari. vt l. si ita

§ iis quis. §. Seia. D.de verb.oblig. aut insurgit obligatio conuentionalis, & tunc quando habet diem non potest mora purgari. vt l. magnam. C.de contrah.& cómit.stip. in l.traiectitiæ. §.de illo. D.de act. & oblig. aut nulla sequitur obligatio, & tunc potest quandocunque mora purgari. vt d.l.sine apud acta. De qua purgatione moræ plenè notatur p Bar.in l.insulâ.D.de ver.ob.

7 Si † quærantur quæ personæ possunt transigere, dicendum est quòd illæ quæ possunt pacta facere: de quibus in alia præcedenti Glos. dictum est, & probatur in l. pactum C. de pact.& in l.rescriptū, in fi.cum seq. D. de pac.& in l.præsens. C. de transact. 8 Sed † licèt tutor & alii administratores seculares possint transigere, tamen prælati ecclesiastici non possunt transigere, sine suo capitulo. vt in c.contingit. ext. de transact. cū ibi notatis.

Super quibus autē rebus & negotiis possit trantigi, plenè notatur p Azo. & Goffr. in summis suis. Tamē colligendo aliqua, dic q regulariter super omnibus & de omnibus fieri potest transactio. 9 Fallit † in certis casibus. primo in causis spiritualib⁹, vb. spirituale pro spirituali datur. vt in c. cōstitu. ext. de transact. licèt cōpositio gratuita valeat. vt notatur p Glo. in c.2.& in c.de cæro. ext. eo. ti. Itē fallit in criminibus seu delictis in quibus nō imponitur pœna sanguinis: nisi in crimine adulterii, & in crimine falsi. In cæteris autē criminib⁹ in quib⁹ pœna sanguinis imponitur, valet trāsactio. vt hęc omnia habētur in l. trāsigere. C. de transa. & p Azo. & Gof. in summa. Itē fallit in alimentis futuris, super quibus sine præsidis cōsensu nō tenet transactio. vt in l. de alim. C. de transact. l. cū hi. in prin. & §. 1. & seq. D. eo. ti. Itē fallit si transactio fiat super cōtentis in testamēto, nō viso nec cognito. l. de his. D. eo. tit. Itē fallit in iure subiectionis, super quo nō tenet transactio. vt in c. præterea. ext. eo. tit. 10 Itē † fallit in generali iurii remissione, quæ non extenditur ad iurisdictionē. vt 16. q. 2. in c. visis. in fi. nec etiā ad visitationē & procurationē. ext. de don. in c. pastoralis. & ext. de cens. in c. cū venerabilis. nec ad reuerentiā. l. fin. C. de bon. quę liber. nec ad cathedraticum. vt ext. de donat. c. pastoralis.

11 Ex † prędictis autem patet, quòd si de & super ecclesia vel præbenda sit inter aliquos controuersia ad quem ipsorum de iure pertineat, ex collatione habita vel prouisione à summo Pontifice vel episcopo, quòd inter eos non potest fieri de ipsa ecclesia aliqua transactio: quia est res spiritualis. vt traditur in c. constitutus. ext. eo. tit. licèt fieri possit quædam gratuita compositio. vt in c. super eo. ext. eo. cum similibus. Si tamen de iure dominii vel proprietatis ipsius ecclesię inter duos episcopos vel abbates controuersia esset, vtroque contendente ius suæ ecclesiæ ad eum pertinere, tunc inter eos posset illa transactio fieri. quia etiam inter eos posset fieri permutatio. vt notatur in c. ad quæstionem. de re permu. & 16. quæst. 3. c. inter memoratos.

12 Quæritur † quę sit pœna eius qui venit contra transactionem? Respondeo, quòd aut transactio est vallata iuramento. & tunc efficitur infamis, & restituit accepta, & nihilominus cogitur stare transactioni. vt in lege si quis

maior. D. de transact. Imò si est in dignitate constitutus, priuatur ipso iure dignitate sua qua fungitur. vt l. pen. in fi. C. de dignit. lib. XII. & ibi notatis per Glo. Quod multùm nota, pro illis qui quotidie faciunt compromissa iuramento vallata, & fertur inde sententia per arbitros, quâ præcipiunt obseruari sub pœna in compromisso contenta, quæ appellantur quędam transactio. vt in Auth. vt differ. iudic. §. si interim. nam si aliqua pars contrauenias vel appellando, vel supplicando principi, vel alio modo, videtur quòd incidat in pœnâ præ dictam. Aut transactio non est vallata iuramento, & tunc tenetur ad interesse, vel ad aliam pœnam de qua in transactione expressum est. vt ibi notatur, & in d. l. si quis maior. & l. cùm mota. & l. si pro fundo, cum similibus. Et quod dictum est de transactione iurata, idem censendum est in quacunque simplici promissione iurata. vt determinat Glos. in d. l. pen. C. dę dig. quia lex magis considerat ipsum periurium, quàm qualitatē contractus. Quod est multùm notandum, pro variis instrumentis contractuũ, in quibus apponitur iuramentum, & sæpissimè contrafit à partibus.

13 Amplius † etiam scias quòd talis periurus potest accusari criminaliter, ad pœnam criminis stellionatus, quę est ex hac temporale, vel loco ex ea alia pœna pecuniaria, iudicis arbitrio imponenda. vt in l. de periurio, & l. 3. §. pœna autem. D. de crim. stell. de quo notatur per Cyn. & Iac. Bal. & Bal. in l. 2. C. de iureiur. Quę pœna criminalis ligat quoscunque periuros. secun in Glossam, in d. l. de periurio. Quæ opinio, secundũ doct. est restringenda quando iuramentum est super aliquo facto de futuro, quod fieri interest alterius. vt notatur in d. l. 2. Est autem optima cautela, in omnibus promissionibus & obligationibus facere apponi iuramentũ vt cauilloti debitores per hãc viam deterreantur & compellantur satisfacere creditoribus suis.

FORMA Libelli in causa venditionis.

TITVLVS XXXVII.

ORAM Vobis domino Bernardino Vicario &c. Agit & in iure proponit Ioãnes de Bellifonis, ciuis Papiensis contra & aduersus Martinum Saccum, & contra quancunque aliam personam pro eo seu ejus nomine in iudicio legitimè cõparentem.

I. Dicens & proponens quòd anno M. cccc. mense Decembris, suprascriptus Martinus vendidit & tradidit suprascripto Ioanni precio florenorum cc. boni auri & iusti ponderis, petiã vnam vineæ, quæ est pertica rum c. positam & iacentem in & super territorio sancti Alexii, campaniæ & distri-

ctus

ctus Papiæ, cui cohæret &c. Eidémque Ioanni ceſſit & mandauit omnia iura, omnéſque actiones, tã reales quàm perſonales, & vtiles directas, mixtas & hypothecatas, ipſi Martino venditori ſpectantes & pertinentes: ponens ipſum Ioannem in locũ ſuum, ac conſtituens ex nũc dictus Martinus venditor, ſe tenere & poſſidere dictam petiam terræ nomine & vice dicti Ioannis: ac eidem Ioanni promittens de euictione & legitima detentione, & ſub eius iuramento corporaliter præſtito ipſam venditionem in totum obſeruare, & contra eam nullo tempore contrafacere nec venire: cõfeſſúſque inſuper fuit idem Martinus ſe à dicto Ioanne, dictum precium integrè habuiſſe & recepiſſe, prout prędicta omnia, & alia plura, latiùs patẽt quodam publico inſtrumẽto venditionis, facto, tradito & rogato anno & mẽſe & die prædictis per talem notarium.

II Rurſum dicit & proponit ſupraſcriptus Ioannes, quòd licèt prędicta omnia & ſingula, & plura alia, ſupraſcriptus Martinus promiſerit, geſſerit, & fecerit, nihilominus ipſam petiam vineæ, poſt contractam dictam venditionem, in ſe retinet, & cõtra bonam fidem & voluntatem dicti Ioãnis ipſius vineæ corporalem poſſeſſionem dimittere & relaxare denegauit.

III Fructus præterea, reditus, & prouentus eiuſdem, iam dictus Martinus habuit & recepit, à tempore dictæ venditionis citra, precij & valoris, ſingulo anno cum alio computato, florenorũ xxvi, indebitè ac iniuſtè ac contra voluntatem ipſius Ioannis. Quam quidẽ peciam vineæ, fructúſque & redditus ante dictos, ſeu eorum precium & valorem, aliáque damna, expenſas & intereſſe, paſſi & facta per ipſum Ioannem, prędictus Martinus, ſuper hoc ſępiùs requiſitus dimittere & relaxare, tradere & reſoluere dicti Ioanni indebitè recuſauit, prędentialitérque recuſat.

Quare, † cùm prędicta vera ſint, petit & requirit Ioannes ſupraſcriptus, quatenus per veſtram diffinitiuam ſententiam, & omni via, iure, modo & forma quibus meliùs fieri poteſt condemnetis, & condemnatum iuris remediis cõpellatis dictum Mar-

tinum versus dictum Ioannem, ad tradēdum, dimittendum, relaxandum & soluendum, (singula singulis congruè referendo) suprascripto Ioanni emptori, prædictam peciam terræ, simul cum fructibus inde perceptis, si extant: & si non extant, eorum valorem & æstimationem, prout superiùs est taxatum & liquidabitur in processu. Nec non condemnetis vt ſ. eundem Martinum, in ipsis fructibus quos percipere potuit, damnisq;, interesse, & expensis, passis & factis per dictum Ioannem, & de faciendis in futurum protestatur. Et prædicta petit fieri, & executioni mandari per vos &c. Deducendo in præsenti iudicio omne ius &c. Saluo iure &c. Non astringens se &c.

SVMMAE.

1 *Omnis res quæ est in commercio humanum venit, potest, exceptis &c.*
2 *In venditione rerum priuatarū tria sunt substātialia, cōsensus partiū, precium in pecunia numerata, res quæ vēditur. At quædā alia insuper requiruntur in vēditione rerum ecclesiæ, ciuitatis, minoris, fisci.*
3 *In venditione inter priuatos suppletur forma visitata in loco cōtractꝰ.*
4 *Venditio contrario consensu contrahentium dissoluitur.*
5 *Venditio simulata nulla est, & ea non transfertur dominium neque possessio.*
6 *In dubio venditio non præsumitur simulata sed vera.*
7 *Deceptio vltra dimidiam partem iusti precij, facultas redimendi, consecutio emptoris fœnerandi facit vt venditio præsumatur simulata. Item si triennio venditor remansit in possessione rei venditæ.*
8 *Locatio rei vēditæ quæ fit venditori nō tollit præsumptionē simulationis.*
9 *Ex pacto legis commissariæ in venditione rei pignori obligatæ, præsumitur venditio simulata.*

GLOSSA I.

COram vobis. Quantum quotidianus & practicabilis sit hic tractatus venditionum, nomē totus canonicorū cōtextus: ideoq; bene studendus memoriterq; cōmendandus.

1 Ad † cuius euidentiā est sciendū, quòd regulariter quælibet res nedū propria, sed etiā aliena, potest vēdi, dum tamē sit in nostro cōmercio. ex in l. cē aliena. D. de cōtrahē. emp. & in l. 4. eo. ti. Fallit in plurib⁹ casibus qui habētur in l. sed Cellus. in prin. cū similib. ibi not. D. de cōtra. emp. quos posui ſ. in primo libello, in Gl. ſ. verbo veris & legitimis titu.

2 Deinde † sciēdū est q; tria sunt de substātia venditionis, & altero ex his deficiente redditur vēditio ipso iure nulla. Primū substātiale est partiū cōsensus. vt l. 1. in fi. & l. in venditionibus in prin. D. de cōtra. emp. cū simil. ibi not. facit l. consensus. D. de act. & oblig. Secundū substātiale est preciū in pecunia numerata, non in specie, vel in re. vt in d. l. 1. ver. sed an sine. & l. 2. in fi. D. eo. ti. de contra. emp. & in §. precium. Insti. de emp. & vē. Tertiū substātiale est res quæ vēditur: quia sine re non pōt contrahi venditio. vt in d. §. precium. & D. de contra. emp. l. nec emptio. facit l. naturalis

turalis.in prin. D. de preſcrip.verb. cũ ſi.milib.Et hæc vera in venditioni bus cõmunibus rerum priuatarũ.In venditionibus rerũ eccleſiæ, ciuitatũ,aut pupillorũ,vel minorum,vltra prędicta requiritur & alia.In rebus quidẽ eccleſiæ decurritur ad formã traditam in auth. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſan. eccle. & xii. q.a. c.ſi de exceptione. & in c. diuũ de reb. eccle.non alie.lib vi. In rebus autẽ ciuitatis ſeruatur forma tradita in l. ſi.C. de ven. rerum ciuit. lib xi. In venditione rerum pupilli & minorũ, ſeruanda eſt forma tradita in lege magis puto in §.ne paſſim.D.de rebus eorum. & l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. In venditione inſuper rerum fiſcalium, decurrimus ad formam traditam per textũ & Gl.in l.i. C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſ.lib. x.cũ ſimil.ibi not.Verũtamen ſi ſtat cõtractus ſimpliciter inter priuatos, debet arrẽdi forma quę cõſueuit ſeruari in loco cõtractus.vt in l.℣ ſi no lit.§. qui aſſidua. D. de ędil. edic. & notatis per Bar.in l.ex ea parte.D.de verb.oblig.& in l.prius, §. Plautius, D.de aqua plu.arc.

4 Et † nota,quòd ſicut ipſa venditio cõſenſu perficitur, ita cõtrario partium conſenſu diſſoluitur & reſoluitur. iuxta doctrinam traditam in l.ab emptione.D. de pac. & D. de reſcin.ven.l.emptio.& l.cũ emptor. in fi.facit l.i.& 2.& per totum.Cod. quando lic.ab emp.diſ.

5 Præmiſſa † autem habent locum in vera venditione:ſed in ſimulata non procedunt, quia in ea deficit conſenſus,cũ aliud agatur quã dicatur.vt in l.nuda. D.de cõtra. emp. & in l.2.C. plus valeret ℣ agi. & ibi notatis. Et ob hoc nulla eſſe cenſetur,in tantum quòd ex ea non tranſit dominium nec poſſeſſio in emptorem.vt determinat Bar. in l.emptor.D.de aqua plu.arc. 6 In † dubio tamẽ ſtatur inſtrumẽto, & præſumitur vera vẽditio, & nõ ſimulata,alio in cõtrariu nõ probato. vt determinat glo.in l.quis.C.ſi qs alteri vel ſibi. & l.cũ propriã.& l.multũ in tereſt.2.reſpon.C.eo.ti.cum l.precibus.C. eod.tit. & l. optimam. C. de contra.& conſtip.

7 Veruntamen † ſi venditor probet ſe deceptũ vltra dimidiam iuſti precij, & ℣ ſibi facta ſit hęctia de retro vendendo,tũc venditio ſimulata præſumitur. Aliqui tamẽ requirunt tertium. ſcilicet ℣ emptor ſit ſolitus fœnerari.vt plenè de his traditur per doc.in c.ad noſtrã.ext.de emp.& vẽ.& in c.illo vos.de pig.& in l.2.C. de pac.inter emp.& ven. Præſumitur etiam ſimulata vẽditio, ſi venditor poſt venditionem permanſit diu in poſſeſſione rei venditæ, ſine alia noua cauſa,colligendo ſibi fructus, ſpacio triennij vel vltra.vt determinat Bart.in l.poſt contractum.D.de dona.arg.l.ſi quis.in fi.C. de naturalib⁹ lib.& l.ſi is qui.D.de acqui.hęr. & l.ſicut.in §.ſuperuacuum.D.quib. mo.pig.vel hypot.ſol. 8 Et † pro tanto conſuetum eſt à pluribus obſeruari,quòd ſtatim vel poſt aliquos dies, venditione contracta faciant locationem in ipſum venditorem de ipſa re vendita, ſub certa annua mercede, vt videatur venditor tenere & poſſidere ex noua cauſa. Crederem tamen conſultius eſſe quòd emptor alij rem locaret quàm ipſi venditori. 9 Item † præſumitur venditio ſimulata, ſi creditor pactus ſit cum debitore.vt res pignori obligata non ſoluta pecunia ad terminum deputatum, ſit vendi-

ta pro pecunia debita, vt l.1. & 2. C. de pac.pig. Secus autem si pactus sit, vt sit empta iusto precio: quia tunc fiet rei æstimatio, & secundùm ipsam æstimationem intelligetur facta vera venditio. vt l.fi fundus. §. fi. D. de pigno. & notatur in d.l.1.

SVMMA.

1 *In libello venditionis non est de necessitate exprimere diem contractus.*

GLOSSA II.

DE anno curso M. cccc. Ista incipit esse noua ætas, quia ætas hominis est centum annorum ñeque de centennio in centenuium incipit esse noua ætas. Et consueuerunt antiqui tali adueniente ætate magna facta celebrare: & laudabile esset repetere. Quo anno, mense Septẽbris, natus est prædictus Manfredus filius meus, & ad ipsius & publicã vtilitatẽ (maximè notariorum ciuitatis Papiæ) ego Ioannes Petrus cœpi exordium sumere in huius operis cõpilatione, in quo per decennium & vltra non destiti laborare.

1 Quæritur † an de necessitate, sit in libello, exprimenda dies celebratæ venditionis? Dicit Inn. quòd non. vt per eum notatur in c. fi. de re iudic. quod sequitur Barto. in l.1. in prin. D. de eden. & in l.1. §. hoc interdicto. D. vti possid. & dixi super libello, in actione hypothecaria.

SVMMAE.

1 *Res non feudales possunt liberè vendi cuicunque.*

2 *Venditionis duæ sunt species: vna in scriptis, de cuius substantia est scriptura: alia sine scriptis, quæ probatur testibus vel instrumẽtis.*

3 *Venditio quædam est pura, quædam in diem, quædam conditionalis.*

4 *Venditio nulla est, cum substantia eius ex venditoris vel emptoris voluntate pendet, sine vlla temporis præfinitione.*

5 *Traditio rei venditæ probatur per constitutum.*

6 *Verbum, tradidit, venditioni adiectũ, probat quòd data sit licentia ingrediendi possessionem, propria authoritate, cum venditio celebrata est procul a re vendita: alias ab ipsa non probat verum traditionem.*

7 *Ex duobus emptoribus is præfertur, cui prius res tradita est.*

8 *Iure speciali rei venditæ dominium transit in ecclesiam vel ciuitatem, sine vlla traditione.*

9 *Traditione transfertur dominium in ementem nomine proprio, de pecunia aliena.*

GLOSSA III.

VENdidit & tradidit. Debet scire quòd olim non poterat quis vendere rem immobilem omnibus personis: sed illis tantùm, quæ erant ex consortibus & propinquis venditoris. Quod hodie ius obseruatur in feudis, & in pluribus locis obseruatur etiã in allodialibus. 1 Hodie † verò corrigitur in allodialib⁹, quia potest quilibet vendere liberè cuicunque. vt in l. dudum. C. de contra emp. præterquam res feudales.

2 Vltra † præmissa est aduertendum, quòd duplex est venditio, quædam in scriptis, quædam sine scriptis. Est autem venditio in scriptis illa, quando à partibus agitur & fiat scriptura, nec aliter valeat nisi scriptura appareat. Quo casu nõ posset venditio probari per testes. & sic de ipsius substãtia est scriptura. vt plenè

traditur

traditur in l.contractus. C.de fi. instru.& lasti.de emp.& ven.§.1. Nec ex hoc propterea infertur, quòd omnes venditiones moderni temporis, de quibus fiunt instrumenta, & mandatur à partibus notariis fieri instrumẽtum publicum, quòd sint venditiones in scriptis: quia in eis non agitur expresse, quòd non aliter valeat nisi fiat scriptura. licèt ad memoriam fiat inde scriptura. arg. l.contrahitur. D.de pig.& ibi notatorum. Alia est vẽditio sine scriptis: & ista est prout in vsu habemus. de qua loquitur totus titul. D.& C.de contrah.empt.& in d.l.contrahitur. quæ probatur per testes, & instrumenta. vt in l.cùm res.C.de proba. cum multis similibus.

3 Item ✝ est sciendũ quòd quædam est venditio pura, quædam in diem, quædam conditionalis. vt traditur in l. hæc venditio. D. de contrah.emp.& in §. emptio. Instit.eo. facit l.1.& 4.D. de lege commiss.& l.2.D.de in diem addic.

4 Item ✝ est sciendũ, quòd substantia contractus venditionis non potest committi in arbitrium emptoris & venditoris, vt perpetuò in eius depẽdeat potestate obligari vel non obligari. Ideóq; non valet vẽditio facta sine aliqua temporis præfinitione vel expressione. vt si venditor dicat vel emptor, *emo vel vendo hunc librum, si mihi placuerit.* vt in l.in ementis. C.de contrah. empt. & ibi plenè per Cy. in l. quod sæpè. §. 1.D. eo. tit. Secus si dicatur, *emo vel vendo, si mihi placuerit infra mensem.* vt in d.§.emptio. Instit. de empt. & vend. Et valet etiã venditio,& censetur esse pura, sed resoluitur sub cõditione. vt si dicatur, *Vendo vel emo hunc librũ: & si infra Kalendas displicuerit, sit inemptus.* vt habetur in l.3. D.de contrah.emp.& l.2.cum similibus ibi not.D.de in diem addic.

5 Traditio ✝ autẽ ipsius rei venditæ probatur per cõstitutũ, de quo subiungitur. vt l.quod meo.D.de acquir.possess. c.licet.ext.de prob. 6 Quid ✝ ergo si nullum cõstitutum intervenit, sed simpliciter in instrumento dicitur quòd tradidit, an ex hoc probetur traditio? Dic quòd non.secundũ Iac.de Are.& Bar.in l. prædia.D.de acquir.poss. Probatur tamen (secundùm eos) quòd data sit per hoc licentia rẽ ingrediẽdi propria auctoritate.quod etiã sequitur Cy.in l.2.C. de acquir.poss. Et hæc vera sunt,cùm vẽditio esset facta in absentia ipsius rei. Vbi autem facta esset in ipsa re, vel in eius cõspectu, tunc probatur per hoc verbum *tradidit* de vera traditione ipsius rei.vt in d.l.2.cũ ibi notatis, vt habetur in l.1.§.si iusserim. & l. quod meo. §.si per venditorem. D. de acquir. poss. Quod sequitur Spe. in tit.de empt. & vend.§.1.& Cy.in l.cùm res.C.de prob.

Effectus autẽ traditionis est valde magnus. Nam in transferendo dominium, vel causam vsucapiẽdi, magis attenditur traditionis tẽpus, quàm tempus tituli. l.traditionib⁹. C.de pac. l.si ager. D.de rei vend. 7 Adeò ✝ quòd si duobus eadem res fuerit vendita, diuersis temporibus, ille præfertur in iure cui prius tradita fuerit.l.quotiens. C.de rei ven. & l.si duobus. in fi. D.de diu.& tẽp. præscr. cũ similibus ibi notatis. Et pro tanto, vt dominiũ rei venditæ transeat in emptorem, si venditor erat dominus, vel in vsucapiendi conditione,si non erat dominus,sẽper apponitur in instrumẽtis, Quòd

venditor tradidit & cõstituit se tenere & possidere nomine emptoris &c. vt in l. claud⁹. D. de cõtra. emp.

8 Est † tamen speciale in ecclesia, & ciuitate, vt rei vẽditæ dominium acquiratur sine traditione. vt l. fi. C. de sac. san. eccl. & in aliquibus aliis casibus notatis per gl. in l. 2. D. de public. & in l. pen. C. de rei ven.

Et præmissa procedunt in eo qui emit de pecunia sua propria. 9 Si † verò emeret de pecunia aliena, vel communi, tũc distinguitur. aut emit suo proprio nomine tantùm, aut nomine communi vel alieno. Primo casu, traditione secuta, sibi soli quæritur dominium rei emptæ. vt l. ũ patruus meus. C. communia vtriusque iudi. & l. qui aliena. & l. 1. cum ibi notatis. C. si quis alteri vel sibi. & l. si ex ea. C. de rei vend. cum similibus. Secundo casu distingue. vt notatur in d. l. 1 & l. multum interest. eo. ti. &c.

SVMMAE.

1 *Precio non soluto licet contrahentibus ab emptione discedere, licet arrha sit data.*

2 *Vẽditori aut emptori decepto vltra dimidiam succurritur.*

3 *In foro conscientia modica deceptio nõ est peccatũ, vt placet Aquinati.*

4 *Is qui decepit electionem habet, vel contractum rescindere, vel precium ad equalitatem reducere.*

5 *Quando dicatur venditor vel emptor deceptus vltra dimidiam.*

6 *Iustum precium rei metiendum est ex cõmuni æstimatiõe aliarũ rerũ circũstantiũ & similiũ, vel ex reditibus quãtitate ex rei qualitate.*

7 *Pœna adiecta ob nõ solutum precii certa die, non debet excedere legitimum modum vsurarum. Sed ob non factum quod fieri debuit simpliciter debetur.*

8 *Pœna hodie peti potest à venditore (licèt vsuræ sint omnino prohibitæ) tanquam interesse, si emptor percepit fructus rei venditæ.*

9 *Pœna dupli exigi potest ex pacto legis commissoriæ, duplæ stipulatione, compromisso.*

10 *Leges omnes quæ loquuntur de stipulatione pœnali adiecta quantitati sunt hodie correctæ.*

GLOSSA IIII.

PRo precio florenorum centum. 1 Quid † si nõ fuerit precium solutum, sed solùm arrha data est per emptorem, an licitum erit vtrique ab emptione & venditione discedere? Dic quòd sic. vt l. 2 C. quando lic. ab emp. dis. & ibi per Cy. & Inst. de emp. & ven. §. 1. Precium enim est vnum de substantialibus vẽditionis, vt ẽ dixi.

2 Et debet esse precium iustum respectu rei vendẽ si appareat iniustũ, sic quòd emptor vel venditor sit deceptus vltra dimidiam iusti precii, succurritur vtrique. vt l. 2. C. de rescin. ven. Infra autẽ dimidiam, licet de iure ciuili cõtrahentibus se decipere: & pẽr hoc nulli eo casu succurritur, quia imputet sibi & suæ imprudentiæ qui contraxit. vt in l. in causæ. §. Pomponius. D. de mino. & notatur in d. l. 2.

3 Sed † an in foro conscientię sit peccatum, carius vendere & vilius emere? Hanc quæstionem latè disputat Thomas de Aquino in secũda secundæ. in ti. de fraude quę cõmittitur circa emptorẽ & venditorẽ. in q. 77. vbi determinat, q̃ si res vẽdatur maiori vel ematur minori precio quã sit cõmune precium, quòd sit pactũ. nisi fortè esset modica & parua deceptio, de qua paruũ infertur damnum.

damnũ: quo caſu nõ eſſet pactũ. Licèt enim lex humana ſubdiſtinguat maiorem deceptionẽ, hoc cõtingit cauſa euitandi maiorẽ confuſionẽ, ne cõtingat turbari & impediri negociationes: & data eſt lex ipſa tam viciosis quàm virtuoſis. At lex diuina tãtũ virtuoſis data eſt, apud quos nihil eſſe debet quod ſit virtuti cõtrarũ. Ideo ipſa lex diuina omnem inæqualitatem tãquam virtuti contrariam reputauit eſſe contra diuinam iuſtitiam, & ſic peccatũ eſſe.

4 Sed † quomodo ſuccurretur decepto vltra dimidiam iuſti precii de iure humano? Dic quòd ſi deceptus eſt emptor, tunc erit in electione venditoris vel reſcindere venditionem, vel precium ad æqualitatem reducere. & ſi ſit deceptus venditor, erit in electione emptoris, vel precium iuſtum ſupplere, vel quòd vẽditio reſcindatur. vt in l.2. prælallegata. C. de reſcin. ven. quod & cõfirmatur de iure Canonico. vt in c. cùm dilecti. & in c. cùm cauſam. & ibi plenè notatur de emp. & vendi.

5 Amplius † quæritur quæ & qualis dicatur eſſe deceptio vltra dimidiam iuſti precii? Dicũt quidam ponẽ exemplum in venditore decepto, hoc modo, ſi res valet x. & vendita eſt pro 4. vel pro tribus: nã hoc caſu dimidia iuſti precii eſt quinque, ergo quatuor eſt vltra dimidiã. In emptore autem decepto exemplum ponunt, ſi res valebat x. & emit pro xxi. vel pluribus. quod exemplum reprobat gl. in d.l. 2. quia non tantùm excedit dimidiam, imò totum ipſum precium. Et ideo dicit glo. verum exemplum in emptore. ſi precium erat x. & emit pro. xvi. quod exemplum confirmat gloſſa in d.c. cùm cauſam de emp. & ven.

6 Item † quæritur quod appellatur iuſtum precium? Dicũt quidã quanti reperit emptorem. Nam ſolet dici, quòd res tantum valet quãtum vendi poteſt. vt l. ſi ſeruus. in fi. D. de condic. fur. Alii (quos ſequitur gl. & Cy. in d.l.2.) Dicunt quòd in hoc debet attendi valor rerum circunſtantium, non affectio ſingulorũm. arg. l. precia rerum D. ad leg. Fal. quod ibi ſequitur Bar. & Cy. in l.1. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. Per quod ſequitur quod inepta eſt illa depoſitio teſtium, qui deponunt quòd ipſi darent tantum de ipſa re. quia ipſi debent deponere quòd communi curſu & æſtimatione valet tantum. Sed Ia. de Bu. dicit in d.l.2. quòd etiam poteſt ſubſtineri dicta depoſitio, quãdo teſtes ſunt tantę authoritatis, quòd in eis non cadat viſibiliter præſũptio affectionis. Puto tamen conſultius, tenere gloſſę & Cyni opinionẽ. Nec obſtat d.l. ſi ſeruus. quia intelligitur quòd res tantum valet &c. ſcilicet cõmuni & non ſingulari æſtimatione. Alii dicunt quòd res debet æſtimari ſecundũ rei qualitatẽ & redditum quãtitatem. per textum in l. ſi quos. C. de reſcind. ven. & ibi notata p gl. & in l.3. § diui. de iure fiſci. & l. mortis cauſa. in fi. D. de don. cauſa mor.

7 Quid † ſi emptor promiſit ſoluere dictũ precium ad certũ terminũ, ſub pœna dupli ipſius precii, nec illud ſoluit, an pœna exigi poterit? Dicunt glo. in l. Iulianus. §. ibidem Papinianus & l. Lucius. D. de act. emp. & l. cùm allegas. C. de vſur. & ibi per Cynũ, eſſe diſtinguendũ. Aut pœna adiicitur quãtitati, & tũc quãtũ excedit legitimũ modũ vſurarũ nõ poterit exigi. alias ſic. vt in d. §. ibidẽ Papin. cũ ſimil. Aut pœna

adiicitur facto, puta quia promisit scribere librum.vel quid simile,sub pœna.& tunc poterit exigi pœna.vt in d.l.Lucius.

8 Sed † in primo casu, quando pœna adiicitur quãtitati,solet quæri an infra legitimum modum vsurarum possit hodie (inspecto iure Canonico) exigi pœna? Et glo.in d. §.ibidem, dicit quòd aut emptor percipit fructus.& tũc venditor poterit pœnam exigere, tanquam interesse.arg.l.curabit.C.de act.emp. aut nullos percipit fructus : & tunc in nihilo hodie admittitur talis pœnæ petitio.

9 Quod † autem dictum est, pœnam dupli adiectam quantitati videri appositam in fraudem vsurarum. & sic non posse exigi, fallit in pacto legis commissoriæ.vt d.§. Ibidem.& l.si fũdus D. de lege commiss. Item fallit in stipulatione duplæ.quæ interponitur super rei euictione.vt l.t.& 2.& l.Lucius in fi.& l.si seruus.§.fi. D.de euic.cum similibus. Item fallit in pœna apposita in compromisso,vel sententia arbitri vel iudicis vt in c.dilecti. & in c. ext.de arbi.& l.cum pœna.& l.fi.D. de arbi.& l.t.D.si quis ius di.non obtemp.cum similib.ibi notatis.

10 Ex † præmissis itaque patet, quòd l.eadem.in §.fi.D.de verb. ob. & omnia alia iura, quæ loquuntur de stipulatione pœnali adiecta quãtitati sunt hodie correcta per vtrumque ius.De his notatur per Bar. in l.cùm seruus.D. de condit.& demon.& dixi infra,super libello in actione hypothecaria.

GLOSSA V.

PEtiam vnam vineã. Ecce aliud cõsubstãtiale venditionis, videlicet ipsa res quę venditur.vt l.nec ẽmpti. D.de cõtra.emp.Et dixi supra,quòd res debet esse talis natũrę, vt in ea cadat cõmercium.Nam sunt res aliquę super quibus non cadit cõmercium,nec in genere nec in specie:& aliquę in quibus non cadit cõmercium in specie,sed in genere sic. de quibus traditur in l.liberi. cũ l.seq. D. de contra. emp. & retigi supra, maximè in primo libello in glo.super verbo,*legitimis titulis*.

SVMMAE.

1 *Venditor promissam qualitatẽ & quantitatem fundi præstare debet, alioqui tenetur ad id quod interest emptoris.*

2 *Pro quantitate deficiente venditor ignorans restituet precij pro rata: sciens præstat id quod interest.*

3 *Quantitatem non promissam venditor non præstat.*

4 *Venditor qui ignorans vendidit ẽ seruam, census vel alteri oneri ob noxiam, non tenetur ad interesse, sed quanti minoris.*

5 *Vtens falsis ponderibus vel mensuris potest conueniri criminaliter & ciuiliter.*

6 *In dubio attendi debet mensura loci, contractus.*

GLOSSA VI.

PErticarum centum. Aduerte quòd semper in libello debet exprimi quantitas & qualitas rei quæ petitur,prout eius natura importat.vel. si in rem.in fi.D. de rei ven. & supra dixi,in primo libello.

1 Quid † autẽ dices,si in qualitate vel quãtitate rei immobilis vẽditę reperiatur defect?,qualiter succurretur ipsi emptori? Breuiter puto super hoc sic distingui posse. Aliquãdo reperitur defectus in sola rei qualitate.vtputa,dixit vẽditor quòd erat terra auineata, & reperitur terra ara-

ra aratoria, vel econtra in toto vel in parte. & hoc caſu tenetur vẽditor ad intereſſe, habita ratione bonitatis deficientis. vt probatur in l. Si in qualitate. & in l. ſi duorum. & l. ſi fũdo. & l. ſi ſeruum. §. ſi modus. 2. recip. D. de actio. emp. non habita differẽtia inter venditorem ſcientem vel ignorantem. vt ibi. Aliquando defectus reperitur in ſola quantitate vel mẽſura rei venditæ. vt quia vẽditor dixit quòd vinea erat perticarum c. & reperitur tantùm eſſe l. & ſimilia. Et hoc caſu ſubdiſtingue. quãdoque pretium fuit limitatum per ſingulas perticas. verbi gratia dicit vẽditor: *Ego vendo tibi hanc pertiam vineæ, ad rationem & computum pro ſingula pertica florenj vnius*, & ſimilia. & tũc pro perticis deficiẽtibus agit ad intereſſe contra venditorem. vt l. ſi in emptione. in prin. & l. ſi ſeruum. §. ſi modus. D. de act. empt. ſiue venditor fuerit ſc. ẽs, ſiue ignorãs. vt l. tenetur. in prin. eo. ti. & eſt textus clarus & notabilis in l. ſi fundo tradito. D. de euic. Quandoque ipſũ pretium fuit limitatum habito reſpectu ad ipſam vniuerſam rem, prout eſt quoddam totum certis finibus contentum. vt puta, *vendo tibi talem vineã poſitam in tali parte, cui coheret, vt pro pretio & ſumma florenorũ centũ.* 2 Et † in hoc conſiderandum eſt an fuerit expreſſa quantitas vel menſura rei, dicẽdo quòd erat perticarum c. & reperitur quòd eſt ſolùm l. & tunc quantum ad partem deficientẽ tenetur venditor ad precii reſtitutionẽ pro rata, ſiue fuerit ſciens ſiue ignorãs. Quo autẽ ad intereſſe, ignorãs nõ, ſed ſciens ſic, tenetur. vt hęc probantur in l. emptorẽ. §. fi. D. de acti. emp. & l. qui fũdũ. D. de euic. facit l. quæro. D. de act. emp. 3 Aut † nulla quantitas ſeu rei menſura fuit expreſſa, & tũc ſiue fuit minor ſiue maior quã cogitauerit ipſe emptor, ſibi imputet, & nullum regreſſum habet. arg. l. veteribus. D. de pact. cum ſimilibus ibi notatis.

4 Quid † autem ſi res reperitur ad menſurã, ſed credebatur libera & reperitur ſeruа, vel obnoxia cenſui. vel alteri oneri, an emptor habebit regreſſum contra ipſum vẽditorem ad intereſſe? Dic quòd debet diſtingui. Aut venditor fuit ſciens, & emptor ignorans: & tunc tenetur ad intereſſe. Aut venditor fuit ignorans, & tunc nõ tenetur. vt plenè traditur in l. quotiens. D. de ẽdi. edic. & in l. pen. D. de euic. & in l. cùm venderet. & l. venditor. D. de cõtrahẽ. emp. cũ ſimilibus notatis in l. ſi minor. C. de act. empt.

5 Sed † quid in re mobili vẽdita ad pondus vel menſurã (vt drapus, oleum, vel granum) & in ponderibus vel menſuris reperitur vitium ſeu falſitas, qualiter tenebitur venditor? ſicut faciunt multoties iſti beccarii & frumentarii, qui vtuntur multotiens falſis põderibus & menſuris. Dic quòd contra tales poteſt agi dupliciter. Vno modo criminaliter, ad pœnam relegationis. vt l. annonam. §. fi. D. de extraor crimi. Alio modo ciuiliter ad intereſſe. quo caſu diſtinguitur. Aut ambo conuenerunt ſtare ipſis ponderibus vitioſis, & tunc alter contra alterum agere non poteſt. Aut non conuenerũt de eis, & tunc diſtinguitur. aut emptor fuit deceptus à venditore, aut econtra. & in vtroque caſu diſtinguitur, an deceptus fuerit ſciens & alter ignorans. vt plenè traditur per textũ & gl. in l. arbitrio. §. de eo. D.

de dolo.& l.imperatores.D.de contrah. emp.& ibi vide.

6 Sed ¶ pone quòd res immobilis est vendita ad mensuram, vel res mobilis ad pondus, & nascitur contentio inter emptorem & venditorem, ad quam mēsuram siue ad quod pondus ponderari vel mensurari debeat res vendita, quid erit? Dic quòd seruari & attendi debet mensura illa quæ consueuit seruari in loco contractus. vt in d.l.imperatores.& notatur per glo.in d.§.de eo & habetur in c. ex parte. de censi. Sic itaque patet ex prædictis, q licèt admittatur & toleretur deceptio aliqua in pretio, nulla tamen toleratur in pondere vel mensura, &c.

SVMMA.

1 *Confinia res vendita dici debent à venditore: & si vicini boni sint an mali.*

GLOSSA VII.

CVi cohæret. 1 Aduerte ¶ q res quæ petitur, per cohærentias certificanda est.vt l.forma.D.de cenſibus.de quo ꝛ. dixi in primo libello. Et amplius (quod est notabile) tenetur venditor dicere emptori, an ipsi vicini sint boni vel mali. vt determinat glo. in l. quod sæpè. §. si D. de contrah.empt. Quod intellige verum, si requiritur ab emptore.arg.l.qui cum alio.D.de regiur. cum ibi notatis. Nec mirum, quia aliquando expedit potius rem derelinquere, quàm malos vicinos habere.l.fin.C.de pact. inter empto. & vendit.

SVMMAE.

1 *Cessio iurium æquipollet traditioni rerum corporalium.*

2 *Quid sit cedere, mandare, concedere.*

3 *Vtilis actio transfertur cessione: effectus verò directo mandato, quo mandatarius constituatur procurator in rem suam.*

4 *Vtilis actio transfertur ipso iure sine cessione, in legato in venditione, in nomine pignori vel in solutum dato, in dote, & quandoque in eis casibus in subsidium.*

5 *Ius agendi & excipiendi venditori competens transit in emptorem ipso iure.*

6 *Quinque requiruntur vt cessio sit valida. nec præsumatur simulata.*

7 *Titulus cessionis non nominatus præsumitur ex substantia actus qui geritur.*

8 *Vt cessio non præsumatur simulata, oportet realem numerationem intercessisse.*

9 *Cum actor experitur actionem directam, & probat de vtili, vel contra, quid iuris.*

10 *Debitor soluens cedenti directam habenti liberatur, nisi in quatuor casibus, quibus soluere debet cessionario.*

11 *An pactum, transactio, confessio cedentis, noceat cessionario.*

12 *Cessionarius præfertur cedenti in actione exercenda.*

13 *Minor cessionem iuris sui facere non potest, sine authoritate tutoris & iudicis.*

14 *Cessio fieri potest per procuratorem.*

GLOSSA VIII.

CEssit & mandauit omnia iura. 1 Debes ¶ scire quòd illud quod operatur traditio in rebus corporalibus, illud idem operatur cessio in iuribus incorporalibus. vt traditur per gl.& doct.in l.1. C.de act. & obligat. & l. per diuersas. & l.ab Anastasio. C.mand.

1 Quæ-

2 Quærendum † eſt ergo quid ſit cedere, & mandare. Pro cuius latiori intellectu ſciendum eſt, quòd habemus tria quæ prima facie videntur idem, & ſunt diuerſa. videlicet cedere, mandare, & concedre. vt notat Bar. in l. fi. C. de dona. Dic ergo quòd cedere eſt ius aliquod incorporale in alium transferre. vt in d. l. i. C. de actio. & oblig. ſicut tradere eſt rem corporalem in alium transferre. vt l. ſi traditio. C. de pact. Mandare autem eſt ſolum exercitium alicuius iuris alteri committere. vnde morte mandantis finitur exercitium mandati. vt in l. & quia in fi. D. de iur. om. iudi. & d. l. i. de acti. & oblig. Concedere verò eſt aliquid committere. & idem importat quod mandare. vt notatur per gl. & Ba. in d. l. fi. de dona. licèt aliquid plus importare videatur per textum in l. 2. §. cùm vrbem. D. de offic. præfec. vrb. & l. i. D. de conſtit. princip. & in cap. abbate. de verb. ſignific.

3 Quærendum † ſupereſt quid per ceſſionem transferatur: Et quidem (ſecundùm omnes) regulariter transferetur vtilis actio in ceſſionarium, & directa remanet penes cedentem: quæ ita tantùm eſt oſſibus affixa, quod ſeparari non poteſt. vt in l. quis ergo caſus. D. de peculi. & in l. 3. D. pro ſocio. Vt autem effectus directæ tranſeat in alium, neceſſe eſt quòd dominus conſtituat illum procuratorem in rem ſuam propriam, quo caſu intentabit directam actionem procuratorio nomine domini, ad propriam tamen ſui vtilitatem & non domini. Vtilem verò actionem intentabit ſuo proprio nomine tantùm, & ad eius propriam vtilitatem, & non domini. Quæ differētia eſt de ſubtilitatibus iuris, & poſſet de facili in his & ſimilib⁹ per ſtatuta prouideri, vt hæc & ſimilia gleno not. in d. l. i.

4 Sed † nunquid aliquo caſu vtilis transferatur, ſine ceſſione? Petrus dicit quòd non. alii quòd ſic. vt refert Cy. in d. l. i. Sed Bart. in l. i D. de act. & obl. (vbi plenè diſtinguitur per eum) dicit, aut fit alienatio actionis vel obligationis in vltima voluntate, aut inter viuos. Primo caſu, aut fit alienatio titulo ſingulari (vtputa legati) & tunc tranſit vtilis ſine ceſſione. vt l. ex legato nominis. C. de leg. quia ſi eſſet res corporalis, tranſiret iſto caſu pleno iure, ſine traditione. vt l. à Titio. D. de furtis. Aut fit alienatio titulo vniuerſali (puta per fideicommiſſum generale) & tūc non trāſit ſine ceſſione. vt l. reſtituta. in §. de illo. D. ad Trebel. cum ſimilibus. Secundo caſu principali, quando fit inter viuos: & tunc aut ratione contractus quis eſt obligatus cedere, aut ex alia æquitate. Primo caſu, aut ex contractu innominato, & non tranſit ſine ceſſione. vt l. i. C. de act. & oblig. ſecundùm primam lecturam. Aut ex contractu nominato, & tūc regulariter non tranſit ſine ceſſione. vt in l. i. & 2. D. pro ſocio. Fallit in empto re. vt l. 2. C. de act. & oblig. & C. de hæred. vel act. vend. l. emptor. Item fallit in nomine pignori dato. vt l. ſi conuenerit. D. de pig. act. & l. poſtquam. C. de hære. vel act. ven. Item fallit in dote l. 2. C. de actio. & obli. Item fallit in nomine dato in ſolutum. vt C. quando fiſc. vel priua. l. i. Ad quod facit l. ſi in ſolutum. C. de act. & obl. Item fallit in donatione. l. illā. C. de colla. vt notatur in d. l. i. Sed in hoc malè dicit per textū in

l.fin.§.1. D.de don. secundùm doct. Patet ergo ex his, quòd in præsenti casu venditionis superfluè & superuacuè fit cessio, cùm ipso iure vtilis transeat in emptorem, vt supra dictum est. Idem dic in aliis casibus superius à regula exceptis. Si autem fiat cessio ex alia æquitate, quàm ex contractus necessitate, tunc non transit vtilis sine cessione, nisi fortè in subsidium, vt in l.1.§.fi.D.de inst. & in l.damni.§.fi D.dam.infec.& in l.creditore. D.de euic. 5 In† sic habes quòd in emptorem transit ius agendi efficax, quod competebat venditori. Idem dic in iure excipiendi. vt l. dolia.§.1.cum similibus ibi notatis. D.de contrah.empt. & in l.emptori.C.de euic.

6 Quæritur† vltra quæ & quot requiruntur vt cessio valeat? Et dic breuiter quòd quinque. Primò, quòd sit iustus titulus. Secundò, precii numeratio, si facta sit titulo venditionis. Tertiò, quòd iusto precio facta sit. Quartò, quòd eidem personæ facta sit cessio. Quintò, quòd sit vel in totum vendita, vel in totum donata. His autem vel aliquo ex his cessantibus præsumitur cessio simulata, & sic nulla. vt in l. ab Anastasio. & lege per diuersas. C.mandat.

7 Sed† circa hoc quæritur. ecce quòd in cessione non reperitur expressus nec nominatus titulus, sed solùm ibi reperitur expressa certa pecuniæ quantitas, pro qua fit cessio, an teneat? Videtur quòd nō. quia deficit titulus, & sic vnum de substantialibus, vt dictum est. In contrarium est veritas: quia titulus præsumitur ex aliis qualitatibus & circunstantiis, licèt non sit specialiter nominatus. quod quidem colligitur ex quantitate ipsius precii, & rei cessæ & alienatę expressione. arguendo sic: Vbicunque in aliqua dispositione interuenerunt substantialia alicuius contractus, licèt contractus specialiter non nominetur, attamen per substantialia ipsius contractus qualitas figuratur. vt clarè probatur in l. naturalis. post prin. & in l. insulam. & ibi Ia.Bu. de prescr. verb. Vnde cùm apparet de precio & re alienata & cessa, & sic constat de substantialibus venditionis, dicendum est ex causa venditionis cessionem fuisse celebratam. Et hoc tenet Bar. & doc. in d.l. ab Anastasio. & in l. per diuersas. ad quod facit l. fi. C. de prædiis curial. lib. x.

8 Postea† quæritur, an sufficiat quòd in cessione ipse cedens confiteatur se precium recepisse, licèt de reali numeratione aliter non constet? Et videtur quòd non sufficiat cōfessio, nisi realis numeratio probetur. vt est textus in dict. l. per diuersas. ibi, datis pecuniis &c. coniuncta glo. ibi super verbo soluta. & etiā in d.l. ab Anastasio. ibi, re ipsa persoluit &c. & hāc opinionem tenuit Iac. de Are. in quodam suo tractatu de cessione actionum. Et idem sequitur Dyn. necnon Ia. de bel. in Auth. de æqual. dod. §. 1. collat. vii. & Ia.Bu. in d.l. ab Anastasio. & in l. per diuersas. & Bar. & Bald. ibidem. Pro quorum sententia facit, quia quando lex de fraude dubitauit circa aliquem actum, tunc vt fraudis præsumptio auferatur, requiritur actus verus numerationis & non fictus. vt l. qui testamentum cum ibi notatis per Gl. D. de prob. & l. si quis post hac. C. de bo. præscr. & l. assiduis. C. Qui pot. in pig. hab. coniuncta glo. super verbo dato. In

contra-

cõtrarium videtur, quòd ceſſio iſto caſu valeat, ſine alia probatione. Nã certi ſunt caſus quibus præſumitur ceſſio ſimulata, quos enumerat gl. in d.l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. & in l.i. C. ne lit. potent. inter quos iſte non connumeratur. ergo relinquitur ceſſionem valere. Nec præſumitur ſimulatam eſſe, cum de iure ſit quòd confeſſio faciat plenam probationem in præiudicium confitentis. l. generaliter. C. de non nu. pe. & l.i. C. de confeſſis. facit l. empior. in §. Lucius. D. de pac. & l. cum precibus. D. de probat. & hanc opinionem ſecuti ſunt domini Rayne-rius & Angelus, & alii plures. Pro quorum opinione induco notabilẽ caſum, in l. ſi procurator. D. de iure fiſc. coniuncta l. 2. in fin. C. de quadri præſcr. vbi patet quòd ſi procurator fiſci qui non poteſt vendere niſi pecunia numerata, confiteatur pecuniam recepiſſe, ſtatur huic cõfeſſioni, & præſumitur verè numeratam eſſe. Sic ergo dicam in caſu præſenti. & hanc opinionem puto æquiorem. Grauiſſimum enim eſſet per teſtes probare ceſſionem, cum numeratione retrofacta per quinquaginta annos, vbi de ea quæreter. Niſi fortè diceres hoc faciliter probari per ipſum inſtrumentum ceſſionis, ſi in eo notarius diceret pecuniam in eius præſentia numeratam.

9 Rurſũ † quæritur. pone quòd aliquis intẽtauit actionẽ directam, & probauit in vtili, an ſequi debeat condemnatio vel abſolutio? Cyn. diſtinguit in d.l.i. C. de act. & oblig. & Bar. in l.i. D. eo. Secundùm quem dic: Quandoque fuit libellus generaliter oblatus in actione reali, & tũc ſatis eſt probare in vtili. arg. in l. nam & poſtea. §. item ſi iurauero. D. de iureiur. Licèt gl. videatur ſentire, quòd dominium vtile & vtilis actio nõ videatur in libello deduci vel comprehẽdi. vt notatur in l. minor. in §. 1. D. de euictio. & in l. ſi mater. §. 1. & §. eadem. D. de excepr. rei iudi. Aut libellus fuit ſpecialis, & ſic ſpecialem actionem cõtinens, in actione perſonali directa, & cœpit cõpetere vtilis facto ipſius rei conuenti. & tũc ex eadẽ inſtantia debet reus condemnari. vt in l. quanquã. §. Iulianus de aqua pluu. arc. facit l. ſeruꝰ. D. de his qui not. infa. & D. de rei vend. & l. ſi poſt acceptũ. Aut ab ipſo litis exordio ſibi competebat directa tantùm, & propoſuit vtilẽ, vel econtra & in illa quę nõ fuit propoſita probauit. & tunc reus eſt abſoluendus. arg. l.i. §. 1. D. ſi men. fal. mo. dix.

10 Inſuper † quæritur, quid ſi facta alteri ceſſione ipſe cedens poſtea à debitore ceſſo recipiat ſolutionem, an liberetur? Die quòd ſic, niſi in quatuor caſibus. Primus, ſi ceſſionarius ſibi denũciauerit ne ſolueret. Secũdus, ſi ab eo partem debiti receperit. Tertius ſi lis cõtra ipſum fuerit conteſtata. vt in l. 3. C. de nouat. Quartus ſecundùm doc. eſt, ſi debitor quouis modo de ceſſione ſcientiam & notitiam habuit. vt notatur per Cy. in d.l. 3. & per glo. in l. ſi. D. de tranſac. licèt glo. in l. nomen. C. quæ res pig. ob. poſſ. teneat contra. & malè. Quòd autem dictum eſt de bitorem ſoluentem creditori cedẽti liberari. niſi quatuor caſibus, intellige verum (ſecundùm Bart.) quando actiones directæ remanſerant apud cedentem. ſecus autem ſi nullę. vt per eum notatur in l. ex aſſe. D. ad Trebel. Exẽpli gratia, ſi primus

cessionarius cedat secundo, nullæ actiones remanent penes hunc cedentem, sicut quãdo primus emphyteuta inuestiuit secundum.

11 Sed† an pactum, vel transactio, aut confessio cedentis, noceat cessionario, & an debitor conuentus à cedente possit contra eum opponere exceptionẽ de cessione per eũ alteri facta, vide per eundẽ Bar. notata in l. facta in §. ii hæres. D. ad Treb.

12 Et† ex his patet solutio ad illam quæstionem, si cedens & cessionarius simul conueniunt contra debitorem, quis præferendus sit. & glo. in d. l. 3. tenet quòd præferendus sit cessionarius. & bene. Et sic isto casu vtilis actio præfertur directæ. De quo articulo plenius notatur per glo. & docto. in l. in causæ. in fi. & in l. procurator in rem. D. de procura. & per Cy. in d. l. 3.

13 Item† quæritur, an minor possit cedere iura, sine tutoris vel curatoris auctoritate? Et breuiter dic quòd non: quia cedere est alienare. vt D. de fideiuss. l. cùm is. Ideo est necessaria tutoris & iudicis auctoritas. vt l. lex quæ tutores. C. de admin. tu. cum similibus. Nisi forte (secundùm aliquos) fieret cessio ex causa necessaria, puta fideiussori, vel possessori. vt l. 2. C. de fideiuss. Sicut dicitur in alienatione alterius rei, ex causa necessaria, in quadecretum iudicis non est necessarium. vt l. 2. C. quando decre. opus non est. & in l. magis puto. in §. 1. & 2. D. de rebus eorum. Consultius tamen est vtriusque auctoritatem interuenire. & vide quod notat Azo in summa. C. ne lic. pot. in fi.

14 Item† quæro, an per procuratorem possit fieri cessio actionis. Videtur quòd nõ. quia per eum potest fieri venditio. vt in l. Iulianus. §. si procurator. D. de actio. emp. & in l. 2. C. per quas perso. cum similibus. Item quia per procuratorem potest fieri restitutio hæreditatis. vt l. restituta. in prin. D. ad Trebel. Ergo &c. In contrarium facit, quia is cui fit cessio efficitur procurator in rem suam. vt notatur in d. l. 1. C. de act. & oblig. sed procurator non potest facere alium, ante litem contestatam. vt in l. neque. C. de procu. Ergo nec iste procurator poterit cedere alteri procuratori. ad quòd facit l. emptor. C. de hære. vel act. ven. & D. de in rẽ verso. l. 3. §. idem Labeo. Item quia hæc iura sunt adeò ossibus annexa, quòd non recipiunt separationem. l. quis ergo. D. de pecul. & l. 3. D. pro socio. Et hanc partem tenuit Albertus Papiensis. sed prima opinio verior est & communior. per d. l. restituta. §. 1. sic etiam videmus quòd procuratori prosunt iura cedi. vt probatur in l. quamuis. cum l. seq. ad Treb. Per quem procuratorem postea fit cessio domino suo. argum. in l. possessio. in fi. D. de acquir. poss. & l. si procuratorem in fi. D. mandati.

SVMMAR.

1 *Actio hypothecaria respiciens rem venditam non transfertur in emptorem: nisi id expresse actum sit.*

2 *Per cessionem rei vendicationis non transfertur dominium.*

GLOSSA IX.

Iura reales quam personales &c.

1 Hic† aduerte, quòd licèt in cõtractu venditionis transeant vtiles actiones personales, vt dictũ est, & aliæ reales quæ respiciunt dominium vel quasi ipsius rei (vt l. dolia. §. fi. cum ibi notatis. D. de contrah. emp. non tamen transfertur actio hypothecaria, quæ ad ipsam rem competit,

competit, nisi specialiter & expresse fiat de ea cessio. vt habetur in l.si cum venditor. in prin. D. de euic. quod nota. De quibus actionibus realibus habetur Instit. de acti.in §. 1 cum sequenti.

2 Sed † circa hoc quæritur, an per cessionem rei vindicationis sit translatum dominiũ vel quasi? Videtur quòd sic, quia cessionario datur vtilis rei vendicatio, quæ competit domino.vt l. 2.§.qui in perpetuum.D.si ag.vec.vel emph.pet.ergo sequitur quòd dominiũ sit translatum. Alii dicunt contra, quia vtilis actio, & exercitium tantũ directæ actionis in cessionariũ transit, qui interest tanquã procurator in rem suã.arg.l.si sponsalibus. §. 1. & D.de iur.dot. Nã licèt transferendo dominiũ videatur transferre actionem,quæ pro dominio datur, tamẽ econuerso cedendo actionẽ in rem, nõ propterea transfertur dominiũ, nisi sequatur traditio rei, vel apprehensio possessionis.Et hanc partem tenuit Dy.in c. pro possessore. circa fi. de reg.iur.lib.VI.Quæ autẽ dicãtur personales actiones & mixtę vide Iusti. de act. §. personales.& §. item mixta.

SVMMAE.

1 *Cessionarius agens tenetur declarare, an agat directa vel vtili.*

2 *Cessionarius vero soluere parato tenetur actiones suas retrocedere.*

GLOSSA X.

Vtiles & directas. 1 Hìc † quæritur, si simpliciter agitur ex iure cessio, an agẽs teneatur declarare si agit vtili actione nomine suo, an directa nomine cedentis? Dic ℣ sic.arg.l.si duo.D.de solu. & l.si mihi & tibi.in pr.D.de lega.1. licèt in duobus (secundùm Albertũ) videatur potiùs intentasse vtilẽ quàm directã. arg. in l.nec nullã. §. item si quis à fisco.D.de pet.here.& de relig.& sump.fune.l.2. §.1.& l. planè. D.fam. ercisc.

2 Sed † nunquid agenti ex iure cessio potest opponi à reo, dicendo *Cede mihi tuas actiones, aliàs non debes audiri*, quæ appellatur exceptio cedendarũ? Dic breuiter quòd sic. vt habetur in l.Stichũ aut Pamphilũ.§.si creditor. D.de soluti. & plenè per Bar. in l. si stipulatus. §. si ex duobus.D. de fideiuss. & ego scripsi circa formam responsionis contra libellũ in hypothecaria oblatum.

SVMMA.

1 *Ponere in locum suum est constituere procuratorem in rem suam.*

GLOSSA XI.

Ponens ipsum Ioannem in locum suum. 1 Quæritur † quid important ista verba? Dicit Bartolus in l.qui quadraginta. D.ad Trebel. quòd important cessionem actionis vel constitutionem procuratoris in rem suam. Idem approbat in l. in prouinciali. §. penult. D. de no. ope.nunci.

SVMMAE.

1 *Venditor si rem non tradat tenetur ad interesse.*

2 *Constitutio precarii transfert tantùm ciuilem possessionem.*

GLOSSA XII.

Constituens se tunc. 1 Debes † scire ℣ venditor tenetur rẽ tradere emptori, nõ tamẽ dominium

transferre: licèt emptor preciũ facere debeat venditoris. vt l. emptio. in pr. D. de actio. empti. Aliàs tenetur ad interesse. vt plenè disputat Glo. in l. 1. in prin. D. de act. empt. Ideò in instrumentis dicitur quòd constituit. vt per hoc verbum denotetur possessionis traditio. Quia non refert an quis per seipsum ingrediatur rẽ venditam, vel alius eius nomine, siue sit ipsemet venditor, siue alius. vt in l. q meo. D. de acq. poss. & in c. licet. in fin. ext. de proba. facit l. 1. §. acquirimus. & §. per curatorem. D. de acquir. poss. 2 Quid † autem si constituit se precario nomine ipsius emptoris possidere, vt communiter dicitur in instrumentis? Dic quòd in dubio, nisi aliud agitur, trahsit in emptorem sola ciuilis possessio, & naturalis remanet penes venditorem. vt notatur per Glo. in l. & habet. §. cum qui. D. de precario. Et ideo vtilius est facere, quòd venditor simpliciter cõstituat: quia tunc omnis possessio transibit in emptorẽ. vt in d. l. quod meo. cum similibus. Et dixi suprà in tit. de actione hypothecę.

Svmmae.

1 *Pacto ne venditor de euictione teneatur, non liberatur à precii restitutione, re euicta.*

2 *Re euicta, quam emptor sciebat esse alienam, non consequitur restitutionem precii, nec quod interest nisi venditor euictionẽ promiserit.*

3 *Ex contractu oneroso regulariter agitur de euictione, non autem ex lucrativo.*

4 *Venditor nominis vel hereditatis, præstare debet nomen sibi deberi, hereditatem sibi delatam esse.*

5 *Emptori dandus est fideiussor, cũ in limine cõtractus imminet euictio.*

6 *Specialia quædam in venditore hereditatis.*

7 *Vt emptor de euictione agere possit necesse est vt tempestiue denunciet venditori litem sibi motam.*

8 *Tempestiua denunciatio sit ex modo & tempore.*

9 *Emptor per denunciationem non eximitur à prosecutione litis, sed debet perseuerare, & appellare.*

10 *Omissa denunciatio in prima instantia, potest fieri in causa appellationis.*

11 *Vt de euictione agi possit, oportet emptorem condemnatum fuisse à iudice, nõ ab arbitro, & quod sententia sit iustè lata, non per imprudentiam inducis, vel dolum.*

12 *Non licet de re empta compromissum facere.*

13 *Enumerantur VIII. casus, in quibus de euictione non agitur, nisi illis renunciatum sit.*

14 *Quãdo agẽti de euictione sufficiat producere sententiã sine processu.*

15 *Præsumitur pro sententia lata de longinquo, licèt processus non producatur.*

16 *Sententia producta sine processu, inter alios reddita, non facit fidem, cùm productioni processus non est renunciatum.*

17 *Cessat euictionis actio, cùm emptori offertur res euicta, & id quod interest.*

GLOSSA XIII.

P*Romittens de euictione* Aduerte, quòd licèt super hoc nulla interuenisset expressa promissio, tamen ipso iure, ex natura propria ipsius contractus ad hęc & alia teneretur.

1 Imò † (quod est notatu dignũ) si pactus sit venditor quòd de euictione

ctione nõ teneatur,licèt ex hoc libe retur ſecuta euictione ab intereſſe, tenetur tamen & obligatus remanet ad precij reſtitutionem. vt hæc habentur in l.emptorem.§.pen. & fin. D.de act.emp. & l.non dubitatur.& ibi notatis.C.de euict. Niſi ſpecialiter & expreſſe conuenerit, ne ad precij reſtitutionem teneatur. (vt ibi habetur) quo caſu emptor non agit de euictione pro precio nec pro intereſſe. 2 Idem † ſi ſcienter emit rem alienam. vt l. ſi fundum ſciens.C.de euict.

3 Regulariter † autem ex quacunque cauſa onerosa fiat alienatio, agitur de euictione. vt in l.ſciẽdum. D.de euict.cùm ſimilibus. Secus autem ſi fiat ex cauſa lucratiua, puta donationis, vel legati.vt l.ad res donatas. D. de ædil. edic. & in l. ſi domus.in §.de euictione. D. do leg. 1. de quo vide quod plenè notatur per Glo.& Cy.in l.2.C.de euic.Et prædicta locum habent in re immobili, vel mobili corporali alienata.

4 Quid † autem in actione, vel nomine debitoris.vel hæreditate vẽdita. (de qua venditione loquitur totus titulus.C.& D.hær.vel act.ven.) ad quid tenetur venditor emptori? Dic quòd venditor nominis tenetur præſtare & probare quòd venditor ſit verus debitor, nulla tutus exceptione, & hæreditate vendita quòd hæreditas vendita ad ipſum venditorem pertineat, niſi aliud ſpecialiter in cõtrarium actum ſit.vt in l.ſi nomen.cùm l.ſeq. D.de hære. vel.act. ven.cum ſimilibus ibi notatis.Alioquin tenetur venditor emptori ad omne intereſſe,vt dictis iuribus.Notandum tamen eſt quòd in venditione hæreditatis defuncti,non includitur hæreditas pupilli, quę defertur ipſi venditori ex ſubſtitutione pupillari.vt in d.l.2.§.illud.D. de hæte. vel act.vendi.

5 Sed † an emptori timoroſo ne fibi res euincatur,compellatur venditor dare fideiuſſorem? Dic quòd aut in principio contractus conuenit inter eos de dando fideiuſſorem, & tenebitur dare. aut non cõuenit: & tunc aut in ipſo limine cõtractus imminet periculũ euictionis, & tũc tenetur dare fideiuſſorem. vt in l.ſi poſt perfectam.C.de euict.& ibi notatis,& l.pen.in fin. D. de pericul.& commo. rei ven. Aut nullum imminet periculum, & poſtea non tenetur. vt in l.emptor.in princ.D. de euict.

6 Fallit † in venditore hæreditatis, q̃ tenetur ſatisdare de ſuo facto tantùm, videlicet quòd ſi quid ad eum ex hæreditate peruenerit id totũ emptori reſtituet.vt l.2. in princ. D.de hære.vel acti.ven.Aliud eſt etiam in venditore hæreditatis notandum,quòd ſi creditor debitori ſuccedat,& vendat hæreditatem, quòd ſaluũ ſibi remanet ius debitũ ſuum conſequendi ab emptore.etiam nullo facto per eum inuentario. vt in l. 3.§.cùm quis.D.de hære.vel act.ven. licèt per aditionem hæreditatis confuſum fuerit ipſum debitum.vt in l. debitori.C.de pact. & in l.Stichum. in §.aditionũ.D. de ſoluti. Sic etiam non repellitur à petitione debiti ille à quo eſt hæreditas auocata, dato quòd nullum fecerit inuentarium. vt in l.eum qui,in fi.D. de inoffic.teſtam. Idem in eo qui per fideicommiſſum hæreditatem reſtituit,cuius debitum per aditionem in effectu non tollitur.vt in l. debitor. verſi.igitur.D.ad Treb.

7 Aliud † tamẽ neceſſarium eſt,

vt agatur de euictione, videlicet quòd emptor debito tempore denunciauerit litem sibi motam esse, vel venditor de ipsa lite scientiam vel notitiam aliter habuerit, secundùm opinionem communem Doc. vt habetur in l. emptor fundi. & in l. si controuersia. D. de euict. & l. ii rẽ. in §. quoliber. cũ simili. Nisi denunciatio esset per speciale pactum remissa. vt D. de euictio. l. Herennius. in prin. Quæ remissio fit de rato, qa per eam ipse venditor subi ceretur magno periculo. ideóque sit cautus notarius in hoc.

8 Et † est notandum qꝑ debet fieri legitimè denũciatio, tam ex modo quã ex tẽpore. Ex modo. cũ emptor ostẽdit libellũ vẽditori ad oculum sibi datũ. vt not. per Bar. in l. nõ solũ. §. morte. D. de no. ope. nũ. Ex tẽpore verò cũ fit denũciatio ante sententiam & publicationẽ testiu. vt l. si rem quam. §. fi. D. de euict. & plenè notatur in Glo. & per Cyu. in l. emptor fundi. & l. hæres seruum. D. de euict.

9 Nec † tamẽ per hanc denũciationem eximitur emptor à prosecutione litis: imò debet emptor in ea perseuerare, nisi esset sibi litis prosecutio remissa, quia tunc vẽditor litẽ ipsam prosequi tenetur. vt not. in l. si ideò, in prin. D. de euic. & C. de peric. & cõmo. rei ven. l. i. in fi. & C. de euic. l. i. Et si quidẽ ipse emptor succũbat in causa, tenetur appellare. & prosequi in ea: nisi per pactum appellandi necessitas esset remissa. vt traditur in l. Herennius. §. Gaia. D. de euict. 10 Et † si omittit denunciare venditori in causa principali, poterit denunciare in causa appellationis. Quod est notandum, & notatur per Gloss. in d. l. si rem si.

11 Alij † etiam casus sunt necessarij, vt de euictione agi possit, vltra præfictos. Videlicet qꝑ emptor fuerit cõdemnatus à iudice non autẽ ab arbitro. vt l. si dictũ. §. si cõpromisero. D. de euictio. Et sententia debet esse iustè lata, & non per imprudentiã vel dolũ. vt l. si per imprudentiã. D. de euic. & in d. l. emptor fũdi in fi. & l. si nõ per iniuriã. C. de euic. 13 Sic † ergo non licet emptori cõpromissum facere de re empta in d. §. si cõpromiseto. & l. si cũ quæst. C. de euic. & l. at qui natura. §. cum me. D. de neg. gest. & in hoc plerunque errant multi.

14 In tribus ergo præmissis casibus, videlicet si non denunciauit, si non fuit per iudicem suum iustè condẽnatus, & si cõpromissum fecit nõ agit emptor de euictione. Quartus casus est quo non agit, si fuit absens tempore sententiæ. vt in l. si ideo. D. de euic. qꝑ nota. Quint⁹ est, si habuit inexpertum & imperitũ aduocatũ. vt not. per gl. in l. qꝑ si nolit §. culpam. D. de ẽ. lil. edic. Sext⁹ est casus necessarius vt agi possit de euictione, videlicet qꝑ res fuerit in executiõe sententiæ ablata ipsi emptori, non per violentiã: quo casu si per violẽtiam esset ablata nõ agit de euictione. vt l. Si ea res. D. de act. empti. & euicta. § 1. & l. habere licere. D. de euic. con. ũcta l. fi. & ibi per Cy. C. de act. emp. Septimus est, si nõ appellauit, dato qꝑ haberet malam causã. vt d. l. Herẽ⁹. de euic. Octau⁹ est, si succubuerit iniustè in causa, per obiectũ & obstaculũ alicuius exceptiõis, quæ ab ipso emptore traxit originẽ. vt in l. hoc iure. cũ l. seq. l. si rẽ. in §. duplæ. D. de euic. Et ꝓcedũt ꝓmissa, nisi per pactũ speciale fuerint hæc omnia à vẽditore remissa. vt in l. quæritur. §. si ven-

ſi venditor. D. de ędil. edi. in d. l. Hęrēnius. in prin. cū ſimilib. vel niſi venditor ſpecialiter cauerit, ne pro alio no facto teneatur, ſed pro ſuo tantū. quo caſu ſolū tenetur, ſi ipſemet alij prius vendidiſſet vel obligaſſet. vt l. de tuo D. mād. de quo facto ſuo loquitur textus in d. l. i. in princ. D. de hære. vel act. ven. Quod nota. Nam plerunque, vt cautiùs ſuccurratur emptori, ſolent notarij in inſtrumentis apponere huiuſmodi pacta & remiſſiones, quæ in vulgari appellantur pacta vtilia.

15 Poſt † hæc quæritur ecce quòd re euicta per ſententiam, agit emptor de euictione cōtra vēditorem. & producit ſententiam latam in cauſa appellationis? Quæritur an hoc ſufficiat ad plenum fundamentum ſuæ intentionis, an verò ſit neceſſe quòd producat totum proceſſum vel vniuerſa acta cauſæ? Et arguendo ad partes, videtur ſufficiens ꝓbatio ipſa ſola ſententia, abſq; alio proceſſu, quia res iudicata pro veritate habetur. vt in l. res iudicata. D. de reg. iur. & in l. ingenuum. D. de teſta. hom. omnīáque præſumuntur rite & rectè facta, poſtquā ſic eſt ſententia lata. vt in c. bonæ. ext. de elect. & in c. in preſentia. ext. de renun. & ꝙ notatur per Cy. in l. emancipatione. C. de fide inſtrum. & in l. ſine poſſidetis. Cod. de probat. & per Inno. in c. cùm in iure peritus. de offi. de leg. In contrarium facit, quia non viſo proceſſu apparere nō poteſt an iure vel iniuria fuerit condemnatus: & licèt præſumatur pro ſententia, vt ſit iuſtè lata quo ad eos inter quos lata eſt, non tamē ſic quo ad alios, vt in l. ſæpe. §. 1. D. de re iudi. eorum ſimilibus. Finaliter in hac quæſtiōe, omiſſis aliis reperio ꝙ Ia. de Are. tenuit quòd ſufficiat producere ſententiā, ſine proceſſu. cuius opinionē ſequitur Albertus Papiēſis. Tu tamen latiùs & melius ſic diſtinguēdo cōclude. Aliquando vēditor in inſtrumēto venditionis expreſsè renunciauit ne poſſit allegare ſententiam nullā, vel per imperitiā latam, vel ex alio ſimili vitio iniuſtā. & tūc ſufficit emptori producere ſententiam. cùm per hanc remiſſionem & generalē renunciationō ceſſent omnia per quæ ꝓſſet impugnari ſentētia. Quod nota multum, & nunquā obliuiſcaris. Aut nō renūciauit ipſe venditor prædictis: & tunc aut cōſtat de legitima denūciatiōe eidem facta, aut de ea non conſtat. Primo caſu, aut in ſententia nulla fit mentio de proceſſu. & tunc nō præſumitur pro proceſſu, ideóq; eſt opus illū producere cū ſentētia. arg. eorū quæ notātur in c. quoniā ext. ꝓba. & in l. hi qui ad ciuitā. C. de appel. Aut in ſententia fit mentio de proceſſu, & tunc aut ſententia eſt lata de proximo, aut de longinquo. Si de proximo, aut fuit lata venditore præſente, & tunc præſumitur pro proceſſu, & imputet ſibi ſi non appellauit, nec ideo eſt opus emptori proceſſum producere. arg. u. l. ſæpe. in §. ſcientibus. D. de re iud. & l. ab eo. C. quomodo & quādo iud. Licitū tamē eſſet hoc caſu ipſi vēditori ꝓducere proceſſum & impugnare ipſam ſententiam vitio huius proceſſus. vt notat Iacobus Calderinus, & Ioan. Ao. in c. quoniam contra falſam. ext. de proba. & in c. in præſentia. de renun. Et per hoc patet ꝙ eius præſētia cū grauat in onere ꝓbandi errorē ſeu defectum proceſſus pro quo præſumitur. ſecus in ſimilibus dicitur de eo qui renunciauit exceptioni

non numeratæ pecuniæ. vt notatur in l.si ex cautione. & l. generaliter. & l.in contractibus. C. de non nume. pec. Aut fuit lata ipso venditore ignorante vel absente, & tunc non præsumitur pro processu, nisi producatur per emptorem. vt in d.c. quoniam contra faltam. 16 Si † verò sententia lata fuerit de longin quo, tunc præsumitur de processu, & sufficit producere sententiam. iux ta doctrinam Hosti. & Iohan. And. in c. cùm in iure peritus. ext. de offi. deleg. & per Cy. & alios in d.l. eman cipatione. 17 Secundo † casu prin cipali quando nō apparet de aliqua renunciatione, tunc non sufficit pro ducere solam sententiam, cùm tunc nulla fidem faciat cōtra vēditorem. vt d.l. emptor sanditin prin. & in l.si controuersia. C. de euict. Ad quod optimè facit l.si parentes in fi. & l.si cùm quæstio. eo. ti. & adde quæ cir ca prædicta scripsi in forma senten tiæ diffinitiuæ, in Glossa 1111.

18 Sed † pone quòd agente emptore de euictione, contra venditorem vel fideiussorē, offertur eidem ipsa res vēdita, timul cum interesse, an cessabit actio & iudicium super euictione? Dic quòd sic. vt in l.si fideiussor. D. de doli. excep. & l. emptori. & ibi notatis. D. de euicti. Ad quod facit l. si reus paratus. D. de procur.

SVMMA.

1 *Venditor tenetur litem suscipere, non armis se opponere, licèt promiserit defendere de facto.*

GLOSSA XIIII.

ET *legitima defensione.* 1 Hìc † quæritur ad quid teneatur ille qui promisit defēdere. Dic quòd vēditor tenetur in se litē suscipere, & iudicio assistere. vt l. empti. & l. cum successores. C. de euict. cum similibus: non tamen tenetur se cum armis opponere. vt d.l. fin. C. de acti. emp. Quid autem si promisit defendere emptorem de iure & de facto, an tunc tenebitur arma suscipere? Determinat Bart. quòd non. in l. stipulatio ista. in prin. D. de verb. obli. quia talis sermo de facto debet intelligi secundum naturam contractus. l. si stipulatus. D. de vsufru. & l. damni infecti quidam. D. de dam. infe. Hæc enim verba cùm sint dubia, sunt contra emptorem interpre tanda. vt l. veterib⁹. D. de pac. Et erit sensus quòd defendat de se facto, videlicet faciendo ea quæ facti sunt videlicet liti assistere, in iudicio comparere, & in eo prout expedient fuerit perseuerare.

SVMMAE.

1 *Variis de causis petitur rescissio venditionis.*

2 *Maior qui iurauit non contrauenire venditioni, non potest eam rescindi ob deceptionem vltra dimidiam iusti precij. Pupillus potest. Pubes non potest, nisi restituatur in integrum.*

3 *Minor qui iurauit non vti beneficio l. 2. licèt curatorem habens vendiderit.*

4 *Auth. sacramenta puberum, destruxit statum minorum, sicut etiam C. cùm contingat. Ext. de iureiur. & C. Quamuis. ext. de pactis in VI. destruxerunt statum mulierum.*

5 *Venditionem iuramento vallatam metu vel dolo factam, minor rescindere non potest, nisi obtenta ab episcopo sua iuramenti absolutione.*

6 Iura-

6 *Iuramẽti abſolutio indulgetur parti vocatæ, & examinatur an iuſtum metum vel dolum cauſam dederit venditioni.*

7 *Iuramentum æquè nocet puberibus in compromiſſo, tranſactione, ſententia, vt in venditione.*

8 V I. *Regula in materia Auth. Sacramenta puberum.*

GLOSSA XV.

ET ſub eius iuramento corporaliter. Solet quæri, ſi venditor iurauerit non contrauenire venditioni, an iuramento non obſtante poſſit petere venditionẽ reſcindi? 1 Vbi † notandum quòd variis de cauſis poteſt peti reſciſſio venditionis. Quãdoque enim petitur venditio reſcindi ex defectu pretij, quandoque ex defectu ætatis, quandoque ex defectu ſolennitatis, quandoque ex defectu bonæ fidei, & cæteris aliis modis, de quibus ſingulariter videamus.

Primò ergo quæritur, ſi in venditione iuramento vallata venditor ſit deceptus vltra dimidiã iuſti pretij, an poſſit petere eam reſcindi, per l.2.C.de reſcin.ven. Quidã dicũt ꝙ ſic, ſiue ſit maior xxv annis, ſiue minor, vt refert Cy. in d.l.2. 2 Veritas † tamen eſt quòd diſtinguatur inter maiorem & minorem, vt ſi ſit maior non poſſit contrauenire per Auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. & in l.1.C.eod.tit. & in c. dilecti. & in c. cùm cauſam. de emp. & vend. Si verò ſit minor, tunc ſubdiſtingue. Aut eſt pupillus, & poteſt contrauenire per d. Auth. Sacramenta puberum, quæ ſolùm excludit puberem. Aut eſt pubes, & tunc (ſecundùm aliquos) poteſt etiã contrauenire. quia iuramentum ſolùm facit ipſum maiorem. Sed maior poteſt contrauenire, per d.l.2. Ergo & iſte minor qui iurauit. Alij dicunt quòd in totum repellitur, quaſi iurando renunciauerit beneficio d.l.2. & hanc partem ſecutus eſt Petrus, vt refert Cy. Sed Dy. voluit dicere, quòd ſi minor eſt læſus, quòd beneficio ætatis (licèt non per beneficium d.l.2.) petere poterit ſe in integrum reſtitui. Vnde, licèt iuramentum ipſum excludat ab illo beneficio d.l.2. ne recta via poſſit ipſũ intentare, per indirectum tamen, ætatis priuilegio, poterit ad illud peruenire. Super quo adducit plurimas rationes, quas refert Cy. in d.l. 2. Glo. verò iuris canonici in d.c. cũ cauſam, tenet contra Dynum. & idem ſequitur gloſ. in §. item ſacramenta. de pace iur. firma. ſecũdùm Iac. de Bel. in d. §. item ſacramenta. Et quidam alij dicunt quòd attendi debet forma iuramenti. nam aliquando minor iurat ſimpliciter nõ contrauenire aliquando ratione minus iuſti pretij. Primo caſu poterit contrauenire: ſecundo caſu nequaquam. Et eſt ratio, quia in primo caſu iuramẽtum habet ſolùm eum excludere à beneficio ſpeciali in integrum reſtitutionis, non autem à communi d.l.2. attributo omnibus tam maioribus quàm minoribus. de quo dic vt ibi latiùs per eum. Et hoc veriùs puto. quod nota, tu notarie, vt in inſtrumentis ſemper dicas, *Quòd iurauit non contrauenire rationi pretij, vel minoris ætatis, vel alterius cuiuſcunque defenſionis, de quibus beneficiis fuit ipſe venditor per me notarium certioratus, &c.*

3 Deinde † quæritur, ſi minor habens curatorem vendidit, ſine debita ſolennitate, videlicet ſine

authoritate curatoris, vel decreto iudicis, & iurauerit, an poterit vti beneficio dictę l.2.non obstante iuramento? Dicunt quidam (quos refert glo. in d. §. item sacramenta) quòd sic,quia pubes habens curatorem pupillo equiparatur. vt l. si curatorem habens.C.de in integrũ restit. mino. Vnde sicut pupillo succurritur, vt dictum est,sic & illi. In contrarium determinat ibi glo. & Ia.de bel.& communiter omnes doctores per textum in d. §. item sacramenta, qui loquitur generaliter &c. 4 Quæ † opinio destruxit statum minorum. Vnde bonus Imperator haberet tam graui morbo prouidere, & eodem modo principes & ciuitates,in eorum prouinciis & terris.& hoc idem facere deberẽt in mulieribus quæ iurauerunt non contrauenire alienationi maritorum suorum.de quo in c. cùm contingat.ext.de iureiur. & in c.quamuis.ext.de pact.lib.vi.

5 Inde † quæritur. pone quòd pubes dolo vel metu fuit inductus vendere,& iurauit, an via recta poterit impugnare venditionem, vel erit necesse priùs à iuramento petere absolutionem? Videtur quòd recta via possit infirmare eam. vt d. Auth.sacramenta. & in corpore vnde sumitur,ibi nullius momẽti &c. quę verba denotant ipso iure contractum esse nullum.arg.l.D.de in iust.rup.testa. In contrarium determinat Inno. in cap. ad aures. ext. quod metus causa. dicens quòd priùs obtinenda est ab episcopo iuramenti relaxatio seu absolutio.

6 In † qua absolutione inuestigabitur, an fuerit talis metus qui caderet in constantem virum,vel an fuerit talis dolus qui peritissimum falleret. dic vt ibi plenius per eundem.& in c.cùm dilectus.eo.ti. Faciunt etiam notata in c. debitores. de iureiuran. An autem in hac absolutione impetranda debeat pars aduersa citari? Dic quòd sic.vt scripsi supra, in forma iuramenti quod defertur à parte parti.

7 Quid † autem si pubes, habens vel non habens curatorem,iurauerit (vt plerunque fit) non venire contra compromissum,vel trãsactionem, vel iudicialem sententiam, an beneficio in integrum restitutionis,si lęsus fuerit,poterit impugnare prædicta? Et breuiter glo. in d.§.item sacramenta,determinat quòd non; exemplo iuramenti interpositi super venditione.Cuius opinionem sequitur Ia. de bel.& alii in d.Auth.

8 Veruntamen † (secundũ eundem Ia.) in præsenti materia elici possunt sex regulæ, quarum prima talis est,Quotiens contractus factus eum adulto valet iure communi & speciali,& cessat vtroque iure in integrum restitutio, tunc si iuratum sit, reputabitur ex abundanti interpositum iuramentum.nec tamen ex hoc contractus vitiabitur. arg.l. si pupillus. §. 1. D.de nego.gest. & l. quæ dubitationis causa. D.de regu. iur. & hoc casu procedere etiam potest d.Auth.sacramẽta puberum. Secunda regula est ista, Quotienscunque contractus factus cum adulto valet iure communi & speciali, sed dari potest restitutio ratione ætatis, tunc iuramentum interpositum multum operatur, quia tollit restitutionem in integrum. vt d. Auth.& in l.1.C.si aduer.ven. & hoc casu similiter procedit d. Authen. Tertia est regula,Quotiens contra-

Actus valet

ctus valet iure communi, sed iure speciali nō valet, quia factus minus solenniter, non intercedente curatore vel iudicis decreto, tunc (secūdùm quorundam opinionē, de qua supra relatum est) iuramentum nihil operatur. arg. l. non dubium. C. de legib. sed secundùm communem & d. Ia. opinionem tale iuramentum hoc casu multum operatur, quia dat robur & effectum ipsi contractui, & tollit beneficium ætatis. & hoc etiam modo potest intelligi d. Auth. Quarta regula est, Quoties contractus valet iure communi & speciali, sed maiori subueniretur propter læsionem in precio, tunc iuramentum *interpositum* à minore multum operatur: nam tollit sibi beneficium ætatis, sed non aufert sibi beneficium commune dictæ l. 2. secundùm eum, quia solùm facit eum maiorem. licèt aliqui contra, vt supra dictum est. Et hoc etiam modo procedit d. Auth. Quinta regula est, Quoties contractus factus cum minore de iure communi, non valet ipso iure, tunc iuramentum interpositum à minore nihil operatur: quia si non valet principale, nec accessorium. vt d. l. non dubium. & D. de pac. l. iurisgentium. §. si paciscar. & hoc casu non habet locum d. Auth. Sexta regula est, Quoties iuramentum interpositum à maiore non valet de iure cōmuni ipso iure, tunc iuramentum factum à minore non valet, etiam fortiùs, ipso iure. & hoc casu procedit quod dicitur in fi. d. Auth. & cessat eius principium. facit in Auth. Scenicas non solùm si fide. præst. §. 1. colla. v. De quibus iuramentis plenius vide per Bar. in lege si quis pro eo. D. de fideiuss. & quæ scripsi, super forma libelli quo petitur in integrum resti. Alias denique quæstiones circa hoc videre potes, quas glossæ tangunt, & doc. in dicta Auth. & in d. l. 2. & quæ ad dictas regulas trahuntur, & sub eis includuntur.

SVMMA.

1 *Contrafacere est controuersiam mouere in iudicio vel extra.*

GLOSSA XVI.

Contrafacere vel venire. 1 Quæritur † quando dicatur quis contrafacere? Ad quòd breuiter respondeo, quod tunc quando in iudicio vel extra controuersiam mouet, vt l. si quis maior. C. de transact. De quo plenius vide quæ circa hoc scripsi, in tit. quo agitur ad pœnam secundùm formam compromissi. & per Bar. in l. quo enim. & l. amplius. D. rem ra. ha.

SVMMAR.

1 *Fides de precio præsumitur habita, postquàm res est tradita.*
2 *Quasi dominium quare potest, sine precisi solutione.*
3 *Solutio probatur per confessionem.*
4 *Non potest agi ad rem tradendam, nisi precio soluto, vel oblato realiter & depositio.*

GLOSSA XVII.

Sed præscriptum precium integrum recepisse. Aduerte quòd notanter dicitur, venditorem precium recepisse. quia rei venditæ non aliter transfertur dominium, nisi precium

fuerit solutum, vel habita fides de ipso precio. 1 Quòd † fides habita præsumitur, postquam res tradita reperitur. vt habetur in §. rei vēditæ. Iusti. de re. diui. & l. procuratoris. §. sed si dedi mercem. D. de tribut. 2 Quamuis quoad quasi dominium, & publicianam quæ pro quasi dominio competit, non sit necessaria precii solutio, vel fides de eo. vt l. de precio. & ibi notatis. D. de publici. 3 De † cuius pretii solutione probatur per instrumentum, quo dicitur venditorem fore confessum precium recepisse. arg. l. cum precibus. C. de prob. & l. generaliter. C. de nō num. pecu. & l. quidam in iure. in prin. D. de donat. cum similibus. Nunquid autem procurator possit habere fidem de precio, scripsi in titulo de forma execut. sen. in glossa quę incipit, *isti appellantur.*

4 Quid † si non est confessus precium recepisse, an contra eum agi poterit vt rem venditam tradat? Dic quòd non, nisi prius ipsi venditori precium integraliter in pecunia numerata offerat, consignet, & deponat. vt l. Iulianus. §. offerri. de acti. emp. l. obligationē. C. de solut. l. acceptam. C. de vsur. Nec sola nuda oblatio sufficeret (vt singulariter notatur per Bar. in l. prætor ait. in §. si quis paratus. D. de no. ope. nun. & ad hoc optimè facit textus in l. si fundus. §. fi. & l. fi. D. de lege commis.) sed deberet fieri consignatio in pecunia, quæ videatur apertè à testibus, quæ & quanta sit. Nec sufficeret quòd in sacculo fieret oblatio de pecunia non visa, vt notatur per Bar. in l. cùm seruus. D. de condit. & dem.

SVMMAE.

1 *Bona fides est de substantia contractus bonæ fidei, ideóque nullus est, si dolus ei causam dederit. At est de qualitate duntaxat contractus stricti iuris, ideóque si dolus in eo intercesserit, rescinditur ope exceptionis.*

2 *Bona fides semper præsumitur, nisi de dolo probetur.*

GLOSSA XVIII.

CONTRA *bonam fidem.* 1 Non † immeritò dicitur hoc. quia in hoc contractu & similibus (de quibus loquitur textus Instit. de actio. §. bonæ fidei) exigitur bona fides quo ad substantiam ipsius contractus. vt l. bonam fidem. C. de actio. & oblig. & l. 1. §. 1. D. de actio. emp. In cæteris autem contractibus stricti iuris exigitur quoad qualitatē. vt plenè notatur per glo. & doc. in l. eleganter. in prin. D. de dolo. facit. l. domum. in fi. D. de contrahē. emp. Ideóque si dolus det causam cōtractui, bonę fidei contractus ipso iure redditur nullus. Sed si intercesserit in contractibus stricti iuris, tūc venit rescindendus ope exceptionis, vel actionis de dolo. vt notatur in d. l. eleganter.

2 Bona † fides autem præsumitur semper, nisi per indicia & coniecturas de dolo probetur. vt l. dolū. C. de dolo. & l. dolus. C. de rescin. ven.

SVMMA.

1 *Emptor, eo ipso quod ei denegatur à venditore relaxatio rei emptæ, amittit eius possessionem per clausulam constituti quæsitam. Sicut & si suspicetur se ab ea posse repelli.*

GLOS-

GLOSSA XIX.

Relaxare denegauit 1 Hîc † aduerte ad vnũ ſingulare, quòd per hoc quòd emptor ipſe, ſi fuit admiſſus ad poſſeſſionem in eum tranſlatam per conſtitutum (vt ſupra dictũ eſt) eo ipſo priuatus fuit ipſa poſſeſſione. Et hic eſt vnus caſus ſeu modus perdendi poſſeſſionem. Alius eſt, cùm quis ſuſpicatur ſe poſſe repelli, vt habetur in l. 3. §. ſi quis nunciet. & l. ſi id quod poſſidemus. §. ſi. D. de acquir. poſſ. & in l. 1. §. ſine autẽ. D. de vi & vi arma. Sunt etiam alii modi perdendi poſſeſſionem, de quibus in d. l. 3. §. in amittenda. D. eod. tit.

SVMMAE.

1 *Venditor fructus perceptos ante precii ſolutionem ſibi factam, vel fidẽ de precio habitam, non reſtituit, poſtea perceptos reſtituit.*

2 *Fructus extantes tempore venditionis venditor reſtituit, collectos retinet.*

3 *Penſio vel cenſus ſoluendus poſt tempus venditionis pertinet ad emptorem.*

4 *Res non affixæ fundo ad emptorem fundi non pertinent.*

GLOSSA XX.

Fructus. Hîc quæritur, an venditor teneatur emptori tradere vniuerſos fructus? Super quo dubio ſic diſtingue. Aut quæritur de fructibus poſt venditionem ab eo perceptis, aut de perceptis ante venditionem, aut de extantibus tempore venditionis & adhuc pendentibus. 1 Primo † caſu ſubdiſtingue. aut venditor eos percepit ante precii ſolutionem, vel fidem de eo habitam, & tunc eos lucratur nec reſtituere tenetur emptori. Si autem eos percepit poſt precii ſolutionem, vel fidem de eo habitam, tunc eos non lucratur, ſed reſtituere cogitur emptori. vt legitur & notatur in l. fructus. & l. curabit & l. pen. C. de act. empti. & l. 1. & 2. C. de peri. & commo. rei ven. facit l. Iulianus. §. ſi fructibus. cum §. ſeq. D. de act. emp. Secundo caſu, quando fuerunt percepti ante venditionem, tunc clarum eſt & indubitatum quòd cedunt ipſi venditori. 2 Tertio † caſu, cùm quæritur de extantibus tempore venditionis, ſubdiſtingue, aut tempore venditionis fructus erant ſeparati à fundo, & collecti: & tunc cedunt commodo venditoris, niſi contrarium ſit actum. vt notatur in iuribus prælegatis. Aut erãt vel ſunt pendentes in fundo, & ſic nondum collecti: & tunc cedunt commodo emptoris, eique ſunt relaxandi, niſi ſpecialiter inter eos cõtrarium ſit conuentum. vt d. l. Iulianus. §. ſi fructibus. & l. ſi cùm fundus. in prin. D. de contraheñ. empti. & l. ſi. §. fructus. D. de his quæ in fraud. credito.

Præmiſſa autem procedũt in fructibus germinatis in terra & ex terra. 3 Quid † autem in fictis, penſionibus, & cenſibus, quorum dies ſoluendæ pecuniæ nondum ceſſerat tempore venditionis. verbi gratia, venditor fundum locauerat pro x. præſtandis ad feſtum natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, deinde per quatuor vel plures menſes ante ipſum diem hunc fundum vendidit. quæritur cui reſpondere debeat conductor de penſione an emptori, an venditori? Dynus determinat quòd emptori per textum in l. ſi. D. de iure fiſ. Quæ opinio fir-

matur per textum in l. si mercedē. in princ. D. de acti. emp. pro qua facit glossa in l. diuortio. D. soluto matrim. Nam de fructibus ad pensiones licitum est arguere. vt in l. si. D. soluto matrim. Quam opinionem sequitur Angelus de Pisis. Licèt Bart. in d. l. si. de iure fisci, voluerit aliter distinguere, inter eum qui emit à fisco (quo casu procedit d. l. fin. de iure fisci) & eum qui emit à priuato. quo casu procedit d. l. Iulianus. §. si fructibus. Ego sto cum Dyno.

Et ex his patet, quòd fructus pēdentes tempore venditionis cedunt commodo emptoris. Nec mirum quia censentur esse pars fundi. l. fructus pendentes. D. de rei ven. Et ideo etiam commodo eius cedunt omnia affixa & coniuncta rei venditæ. videlicet sata, plantata, & ædificata. 4 Alia † autem non affixa (vt puta lebetes, banchę, tabulæ, canistra, scrinia, & similia) remanent cōmodo venditoris, nisi contrarium fit actum. vt in l. fundi. §. si ruta. D. de act. emp. & in l. vendendo. §. si. D. de contrah. emp.

GLOSSA XXI.

Quare cùm prædicta. Hæc est conclusio libelli, quæ semper est notanda, vt aliàs dixi.

Summa.

1 *Possidens ex clausula Constituti possidere potest se mitti in possessionem realem, siue Tenutam.*

GLOSSA XXII.

Ad tradendum. Diceret hic inuenis, quomodo petitur tradi cùm fuerit tradita per cōstitutum? 1 Respōdetur † quòd emptor fuit illa possessione priuatus. per interuentionem venditoris, qui eum non admisit vt suprà dixi. Vel dic, quòd etiam si non esset priuatus potest petere tradi sibi corporalem, quam aliqui Tenutam appellant. vt in d. l. si id quod. §. si. D. de acquir. poss. Solet autem de vno dubitari, si possessio omnis fuit per constitutum translata in emptorem, an ad possessionem corporalem seu tenutam residentem penes venditoré agi poterit actione ex empto? Videtur quòd non, quia contractus habuit suum implementum. Ergo, &c. argum. eorum quæ notat Bart. in l. si fideiussor. D. de leg. 1. In contrariū est veritas, per textum in l. fundi partem. D. de contrah. empt. & l. si hæres. D. de actionibus empt.

Summa.

1 *Perfecto contractu venditionis, omne commodum vel periculum rei venditæ pertinet ad emptorem. Nisi res recipiat degustationem & mensurationem.*

GLOSSA XXIII.

Prædictam peciam vineæ. Quid autem dixeris, si impetu fluminis perierit vinea, vel alia res vendita. cuius damno vel periculo cedet huiusmodi peremptio? 1 Dic† breuiter considerādum quę & qualis sit res ipsa vendita. Aut enim vēdita est species quædam mobilis vel immobilis (puta equus, vel fundus) quæ non recipit degustationem. & tunc regula est, Quòd post perfectā venditionem omne commodum & periculum pertinet ad emptorem. vt l. id quod post emptionem. & ibi notatis. & l. necessariò, in princ. D. de peric. & commo. rei vend. & l. l.

C. eodem

C.eo.titul. Aut vendita eſt res quæ recipit deguſtationem (vt vinum, & ſimilia) & tunc aut eſt vinum venditum in ſpecie, ſine menſuratione (puta, vendo tibi hoc vas vini) & tunc poſt venditionem, etiam ante eius deguſtationem, pertinet periculum ad emptorem, ſecundùm opinionem gloſſ. ſed ſecundùm opinionem ſo. pertinet ad venditorem. Aut vinum eſt vēditum ad menſuram (puta, vendo tibi decem ſextarios vini) & tunc ante menſurationem & deguſtationem pertinet ad emptorem. De quibus omnibus plenè traditur in textu & glo. in l. 1. D. de peric. & commod. rei vend. Ad quę omnia optimè faciunt quæ habentur in textu & gloſſ. in l. ſi vina quæ in doliis. & l. ſi per emptorem. D. de peri. & commo. rei ven. & l. 2. & l. dolium. C. eod. tit. facit l. ſi quis vina vendiderit. D. de peric. & commod. rei vend. & l. ſicut periculum. de actio. emp. & ven. cum ſimil. lib.

FORMA LIBELLI in cauſa ſocietatis.

TITVLVS XXXVIII.

ORAM vobis &c. Agit & in iure proponit domin⁹ Iacobus māgiarius, contra & aduerſus Auguſtinum de ſalerna, & contra quaeunque perſonam pro eo ſeu eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens idē Iacobus quòd cum dicto Auguſtino, & ſimul ambo, ſocietatem omnium bonorum generalem inierunt & contraxerunt, de anno curſo M. c c c c. menſe Maij.

II. In qua ſocietate per pactum ſpeciale & expreſſum actum & conuentum extitit inter eos, quòd omnia & vniuerſa bona, qualitercūque & vndecunque quæſita, & quærenda in futurū, per eos ſeu alterum eorum, communia eſſent & communicarentur inter eos, prout de prædictis conſtat publico inſtrumento, inde tradito & rogato per B. notarium Papiæ, anno & menſe ſupradicto.

III. Dicit quoq; & exponit præfatus Iacobus quòd poſt dictam ſocietatem contractam dictus Auguſtinus fecit & contraxit quandam mercantiam panni lanæ, de communi pecunia ipſorum, de qua mercantia ſuper lucratus eſt c. florenos.

IIII. Qui fuerunt & ſunt inter eos debitè communicandi. Quanquam idem Auguſtinus eos hucuſque communicare recuſauerit, indebitè ac iniuſtè, licèt ſuper ipſa communicatione

fienda sæpe & sæpius fuerit requisitus.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit præfatus Iacobus à vobis domino Vicario, quatenus omni modo, via, iure, & forma quibus melius fieri potest, per vestram diffinitiuam sentẽtiam condemnetis, & condemnatum compellatis iuris remediis, suprascriptum Augustinum, versus dictum Iacobum, ad communicandum & in commune ponendum suprascriptorum florenorum c. quantitatem, necnon consequenter ad diuidendum & diuisionem faciendum de omnibus & singulis bonis mobilibus & immobilibus, ac nominibus debitorum communibus inter eos: cùm ipse Iacobus non intendat nec velit stare de cætero nec per seuerare in societate prædicta, certis iustis & rationabilibus de causis. Deducendo in præsenti iudicio &c. Saluo iure &c. Non se astringens &c.

SVMMA.

1 *Inter meum & tuum pax firma esse non potest.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Sciendum est ad huius materiæ euidentiã, quòd in principio humanæ naturæ omnia erant communia, nec quisquam poterat dicere habere proprium. Sed aucto & excrescente populo orta est inuidia, sic quòd fieri cœpit inter eos orbis diuisio, póstque ex ipso iure gentium cœperunt oriri bella. 1 Nam ¶ inter meum & tuũ nunquam fuit pax bona, propter quod inquit Tullius: Honestissimè homines viuerent, si duo de medio tollerentur, scilicet meum & tuum. Aliæ autem operationes inductę sunt de iure gentium. Vnde dicit lex, ex hoc iure gentium introducta sunt bella, distinctæ gentes, regna condita, ædificia collata, dominia distincta, emptiones & venditiones, locationes, obligationes &c. vt l. ex hoc iure. D. de iust. & iu. Deinde plurimi animaduertentes, quòd aliquando vtilitas vel necessitas impellebat vel suadebat, bona inuicem in totũ vel partem in communionem ponere, cœperunt Societates (quæ apud aliquos Fraternitates appellantur) simul facere, sub diuersis tamẽ modis & formis, vt inferius declarabitur.

SVMMAE.

1 *Quatuor modis societas contrahitur.*

2 *Societas omnium bonorum intelligitur contracta, nisi id expressè dictum sit, signo vniuersali apposito.*

3 *Pactum non valet, quo dicitur vt societas transeat ad hæredes, nisi in societate vectigalium.*

4 *In societate vniuersali communicãda sunt omnia bona, præsentia & futura.*

5 *Quæsita ex causa inhonesta non veniunt in actionem Pro socio, Mãdati, Cõmuni diuidũdo, ex stipulatu.*

6 *Quæ-*

6 *Quæſita per vſuram, vel belli depredationem, non veniunt in actionem Profecie.*

7 *Pacto in ſocietate adiecto, vt ſocio ſocius ſuperſtes ſuccedat, non excludantur heredes inſtituti, nec ne mentes ab inteſtato.*

8 *Valet donatio aut promiſſio donandi facta inter ſocios, à precedente in ſuperſtitē, bonorū præſentium tantum, retenta aliqua portione teſtandi cauſa.*

9 *In ſocietatem particularem veniunt omnia quæ ex illa re vel negotiatione procedunt.*

GLOSSA II.

Societatem omnium bonorum 1 Sci†re debes quòd ſocietas contrahitur altero de quatuor modis. vt in quit Iureconſultus. in l. ſocietates contrahuntur. D. pro ſocio. Primò, omnium bonorum: ſecundò, alicuius ſpecialis negociationis, putà ſalis, vel lanæ, & ſimilium: tertiò alicuius ſingularis rei, putà equi, bouis, aut fundi: quartò, pedagii, aut vectigalis, inter quæ eſt differentia, vt patebit per infra dicenda.

1 Et† nota quòd nunc dicitur contrahi ſocietas omnium bonorum, quando fit ſub nomine vel ſigno vniuerſali, vt omnis vel quicūque & ſimilia, expreſſè acto quòd ſit generalis ſocietas. vt notatur per gl. in l. 3. §. 1. & l. coire. & l. ſi ſocietatem vniuerſarum. & l. cum duobus. §. ſi inter fratres. D. pro ſocio. Et ideo ſapienter faciet notarius, ſi tūc dixerit in inſtrumento ſocietatis: *Hoc acto inter dictas partes quòd præſens ſocietas ſit generalis, in & ſuper omnibus bonis præſentibus & futuris, quæſmodo & qualitercunque acquiſitis & acquirendis, tā ex induſtria quā à fortuna, & tam inter vivos quā in vltima voluntate &c.* Poteſt autē omnis ſocietas, ſiue ſit ſpecialis ſiue generalis, contrahi purè, & in diem, & ſub conditione, & vſque ad terminū vitæ ipſorum ſociorū. vt in l. 1. in prin. D. pro ſocio. 3 Non† autē fieri poſſet duratura in æternū, imò nec ad heredem tranſiret. vt l. nulla. & l. nemo poteſt. D. pro ſocio. Fallit in ſocietate vectigalium, quæ ex pacto tranſit ad heredē. vt l. adeò morte. in prin. D. eo. tit.

4 Nunc† quæro, quę ſunt illa quæ in generali ſocietate veniūt, & ſunt communicanda inter ſocios? & quę ſunt illa quę in ſpeciali ſocietate communicantur? Vbi aduertendum, quòd in ſocietate generali cōmunicanda ſunt omnia bona, quæ tempore ſocietatis poſſidebantur à ſociis. vt l. 1. in fi. D. pro ſocio. Nec mirum, quia talium bonorum ipſo iure ſtatim cōtracta ſocietate trāſit de vno ad aliū poſſeſsio & dominiū, abſq; alia traditione, p̄ æqualibus portionibus. vt habetur ſingulariter in l. 2. D. eo. ti. Amplius debēt cōmunicari inter eos omnia alia bona p̄ eos acquiſita, ſiue ex perſonæ induſtria, ſiue ex fortuna, ſiue ex cōtractu inter viuos, ſiue ex vltima voluntate. vt in l. 3. §. 1. & l. ſocietatem vniuerſarum. D. pro ſocio. dummodo ſint quæſita ex honeſta cauſa.

5 Vbi† autē eſſent quæſita ex inhoneſta cauſa (putà furto, vel violētia, vel turpi cauſa) nō ſunt cōmunicāda. vt in l. cū duob. in fi. & l. p̄ autē ex furto. cū l. ſeq. & l. nec prætermittendū. cum ſi. D. p̄ ſocio. Si tamē ſocius cōſecutus eſſet pœnā iniurię, vel damni ſibi illati, teneretur illā cōmunicare. vt in l. cū duobus. §. ſociū vniuerſa. D. eo. tit. Ab-

horruit ergo lex quòd quæsita ex turpi vel inhonesta causa veniret in actionē pro socio, sicut & alibi non veniunt in actionē mandati. vt l. si remunerandi. §. rei turpis. D. mand. nec similiter veniunt in actionem communi dividundo. vt l. communi dividundo. §. inter prædones. D. communi divi. nec in actionem ex stipulatu. l. & generaliter. & l. si plagii. D. de verb. oblig.

6 Ex† quibus potest inferri ad duo sæpius occurrētia. Primò quòd quæsita per vsurariam prauitatem non sunt communicanda in societate generali omnium bonorum, cùm vsura sit omni iure tā humano quàm diuino prohibita, & sit res turpissima & inhonesta: licèt Asteuses & Placentini, contrarium seruent. Secundò infertur, quòd isti armigeri qui vadunt derobando mundum (prout fecerunt quinque annis & pluribus proximè præteritis totam Lombardiam, & maximè de anno proximè elapso currēte M. c c c c xi. ciuitatem magnificā Papiæ) pro istis talibus derobationibus & violentijs non habent inter se aliquod iuris suffragium, quo mediante alter alterum super talium bonorum diuisione possit conuenire: nisi mediāte ense, de quo Deus iudicat eos se inuicem trucidare. Nec mirum, quia non merentur iuris habere suffragiū, qui legem offenderunt. vt l. auxiliū. in fi. cū simil. D. de minor.

7 Quid† autē dicendum, si in hac generali societate (quæ impropriè apud aliquos Fraternitas appellatur) ipsi socii simul conuenerūt, & solenniter ad inuicē promiserunt, quòd si alter alteri ex eis prædecesserit, quòd superstes eidē succedat in omnibus suis bonis (prout sæpius vidi de facto cōtingere, in Pedemōtio & in Monteferrato) an ex eis altero præmoriente, poterit superstes proximiores ab intestato defuncti excludere ab eius hæreditate (obstante eis dicta conuentione) & eodē modo hæredes ex testamento ab ipso præmoriente institutos, si alios instituisset hæredes? Dic breuiter quòd non. sed ipse socius superstes ab ipso instituto vel proximiore ab intestato penitus excludetur: vtputa nulla ipsa conuentione quo ad hoc de iure existente. vt habetur in d. l. si inter fratres. alias est. §. vers. i. D. pro socio. & in l. pactū quod dotali. & l. licet in priuatis. C. de pact. & per Cyn. & alios doc. in l. fi. C. de pac. vers. tertio quæro. & l. hereditas. C. de pac. cōuen. super do. & per Bart. in l. stipulatio hoc modo. D. de verb. obl. Ad quod etiā facit l. cū donationis. in fi. C. de trāsac. Cū enim tale pactū infringere habeat libertatē testādi, meritò reprobatur à iure. vt in d. l. stipulatio, cū similib. Ex quo sequitur q̄ si tales socii simul pacisc̄untur, ne quisquā eorum possit aliquid alienare, quòd per hoc non impediatur testari & de rebus ipsis in vltima voluntate disponere. vt d. l. si inter fratres, vers. i. cum similib.

8 Dicet† aliquis, quis ergo erit modus, vt vnus socius taliter prouidere possit inter viuos, quòd alter socius habeat bona sua, aliis exclusis post eius mortē? Cy. in d. l. fi. latè disputat hunc articulū, & refert plures opiniones. Finaliter concludit cum Petro, quòd fiat promissio per stipulationē ex causa donatiōis inter viuos, bonorū præsentiū rātum, scilicet tēpore donationis: nō aut futurorū. In qua opinione residet Bar. in d. l. stipulatio hoc modo. Secundū quam

qué ſic clarius collige. Interdū quis promittit ſocium vel alium heredem inſtituere, vel eidem hereditatem legare vel dimittere: & tunc talis promiſſio, etiam ſi eſſet iuramẽto vallata, ipſo iure nulla eſt, quia interpoſita ſuper ſucceſſione futura, vt d.l.ſi.cũ ſi. qđ apparet per ipſa verba directa ad hæreditatẽ. Interdū promiſſio concipitur p alia verba, quæ nõ ſunt iuris hereditarii ſignificatiua (vt putà ſi promiſit omnia bona ſua, poſt mortẽ ſuã) & hic aduertendũ qualiter cõcipiatur promiſſio. Aut enim fit promiſsio ex cauſa donationis inter vivos, generaliter de omnibus bonis præſentib. & futuris: & tũc eſt ipſo iure nulla, quia per eã auferetur libera teſtamẽti facultas. vt d. l. ſtipulatio hoc modo. Aut fit promiſsio de bonis præſentibus tantũ, ita q̃ in futuris remaneret teſtãdi poteſtas, & tunc valet. Et ita procedit opinio Glo. in d.l.ſi. & eorum qui ſentiũt cum ea. Eſt ergo in talibus bonũ conſilium, quòd ille qui promittit ſemper in ſe retineat aliquid in quo teſtari poſsit: & eodem modo iſte qui putẽ omnium bonorum generalem donationem facit, aliter donatio inutilis redditur. & vidi multos in hoc errare & multas donationes infringi.

9 Nunc † autem eſt de ſecundo principali dicendum, quando particularis ſocietas contrahitur (putà lanę tantùm, vel vini, aut alterius ſimilis negociationis) quę ſint in hac ſocietate communicanda. Ad quod breuiter reſpondẽdum, quòd omnia illa quæ ex negociatione illa procedunt. Alia autem aliunde quæſita, ſiue ex induſtria perſonæ, ſiue ex fortuna, non ſunt communicanda. vt d.l.coire. cum l.ſequenti in fin. & l.duo ſocietatem. in fin. & l.cum duobus. §. cùm duo. D. pro ſocio. Et hæc etiam procedunt in ſocietate vectigalium, vel vnius rei tantùm. vt in iuribus prę allegatis cum ſimilibus. Et ſic patet declaratum tertiũ & quartũ. Quid autem de quæſitis per fratres ſtantes in communione poſt mortẽ patris? vide plenè infra ſub titulo de forma libelli de hereditate vel re ſingulari diuidenda.

SVMMAE.

1 *Societas leonina reprobatur, quæ vnus totum lucrum, alter totum damnum percipit.*

2 *Cùm de partibus lucri & damni nihil conuentum eſt, intelliguntur partes æquales.*

GLOSSA III.

Ex pactum ſpeciale & expreſſum.

1 Hîc † aduerte, quòd in qualibet ſocietate contrahenda licet cuicunque paciſci de parte lucri & damni inter eos ſuſtinenda. Quòd autem vnus ſolus damnum ſupportet, & alius lucrum ferat, paciſci non poteſt, & tanquam leonina conuentio eſt à iure reprobata. vt traditur in l.ſi nõ fuerint. in prin. D. pro ſocio. & Inſt. eo. ti. §. 1.

2 Vbi † verò partibus lucri & damni nihil extitit conuentũ, tunc pro partibus æqualibus ſuſtinebũt illud. vt Inſtit. eo. in prin. & in d.l. ſi non fuerint. Et ſi forte eſſe nescirent ſe inuicẽ cõuenire ſuper partibus lucri & damni, poſſent hoc determinandũ cõmittere arbitrio alicuius perſonæ, ſic tamé q̃ ſi iniuſtè arbitraretur, habeãt recurſũ ad arbitrium boni viri. vt l. ſocietatẽ mecũ. in pr.

&.in §. arbitrorũ.eũ seq.D. ff pro socio.

SVMMAE.

1 *Inter socios omnium bonorum dos vxoris non communicatur: nisi mortua vxore constante societate maritus dotem lucratus sit. at vsusfructus dotis constante societate communicatur.*

2 *Socii omnium bonorum aequaliter soluunt omnia ipsorum debita. Nisi dotem filiæ, quam solus pater soluit, non eius socius.*

3 *Socius solam partem suam alienare potest.*

GLOSSA IV.

VNdecunque quæsita & quærenda &c. Licèt hoc pactũ nõ esset expressum (quamuis illud exprimere sit bonum consilium) tamẽ haberetur pro expresso hoc casu, quando sub nomine vniuersali contracta est societas generalis. vt suprà dixi.

1 Quid † autem dices si ambo sunt socii omnium bonorum, & vnus ex eis dotem receperit, vel in rebus mobilibus vel immobilibus, an fiet dotis communicatio in hac generali societate? Dic aut matrimonium & dotis datio præcessit societatem, aut econuerso. Et vtroq; casu subdistingue. quia aut durat societas & matrimonium, & tunc fit communicatio vsusfructus tãtùm, dotis proprietate salua. Aut societas dissoluitur, & durat matrimonium. & tunc non fit dotis cõmunicatio, sed ipsius dotis tanquã non communicatæ fit ante partitionem restitutio. Aut econuerso durat & perseverat societas, sed matrimoniũ dissoluitur. & tunc si morte vxoris, ita quòd maritus lucretur dotẽ, vel ex pacto vel ex lege, fit communicatio ipsius dotis. Si morte viri, fit restitutio ipsius dotis vxori, & non communicatio. vt hæc probantur in l. actione. §. fi. cum l. sequen. in pr. D. pro socio.

2 Deinde † quæritur, si alter ex sociis habeat filiam nubilem, an poterit ipsam dotare de rebus communibus? Dic quòd non, nisi super hoc pactum intercesserit speciale, etiam si sint socii omnium bonorũ. vt habetur in l. si socius pro filia. D. pro socio. & est singulare. Aliàs autem socii tenentur simul contribuere ad solutionẽ cuiuscunque debiti ipsorum. vt in l. omne æs alienum. cum l. sequen. D. pro socio.

3 Sed † nunquid socius omnium bonorum possit alienare vltra partem suam de bonis communibus? Dic quòd non. vt l. nemo ex sociis. D. pro socio. & hæc regula potest esse ratio dictæ l. si ex socio.

SVMMAE.

1 *In computando lucro deduci debet omne damnum & omnes expensæ. Nisi ex dolo, culpa vel negligentia nimia socii emergant.*

2 *Lucrum definitur id quod superest, deducto omni damno & expensa.*

GLOSSA V.

SVper lucratus est. 1 Regulariter † inter socios omne lucrũ & damnum est communicandum, & in lucri computatione fieri debet deductio damni, & omnium expensarum factarum occasione ipsius societatis, etiamsi damnũ contingeret casu fortuito. vt probatur in l. Mutius. & l. cũ duob. §. si quis ex sociis. aliàs est l. si inter fratres. §. si quis. & §. quidã. D. ff pro socio. Vbi autẽ damnum

nam emergeret culpa vel dolo, ſeu tam remiſſa negligentia quàm pro prijs rebus non adhibuiſſet, tunc ipſi non fieret cõputatio vel deductio talis damni. Quia ſocius ſolùm tenetur de dolo, lata culpa, & leui: non autem de leuiſſima, nec de caſu fortuito. vt l. non ob eam. cum l. ſeq. D. eo. ti. facit l. cum duobus. §. venit autem. & l. ſocius ſocio. D. pro ſcio.

2 Nec † mirum ſi de lucro deducatur damnum: quia lucrum propriè intelligitur omni damno omnique expenſa deducta. vt in d. l. Mutius. & notatur per Glo. Inſti. eo. ti. §. de illa conuentione. Facit quod notat Inno. in c. paſtoralis. ext. de decim. ſicut dicitur in fructibus qui intelligantur deducta expenſa. vt l. ſi à domino. in fi. de pet. here. cum ſimil.

GLOSSA VI.

Quæ cùm prædicta. Hæc eſt concluſio libelli, ad quam ſemper attende.

Svmmar.

1 *Nondum finita ſocietate ſocius agere non poteſt Pro ſocio, ad rationem ſocietatis totius examinandam. At vt in ea alter conferat quod debet, poteſt.*

2 *Cùm alter ſociorum nihil contribuit, ſocietas nulla eſt, ſiue fiat in vim donationis inter viros, ſiue cauſa mortis.*

† *Societas alicuius negotiationis diſſoluitur interim pecunia contributa.*

4 *Cùm vnus ex ſocijs contribuit pecuniam & alter operas, pecunia ab eo qui dedit primùm detrahenda eſt, in diuiſione ſocietatis, idque ex conſuetudine generali.*

5 *Socius à ſocio communi non debet, niſi in id quod facere poteſt, deductione facta.*

GLOSSA VII.

Ad diuidendum & diuiſionem faciendum. 1 Quæritur † pro declaratione huius, an pendente ſocietate poſſit actio pro ſocio intentari? Videtur quòd non. quia non eſt nata ante finitam ſocietatem. vt in l. tandiu. C. pro ſocio. & l. actione. §. nonnunquam. D. eo. ti. Sed plenius diſtingue, vt notatur per Cyn. in d. l. tandiu. Aut agitur pro certa quantitate vel ſingulari re communicanda, & tunc agi poteſt pendente ſocietate. Aut agi vult generaliter pro tota ſocietate, & ſic iudicio generali ſocietatis, vt de omnib⁹ ratio videatur & calculetur. & tunc non poteſt agi, niſi finita ſocietate. ſicut in ſimili dicitur in l. 111. & quod ibi notatur C. de admi. tu. cum ibi notatis.

2 Sed † quid dices de notabili quæſtione. pone, ſocietas eſt contracta ex cauſa donationis quia alter ex ſociis nil poſuit in ſocietate, & alter poſuit vniuerſa bona, an aget vnus contra alium? Dic quòd non. quia talis ſocietas eſt nulla. vt in l. ſocietates contrahuntur. in fin. D. pro ſocio. Et eodem modo eſt nulla, ſi fuerit contracta ex cauſa donationis cauſa mortis. vt l. ſenatus. §. ſi quis. D. de dona. cauſa mor. & probatur in l. cùm hic ſtatus. §. inter virum. D. de dona. inter virum & vx.

3 Vlterius † quæritur, quia de iure valet ſocietas in qua vnus ponit exercitium perſonæ, & alius ponit certam quantitatem pecuniæ, puta x. vel mille. (vt in l. 1. C. pro ſocio. & Inſti. eo. ti. §. de illo. in fi.) pone ergo quòd ad certum tempus huiuſmodi

contracta societate, perdita est pecunia posita in societate, ipso tempore pendente, & adhuc superstite vtroq; socio, an tenebitur ipse idem socius adhuc tãtundem pecuniæ sub rogare? Et quidem Glo. in d. l. 1. & l. si non fuerint. D. eo. ti. tenet quòd non. quasi interitu ipsius pecuniæ sit societas dissoluta. vt in l. verum. §. pen. D. eo. Alij dicunt ipsius pecuniæ periculum fore commune, & ideò pecuniam communiter subrogandam. arg. l. cum duobus. §. quidam fugariam. D. pro socio. & l. id quod. D. de peri. & commo. reiven. Alij dicunt aut pecunia fuit statim perdita, aut ex intervallo. Primo casu sit periculum commune, ne contractus reperiatur claudicare. vt in l. 2. D. mand. & l. si id quod, in fi. eo. ti. Secundo casu dicẽdum fuisse societatem, & per consequens à neutro socio pecuniam subrogandam. Puto quòd Gl. melius determinent, vbi supra. vt idẽ sit in pecunia, quod in re alia peremptа. de quo per Cy. in d. l. 1.

4 Postea † quæritur, an ille qui posuit pecuniã, & alius personã, debeat in diuisione fieri prius detrahere totã suam pecuniam, & suum capitale saluum facere, & de reliquis diuisionem facere? an verò omnia sint communiter diuidenda? Super hoc Gl. in d. l. 1. distinguit. Aut est actũ inter partes quid de ea fieri debeat, & standũ est conuẽtioni. vt in l. 1. § si cõuenerit. D. depositi. cũ simil. Aut nihil est actũ, & tunc (secundũ Gl.) omnia debẽt cõmunicari. licèt contrariũ de consuetudine obseruetur, & per cõsequẽs ipsa pecunia nõ est cõmunicãda. Quę cõsuetudo (secundũ Ia. de Are.) fundatur sup iure scripto. vt colligitur ex his quæ habentur in l. cũ duobus. §. damna. & §. si in cocunda. & §. itẽ ex facto. D. pro socio. & notatur per Cy. vbi. 3.

5 Quid † autẽ si socius est factus non solũmẽdo, ita q; impotẽs est restituere quę ad eius manus ex societate peruenerunt, qualiter cõdemnabitur? Dic quòd solũ in eo quod facere potest, de ducto ne egeat. Et hic in hoc est priuilegiata societas quæ fraternitatis vicẽ gerit. vt 3. dixi. probatur per textũ. in l. verũ, in prin. D. pro socio. & l. sunt qui. D. de re iudi.

Svmmae.

1 *Expressa renunciatio societatis non fit per vnũ socium, altero inuito, nisi &c.*

2 *Duplex est societatis renunciatio, expressa & tacita.*

3 *Tacitè societati renunciare videntur socij, qui separatim habitant & negociantur.*

GLOSSA VIII.

Nec perseuerare in societate. Patet ergo per hoc, de expressa renunciatione. 1 Quod † ita demum admittitur, si alter socius consentiat. nã eo inuito nõ licet regulariter à societate intempestiuè discedere. vt l. actiones. § Labeo. & in §. fe. D. pro socio. Nisi alter socius sibi iniuriosus, aut damnosus, vel conditio societati apposita non seruetur. vt l. si conuenerit, in fi. D. pro socio.

2 Et † nota quòd duplex est renunciatio societatis. Quædã expressa, de qua hic, & idem si petatur rationis redditio societatis. vt d. l. verũ est. §. pen. & l. fi. & l. actionẽ. in prin. D. pro socio. Quędã tacita. & hęc fit, quãdo pereunt res in societate positæ, vel pereũt socij, vnus vel omnes, siue morte naturali siue ciuili. vt d. §. verũ. §. pen. & l. actione. §. morte.

Idem

Idem ſi mutetur ſtatus perſonæ in malum, vel eius bona publicétur. vt in d. §. pe. & l. actione. §. publicatione. & Inſti. ꝑ ſocio. §. manet. & §. ſol uitur, cù ſeq. 3 Alio † etiã modo nõ tabili & ſingulari inducitur quędam tacita renunciatio inter ſocios omnium bonorum, quando ſtant & habitant ſeparatim, & pluri tempore negociari ſunt ſeparatim. vt habetur in l. in ſtaq; cùm ſeparatim. D. pro ſocio. Quod tene menti.

SVMMA.

1 *Amicitia conſultò incunda, conſtanter retinenda, & ſuauiter colenda: ſine qua vix aliquid incundum eſſe poteſt.*

GLOSSA IX.

Educendo &c. Hęc clauſula cũ ſequẽti exrẽditur, vt aliàs dixi. Poſtremò vt præſens tractatus aliquid moralitatis ad ſe trahat. 1 Attende † quid dixit ille Seneca, epiſtola vi. ad Lucillum. Nullius boni ſine ſocio iucunda poſſeſſio eſt. veruntamen (vt idem ait epiſtola. iii. & viii.) diu delibera an tibi in amicitiam aliquis recipiẽdus ſit. & cùm placuerit id fieri, toto illum pectore admitte, & tam audacter cum illo loquere quàm tecum. Nam ſi aliquem amicum exiſtimes, cui non tantum credas quantum tibi, vehemẽter erras, & non ſatis noſcis vim veræ amicitiæ. cũ amico omnes curas omnéſq; tuas cogitationes mitte, fidelem ſi putaueris facies: nam quidam fallere docuerunt dũ falli timuerunt. Sapiens, etiam ſi contentus eſt, ſe tamẽ habere amicum vult. ſed id ob nihil aliud, niſi vt exerceat amicitiam. & ne tam magna vir tus labatur. Nam vt aliarum nobis rerum innata dulcedo eſt, ſic amicitiæ. Quo modo ſolitudo in odio eſt, ſic in dulcedine appetitus ſocietatis. & quomodo hominem homini humana natura conciliat, ſic ineſt huic quoque rei ſtimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat.

FORMA LIbelli contra plures reos debendi.

TITVLVS XXXIX.

ORAM Vobis Bernardino Vicario &c. Agit & in iure proponit Verulfus de verulfis, contra & aduerſus Simonem Cicolellum, & Secundinum de caſtello, & cõtra quãlibet aliam perſonam pro eis vel ipſorũ nomine in iudicio legitimè comparentem.

1 Dicens ipſe Verulfus quòd ſupraſcripti Simon & Secũdinus fuerũt cõfeſſi verſus ipſum Verulfũ ſe ab eo habuiſſe & recepiſſe (vt in veritate habuerunt & receperũt) mutuò & ex cauſa mutui florenos mille, boni auri & iuſti põderis. Quos florenos mille eidẽ Verulfo prędicti Simõ & Secũdinus, & quilibet ipſorũ in ſolidum, ꝑmiſerunt & cõuenerunt dare, ſoluere, & reſtituere, infra certum terminum iam diu elapſum. II Eorũq; prędicib. & mãdatis pro

pecunia restituenda interces ferunt & fideiusserunt versus dictum Verulfum Cerretus & Bellus de bustis, obligantes expresse ipsi principales & fideiussores dicto Verulfo omnia & singula bona ipsorum mobilia, in solidum pignori & hypothecæ.

III. Ac vlterius renunciãtes versus ipsum Verulfum beneficio nouarum constitutionum de pluribus rei debẽdi, & de fideiussionibus, & epistolæ diui Adriani, & legibus dicentibus si principalis non tenetur nec fideiussor eius: aliisque omnibus legibus, constitutionibus, statutis, & decretis, necnõ probationibus & defensionibus quibuscunque in contrariũ facientibus, per quæ se defendere ac tueri possent. prout hæc & alia patent publico instrumento, facto & tradito per Iacobũ Cimossam notarium.

IIII. De qua quidem florenorum mille quantitate su prascripti Simon & Secundinus vsque huc, licèt sæpius requisiti, solutionem & restitutionem facere recusauerunt seu distulerunt, ac semper differunt seu reculant, in debitè & iniustè.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit dictus Verulfus, à vobis suprascripto domino Vicario, quatenus ex officio vestro, ac per vestram diffinitiam sententiam condemnetis, & iuris remediis condemnatos compellatis, suprascriptos Symonem & Secundinum ad dandum & soluendum ipsi Verulfo, & ad restituendum prędictã florenorũ quantitatem, simul cum omnibus & singulis expensis, damnis, & interesse, passis & factis per ipsum Verulfum, & in futurum fiendis & patiendis. Et prædicta petit per vos fieri & executioni mandari omnimodo &c. Deducẽdo in præsenti iudicio &c. Saluo iure addendi &c. Non astringens se &c.

SVMMAE.

1 *Rei stipulandi vel promittendi quibus eadem res debetur, vel qui tã debent.*

2 *Plures rei stipulandi vel debendiẽ stitui possunt aliis contractibus quàm per stipulationem.*

3 *Natura correorum est, vt singulis & in singulos in solidum actio detur.*

GLOSSA I.

COram vobis. Sciendum est ad huius tractatus faciliorem intellectum, quòd materia plurium reorum

reorum est satis difficilis & diffusa, quæ per sequentia demonstrabitur satis facilis & clara. 2 Ideóque ¶ est aduertendum, quòd plures debitores vel creditores aliquando stãt sub simplici nomine creditorũ vel debitorum: aliquando assumũt nouum nomen, & appellantur plures creditores, rei stipulandi, & plures debitores appellantur rei debendi. Hoc autem nouo nomine baptizãtur, cùm eiusdem rei & obligationis sunt creditores vel debitores. vt l. 1. D. de duo. reis. & Instit. eo. tit. §. 1. Vbi autẽ sunt creditores vel debitores diuersarum rerum & obligationum, tunc stant in suo generali nomine simplici creditorum & debitorum. vt l. creditores. cum l. seq. D. de verb. signif. Per quæ patet quòd non dicuntur nec appellantur rei à reatu, sed ab identitate rei & obligationis, licèt aliàs reus appelletur debitor vel conuentus. vt in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudi. cum infinitis similibus.

2 Et ¶ nota quòd huiusmodi rei stipulandi vel debendi, licèt dicantur stipulandi non tamen constituuntur semper per stipulationem, sed etiam aliis modis, veluti per emptionem & venditionem, ac locationem, testamentum, & similes cõtractus, vel vltimas voluntates. vt l. eadem, in prin. D. de duo. reis. & Instit. eo. §. pen. Ex quibus determinatur (secundùm Bart.) talis quæstio. pone quòd plures personæ ab vna parte, & totidem ab altera, pacem faciunt simul, & promiserunt inuicem se non offendere, sub certa pœna. an isti erunt plures rei debẽdi & credendi? Certè dicendum quòd non, secundùm eum. quia ad hoc vt constituantur plures rei, necesse est quòd sit eadem res. sed hîc sunt diuersæ res, cùm alia sit diuisio vnius alia alterius. Ergo, &c. ita notatur per eum, in l. si quis id quod. D. de duobus reis. & in l. operæ. D. de ope. liber.

3 Deinde ¶ sciendum, quòd horũ reorum natura est, vt singuli in solidum teneãtur, & singulis in solidũ actio competat. nisi aliud in cõtrariũ agatur, tam olim quàm hodie, secundũ veram opinionem, de qua infrà notatur. quam sequitur Bart. in dicta l. 2.

GLOSSA II.

Vrsulus. Iste creditor & eius debitores erant Cancellarij & familiares illustrissimi domini Theodori Marchionis Mõtisferrati. Cuius & ipse fui pluri tempore, & hodie sum, anno præsenti currente M. CCCC XIII, Vicarius generalis.

SVMMAR.

1 *Plures rei possunt simul vel separatim conueniri, quilibet pro parte sua.*

2 *Plures rei non possunt simul conueniri quilibet in solidum, sine protestatione quòd vnica solutio sufficiat.*

3 *In reis credẽdi eadem distinctio adhibetur, quæ in reis debendi.*

4 *Plures rei debendi non possunt eodem tempore, separatim & in solidum conueniri inuiti.*

5 *Vno ex reis conuento in solidum, nõ potest postea alter conueniri, iudicio pendente.*

6 *In pluribus reis credendi primus agens præcludit viam agendi cæteris.*

xx. j.

GLOSSA III.

Conuenta & aduersus Simonem & Secundinum. Hic reuoco in dubium, an plures rei debendi possint in eodem libello simul conueniri? De qua quæstione plenè disputatur per eundem Bar. in l. 3. §. vbi duo. D. de duo. reis. Finaliter sic distingue. Aut quis vult conuenire plures reos, pro partibus virilibus: aut omnes in solidum. 1 Primo † casu, dico quòd tam in eodem libello, quàm in diuersis, quilibet conueniri potest pro parte sua. vt in l. reos. D. de duo. reis. & ad hoc facit Auth. hoc ita. C. eo. tit. & l. si quis separatim. in prin. & §. fi. D. de appel. & §. vbi duo. D. de duo. reis. & optimè probatur in l. si accusatoribus. C. de accus. 2 Secúdo † casu principali sic distingue. Aut quis vult cõuenire omnes in solidum, cum expressa in ipso libello protestatione, quòd vnica solutio sufficiat: & tunc omnes poterunt in solidum conueniri. vt in d. Auth. & in corpore vnde sumitur. probatur in l. 1. D. si plu. vna sen. & in l. si mandato Titii. §. Paulus. D. mand. Quod sequitur Dy. & Ia. de are. Aut vult eos simpliciter conuenire sine protestatione, & tunc non potest, nec admittitur libellus. arg. in l. 1. C. de fideiuss. tuto. 3 Ex † prædictis rationibus est idem dicẽdum & distinguendum in pluribus reis credendi, vt possint simul in eodem libello contra debitorem agere. arg. in d. l. si accusatoribus. C. de accus.

4 Quandoque † enim contingit quòd quis vult plures reos debẽdi conuenire, separatim & in solidum, in diuersis libellis: & tunc aut eodem tempore, aut diuersis. Si eodem tempore aut ipsis consentientibus, & potest: aut ipsis condicentibus, & tunc non potest. ne diuersis instantiis molestentur & aggrauentur, secundum Bar. arg. l. non est nouum. D. de act. empt. & in l. huiusmodi. in §. Stichum. de leg. 1. facit l. supra iter. §. Cassius. D. de aqua plu. arcen. 5 Si † autem eos cõueniat in diuersis temporibus, tunc glo. in Auth. de duo. reis. dicit quòd non potest. quia vno tunc conuento, alius interim iudicio pendente conueniri non potest. Quã opinionem sequitur Azo in Summa eiusdem ti. & glo. in l. a. D. de duo. reis. Quam tamen opinionem intelligit Dy. procedere pendẽte iudicio causę principalis. secus si appellationis. l. quotiens. §. si creditor. D. de pecul. cõiuncta l. creditor. in prin. D. mand. Sed Ia. de are. tenet indistinctè veram opinionem glossæ, quocunque iud. cio pendente. quam etiam sequitur Bar. in d. §. vbi duo. Nec obstat (secundùm eum) d. §. creditor, quia distinguendum est: nam quidam sunt debitores talis conditionis & naturę, quòd vno conuento alius liberatur: & de hoc loquitur d. §. creditor. quidam sunt talis conditionis, quòd per electionẽ vnius alius non liberatur: & tunc procedit quod supra dictum est.

6 Quid † autem dices in pluribus reis credendi, an eorum singuli libelli admittãtur diuerso tempore, contra ipsorum debitorem? Et dicendum est quòd non. quia hic contestata per vnum, præcluditur via alteri agendi. vt l. si ex duobus. D. de duo. reis. & ibi notatis.

GLOSSA IIII.

Recepturus mutuò. Hoc autẽ fieri vidẽmus in practica quotidie. Nam con-

Nam contingit frequenter plures personas simul pecuniam ab eodem mutuò accipere, per quod constituuntur rei debendi ex causa mutui. Fiunt etiam duo rei ex aliis causis. vt ff. dixi. & habetur in l. eadem, in prin. D. de duo. re.

Summa.

1 *Moneta species, si non sit expressa, intelligi debet de ea quæ in loco contractus vsitata est.*

GLOSSA V.

Boni auri. 1 Quid † autem si in instrumento simpliciter dicatur quòd fuit confessus habuisse florenos mille, nec exprimitur boni auri vel argenti, de quibus intelligemus? Puto quòd debet intelligi de illis florenis qui sunt in communi cursu, seu vsu in loco cõtractus. arg. l. si stipulatus. D. de vsu. & no. per Bar. in l. Paulus respondit. D. de solu. &c.

Summae.

1 *Plures rei debendi obligantur singuli in solidum, tam iure veteri quàm nouo. Sed si sint præsentes & soluendo, exigantur solum pro parte, beneficio nouæ Iuris.*

2 *Plures rei debendi sunt singuli pro parte sua exigendi. Nisi correus sit absens, vel inops vel ipsi renunciauerint Auth. Hoc ita.*

3 *Plures rei obligati ex facto alicuius instatoris possunt singuli in solidum conuenîri, indistincte.*

4 *Plures rei simul obligati creditori pro indiuiduo, possunt singuli conuenîri in solidum, indistincte. At pro diuiduo non, nisi correo absente, vel existente non soluendo, vel nisi nouæ iuri renunciauerint.*

5 *Excussio correi absentis vel non soluendo quomodo fiat, antequam alter in solidum exigi possit.*

6 *Absens dicitur qui non est in ciuitate vel territorio sui domicilii.*

7 *Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus vnus in solidum conuenîatur, opponere potest alterũ esse soluendo, & in eã causa satisdare.*

8 *Correus probans ad se pecuniam nõ peruenisse, potest opponere exceptionem excussionis: nisi ei renunciauerit.*

9 *Petitio vnius ex correis credendi lite cõtestata precludit viam agendi cæteris. item sententia in eum lata. item iuramẽtum ab eo delatũ.*

10 *Iuramentum vim obtinet litis cõtestationis, sententiæ, solutionis, transactionis.*

11 *Solutio facta vni ex correis nocet aliis, pro ea parte quæ soluta est.*

12 *Pactum vnius ex correis credendi, in causa onerosa non nocet: in lucrativa nocet, si sint socii, alias nõ.*

13 *Pro pecunia soluta ex causa lucrativa vni ex correis, alter nullum habet regressum, nisi sint socii. Secus ex causa onerosa.*

14 *Pactum vnius ex correis debendi aliis non nocet, nisi sint socii.*

15 *Creditor recipiẽdo partem debiti ab vno ex correis debendi, videtur debitum diuisisse: nisi beneficio diuisionis renunciauerint, vel nisi in legato.*

GLOSSA VI.

Quilibet ipsorum in solidum. Hîc est aduertendum, quòd de iure antiquo Digestorum natura ipsorũ reorum siue credendi siue debendi est, vt omnes teneãtur in solidũ, & singulis solidum debeant. vt in d. l. 2. D. de duo. reis. An autem iure

nouissimo Authenticorum hoc fit correctum pluribus reis debendi, sub iudice lis est. Nam glot. in l.2. tenet quòd hodie non tenentur duo rei debendi in solidum, nisi expressè agatur: & sic quoad hoc, in modo constituendi & obligandi corrigitur ius antiquum, per ius nouissimum. de quo habetur in Auth. hoc ita. C. de duo. reis. & in Auth. de duo. reis. §. 1. Quam opinionem etiam sequitur alia glo. in l. Reos. §. cum tabulis D. e. t. & l. fi mãdatu. §. Paulus respondit, vnumquenque, & l. creditor. §. duobus. D. mand. 1 Alii † verò tenent quod in modo cõstituendi nihil corrigitur, sed conueniunt omnia iura tam vetera quàm noua, vt in dubio semper in solidum teneantur. sed in modo exequendi differunt ista iura: nam iure nouissimo, licèt omnes in solidum teneantur, tamen si sunt præsentes & soluendo, solùm exiguntur pro parte: aliàs autem fieret exactio in solidum. vt d. Auth. hoc ita. Quam opinionem in d. Auth. sequitur gl. ibi posita. & Insti. de fideiuss. §. si plures. & Bart. in d. l. 2. de duobus reis. & hæc est verior & communior.

Et quæ dicta sunt locum habent in pluribus reis debendi vt dixi. In pluribus autem reis credendi cessat dicta disputatio. quia in eis nihil est immutatum in modo constituendi vel exigendi. vt determinat glo. in d. Auth. de duo. reis. circa finem. 2 Patet † itaque ex præmissis (secundùm veram opinionem) quòd hodie plures rei debendi pro parte sua cuilibet debent conueniri & exigi. Nisi in aliquibus casibus, in quibus potest quis in solidum conueniri & exigi, videlicet si renunciatum sit per eos beneficio dictæ Auth. hoc ita prout fit quotidie in instrumentis. Secundus si alius correus sit absens. Tertius si sit inops. vt d. Auth. hoc ita. Pro cuius pleniori doctrina formo aliam quæstionem. ecce quòd olim in pluribus reis debendi erat in libera potestate creditorum agere in solidum contra quem vellent, & ipsum eligere. vt l. 1. C. de duo. reis. & in l. 3. §. 1. D. eo. an hodie hoc sit correctum per ius Authenticorum? et breuiter distinge, secundùm Bar. in. d. l. 2. 3 Aut † loquimur in pluribus reis obligatis ex facto alicuius Institoris, vel executoris: & tunc nil est correctum. sic poterunt ita hodie sicut olim omnes in solidum conueniri. per textum & eius rationem in l. nemo plures. D. de exercit. 4 Aut † loquimur in pluribus obligatis ex contractu celebrato principaliter inter eos cum creditore (vt fit communiter, & in casu præsentis libelli) & tunc, aut in obligatione est aliquod indiuiduum: & tunc nil est correctum nec immutatum, sicque poterit quilibet exigi & conueniri in solidum hodie sicut olim: quia diuisio corrumperet stipulationem. vt l. stipulationes non diuiduntur. D. de verb. oblig. licèt gl. in d. Auth. hoc ita. contrarium senserit, & malè secundùm Bart. Aut in obligatione est aliquod diuiduum (vt in præsenti casu) & tunc in modo constituendi obligationem nil est immutatum vel correctum, vt dictum est: sed in modo exigendi seu obligationem exequendi bene est immutatum, quilibet correorum præsente & existente soluendo. vt in dicta Auth. hoc ita. & ibi plenè per Cy.

5 Erit

5 Erit † ergo practica, in casu quo non fit renunciatum beneficio d. Auth. hoc ita. quod iudex mittat nuncium, ad inquirendum de præsentia vel absentia, & facultate vel habilitate soluẽdi ipsorum correorum, sicut fit quando proceditur ad excussionem bonorum pignori obligatorum. De qua excussione personali dixi in ti. de forma responsionis qua vitur hypothecaria conuẽtus. & tangitur per doc. in Auth. præsente. C. de fideiuss. & per Bar. in l. 3. §. vbi duo. D. de duo. reis. & in l. in illa stipulatione. & in l. decem. de verb. oblig.

6 Dicitur † autem quis fore absens, si est extra suum domicilium, in alia ciuitate, vel alio territorio. vt notatur per doc. in d. Auth. præsente. & in. d. §. vbi duo. Ratio autem huius excussionis est, quia hi correi inuicem videntur fideiubere, ideóque æquum est oe vnus pro alterius parte, priusquam ipse principalis, conueniatur. vt in d. Auth. præsente. quod autem videantur inuicem fideiubere, probatur & notatur in l. 1 C. de duob. reis. & per Bart. in l. reos. D. de duo. reis.

7 Vbi † autẽ essent plures tutores vel curatores, quorum alter in solidum conueniretur, tunc posset dicere & opponere quòd eius constitutor conueniretur periculo suo, pro eius parte, & offerre satisdationem. De hoc dic vt habetur in l. si dubitetur. D. de fideiuss. Et sic conuentus grauatur satisdare, vel probare alium esse soluendo. vt in l. 3. §. nunc tractemus. D. de tut. & ratio. distrahen.

8 Vlterius † quæritur, si ille correus ad quem non peruenit pecunia veritate inspecta, fuerit in solidum conuẽtus, an poterit se tueri beneficio excussionis? Distingue, secundùm Bart. Aut hic conuentus expressè probat pecuniam re vera ad alium peruenisse: & tunc audiẽdus est, hanc exceptionem excussionis obiciés. arg. l. quæritur. in prin. D. commo. Nec huic obstat si dicatur, quando vnus tenetur alio priùs excusso, tunc non sunt duo rei debendi. vt in l. decem. D. de verb. oblig. & in l. fi. D. si cer. pet. quia respondetur quòd hæc iura loquuntur, quando obligatio secunda differtur in defectum primę. & sic in huius conditionis euentum incipit obligatio in secunda. Sed hic loquitur cùm obligatio in persona vtriusque à principio contrahitur, sed sola executio differtur, quòd non impedit constitutos ipsos reos. Aut nihil probat, sed simpliciter allegat: & tunc aut fuit renunciatum per eum beneficio excussionis (vt fit communiter in instrumento) & tunc vlterius non auditur. Aut non fuit per eum renunciatum: & tunc aut fuit veritate attenta illius fideiussor, & hoc constat, & admittitur talis exceptio excussionis. vt in d. Auth. præsente. & in Auth. de fideiuss. §. 1. Si verò non constat ipsum esse fideiussorem, quia instrumentũ aliter sonat, tunc non auditur nisi pront dictum est 5. in duobus reis. probatur in d. Auth. §. si verò minus. cum similibus.

9 Quid † autẽ dicemus in pluribus reis credendi, an factum vnius prosit vel noceat alteri, siue petendo, siue paciscendo vel transigẽdo, aut iuramentum deferendo, vel exigendo, vel alia similia faciendo? In qua quæstione, licèt subtiles & variæ sint considerationes, tamen sub

breuitate potest fic cōcludi. Aliquādo quęritur per se de sola petitione facta per vnum ex creditoribus, in iudicio vel extra: & hic distingue, secundùm Bart. vt per eum notatur in l. ex duobus. de duo. reis. Aut fuit simplex petitio, extra iudicium vel in iudicio, sine aliqua litis contestatione: & tunc nullum fit alteri præiudicium, sed poterit alius petere quandocúque. Proderit tamen eidē hæc petitio, quo ad interrumpendā præscriptionem. vt l. fi. C. de duob. reis. Aut fit petitio cum debita litis contestatione, & tūc remanet alteri via præclusa agendi, propter illius præoccupationē. vt notatur in d. l. ex duobus, siue sint socii siue nō, secundùm Bart. arg. in d. l. fideicōmissa. §. plerunque. coniuncto §. fi. D. de leg. 3. Idemque dicendum in sententia lata pro vno vel contra vnū ex reis credendi, quod aliis prosit & noceat. vt d. l. ex duobus, secūdùm vnam lecturam. Nec ad hoc repugnat l. fi. D. de arbit. quia ibi loquitur in arbitri sententia, quę non producit actionem. vt l. 1. C. de arb. 10 Similiter † per omnia dicendū in iuramento, cùm ipsum vicem litis contestationis obtineat. vt in l. nam & postea. §. si is qui pro tęporali. D. de iureiuran. & l. duobus. in prin. D. eod. tit. Aliquando obtinet vim sententiæ. vt l. 2. D. de iureiur. Aliquando vim solutionis. vt in l. iusiurandum etiam loco. D. eod. tit. Aliquando vim transactionis. vt d. l. 2. D. eodem.

11 Quid † ergo dicemus si extra iudiciū facta fuerit vni soli integra solutio, an alteri sit sublata actio? Dic breuiter quòd sic. vt l. 2. & 3. in fi. D. de duo. re. & D. de pac. l. fi vnus. in prin. D. de noxa. l. fi rē. cū similib. Vbi autē solutio facta esset p parte, tunc pro alia parte remanet alteri correo integra actio. vt l. qui hominem, in §. 1. D. de solut. de quo latiùs per Bar. in d. l. ex duobus.

12 Sed † nunc circa hoc occurrit declarare aliud dubiū, an simplex pactū vel trāsactio facta ab vno ex reis credendi alteri noceat? de quo plenè tangitur per ipsum Bart. in l. ex duobus, prę allegata. Sed cōclusiuè sic distingue. Aut sunt plures rei credēdi ex causa onerosa, aut ex causa lucrativa. Si ex causa onerosa, tunc pactū vel transactio vnius alteri non nocet. vt probatur ex his quę habētur in l. fi vnus, in prin. D. de pac. & D. de noua. l. si in rem. §. fi duo. Nisi pecunia appareret ex eo solo profecta, & per consequens, veritate inspecta, esset debitum suum in totum. nam tunc alteri noceret. arg. d. l. sed si paterfamilias. §. nō solùm. & §. fi. D. ad Maced. Si autem ex causa lucrativa fuerint rei credendi, tunc attenditur an fuerint socij, vel non: vt si sint socii, prosit & noceat, aliàs non. vt plenè disputat gl. in l. vir vxori. D. ad Vell. & l. quinis. §. quanquam. eo. tit. 13 Cùm † autem (vt prædicitur) solutio totalis facta vni alteri noceat, quæritur an eo casu ille alius correus poterit habere regressum contra recipientem, & ab eo recipere partem? Distingue, secundùm Bar. vbi s. Aut sunt rei credendi ex causa lucrativa merè, & tūc nō cogitur alteri quicquā restituere nec cōmunicare, sed inter eos melior est conditio occupantis, si non sint socii. Vbi autē essent socii, tūc restituere & cōmunicare tenentur. vt probatur in l. in lege Falcidia hoc obseruandū. D. ad leg. Fal. & quod notatur in l. q hominē.

§. 1. D.

§.1.D.de ſolut. Et quod ad hoc redditur falſa glo. quæ ſenſit contrariũ, in l.ſi Titio aut Seio.D.de leg.2. Aut ſunt rei credendi ex cauſa onerosa: & tunc aut negotium ipſum, inſpecta veritate, pertinet ad ipſum ſolſi recipientem (vt quia ipſa pecunia depoſita vel commodata erat ipſius tantùm) & tunc alius correus nil ab eo poteſt petere. vt in d.l.ſed ſi paterfamilias.§. non ſolum.& in §.ſeq. D.ad Maced. Aut econtra negotiũ pertinet in totum ad alium, vel pro parte: & tunc quantum ad eum pertinet, poterit ab eo qui recipit repetere. vt l.ſi in communi. D. de noxal. argu.l.ſi me & Titium. D.ſi cer.peta.

14 Nunc† antẽ quæramus quid econtra ad præmiſſa,an pactum vel tranſactio facta per vnum reum debendi profit vel noceat alteri correo debendi? Super qua quæſtione conſueuit communiter ſic diſtingui.Aut non ſunt ſocii,& tunc profit & noceat alteri. Aut non ſunt ſocii, & tunc ſecus, per ea quæ habentur in l.idem in duobus.in prin. D.de duo.reis.& de arbit.l.ſi duo.D. de lib.leg.l.3 §.nunc de effectu. Sed Bart. vbi ſupra dicit, quòd ſiue ſint ſocii ſiue non, pactum ſiue tranſactio vnius prodeſt & nocet alteri, quatenus intereſt paciſcentis illi alteri prodeſſe vel nocere, & non aliter.prout notat glo. in d.§. nunc de effectu. & plenius per eum in dicta l.ex duobus. Similiter quid iuris in nouatione & acceptilatione ibi vide per eum.

15 Quærendum† reſtat, an ſi creditor recipiat partem debiti ab vno ex correis debendi, videatur debitum diuiſiſſe, & ſic per hoc nõ poſſit vlterius contra eundem pro aliis partibus regreſſũ habere?Super quo dubio ſic diſtinguit Bart. vbi ſupra, Aut ſunt tales rei debendi qui non habent beneficiũ diuiſionis(quia illi renunciauerũt, vt communiter in inſtrumẽtis fit) & recipiendo partẽ videtur debitum diuidere.vt l.ſi creditores. C.de pac. Fallit hoc fauore legatorum, in quibus non præſumitur facta diuiſio. vt l. ſi ex toto. D. de leg. 1. & ibi per eum. Aut ſunt tales rei debendi qui habẽt hoc beneficium diuiſionis, quia noluerunt eidem renunciare ſed reſeruare, & tunc aut ſolùm ſoluit pro parte ſua tantum,& tunc ipſe ſolus liberatur pro parte ſua,quia videtur facta diuiſio: pro alia parte liberatur, ope exceptionis. vt D. de ſolut.l.in his. §.1. cum ſimilibus. Aut ſoluit ſimpliciter,non expreſſo pro parte ſua: & tunc non videtur in dubio facta diuiſio de iuris rigore. Ideo pro reſidua parte tam ipſe quàm cæteri poſſunt in ſolidum conueniri. Verumtamen de æquitate illi qui ſoluit competit exceptio diuiſionis, niſi huic beneficio renunciatum eſſet.argu.l.inter eos.§.1 D.de fideiuſ.

SVMMAS.

1 *Fideiuſſoris obligatio æquatur obligationi principalis.*

2 *Obligatio fideiuſſoria non contrahitur nudo pacto ſine ſtipulatione.*

3 *Præſumitur ſtipulatio interueniſſe per verbũ promiſit, in inſtrumẽto poſitum, vel cùm quis patitur ſe apud acta ſcribi fideiuſſorem.*

4 *Plures confideiuſſores locupletes actionem diuidunt. Niſi renunciauerint ej. Iſtolæ Diui Adriani vel diuerſis temporibus fideiuſſerint, vel negent ſe fideiuſſiſſe.*

5 *Creditor recipiens ſolutionem à fideiuſſore debet ei cedere ſuas*

actiones. Alioquin repellitur ab agendo, exceptione cedendarum.

6 *Fideiussor repetit à debitore quicquid pro eo solvit, actione mandati.*

7 *Fideiussor utitur exceptionibus debitoris, etiam eo inuito.*

8 *Fideiussor qui scienter omittit allegare exceptionem peremptoriam debitoris, nō habet regressum cōtra eum, idem si non appellet à sententia contra se lata.*

9 *Fideiussor potest opponere creditori exceptionem discussionis, nisi ea renunciauerit.*

GLOSSA VII.

INterceſſerunt & fideiuſſerunt &c. Vt cautiùs & fortiùs ſuccurratur & prouideatur ipſis creditoribus, conſueuerūt accedere fideiuſſores: 1 quorum† fideiuſſorum conditio & natura eſt, vt ſi principalis nō tenetur, ergo nec fideiuſſor. vt Inſtit. de fideiuſ. §. fideiuſſores. & l. Græcè. in §. illud. D. de fideiuſ. cum ſimilibus. Imò nec in plus, vel vltra tempus vel quātitatem obligatur fideiuſſor quàm principalis. vt l. hi qui in princ. cum ſimilibus ibi notatis. D. de fideiuſſ.

2 In† qua obligatione fideiuſſoria eſt neceſſaria ſtipulatio ſolennis, nec ſufficeret pactum nudum. vt C. de fideiuſ. l. blanditus. & l. ſtir. eo. §. fi. & ibi notatis. 3 De† qua tamen ſtipulatione præſumitur, ſi in inſtrumento publico vel priuato dicatur, Quòd talis promiſit pro tali vel fideiuſſit pro tali. vt d. §. fi. & l. ſciendū. D. de verb. obli. & l. 1. C. de contrah. & commit. ſtip. Licèt tale verbum *promiſit* prolatū à teſte non importet nec includat ſtipulationē (& ſic non probaret fideiuſſoriam obligationem) ſed ad nudū pactum ſimpliciter refertur. vt habetur in l. 1. C. de vſur. & notatur per Dyn. & Bart. in d. l. ſciēdum. Alius etiam eſt ſingularis caſus in quo fingitur ſtipulatio ſi quis apud acta patiatur ſe ſcribi pro fideiuſſore. vt l. cùm oſtēdimus. D. de fideiuſſoribus tut. niū fortè quis dixerit, non incongruè hunc caſum comprehendi ſub prio ri regula. l. 1. C. de contrah. & commit. ſtipu. & d. §. ſi.

4 Quæritur† inde qualiter & in quantum hi fideiuſſores teneantur? Et vtique dicendum eſt, eos teneri in ſolidū, ſicut plures rei debēdi. Tamē eis ope exceptiōis ſuccurritur, vt inter eos actio diuidatur ex epiſtola diui Adriani, ſi tamen ſunt locupletes & ſoluendo. aliàs ſecus. vt l. inter eos. in prin. §. pen. D. de fideiuſ. & l. inter fideiuſſores. eod. tit. Sic ergo paupertas priuat eos tali beneficio, ſicut ſupra dictum eſt in correis. Itē priuatur hoc beneficio fideiuſſor cōuentus, ſi negat ſe fideiuſſoriē. vt in l. ſi dubitetur. §. 1. D. de fideiuſſ. Item ſi renūciauit huic beneficio, vt fit quotidie in inſtrumētis, & infrà dicam. Item ſi ſeparatim & non eodem tempore fideiuſſerunt. vt l. ſi à Titio. & l. ſi Titius. & ibi notatis & l. ſi plures. D. de fideiuſſo.

5 Quid† autem ſi fideiuſſor cōuentus nolit allegare beneficium diuiſionis, vel quia nō vult, vel quia nō poteſt, an poterit petere quòd cedantur ſibi actiones per creditorē, contra alios fideiuſſores & reū principalem? Dic quòd ſic. vt in l. vt fideiuſſor. & l. cùm is. & l. Vranius. D. de fideiuſſo. nedum ſubſtātiales, ſed etiam hypothecarias. l. Paulus. & l. ſi fide-

li fideiussoribus,& ibi notatis.D.eo. tit. Quis actiones, si ipse creditor facto sui cedere non poterit, repelletur ab agendo exceptione Cedédarum.vt notatur in l.Stichũ.§.pen. & ibi notatis per Bar.t.D. de solu.& l.si stipulatus.§.fin.D.de fideiuss.Faciunt quæ scripsi in forma responsionis qua vtitur hypothecaria conuentus,super gl.fi. 6 Quicquid† tamen hi fideiussores solverint repetere poterunt per actionem mãdati ab ipso principali debitore. vt Inst.de fideiuss.§.pe.& l.si mandauero tibi.in prin.D.de mand. & notatur in l.si fideiussor.D.fideiuss.

7 Et† notandum quòd quando fideiussores conueniuntur, possunt vti & se defendere omnibus exceptionibus & defensionibus ipsi reo principali competentibus.vt habetur in l.ex persona. D. de fideiuss.& l.omnes. C. de excep. & in l. exceptiones.§. rei cohærentia. D. de exceptio. etiam inuito ipso principali debitore. vt haberur in d. l. si stipulatus, in princ.cum similibus.D.de fideiuss.

8 Quid† igitur si fideiussores conuenti non opposuerunt exceptionem seu defensionẽ ipsi debitori competentem. an poterũt postea contra ipsum debitorem regressum habere? Distingue, aut ignorabant hanc exceptionem, & excusantur: aut sciebant, & tunc aut erat exceptio peremptoria pacti, vel solutionis,& similium, & tunc eis imputatur si non opposuerunt, & per consequens non poterunt habere regressum contra ipsum debitorem.vt l.si fideiussores.in prin.& §.1. & 2.& D.mand.aut erat exceptio dilatoria vel procuratoria. & die vt notatur plenè per glo. in d.l.si fideiussor.in §.quædam.D.mand.Tenẽtur etiam hi fideiussores appellare à sententia contra eos lata, alioquin non agerent mandati contra principalem, vt notatur in l.si procuratorem. §.si ignorantes.D.mand.

9 Et† si conueniãtur antequam reus principalis, possunt hodie iure nouissimo opponere exceptionem excussionis, vt priùs conueniatur principalis antequam ipse fideiussor.vt in Auth.præsente. C. de fideiusso. & in corpore vnde sumitur. Nisi renunciassent beneficio illius Auth. vt ibi notatur, sicut fit quotidie in instrumentis. Olim autem iure. C. & D. liberum erat ipsi creditori agere contra quos vellet, & cessabat dicta excussio. vt in l. iure nostro. & in l.non rectè. C. de fideiuss.cum similibus. Ad quod ius antiquum reducuntur hodie omnes fideiussores,propter renunciationes quas faciunt in instrumentis.

Svmma.

1 *Cuique licet renunciare iuri in fauorem suum introducto.*

GLOSSA VIII.

Ac vlterius renunciantes. 1 Scribitur† in iure,Quòd licet cuicunque renunciare beneficio suo,& priuilegio sibi à iure collato. vt l.si iudex.D.de mino.& l.si quis in conscribendo.C.de pac. de qua materia plenè notatur per gl.in Auth vt mares debi. & cred. in princ.& ibi per Ia.de bel.& Cy.in d.l. si quis in cõscribendo.& C.de episc. & cler. l.si quis in conscribendo. Et imputet sibi qui renũciauit, quia amplius ad beneficium renunciatum nõ pote-

rit habere regressum. vt in l. quæritur. §. si venditor. D. de ædil. edic.

SVMMAE.

1 *Nouæ constitutiones sunt, Authentica de duobus reis, & epistola diui Adriani.*

2 *Fideiussor potest opponere exceptionem diuisionis ante & post litem contestatam.*

3 *Omnes constituentes se solutores debitum alienum, siue tanquam principales, siue tanquam fideiussores, possunt vti exceptione discussionis.*

4 *Creditor conueniens plures fideiussores simul, quemlibet pro parte, videtur debitum diuidere, alioquin videtur personam eligere.*

5 *Creditor recipiens solutionem partis debiti, confideiussore qui eum cogere non poterat partem recipere, videtur debitum diuidere. Nisi in debito ex vltima voluntate.*

GLOSSA IX.

Beneficio nouarum constitutionum.

1 Istarum † constitutionum constitutio quædam pertinet ad reos debendi. de qua traditur in Authen. de duobus reis. & d. Auth. hoc ita. C. eodem titulo. Quædam pertinet ad fideiussores: vt est epistola diui Adriani, per quam consequuntur diuisionem debiti inter se, vt solùm pro parte conueniantur, licèt insolidum sint obligati. de qua epistola & eius effectu plenè habetur in l. inter eos. & l. inter fideiussores. D. de fideiussor. cui beneficio si renunciant, conueniri possunt in solidum.

2 Sed † posito quòd non fuerit huic beneficio renunciatum, an hæc exceptio diuisionis poterit opponi per fideiussorem in quacúque parte litis? Quam quæstionem plenè examinat Bar. in l. si dubitetur. D. de fideiussor. Sed concludunt veritas est, quòd ante litem contestatam & post, opponi potest, sicut de cæteris peremptoriis dicitur. pro quo facit l. fideiussor, cum glo. sua. C. de fideiussor. & hoc sequitur etiam Spec. in tit. de renuncia. & conclu. versic. in primis. Licèt glossa teneat contra, & malè. Instituit. de fideiussor. §. si plures. secundùm Dynum & Bartol.

3 Sed † quid si isti, quos diximus fideiussores, cõstituant se principales debitores seu pagatores (vt fit quotidie in instrumentis) an poterunt vti beneficio excussionis, & aliis quibus vtuntur fideiussores? Breuiter dic quòd sic. & idem dic in quocunque constituente debitum alienum. de quo loquitur totus titulus. D. & C. de constitut. pecu. vt determinat Glossa. in Auth. de fideiussor. in princ. & ibi per Iacobum de bel. Cuius determinationem sequuntur omnes doctrinati (vt dictum est) dictis beneficiis renuncient seu renunciauerint.

Deinde quæritur, an creditore petente partem debiti ab vno ex fideiussoribus, videatur in dubio debitum diuisisse? Et videtur quòd sic. per ea quæ habentur in lege fin. C. de fideiussor. & notantur in l. reos. & in lege liberos. C. de fideiuss. Tu autem plenius (secundùm veriorem opinionem) distingue, vt per eum notatur in d. l. inter eos. in princ. D. de fideiussor. Aut conuenit credi-

creditor in iudicio fideiussorem pro parte tantùm, aut exegit extra iudicium ab eo partem tantùm.

1 Primo † casu subdistingue, aut cõuenit eũ solùm pro parte vel insolidum: & tunc non videtur dividere debitum, sed solam personam eligere. vt in d.l. reos. eo. ti. & l. liberum. Aut conuenit cum eo alios fideiussores pro parte, & videtur debitum dividere. vt in d.l. reos. & l. liberum, cum similibus ibi notatis. Ex quibus patet quòd Glos. in l. si creditores. C. de pac. non bene nec perfectè loquitur. 5 Secundo † casu principali, quando partem exigit extra iudicium: & tunc aut recepit ab eo, à quo poterat cogi partem recipere per beneficium divisionis, & tunc videtur eligere & nõ dividere. vt in d.l. inter eos. §. l. Aut recepit ab eo, à quo non poterat cogi partem recipere (vt quia renunciauerat epistolæ diui Adriani) &. tunc recipiendo partem debiti videtur debitum dividere. vt in d.l. si creditores. C. de pac. Fallit fauore vltimę voluntatis. vt l. si ex toto. §. 1. de leg. 1. & ibi per eum. Cùm ergo communiter omnes in instrumentis renuncient beneficio dictæ epistolæ diui Adriani. & cuiuscunque divisionis, meritò sequitur q̃ creditor partem debiti petendo intelligitur debitum dividere: similiter & partem debiti recipiendo. Ideóque bonum est quòd quando creditor petit vel exigit partem debiti, quòd semper protestetur, q̃ non intendit per talem particularem petitionem vel exactionẽ debitum dividere.

SVMMA.

1 *Fideiussor non obligatur, si principalis debitor non obligetur.*

GLOSSA X.

ET legibus dicentibus, si principalis non tenetur &c. Istę leges habentur in l. Græcè. §. illud. D. de fideiussoribus. & Instit. eo. §. fideiussores. 1 Putarem † tamen hãc renunciationem non tenere, eo casu quo ipso iure & in effectu debitor non fuisset obligatus à sui principio. quia tunc non posset obligatio fideiussoria accedere principali, quæ nulla esset. l. cùm lex. D. de fideiussoribus. & l. cùm principalis. D. de regulis iuris. & l. fideiussor obligari, in prin. D. de fideiussoribus.

SVMMAR.

1 *Generalis renunciatio non extenditur ad specialia incognita & ignorata, nec ad casus fortuitos.*

2 *Is qui excusatur à iuris ignorantia debet certiorari de iure cui renunciat.*

3 *Certioratio facti proprii non est necessaria: sed tamen vtilis, ad excludendam erroris probationem.*

4 *Certioratio facti alieni necessaria est, nisi renunciatio fiat per pactũ.*

5 *Certioratio semper requiritur in spiritualibus.*

GLOSSA XI.

ALisque omnibus legibus. De hac renunciatione generali est textus & Glossa in l. fin. ibi, *omnisque alii legis auxilio.* C. quando mul. tu. offi. fun. poteſt. 1 Sed † hic aduerte, quòd hæc generalis renunciatio non porrigitur vel extenditur ad ea, de quibus verisimile non est quemquam specialiter

renunciasse: & ob hoc non extenditur ad incognita seu ignorata. vt probatur in l. mater decedens. D. de inofficioso. testam. Facit l. qui cũ tutoribus. D. de transacti. & l. tres fratres. & l. emptor. §. Lucius. D. de pactis. & quod notatur per Dyo. in regula, In generali. de reg. iur. lib. vi. & l. obligatione generali. D. de pigno. Nec etiam extenditur hęc renunciatio ad casus fortuitos, nisi expressè & specialiter illis renuncietur. vt plenè traditur per Cyn. in l. 1. C. commo. & l. 1. & l. si quis in conscribendo. C. de pac. & per Glo. & Bar. in l. sed & si quis. §. quęsitum. D. si quis cau.

Horum autem gratia in dubiũ reuoco, an ad hoc quod valeat renunciatio, vel refutatio alicuius iuris, sit necesse quòd ille qui renunciat sit priùs de illo iure cui renunciat certioratus specialiter? Et quidem reperio quòd Glo. in §. 1. in Authen. quom. opor. epis. collat. 1. determinat simpliciter & sic. Tu autẽ latiùs distingue, prout tangit Iaco. de Bel. in d. §. 1. Aut ius cui renunciatur consistit in iure scripto communi, vel municipali: aut in facto proprio ipsius renunciantis: aut in facto alieno. 2 Primo † casu quãdo consistit in iure scripto: tunc aut is qui renũciat est de personis quib. permittitur ius ignorare (vt mulier, vel rusticus, & similes) & tunc debet certiorari, alias secus. vt l. regula. D. de iuris & fact. igno. Et sic intelligitur quod traditur in l. qui cum tutoribus. D. de transact. l. mater decedens. D. de inoff. testa. cum similibus. 3 Secundo † casu, quãdo consistit in facto proprio, tunc non est necessaria certioratio. vt l. quanquam. D. ad Vellei. & l. quisquis. C. de rescin. ven. Licèt sit vtilis certioratio, vt renuncians excludatur à probatione erroris. C. de iur. & fact. igno. l. error. & D. de condic. indeb. l. sed si me putem. & D. de in integ. rest. l. de ętate. §. 1. & fi. 4 Tertio † casu quando consistit in facto alieno. tunc aut fit renunciatio per pactum, & tunc non exigitur certioratio. vt in l. emptor. in §. Lucius. D. de pac. licèt possit esse vtilis vt excludatur à probatione erroris, vt dictum est. Aut est simplex renunciatio. sine pactó: & tunc est necessaria certioratio. vt in d. l. mater decedens. cum similibus ibi notatis. & præmissa procedunt in iuribus temporalibus. 5 In † spiritualibus autem semper est necessaria certioratio. vt in d. §. 1. in Authen. quom. oportet epis. Et pro tanto in practica solent prudentes notarii adiicere in instrumentis, post factas renunciationes hanc clausulam: *De quibus omnibus iuribus & beneficiis & eorum effectibus fuit dictus Simon plenè & clarè ad eius plenam intelligentiã certioratus & informatus per me infrascriptum.*

SVMMAE.

1 *Renunciari non potest legibus vel statutis, quæ respiciunt publicam vtilitatem, vel quæ inducunt solennitatem.*

2 *Renunciatio nihil operatur in casibus in quibus ignorantiam non ligat.*

GLOSSA XII.

Statutis & decretis. Ista appellantur iura municipalia, quia vnumquodque municipiũ potest sibi condere legem. vt l. cunctos populos,

polos, cum sua materia. C. de sum. trin. & fi.ca. & l.omnes populi. D. de iust. & iu.

1 Solet † ergo quæri, an his legibus vel statutis possit renunciari? Circa quod sic conudera. Quædam sunt statuta quæ principaliter respiciunt publicam vtilitatem, & talibus nō potest renunciari. Sicut non renunciatur talibus legibus communibus. vt in l. iurisgentium. in §. si pactscar. D. de pact. cum similibus ibi notatis. Ad quod facit c. intellecto. & quod ibi notatur de iureiur. & in c. si diligenti de foro compet. Quædam verò sunt statuta quæ respiciunt vtilitatem priuatam: & istorum quædam sunt quæ in compositione actus qui geruntur nullam solennitatem nec formam exigunt nec requirunt, sed sufficit solus consensus partium. & talibus regulariter potest renunciari. vt l. pacisci. D. de pac. & l. si iudex. D. de mino. & d. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum similibus, cum distinctione de qua supra. Quædam sunt quæ requirunt certam formam vel solennitatem in compositione actus prędicti, & hīc non potest renunciari, sicut nec similibus legibus communibus. arg. l. nemo potest. de leg. 1. l. cū hi. §. si prætor. D. de transact. cum similibus.

2 Similiter, † vt generaliter loquamur renunciari non potest illis legibus, statutis, & casibus, in quibus & super quibus iuramentum interpositum non ligaret nec obesset. quia si iuramentum non operatur nec ligat iuramētum, multo minus simplex renunciatio. de quibus omnibus plenè tractauit Bar. in l. si quis pro eo. D. de fideiuss. & ego retigi in forma libelli super contractu venditionis.

SVMMA.

1 *Non valet renunciatio probationi per testes & instrumenta.*

GLOSSA XIII.

PRobationibus & defensionibus. Aduerte quòd inter hæc est differentia. nam hoc nomē, *defensio*, comprehendit etiam officium iudicis, & quodcunque aliud auxilium in iure descriptum: ad quod non traheretur istud verbum, *probatio*. vt notatur per Bar. in l. 1. D. quod vi aut clam. & l. planè. & l. fi. D. de peti. hæred.

1 Si † ergo quis renunciat probationibus testium & instrumētorum, an valeat? Et Gl. in Auth. iubemus. C. de fin. instru. & ibi per doc. tenet quòd non. D. quo plenè per In. in c. cùm venissent. ext. de testib. Si autem renunciat defensionibus in genere, puto distinguendum, vt supra tactum est, in proxima Glossa.

SVMMAE.

1 *Mora vel culpa debitoris commissa in non faciendo, vel omittendo, nocet fideiussori eius.*

2 *Interruptio præscriptionis facta in persona debitoris nocet fideiussori nisi culpa debitoris facta sit, vide ss. 3. Gl. 19 num. 40.*

3 *Fideiussor tenetur non solùm ad sortem, sed & ad pœnam commissam, si in omnem euentum fideiussit. Secus si simpliciter.*

4 *Prorogatio diei solutionis facta debitori sine consensu fideiussoris, liberat fideiussorem obligatione.*

GLOSSA XIIII.

SOlutionem facere recusauerunt.

1 Hic † quæritur an mora, seu

culpa debitoris noceat fideiussori? Ad quòd breuiter respondendum est, quod sic, siue sit culpa vel mora commissa in faciendo vel omittendo, vt probatur in lege mora. D. de verb.oblig.& l.si seruum, in §.nunc videamus.D. eod. 2 Et † eodem modo (secundùm aliquos) nocet fideiussori interruptio præscriptionis, facta contra debitorem principalem,sicut in simili facta contra vnum ex correis debendi porrigitur ad alium.vt notatur per Glossam & Cyn.in l.fin. C. de duo. reis. Alij (quorum opinionem sequitur Cyn. in d.l.fin.)dicunt quòd non porrigitur ad fideiussorem,nec ei nocet. Et eam etiam sequitur Barto. in l.cùm quis.§. si quis pro eo. D. de solu. de quo vide quæ scripsi supra circa formam responsionis primi lib.in Glo. super ver.*præscriptionis*.

Et ex his patet (secundùm aliquos) quòd si fuit pœna commissa propter moram debitorum,quòd fideiussor possit tam pro sorte quàm pro pœna conueniri. pro quo facit l.si quis pro reo.§. si nummos. D.de fideiuss.& l.penul. D.vt leg. no. ca. 3 Distinguendum † tamen est,aut ipse fideiussor simpliciter fideiussit, aut in omnem casum & euentum. Primo casu non tenetur nisi pro sorte tantùm, & non pro pœna.vt l.fideiussores magistratum. D. de fideiusso.& in l.centum Capuæ.D.de eo quod certo loco.facit l.item veniũt. §.cùm prædiximus.D.de petit.hæred. & l.1.de in lit.iur.& in l. libertus.§. fin.D.ad municipal. & per Gloss. in l.2.D.qui satisda.cog. Secundo casu tenetur ad pœnam & interesse.vt in d.§. si nummos, cum similibus. Vnde sit cautus notarius in formando verba fideiussionis.

4 Sed † circa hoc quæro de vno, ad quod parum prospicitur, & multi decipiuntur. ecce quòd quotidie videmus in instrumentis depositi & mutui apponi terminum solutionis fiendæ per debitorem, qui dat fideiussores de soluendo. contingit quòd ipse debitor facit sibi prorogari hunc terminum per creditorem. quæritur an fideiussor post lapsum primi termini teneatur? Respondetur quòd non, nisi prorogationi consenserit, vt probatur in l.si cùm Hermes.Cod.loca.& l.item quæritur.§. qui impleto. D. loca. & & notatur per Gloss. in cap. constitutus. de fideiuss. Facit quod notatur in l.pen.D.de prato.stipul.Per quæ patet, quòd obligatio limitata ad tempus certum non potest inuito obligato in tempus prolixius prorogari.ad quod facit l. fin. D.de pac. Esset ergo cautela, quod fideiussores facerent & curarent cum debitore, quòd tempus solutionis prorogaretur per creditorem, & sic liberarentur ab obligatione secundum tamen prorogationi non consentiant.Quod tene menti.

GLOSSA XV.

Quare cùm prædicta. Hæc est conclusio libelli, quæ semper notanda est.

SVMMA.

1 *Appellatio huius ex correis alteri prodest.*

GLOSSA XVI.

Condemnetis. 1 Quid † si ab hac sententia alter correus appellauerit, an eius appellatio alteri proderit? Die quòd sic, vt probatur in l.1. Cod.si vnus ex plu. & l. si quis sepa

separatim in prin. & §. fin. D. de appel. & ibi notatis per Gl. & doc.

SVMMA.

1 *Papiensis noster admonet literatos vt rem alimonde facere studeant quam ex literis, authoritate Senecæ, qui certè fuit literarum studiosissimus, sed minùs in cumulandis opibus.*

GLOSSA XVII.

Simul cum damnis. An ad hæc damna vel pœnas teneantur fideiussores, dictum est supra proximè, vbi vide. Reliquas clausulas declara, prout supra in proximo libello in fine dictum est.

Et quia tam hic quàm in proximis præcedentibus titulis agitur de diuersis negocijs, quibus homines pro eorum statu & vitæ sustentatione diuersimodè implicantur, attende tu Iurista, vel alteri scientiæ deditus, qui de sola arte scientiæ vis viuere, quid vos ammoneat facere ille moralis philosophus, exemplo Romanorum antiquorum: 1 Cùm † doctus enim erat (inquit.) & prudentissimus quisque, maximè negocios⁹ erat, & nemo ingenium sine corpore exercebat &c. Itaque crede mihi ne attendas ad nudam scientiam, si laicus es, quia viues in miseria & paupertate: sed velis negociari & mercari, tam per te ipsum quàm per alios. & conformare te cum gestis prudentium antiquorum.

FORMA LIbelli quo agitur pro donatione.

TITVLVS XL.

CORAM Vobis, &c. agit & in iure proponit Ioannes Olearius suo nomine, contra & aduersus spectabilem militem dominum Manfredum de plebe, & contra quancunque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens & proponens idem Ioannes, Quòd præfatus dominus Mãfredus titulo & ex causa donationis inter viuos, purè, merè, & solẽniter & irreuocabiliter donauit & tradidit ipsi Ioanni pro se & suis hæredibus recipiẽti, domum vnam muratam & coopertam, positam in Papia, in porta Pertusij, cui cohæret, &c. prout hæc & alia latiùs continentur in instrumento dictæ donationis tradito & fieri rogato, per M. notarium Papiæ, anno, mense, & die in eo contentis. Quod quidem instrumentum pro informatione & probatione premissorum ex nunc producit & exhibet idẽ Ioannes coram vobis in forma publica.

II Ampliùs dicit & proponit idem Ioannes quòd præfatus dominus Manfredus de facto, & contra voluntatem ipsius Ioannis dictam domum à tempore dictæ donationis citra detinuit & adhuc hodie detinet occupatam, ipsamque domum, licèt sæpiùs requisitus, hucusque adhuc dimittere & relaxare recusauit, & iniustè recusat.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit idem Ioannes quatenus per vestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis supradictum dominum Manfredum ad dimittendum & relaxandum liberè & expeditè supra scripto Ioanni domum ante dictam, ac insuper ad dandum & soluendum eidem fructus, redditus & prouentus, quos ex dicta domo percepit & percipere potuit à dicto tempore citra, simul cum cæteris damnis & expensis passis & factis per ipsum Ioannem ac in futurum fiendis & patiendis, de quibus protestatur & prædicta petit, &c. saluo iure, &c. non astringens se, &c.

SVMMA.

1 *Donatio propriè est quæ ex meræ liberalitate procedit.*

GLOSSA 1.

COram vobis. Attende ad hanc materiam de qua infra dicam, quia frequenter accidit inter coniunctos & amicos, & fit plerunque liberali animo, & illa est propriè donatio. vt in l. donari. D. de regu. iuris. Quandoque fit simulatè ex aliqua causa necessaria prout partes conueniunt, & illa est impropriè donatio. arg. l. imaginaria. D. de contrahend. emptio. cum similibus.

SVMMAE.

1 *Quatuor donationum species.*

2 *Donatio inter viuos est, quæ fit animo liberali: & continet in se necessitatem traditionis.*

3 *Mortis causa donatio est, quæ post mortem donantis sortitur effectum.*

4 *Donatio nisi exprimatur quòd sit causa mortis, præsumitur in dubio esse inter viuos.*

5 *Donatio collata post mortem donantis, quam nullo tempore reuocare promisit, est donatio inter viuos.*

6 *Conuentio pugnans contra substantiam contractus facit eum transire in aliud nomen, si verborum sonus patiatur.*

7 *Cùm nomen contractus non exprimitur, is intelligitur qui inclusus verbis colligi potest.*

8 *Donatio fit puræ, ob causam, sub conditione, sub modo, cum substitutione.*

9 *In donatione causa mortis pœnitentiæ est locus non in donatione inter viuos.*

10 *Donatio inter viuos & causa mortis potest*

potest fieri etiam absenti, per nuntium & epistolam, vel mutatio pro absente stipulante.

11 *Donatio causa mortis facta absenti & ignoranti vim habet fideicommissi.*

12 *Donatio causa mortis concipi potest post mortem tertij.*

13 *Filiusfamilias de consensu patris donare potest mortis causa. Et pœnitentia vel morte eius ad quem res donata pertinet, revocatur vel confirmatur donatio, ex Bartoli & Cyni sententia.*

14 *Pater, vt sibi donetur mortis causa, non potest filio præstare auctoritatem.*

15 *Donatio an sit contractus nominatus vel innominatus.*

16 *Donatio est contractus stricti iuris.*

17 *Donatio inter virum & vxorem ipso iure nulla est, sed si non revocetur, morte donantis cõfirmatur, si res donata fuerit tradita.*

18 *Donatio inter virum & vxorem morte cõfirmata retrotrahitur ad tempus quo facta est, vim habens donationis inter vivos.*

19 *Vt morte confirmetur debet insinuari, si excedat quingentos florenos.*

20 *Mulier potest viro pignus remittere, si vir habet alia bona ad restitutionem dotis sufficientia.*

GLOSSA II.

EX causa donationis inter vivos.

1 Notandum † est quòd quatuor sunt species donationũ. Quædam est donatio inter vivos, quædam causa mortis, quædam coniugalis seu matrimonialis, quædã quæ appellatur legatum: vt habetur Insti. de dona. §. 1. & seq. cum similib. vbi notatis.

2 Est † autem donatio inter vivos illa quam quis facit animo liberali, vt dixi, nulla ductus mortis cogitatione, vel respectu: vt d. l. donari, & l. 1. cum sequ. D. de dona. & C. de donat. per totum. & ea intentione & proposito, vt statim ipsius rei donatæ dominium transeat in accipientem, vel in euentum alicuius alterius cõditionis, vel tẽporis. vt in §. aliæ. Instit. de dona. & hæc donatio cõtinet in se hodie necessitatem traditionis: quia donans cogitur rem donatam tradere. vt l. si quis argentũ. §. sed & si quis. vers. sin autem. C. de don. sicut dicitur in cæteris contractibus. l. sicut. C. de actio. & obligat.

3 Mortis † causa donatio est illa, quæ fit in euentum mortis ipsius donantis, vt sic morte demum secuta sortiatur effectum, & non aliter. vt Insti. de donatio. §. 1. & D. de donatio. causa mortis, l. 1. C. eodem tit. & per totum. 4 In † qua donatione debet donans exprimere, quòd donat causa mortis, vel post eius mortem, alias autem si nõ exprimatur, videtur in dubio, & præsumitur donatio inter vivos: vt determinat glo. in l. fin. C. de donatio. causa mort. & dicto §. 1. Institu. de donatio. & D. eo. l. senatus. §. mortis causa.

5 Ex † quib⁹ potest colligi decisio illius quæstionis, quæ plerunque de facto contingit. Pone, aliquis donauit aliqua bona sua Titio, post mortem ipsius donantis, quam donationem promisit nullo tempore revocare aliqua occasione vel causa, &c. Quæritur an hæc donatio erit inter vivos vel causa mortis? & videtur quòd sit donatio causa mortis, quia collata est post mortem

donantis, ergo, &c. vt suprà dictum est. In contrarium videtur, quia promisit non reuocare aliqua causa, quòd est oppositum donationi causa mortis, quæ pro libito reuocari potest, vt infrà dicam. Breuiter dicendum est quòd sit donatio inter viuos, & non causa mortis, per textum singularem in l. vbi ita donatur. D. de donatio. causa mortis. & ibi per Bar.

Secundùm quem habes talem regulam colligere. 6 Quod † vbi conuentio est contra substantiam contractus, de quo agitur, facit ipsam conuentionem transire & resolui in aliud nomen contractus. si verborum significatio patiatur. Nec huic regulæ obstat l. cum precario. D. de precar. & quod ibi notatur vbi si tibi concedo precariò domum hoc pacto, quòd non liceat mihi reuocare precarium, vitiatur contractus precarii, quia pactum est contra eius substantiam, nec transit nec resoluitur in aliud nomen contractus. ideóque sic esse deberet, in quæstione prædicta: quia respondetur (secundùm eum) quòd talis cõcessio precarii non potest transire in aliud nomen cõtractus, quia verborum significatio vel sonus non patitur. nam non potest transire in nomen donationis, quia nomen donationis est penitus separatum à nomine precarii, & sic est diuersitas in nomine appellatiuo, nec similiter transire potest in nomen venditionis, nec locationis, quia merces non intercessit nec precium. Sed ista verba, *dono causa mortis*, si intelligantur de donatione simplici inter viuos, non repugnat significatio verborum; posse nam possunt intelligi. dono causa mortis, hoc est propter causam mortis moueor ex nunc ad donãdum tibi inter viuos, adeò quòd nõ possum vltrius reuocare [a]. & sic illa verba, *causa mortis*, erunt significatiua causæ inducentis contractus, potiùs quàm nominis ipsius contractus. ad quod facit quæ habentur in l. libertorum. §. quod tamen Cassius. D. de le. 3.

7 Vbi † autem nullum nomen contractus exprimeretur, sed factũ simpliciter narraretur hoc modo: Cõcedo tibi domũ tali pacto, quòd non liceat reuocare, vel similia, tunc intelligeretur conuentio de eo cõtractu, qui melius ex verbis colligi possit, arg. in l. insulam. D. de præscrip. verb. & quod notatur in l. si quis ante. D. de acquir. poss. Si verò pactum non sit contra substantiam contractus, sed solùm contra naturam rei in dispositione deductæ, sic distinguendũ est an pactum interuenerit à principio aut ex post facto. & an sit contra accidentalia rei, vel contra rem ipsam: vt traditur in l. per seruum. §. fin. D. de vsu. & habi. & l. 1. §. 2. D. si vsusfru. petatur.

8 Fit † etiam donatio non solùm purè. & ob causam, & sub modo vel conditione, sed dato in ea substituto vel omisso. vt d. l. senatus. §. mortis causa, & l. 1. C. de donatio. quæ sub modo, & l. Et cui mortis. in princ. D. de donatio. causa mortis. facit l. quòd conditionis. D. eod. tit. & l. 2. in fin. D. de donatio.

Quæri autem consueuit quid dif-

a. *Reuocare.* De hoc plenè per Ang. consil. 179. & Alex. consil. 14.

ferat do-

erat donatio inter viuos [a] à donatione causa mortis? Respondetur quòd differt in forma, videlicet in modo concipiendi, vt supra dictum est. 9 Item † differt in substantia, quia donatio causa mortis regulariter sola pœnitentia reuocatur. vt in l. qui mortis. & l. senatus. in §. donationis. & l. mortis causa. D. de donatio. causa mortis, cum simi. Sed donatio inter viuos non reuocatur nisi certis casibus, vt l. fin. C. de reuo. dona. & l. possessionem, & legum profiteris. cum l. sequen. C. eo. tit. facit l. Aristo. cum simi. D. de dona. Sunt etiam aliæ differentiæ, de quibus infrà patebit. Quid autem, an hæc donatio causa mortis differat à legato, plenè no. glo. in §. 1. Inst. de dona. & d. l. senatus. §. fin. & plenè per Cyn. in l. fin. C. de reuo. dona.

10 Amplius † quæritur an vtraque donatio fieri possit tam absenti [b] quàm præsenti? vbi aduertendum quòd olim donatio inter viuos fieri poterat tã absenti quàm præsenti, p nunciũ vel epistolã. vt in l. etiã. & l. absenti. & l. quæ mihi. D. de dona. Sed donatio causa mortis solùm fieri poterat præsenti, non absenti. vt l. inter mortis. in prin. D. de donatio. causa mortis. Hodie verò vtraque donatio fit pacto nudo, vt l. si quis argentum. §. fin. C. de donatio. & notatur per Cynum, in d. l. fin. C. de donatio. causa mortis. & fieri potest tam absenti quàm præsenti, per nuncium vel epistolam: vt notatur per Cynũ, in l. nec ambigitur. C. de donatio. causa mortis, & per Bartol. in l. Thais. & l. 1. D. de donatio. causa mortis. Et hoc multùm nota, quia vides quotidie apponi clausulam in omnibus testamentis, in qua dicitur, *Quod valeat iure donationis causa mortis*, &c. nam si is cui fit donatio est absens, nec interuenit nuncius vel epistola, non poterit agere ex causa donationis, nisi notarius tanquam publica persona recepisset hanc donationem eius nomine vel cuiuscunque, &c. 11 Posset † tamen agere ex causa fideicommissi, quia si non operaretur vt donatio, saltem operaretur vt fideicommissum, secundùm Bartolum per l. fideicommissa. in prin. D. de leg. 3. & notatur per eum in d. l. 1. & l. Thais.

12 Item † ad aliud aduerte, videlicet quòd donatio causa mortis nedum post mortem donantis concipi potest, sed etiam post mortem alterius tertiæ personæ, vt si donet quis post mortem filii sui vel fratris, aut alterius: vt traditur in l. qui precio, in fin. & l. mortis causa filii, & le. nec fratris. D. de dona. causa mor.

13 Quid † autem dices si filius familiàs doner causa mortis de consensu patris [c] (quod facere potest, vt d. l. Thais. §. 1. no. per gl. & Cynum in l. senium. C. qui testamen. facere possunt) cuius pœnitentia vel morte, patris an filii, reuocabitur vel confirmabitur hæc talis dona-

a *Inter viuos.* Vide Franc. de Are. consil. 74. & per Alex. de Imo. consilio 14. in 3. volumine.

b *An donatio possit fieri absenti.* Vide per Alex. de Imo. consil. 168. in fin. in 3. vol. & Fran. de Are. consil. 17. Ludo. Rom. late consil. 181

c *Patris.* Vide per Ald. consil. 26. per Lu. Ro. consil. 165.

tio idie plenè per Cy. in d.l. Nec fra tr.s, & per Bart. in l.2. D. de dona.

14 Si autem † filias donet causa mortis patri suo, non sufficeret in hoc patris assensus: vt determinat glo. in l. 1. §. 1. ver. 1. D. de author. præstan.

15 Viterius † quæritur, an hæc donatio inter vivos sit contractus nominatus vel innominatus. Et glossę communiter dicunt quòd olim erat innominatus, hodie verò est contractus nominatus. vt no. in l. fi. D. de condict. ob causam. & l. iurisgentium. §. 1. D. de pact. & l. 2. C. de condict. ob causam. & l. pacta conuenta. D. de contrahen. empti. Alii dicunt, (quos sequitur Cyn. in d.l.2.) quòd olim & hodie fuit contractus nominatus, quia speciale nomen habet nec stat in nomine generali: vt notatur super rubrica. C. de re. permu. Iacobus autem But. in d. l. 2. tenuit quòd olim & hodie sit contractus innominatus. die vt ibi. 16 Item † iste contractus donationis inter vivos, secùndum aliquos, est bonæ fidei. Sed alii dicũt (quod est verius) quòd est stricti iuris. vt refert Bartol. in l. in ęlibus. D. de donatio. & est ratio, quia non reperitur nominatus in §. bonæ fidei. Insti. de actio.

Nunc sequitur videre de donatione coniugali quę duplex est. nam quædam est donatio facta propter matrimonium futurum, de qua loquitur titu. C. de donatio. ante nuptias: quædam quæ fit post matrimonium perfectum, de qua loquitur titulus D. &. C. de donatio. inter virum & vxorem. facit ad prædicta quod habetur in §. est & aliud. Insti. de donation. Quæ autem sit inter has donationes differẽtia, plenè notat Azo in summa, in titulo prædicto allegato.

Circa tamen donationem quæ fit post matrimonium inter coniuges, sed non propter ipsum matrimonium, sed simplici amore & affectione eorum, est aliud attendendum, quòd 17 regulariter † talis donatio inter vivos est ipso iure nulla, ne mutuo amore se spolient vt in leg. 1. cum multis fini. D. de donatio. inter vir. & vxor. si tamen non fuerit expressè reuocata morte donantis confirmatur, vt in l. 1. & 2. C. de dona. inter vir. & vxo. cum sibi no. quæ confirmatio ita demum effectum habet, si res donata fuerit tradita, non autem simpliciter promissa, vel nudo modo donata, vt singulariter habetur in l. Papinianus. D. de donatio. inter virum & vxorem.

18 Trahitur † autem hæc donatio morte confirmata, retro ad id tempus quo à principio fuit facta. quod est notandum, vt sic valeat tãquam donatio mera inter vivos, nó autem tãquam donatio causa mortis: vt est tex. in l. sed interim. §. si vxorem. cum §. seq. D. de donatio. inter vi. & vxo. & no. per Cy. in l. à marito. & l. donationes. C. de do. inter vi. & vxo. 19 Ideóque † vt hæc donatio morte confirmetur, expedit, si legitimam summam florenorum quingentorum excedat, quòd fuerit insinuata, aliàs non confirmatur: vt est tex. in d.l. donationes. Quod nota pro statutis quę aliquando prohibent donationes infra summã maiorem fieri.

20 Ad † vnum tamen aduertendum, quòd licèt dicta rei donatio sit prohibita inter cõiuges, pignoris tamen remissio est concessa tam generaliter

neraliter quàm specialiter in alio contractu: vt in l. etiam. & l. iubemus. C. ad Velle. Et ideo consuetum est quando vir aliquam suam rem vendit, quæ eius vxori est pro dote obligata, q ôd ipsa renunciet iuri pignoris & hypothecæ quod in ipsa rē habet, quæ renunciatio ita demū sibi nocet, si alia sunt bona ad restitutionem ipsius dotis sufficientia: aliàs autem secus: vt no. per Dyn. & Bart. in l. Mœuia. §. fundus. D. so. matri. & per Ia. de Arc. & Ray. in d. l. iubemus, & plenius per Iac. de Bel. in Auth. vt immobili. ante nupti. do. §. 1. col 5.

GLOSSA III.

Purè, meræ. Hęc quidē donatio, vt dictum est, potest fieri purè, & in diem, ac sub conditione, sicut cęteri contractus, ac sub modo. vt l. donatio. in prin. C. de donatio. & C. de dona. quæ sub modo. l. 1. cum similibus ibi notatis.

Svmmar.

1 *Insinuatio vnde dicatur?*
2 *Insinuatio quid sit?*
3 *Insinuationi sufficit iudicis assensus.*
4 *Coram quolibet iudice fieri potest insinuatio.*
5 *Donatio non insinuata non vitiatur intra summam quingentorum aureorum.*
6 *Octo casus enumerantur, in quibus non requiritur insinuatio.*
7 *Donatio remuneratiua simpliciter facta insinuatione indiget.*
8 *Et donatio inter virum & vxorem, quæ morte confirmatur: secus si testamento confirmetur.*
9 *Cum plures sunt donationes, quędo sunt concernendæ?*
Clausula, Vt tot donationes sint quot sunt res, non impedit concernationem.
11 *Donatio ob causam vt remuneratiua non eget insinuatione si causa respiciat præteritum vel futurum: secus si fiat simpliciter.*
12 *Cùm soluitur mos habitum naturaliter & similiter sciēter ab vtraque parte necessaria est insinuatio.*
13 *Dotis donatio cedens lucro mulieris insinuationem non indiget: secus si non cedat eius lucro.*
14 *Donatio facta per confessionē partis, factam in iudicio, non eget insinuatione.*
15 *In remissione iurium non est necessaria insinuatio.*
16 *Insinuatio rectè fit post donationem factam.*
17 *Insinuationi non possunt contrahētes renunciare.*
18 *Cùm lex prohibet aliquem contractum fieri sine certa solennitate, tunc non possunt partes renunciare illi solennitati.*
19 *Iudex admonere debet donantes, ne donando perdant.*
20 *Donatio rerum quæ non recipiunt æstimationem, vt legalis scientia, non eget insinuatione.*
21 *Detractatores elatorum gloriam deprimunt.*

GLOSSA IIII.

Solenniter. Hîc est aduertendum, quòd licèr in alijs regulariter contractibus alia solennitas extrinseca non requiratur, sed sufficiat partium interuenire consensum. vt l. consensu. D. de actio. & obliga. tamen in hoc contractu donationis inter vinos, ad omnem suspicionem & fraudem euitandam, seu removendam (vt dicit & probat tex. in d. l. data. C. de dona.) quædam

solennitas requiritur, quæ insinuatio appellatur. 1 Ex † eo sic dicta, quia partes patefaciunt & aperiunt iudici talem se velle facere & contrahere donationē. quæ insinuatio non indifferenter requiritur in omni donatione, sed in ea tantùm, quę florenorum quingentorū summam excedit. vt in l. donationibus, & l. sancimus. C. de donatio.

Videamus ergo pro pleniori huius doctrina, quid sit insinuatio [a], coram quo iudice fiat & an in scriptis? 2 Respondetur † quòd insinuatio est quidā actus fiendus declaratorius, & denūciatorius, in quo iudicis ordinarii assensus petitur & requiritur. vt probatur in l. donatio. in fin. & in l. in donationibus, & l. in hac. C. de donation. 3 Nec † propterea est ipsius iudicis necessarium decretum, sed simpliciter consensus sufficit, secundùm Bartol. vt plenè notatur per eum de hac materia insinuationis in l. Modestinus. D. de dona. argu. in l. omnium. C. de testa. licèt Guil. de Cu. teneat contrarium in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Vnde cōsultè faciet notarius, si in fine instrumenti apponat talem clausulam, *quibus omnibus d. dominus index authoritatem suam interposuit, & decretum.* 4 Nec † credas quòd sit necesse partes esse de iurisdictione iudicis, coram quo fit insinuatio, vel quòd res, quæ donatur, sit sub sua iurisdictione, sed sufficit quicunq; iudex dum tamen habeat iurisdictionē ordinariam, vt in l. data, in fi. & in l. in hac. C. de donatio.

5 Quid † autem si deficit hæc insinuatio, an in totum vitiabitur ipsa donatio? Dic quòd non, sed solùm pro ea parte, quæ legitimam summam excedit, vt in d. l. sancimus. §. 1. quia regulariter vtile per inutile non debet vitiari, vbi alterum ab altero potest esse separabile: vt plenius notatur per Dyn. in c. vtile per inutile, de reg. iur. in 6. & per Bart. in l. Græcè. in §. illud. D. de fideiuss.

Est ergo regula quòd quælibet donatio inter vivos excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari. quæ regula fallit in 6 pluribus † casibus. Primò in donatione facta pro redemptione captivorum. Secundò in donatione facta de rebus mobilibus per magistrum militum, quem hodie capitaneum appellamus, alicui de sua societate. Tertiò in illa donatione quæ facta est pro reparatione domus exustæ: vt habetur per textum in l. si quis pro redemptione. C. de donat. & ibi not. per glo. Quartò in donatione imperiali per eum alteri [b] facta: vt l. sancimus, in princ. C. de donatio. Quintò in donatione ipsi imperatori ab alio facta, vt in Auth. item & à priuatis ibi posita. Sextò in donatione propter nuptias quantum ad mulierem, licèt quò ad virum, vbi est pactum de lucrando, egeat insinuatione: vt traditur in Auth. eò decursum est. C. de donatio. ante nupt. & not. in l. minoribus. C. eodem titulo. Septimò fallit in donatione causa

a *Quid est insinuatio.* Bald. in l. sancimus. C. de diuer. re. per Bald. in l. Modestinus. D. de don. Ange. consil. 81. incip. visis instrumentis. Paul. de Castr. consil. 309.

b *Item.* Idem dic si fit facta ab alio inferiori domino, vt voluit Old. consi. 200. & post eum Rom. consil. 59. latiùs per Alex. in consilio 158.

mortis, quæ

mortis, quæ tali insinuatione non indiget. vt l.final.C.de donat. causa mortis. & per hoc patet alia differentia inter vtranque donationem. Octauò fallit in donatione, quæ fit ex causa remuneratiua. Circa quam sic plenius distingue: vt notatur per Bar.in l.Aquilius Regulus.D.de donatio. Aut ista donatio remuneratiua fit ex causa de præterito, & tũc non eget insinuatione. vt in d.l. Aquilius. Aut fit ex causa de futuro, & idem.vt in d.l.fi.in princ.C.de iudo. 7 Aut† fit simpliciter,& tũc eget insinuatione.vt in dict.l.donationibus, cum similibus. 8 Sed† licèt, vt dixi, donatio causa mortis propria non egeat insinuatione,illa tamẽ donatio inter viuos quæ morte confirmatur eget insinuatione,vt est donatio inter virum & vxorem, & similes,nisi cõfirmaretur expressè in testamento per ipsum donantẽ: quia tunc assumeret vires potiùs legati quàm donationis, & sic non esset necessaria insinuatio.vt dict.l. donationis. C. de donat. inter vir. & vxorem.

9 Pro† declaratione autẽ præmissorum quæritur, de quæstione quotidiana contingente de facto. Ecce quòd aliquis fecit plures donationes,quæ simul coaceruatæ excedunt summam legitimam, & separatæ sunt infra summam legitimam, quæritur an sit necessaria insinuatio? Circa quod distingue: aut istæ donationes numero plures factæ sunt eidem personæ, & ab eadem persona, temporibus diuersis, aut eodem tempore simul. Si diuersis temporibus factæ sunt, de ipsis tanquam separatis & distinctis disponitur, ideóque si singulæ sunt infra legitimam summam, non egent insinuatione. aliàs secus. vt in l. sancimus. §. si quis autem per diuersa tempora. C.de dona. Si verò factæ sunt eodem tempore, & tunc aut est donatio quæ recipit iterationem, & multiplicationem per tempora,vt donatio annua, aut est plurium rerum simpliciter sine alia iteratione vel multiplicatione. Primo casu subdistinguitur: aut donatio est personalis,quæ extingui tur cum persona, vel morte donantis,vel donatarii, & tunc de ea disponitur tanquam de pluribus donationib⁹ simpliciter separatis. Aut est realis quæ transit ad hæredes, & tunc reputabitur esse vnica tantùm donatio pro omni tempore, & sic fiet ipsarum coaceruatio, vt appareat an legitimam summam excedant an non: vt hæc omnia habẽtur in d.l.sancimus §. si quis autem talem. Secundo casu principali quando fit donatio plurium rerũ. puta domus,vineæ. & prati, nec recipit iterationẽ. tunc si facta fuerit simul, clarum est omnium rerum fieri coaceruationem, aliàs secus, vt in iuribus ante dictis.

10 Sed† dubitatur hoc casu si donans dicit in tali donatione,quòd tot sunt donationes quot sunt res (pro vt quotidie dicunt notarii in huiusmodi donationibus) an talis protestatio impedit coaceruationem? Et videtur quòd sic. argum. l si pluribus. & l. scire debemus. D. de verb.oblig. nam licitum est cuicunque super re sua legem imponere,l.legem. D. de pact. cum si.In contrarũ [a] determinat Cyn.in d.§.

a *In contrarium.* Adde Old.consil.213.

si quis autem talem. & Bart. in d. l. Modestinus. D. de dona. Et est ratio, quia talis protestatio & lex videtur adiecta in fraudem, & ideo nil habet impedire, nec nocere. arg. in d. §. si quis autem, & l. quemadmodũ. C. de agric. & cens. facit l. data. C. de dona. & l. senatus. §. fi. D. eod.

11 Quid† de donatione quæ fit ob causam, an in ea sit necessaria insinuatio? distinguit Bar. in d. l. Aquilius. Aut fit ex causa de præterito, vel futuro, & tunc non eget insinuatione, d. l. Aquilius, & l. fin. in princ. C. de iur. do. adde quæ suprà dixi.

12 Deinde† quia prædicta locum habent in donatione expressa, quæritur quid in tacita? puta quando soluitur scienter indebitum, vel cùm dos per extraneum datur animo donandi. vbi secundùm Bartol. distingue, vt per eum notatur in l. 1. D. de do. Aut soluitur indebitum vtroque modo ciuiliter & naturaliter, & scienter ab vtraque parte, & tunc est necessaria insinuatio: quia in hoc attenditur causa tacita ab vtraque parte. quæ tantum operatur quantum expressa. vt l. cùm quid. D. si cer. pe. & argum. ad hoc, in l. Si donationis. C. de contrahen. emp. & l. imaginaria. D. de reg. iur. facit l. fi. in princ. per locum à speciali. C. de iure dotium. Aut indebitum soluitur ex causa putatiua, ignoranter ab vtraque parte, vel ex parte recipientis tantum. & tunc nõ erit propriè donatio, ideóque non eget insinuatione. & sic debet intelligi opinio glossæ & Iacobi de Aretio, de qua habetur in l. 1. D. de don. l. donari. de reg. iuris.

13 In dote† autem aliter est dicendum, nam aut dos cedit lucro ipsius mulieris, & tunc non eget insinuatione: aut eius lucro non cedit, quia is qui dedit est pactus in omnem casum sibi restitui, & tunc est necessaria insinuatio. vt in l. fin. C. de iu. dot. quibus adde quæ nota. in Auth. eò decursum. C. de doc. ante nupt.

14 Rursum† quæritur, quid in donatione facta, per confessionem partis in iudicio sponte sua factam, verbi gratia, dum indebitè peteremur in iudicio à Sempronio, ipse scienter confessus est se debere, an talis tacita donatio egeat insinuatione? Doctores dicunt quòd non, quod requirit Bart. in l. quidam in iure. D. de don. & hoc operatur iudicis præsentia, quę præsentia, & cõsensus operantur quandam insinuationem, in qua, vt dictum est, sufficit ipsius iudicis sola præsentia & consensus. non autem requiritur decretũ. hèc sit improprie in casu isto insinuatio, quia iudex non informatur nec instruitur, an partes velint donare, & sic ignorat quid per eos agatur, cuius contrarium fit in propria & vera insinuatione.

15 Quid† autem dices in remissione iurium, vel pacto de non petendo liberaliter facto, an erit donatio & sic egeat insinuatione? dic quòd non, etiamsi factum sit extrà iudicium ex causa lucrativa, vt in l. si donationis. C. de do. & determinat gloss. in l. fina. C. ad Macedon. pro qua facit l. quidam in iure, in princ. D. de don. & quod notat. per Bart. in dict. l. si quis delegauerit. D. de noua.

16 Post† prædicta adhuc quæritur, an hæc insinuatio fieri debeat tẽpore donationis, an sufficit quòd etiam post donationem interueniat?

Et vi de-

Et videtur quòd sit necesse fieri insinuationem tempore donationis, argum. in l. obligari. §. tutor. D. de auct. tuto. & quod not. in l. si quis mihi bona. §. fundum. D. de acquir. hære. & in c. 1. de re. eccle. non alie. lib. vi. In contrarium determinat Bart. in d. l. Modestinus. D. de donat. per textum in lege fin. §. penult. C. de donatio. ante nupt. quod multum nota.

17 Vltimò† circa præmissa quæritur, quid si facta est donatio sine insinuatione, & partes renunciauerunt [a] expressè omnibus legibus, quæ de insinuatione loquuntur, an per hoc confirmabitur donatio. vel infirmabitur? Communiter omnes docto. dicunt quòd talis renunciatio nihil operatur. vt refert Cyn. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. Et sit ratio, 18 quia† legi prohibitiuę alicuius contractus vel dispositionis, sine certa mediante solennitate, nõ potest renũciari à partib'. vt patet. in testamẽto, in l. nemo põt. D. de leg. 1. & in alienatiõe rerũ ecclesiæ, ciuitatis, vel pupilli. l. quidam decedens. D. de admi. tut. & l. 1. C. ne fideiuss. do. den. & ibi not. Nam hæc solennitas insinuationis est inuenta etiam in aliorum quàm ipsorum contrahentium fauorem. vt d. l. data. C. de dona. de qua renunciatione & aliis plenè traditur per gl. in Authen. vt sine prohib. ma. cre. §. quia verò, col. 7. & ibi per Iacob. de Bel.

Voluerunt ergo iura prouidere, ne quis effundere possit patrimonium suum inconsulto iudice, per viam indiscretæ donationis. Nam vt inquit Tullius in libro de officiis. Multi patrimonia effuderunt inconsultè largiendo. 19 Vnde† iudex adhibitus super donatione, non debet, vt faciunt ignorantes, ex abrupto & præcipitanter assentiri donationi, sed debet inuestigare & quærere ab ipso donante, qua de causa moueatur ad donandum. & reprehendere ipsum, si causa non sit sufficiens, & eundẽ admonere quòd lex inquit, quòd donare est perdere. l. filiusf. in prin. D. de do. & quòd melius est alii reseruare quàm in se perdere, vt scribit in epistolis Bernardus ad Raymundum. Ex talibus enim donationibus plerunque mala producuntur. Nam, vt inquit idem Tullius, sequuntur largitiones, rapinæ, & cùm ægere inceperint, alienis bonis manus inferre coguntur. & maiora sunt odia eorum quibus ademerũt, quàm fauores eorum quibus dederunt, &c.

Sed quid dicã de donatione præsentis libelli. quam filio meo, & in consequẽtiam toti notariorum collegio facio, quam quidẽ donationẽ summam florenorũ quingentorum excedere nõ dubito, an requiratur in ea insinuatio? Et vtique dico q̃ non. 20 quia† est quædam donatio legalis scientiæ, quæ non recipit æstimationem. vt l. 1. §. 1. vers. fin. D. de va. & extraor. cog. prædicta autẽ loquuntur in rebus quæ æstimationem recipiunt. Exultent itaque tali donatione iuuenes cupidi huius doctrinæ, nam à modo faciliùs ad eam peruenient in triennio quàm

[a] *Renunciauerunt.* An insinuatio omitti possit etiam iuramento, vide per Fran. de Are. consilio 77. & ibi ad quæ debeat fieri insinuatio, & an possit fieri mortuo donatore per eundem consilio 123.

facere consueuerant in decennio. & rogo donantis defendant honorem à morsibus detrahentium. qui enim detrahit fratri suo, homicida est, vt 6.q.1.c.summa. licèt, vt inquit Gregorius, 21 Deus† aliquando permittat malos in bonorum detractionem & obiurgationem prorumpere, vt si qua gloria ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur, vt in d.6.q. 1.c. sunt plurimi. Nec credat quis quòd effugere per hoc intendam prudentiorum correctionem, aut suppletionem, vel emendationem, quia his omnibus me humiliter submitto, cum omnium habere memoriam. & penitus in nullo peccare, potius sit diuinitatis quàm humanitatis. vt in l.2.§.tanta C.de vet. iur.enu.

Summae.

1 *Septem casus enumerantur, in quibus donatio inter vivos revocari potest.*

2 *Renunciari potest illi casibus, praeterquam superuenientium liberorum.*

3 *Renunciatio renunciationis donationis nocet donanti, non tertio.*

4 *Filius insolidum donationem patris revocare potest.*

5 *Quando revocatur donatio in totum, vel pro parte tantum, Bartoli notanda distinctio.*

6 *Donatio revocatur ipso iure, per superuenientiam liberorum, in aliis casibus opus est querela intra quae quantum proponenda.*

7 *Iuramentum de non revocando non nocet filio.*

8 *In donatione subest tacita conditio, Si liberos non habuero, vt in substitutione.*

9 *Filiis natis revocata manet donatio, licèt statim moriantur.*

10 *Filius viuente patre non potest revocare donationem ab ipso factam.*

11 *Venditio facta per patrem in fraudem filii, cum emptor est particeps fraudis, potest revocari.*

12 *Filius qui patris hereditatem egenuit, potest donationem à patre factam revocare, agendo ad supplementum.*

13 *Donatio causa mortis revocatur premortuo donatario, poenitentia donatis, postea legando rē donatā.*

14 *Quinque testes requiruntur in donatione causa mortis.*

15 *Donatio, quam donans revocare potuisset ex iusta causa, non potest ab eius haerede revocari.*

16 *Substitui potest in vtraque donatione, praesente substituto, vel absente acceptante.*

GLOSSA V.

IRrevocabiliter. Aduerte hîc quòd donatio inter viuos regulariter non potest revocari [a], vt in §. perficiuntur. Inst. de don. & l. Titiꝰ. & l. si donatio. C.de dona. 1 Fallit† in certis casibus qui habentur & notan. in l.fi. C. de revocando.

Quorum primus est, si donatarius atroces iniurias intulit in ipsum donantem. Secundus est, si in eum manus impias inferat vulnerando vel percutiendo. Tertius est, si in eius substantiam iacturam inferat. Quartus est, si periculum sibi arrulerit proditionis vitae. Quintus, si is cui fuit facta est donatio, pacta & conventiones appositas non seruauerit. Sextus dicitur ib. per glo. si donans effectus fuerit adeò pauper, quòd ie alere non possit, & donatarius

a *Revocare.* quibus modis donatio inter viuos potest revocari, vide Franc. de Are. consil. 74.

cùm

ēt possit, ipsum alere recusauit, quos enumerat etiā text. in c. fi. de dona. Septim⁹ casus est, quo donatio revocatur, videlicet si tempore donationis ipse donās nullos habet liberos, & post factā donationē liberos suscepit. vt est text. in l. si vnquam. C. de revo. do.

2 Quid † autem dicemus de eo quod fit quotidie in instrumētis donationum, in quibus donans renunciat, ne possit suam donationē revocare, prætextu ingratitudinis, vel superuenientiū liberorū, & prædictorū casuū, an hæc renunciatio excludat eum à potestate revocandi in aliquo superuenienti casu de prædictis? Dic breuiter & sic, secundùm omnes prædictos doct. vt determinat Bar. in l. 2. C. de inof. do. arg. in l. qui iure. D. de testa. mil. & similiter Cy. ibi. & etiam Bar. in l. Titia Seio. §. Impera. D. de leg. 2. cū enim casus præmissi excipiantur à regula fauore ipsū donātis, ideo suo fauori pōt renunciare, per regulā generalē. d. l. si quis in cōscribendo. C. de pac. Fallit in casu existentiū liberorū. vt infrà dicetur.

3 Et quæ † de revocatione dicta sunt, & de renūciatione, procedens quantū ad ipsū donantē. quòd autē ad præiudicium alteri generandū ex donatione, procedūt quæ statim subiiciūtur. 4 Ideo † quæro an filius donātis ante vel post donationē natus possit donationē factā p patrē alteri personæ revocare? Dic breuiter & si fuerit inofficiosa poterit revocari & infringi. Dicitur aūt inofficiosa. si per eā filius privetur sua legitima. vt habetur in l. & si totas. C. de inoffic. don.

Sed hīc insurgit dubiū, an eo casu revocetur in totū, an solū vsq; ad legitimā suā? super quo sunt variæ opinio. doc. vt refert Cy. in l. 1. C. de inof. do. & etiā Bar. in l. Titia Seio. §. Impera. D. de leg. 2. quorū omnium recitatio prolixa esset, & ego sæpe pollicitus sum, & præsēti opusculo cōclusionib⁹ potiùs quā sermonib⁹ vti intendo. Quidā ergo voluerūt dicere & in totū fit revocatio. p l. Titia. §. Impera. præalleg. & l. si vnquā. C. de revoc. do. Alii dicūt & vsq ad legitimā. p l. si totas. C. de inof. do. & l. si liqueat. eo. ti. & in Auth. vnde si parens. C. de inof. testa. Alii verò distingūt: aut donatio est facta filio, aut extraneo. Primo casu revocatur vsq; ad legitimā tantū. In secundo subdistinguitur: aut fuit inofficiosa re & cōsilio, & revocatur in totū, vt in d. §. Impera. aut fuit inofficiosa re tantū, & tunc vsq; ad legitimā. vt in d. §. si totas, cū li. Alius vt Dy. distingūt: aut donatio præcessit nativitatē filiorū, aut secuta est. Primo casu aut donatio fuit facta alteri filio, & tunc revocatur vsq; ad legitimā, vt in d. l. si totas. cū si. aut extraneo vel liberto, & revocatur in totū. vt d. l. si vnquā. Secūdo casu quādo fuit facta post natiuitatem filiorū, tūc subdistinguitur: an sit inofficiosa re & consilio, vel re tantū, vt suprà dictū est. Alii autē dicūt considerandum, esse an sint factę plures donationes, an vna tantùm? Primo casu revocatur posterior, Secundo casu, aut est facta in alium filium, aut in extraneum. 4 Sed † Bartolus omnium vltimus dicit aliter in dicto. §. Imperator, distinguendo sic: Aut quęritur de revocatione quæ fit ex præsumpta voluntate donantis coniecturata per legem propter superuenientiam liberorum, de qua loquitur d.

l. si vnquam, cum similibus. aut quæritur de reuocatione, quæ fit contra voluntatem donantis, de qua loquitur tit. C. de inoff. don. Primo casu aut donatio fuit collata in extraneũ vel libertum, & tunc propter supervenientes liberos reuocatur in totum. vt d. l. si vnquam. etiam si fuerit beneficio dictæ l. renunciatum, vt infrà dicetur. aut fuit collata in alterum filium, & tunc reuocatur vsque ad legitimã tantùm. vt in d. l. si totas, cum sim. Secundo casu principali cùm quæritur de reuocatione quæ fit per titulum de inofficio. dona. tunc subdistingue. Aut donatio fuit collata in aliquem filium, & reuocabitur vsque ad legitimam tantùm, quouis modo fuerit inofficiosa: vt in d. l. si totas, & d. l. si liquet. aut fuit collata in extraneum, & tunc aut ipsi filio, qui vult reuocare, fuit aliunde aliquid relictum, & tunc non reuocatur in totum, sed solùm agit ad supplementum legitimæ. vt l. omnino. C. de inoff. testa. & notatur in l. 1. & l. fin. C. de inoff. don. Aut nihil fuit eidẽ relictum, & tunc aut donatio fuit inofficiosa re & consilio, & reuocatur in totum. arg. l. si libertus. §. pe. D. de iure patro. Aut fuit inofficiosa re tantũ, & tunc reuocatur vsque ad legitimã tantũ. & sic intelliguntur l. 1. 2. & 3. & l. cũ donatio. C. de reno. do. & hoc modo saluãtur & ad cõcordiã reducũtur opin. prædictis casibus proponere querelam inofficiosæ donationis? Breuiter dic (secundũ Bart.) quòd si fit reuocatio propter superuenientes liberos, tunc illa fit ipso iure legis potestate, per d. l. si vnquam. adeò, quòd res donata potest condici & vendicari. vt ibi notat. & in dict. l. 1. C. de inoff. don. In alia autem reuocatione, quę fieret tanquam inofficiosa, opus esset querela, quam querelam proponere necesse est infra quinquẽnũ, ad exemplũ inofficiosi testamẽti. vt est textus in l. fi. C. de inof. don.

7 Patet † ergo ex præmissis renunciationes quę fiunt quotidie in instrumentis donationum, non nocent filiis, etiamsi fuerint iuramento [a] vallatę, secundũ Bart. quia quotiescunque contractus infirmatur fauore alterius, iuramentũ cõtrahentium nil operatur in alterius dispendium. vt in c. quamuis. ext. de iureiur. sed solùm operatur quòd ad damnũ & præiudicium ipsius donatoris renunciantis in omnibus casibus suprà enumeratis, præterquam in casu supervenientiũ liberorũ, de quo loquitur d. l. si vnquã, in quo casu dicit se consuluisse simul cũ Cy. & dominio recuperato, non obstante iuramento, poterit hęc donatio per ipsummet donantem reuocari tanquã inofficiosa: per tit. de inoffi. dona.

8 Et est † ratio secũdùm eos, quia in tali donatione inerat ista tacita conditio, si liberos non habuerit, quæ coniecturatur per l. ex præsumpta ipsius donantis voluntate, vt in d. l. si vnquã. sicut aliàs in simili lex coniecturatur ex tacita mente defuncti hanc conditionem nõ existẽtiũ liberorum ineſſe in substitutione, vt in l. cùm virum. & l. cùm acutissimi. & l. Papinianus. C. de fideicom. & l. cùm auus. D. de condi. & demonst. quæ quidem conditio ita est in ipso iuramento sicut in dona-

a *Iuramento.* adde Oldend. conſ. 275. & con. 278. & per Ro. con. 26. & ibi de ciuſſ. quòd prætextu gratitudinis & quando talis donatio non poſſit reuocari.

tione

tione, ergo defecta conditione deficit iuramentum. arg.l.fi.C.de non nu.pec. & D.ad muni.l.fi.in prin.& l.fi. D. qui satisd. cog.& eorum quæ dicuntur de eo.qui iurauit non venire contra arbitramentum, vt in c. quintauallis.de iureiur.per Inno.& in l.fi libertus.D.de ope. libe. & in §.arbitrorum.D.pro soc.quod multum nota,& cum hac determinatione intellige quę supra dicta sunt de renunciatione.

9 Sed † circa hoc quæro, pone quòd filij nati sunt, & sic locus est reuocationi, vt dictum est, qui tamen statim mortui sunt, nunquid cõfirmabitur donatio? In hoc Martinus de Fano arguit pro & contra. & primò videtur confirmari per l. posthumus, in prin.D. de iniu. rup. & irri.test.& l.fœminæ, in fin.C. de sec.nup. & per regulã, *Cessante causa, cessat effectus.* vt in c.cùm cessante,extrà de appella. In oppositum facit, quia sicut actiõ vel obligatio semel extincta non resuscitatur,vt in l.qui res. §. aream. D.de solutio.ita nec donatio.l.Mæuius.§.duobus.D. de leg. 2. pro quo videtur textus. in l.4.C.quando dies le.ce.& in l.hæredibus,in prin.D.ad Treb.& D.de oper. lib.l.qui libertinos.§.amissis.Et hanc partem sequitur Bart.Nec obstat d.l.posthumus.quia loquitur in casu, quo specialiter est prouisum per æquitatẽ prætoriã, quę prouisio non reperitur sic facta in isto casu.

10 Sed † an ista reuocatio poterit fieri in vita ipsius patris per filium, per d.l.si vnquam? Videtur quòd sic, quasi defecta conditione, vt sæpius tactum est.Breuiter sic est dicendum, aut pater vult ipsam reuocare tanquam defecta conditione,& potest,vt supra dictum est: aut filius vult infringere eam tanquam inofficiosam, & tunc non potest viuente patre, secundùm quod determinat Cy.in d.l.1.C. de inoffic. don. Et est ratio,quia quis non debet esse solicitus de hæreditate viuentis, in l. qui superstitis. D. de acqui. hære. Item quia hæc querela sapit naturã querelæ inofficiosi testamenti, quæ solùm post mortem intentatur, vt l.fi.C.de inof.do.ergo, &c. ꝓ hoc facit etiã l.1.§.si impub. D. de col.60.

11 Quid † si pater per viam venditionis bona sua dissipauit & alienauit [a], nunquid filius poterit eam reuocare, sicut de donatione supra dictum est? aduerte,ista est quæstio, quam formaT Cy.in d.l.1.de inof.dona.In qua sic breuiter dic, aut venditio fuit fraudulenta & simulata, & pro minori precio facta, & tunc pro ea parte, pro qua est vltra legitimũ precium,videtur esse quædam donatio,& reuocabitur.vt D.de do.inter vir.& vxo.l.si sponsus.§.circa.aut nõ est simulata,& tunc aut est deceptio vltra dimidiam iusti precij, & tunc reuocabitur de iure communi,vt in l.2.C.de rescin. ven.aut nõ continet deceptionem in precio antedicto,& tunc,secundùm quosdam,si pater habuit animum fraudandi filios, licèt emptor non participauerit [b], in frau de reuocabitur per l.non vsque. D.si à patre quis fue.manu. Alij dicunt quòd de necessitate requiritur, vt reuocatio, admittatur, quòd emptor fraudem participet. arg. l. qui aũt.§. similiter.&.§. hoc edictum. D. quæ

[a] *Alienauit*, an talis cautela,quæ fit vt filij priuentur legitima valeat, vide per Rom.singula.suis,fol.18.

[b] *Participauerit*. vide Lud.Ro.consi.216.

in frau.

in frau.cre.& l.vlti.eo.ti.

Ad l.non vsque, respõdetur quòd illa lex loquitur in liberto, non autem in ingenuo. & hanc partem sequitur Cy.

12 Sed † pone quòd filius fuit à patre hæres institutus, & agnouit hæreditatem, an poterit nihilominus reuocare donationem tanquam inofficiosam? Dicit Bart. quòd sic, agendo ad supplementum legitimæ. arg. in l.1. & 2. Cod. si quid in fraud.pa. & l. cùm à matre. C.de rei ven.& l. scimus. §. in computatione, in Gl.mag. C. de in. deli. cum similibus.

Viso de reuocatione donationis inter viuos, videamus quibus modis reuocetur donatio causa mortis.

13 Et quidem, † multis modis, inter quos connumerantur, quando is, cui collata est donatio præmoritur ante donantem. vt l.si à filio. & l. fin.& l. si mortis causa. in fin. D.de donat.caus.mort.& aliis etiam modis qui not.per Glos.in l.2.C. de in.do. Item pœnitentia sola ipsius donantis fit reuocatio, vt leg. qui mortis.& l.senatus.§. mortis causa. D.de dona. caus.mort. Quid ergo si aliquis donauit fundum alicui causa mortis, deinde in testamento eundem fundum alteri legauit, quis eorum præfertur? Dic quòd legatarius, quia postea alteri legando videtur pœnitere prioris donationis[a] factæ. vt probatur in leg. cùm pater. §. mater, de leg. 2. & ibi per Gloss. Nec mirum, quia hæc donatio sapit naturam legati.l. Marcellus, in fin. & l. si debitor, in fin. D. de donat. caus. mort. vnde sicut in legatis vltima derogant prioribus, sic & hîc.l.si mihi & tibi.§.in legatis.de leg.2.

14 Sed † vltra quæritur, quot testes requiruntur in donatione causa mortis? dic quòd quinque sicut in codicil.vt l.fi.C.de don.causa mort. leg.& fi.C.de codicil.

15 Quid † si donatio non fuerit reuocata, cùm reuocari à donante potuisset ex aliqua legitima causa, an hæres eius poterit eã reuocare? Dic quòd non, per textũ in l.fi. C. de reuo.do.& nota.per Cy.in l.1.C.eo.ti.

16 An † autem possit substitui in vtraque donatione? d.xi supra quòd sic. vt in l. quoties. C. de don. quæ sub mo.& l.1. & ibi per Cyn. C.de do. causa mort.& l.si cui mortis, in princip. D. eod. dum tamen si fiat donatio extra testamentum adiit præsentia substituti, vel alterius eius nomine recipientis. vbi verò fieret in testamento, tunc non esset necessaria substituti præsentia, vt not.per Cy.in d.l.1.C.de don.cau. mor.

SVMMAR.

1 *Omnis res cuius est commercium, donari potest.*

2 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet, nisi donans sibi reseruet aliqua bona, de quibus testari possit.*

GLOSSA VI.

DOmum vnam. 1 Fuit † ergo donatio rei particularis, quæ proculdubio valet, quia omnis res cuius sit commercium, vel quæ vendi potest, donari potest, vt l.in ædibus. §.fi.D.de dona.

2 Quid † ergo si fuerit generalis & vniuersalis donatio omnium bonorum, an valebit? dic quòd si

a *Prioris donationis.* vide per Lu.Ro.con.22.

est

est facta omnium bonorum præsentium tantùm, tunc valet. si autem fuerit facta tam præsentium quam futurorum (prout sæpiùs fieri vidi in Monteferrato, & Pedemontio,) tunc non valet, quia per eam libera testandi facultas auferetur: vt determinat Bartol. in l. stipulatio hoc modo. D. de verb. ob. & Cy. in l. fi. C. de pac.

Consilium ideo est, vt in hac generali donatione ipse donator sibi reseruet aliqua bona, in quibus possit testari, & vide circa hoc quę scripsi suprà in titu. de societate, & eius libelli forma.

GLOSSA VII.

Quare cum pradicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est.

Summar.

1 *Donator cogitur rem donatam tradere.*

2 *Donans tenetur de euictione, si donationem præcessit alia obligatio, si euictionem promisit, si fit in dolo, alias non tenetur.*

3 *Pater donare potest filio emancipato, non ei quem habet in potestate si tamen ei donet morte confirmatur donatio.*

4 *Valet donatio, quæ fit in actu emancipationis.*

GLOSSA VIII.

Addimittendum vel relaxandum. 1 Ad hanc † autem traditionem & relaxationem meritò compellendus est, quia donans hodie necessariò tenetur tradere, & sic donationem perficere. vt in §. perficiuntur, Insti. de do. d. l. si quis argentū. §. 1. C. de do. & l. perfecta. eo. ti.

2 Quid † autem si facta traditione res donata fuerit euicta, an poterit agi de euictione cōtra donātem? Videtur quòd non per l. ad res donatas. D. de ædil. edict. Aduerte quòd Glossa disputat hanc quæstionem in l. Aristo. §. fin. D. de dona. vbi per Barto. & in l. 2. C. de euict. & ibi per Cy. vnde distingue sic: Aut donatio incipit à præcedenti promissione, & obligatione, & tunc donator indistinctè tenetur de euictione, siue cœpit à stipulatione, siue à pacto nudo. vt in d. leg. si quis argentum. §. 1. & sic loquuntur Glossæ prædictæ.

Et hoc casu sequuta euictione agetur prima actione, hoc est vel ex stipulatione, vel ex conuentione ex lege, quasi res ipsa non fuerit tradita: vt notatur per Gl. in l. 1. C. de iu. dot. & probatur per tex. in l. qui conuenit. §. si hæres. D. de lega. 3. facit l. Iulianus. §. 1. D. de verbo. obligation. & lege, qui decem, in §. 1. D. de sol. licèt aliud sit in re vendita, euictione sequuta, quo casu non agitur prima actione, sed alia noua actione. vt habetur in l. 111. C. de euict.

Et est ratio differentiæ, quia contractus venditionis est perfectus traditione sequuta, cùm ad hoc solùm venditor ex natura contractus sit obligatus. vt in l. exemplo. in princip. & l. 1. in prin. & l. emptore. D. de act. empt. sed in donatione donans est obligatus dare, & sic rem accipientis facere. Ideò, &c. Aut donatio cœpit à sola traditione, non præcedēte aliqua cōuentione, vel obligatione, & tūc aut donās promisit de euictōe, & tūc indubitāter agitur de euictione. vt determinat Glos. in l. 2. de euictio. siue fuerit pacto nudo, siue per

stipulationem facta promissio, secundùm Glo. licèt Petrus dicat contrarium, quàdo fit pacto nudo, vt refert ibi Cynus. & malè, secundù Barto. qui sequitur Glossam. Aut non promisit de euictione, & tunc aut donatarius vult agere de euictione, ratione cuiusdam particularis inter esse extra rē. puta ad sumptus quos fecit in re: aut ad ipsum totum inter esse tam ipsius rei quàm extrarem. Primo casu subdistinguitur: aut donans fuit in dolo, & agi potest contra eum: aut non fuit in dolo, & tunc agi nō poterit. vt probatur in d.l. Aristo. §. fi. In secundo casu non potest agi per d.l. res donata. Alij autem voluerunt aliter dicere, & malè, vt refert Cyn. in d.l.a.

3 Vltimò † quæritur an pater poterit filio donare [a] inter viuos? ad quod breuiter sic respondetur, quòd aut filius est emancipatus, & tunc valet donatio, ac si facta esset cuicunque extraneo. vt l. donationes. C.de reuo.do. & l. cùm res, & l. si quis. C.de dona. posset tamen impugnari à fratre suo, si appareat inofficiosa, vt supra dictum est. aut filius est in potestate, & tunc olim nō valebat, sed tamen morte patris confirmabatur, sicut illa quæ facta est vxori. vt est tex. in l. donationis, in §. pater. D.de don. & notatur per Gl. in l. fine emancipati. C.de don. Hodie autem valet, secundùm aliquos. Tu dic quòd etiam hodie nō valet, sed morte patris confirmatur. vt plenè disputat & determinat Gl. in l. 2. C.de inoffic.dona. & ibi per Cyn. & confirmatur per Iac.de Bel. in auth. de immen.do. in prin.

4 Quòd † si pater in actu & tempore, quo filium emancipat, sibi aliqua bona donat, an valet hæc donatio? dic quòd sic. vt l. fi. C.de emāc. lib. Patet ergo quòd pater non potest irreuocabiliter inter viuos filio suo donare ante eius emancipationem, sed tempore emancipationis [b] sic. Cōfirmātur prædicta etiam per tex. in l. facultas. C.de his qui nume. lib. x. & l. mater. C.de inof. don. cum similib. & notatur per Glossam in Auth. vnde si parens. D. de inoffic. testam.

FORMA Libelli super petitione restitutionis in integrum.

TITVLVS XLI.

CORAM vobis D. Ber. Vic. &c. dicit, narrat, significat, & proponit Simon de Ferrariis agendo & agere volendo contra & aduersus Iaco. de S. Gregorio, & aliam quancunque personam pro eo seu eius nomine in iudicio comparentem.

1 Quòd cùm ipse Simon esset annorum xx vel circa, & minor annis xxv inconsul-

a *An pater possit donare filio.* vide Rapha. Ful. consi. 199. Fran. de Asc. consi. 17. Rapha. Cu. consi. 113. Pau. de Castro consi. 105.

b *Tempore emancipationis.* Adde Oldra. consi. 151.

tè & indelibetatè, nullius iudicis vel curatoris authoritate accedente, vendidit & tradidit precio florenorum cẽtum, supraſcripto Iacobo, domum vnam paternam poſitam in Papia in contrata quæ dicitur Rualecha, cui cohæret, &c.

II. Quam quidem venditionem & traditionem ipſe Simõ tunc iurauit ratam habere & tenere, & illam non infringere, nec annulare aliqua ratione vel cauſa.

III. Quanquam rei veritate inſpecta, ipſa domus tempore dictæ venditionis, & ante, & poſt, fuerit ac hodie ſit precii valoris & æſtimationis florenorũ 250. & vltra.

IIII. Propter quod conſtat manifeſtè ipſum Simonem, occaſione dictæ venditionis, fuiſſe & eſſe enormiter læſum & damnificatum, circumuentum vltra dimidiã iuſti precii.

V. Dicit inſuper & proponit idem Simon, quòd poſt exceſſum ſuæ ætatis XXV annorum, dum per Commune Papiæ miſſus eſſet Venetias in legatione, ſeu Ambaſſaria, & in ea moram traxiſſet longo tempore, ecce quòd Philippinus de Folbertis vendidit & alienauit dicto Iacobo perticas XXVI neæ ipſius Simonis, poſitæ & iacentis in territorio Claſtigii, cui cohæret, &c.

VI. Quas dictus Iacobus prætendit ſe, durante dicta abſentia dicti Simonis, legitimè præſcripſiſſe.

VII. Quamuis idem Simon, tanquam ex ipſis aſſertis venditione & præſcriptione enormiter læſus & damnificatus, dixerit & proteſtatus fuerit, ac de præſenti dicit, proponit, & proteſtatur, ſe enormiter fore & eſſe læſum & damnificatum & ob hoc meritò aduerſus ipſam venditionem & præſcriptionem, in quãtum ſint aliquæ vel alicuius exiſtentiæ (quod tamen negatur) fore & eſſe in integrum reſtituendum, & reſtitui debere, & reponi in illo ſtatu & gradu in quibus ipſe Simon fuerat & erat ante eius abſentiam, & tempore ſuæ abſentiæ & dictæ venditionis & præſcriptionis ſequutæ, prout iura diſponunt.

Quocirca ſæpè dictus Simon petit & requirit à vobis domino Vicario antedi-

cto, quatenus ex officio vestro, & omni alio modo, iure, via & forma, quibus meliùs fieri potest, pronuncietis & declaretis omnes & singulas suprascriptas venditiones, alienationes, & præscriptiones, fuisse & esse nullas, nulliúsque valoris & momẽti. Et inquantum aliquæ esse appareant, pronuncietis & declaretis per vestram sententiam diffinitiuam prędictum Simonem fuisse & esse earum occasione enormiter læsum, & ob hoc fuisse & esse in integrum aduersus ipsas, & quamlibet earum, in integrum restituendum, & restitui debere: eundémque Simonem actualiter & realiter aduersus ipsas alienationes, præscriptiones, & quamlibet earum, in integrum restituatis, & ad statum pristinum reducatis & reponatis, cum omnibus suis iuribus, actionibus & defensionibus. inducendo & reponendo ipsum in corporalem tenutam, & possessionem dictarum domus & vineæ. Et amplius condemnetis dictum Iacobum ad dimittendum & relaxandum liberè & expedirè, suprascripto Simoni suprascriptas domum & vineam, simul cum fructibus per eum ab hodie retro habitis & perceptis, & etiam in futurum percipiendis: nec non & in expensis per dictum Simonem factis & fiendis.

Et prædicta petit, &c. Deducendo in præsenti iudicio &c. Saluo iure, &c. Non astringens, &c.

SVMMAE.

1 *Restitutio in integrum datur, deficiente alio remedio ordinario, causa cognita.*

2 *Libellus offertur in restitutione in integrum.*

3 *Iudex, non arbiter, de restitutione in integrum cognoscit etiam incompetens, si incidenter de ea quæratur.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Sciendum est pro euidentia quòd in integrum restitutio fundatur super æquitate l. 1. D. de mino. 1 Et † datur solùm in subsidium deficiente alio remedio communi & ordinario. vt l. in causæ. §. 1. D. de mino. Ideóque requiritur in ea legitimæ causæ cognitio. vt in l. omnes. D. de in integ. restitutio. l. in causæ. §. causa cognita. D. de mino.

2 Et † libellus debet offerri, sicut in aliis communibus actionibus. vt in l. quod si minor. D. de mino. in fin. & in c. fina ext. de offi. iud. & notata per glossam & doctores super rubri. in l. 1. D. de interro. ac. & per Iacob. Butri. in l. 3. C. de pol. & per

& per Barto. in l. 4. §. hoc autem. D. de dam. infect. & per glossam in l. 2. §. dies. D. quis ordo. in bo. poss. fer. Et conceditur hæc restitutio ex variis causis, vt infrà notabitur.

3 Potest † autem quilibet iudex habens iurisdictionem (non autem arbiter vel arbitrator) de tali restitutione cognoscere, vt l. 1. §. final. C. vbi & apud quos. Et si forsitan aliquis esset iudex incompetēs principaliter agendo de ipsa restitutione, attamen si incidenter [a] de ea quæratur, poterit de illa cognoscere. vt d. l. fin. in fi. & in c. causa. de in integ. restitutio.

SVMMAE.

1 *Duo copulatiuè requiruntur ad restitutionem in integrum, minor ætas, & læsio non minima.*

2 *Minor ætas computatur de momento ad momentum, & dies vltima cæpta pro completa habetur.*

GLOSSA II.

ET *minor annorum* XXV. 1 Scire † debes quòd duo requiruntur copulatiuè vt detur restitutio, videlicet minor ætas, & læsio. vt l. nam & postea. §. si minor. D. de iureiur. & debet læsio esse magna, & non modica. vt in l. Scio. D. de in integr. restitutio.

2 Ætatis † autem computatio fienda est de momento ad momentum. vt l. 3. §. minorem. D. de mino. & dies vltima ætatis incepta habetur pro completa, sicut in aliis casibus specialibus notatis in d. §. minorem, &c.

SVMMAE.

1 *Restitutio in integrum datur contra emptorem, & cum ad quem res pervenit.*

2 *Restitutio in integrū datur aduersus quemcunque contractum vel distractum.*

3 *Datur restitutio & pro damno passo, & pro lucro amisso.*

4 *Datur restitutio pro legatis, hæreditatibus, iudicijs.*

5 *Venditio à minore tutorem vel curatorem habente facta, est ipso iure nulla, nec opus est restitutione.*

GLOSSA III.

VENDIDIT *& tradidit.* Sic ergo petitur restitutio aduersus venditionem, vt l. 1. & 2. C. si aduer. ven. & contra ipsum emptorem, vt ibi. 1 Et † si non est solnendo, dabitur etiam hoc remedium contra eum; ad quem res ipsa peruenit. & sic apparet quòd est in rem scriptum hoc auxilium. vt habetur in l. In causæ. la. i. §. fi. cum l. seq. D. de mino.

2 Competit † etiam hoc remedium aduersus diuisionem, & transactionem. C. si aduer. transa. & l. 1. & l. seq. Et etiam aduersus præscriptionem. vt l. 1. C. si aduer. vsuc. Et etiam aduersus rem iudicatam. vt l. 1. C. si aduer. rem iud. Et generaliter competit minori læso, aduersus quemcunque contractum vel distractum, quocunque nomine censeatur. vt l. ait prætor, in princ. & §. 1. cum seq. D. de min. 3 Nedū † si rē amiserit, sed etiā si lucrū perdiderit, quia tā dāni q̄ lucri ratio habetur. vt D. de mino. l. ait prætor. in fi. & l. si fine. §. quæsitum. cum similibus. 4 Et † nedum in præmissis succurri-

[a] *Incidenter.* Adde vt per Old. consil. 172.

tur, sed etiam in legatis. vt l. si sine. in prin. & l. 3 §. si quid minori. D. de mino. Ac etiam in hæreditatibus. D. eo. l. ait prætor. §. non solum. & d. l. si sine. §. restituitur. cum seq. Et similiter in iudicijs l. minor omissam. eo. ti. & d. l. si sine. §. fi. cum l. seq. facit regula quæ ponitur in l. non omnia. D. eo. ti. Et hæc procedunt quãdo nulla legitima solẽnitas in alienatione interfuit, quia p seipsum vẽdidit carẽs tũc curatore.

5 Vbi † autem habuisset tutorem vel curatorem, tunc à seipso facta venditio esset ipso iure nulla. Sicque cùm tutus esset iure communi, non haberet locum hoc remedium restitutionis. l. magis puto, in §. ne passim. D. de reb. eo. & l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. min. cum fi. Si autem habuisset curatorem, & eius authoritate alienatio facta esset, adhuc interueniente læsione restitutio competeret. vt in l. etiam. C. si tut. vel cur. interue. & l. 2. eodem titulo.

Svmmae.

1 *Iuramẽtum excludit minorem à beneficio restitutionis in integrum.*

2 *Iuramentum minori non obest, in casibus in quibus maiori succurritur.*

3 *Iuramentum obest minori in omni contractu, distractu, vel quasi.*

4 *Iuramentum obstat debitori, ne possit allegare contractum simulatũ vel fictitium, nisi à iuramẽto fuerit dispensatus.*

5 *Iuramentum impedit vendicationẽ fundi dotalis cuius alienatiõi mulier consensit, nisi prius iurasset se non contra alienationem consensuram, vel se nunquam alias esse usuram.*

6 *Iuramentum impedit mulierem regressum habere ad bona paterna.*

7 *Contractus iure reprobantur sex modis.*

8 *Iuramentum non obest, quando contractus est contra bonos mores, vt in pacto de succedendo, quo indicitur votum captandæ mortis alterius: in pacto quo libera testandi facultas aufertur: in pacto quo libertas matrimonij auferetur: quãdo turpe est in obligatione.*

9 *Testamentum posterius valet, licet prius sit firmatum iuramento indist. nec. secundùm Bartolum.*

10 *Iuramẽtũ nihil operatur cùm contractus est contra vtilitatẽ publicã principaliter, vt in alienatione iurium Regni, Ducatus, Comitatus in prorogatione iurisdictionis pro clericum in iudicem laicum: in venditione v. l legato rerum adibus affixarum in prorogatione instantiæ.*

11 *Vt iuramentum non firmat contractum contra publicam vtilitatem, ita nec renunciatio iuris publici.*

11 *Iuramentum interpositum in cõtractu reprobato odio creditoris (vt in mutuo dato filiofa. in pacto legis cõmissoriæ, in pignoribus) seruandum est, sed eius absolutio impetrari potest*

13 *Iuramentum interpositum in contractu reprobato fauore debitoris (vt cũ mulier intercedit pro alio, cum minor alienat & de ipsis) confirmat contractũ si verba prohibitiua legis referantur ad ipsam dispositionem: secus si ad personam.*

14 *Iuramentum interpositũ in contractu reprobato ob defectũ interesse acquirentis (vt in stipulatione facta alteri) firmat contractum.*

15 *Idem in contractu quod sua vi non subsistit*

subsistit, vt in pacto nudo.

16 *In contractu reprobato ob subditorum vilitates varias, iuramentū firmat contractum, vt in alienatione fundi dotalis, nisi prius mulier iurasset se non alienaturam: in transactione super alimentis futuris: in pacto de non succedendo: in donatione inter virum & vxorem, quæ tamen videtur non firmari iuramento, cùm ratione publicæ vilitatis sit prohibita.*

17 *Canones destruunt statum laicorū, vt amplient sub simulata cōsciētia statum clericorum.*

18 *Iuramentum non firmat contractum reprobatum ob defectum solennitatis probatoriæ: quia propter publicam vilitatem introducta est.*

19 *Iuramentum non firmat contractū reprobatum ob defectum solennitatis formalis.*

20 *Iuramentū operatur vt contractus valeat eo modo quo melius potest.*

21 *Iuramentum non firmat contractum reprobatum ratione materiæ.*

22 *Breue Dyni distinctio, quando iuramentum firmet vel non, contractum reprobatum.*

GLOSSA IIII.

Vnc iurauit ratam habere. Hic est multum aduertendum super effectibus, qui insurgunt ex iuramento. 1 Primò † itaque sciendum est quòd iuramentum excludit minorem à beneficio restitutionis in integrum, per quod infiniti minores remanent consumpti, vt plenè traditur in Auth. Sacramenta puberum. C. si aduersus ven. Cuius ratio est, secundùm glossam, quia hoc iuramentum facit eum maiorem. vnde qua ratione maior vendens non possit petere se restitui, sic nec iste minor, qui taliter iurauit.

2 Vbi † ergo interueniret in alienatione talis deceptio in pretio, propter quam maior iuuaretur (vt est exemplum in l. 2. C. de rescin. vend.) vel si dolus aut metus dedisset causam contractui, tunc etiam minor interposito iuramento iuuaretur, secundum aliquos. vt plenè notatur per glossam & doctores in d. l. 2. & ego plenè scripsi in forma libelli, in quo agitur contra venditorē, &c. vbi plenè vide.

3 Item † procedit dicta regula, quæ est quòd iuramentū habet firmare contractum, & minori auferre in integrum restitutionis beneficium, in quocunque alio contractu, vel distractu, seu quasi, tam donationis quàm locationis, compromissi, & similium, vt plenè notatur per glossam in tit. de pace iur. firm. §. item sacramenta. & per doct. in d. Auth. Sacramenta.

Operatur etiam hoc iuramentū alios effectus. 4 Nam † priuat debitorem, ne possit allegare contractum initum esse simulatum [a] vel fœneratitium, nisi prius ab episcopo fuerit absolutus. vt in c. debitores. de iureiur.

5 Priuat † etiam mulierem ne possit fundū suum dotalem ab emptore reuocare, si eius alienationi consenserit. vt in cap. cùm contingat. de iureiur. & in cap. licèt mu-

[a] *Simulatum.* Istud non est verum de contractu simulato, quia sicut est simulatus contractus, ita & iuramentum. ita glos. & Bald. in l. 2. C. plus va. quod agi. ita Bart. in l. si quis pro eo. D. de fideiuss. ita Abb. fic. no. in c. ad nostram. de emp. & vend.

liceret.de iureiur. libro 6. Nisi fortè (quod est menti tenẽdum) ipsa mulier priùs iurasset[2], se nunquam cõsentire alienationi, vel nunquam alienaturam, quia tunc sequens iramentum nullius esset effectus, & audiretur mulier repetens suũ fundum, isto secundo iuramento non obstante, vt determinat Hosti. & Ioan. Andr. in d.c. licèt. quod nota semper.

6 Priuat† etiam mulierẽ, quæ iurauerit se non habituram regressum ad bona paterna, dicens se dote sua fore contentam. vt in c. quamuis. de pact. libro vi. & notatis per doctores in l. pactum quod dotali. C. de collat. licèt regulariter pactũ de futura successione non teneat. vt in l. fin. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. & ibi plenè per Bartolum.

Et quoniam huiusmodi iramẽta solent interponi super variis speciebus contractuum, qui quãdoque sunt de se validi, quãdoque inualidi, & dubitatur quid operentur iuramenta super eis interposita, pro tanto sciendum est qui contractus sunt inualidi, vel quæ dispositiones inualidæ. & econtra. 7 Vbi† tic colligę (ob breuitate, quod aliquãdo & primò contractus vel dispositio reprobatur à iure, quia est cõtra bonos mores. Secũdo reprobatur ratione publicæ vtilitatis principaliter. & secundariò ratione priuatæ. Tertiò econtra reprobatur ratione priuatæ vtilitatis principaliter, & secundariò ratione publicæ. Quartò, ex defectu solennitatis probatoriæ. Quintò, ex defectu solennitatis formalis, Sexto, ex defectu rei, vel personæ, seu materiæ.

8 Redeo † ad primum, quando reprobatur quia contra bonos mores: cuius exempla sunt plura, videlicet in pacto de succedendo affirmatiuè concepto, per quod inducitur votum captandæ mortis alterius. vt in l. fin. C. de pactis. & in c. ne captandæ. de præbend. Item in pacto per quod libera testandi facultas aufertur, de quo in l. stipulatio hoc modo. & ibi per Bartolum de verbo. oblig. Item in pacto per quod aufertur matrimonii libertas. vt in l. Titia. in princip. de verb. obl. Item in omni turpi, & inhonesta conuentione, quando turpe est in obligatione. vt habetur & notatur in l. generaliter, & l. si plagij. D. de verb. oblig. In quibus casibus & similibus iuramentum hoc interpositum est nullius effectus: vt plenè tradit per Dynum in regula, *Non est obligatorium*, de regulis iuris libro vi.

Et hæc faciunt ad quæstionem per me publicè disputatam. Ecce quòd testator filium suum emancipatum præteriit, extraneo instituto, & in ipso testamento iurauit ipsum testamentum non reuocare, deinde facit aliud testamentum in quo dictum eius filium sibi hæredem instituit, quæritur an secundum testimentum valeret non obstante iuramento.

2 *Iurasset.* Nota tamẽ quòd licèt de iure communi contractus minoris vel mulieris iuramento firmetur, tamen quando adest statutum requirens in contractu consensum proximiorum nihil operatur instrumentum absque consensu, ita Bartol. in l. si quis pro eo. D. de fideiuss. ita Bald. in l. 2. C. de rescin. vend. & in l. non dubium. C. de le. quod no.

9 Et† de-

9 Et† determinaui distinguẽdo. aut filius commiserat talem ingratitudinem propter quam poterat fieri exhæredari, vel præteriri, & tunc secundum testamentũ nullum erit, obstante iuramento adhibito in primo. Aut non commiserat talem ingratitudinem, & tunc tenebit secundum, & non primum: quia hoc casu iuramentum interpositum fuit contra bonos mores, qui volunt quòd bona patris deferantur in filium. vt l. fi. quæ incipit, Cum ratio. in prin. D. de bon. dam. & l. in suis. D. de lib. & posth. Bartolus hanc quæstionem ponit in lege si quis in principio testamenti. D. de leg. 3. & determinat secundum valere.

10 Venio† ad secundum articulum, qui est quando contractus reprobatur ratione publicæ vtilitatis principaliter. Cuius exempla multa sunt, videlicet quando fit alienatio iuris regni[a], vel ducatus, aut comitatus, & interponitur iuramentum super tali alienatione. nam nullius redditur effectus talis alienatio: vt habetur in c. intellecto. de iureiur. Et etiam exemplũ in prorogatione iurisdictionis facta per clericum in iudicem laicum, vt in c. fi diligenti. de fo. compe. Et in venditione vel legato rerum quæ ædibus sunt affixæ. D. de contrahen. emp. l. senatus. & in l. cætera. D. de leg. 2. Et in pacto prorogationis instantiæ. vt l. properandũ. §. & si quidem. C. de iudi. & in aliis multis similibus, de quibus in l. iurisgentiũ. §. si paciscar. D. de pac. & l. 2. & lege quemadmodum. C. de agricult. & censi. in quibus iuramentum interpositum nihil operatur, nec confirmare habet huiusmodi dispositiones. 11 Et† per hoc sequitur quòd si per statutum aliquid disponatur fauore publicæ vtilitatis principaliter, quòd tali statuto non potest renunciari: quia si iuramentum non operatur, multò minus renunciatio.

In tertio articulo qui est econtra ad proximum, videlicet quando reprobatur ratione priuatæ vtilitatis principaliter, considerandum est quòd aliquando contractus, vel pactum siue dispositio reprobatur odio creditoris, aliquando fauore debitoris, aliquando ex defectu interesse ex parte acquirentis. aliquando ex debilitate virtutis ipsius dispositionis, aliquando propter alias subditorum diuersas vtilitates. 12 Si† quidem reprobetur dispositio odio creditorum (exemplum habetur in filiofamilias sumente pecuniã mutuò. vt l. 1. cum seq. D. ad Maced. & C. ad Maced. per totum. Et in pacto legis commissoriæ super re pignorata. vt l. 1. C. de pact. pig.) tunc iuramentum super his interpositum operatur effectum confirmatorium ipsius contractus, & conuentionis. vt in cap. significante, ext. de pign. & ibi per Iono. Licèt Bartol. in lege si quis pro eo. D. de fideiuss. dixerit hoc iuramentum solùm super his interpositum seruandum, non autem confirmari contractum. Vnde, secundum eum poterit impetrari absolutio à iuramento per notata in capit. debitores, de iureiur. & inde quod solutum fuerit repeti poterit per condictionem sine causa. quod fieri non

a *Iurium regni.* Limita. 3. per Oldr. consil. 93. vbi de regia donatione iurata.

poterit secundùm opinionem Inn. Item est ad idem exemplum, in officiali emente & contrahente eius officio durante. vt in l. non licet. C. de contrab. emp. & l. fin. C. si quis alteri vel sibi.

13 Dix.† secundò quòd reprobatur interdum fauore debitoris, Cuius exempla sunt in muliere intercedente pro alio, cui succurritur beneficio Vellei. vt l. 1. cum sequentibus. D. & C. ad Vell. per totū. Idem in minore læso ex venditione rei suæ, (vt in præsenti libello) cui datur restitutio, vt in l. ait prætor. D. de minor. & C. si aduer. ven. l. 1. & in aliis similibus casibus. In quibus dicendum est quòd iuramentum interpositum operatur effectum confirmatorum. vt in c. cùm cõtingat. ext. de iureiur. & in d. Auth. sacramenta. Verumtamen (secundùm Bartolum, in d. l. si quis pro eo) multùm considerandum est in præmissis casibus quando fauore debitorū, vel odio creditorum contractus reprobatur, qualiter verba legis, vel statuti sint concepta. Aut enim verba prohibitiua referūtur ad personam disponentem, aut referuntur ad ipsam dispositionem. Primo casu, verbi gratia si statutum dicat, Mulier, vel minor, aut filiusfam. nõ possit contrahere, vel distrahere, sine tali solennitate, vel absolutè disponat: & tunc iuramentum nil operatur, nec confirmationem inducit, quia reperitur factum & interpositum contra præceptum legis, & per hoc inducit peccatum mortale. vt in c. 2. de maio. & obe. ergo nõ est obligatorum. vt in d. reg. nõ est obligatorum, licèt Innocen. teneat contrarium in c. veritatis, de iureiu. Secundo casu, verbi gratia, si statutum dicat, Conuentio facta cum muliere, minore, aut forensi non teneat, & tunc firmatur iuramento, secundùm eum. arg. d. c. cùm cõtingat, quæ omnia sunt multum notanda, quia per ea possunt decidi multæ quæstiones quæ descendunt ex statutis.

14 Tertio† casu, quando dispositio reprobatur ex defectu interesse ex parte acquirentis, vt patet ex stipulatione facta alteri. de qua in l. stipulatio ista. §. alteri. D. de verb. obl. & in §. alteri Iosti. de inutil. stipul. tunc iuramentum operatur & habet confirmare contractum, qui fundatur super obligatione naturali: vt notat. in c. 1. ext. de pact.

15 Quarto† casu quando reprobatur ex debilitate suę virtutis. Cuius exemplum est in pacto nudo, quod per se nó producit actionem, vt plenè traditur in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. D. de pact. tunc etiam tale pactum firmatur iuramento, & efficitur efficax ad agendum, per regulam quę est. Quòd omne iuramentum quod non vergit ad interitum salutis æternæ seruandum est. vt in d. c. cùm contingat, cum ibi notatis.

16 Quinto† verò casu, quando dispositio reprobatur propter varias subditorum vtilitates, multa referuntur exempla. videlicet in alienatione facta fundi dotalis. de qua habetur in l. 1. cum seq. D. de fun. dot. quo casu talis alienatio iuramento firmatur, non per legē. sed 17 per† canones, qui destruunt statum laicorum, vt amplient sub quadam simulata conscientia statū clericorum: vt habetur in dict. c. cùm contingat, & in c. licèt mulieres, de

res. de iureiur. Niſi prius [a] mulier iuraſſet ſe non alienaturam, quo caſu ſecundum iuramentum non teneat, ſecundùm Io. And. vt ibi not. Item eſt exemplum in tranſactione facta ſupra alimentis futuris, quæ reprobatur à iure, l. cùm hi. D. de tranſact. tamen iuramento confirmatur [b] ſecundùm eum. Item eſt exemplum in pacto de non ſuccedendo, de quo tractatur in l. pactum. C. de colla. & l. fi. C. de pact. & l. pactũ. quod etiam iuramento firmatur. vt in c. quamuis de pac. lib. vi. Eſt etiã exemplum in donatione inter virũ & vxorem, quæ etiam firmatur iuramento, per regulam generalem. Quod omne iuramẽtum quod poteſt ſeruari, &c. vt in d. c. cùm contingat. ſecundùm Bart. & Guil. de Cu. & l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iuravero. D. de iureiur. Quod non eſt verum, cùm ratione publicæ vtilitatis principaliter ſit prohibita, ergo in ea iuramentum nil operatur, vt infrà proximè, & ſuprà dictum eſt.

18 Super † ſexto articulo, qui eſt quando contractus vel diſpoſitio reprobatur ex defectu ſolennitatis probatoriæ, ſunt exempla in teſtamento nuncupatiuo, in quo requirantur ſeptem teſtes, vel in alio contractu, in quo certus numerus teſtium requiritur. in quo caſu, ipſa ſolennitate deficiente, contractus vel teſtamentum nõ roboratur per iuramentum: quia hæc ſolennitas propter publicam vtilitatem eſt introducta, ſicque remitti non poteſt. vt l. nemo poteſt, de leg. 1. & l. ius publicum. D. de pact.

19 Circa † ſeptimum articulũ, qui eſt, quando reprobatur contractus ex defectu ſolennitatis formalis, exempla patent in ſtipulatione, in qua requiritur interrogationem præcedere & reſponſionem ſequi. vt l. 1. §. 1. D. de ver. obl. & C. de contraben. & com. ſtip. & l. 1. & aliis ſimilibus. Certè tali ſolennitate deficiente non confirmatur ſtipulatio iuramento tanquam ſtipulatio, ſed bene firmabitur tanquã ſimplex pactum. 20 quia † effectus iuramẽti eſt, vt diſpoſitio valeat eo modo, quo melius poteſt. ſecundùm Bart. in l. cùm pater. §. filius matrem. D. de leg 2.

21 In † vltimo autem articulo, quando diſpoſitio reprobatur ratione materiæ vel rei, patent exempla ſi fiant cõtractus ſuper re ſacra, vel libero homine, vel ſimilia de quibus loquitur l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. D. de ver. obl. & l. liberi. D. de contrah. emp. & l. apud Iulianum. §. fi. de leg 1. Quibus caſibus iuramẽtum nihil operatur, tanquam interpoſitum ſuper impoſſibili de iure: vt in d. §. fi. & notatur in d. c. nõ eſt obligatoriũ. & pleniſſimè per Bart. in d. l. ſi quis pro eo. 22 Vel † ſi vis prędicta omnia pleniùs colligere & breuiùs, die ſecundùm Dynũ. Quòd aut contractus vel diſpoſitio reprobatur à iure, quia turpis, vel contra bonos mores, aut quia impoſſibilis de iure, vel natura: & tunc iuramẽtum nil operatur. vt in d. c. non eſt obligatoriũ, cum ſimilibus. Aut reprobatur fauore, vel odio cõtrahen-

[a] *Niſi prius.* Intellige niſi ille cum quo contrahit ignoraret quòd priùs iuraſſet, quia tunc tale iuramentum non præiudicat ei qui iurat. ita voluit Bald. conſilio 117.

[b] Iuramento confirmatur.

tis vel disponentis principaliter, & tunc iuramentum operatur. Aut ratione publicæ vtilitatis principaliter, & nihil operatur. & ad hoc reduntur omnia superiora exempla. In omnibus autem casibus, in quibus iuramentum operatur, potest ex iusta causa peti absolutio ab episcopo, parte tamen prius citata, vt scripsi supra circa formam iuramenti, quod defertur à parte parti.

SVMMAR.

1 *Ob lesionem vltra dimidiã iusti pretij contractus rescinditur, absque restitutione in integrum.*

2 *Minor restituitur, & si non aliter ledatur quam quia fundo paterno caret.*

GLOSSA V.

ET *circumuentum vltra dimidiam iusti precij.* 1 Hic nota quòd propter talem læsionem ne dum minor ætate, sed quilibet, maior potest petere contractum rescindi, etiam sine restitutione in integrum impetranda. vt supra dictum est, & habetur in d.l.2. C.de rescin.ven. Si tamen minor iurauerit super tali cõtractu, tunc die vt supra. 2 Et† quia hic præsupponitur quòd domus fuit paterna, alioquin non interuenisset hæc lesio, posset minor petere restitui. quod est notandum, vt habetur in l. si in emptione. D. de minor.

SVMMAR.

1 *Ex causa legationis maior restituitur.*

2 *Legati debent esse tales vt amentur ab iis qui mittunt, & ad quos mittuntur.*

3 *Legati immunes sunt à vectigalibus durante legatione.*

4 *Maiores restituuntur non solùm ex causa necessaria, sed etiã probabili.*

5 *Restitutio datur absenti, & contra absentem.*

6 *Datur & ob damnum passum, & ob lucrum amissum, si modò lucrũ non erat quærendum cum alterius iniuria.*

GLOSSA VI.

IN *legatione seu ambassaria.* 1 Adiecit* † quòd hæc causa legationis est sufficiens ad præstandum in integrum restitutionem, ex clausula generali. *Si qua mihi iusta causa esse videbitur*, de qua habetur in l.1. in fi. D. ex quibus cau. maior. & probatur in l. sed si per prætorem. §. fi. & l. qui mittuntur. §. h. cum l. seq. D. ex qui. cau. maior. facit. D. de leg. 1. cũ seq. 2 Debẽt† autem esse huiusmodi legati tales, qui diligantur à mittente, & ab eo cui mittuntur, & experti in arte ipsa. vt notat Arch. in c.2. ext. de re iudic. lib. vi. 3 Et sunt† exempti durante legatione, à præstatione vectigalium. & quibusdam aliis. vt notatur in l. A legatis. C. de vectig. & l. sed & reprobati. §. sunt autem de excu. tu.

4 Sunt† præterea aliæ causæ ex quibus maiores ætate in integrum restituuntur. de quibus traditur in l. succurritur, & in l. præce. & sequentibus. D. ex qui. cau. maio. sine causa ut probabilis tãtum sine probabilis & necessaria. vt in d. l. Sed & si per prætorem. §. fin. & in l. necnõ, in prin. D. eo. tit. & plenè nota. per glo. in l. fi. D. de in integ. resti.

* *Adiecit.* Bald. in l. respublica. C. ex quib. caus. mai. Angel. in l. cùm quidam D. de acqui hære. doc. in leg. prin. C. quomodo & quando iudex.

5 Quid

5 Quid † autem econtra, an dabitur restitutio contra illum qui fuit in legationem missus? Dic q̃ sic, quia non solum succurritur absenti contra præsentem, sed etiam præsenti contra absentem, ex dicta generali clausula. vt in l. item ait prætor. in prin. & in fi. l. seq. & in l. fi. D. ex qui. cau. ma.

6 Quæ † restitutio non solũ tribuitur occasione dãni passi, sed etiã lucri amissi. vt l. & si fine. l. Iulianus. §. fi. eo. ti. dum tamẽ lucrum fuisset quærendum sine alterius iniuria, aliàs nõ competeret restitutio. l. fi. cẽdum, & l. denique, & l. nec vtilem. D. ex quib. cau. maior.

Summae.

1 *Contra præscriptionem longam & longissimam datur restitutio.*

2 *Præscriptio conuentionalis cœpta contra maiorem, currit contra minorem cum effectu.*

3 *Idem in præscriptione legali, quando tendit ad confirmationem contractus habiti cum defuncto. Si nõ tendit, præscriptio currit, sed datur restitutio.*

4 *Præscriptio cœpta contra minorem hodie ipso iure non currit, in casibus in quibus iure veteri restituebatur, in aliis currit cum effectu.*

5 *Minori currunt præscriptiones iure municipali vel consuetudine inductæ, sed restituitur.*

6 *Maiori læso, facto pupilli vel absentis, succurritur.*

GLOSSA VII.

Præscripsisse. 1 Nedum † contra alienationem, sed etiam contra præscriptionem longam vel longissimam succurritur tam maiori, quàm minori, ex iusta causa. C. si aduers. vsuc. l. 1. & l. quod tẽpore. C. de rest. mil. cũ ibi notatis. & l. necnõ. §. extraneo. & l. ab hosti. §. sed quod simpliciter. D. ex qui. cau. ma. facit etiã l. 1. §. 1. & l. nẽ ait prætor. in prin. eo. ti. licèt hodie in minoribus aliter sit dispositum.

Vnde (secundùm Cy. in l. fi. C. in qui. cau. in integr. rest. nõ est necesse) hic distingue: Aut præscriptio tẽporalis cœpit contra prædecessorem ipsius minoris, qui prædecessor erat maior, aut contra ipsum minorem. 2 Primo † casu aut loquimur de præscriptione conuentionali, & illa currit contra minorem, & cum effectu. vt in l. AEmilius. D. de minor. Aut quæritur de præscriptione legali, & tunc licèt sint opiniones diuersę, tamen secundũ Iac. de Aret. distingue: 3 Aut † est præscriptio, cuius cursus tendit ad confirmationem contractus habiti cum defuncto. & tunc currit ipso iure, & cum effectu. l. si intra. C. de non nu. pe. cum simil. lib. Aut ad confirmationẽ non tendit, & tunc currit, sed datur restitutio, vt no. in l. 1. C. si aduer. vsuc. & l. 1. & 2. C. si aduers. ven. pig. Fallit in præscrip. 30. anno. quia seruatur quod traditur in l. fi. in fine C. in qui. cau. in integ. rest. nõ est necesse. & in l. sicut C. de præsc. 30. anno.

4 Secundo † casu principali, quãdo præscriptio cœpit in persona minori, subdistingue. Aut est talis præscriptio, quam ius antiquũ volebat currere sine aliqua spe restitutionis in integrũ: & tunc etiã hodie currit similiter cũ effectu. Aut est talis quæ curreba, sed dabatur restitutio: & tunc hodie ipso iure minori non currit. vt in d. l. final. Fallit in casibus, videlicet in lege

properandum. §. penult. C. de iudic. propter rigorem iuris conseruandum, vt in Authen. de appellat. & intra quę temp. §. 1. Aut est talis prę scriptio, quæ de iure veteri non curebat, & adhuc hodie non currit. vt l. 2. C. in quibus cau. in integ. resti. nō est necesſ. Et præmiſſa procedūt ſecundū Inn. in præſcriptione clauſa in corpore iuris.

5 In † cæteris autē præſcriptionibus extra corpus iuris inductis. vt per legem municipalem, vel cōſuetudinem, non iuuatur minor hodie ipſo iure, ſed ope reſtitutionis tantum. vt notatur per eum in c. cōſtitutus. in fin. de reſtit. in integ. Vt de etiam quæ habentur in l. non eſt incognitum. C. quibus non ob. lon. tempo. præſcrip. 6 Maiori † autem læſo facto, pupilli, vel abſentis etiam ſuccuritur alia via, & alio remedio. vt in l. vt perfectius. C. de anna. exceptio.

SVMMAR.

1 *Reuerſus qui tacuit per biennium, quo præſcriptio impleta eſt, non reſtituitur in actionibus: ſed in rebus immobilibus reſtituitur, ad id tempus quod poſt abſentiam ſupereſt.*

GLOSSA VIII.

DVrante abſentia dicti Simonis legitimè præſcripſiſſe. Fuit ergo in eius abſentia completa præſcriptio. 1 Quid † ergo ſi ante ipſam completam. per duos annos reuerſus eſt domum, & tacuit, nec ipſam interrupit prę|criptionem, & ſic in eius præſentia compleꝛa fuit, an volens in integrum reſtitui audiendus erit? In qua quæſtione varię reperiuntur opiniones: vt plenè recitant Glo. Cy. & Docto. in d. l. quod tēpore, & per Bart. in d. §. ſed quod ſimpliciter. Concluſiuè autem ſcē dum eſt quòd quidam dicunt ipſū non debere reſtitui propter eius negligentiam. iura enim negligentibus non ſuccurrunt, vt l. pupillus. in fin. D. de his, quæ in fraud. cred. & l. non enim. D. ex qui. cau. maior. & videtur probari in d. §. ſed quod ſimpliciter. Alii autem dicūt quòd reſtitutio eſt concedenda, non ad illud totum tempus quod fluxit in eius abſentia, ſed ad illud ſolū quod ſupereſt, facta compenſatione temporis abſentiæ & præſentię, vt ſic tempus cum tempore confundatur, & quod ſupereſt reſtituatur. Exemplum eſt, pone quòd ſtetit abſens quatuor annis, & præſens duobus, fiet reſtitutio temporis duorum annorum: quia reliqui inuicem confunduntur. Alii (vt Iacobus de Are. quorum opinionem ſequitur Cy.) diſtinguunt: aut ipſe Simon reuerſus ſciuit rem ſuam præſcribi, & tunc ſi negligens fuit in nihilo reſtituitur, ita intelligatur prima opinio. aut ignorauit, & tunc habet locum ſecunda opinio. Bartolus autem in d. §. ſed quod ſimpliciter, diſtinguit. aut loquimur in præſcriptione actionū, & tūc procedit prima opinio. aut in præſcriptione rerū immobilium. & tunc procedit ſecunda opinio. Rationes autē & iura gratia breuitatis omitto. ibi vide.

SVMMAR.

1 *Cùm contractus eſt nullus, fruſtra petitur in integrum reſtitutio.*

2 *Reſtitutio eſt beneficium reſciſſorium.*

GLOSSA IX.

IN quantum ſint aliqua. Videſ hic quòd conditionaliter petitur hęc reſtitutio

restitutio,nec immeritò. 1 quia † si contractus & alienatio sunt ipso iure nulla,fruſtra peteretur eos beneficio reſtitutionis reſcindi. vt notabiliter dicit textus.in l.in dubium. in fin. C. de tuto. & cura. qui satisf. non deb. Facit l.nam & si sub condi tione.§.rumpendo.D.de iniu.rup.& irri.teſta.

2 Conſtat † autem hoc beneficium reſtitutionis eſſe reſciſſorũ. vt in d.l.nec non.§.fina. & pen.D.ex quibus cau.ma.Et in §.rurſus. & ibi plenè,de hac materia,Inſti.de actio. Et quòd sub tali cõditione peti poſſet hæc reſtitutio,probatur in c.con ſtitutus,de in integ.reſtitutio.

GLOSSA X.

Quo circa. Hîc incipit concluſio libelli,quam tene menti.

Svmma.

1 *Officio iudicis petitur reſtitutio à minore & maiore.*

GLOSSA XI.

Quantum ex officio veſtro. 1 Ad uerte † quòd ſicut illa reſtitutio,quę tribuitur minoribus,petitur officio iudicis. vt in c. fin.ext. de offic. iudic. cùm ſimilibus ſupra allegata hæc reſtitutio,quæ tribuitur maioribus:vt probatur in l.ſi quis ſtipulat[a].D.ex qui.cau.maior.quod ſequuntur Cyn.in d.l. quod tempore, & in vtraque requiritur libellus, vt in d.c.fi.& ſupra dixi.

Svmma.

1 *Iudex de nullitate, idem de reſtitutione pronunciare debet.*

GLOSSA XII.

Viſſe & eſſe nullas. 1 Si iudex † reperiat alienationes fuiſſe nullas, debet ſuper earum nullitate pronunciare, quo caſu ceſſare habebit diſputatio ſuper in integrum reſtitutione danda vel non. Vbi autem reperiet eſſe aliquas, tunc de in integrum reſtitutione pronunciabit, vt §.dictum eſt.&c.

Svmma.

1 *Pro modica Læſione non datur reſtitutio.*

GLOSSA XIII.

Enormiter læſum. Iudex [a] debet aduertere principaliter ad qualitatem læſionis, an ſit magna vel parua. 1 Quia † pro nulla vel modica læſione non conceditur reſtitutio.vt in l.ſi oleum,in fin. D.de dol. & l.ſcio.D.de in integ.reſtitutio.

Svmmae.

1 *Reſtitutio fieri debet per verba de præſenti,quia verba de futuro non diſponunt.*

2 *Cùm minor v.l maior reſtituitur, aduerſarius etiam in priſtinum ſtatum eſt reducendus.*

3 *Reſtitutio minoris non prodeſt eius fideiuſſori.*

4 *Minor reſtituitur contra fideiuſſorem ſuum agentem.*

5 *Sententia ſuper reſtitutione in integrum quandoque eſt diffinitiua, & quandoque interlocutoria.*

6 *Reſtitutio petenda eſt intra quadriennium continuum, poſt minorem ætatem, vel abſentiam.*

7 *Poſt quadriennium non datur reſtitutio ne quidem via exceptionis.*

8 *De reſtitutione data poteſt excipi.*

a Iudex. Bal.in addi.Spec.ti.de re.in integrum.

non de danda.

9 *Heres minoris si non fuit negligens, restituitur, cùm tempus petendæ restitutionis fluxit ante aditam hereditatem.*

10 *Successor an possit uti priuilegio defuncti, vel suo? quid in ecclesia? quid in fisco?*

11 *Cùm iudex condemnat minorem in causa restitutionis in integrum, non potest minor petere iterum restitui, sed debet appellare.*

12 *Minor potest restitui à lapsu instantiæ principalis vel appellationis.*

13 *Sententia lata in pupillum vel minorem non habentem tutorem vel curatorem est ipso iure nulla. Idem si tutor vel curator non interfuit liti à principio. Alias valet ipso iure, sed ope restitutionis rescindi potest.*

GLOSSA XIIII.

EVndeinque Simonem actualiter & realiter. Multùm notanda sunt illa verba. 1 Nam † non sufficit quòd iudex pronunciet simpliciter ipsum restituendum, quia verba de futuro non disponunt, ſvt l. fi a colono. D. de verbo. oblig. & not. per Iaco. Butrin. in l. cùm iudex. Cod. de sen. & inter. om. iu. Vnde necesse est quòd de præsenti actualiter & realiter restituat, dicēdo, *Ipsum Simonē in integrū restituimus, & in suo priori statu & gradu, in quo fuerat ante dictas alienationes & præscriptiones, omnino reponimus & reducimus*, &c. Est enim restitutio prioris status in integrum reposito. vt l. quod remot. §. restitutio. D. de mino.

2 Sed † hoc supposito quòd minor vel maior sit restituendus, nunquid eius aduersarius erit etiam in statu pristino reducendus, seu reponendus? Et vtique dicendum est quòd sic. vt in l. 1. & 2. C. si aduer. transactio. & not. in d. §. restitutio.

3 Inde † quæritur, an data minori restitutione prosit etiam fideiussori eius? Verbi gratia, si fuit minor restitutus aduersus vēditionem, pro qua tenenda fideiussorem præstiterat. Et Glossa videtur tenere quòd hæc exceptio præstitæ restitutionis transeat ad fideiussorem, argumen. in l. exceptio, in fin. D. exceptio. Petrus tenet contrarium. dic plenius vt notatur in l. fin. Cod. de fideiuss. min. & in l. minori 25. annis. D. de minor.

4 Quid † ergo si talis exceptio non potrigatur ad fideiussorem, (secundum aliquos,) an agente fideiussore contra ipsum minorem, poterit ipse aduersus eum etiam petere restitutionem in integrum? Die quòd sic. vt habetur in l. 1. Cod. de fideiusso. mino. & ibi per Cynum, & d. l. minor.

5 Vltrà † quæritur, an sententia lata super restitutione in integrum, sit diffinitiua vel interlocutoria? Super quo distingue: Aut super ea fuit principaliter oblatus libellus, vt hîc, & tunc est diffinitiua: Aut super alio fuit principaliter oblatus libellus, sed incidenter fuit de restitutione quæsitum. Verbi gratia, si minor fuit conuentus ab alio actione reali vel personali, & per modum excipiendi, ipse minor asserit se lesum, & per hoc petit se restitui in integrum; & tunc est interlocutoria. vt habetur in l. nec non. §. extraneo. D. ex quibus cau. maior. ad quod facit regula legis quod iussit. D. de re iudic. & quod ibi notatur, & l. intra vtile. D. de minor. in prin-

prin.& notata in d.cap. constitutus. & in l.nam & postea.§.si minor. D. de iureiurand.

6 Quæritur † amplius infra quantum tempus peti debeat in integrum restitutio? Dic quòd olim peti debebat infra annum vtilem. vt in dicta lege intra vtile. cum similib. hodie verò sufficit illam petere infra quadriennium continuum, post perfectam minoris ætatem, vel absentis reuersionem numerandum. infra quod tempus debet etiam lis terminari: vt habetur in lege superuacuam. Cod.de tempo.in integ. restitu. Et sic tempus istud non currit minoribus nec maioribus, durante absentia, vel ætate minore. vt d.l.superuacuam,& notata in d.§.rursus.

7 Sed † pone quòd tempus huius quadriennij sit elapsum, an per viam excipiendi poterit minor vel maior se defendere petendo se restitui? Videtur quòd sic, quoniam regulariter traditur, quòd ea quæ sunt annoua ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. vt lege pure in fin. de dol. except. In contrarium determinat Cyn. & alij docto. in lege superuacuam. ratio est, quia fuit in ipsius potestate per viam agendi petere se restitui, ideóque sibi imputet si non egit. arg. legis Papinianus. §. si filius. D. de inoffi. te. lege quæsitum. §. in dolo. D. de pecul. cùm similibus. quæ ratio cessat in d.l.pure. Facit etiam ad prædicta regula, qua traditur, 8 Quòd † de restitutione data potest excipi, non de danda. vt habetur in l.nam & postea.§.si minor. D. de iureiuran. & d.§.extraneo.

9 Sed † pone quòd minor decessit infra tempus petendæ restitutionis, & tempus fluxit ante aditam hæreditatem eius, an poterit hæres petere restitutionem? Distingue breuiter hoc modo: Aut hæres fuit negligens, & tunc denegatur restitutio: aut non fuit negligens, & tunc conceditur: vt determinat Cyn. in lege 2. de tempore in integrum restitu.

10 Quid † autem dices si maior succedit minori, vel minor maiori, vel priuilegiatus non priuilegiato, an ipse successor poterit vti proprio priuilegio, vel ipsius defuncti? Dic plenè per Dyn. in cap. si quis in ius, de regu. iur. lib. vi. & in lege hæredem. D. de regul. iur. & per Glossam & Iacob. Butri. in l.ea quæ.C. de restitu. in integ. Et eodem modo quæri consueuit, si ecclesia succedat alicui priuato, an vtatur iure priuati, vel fisci? Et idem in fisco succedente priuato. Super ecclesia, vide quod notatur in cap.1. in fin. cùm similibus ibi notatis. ext. de iure pat. In fisco. vide quæ notantur in l.2.C. de priui. fis.& l.2.C.ad leg.Iul.de vi pub. & l. non intelligitur. §. cùm ex causa, cùm similib. D.de iure fis.

11 Quid † autem diceres si iudex absoluat istum Iacobum conuentum super restitutione, an iterum poterit petere iste Simon se restitui? Videtur quòd sic.per l.1.com seq.C. si aduer.rem iudi. In contrarium est veritas.per textum in l.1.& 2.C. si sæpius, in integ. restitu fuc.pe. Poterit tamen ab hac tali sententia appellare, & sic vti iure communi. vt in dict.l.2.& in c. fina. de in integrum resti. Nec obstant contraria, quia loquuntur quando sententia fuit lata super alio quàm restitutione. vt l. Si ex causa iudicati. in prin.

D.de mino. 12 Et si † forsàn læsus sit circa lapsum instantiæ cautæ principalis vel appellationis, sibi succurritur beneficio restitutionis. vt l.& si fine. §. fi. & l. minor omissam.D.de minor.

13 Vt tamen † latiùs videas, potes sic distinguere, secundùm Barto. in l.contra pupillum.D. de re iudic. & per Cyn. in l.cùm & vos minores. C.si aduersus rem iudica.Cùm quæritur,an sententia lata contra minorem debeat dici nulla,vel ab ea appellari,aut in integrum restitutio peti,sic distingue:Aut sententia fuit lata contra impuberem, aut contra puberem. Primo casu,aut sententia est lata contra pupillum vel minorem 25.annis nullum habentem tutorem vel curatorem,& tunc sententia est ipso iure nulla, tanquam iudicium sit inchoatum & finitum cum persona minus legitima.vt d.l. cùm & vos minores,& l. contra pupillum.& l.acta, in fine. D. de re.iudic. Aut est lata cõtra pupillum vel minorem habentem tutorem vel curatorem. & tunc aut tutor vel curator interuenit à principio litis,vel in processu causæ,& tunc valet sententia ipso iure,sed ope restitutionis potest rescindi, si læsio intercesserit.vt in d.l. cùm & vos minores.2.responsio.C.si aduer.rem iudi.cum si. Aut tutor vel curator nõ interuenit à principio litis,& in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla. vt in d. lege cùm & vos,in princ. & in d. l. contra pupillum,& in l.acta,in fine. Aut interuenit à principio, sed in causæ processu non interfuit, & tunc valet sententia ipso iure,sed ope restitutionis rescindi potest. vt in d. l. si præsens. C.quomodo & quando iud. Aut contra non interfuit à principio litis,sed solùm in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla. ideo non est opus quòd ope restitutionis rescindatur. vt l. momentanea. C.qui legi.perso.

SVMMAE.

1 *Remedium restitutionis in integrum & vendicatio possunt simul cumulari.*

2 *Idem in querela & petitione hæreditatis.*

GLOSSA XV.

Ad dimittendum & relaxandum. Solet in dubium reuocari, an simul vtrunque possit peti, videlicet contractum & præscriptionem rescindi,& possessionem rei restitui. Et dixerunt quidam quòd non, sed res ipsa duobus iudiciis debet expediri, vt primò impetretur rescissio contractus & restauratio actionis, qua obtenta postea intenteretur actio restituta. 1 Tu † autem verius dic,secundùm communem opinionem doctorum vtrunque simul,consecutiuè, & conditionaliter forma de qua hîc posse posse proponi. vt plenè notatur in §. fin. supra. Instit. de actio.& in d.§.extraneo,& per Innoin c.cùm ex literis.in Glossa pen.de in integ. restitu. 2 Sicut † in simili dicitur de petitione hæreditatis, quæ simul & consecutiuè proponi potest,cum querela inofficiosi testamenti. vt notatur in lege de inofficioso. D. de inofficioso testamento.

SVMMAE.

1 *Habens titulum possessionis excusatur à restitutione fructuum.*

2 *Minor non restituitur in debilis, nec pro modica læsione.*

GLOS-

GLOSSA XVI.

Simul cum fructibus. Quæritur an data in integrum restitutione, fiant fructus rei, sicut ipsa res restituend? Et videtur quòd sic. per d. l. quod si minor. §. restitutio. & l. nec non. in d. §. finali. D. ex quibus causis maio. 1 In † contrarium facit, quòd habens titulum excusandus est à restitutione fructuum, vt in l. 2. C. si quis ignor. rem mino. sine decreto emi. & in l. bonę fidei. de acquirend. rer. domi. & plenè notatur per glossam & Bartol. in l. sed si lege. §. scire. D. de petit. hæreditatis. & l. si fur. §. 1. D. de vsucapio. & per Dyoum in c. possessor. de reg. iuris. libro sexto. de quo vide quæ notantur suprà in libello 1. in glossa super verbo *fructibus*.

2 Vltimò † sciendum est quòd regula superiùs tradita, qua dictum est minoribus læsis esse succurrendum, fallit in certis delictis, de quibus plenè notatur in l. auxilium. §. in delictis. D. de minoribus. & C. si aduersus delictum. l. 1. & 2. Item fallit cùm læsio est modica, vt in d. l. sciò. & certis aliis casibus, de quibus in d. l. 1. & d. §. in delictis. plenè notatur, vbi videas.

GLOSSA XVII.

ET *predicta petit.* Ista clausula est sequentibus extendatur, vt notatum est in primo libello, &c.

FORMA LIBELLI in quo agitur ad ficti præstationem & rei relaxationem.

TITVLVS XLII.

ORAM vobis D. Bern. Vicario domini Potestatis Papiæ, dicit, narrat, significat, & proponit vir generosus, ac miles strenuus dominus Manfredus de Beccaria de plebe, filius quondam domini Castelli, agendo & agere volendo contra & aduersus Iacobum Guerlam, & aliam quamcunque personam pro eo, & eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens idem dominus Manfredus quòd iam x. annis decursis, vel circa, inuestiuit suprascriptum Iacobū pro se & suis heredibus, & quibus causam dederit, de domo vna posita in Papia, cui cohæret, &c. ad dandum & soluendum pro ficto, & nomine ficti, omni anno, in festo S. Michaelis florenos quinq; boni auri, & capones duos, prout plenius & latius in instrumento ipsius inuestituræ continetur; ad quod relatio habeatur.

II. Quam domum ipse Iacobus à tempore dictæ inuestituræ citra tenuit & possedit, & dictum fictum soluit

ſpacio duorum annorū primorum: & poſtea eundem fictum ſoluere neglexit & recuſauit ſpacio quinque annorum & plurium.

III. Et vlterius ipſam domum propria authoritate, ſine licentia, ac ſcientia dicti domini Manfredi, alienauit.

IIII. Quibus ex cauſis ipſa domus fuit & eſt aperta & deuoluta ipſi domino Manfredo, & vtile dominium ipſius domus conſolidatum cum directo.

V. Et quoniam ipſe Iacobus ſæpius ſuper ſolutione dicti ficti requiſitus, & ſuper relaxatione dictæ domus interpellatus, tam ipſum fictū ſoluere quàm ipſam domum relaxare indebitè recuſauit & recuſat.

Idcirco cùm prædicta vera ſint, petit & requirit ipſe dominus Manfredus, à vobis domino Vicario antedicto, quatenus per veſtram ſentētiam diffinitiuam cōdemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis, ſuprāſcriptum Iacobum, ad ſoluendum ipſi domino Manfredo, fictū dicti tēporis præteriti quinque annorū quo ſoluere ceſſauit, quod aſcēdit ad ſūmā florenorum viginti quinque vel circa: necnon ad dimittendum & relaxandū dictam domum ipſi domino Mānfredo ſibi apertam & deuoluram, vt prædicitur, cum omni ſuo melioramēto, tam propter ceſſationem dicti ficti, quàm propter alienationem antedictam. ac etiam eundem Iacobum cōdemnetis in cæteris ſuis damnis, intereſſe, & expenſis præteritis & futuris.

Quæ omnia idem dominus Manfredus petit per vos fieri, & executioni mandari, &c. Deducendo in præſenti iudicio, &c. Saluo iure addēdi, &c. Non propterea ſe aſtringens, &c.

SVMMAE.

1 *Simplex locatio ſit intra decēnium: emphyteuſis vltra.*

2 *Locatione non tranſfertur dominiū, nec poſſeſſio: at conceſſione in fundum vel in emphyteuſim ſic.*

GLOSSA I.

COram vobis. Ad huius libelli & eius materiæ pleniorem intellectum, eſt præſciendum quòd quādoque res datur ad ſimplicem locationem, 1 quod † eſt cum conceditur ad minus tempus decennii, & de hac loquitur totus titulus D. C. & Inſtit. Locati. Quandoque conceditur res aliqua ad emphytheuſim, quod eſt quando conceditur vltra tempus

tempus decennii, vel in perpetuum. & de hac propriè loquitur. C.de iure emphyteu. per totum, & D. si ager vecti. per totum. & Insti.loca.§. adeò.& pleniſſimè per Spec. in titu. de loca. Quandoque res datur in feudum, & de hac conceſſione loquitur liber vſus feudorum. Cõcedũtur & aliis variis modis res hæ, pro vt in multis iuris articulis deſcribitur.

2 Differt † autem ſimplex locatio ab aliis conceſſionibus de quibus ſuprà, quia ſimplex locatio non mutat dominium nec poſſeſſionem. vt l.non ſolet.D. loca.Feudum verò & emphyteuſis ſic, quia per illam transfertur dominium vtile. l. 1.& 2. C. de iure emphyteu.& 1.collatio.tit. de inueſti.de re. alie. fac.cum ſimilibus.

SVMMARIA.

1 *Locatis ad maius decennio tranſit in emphyteuſis.*

2 *Inueſtitura perpetuata de octennio in octuniem continet alienationẽ dominii vtilis.*

3 *Poteſt locator ſe obligare ad iterum locandum, finita prima locatione.*

4 *Cõductor ad modicum tempus impenſas vtiles & neceſſarias repetit, niſi aliud actum ſit.*

5 *Conductor expelli non poteſt ante finitum tempus locationis, niſi quatuor caſibus, ſi mercedem non ſolvat. ſi locatori emergat neceſſitas habitandi in domo locata, ſi neceſſariò reficienda ſit domus, ſi cõductor malè in re locata verſetur.*

6 *Si finito tempore locationis cõductor maneat in prædio ruſtico conducto, reconduxiſſe cenſetur uſque ad unum annum. Secus in prædio vrbano.*

7 *Pro tempore ſolutæ penſionis conductor nullo caſu expelli poteſt.*

8 *Conductor non tenetur de caſu fortuito, niſi in ſe periculum ſuſceperit, vel culpa aut mora in eo præceſſerit.*

9 *Culpa præcedere dicitur quatuor modis.*

10 *Conductor factum aut culpam domeſticorum ſuorum non præſtat, niſi ſua culpa præceſſerit.*

11 *Locator quoque conductori non tenetur de caſu fortuito.*

12 *In re commodata fortuitò amiſſa idem ius vt in locata, &c.*

13 *Re in totum perempta liberatur emphyteuta à ſuis præſtatione.*

14 *Colono ſit remiſſio mercedis, ſi fundus chaſmate pereat, ſi ſterilitas emergat, niſi tribus caſibus, non ſi alleget fructuum exiguitatem vel vitioſitatem.*

15 *Sterilitatem & vbertatem vulgi arbitrio metimur.*

16 *Cum fructus debentur ex tali fundo, ſi nulli naſcantur, non propterea liberatur debitor: niſi fundus nominatus ſuit per modum conditionis, vt ſi dixerit, promitto decem modios ex eo quod naſcetur in tali fundo.*

17 *Impenſa quæ reſpiciunt longius tẽpus quam conductionis pertinent ad locatorem.*

GLOSSA II.

Inueſtiuit in perpetuum. Aduerte quòd per hoc quod dicit in perpetuum apparet contractum iſtum eſſe emphyteuticum. Idem ſi dixiſſet vſque ad x II vel x x & amplius annos. 1 Nã † ſecundũ Doctores quãdo ſit locatio ad maius tẽp' decennio tunc tranſit in contractum emphyteuſis: vt ſolet notari in

cle.1.de re.ec.non alie. & per gloss. & doct.in l.codicillis.§.instituto.de leg.2. Et bene facit to.collat.in tit. qualiter olim feud. po.alie. cap.1.§. donare.

2 Sed † quid dices de quæstione illa occurrente, pone aliquis inuestiuit aliquē vsque ad octo annos, deinde eis finitis vsque ad alios octo, & sic deinceps de octennio in octēnium vsque ad perpetuum, vel vsque ad quinquaginta annos, an erit contractus emphyteuticus, & transeat vtile dominium in eum? Dyn. in d. §. instituto, tenuit quòd non, sed erit simplex locatio, arg. l. pluribus. D. de verb.obl. Pro qua opinione facit in arg. l. fcim*. §. pen. & fin. C. de dona. In contrarium tenet Old. de Ponte, in d. §. instituto. dicens quòd talis inuestitura continet alienationem, & dominij vtilis trāslationem, sic quòd cadit in prohibitionem, si aliquis sit rem ipsam prohibitus alienare à testatore, vel à lege. arg. in Authen. de non alien. aut permut. §. illud, col. 2. quia non refert an directò, vel per obliquum fiat contra ipsam prohibitionem, vt l. oratio. D. de sponsal. & l. cùm lex. D. de fideiuss. & l. non dubium. C. de leg. bus. Ex quibus patet, quòd clericus qui non potest sine superioris authoritate in perpetuum inuestiri, vt d. clemen. 2. si faciat inuestituram sub forma prædicta, quòd non valet sine superioris licentia & authoritate. Et pro hac sententia facit c. 1. §. donare. in titulo qualiter olim feu. po. aliena.

3 Veruntamen † subiungit idem Oldradus quòd posset persona se obligare ad locandum post primum terminum finitum in aliud tempus, quia tunc non alienaret, sed se obligaret.

4 Quid † autem si locauit simpliciter vsque ad tempus modicum biennij, vel triennij, aut annorū nouem, & sic minori tempore decennium an conductor expensas, quas in domo fecerit, potest repetere? Dic quòd sic, si fuerint expensæ vtiles, vel necessariæ, vt in l. dominus horreorum. §. 1. & l. colonus, in prin. D. loca. cum similib. Nisi contrarium actum esset, quia in locationibus & emphyteuticis contractibus pacta omnia sunt seruāda. l. 2. in prin. C. de iure emphyteu. & l. legem. l. circa. C. loca.

5 Sed † an [a] cōductor potest expelli de domo ante finitū tempus locationis, vel cōductionis? Dic q̄ non regulariter, vt in l. eadem. & l. si fundo. C. locat. & l. ex cōducto, in prin. & l. si vno. §. planè si dominus. & in l. si in lege. §. colonus. D. loc. & conducti. cū similib. Similiter & ecōtra cōductori nō licet discedere à conductione ante finitū tēpus. vt in d. l. si in lege. §. si domus. & l. si dominus horreorū. §. fi. D. loca. Prima autem regula fallit in quatuor casibus, in quibus licitè potest per locatorem conductor expelli. Primus [b]

a *Sed an.* Vide Bart. in l. si seruus. D. quod cum eo. & Spec. tit. de actore. versic. item excipitur.

b *Primus casus.* Docto in d. l. eadem Bart. in Authen. qui rem, C. de sacrosanc. eccles. Bald. in addit. Spec. tit. de loc. in §. postquam, in ve sic. porro. Bald. in addit. in tit. de actore versic. item quod vult. Bald. in l. Colonus. D. loc & vide docto. in cap. fin. extrà in prælat. vices suas, & ad secundum casum vide Pan. in cap. propter sterilitatem de loc.

est si mer-

est si mercedem, vel pensionem non solverit, etiamsi pactum de non expellendo intercesserit. vt in d.l. ædem. & l. quæro. §. inter locatorem, & l. cum domin. D. loca. Secundus casus est si emerserit de nouo necessitas locatori habitandi in ipsa domo. vt d.l. ędem. Aliter verò si illa necessitas fuisset tempore locationis, tunc non audiretur locator arg. l. quod quis. D. de reg. iur & l. si quis domum. §. 1. in fi. D. locati. Tertius casus [a] est, quando locator habet, propter superuenientem casum & necessitatem, domum reficere. vt d.l. ędem. Quartus casus est, [b] quando conductor malè versatur in ipsa domo, ipsam deteriorando d. l. ędem. in fi. & in Auth. de alie. & emphyt. §. si verò quis, & probatur in c. propter sterilitatẽ. in fi. ad quod facit quod habetur in c. 1. §. quicunque. de pace tenenda & eius violatoribus.

6 Sed † pone quòd finitum est tempus locationis, tamen conductor perseverat in re conducta, an poterit locator ipsum expellere? Distingue. aut est prædium vrbanũ, aut rusticum. Primo casu potest expelli, secundo non potest. vt no. in l. item quæritur. §. fin. D. loca. & quæ sit diuersitatis ratio inter prædium vrbanum & rusticum, vide ibi, quæ talis est. nam in prædio rustico præsumitur tacita reconductio vsque ad annum, propter patiẽtiam ipsius locatoris, & quia fructus nisi per annum capiuntur. quę ratio cessat in vrbano, in quo singulis diebus fructus habitationis recipitur.

7 Quid † si aliquis domum cõduxit vsque ad decennium, & soluit pensionem totius temporis in principio locationis, an poterit expelli in casibus præfictis specialibus à dicta regula exceptis? Dic quòd nõ. imputet enim sibi locator qui pensionem totius temporis recipiendo se à iure deiiciendi excluserit. d. l. ædem. & d. §. inter locatorem. Sed si locator domum vendiderit, poterit tunc emptor conductorem expellere. vt in l. emptorem. C. locati. nisi in certis casibus, quos vide infra in gloss. super verbo *soluere*.

8 Sed † quid dices si ipsa domus fuit casu igne combusta & cõsumpta, vt plerumque accidit, vel equus locatus casu perditus est, an conductor teneatur ad æstimationem? Breuiter in hoc sic distingue, secundùm doctores. Aut conductor in se suscepit periculum casus fortuiti, & tunc tenetur ad æstimationem. vt l. si quis fundum. in princi. aliàs est. §. in. l. si quis domum. D. loca. Aut nullum in se suscepit periculum, & tunc aut culpa eius vel mora præcessit casum, & tunc tenetur de casu. vt in d.l. si quis fundum. §. fina. in fine, & l. videamus. §. 1. in fine, & l. si merces. §. qui colonum. & l. qui insulam. §. qui nullas D. locati.

9 Culpa † autem dicitur præcedere quatuor modis. Primò, si non fecit quod diligens homo fecisset. Secundò, si fecit contra pactum & cõuentionem. Tertiò si fuit in mora. vt hæc probantur in textu & glossa in d.l. videamus. in princ. &

a *Tertius casus.* Gio. & Bar. in l. si duo. in §. eo inquilinus. D. vti pos. Bart. in l. habitatores. D. loc. & Bart. in d.l. ædem.

b *Quartus casus.* Doct. in d.l. ædem. & Bal. in l. 1. C. de sum. trin. Ang. in Auth. quomodo oportet episcopos, & Bart. eod. de seruit. vr. titu. de viis.

§.pe.cum seq. 10 Quartus† modus est, si ille casus contingit facto & culpa suorum seruorum, seu domesticorum. vt in d.l. qui insulam. §.fin.cum similibus.

Aut nulla culpa præcessit, & tũc non tenetur de casu. vt in d.l.fi quis fundum. §.fi.in prin.& l.ex conducto.§.cùm quidam. D. locati, cum similibus. 11 Sic† econtra non tenetur locator conductori, ex casu fortuito in re locata superueniente, ad aliquod interesse. vt l.1. & l. in iudicio. C. loca. & d. l. dominus horreorum.D.loca. 12 In† re autem vel equo gratis cõmodato, dic eodem modo distinguendum vt suprà. Hoc tamen aduertendo quòd ibi distinguitur & consideratur cuius gratia fit commodatum, an gratia vtriusque, scilicet dantis & accipientis, an recipientis tantùm. vt plenè traditur in l.in rebus, in prin. & §.fi.& l.si vt certo.§.interdum, & §. nunc videndũ.D.commo. & Instit. quib.mo.re contra.obli.§.is cui.

13 Et† quæ dicta sunt suprà, procedunt in simplici locatione: nam in re emphyteutica, in qua emphyteuta habet vtile dominium, casu fortuito re ipsa perempta in totũ, liberatur emphyteuta à ficti præstatione, & non aliter. vt l.1.in fi.C. de iure emphyt. An autem emphyteuta teneatur domino ad mercedẽ, credo distinguendum vt suprà.

14 Sed† circa[a] præmissa quæritur quid in fundo rustico locato, an excusetur conductor à præstatione mercedis, si fructibus eius fundi casu aliquo defraudetur? Et in hoc sic concluditur distingue: aliquando conductor seu colonus allegat fundi peremptionem, vel casmositatem, vt quia vi fluminis, vel terræ motu consumptus est, antequam ex eo fructus essent collecti, & tunc excusatur, & fit sibi in totũ remissio mercedis, seu pensionis. vt in l. ex conducto. vers. sed si agere. D.loca. Aliquando allegat fructuũ exiguitatem seu paucitatem, & tũc nulla fit remissio mercedis. quia in casu conuersio, vbi incideret fructuũ abundantia, non augeretur pensio nec merces: vt probatur in l.si vno. §.cùm quidam.D.loca. Aliquando allegat fructuum sterilitatem, & tunc regulariter fit remissio mercedis illius anni. vt l.licet. C. loca. & ibi plenè notatur per Cyn. & docto. Facit quod habetur in l.ex cõducto.§.si vis tempestatis. D. loca. Hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus quando vbertas sequentiũ annorum est tanta, quæ habet supplere sterilitatem præcedentem. vt probatur in d.l. licet, & l.si vno, in prin.D.loca. Secundus est, si omisit negligenter fundum pro tempore futuro colere, non curando de recompẽsatione, secundùm Cyn. qui sic limitat, d.§.cùm quidam, in l.ex conducto.& notata per eum in l.ad comparandas.C.mand.in fin. Tertius casus est, quando in se suscepit casum sterilitatis.arg.d.l.licet, à cõtrario sensu. & in d.l. si quis fundum. in princ. D.loca. Aliquando allegat fructuum vitiositatem, puta acerbitatem & similia, & tunc nulla fit remissio mercedis.vt in d.l. ex conducto. §.1. vers. si qua tamen vitia, quæ distinctio non procedit in re emphyteuticâ vt ſ. notabitur.

15 Solet† tamen in præmissis

[a] *Sed circa.* Vide doct.in l.soluto.D.loc.& in l.si vno,eod.tit.Bald.in l.si merces, eod.tit. Bart.& Bald.in l.1.C.de iure emphyteu.

dubitari quæ

dubitari quæ dicatur sterilitas, & quæ vbertas? Super quo sunt variæ opiniones, vt refert Cy. in d.l.licet. tamen concluſiuè tenetur in hoc standum esse vulgi opinioni, quando de sterilitate dubium versatur. Si verò super vbertate disputatur, tùc secundum aliquos idem est dicendum. Alii verò, vt Io.An. dicũt quod fienda erit tunc contributio vtriusque anni præcedẽtis cum sequenti. Et si reperiatur vterque annus sine sterilitate, tunc sequens annus reputabitur cum vbertate. Credo quod prior sententia sit æquior, & secutior. dic vt ibi per Cy. & glo.

16 Vlterius † quæritur, pro pleniori doctrina præmissorum, pone aliquis promisit dare boccale vnum vini, siue saccos 10. frumenti, ex tali vinea, vel ex fundo, contingit quòd nullus fructus nascitur in dicta vinea vel fundo pro illo anno, quæritur an sit liberatus, vel si supplere teneatur in sequenti anno, vel ex alio fundo dare? Circa quod sic distingue, secundùm docto. vt refert Cy. in l.ii quis argentum. C. de don. Aut fundus ponitur ad solam designationem seu demonstrationem, & tunc non liberatur, sed supplere debet ex alio fundo, vel alio modo. vt in l. quidam testamento. de leg. 1. & de alim. & cib. leg. l. Lucius. Aliquando ponitur fundus ad taxationem & limitationẽ, & tunc subdistingue: aut erat in promissione vnica præstatio tantùm, aut plures per diuersa tempora, vt 10. annua. Primo casu cõsidera, aut fundus fuit taxatus & limitatus solutioni fiendæ purè & simpliciter sine conditione, puta quia dixit, Promitto dare 10. ex fructibus huius fundi, & tunc supplebitur in anno sequenti, licèt ad præsens non possit ad solutionem cõpelli. vt l. firmio. in princ. D. quando dies leg. ce. Aut fuit fundus limitatus & taxatus per modũ conditionis, & sic solutio erat fienda conditionaliter. verbi gratia, quia dictum est quòd promisit soluere 10. saccos frumenti, ex eo quod nasceretur in tali fundo. & tunc quia istud relatiuum, Quod adiectũ verbo futuri temporis facit conditionẽ (vt l. nuper. D. de leg. 3. & l. Stichum qui meus erit. D. de leg. 1) si aliquid non nascatur, tanquam defecta cõditione liberatur, nec tenetur aliũde supplere. vt probatur. D. de contrab. emptio. l. si debitori. §. verisimile, & de vi. tri. & oleo leg. l. cùm certus. Alio autem casu principali quando in promissione sunt plures præstationes fiendæ, puta decem annua vel menstrua, & similia, tunc si nihil in vno anno nascitur supplendum est in alio. vt l. legatum. §. vini. D. de an. leg. & d.l. cùm certus. D. de vi. tri. & oleo leg. Et prædicta etiam locum habent in quantitatibus, quæ debentur nedum ex vltima volũtate, vel alia simili promissione, sed etiam cùm debentur ex cõtractu locationis, vel emphyteusis, nisi aliter actum, & conuentum extiterit. vt d. l. si vno. in princ. D. loca. & notata in d.l. licèt. C. loc. secundùm docto.

17 Vlterius † quæritur, pone quòd aliquis conduxit fundum ad tempus modicum, an teneatur suis sumptibus facere fossata, & aggeres ad vberiorem fructum, & agri vtilitatem? Dic vt notatur & distinguitur per Bart. in l. impensæ. D. de impen. in re. do. fac. Aut super hoc est lex vel cõsuetudo in regione, & illa seruanda est. arg. in l. excepto. C.

loca.& l. domini prædiorum. C.de agri. & cens.lib.x i. Aut de consuetudine, vel statuto non apparet. & tunc aut talis impensa respicit perpetuam agri vtilitatem vel tempus longius, quàm sit tempus siue conductionis, & tunc non tenetur ad ipsam expensam,sed pertinet ad locatorem,arg.in d.l.impensæ, & l.3. §.nos generaliter. D. de impen. aut hæc impensa solùm respicit vnius anni vtilitatem , & tunc ad eam tenetur ipse colonus. d.§ generaliter. & in l. i.§. de eo. D.de aqua plu. arcen.&c.

GLOSSA III.

Perse & suos hæredes. Et si de hæredibus non esset facta mentio, tamen natura contractus locationis & emphyteusis est, vt transeant ad hæredes.vt l.viam veritatis.C.de loc.Ergo &c.

Summae.

1 *si dies solutioni pensionis non fit adiecta , debebitur in fine anni, alio non apparente.*

2 *Dominus directus tenetur recipere canonem seu fictum ante terminum , si emphyteuta velit totum soluere.*

3 *Partem canonis ante terminum dominus recipere non cogitur.*

4 *Nec canonem to um plurium annorum.*

GLOSSA IIII.

Omni anno in festo sancti Michaelis. 1 Quid† dices, si nulla dies fuerit solutioni designata, quo tempore fienda est solutio? Cyn. in l.eadem.C. loca.& ibi glo. refert opinionem.Dicunt quidam quòd in fine anni,alii quòd in principio, alii autem quòd in medio. Concluditur verò ibidem. glo. dicit quòd in hoc obseruanda est consuetudo patriæ, & si de ea non appareat tunc fieri debet in fine anni. arg. in l.qui hoc anno. D.de ver.ob.quia in talibus obligationibus, quod minimum est, sequimur.vt l.semper in stipulationibus.D.de reg.iu.quam opi.sequitur Gof. in summa , ext. de locato. Alii,vt Pet. distinguunt,concludendo tamen quòd alio non apparente fieri debet in fine anni. vide per docto. in d.l.ædem.

2 Quid† si[a] emphyteuta velit soluere totum fictum totius anni, ante terminum statutum, an dominus teneatur recipere? Dic quòd sic.vt l.quod in diem. D.de solu.& l.eum qui Calendis.§.quoties.D.de verb.oblig. & l. quod quis.D.de actio.& obligatio. 3 Sed† quid si ante terminum velit soluere partem tantùm ipsius ficti, an dominus teneatur recipere? Videtur quòd sic, quia eadem est ratio totius ad partem,vt l.quę de tota.D.de rei vend. Et pro hac parte facit text. sing.in l. pe. C.de loc.fun.pa.lib.11.Tu dic quòd non cogitur,vt l.tutor.§.Lucius. D. de vlur. & notata in l.quidam æstimauerunt.D. si cer. pe. Non obstat d.l.pe.quia ibi est speciale in emphyteuta fiscali.ergo in priuato erit oppositum de iure communi.l.ius singulare.D.de legibus. 4 Nec† etiã posset emphyteuta inuito domino soluere fictum x annorum vel plurium pro tempore futuro. vt determinat Cynus in l.2. quæstione vltima. C. de iure emphyt. & Specula-

a *Quid§.* Bal.in l.eum qui.D.de annu.l. & Specu.tit.de lo.in §.2.

tor in

tur in cit.de loca. verſi.31.&c.

SVMMAE.

1 *Merces non limitata poteſt per magiſtratum loci limitari.*
2 *Cum merces eſt,non in pecunia, ſed ſpeciebus, non eſt locatio, ſed Do vi des.*
3 *Falſi nominis impoſitio non vitiat contractum.*
4 *Locatio vno numo facta non valet: venditio valet, niſi inter virum & vxorem.*

GLOSSA V.

Frumenti quinque, & capones duos. Patet ergo quòd merces, ſeu ſicti etiam præſtatio fuit limitata à contrahentibus. 1 Quid† ſi non fuit limitata,vel inter locatorem & conductorem ſit diſcordia ſuper eius limitatione, nunquid rector ciuitatis vel loci poterit ſe interponere? Doct. dicunt quòd ſic,vt refert Cy.in l.ne cui.C.loca. ratio eſt, quia ſicut ſe interponit in aliis victualibus pertinentibus ad victum hominis. vt l.1.§. cura carnis. D. de offi. præſe.vr.ita & in iſto caſu,cùm appellatione victus habitatio contineatur.vt D.de ve.ſig.l.victus.

2 Vlterius† quæritur, hic fuit conſtituta merces in pecunia, quid autem ſi in alia ſpecie,puta in vino, vel in grano, an erit locatio? Dicit Iac.Bu.in l.ſi hi qui.C.loca.quòd nõ. quia contractus locationis requirit præſtationem in pecunia tantùm.vt l.1.§.ſi quis ſeruum. D. de po. & nota per glo. in d. l.ſi hi qui.ſed erit cõtractus innominatus,facio vt des. quo caſu erit agendũ actione præſcriptis verbis. vt l. naturalis. D. de præſcr.verb.vel erit contractus emphyteuticus,ſi vltra tẽpus modicum facta fuerit locatio.vt no.per Cy.in d.l.1.& per gl.in d.§.adeò Inſti loc. & per doct.in l.1.C.de iu. emphyt.Ideóque, ſecũdùm Ia.But.notarii errant in talibus locationibus, quãdo dicunt, *Talis locauit talem fundum pro 2 corbis frumenti.* 3 Verumtamẽ† falſi nominis impoſitio non vitiat contractũ, quia verba impropriantur, vt res potiùs valeat quàm pereat.arg.l. inſulam, & ibi not. D.de præſcrib.verb. & l.ſi vno,in prin.D. loca.& in l.pen.in fin.D.de contrab. empti. Et ſic in iſto caſu erit agendum actione præſcriptis verbis,non autem actione ex locato. Vnde tene menti,tu procurator, in formatione libelli & modo concludendi. quia hanc quæſtionem ſemel vidi de facto,& partem ſuccumbere ratione libelli malè concepti. Et ob hoc fuit prouiſum per viam ſtatuti,quòd quilibet libellus, qui contineat rem & cauſam,ſufficiat.

4 Quid† ſi ſimplex locatio facta ſit vno denario? Die quòd non valet, quia præſumitur potiùs vſus habitationis quædam donatio, vt eſt text. in l.ſi quis conduxit.D. loc. Niſi fieret ex cauſa neceſſaria.vt l.ſi vſufr.u.D.de iur.do. venditio autem magnæ rei tam vili precio facta, licèt donationem contineat, tamen valet: niſi facta eſſet inter virum & vxorem. vt traditur in l. ſi quis donationis.D.de contrah.emp.

SVMMA.

1 *Conductor qui ſua culpa deſiit poſſidere,mercedem debet:ſecus ſi culpa domini vel caſu fortuito.*

GLOSSA VI.

Tenuis & poſſedit. Hoc meritò dicitur, quia ſi non poſſedi ſſet

tunc esset distinguendũ, 1 an† desierit tenere & possidere culpa domini, vel casu fortuito, & tunc non tenetur de præstatione ficti, vel mercedis. vt l.1.C.loca.cum lim. ibi not. aut culpa propria ipsius conductoris: & tunc tenetur, & imputatur sibi, l.Si in lege.§.si domus.& l.dominus horre.§.ii.D.loca.

SVMMAE.

1 *Solutio non præsumitur, nisi probetur.*

2 *Colonus & emphyteuta ecclesiæ, si cessent biennio à solutione, expelli possunt. Et emphyteuta privatorum, si triennio.*

3 *Pensio & census non præscribuntur xxx vel xl annis.*

4 *Pensio & census præscribuntur in specie & valore solutionis.*

5 *Emptor non tenetur stare locationi. Nisi pactum interesit de non expellendo conductore. Nisi fiscus rem à se locatam alienet. Nisi cõductoris bona locatoris sint obligata pro conductione seruanda. Nisi locator totius temporis pensionem receperit.*

6 *Locationem à marito bona fide factam vxor tenetur seruare: & minor factam à tutore vel curatore.*

7 *Locationem à prælato nomine ecclesiæ factam, quæ non cedit in grauedamnum successor eius seruare tenetur. Secus in ea quæ facta est à canonico vel alio inferiore, qui nõ possunt vltra tempus vitæ suæ locare.*

8 *Successor vsufructuarii non tenetur stare eius locationi.*

9 *Si locatio deficiat in forma, contractus est ipso iure nullus.*

GLOSSA VII.

Soluere negligit. 1 Quæ† negligentia in solutione præsumitur, nisi de solutione probetur. vt l.fina. C.de sol.notata in l.2.D.de iu.emphr. ratio est, quia solutio est facti, & facta non præsumuntur, ergo, &c.

2 Quæritur †[a] hîc quanto tempore debet à solutione cessare, vt possit expelli à conductione? Respondeo, distingue: Aut loquimur in simplici colono, & tunc sufficit cessasse per biennium, vt l.cum domini.D.loca. Aut loquimur in emphyteuta, & tũc aut est emphyteuta ecclesiæ, & tunc sufficit cessasse biennio, vt in Auth. qui rem conductam.C. de sacrosan. ecc.& in c.potuit, & in c.pen.& fi.de loca.& conduct. Aut est emphyteuta privatæ personæ, & tunc requiritur cessare triennio, vt l.2.C.de iur. emphy.& nota. per gloss. in l. quæro. §. inter locatorem.D.loca.Sed [b] an negligés soluere debito tẽpore priuetur iure suo, ipso iure, vel sit priuandus per sententiam? Specul. latè disputat in d.tit.de locato vers.47.

a *Quæritur.* doct.in fi.C.de iu.emphyt.gl. in l.quæro.D.lo.Bart.in Authen.qui rem.C. de sacrosanc. ec. & doct. in cap. potuit de loca. Adde ad materiam, quòd si emphyt. est creditor domini, quòd non soluat, non cadit à iure suo ita Paulus. in c. bona fides, extrà de pe.& ratio est, quia ad euitandam pœnam & cursum vsurarum admittitur compensatio ipso iure l. si constat.C. de compensa.& Bart. in l.amplius lecta.D.si cer.pe. vbi ille qui habet exceptionem nõ incidit in pœnam & vide eundem Alex.in consi.13.in fin.in 2.vo.

b *Sed.* And.Barba.diffusè post Io.de Imo.in d.c.potuit.

3 Quid†

3 Quid † si [a] fuerit negligens colonus, vel emphyteuta in solutione annua spacio XXX vel XL an. & dominus eo tépore fuit negligés in ipius ficti petitione, an colonus erit tutus p̃scriptione? Videtur ꝙ sic, quia omne ius tam pupillorum quàm priuatũ regulariter tollitur spacio dict̃ temporis. vt l. ficut. & l. omnes, & l. cõperit. C. de p̃scriptione XXX annorum. In contrarium facit l. male agitur. C. eo. tit. Dic latiùs vt notatur per Glo. & Cy. in l. cũ nouissim. §. fi. eo. tit. & in l. plures apochis. C. de fid. instrum. & Spe. in titu. de loca. vers. 41. & 44.

Sed 4 quid † erit si colonus, cũ deberet fictũ vel censum annuũ ad monetã [b] Mediolanensem, ad rationẽ imperialiũ XII. pro singulo solido, & soluit ad monetã Papiæ ad rationẽ imperialiũ 6. pro singulo solido, spacio XXX vel XL anno. continuorũ, an erit tutus p̃scriptione ne possit vlterius compelli ad solutionẽ monetæ Mediolanensis? Dic breuiter ꝙ sic, per textũ & Glo. in c. olim causã, & c. cũ canon. de censi.

5 Sed † pone quòd durante simplici locatione, dominus locator fundũ locatum alienauit, quæritur an emptor teneatur obseruare ipsam locationem vsque ad tempus suum, an verò possit conductorem expellere? dic quòd regulariter emptor potest cõductorem expellere. vt l. emptorem. C. loca. & ibi plenè per Cy. & doct. Fallit si pactum in venditione intercesserit de nõ expellendo. vt in l. si merces. §. qui fundũ. D. loca. Itẽ fallit in fisco alienante rẽ per eũ locatã. vt l. fi. D. de iu. fisc. Itẽ fallit in illo cõductore (vt cõmuniter fieri solet) qui habet bona locatoris obligata pro cõductione seruãda, quia pòt tunc fundũ tenere vsq; ad plenã satisfactionẽ sui interesse. vt determinat Bar. in l. 1. §. quod ait D. de superfi. Itẽ fallit si locator pensionem totius temporis recepit, vt suprà dictum est.

6 Quid † autẽ dices in aliis successionibus locatorũ, vt puta in administratoribus ecclesiarũ, vel tutoribꝰ, & li. qui quotidie locãt, & deficiũt postea, quibus alii prælati succedunt, [c] an successor tenebitur obseruare locationem factam à prædecessore suo? Breuiter Cynus in d. l. emptorem, sic distinguit. Aliquando maritus locauit fundum vxoris dotalem, & finitur matrimonium per mortem viri, & tunc aut maritus locauit bona sũe nulla fraude interueniente, & tunc tenetur vxor, & eius heredes, stare locationi. vt l. si filio. §. fin. D. solut. ma. & ibi plenè per Bar. & notata etiã per Glo. in l. diuortio. D. eo. ti. & probatur in l. 1. in fi. D. de dot. prælc. Aliquando tutor vel curator locauit fundũ minoris, & eodẽ modo tenetur stare minor locationi. vt habetur in l. si tutelę. D. de admi. tu.

Aliquando prælatus, seu rector, vel canonicus ecclesiæ locauit, cui

a *Quid si.* Glo. in ver. expellere, in l. 2. C. de iur. emp. & Cyn. in d. l. competit, in 3. 4. & 5. q. & Spe. tit. de loc. in §. nunc aliqua. ver. 11. & seq

b *Ad monetam.* adde & vide Alexand. de Imol. in Apostil. ad Bar. in l. cùm in rem vers. D. de vsu.

c *An successor* vide diffusè per Io. de Ana. in c. querelã ne prælati. vi. suas. & Bal. in l. si quis domum. D. Io. & Glo. in ver. statutum. in d. c. querelam. & per Host. in summa titu. de his quæ fi. à prælа. in §. fin. Abb. in c. ad audientiam, de re. eccle. non alie. & Abba. in d. c. querelam. Fe. de Sen. consi. 2.

alius postea succedit,& idem per omnia sensendum,quod superiùs dictum est in tutore. arg. eorundem iurium. secundũ Cyn. 7 Sed † tu in canonico & prælato aliter distinguе. secundùm Innocentiũ, in c. fi. ext.Ne præla. vices suas. Aut loquitur in generali prælato locante,puta episcopo, vel abbate: aut in simplici canonico, vel parrochialis ecclesię rectore, vel simili inferiore. Primo casu subdistingue : aut ipse prelatus locauit nomine ecclesię,aut nomine suo:Primo casu, aut locatio cedit in vtilitatem ecclesię, vel parnum damnum. & tunc successor tenetur eam seruare, arg.ext. de solut. c. 1. & 12. q. 2. in c.hoc ius porrectum, & c.quicunque,cũ similibus,aut cedit in grauc damnũ ecclesiæ,& tunc non tenetur eam obseruare. vt ext. de his quæ fiunt à præla.in c.cùm vos. & ext de preca. e.2. Si verò loquimur in canonico vel alio inferiore, tunc successor eius non tenetur stare locationi,cùm non potuerit locare vltra tempus vitæ suæ, sicut dicitur in vsufructuario. vt l.si quis domum.vers. sed hic subiungi potest.D.loca.

8 Et † per hoc deciditur alius articulus.qui est quãdo vsufructuarius locauit, quia eius successor suę locationi stare non tenetur. vt in d. vers.Sed hîc subiungi potest. Et præ dicta notanda sunt, quia quotidie occurrunt de facto.

6 Et † procedit hæc quando in locatione interuenit debita forma. vbi autem debita forma non interuenisset, contractus esset ipso iure nullus. vt in c.1. & 2 de reb.eccles. non alie. Quæ solennitas non requiritur in locationibus,quæ fiũt intra 9.annos. vt cle.1. de reb.eccle. non alie. de quibus etiam notat Innocentius in c. quod sicut, de elect. in Glo. sic patet.

SVMMAE.

1 *Emphyteuta alienans irrequisito domino cadit iure suo.etiam si postea redimat.*

2 *Nec diuisio inter heredes emphyteutæ fieri potest sine licentia domini, nec vlla assignatio, nec permutatio.*

3 *De iure datur domino pro eius consensu quinquagesima pretii, nec requiritur consensus primi emphyteutæ.*

4 *Emphyteuta non potest donare meliorationes suas sine consensu domini, secundum communem opinionem Doctorum: quamquam contraria opinio sit æquior.*

GLOSSA VIII.

Alienauit. 1 Aduerte † quòd hæc est sufficiens causa priuandi emphyteutam iure suo, quando rem alienauit irrequisito domino. vt in l.fi.in prin.C.de iure emphyt. eam similibus. & notata in d.c.potuit. Quid ũ facta alienatione pœniteat ipsum emphyteutam, & sic infra paucos dies eandem rem redimat, an excusabitur ne cadat iure suo? Videtur quòd sic. per l.hoc edicto. §. fi. D.de alie.iud. mu. causa fa. & l.sequitur.§.idem Labeo,de vsuc. In contrarium est veritas secũdùm Dyn. per textũ in l. quidam in testamento.D.de fideicom. lib.Non obstat d. §. fi.quia ibi per alienationem incidit in edictum illud purgabiliter, hîc autem impurgabiliter. Nec etiã obstat §. idem Labeo, quia ibi per redemptionem delinit qualitas furti, ideóque eius effectus de-

finit:

definit: hîc autem non definit qualitas culpæ ipsius delinquentis alienantis. Et pro dicta decisione facit optimè tex. in c. 1. quid iuris si post alie. feu. vassal. idem recuperat collatio.

2 Sed † an inter hæredes emphyteutæ possit res emphyteutica dividi sine licentia domini? Quidam in practica tenent quòd sic, quia non est propriè alienatio, secundùm eos. In contrarium de iuris subtilitate probat textus. in l. communi dividendo, in prin. D. com. divid. & ibi notata. Fortificatur hîc ex eo, quia divisio est similis venditioni. vt l. 2. & ibi notata. C. com. vtr. iu. Sicque non poterit divisio, nec assignatio vlla fieri domino irrequisito, quemadmodum nec venditio, nec permutatio. vt notat Specu. in d. ti. de loca. ver. 121.

3 Vbi autem domini consensus accessit, tunc valebit, & tenebitur emptor dare quinquagesimam precij. licèt in hoc hodie aliter obseruetur de consuetudine. Sed pone quòd primus emphyteuta dedit eandem rem alij in emphyteusim de voluntate ipsius domini, & hic secundus velit rem alienare, cuius exigitur licentia, vel consensus, vel domini, vel primi emphyteutæ? Die quòd domini: quia ille primus emphyteuta per talem alienationem perdidit dominium vtile, & fuit transflatum in secundum. & ita determinat Spe. in tit. de locato. versic. 126. & versic. 125. & Cy. in d. l. fi.

4 Sed † an emphyteuta possit donare vel locare domino irrequisito? Die vt plenè notatur per Cy. & Gloss. in d. l. fin. & per Spec. in tit. de loca. versi. 107. & versic. 112. Post multa concludunt, secundùm communem opinionem doctorum, dicendum est quòd non. quam opinionem sequitur Barto. in l. si domus. §. fi. D. de leg. 1. In contrarium dicit Andreas de Barulo. in l. 1. C. de fun. patri. lib. 11. Nam ratio prohibitiua venditionis non habet locum in ipsa donatione. lex enim voluit quòd priùs domino vendantur meliorationes vel res ipsa, per emphyteutam, quàm alij extraneo: & hoc satis congruit æquitati.

Sed quod debeat emphyteuta priùs donare domino, quàm extraneo amico ipsius emphyteutæ, vel alteri eius affini, hoc summè repugnat omni æquitati. licèt enim æquè vtile sit emphyteutę pecunia tam à domino de venditione recipere quàm ab alio extraneo, tamen non sic interest sua in donatione. cùm in domino fortè non sit illa affinitas vel dilectio, quæ erit in extraneo. & hæc opinio videtur magis æquitati & veritati consona.

SVMMAE.

1 *Emphyteutam dies interpellat ad solutionem.*

2 *Dominus non tenetur rem emphyteuta demonstrare, nisi prius fulsuat. nec quoque si ei per XXX annos solutio facta sit.*

3 *Emphyteuta rem pro qua census solvit domino demonstrare tenetur.*

4 *Cùm emphyteuta denegat rem demonstrare, potest pro censu pars eius patrimonij assignari, habita ratione quantitatis census.*

5 *Cùm emphyteuta refert dominus quæstionem dominij, cogendus est tamen censum solvere: & colonus personam, vtrunque restituere, aliquo in æstimationem vti potuit*

nomine condemnabitur.

6 *Cùm quis ignorans rem suam conduxit, nec dominium nec possessionem amittit, & contractus ipse locationis non tenet.*

7 *Idem dicendum est cùm quis rem suam conduxit scienter, tanquam alienam, nec enim perdit dominium, sed retinet aut recuperat possessionem, & locatio est inutilis.*

8 *Idem si scienter, tanquam suam propriam, nec enim perdit dominium aut possessionem, cùm sit fictus titulus & ficta traditio.*

9 *Cùm quis rem suam ab alio possessam scienter conduxit, non transfertur dominium, sed possessio & locatio tenet.*

10 *Idem dicendum cùm dominus qui possidet conduxit à domino non possidente.*

11 *Qui rem suam tanquam alienam recipit in feudum vel emphyteusim ab aliquo, nō censetur in eum transtulisse rei dominium, secus si tanquam suam recepit.*

GLOSSA IX.

SVper solutione dicti ficti requisitum.

1 Hæc † requisitio nō est de necessitate, vt dicit text⁹. in d.l.2.C. de iu.emphy. quia dies interpellat pro homine.l.magnam .C.de cōtrahen. & com.stip.

2 Quid † si emphyteuta dicit domino, quòd sibi ostendat rem, pro qua tenetur fictum soluere, aliter denegat soluere, quæritur an dominus teneatur[a] hoc facere? Dic breuiter, quòd cùm dominus sit in possessione sua tuendus, non est audiendus fictabilis, nisi prius soluerit. vt in cap. querelam. de elect. Qua solutione facta, tunc dominus tenebitur rem ostendere. arg. cap. peruenit, de censi. & ita determinat Specula.in d. titu. verſic. 2 cum sequen. Nisi appareat quod facta esset solutio per xxx annos, quia tunc dominus excusaretur. arg.l. litibus. Cod. de agrico. & censi. lib. xi.

3 Quid † autem in contractu ſu, videlicet si dominus petat ab emphyteuta rem, pro qua fictum soluit, sibi ad oculum demonstrari, an tenebitur? Dic quòd sic, vt euenit te casu, quo in solutione cessaret, ire posſit dominus, à qua re ipsum expelleret. arg.l.3.§. est autem. D. ad exhi. & l. Titius hæres. D. de action. empti. & in d.c. peruenit. quod sequitur Sepecul. in d. ti. verſ. 60.

4 Sed † quid erit, si emphyteuta denegat, vel nescit rem demonstrare, an dominus poterit dicere, tu teneris mihi pro toto patrimonio tuo? Dic quòd nō. sed haberi debebit consideratio quantitatis ficti, & secundùm eam debet fieri determinatio & assignatio rei. vt determinat Speco. vbi supra, verſic. 62. & 63. argumētū ad hoc, in l. verū. D. de don. inter vir. & vxo. l. cùm hi. §. quodus. D. de transact.

5 Sed † quid dicemus si emphyteuta peruersus in fide, denegat fictum soluere, & rem demonstrare, imò amplius super re ipsa domino refert quæstionem dominij, dicens rem ipsam non esse locantis, sed ipſius conducentis, quid fiet? Re-

a *Nō.* an dominus teneatur ostendere emphyteutæ rem de qua fictum teneatur soluere, & sonta. vide Gui. de Cu. in le. habebat, in §. fi. D. de inſtit.

spondeo

spondeo, quòd nihilominus cogendus est ad solutionem ficti, ne locator sua percipiendi privetur possessione. argumento. d. cap. querelam. Et ita determinat Cyn. in l. si certis annis. C. de pact. Imò etiã cõpellendus est ré restituere ipsi domino locatori, antequam audiatur super dominio. l. si quis conductionis. Cod. loca. Quam rem si pertinaciter restituere recusauerit, nedum tanquam spoliator & inuasor rei alienæ compellendus est, sed etiam, si vsque ad sententiam in hac proteruia perseuerauerit, condemnandus erit in æstimationem ipsius rei, & in re ipsa pariter relaxanda. vt in l. nec cui, & l. conductores. C. loca. & l. non ab re. C. vnde vi.

Quid autem si re ipsa relicta velit conductor de rei dominio disputare, & à solutione præteritæ mercedis seu ficti se excusare, aut quod solutum est tanquam indebitum repetere, an sit audiendus? Et breuiter pro ipsius quæstionis clariori responsione & intellectu, latiùs exordiendo materiam, quærendum est incidenter, An cõductor conducendo perdat dominium vel possessionẽ talis rei? Et distinguendum est hoc modo, secundùm Cynum in lege qui rem propriam. C. locat. & per Bartolum in lege, si rem aliquam. D. de acquirend. possess. Aliquando conducit quis rem suam propriam, à se possessam, aliquando rem suam propriam, sed ab alio possessã. Aliquãdo conducit rem alienam, à se possessam, & aliquando rem alienam, ab alio possessam. Primo casu subdistingue. aut cõductor ignoranter conduxit, aut scienter. 6 Si ignoranter, † aut dubitatur nunquid perdat possessionem? & dicit Glossa quòd non. in d. l. si rem aliquam. per textum. in l. si me in vacuam. D. de acquir. possessio. quia non intercessit animus perdendi possessionem, quam se habere ignorauit, cùm forte possideret per seruum, vel colonũ. aut filium. Aut dubitatur an dominium perdatur? & dicendum est quòd non, ex defectu causæ. vt l. si quis vi. §. differentia. D. de acquirend. poss. Aut quæritur an contractus ipse locationis tenuerit, & dicendum est quòd non. sicque non erit merces vel pensio aliqua soluẽda: imò soluta tanquam indebita venit reperenda, arg. l. neque pignus. D. de regul. iur. & l. suæ rei. D. de contrahen. empt. & l. non solent. D. loca. quia cùm verè possideat, & dominus sit, omnia repugnant locationi. arg. legis si quis ante. D. de acquirend. possess.

7 Secundo † casu quando scienter conduxit, tunc aut conduxit tanquam alienam & non suam, aut tanquam suam propriam. Si conduxit tanquam alienam, tunc, secundùm Gloss. & Bartol. non perditur dominium. arg. d. §. differẽtia, & per regulam quæ traditur in l. 3. §. subtilius. D. de condict. ob cau. An autem perdatur possessio? dicit Gl. quòd sic, in d. l. si rem aliquam, arg. l. quod meo. D. de acqui. possess. Quam opinionem reprobat Iaco. de Are. vt refert Cyn. in d. l. qui rem propriam, & Bartol. in d. l. si rem aliquam. Ratio est, quia quando dominus & non possessor scienter conducit rem à non domino, est causa sufficiens sibi quærendi possessionem. vt in lege ei à quo. D. de vsuc. ergo multò fortiùs

sibi retinendi, secundùm Bartol. Et ex hoc infertur quòd cùm neutrum valeat, & neque possessio neque dominium amittatur, quòd contractus locationis inutilis redditur, ideóque conductor ad pensionem non tenetur, & si qua pensio soluta est repetitur.

8 Si † verò conduxerit scienter tanquam suam propriam, & à se possessam, tunc an ex hoc perdatur dominium. Glossæ sunt inuicem contrariæ. Nam Glossa in l. si rem aliquam, tenet quòd perdatur dominium. Sed alia Glossa, in d. l. Qui rem propriam tenet, quòd non perdatur. quam sequitur Iacob. de Are. & Barto. per textum in d. l. ei à quo. D. de vsuc. & ibi notata. An autem perdatur possessio etiam opiniones sunt contrariæ. tamè opinio est communis Dyn. Pe. & Bartol. quòd nec etiam perdatur possessio per d. l. ei à quo. & plenè recitat Cyn. in l. ad probationem. C. loca. Huic tamen sententiæ multùm obstare videtur. nam scienter conducens videtur donare. arg. l. cuius per errorem. de reg. iur. & sic habet locum quod regulariter traditur, Vbicunque præcedit titulus, & sequitur conductio, trãsfertur dominium in locatorem. vt notatur in l. quædam mulier. D. de rei vend. Sed potest sic responderi (secundùm Dynum & Bartolum, vt notatur in d. l. si rẽ aliquam. & l. Ad probationem. & l. qui rem. & pulchrè per Iacob. Butri. Instit. de actio. §. sed iste) aliquando intercedit verus titulus, & vera traditio, & tunc sine dubio transfertur dominium & possessio, si tradens erat dominus. l. traditionibus. Cod. de pact. Vel si non erat dominus, transfertur causa vsucapiendi. l. claudius. D. de contrahen. emptio. Quandoque intercedit fictus titulus & ficta traditio, vt in casu nostro, & tunc non transfertur dominium, nec possessio. in d. l. ei à quo. & l. ad probationem. Quandoque intercedit verus titulus & ficta traditio, & tunc transfertur tam dominium quàm possessio. vt in l. quædam mulier. D. de rei vendic. & l. quod meo. de acqui. pos. & §. interdũ. Instit. de rer. diui. Quandoque econtra intercedit fictus titulus & vera traditio, & tunc transfertur vtrumque. vt in d. l. cuius per errorem.

9 Secundo † casu principali, videlicet cùm dominus & non possessor conducit à possessore. & tunc aut conducit respectu proprietatis, & tunc non trãsfertur dominium, nec tenet contractus locationis, vt in d. l. si rem aliquam. in fin. & l. qui rem propriam. C. loca. Aut conducit respectu possessionis: & tunc aut ignoranter, & tunc in locatorẽ non transfertur aliqua possessio, nec tenet locatio. vt d. l. si rem aliquam. & l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir. poss. & optimè facit C. eo. titu. & l. si quis ante. Aut conduxit scienter, & transfertur in locatorem possessio, & tenet locatio, & pensionis solutio. vt d. l. si rem aliquam, in fi. arg. d. l. quod meo. & l. interdum, in prin. D. de acqui. pos.

10 Tertio † autem casu, quando non dominus sed possessor conducit à domino nõ possessore. tunc distingue eodem modo quo proximè supra dictum est. arg. eorundem iurium, secundùm Bar. Quarto casu, quando non dominus neque possessor, conducit à domino & possessore, tunc non est aliqua disputatio, cùm nihil sit quod ad conductorem trans

transferatur. vt l. non solet. D. loca.

11 Ex † his autem quæ dicta sunt consuevit decidi talis quæstio: Ecce quidam miles castrum summ proprium ignoráter recepit à quodam episcopo in feudum, vel emphyteusim perpetuam, póstque in processu temporis hic miles tale castrum vendidit seu alienauit, irrequisito episcopo, quo audito vult episcopus vendicare ipsum castrũ, tanquam ad ipsum deuolutum. per l. fin. C. de iure emphyteu. & in c. 1. de prohib. feu. alie. per Federicum: quæsitum fuit (constante pro vero quod ipsum castrum fuisset proprium ipsius militis, & ab eo possessum) an episcopus possit illud vendicare? Et determinat Bartolus de facto super hoc consultus, quòd non: quia hîc interuenit fictus titulus & ficta traditiõ, ideóque non transfertur dominium neque possessio, vt dictum est. Nec huic decisioni obstat quod sit in ecclesia speciale, vt dominium sine traditione transferatur. vt l. inter diuinum. C. de sacrosan. eccles. quia hoc procederet, si ipse miles recepisset in feudum vel emphyteusim, tanquam ipsius militis rem propriam. sed hîc recepit tanquam rem ecclesiæ, ficque non habuit animum aliquid transferendi in ipsam ecclesiã. argu. in d. l. 3. §. subtilius. D. de cond. ob caus.

SVMMAE.

1 *Fructibus nõ natis in fundo emphyteutico, non liberatur emphyteuta à præstatione canonis.*

2 *Emphyteuta liberatur à præstatione canonis, si propter bellũ non possit frui fundo emphyteutico.*

3 *Emphyteuta nõ tenetur soluere canonem, nisi ei possessio fundi tradita sit. Nec probatur traditio facta, simplici, inuestitura.*

4 *Fundus præsumitur traditus, cùm in eo partes contrahunt.*

5 *Instrumentum simplicis inuestiturę probat dominium & possessionem contra conductorem vel emphyteutam, non contra alium, nisi constet de perceptione tensus vel mercedis solutæ à tenente rem.*

6 *Emphyteusis facta ab ecclesia in perpetuum porrigitur in infinitum.*

7 *Inuestitura alicui facta pro se & suis filiis, non intelligitur de heredibus.*

8 *Cùm inuestitura fit alicui pro se & filiis suis masculis & feminis, mascúli non excludunt feminas, nisi lex municipalis eas excludat stantibus masculis*

9 *Pater iuramento semel ex sua promissione filiæ quæsitum non potest auferre, sine filiæ voluntate.*

GLOSSA X.

RECVSAVIT & recusat. Duo ergo facere recusat, videlicet fictum soluere, & rem dimittere, & relaxare. 1 Quid† si propter sterilitatem fructus non sunt nati in re emphyteutica, an liberatur emphyteuta? Et dicunt quidam quòd sic exemplo simplicis coloni, argu. l. si vno. in princ. cum ibi notatis. D. loca. In contrarium determinat Cyn. in d. l. 1. C. de iure emphyt. Ratio est quia emphyteuta habet in re vtile dominium, ideóque omne periculum contingens in fructibus pertinet ad eum. arg. in Authent. de nõ alie. §. emphyteusim, & C. de excusa. mu. l. priuatæ. lib. 10. & C. de fun. patri. l. quicunque, lib. 11.

2 Amplius † quæritur de quæstione quotidiana: ecce emphyteuta [a] propter guerram nō potest laborare, nec vtifrui re emphyteutica, an sit liberatus à præstatione ficti, seu canonis? Videtur quòd non, argumento eorum quæ proximè dicta sunt. In contrarium determinat Iac. de Are. quia hoc casu res videtur in totum consumpta. sicut dicitur de re flumine inundata. vt in l. 3. §. Labeo. & l. interdum. §. 1. D. de acquiren. pos. Et probatur etiam in l. in venditionibus. §. 1. D. de peric. & com. rei ven. & l. cùm vn⁹ §. fi. D. de bo. Authen. iud. pos. & vide de hoc Cynum in d. l. 1. & hanc partem sequuntur Hostī. & Inno. in c. fina. de loca.

3 Rursum † quæritur: ecce quòd dominus petit ab emphyteuta fictū sibi solui, dicit emphyteuta, ego nō teneor, quia nō tradidisti mihi possessionem rei, quæritur an sit fundata intentio domini ex productione inuestiturę? Videtur quòd non, quia ad probationem huius rei non sufficit locatio. vt l. ad probationem. C. loca. Tu in hoc considera formā inuestiturę: aut enim verba sunt simpliciter prolata, quia dicitur *Talis inuestiuit talem de tali fundo*, nec de traditione fundi aliquid exprimitur, & tunc non est fundata intentio domini. per d. l. ad probationē. cùm isti actus sint separati, videlicet inuestire & tradere. vnde de vno ad aliud non est necessaria illatio. l. Papinianus. alias l. exuh. D. de minor. sicque probare debet dominus se induxisse emphyteutam in possessionem, quia ad hoc tenetur. vt l. fin. C. de iur. emphyteut. Aut in inuestitura fit mentio expressa de traditione: & hoc potest cōtingere duobus modis. Vno modo, quia dicitur in ea, *Locauit & tradidit talem fundum*, &c. tunc non præsumitur vera & actualis traditio, sed probatur solùm licentia de apprehendendo fundum. vt notat Bartol. in l. prædia. D. de acquir. pos. & Cyn. in l. 2. C. eo. ti. Aut in ipsa inuestitura dicitur, quòd ipse fictibilis est confessus se habere possessionē dictæ rei, 4 vel † quòd ambæ partes erant tempore inuestiturę in ipso fundo, & tunc præsumitur facta traditio iuxta materiam. l. cùm res. C. de proba. & quod notatur in l. 3 in prin. & in d. l. prædia. D. de acqui. pos. Idem si dominus constituit se tenere nomine ipsius emphyteutę. vt d. l. quod meo, cum similib.

5 Sed † nunquid per instrumētum inuestiturę probetur dominiū, & possessio locatoris? Videtur quòd non, per d. l. ad probationem. C. loca. & per c. inter dilectos. de fi. instrum. Breuiter, secundùm Barol. sic distingui potest: Aut dominus agit cōtra ipsum conductorem vel emphyteutam, & tunc cùm ipse non possit referre dominii quæstionem, vt supra dictum est, erit fundata intentio domini saltem præsumptiuè ex instrumento inuestiturę. Aut agitur contra alium. & tunc aut apparet de sola inuestitura, & non de aliqua ficti vel mercedis perce-

[a] *Quando emphyteuta propter guerram non potest laborare.* Vide Bald. in l. vnica. §. exceptio. C. de cad. tol. Paul. de Cast. in l. filius f. in §. 1. de leg. 1. glo fin. in c. vobis, 12. q. 2. domini de Ro. in tit. de test. dec. 162. incip. l. pro anniuersario in antiquis. Paulus de Cast. consilio 20. & 54. & Fran. de Are. consil. 55. & Pet. de Anch. consil. 414. incip. circa istam perceptionem.

ptionē

ptione, & tunc non probatur per eum de dominio, nec possessione ipsius locatoris, vt d. l. ad probationem, cū similib. Aut probatur etiā de mercedis vel ficti perceptione: & tunc aut constat quòd ille à quo vel à quibus percepit mercedem vel fictum erant vel erat detētator ipsius rei tempore solutionis. & tūc probatur de ipsius locatoris possessione & dominio: aut non probatur de detentione soluentis, sed alterius extranei. & tunc per hanc inuestituram non probatur de ipsius dominio. vt plenè determinatur per glossam. & Bart. in l. quamuis §. si conductor. & l. qui vniuersas. §. quod per colonum. D. de acquirend. pos. & per gl. in c. bonæ, de appell. & in c. cùm Bertoldus de re iudicat. & in d. c. inter dilectos. in fi. & suprà dixi in titulo de turbata possessione.

6 Rursum †, quia in superioribus dixi ius cōductionis & emphyteusis in hæredes transire, etiamsi de hærede non sit expressum (arg. l. viam veritatis. C. loca. & l. si pactū. D. de prob.) quæro, quid erit in emphyteusi ecclesiæ, an mortuo emphyteuta sine liberis, & per eum extraneis hæredibus institutis, ipsi extranei succedant in iure emphyteutico? Reperio in hoc inter glos. & doct. contrarias opiniones. Dixerunt quidam quòd si ecclesia dat perpetuò in emphyteusim (quod an fieri possit, dicetur infrà) quòd eo casu solum descendentes vsque ad tertiam generationem tantùm admittantur; extranei verò penitus excludantur, nisi pactum sit in contrarium, vt obseruatur in practica. per tex. in Auth. de alie. & emphyteu. colla. 10. §. licentia. coniuncto §. emphyteusi. in Authen. de non alie. collat. 2. quam opinionem Speculator. in titu. de loca. in vers. 7. quæritur, & ibi per Io. Andr. in additionibus, & in c. in præsentia, extrà de probat. Idem sequitur Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, D. de dam. infec. & Bal. in l. etiam. in prin. D. sol. ma. & l. insulam. eod. ti. Alii dicunt quòd si res ecclesiæ detur in perpetuum, porrigitur in descendentibus vsque in infinitum, & ad extraneos transit propter significationē huius verbi *in perpetuum*, vt in l. i. §. qui in perpetuum. D. si ag. vecti. vel emphy. pe. & l. ii quis prioris. § 1. versi. certum est. C. de secund. nu. Et hanc partem sequitur glo. Instit. de loca. §. adeo. & in Authen. quas actiones. C. de sacrosan. ec. & in d. §. alienationes, & in Authen. de non alie. §. fin. & in Authen. vt liber. de cætero. & idem tenet Iac. de Bel. in d. §. alienationes. & Ricardus malumbre, & Nic. mat. in d. l. etiam. & Bar. in Authen. perpetua. C. de sacro sanc. ec. & maximè quando in inuestitura posita sunt illa verba communia, *Et quibus dederint*, &c. argu. in ea. l. de feu. non haben. propr. nar. feudi. & in c. feudum, in fin. si de feud. fuerit controuer. Et prædicta locum habent quando inuestitura perpetua facta est cum debita solēnitate, quæ requiritur in aliis alienationibus, alias secùs: in inuestitura esset nulla, vt hodie determinatum est in cle. i. extrà de reb. ec. non alie.

7 Sed † quid dices si aliquis fuit inuestitus de castro pro se & pro filiis suis, & eo mortuo filii eius repudiata paterna hæreditate volunt tenere castrum titulo & ex causa inuestituræ, quæritur an possint? Die quòd sic, quia hoc iure emphyteusis

transit in eos tanquam filios non tãquam hæredes ex prouisione paterna. vt l. quid dicitur. D. de ver. obli. & notata per doct. in l. 3. C. de contrahen. emp. Secus autem foret si pater fuisset inuestitus pro se & hæredibus suis, vel pro se & filiis & hæredibus suis, quia tunc excluduntur, nisi hæ editatem adiuent, quia acquisitio est facta ipsis non tanquam filiis simpliciter, sed vt hæredibus: vt probatur in Authen. de non alie. §. emphyteusis verò. & ita determinat Bart. in l. iurisiurandi. §. si liberi. D. de oper. lib. & Spec. in tit. de loca. §. ii. ver. 78.

8 Sed † quid erit si pater fuit inuestitus pro se & filiis suis masculis & fœminis, an omnes pariter succedant in emphyteusim? Dic quòd sic de iure communi, quo inspecto fœminæ non differunt à masculis in successione. vt l. maximum vij. ii. C. de libe. præte. Nisi lex municipalis vel patriæ consuetudo eas à successione repelleret, quia tunc ista copula & resoluitur in vel, vt denotet potius ordinem quàm coniunctionem, & sic solùm admitterentur deficientibus masculis. arg. l. Gallus. §. quidam rectè. D. de lib. & posth. & idem sequitur Bart. in di. l. iurisiurãdi. §. si liberi. D. de ope. li. Sic dicimus in feudo, in quo talia verba resoluuntur & intelliguntur ordinative successiuo, non cõiunctiuo, vt 10 c. 1. §. 1. in tit. epis. co. vel Abb. & in cap. 1. §. filia. in tit. de suc. feud.

9 Inde † quæritur, pater fuit inuestitus pro se. & filiis suis masculis. & fœminis, deinde ipse pater filium masculum hæredem vniuersalem instituit, filiam verò dotauit in certa quantitate, quam iuisit esse tacitam & contentam, quæritur an per hoc filia sit exclusa à successione suę partis rei emphyteuticę? Videtur quòd sic. per l. fœminæ. C. de sec. nup. cum similibus allegatis per Specu. in tit. de loca. vbi plenè tractat. Sed Bartolus in dicto §. si liberi, tenet contrarium, quia ius istud semel filiæ quæsitum ex prouisione paterna, non potest per eum auferri sine filiæ voluntate. arg. l. si cùm dotem. §. si pater. D. soluto matri. de quo dic vt ibi.

GLOSSA XI.

Idcirco. Hæc est conclusio libelli quam tene menti.

SVMMAE.

1 *Dominus cogi non potest recipere censum vel mercedem pro tempore futuro.*

2 *Emphyteuta moram purgat, offerendo solutionem post panos dies à lapsu biennii aut triennii. Secus in obligationibus quæ habent diem & pœnam.*

3 *Dominus recipiendo censum, sine protestatione, nõ potest postea emphyteutam deuocare.*

4 *Partis solutio non impedit remedium deuocationis in commissum.*

5 *Vno ex hæredibus emphyteutæ non soluente res cadit in commissum.*

6 *Res censualis non committitur ob non solutum censum.*

7 *In re censuali præsumitur vtrumque dominium.*

8 *Census imponere possunt imperator, Papa, Episcopi, Prælati, patroni & fundatores ecclesiarum.*

9 *Census imponi potest rebus & personis.*

10 *Præstatio census importat signum subiectionis, vel percepta libertatis, vel*

tis, vel protectionis.

n *Emphyteuta qui rem deteriorat potest expelli.*

GLOSSA XII.

Fictum dicti temporis præteriti. Licèt ergo cessauerit in solutione, tamen non excusauit à solutione, sicque vtrumque petitur, & ficti solutio, & rei relaxatio, quod an fieri possit, dicetur in glossa seq. Et quia superiùs dictum est, quòd si emphyteuta primari stet per triennium, & ecclesiæ per biennium, quòd expelli potest, 1 quæritur † [a] si emphyteuta volens sibi prouidere, soluere velit pro tempore futuro vltra annum, an dominus cogendus sit recipere? Videtur quòd sic, per l. statuliberum D. de statulib. In cõtrarium determinat Cy. in l. 2. in fi. C. de in. emphyteu. & idem tenet Barto in l. eum qui, aliàs incipit Iabolenus. D. de ann. lega.

2 Quid † autem dices si post lapsum biennii, vel triennii ipse emphyteuta infra paucos dies offerat solutionem ficti præteriti temporis, an sit audiendus? Dic quòd sic, per textum in c. potuit. de locat. Licèt in obligationibus, quæ habent diem & pœnam, regulariter non admittitur purgatio moræ, vt l. trajectitiæ. §. de illo. D. de action. & obligatio. & notata in l. Celsus. D. de aibit. De qua purgatione moræ, quando admittitur, & quando non, plenè traditur per Dynum & Bartol. in leg. insulam. D. de verb. ob. 3 Sed † quid si lapso tempore dominus fictum sponte recepit, an nihilominus poterit emphyteutam deijcere? Dic quòd non, quia taliter recipiendo sibi præiudicat in iure deijciendi, nisi fuerit in contrarium protestatus, vt notatur per glossl. & docto. in dict. l. 2. & ad hoc facit l. post hem. de lege comm. ff. 4 Postea † quæritur, pone quòd emphyteuta iolam partem ficti soluit, & in solutione alterius partis per triennium cessauit, quæritur an possit expelli? videtur quòd non, arg. l. post diem. Tu dic contra arg. l. obligationc. cum ibi nota. C. de solu. & l. tutor. §. Lucius. D. de vsur. Non obstat d. l. post diem. quia loquitur quando solutio particularis recipitur post moram iam contractam, hic quando præuenit. Ratio est, quia priori casu videtur dominus recipiendo iuri deijciendi sibi iam quæsito renunciare, quæ ratio cessat in secundo casu.

5 Circa † hoc quæritur, pone quòd emphyteuta decessit duobus hæredibus derelictis, quorum vnus soluit partem suam ficti, alter cessauit, an poterit vtrumque deijcere? Dic quòd sic, vt l. hæredes. §. an ea. D. fa. ercis. versic. idem iuris. & notatur per Bartolum & Dyn. in l. stipulationum aliæ §. fin. D. de verb. oblig. & l. fraudati. D. de publica. quod nota, quia plerumque contingit de facto.

6 Sed † quid dices de re censuali, pro qua singulis annis soluitur a-

[a] *Quæritur.* Vide Bald. in l. plures, in fi. de fide instr. Bald. & doct. in l. ita stipulatem. D. de verb. oblig. Bald. in l. 2. C. de iu. emphyt. Spe. tit. de locat. in §. 6. vers. 32. & ibi Bal. in addi. vers. potest solui. De ista protestatione, vide c. 6. extrà de lo. & Bar. in l. fi. de eo quod cer. lo. D & Bal. in c. 1. quo tempore miles, &c. in vsi. feu. col. 10. &c. & videtur renunciare protestationi, qui vnum dicit, & aliud facit, ita dicit Iano. in cæua. de sponf. & Bal. no. in repe. in ver. renunciate.

liquid pro censu, an propter cessationem solutionis poterit quis expelli de re censuali? Glossa dicit & non. & Innocen. in c. constitutus, de relig. domib. & per hoc habes [a] vnã differentiam inter rem censualem, & emphyteuticam. 7 Alia † etiam est differentia, nam in re censuali transfertur in accipientem vtrumque dominium tam directum quam vtile: vt notatur in d. c. constitutus. quod non est in re emphyteutica, in qua solùm transit vtile, vt dictum est.

Sed circa censum [b] aliqua videamus. Primò, quis possit imponere censum, secundò, quibus rebus possit imponi census, tertiò quid importat præstatio census. De quibus plenè no. per Goffredum & Hostiensem in summa de censib. 8 Dic † ergo quantum ad primum, quòd Imperator potest imponere cẽsum. vt C. sine censu vel reliq. l. fi. & D. de censi. l. 1. cum seq. Item Papa, vt in c. accipimus. ext. de priuileg. Item episcopi, prælati, patroni & fundatores ecclesiarum, vt in c. constitutus, de relig. dom. & in c. præterea. c. de cens. cum similib. 9 Circa † secundum quibus rebus imponatur. Respondeo quòd dupliciter potest imponi, videlicet personis & rebus. vt in l. ęratem, cum l. seq. D. de cens. licèt de iure canonico imponatur rebus tantùm. vt colligitur in d. c. accipimus, & in c. præterea. 10 Quo † autem ad tertium, dic quòd de iure canonico aliquando est perceptio census in signũ subiectionis. vt in c. 2. de cẽs. & facit l. 1. cum seq. C. de censi. lib. 11. Aliquando est signũ perceptæ libertatis: puta quando ecclesia aliqua dat Papæ piper, vel aliud pro cẽsu. quo casu videtur exempta à subiectione episcopi, & immediatè subiecta ipsi Papę. Aliquando est signum assumptæ solius protectionis, quę tamen est modicę vtilitatis. vt hæc habentur & notantur per gloss. in c. accipimus. de priuileg. & in c. ex parte tua. eo. tit.

11 Sed † quid si emphyteuta soluit censum, rem tamen emphyteuticã deteriorat, an poterit expelli? videtur quòd non, cum sit ius singulare in ecclesia tantùm, ergo in priuato erit contrarium. argu. in l. ius singulare. D. de legibus. Lac. de Bel. determinat idem iuris esse in vtroque, arg. l. eadem. in fin. C. loca. cùm pariter rationis paritatem iuris exposcat. l. illud. D. ad legem Aquil. cum similibus.

Svmmae.

1 *Dominus qui pensionem exigit, sine protestatione, non potest emphytam expellere. Sed eo expulso, bene potest pensionem exigere.*

2 *Emphyteutam dominus propria authoritate expellere non potest: colonum potest.*

GLOSSA XIII.

Necnon admittendũ. Solet [a] dubitari, an vtrũque possit eodẽ

a *Ibi, & per hoc habes.* Et vide glo. in c. dilectus de cape. mo. doc. in c. querelam, de iureiur. & per tot tit. de censi. Bar. in l. 1. D. de publica.

b *No. aliqua de censu.* Vide in c. prohibemus, in c. significauit, & in c. præterea de censi. in c. cum te de rer. & qua. in cle. 1. de stat. mo. in §. ad hæc. in cap. feruitium, ibi quæst. 3. in c. nullus episco. 12. q. 1. in cap. quoniam. de vi. & hon. cle. 1. de cens. c. vt. Vide Ab. in c. dilectus, de offic. or. loca. in c. peruenit, de cens. Specul. de feu. in §. 1.

libello

libello simul peti, videlicet quòd deiciatur à re. & quòd fictum soluat. Et glossa in d.l.2. C.de iur.emphyt. tenet quòd non. Alii contra, vt refert ibi Cy. Distingue verùs secundùm Iac. de Arc. 1 Aut† dominus primo deiecit, postea pēsionē petit, & tūc auditur. vt in Auth. de non alie. §. scire. & in Authent. de alie. & emphyteut. §. si verò, & l. colonus. D. loca. sicut & aliàs dicitur, quòd petitio pœnæ non præiudicat petitioni rei, vt D. de arbit. l. si rem. Aut primò pensionem exigit, & postea deiicere vult. & tunc aut consequutus est pensionem temporis præteriti, aut futuri. Primo casu aut consequutus est simpliciter sine aliqua protestatione, & non poterit deiicere, quasi mora sit purgata. arg. D. si quis cau. l. 2 & l. si. D. de eo quod cer. Io. aut exigit cum protestatione, Saluo iure, &c. & tūc poterit deiicere. arg. l. si debitor. D. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Secundo casu quādo recipit pro futuro, tunc indistinctè non poterit deiicere. arg. l. qui in futurum. D. de pact. & de do. except. l. 2. §. non malè. & d. l. post diem. de lege commis.

2 Circa† hoc quæritur, an domino liceat sua propria auctoritate sine iudicis licentia emphyteutam non soluentem deiicere? Et glossa dicit quòd sic. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. licèt consultiùs fieret, si cum iudicis auctoritate deiiceret. arg. l. creditores. C. de pig. Petrus autem dicit quòd non licet. per l. non est singulis, cum similibus, de reg. iur. licet simplex colonus, qui nullum ius habet in re, possit propria auctoritate per dominum expelli. Dic vt ibi per Cynum, & plenius per Specu. tit. de loca. ver. 48.

SVMMAE.

1 *Melioramenta sunt ædificata, plantata, fata.*

2 *Melioramenta non potest emphyteuta alienare sine consensu domini, & alienare tenetur in personam non prohibitam.*

3 *Emptor rei emphyteutica soluere debet domino quinquagesimam partem precii, vt dominus eum in possessionem inducat.*

4 *Res hypotheca subiecta pro solutione legati non censetur esse emphyteutica.*

5 *In contractu emphyteuseos rescissio ob deceptionem vltra dimidium iusti precii habet locum.*

6 *Ius non quæritur ecclesiæ per alium, nisi pro ea stipuletur.*

GLOSSA XIIII.

CVm omni suo melioramento. Ista meliorameta appellantur in iure Emponemata. vt habetur in l. 2. C. de iur. emphyt.

1 Quæritur† quæ comprehendantur meliorameutorum appellatione? Dic breuiter quòd omnia ædificata, plantata, vel fata. Alia autem posita ad tempus, non affixa solo, vel ædibus, vt puta banchæ, vasa, currus, & similia, non includūtur inter meliorameta: vt probatur in l. fundi. §. si rura. D. de actio. emp.

2 Postea† quæritur, an hæc meliorameuta possit emphyteuta irrequisito domino alienare? Dic quòd non, sed eius consensus requiritur. vt d. l. fi. in princ. C. de iur. emphyt. Et fieri debet alienatio in personam non prohibitam à iure, vt sunt seruus, ecclesia, valuasores, locus religiosus, & alii inhabiles difficultate conueniendi, & a iure priuilegiati.

3 Et notādum est quòd is in quem fit alienatio, debet soluere domino

quinquagesimam partem precii, & ipse dominus debet per seipsum ponere in possessionem, vt in d. l. fin. & si fortitan iste nouus emptor voluerit postea alienare, debebit primum dominum requirere. vt notatur per Glos. & Doctores, in d. l. fin. & Bart. in l. si domus. §. fi. D. de leg. 1.

4 Quæro † aliquis legauit x. ecclesiæ, solue. à super domo sua, an si cesserint à solutione per biennium, res cadat in commissum & fiat perta ecclesiæ? Dic quòd non. Imò licitum est sine requisitione & consensu ecclesiæ, ipsam rem alienare. vt notatur in l. nihil. de leg. 1. & in l. libertus. 1. respon. D. de annu. legat. quam opinionem sequitur Spec. in d. tit. de loc. vers. 118. Si tamen legatum esset perpetuum. tunc secundùm eum esset necessarius consensus ecclesiæ in alienatione. vt notatur ver. 86. vbi vide.

5 Deinde † queritur quid si ecclesia, vel alia priuata persona sit decepta in concessione huius rei emphyteuticę vltra dimidiã iusti precii. an possit petere contractum rescindi? Specul. determinat quòd sic. in ver. 80. quæritur. arg. in l. 2. C. de rescin. ven. & in c. cũ dilectus. ext. de emp. & vend. Pro qua decisione est Glo. sing. l. si ea pactione. C. de vsur.

6 Postea † quæritur. ecce, aliquis vendidit fundum, cum onere soluendi libram vnam candelarum tali ecclesiæ, omni anno, nomine ficti, quod sibi debetur, quæritur an per hoc sit ius ecclesiæ quæsitum? Dic quòd non. vt determinat Spec. in vers. 74. in tit. de loca. nisi nomine ecclesiæ fuerit expressè stipulatus. quo casu, ipsa ratum habente, sibi ius quæritur, etiam aliter non appetente de iure ipsius ecclesiæ. vt ibi per eum. Per quẽ Spec. in hac materia in tit. prælegato. Formantur aliæ infinitę quæstiones de quibus ibi videre potes per eum, vbi latiùs examinat.

FORMA LIbelli in actione hypothecaria.

TITVLVS XLIII.

ORAM vobis Do. B. Vicario. &c. Dicit, narrat, significat & proponit Simon Spelta procurator & procuratorio nomine spectabilis viri Raynaldi de Beccaria de plebe, agendo, & agere volendo, & hanc petitionem dirigendo contra & aduersus Philippinum de Folbertis, & contra quamcũque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, non in modum solennis libelli, sed qualis qualis petitionis & simplicis facti narrationis.

I. Dicens & proponens idem Simon nomine quo suprà, quòd supra scriptus Philippinus fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse à suprascripto Raynaldo mutuò & ex causa mutui, gratis & amore & sine vlla

vsurarum

vſurarum conuentione, florenos mille, quos eidem Raynaldo infra certum terminũ iam elapſum reddere & reſtituere promiſit in pecunia numerata, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, prout de præmiſſis & aliis conſtat publico inſtrumento inde tradito & rogato per M. Muriculam notarium Papiæ, quod quidem inſtrumẽtum, ne ipſe Philippinus vllam poſſit prætendere ignorantiam vel excuſationem, idem Simon nomine quo ſuprà ex nunc coram vobis exhibet & producit in forma publica.

II. Rurſum dicit & proponit idem procurator, quòd ſupraſcriptus Philippinus in vna alia parte fuit confeſſus & contentus ſe habuiſſe & recepiſſe in depoſito & ex cauſa depoſiti florenos centum, boni auri & iuſti ponderis, à ſupraſcripto Raynaldo, quos etiam ſibi reddere & reſtituere promiſit intra certũ terminũ iã elapſum, ſub eadem obligatione bonorũ ſuorum, prout etiam de his & aliis conſtat publico inſtrumento tradito & rogato per ſupraſcriptum notarium, quod quidem inſtrumentum in forma publica ex nũc producit & exhibet procurator antedictus.

III. Denique etiam dicit & proponit ipſe procurator, quòd tempore dictorum mutui, depoſiti, & obligationum prædictarum, præfatus Philippinus, & ante, & poſt, tenuit & poſſedit, & hodie tenet & poſſidet, pro ſua & tã quam ſuam, domum vnam muratam coopertam, poſitam in Papia in porta Pertuſii, cui coheret, &c. Ipſi Raynaldo ex cauſis memoratis pignori & hypothecæ obligatam.

IIII. Quam tamẽ domum ipſe Philippinus dimittere & relaxare ipſi Raynaldo iure pignoris recuſauit præſentaliterque recuſat, licèt indebitè & iniuſtè.

Quare, cùm prædicta vera ſint, petit & requirit d. Simon nomine quo ſuprà, per vos & veſtram ſententiam diffinitiuam pronunciari & declarari, dictam domum fuiſſe & eſſe pignori obligatam & hypothecatam ex cauſis ſupraſcriptis Raynaldo præfato, & condemnari per vos & per dictam ſententiam veſtram, & condemnatum iuris remedijs com-

pelli, supra scriptum Philippinum ad dimittendum & relaxandum, iure pignoris & hypothecæ, domum antedictam supra scripto Raynaldo, seu dicto eius procuratori eius nomine, simul cum fructibus damnis & interesse, passis & factis, ac faciendis & patiēdis in futurum, de quibus liquidabitur in processu. Et prædicta per vos fieri petit & executioni mandari, omni via iuris, &c.

Deducēdo in præsenti iudicio, &c. Saluo iure, &c. Nō astrigens se, &c.

SVMMAE.

1 *Duæ actiones non possunt cumulari, cùm sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in altera.*

2 *Plures personæ ex diuersis causis obligatæ non possunt eodem libello conuenirí.*

GLOSSA I.

Coram vobis. Circa formam libelli attende quòd duæ diuersæ actiones & obligationes deducuntur in eo, & ex diuersis causis: quarum altera est realis, videlicet hypothecaria, alia personalis, videlicet actio depositi & mutui. Sed aduertendum quòd hypothecaria deducitur principaliter, alia in consequentiam. Vnde reuocari solet in dubium, an plures actiones possint in vno & eodem libello proponi?

1 Super† quo cōclusiuè dic, quòd aut hæ plures actiones ita se habēt, quòd sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, & & tunc non possunt in eodem libello eodem tempore regulariter proponi istæ tales plures actiones, sed locus est electioni. vt probatur in l. quod in hæredem. §. eligere. D. de tributo. & in l. cum filius. §. variis. D. de leg. 2. Aut ita se habent quòd sententia lata in vna non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, & tunc admittitur cumulatio & propositio plurium actionum simul. vt l. si idem cum eodem. D. de iurisd. om. iud. & l. hæredes. §. de pluribus. D. fam. er. & quod notatur per glo. in c. querelam. de elec. facit l. fin. de an. except. De quo vide quod plenè notatur per Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iuris, lib. vi. & per doctores in l. edita. C. de eden. & ego scripsi suprà in primo libello.

2 An† autem plures personæ ex causis diuersis obligatæ possint in vno & eodem libello conueniri? Puto quòd non. iuxta ea quæ dicta sunt in forma libelli plurium reorum debendi. Nam quilibet per se habere debet ius deliberandi, & contra quemlibet est offerendus libellus. vt in Auth. offeratur. C. de li. conte. & l. 1. §. 1. D. de eden. facit d. l. fin. C. de an. except. Sed an personalis & hypothecaria possint simul eodem tempore proponi & intentari contra eundem. dicam infrà.

SVMMAE.

1 *In mutuo (quod dicitur quæ sit de meo tuum) non res eadem specie, sed eadem genera restituuntur.*

2 *Ex causa mutui obligātur fungi-*

Item

Item ecclesia, vniuersitas, ciuitas, dummodo probetur pecuniam versam esse in earum vtilitatem.

3 *Pecunia præsumitur versa in vtilitatē ecclesiæ vel vniuersitatis ei bi qui eam repræsentant pecuniā receperunt: & cum syndicus qui recepit habuit specialē mandatum ad accipiendam mutuò in certam causam: vel cùm confitetur se recipere in certam causam.*

4 *Cùm syndicus habet specialē mandatum ad accipiendam pecuniā mutuò in certam causam, mutuans debet esse curiosus, vt in eam causam conuertat. Nisi dixerit quòd in aliam causam accipit.*

5 *Pecunia probatur versa in vtilitatē vniuersitatis, per veras probationes, item si numerata est præsente consilio ciuitatis: item probatū quòd ciuitas pecunia indigebat.*

6 *Si pecunia non sit versa in vtilitatem vniuersitatis, mutuans habebit regressum contra ipsum syndicum vel thesaurarium ciuitatis.*

7 *Ciuitas non restituitur ex causa mutui contra creditorem, nisi probata læsione. At minor restituitur, nisi constet eum industriosum esse.*

8 *Ex mutuo vel delicto ciuitatis singuli ciues cogi possunt.*

9 *Is qui in certis casibus tantū potest suo nomine mutuam pecuniā sumere nūquam præsumitur in illos casus accepisse: nisi aliter.*

10 *Mutuum triplex est, naturale, ciuile, & mixtum.*

11 *Contra mutuum ciuile opponi potest exceptio non numeratæ pecuniæ, intra biennium, nisi renunciatiō sit huic exceptioni. Post biennium probatio admittitur, pecuniam nō esse numeratam.*

12 *Verba*, numerauit, recepit, habuit, *denotant mutuū naturale.*

13 *Mutuum mixtum est cui accedit stipulatio de restituendo.*

14 *Mutuū restitui debet eadē bonitate, etiā si res mutuata fortuitò perierit.*

15 *Possū confiteri me accepisse mutuā pecuniā, licèt tūc nulla pecunia fuerit numerata. & præsumitur quòd tunc receperim, nisi testes contradicant.*

16 *Confessio debitoris sufficit ad fundandam actionem mutui.*

17 *Cùm in instrumento continetur cōfessio mutui, & promissio de restituendo, agi potest ex illa certi conditione, ex hac vero ex stipulatu.*

18 *Procurator constitutus ad accipiendā pecuniā mutuò nō obligat dominū, nisi naturaliter accipiat. Idē si adiciatur mādato clausula, Ad cō fitendū pecuniā ipsā recepisse.*

GLOSSA II.

MVtuo & ex causa mutui. Valde frequens est hic cōtractus, ideoque notandus est. 1 Dicitur † autem mutuum ex eo quòd de meo tuum fit. vt in l. 2. §. appellata. D. si certum petatur. Sic tamen quòd non ipsum mutuum datum, sed tantundem in eodem genere restituatur. vt in d. l. 2. in prin. & l. cùm quid. eod. tit. cum similibus. Et per hoc colligitur differentia inter contractum venditionis, donationis, & similium, in quibus nō agitur vt id quod traditur, vel aliud reddatur.

2 Sciendum † est autē quòd ex causa mutui nedum obligatur singularis persona, sed etiam ecclesia. vt in Authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. Et etiam cōmunitas & vniuersitas, vt l. ciuitas.

& plenè per Bart. D. si cert. pe. Dum tamen vtroque casu probetur quòd pecunia sit versa in vtilitatem ciuitatis vel ecclesiæ. vt plenè etiam notatur per Inno. in c. 1. de depo. Et ad de quod infrà eo. tit. scripsi in Glos. super verbo, *sub eadem obligatione bonorum*.

3 Sed † circa prædicta quæritur qualiter probetur per creditorem pecuniam esse versam in vtilitatē ciuitatis vel ecclesiæ? Distingue secundùm Bar. vbi suprà. Aut ciuitas illa, vel repræsentantes ipsam, recepérunt pecuniam mutuò in certam causam, & tunc præsumitur versa in eius vtilitatem. Aut syndicus ciuitatis pecuniam mutuò sumpsit, & tūc aut habuit mandatum speciale ad accipiendum pecuniam mutuò in certam causam. & tūc præsumitur versa in illam causam, & in eius vtilitatem. arg. in l. qui habebat. D. de instito. Aut non habebat speciale mandatum ad accipiendum pecuniam in certā causam, & tunc sufficit quòd syndicus dicat & confiteatur se in certam causam recipere. & præsumitur eodem casu ipsa pecunia in dictam causam conuersa, licèt aliter non appareat de ipsa conuersione, arg. l. 1. §. vbi autem. vers. Vnde quæritur. D. de exer. & ita sentit Azo in summa de exer. Quandoque nullum habebat speciale mandatum super pecunia mutuò assumenda, simpliciter habebat administrationem ciuitatis, & tunc probari debet per testes vel instrumenta q̄ ipsa pecunia sit conuersa in vtilitatem ciuitatis. & hoc casu locū habet d. l. ciuitas. & Authen. Hoc ius porrectum. secundùm Glossam & Doctores in d. l. 2. §. fin.

Hìc generaliùs quæro, qua solennitas seruabitur ad repetendum mutuum ciuitatis[a]? Glossa 2. in d. l. ciuitas. D. si cert. pet. dici. quòd creditor debebit probare pecuniā versam in vtilitatem ciuitatis. Et dicit ibi hoc esse verum, quòd administrator ciuitatis ex generali potestate sibi concessa potest accipere mutuum, sed si habuit in mandatis ad accipiendum pecuniam mutuò specialiter, non incumbit onus probandi creditori, sicut non incumberet cùm contraxisset cum ciuitate, vel eius generali consilio quod vicē populi repræsentat. vt dicit Glossa singularis quæ non est alibi sic loquens. C. quæ sit long. consu. in rub. Et quòd hęc probatio non sit necessaria, ex quo speciale mandatū habet, est casus in l. qui habebat. D. de instito. 4 Fallit † si mandatum speciale habuisset ad accipiendum pecuniā mutuò in certam causam conuertendam. Nam tunc mutuans debet esse curiosus vt in eā causam conuertatur. saluo nisi accipiens pecuniam mutuo dixerit quòd in aliā causam pecuniā assumebat. textus est in l. 1. §. vbi autem. vers. vnde quæritur. & vers. sed & si in precis D. de exer. Sis ergo cautus tu qui contrahis cum talibus administratoribus, vt in instrumento facias apponi verba prædicta ad omne dubium removendum. facit Instit. de excep. §. diuersum.

5 Probat † autem pecuniā mutuans esse versam, primò per probationes hoc necessariò concludentes. Secundò per coniecturas, putà si consilio ciuitatis præsente admi-

a Not. quando ciuitas accipit pecuniam mutuò, & per Ioan. de Imo. & Barba. in d. ea. primo depos.

nistrator

miſtrator accipit pecuniam, vel etiam quia tunc ciuitas egebat pecunia, ſecundùm Cyn. in Authent. hoc iur. correctum. Guillermus tamen dixit ſemper requiri probationes neceſſariò concludentes. Sed hoc non placet Innoc. in cap. 1. ext. de depo. dic vt ibi. Conclude ergo quòd hæc lex habet locum in adminiſtratore ciuitatis, qui ex generali mandato habet potentiam accipiendi pecuniam mutuò.

6 Succurritur † autem mutuanti, cùm probare non poteſt pecuniam verſam in vtilitatem, vt agat contra ciuitatem. & ſi opponitur quòd in vtilitatem ciuitatis pecunia non eſt verſa, faciat citari adminiſtratorem, vt cauſæ ipſe aſſiſtat. vt Cod. de euict. l. patentes. Et ſi non probat mandatum ſuum, tenebitur de dolo ex quo ſe adminiſtratorem aſſeruit. vt l. ſi legatarius. & l. quidam. D. de dolo. in Gloſſa. Probato autem mandato, niſi ipſe probet pecuniam fore verſam in vtilitatem ciuitatis, conuenietur condictione ob cauſam, eo quòd pecunia fuit data vt in vtilitatem ciuitatis conuerteretur, & conuerſa non eſt. Sed quid ſi ipſe dicit, Dedi eam theſaurario, non habui vltrius me intromittere? Dic quòd mutuans poterit agere contra ciuitatem, vt contra theſaurarium cedat ſua iura: nam per hoc conſequitur mutuans pecuniam, ſine ciuitatis diſpendio. vt l. in creditore. in prin. D. de euict. & hoc modo practica legem iſtam.

7 Item † aduerte quòd licèt creditori non incumbat onus probandi quandoque pecuniam verſam in vtilitatem ciuitatis, vt in caſibus ſupra dictis, tamen ciuitas poterit petere reſtitutionem in integrum & reſtituetur, non ex clauſula reipublicæ, (vt l. res publica. Cod. quib. ex cau. ma.) ſed ex clauſula generali, *Si quo mihi inſita* &c. probata læſione, & non aliter, cùm in ciuitate ſint ſemper homines induſtrioſi. Secus autem in minore accipiente pecuniam fœnori, qui non habet aliter probare de læſione. vt l. 1. Cod. ſi aduer. ci. ed. & ibi per Cyn. Saluo niſi probet dictum minorem induſtrioſum. vt notat Gloſſ. in l. 1. ſecundùm primam lecturam. C. qui & aduer. quos.

Item ſcias quòd contractus mutui ab habente poteſtatem legem condendi fit lex. vt D. de publica. l. Cæſar. & C. de do. inter vi. & vxo. l. pe. & ſicut per legem omnes ſubditi poſſunt ligari, ita per contractus.

8 Ideo † ſyndicus conſtitutus ad accipiendam pecuniam mutuò, & ad obligandum ciuitatem & ciues ſingulares, poterit eos ſingulariter obligare. itaque in quemlibet ſingulariter poterit fieri executio debiti, licèt alias pro debito ciuitatis ſingulares ciues non ſint vexandi. vt l. 1. D. quod cuiuſque vniuer. nom. Et hoc verum, quia ſicut pro delictis ciuitatis obligantur ſingulares ciues, (vt l. metum. §. aduertendum. D. quod me. cau. de reg. iur. lege aliud. §. refert.) ita per contractum. vt D. de iudic. lege omnem.

9 Conclude † etiam vnum ſingulare, quòd qui ſuo nomine mutuam pecuniam ſumere non poteſt, niſi in certo caſu, in eo caſu nunquam pecuniam aſſumpſiſſe præſumitur, niſi ſit miles. vt lege pen. ad Mace. per locum à ſpeciali. Angel. in d. lege ciuitas. D. ſi certum peta.

10 Quæro † quotuplex [a] est mutuum? Respõdeo mutuum esse triplex. Est enim quoddam naturale tantùm, quoddam ciuile tantùm, quoddam autem ciuile cui natura cooperatur. Naturale quidem mutuum tãtùm, est quando res quæ datur tibi mutuò, à me traditur, vel ab alio nomine meo. vt l. certi condictio. in fi. & l. singularia. & l. proinde. D. si cer. peta. & notatur per Bart. in l. 2. §. appellata. eod. tit. Ciuile verò tantùm, est illud quod per simplicem oris confessionem contrahitur, puta cùm dicitur, *Talis fuit confessus habuisse & recepisse mutuò*, &c. vt hîc. Et talis modus contrahendi est in communi stylo & viu, de quo loquitur l. 1. & 2. & l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. & Insti. de lit. ob. in prin.

11 Cuius † quidem mutui natura est, vt ille qui sic confessus est. si conueniatur [b] ante biennium, possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, nisi ipsi exceptioni expressè renunciasset, vt fit quotidie in instrumentis. Post biennium verò habet os clausum ne possit talem exceptionem opponere, quia præsumitur numerata, nisi probet contrarium. vt hæc habentur in l. in contractibus. in prin. & in l. si ex cautione, cum similibus. C. de non nume. pecu. 12 Et eodem † modo præsumitur numerata, si notarius dicat in instrumento quòd talis numeravit, vel talis mutuò habuit & recepit, vel similia verba, quæ actum naturalem significant accessisse. Sed tamen caueat notarius ne his verbis vtatur, nisi videat pecuniam in præsenti. vt ibi notatur per Doctores.

13. Ciuile † autem mutuum cui natura cooperatur, est illud quando stipulatio intercessit de mutuo restituendo, facta numeratione, vel ante. de quo loquitur l. si ita fuero. in fin. & l. cùm enim. D. de nouat.

14 Verùm † quamuis in specie mutuata quis appareat obligatus, ad restitutionem mutui tenetur, etiamsi casu fortuito periret. l. incendium. C. si cer. peta. & l. quod te. D. eod. tit. Quæ restitutio est fienda in eadem bonitate. l. cùm quid. D. si cer. pet. & l. triticum. D. de verb. obligat.

Pro declaratione præmissorum quæro de aliquibus. 15 Et † primò quæritur, cùm notarius dicit in instrumento, *Titius fuit confessus se centum mutuò recepisse*, testes verò in instrumento descripti dicunt quòd nulla intercessit pecunia nec numeratio, an ex hoc redarguatur instrumentum de falso? Et certè dicendum est quòd non, quia instrumentum loquitur de mutuo ciuili, testes verò deponunt super mutuo naturali. & sic sunt diuersi non aduersi. vt tenet Bart. in l. singularia. in fi. D. si certum peta. Vnde non probat hoc esse, &c. vt l. non hoc. C. vnde cogn. & l. neque natales. C. de probatio. facit quod notat Bart. in l. prædia. D. de acquirē. possessio. Deinde circa hoc insurgit tale dubium, pò-

a *Nō. quotuplex est mutuum*, vide Gloss. & per Bar. in l. a. in §. fi. D. si cer. pe. Bal. in rubri. C. eo. ti.

b *Si conueniatur ante biennium.* adde & vide Pano. in c. fin. de pign. vbi dicit quòd debitor potest agere triplici via, sed debet probare pecuniam non numer. sed ante biennium est secus, quia præsumitur quòd debitor anxietate habendi pecuniam

fuerit confessus.

fico quòd ſic quis confiteatur, an præſumatur recepiſſe pecuniã tempore ipſius confeſſionis & conſcripti inſtrumenti, an verò retro ante ipſam cõfeſſionẽ? Et videtur quòd præſumptio ſit ipſum recepiſſe retro, quia iſta verba *recepiſſe* ſunt præteriti cẽporis & pluſquam perfecti, ergo repræſentãt & important actũ numerationis fuiſſe geſtum retro, nõ autem de præſenti. vt l. Aurelius. §. Titius Seio. D. de liber. leg. in fi. In oppoſitum determinat Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. D. de verb. oblig. & in l. certi condictio. §. ſi nũmos. D. ſi cer. pe. & d. l. prędia. D. de acqui. poſ. & plenius in l. poſt dotem. D. ſol. mat. quia in re dubia verba & eorum ſignificationes referenda ſunt ad tempus inſtrumenti, quando actus qui geritur eſt talis naturę, vt potuerit interuenijſſe eo tempore. arg. d. §. Griſogonus. & quod alibi dicitur in materia. l. ſciendum. D. de verb. oblig. Quæ tamen præſumptio confunderetur, ſi teſtes in inſtrumento deſcripti dicerent pecuniam nullam tunc fuiſſe numeratam. nec tamen per hoc impugnaretur virtus inſtrumenti, quia eo caſu intelligendum eſſet de numeratione longè vel proximè retro facta, ante ipſum inſtrumentum.

16 Quid † dices ſi in libello dicatur ſic: *Domine iudex dico me mutuaſſe Sempronio centum, & inde produco inſtrumentum, in quo confeſſus eſt ſe mutuò à me recepiſſe dicta centum*, an ſit per dictum inſtrumentum probata mea intentio vel petitio? Dic breuiter quòd ſic, ſecundum Bart. vbi ſ. quia verbũ *mutuaſſe*, ita verificatur in actu ficto ſic ut in vero & mutuo ciuili, ſicut in naturali.

17 Sed † quid ſi producto libello ad eius probationem produco inſtrumentum, in quo nedum continetur confeſſio de qua ſupra, ſed etiam quòd ipſe Sempronius ſolenniter promiſit dictam pecuniam reſtituere, prout cõmuniter fit in inſtrumentis, an procedit dictus libellus? Videtur quòd non, quia per formam dicti libelli videtur intentata certi condictio de mutuo, de qua in l. certi condictio. in prin. D. ſi cer. peta. & inſtrumentum probat de actione ex ſtipulatu. vt l. ſi ita fuero ſtipulatus, in fin. & l. cùm enim. D. de nouat. In contrarium facit, quia verba libelli debent interpretari ſecundùm proferentem. vt l. ſi quis intentione. D. de iud. Vnde erit intelligendum de mutuo, cui natura cooperatur. Aduerto quòd Bart. ſibi in hoc fuit contrarius. nam in dict. §. Griſogonus. circa fin. tenere voluit primam partem. deinde in dict. §. ſi nummos. tenuit ſecundam, & eam puto veriorem. Vnde propter hæc & alia, facta ſunt in bonis terris & prouinciis ſtatuta, ſeu capitula, quòd quælibet petitio, quæ rem contineat & cauſam, intelligatur tolerabilis.

18 Amplius † quæritur, ſi aliquis ſit conſtitutus procurator [a] ad recipiẽdum pecuniam mutuò an ſi confiteatur ſe recepiſſe obligetur dominus? Videtur quòd ſic, quia iſtud verbum *mutuo*, verificatur tam in mutuo ciuili quàm etiam naturali,

a *Nota.* quòd procurator conſtitutus ad recipiendum pecunia mutuò, ſi confitetur ſe recepiſſe non obligatur dominus.

vt supra dictum est, Ergo cùm sit ei mandatum ad contrahendum mutuũ, illud mandatum extenditur ad vtrumque. In contrarium determinat Barto. in l. 2. §. verbis. D. si cert. pe. & est ratio, secundùm eum, quia illud verbum *ad recipiendum*, habet qualificare & restringere illud verbum *mutuò* ad ipsum actum naturalẽ tãtùm, ideóque ipse dominus de ciuili mutuo non obligabitur. arg. in l. 1. §. si mutuam. D. si quid in fraud. pat. & D. de nouat. l. debitorem. meum, cum ibi notatis. Quid † ergo si in ipso instrumento procuræ sit dictum *Procuratorem constituit ad accipiendum mutuò, & ad confitendum pecuniam ipsam recepisse*, an tunc obligabitur dominus, si ipse procurator simpliciter confiteatur pecuniam mutuò recepisse? Videtur quòd sic, quia hoc est expressum in mandato. In cõtrarium determinat idem Bar. vbi supra. & ratio, quia illa verba quæ subiiciuntur *ad confitendum se recepisse, &c.* sunt intelligenda de pecunia recepta, quam accipiendam mandauit cùm dixit, *ad accipiendum mutuò*, &c. nam illa verba aliter intellecta importarent donationem, quæ in dubio non videtur prõcuratori concessa. vt l. filiusfamilias. in prin. D. de donat. & l. contra iuris ciuilis. §. fi. D. de pactis.

Svmmar.

1 *Secundus hodie vsuris regitur, & charitas mortua est.*

2 *Author diffusè in vtranque partem disputat, An vsuræ sint permissa de iure diuino, naturali, ciuili & canonico.*

3 *Mutuans potest pacisci de certa quantitate pro damno quod patitur, quia pecunia sua caret, ex Thomæ Aquinatis sententia.*

4 *Thomas sentit vsuras iure ciuili permissas: at iure diuino & canonico prohibitas esse.*

5 *Causæ prohibitionis.*

6 *Vsura quæstum impudicus fictus non celebrat, sed die noctèque laborat.*

7 *Causa permissionis.*

8 *Quid in existimant vsuræ prohibitionem non esse præceptam sed consilium meris diuini. Thomas contra.*

9 *Veniale peccatum per frequentiam actuum efficitur mortale.*

10 *Qui credit vsuram non esse peccatum est hæreticus.*

11 *Multitudo nimia clericorum, & nimia vsurariorum prohibuit destruit statum laicorum.*

12 *Clerici acriter prohibuerunt vsuras vt sua iurisdictionalia laicos submitterent.*

13 *Quæstio theologa, An mercator, tali datur pecunia ad subeundum partem lucri & damni, possit pacisci de certa quantitate lucri, & non damnum in se recipere.*

GLOSSA III.

Sine aliqua vsurarum commotione.

1 Hìc ergo diligenter aduertas, quia mundus † hodie non sustinetur nec regitur, niũ de vsuris. nam charitas mortua est & dilecto proximi. [a] 2 Videamus † igitur an omni iure sint ipsæ vsuræ prohibitæ, vel aliquo iure cõcessę? De qua

a No. hìc multa pulchra de vsuris, vide Leuit. 25. capit. & Exod. 22. capit. & Deuter. 23. & Psalm. 14. incip. Domine quis habitabit, & Ezechiel. 18 & in Luca. 6. capit. & in capit. quæ in omnibus, de vsu. & in capit. quoniam multi 47. distinctio.

quæstione

quæstione plenè tractauit Thomas de Aquino in suo libro, qui intitulatur secunda secundæ. qu.76. aliàs 78. & per Gratianum in decreto 14. q.1.cum seq.& per Cyoum in Auth. ad hæc. C. de vsu. Et arguendo, videtur quòd vsuræ sunt permissæ iure naturali. Certum est enim quòd iuri & rationi naturali congruit, vt benefacienti benefaciamus, alioquin vitium esset ingratitudinis, quod fontem exurit pietatis. vt l. sed ü lege.§.consuluit.D.de pet.hę red. dare autem mutuanti pro remuneratione seruitij accepti videtur esse concessum. Præterea iure naturali licet cuicunque de suo dare,& à dante spontaneè recipere. vt l.ex hoc iure.D.de iust.& iu. & l.traditionibus. C. de pac. l. traditio.D. de acquir.re.do.cum similibus. Sed ille qui pecuniam mutuò assumpsit, sponte dat ipsam vsuram. Ergo,&c. Rursum [a] videtur permissa de iure ciuili, vt patet tam in iure Digestorum, quàm Codicis & Authenticorũ in titulis De vsuris. Amplius etiam videtur permissa iure decretorum, in c.salubriter. & in c. nauiganti. cum ibi notatis. de vsu. Cæterùm videtur fore permissa iure diuino, per id quod dicitur Luc.19. *Ego veniens cum vsuris exegissem illam*, scilicet pecuniam mutuatam. & in Deuteron.24. *Non fœnaberis fratri tuo, sed alieno.* Et 29.capite, *Fœnerabis gentibus multis.* Pro hac parte induco expressè textum quem non allegat Thomas prædictus, Ecclesiastici 29. capite. vbi sic dicitur, *Fœnerare proximo tuo in tẽpore necessitatis illius.* & item. *Redde proximo tuo in tẽpore suo. Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerint. Donec accipiat osculatur manus domini, & in promissionibus humiliat vocem suam, & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum, & tempus tãsabitur. Si autem potuerit reddere, aduersabitur, soldi vix reddet dimidia, & cõputabis illud quasi inuentionẽ. Si autẽ, fraudabit illum pecunia sua.& possidebit illũ inimicũ gratis, & cõtitia & maledicta reddet illi. Et pro honoris beneficio reddet illi contumeliam. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.&c.* & eod. lib. c.8. scribitur: *Noli fœnerari homini fortiori te, quòd si fœneraueris tãquam perditum habe.* Deinde videtur omni iure permissum recipere hanc commoditatem, quam vsurã appellamus. Licet enim cuicunque habere commoditatẽ & præmiũ ex argento in massa cõmodata, secundũ eundẽ Thomã, vt de equo aut domo, vel libro, ad vsum mutuò concessõ, vel cõmodato. Cur ergo nõ sic in pecunia numerata mutuò cõcessa? Præterea, secundùm eundem Thomã, licet præmium accipere de pecunia alii cõcessa ad oblectationẽ,

a *Rursum,&c.* Vide in Auth.de ce.mis.gl. & Bart.in Auth.ad hoc, C.de vsu glossi. & ibi Abba.in c.quare in omnibus, de vsu. glo.1.in cap. quid dicam 24. quæst.3. glos.in verb. decimas, in cap.1. de vsu.lib.6. Ioan.de Imola. in clem.1.super glos.in verb.humana,de vsue. Ioan.And. in regula peccatum, de reg.iur.lib.6.in mercu.lib. 6. Abba.in c cùm sit generale,in 9.colum. ver.1. tenendo de for.compe. Ang. consilio 219. & consilio 272. Car.Zab.consil. 78. in vltima colum. Ant. de prato veter. consi.49.in 4.volum.inter consi.do. Alex. de Imo. Car.Alex.in cap.1.10. distinctio. Archiepiscop. Flo. in secunda parte suæ summæ c.6. summa angelica,in verb. vsura. Li.I in prima quæstione,&c.

vel ad ponẽdum loco pignoris, cur ergo non sic dicetur in pecunia ad numerum concessis? Porro etiã, secundum eum, licitum est, de pecunia quam quis ponit apud mercatorem vel artificem, ex gere partem aliquam lucri, & pacisci de aliqua parte lucri inde danda. ergo sic videtur licitum in eo qui pecuniam ponit ex causa mutui apud aliquem indigentem. 3 Insuper, † secundum eundem, ille qui mutuò dat pecuniam numeratam potest licitè pacisci de aliquo sibi dãdo in recompensationem damni sui, per quod ei subtrahitur aliquid, quia per hoc nõ venditur vsus pecuniæ, sed vitatur damnum. cur ego non sic erit in quocunque casu. cum pecunia non possit in alium trãsferri sine damno dantis, qui sustinet de ea prædium emptum, vel mercimonia, & qui mutuando submittit se periculo perditionis eius multis & variis modis?

In contrarium videtur quòd omni iure sit prohibita. Primo iure naturali, quia contra naturam est, quòd pecunia germinet pecuniam. Item quia est contra naturalem instinctũ, quo homo homini ad seruiendũ alligetur. Deinde prohibita est de iure diuino: Exodi. 22. cùm dicitur, *Si pecuniã mutuò dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.* Et in Psalmo scribitur, *Et qui pecuniam suam non dedit ad vsurã.* Et in Euangelio Matthæi, *Mutuum date nihil inde sperantes.* Iure etiam canonico est prohibita, & diuino simul, vt patet 14. p. 1. cum seqnen. per totum & in cle. 1. de vsu. Amplius videtur etiã prohibita iure ciuili. quo Imperator dicit quòd leges non dedignantur imitari sacros canones. vt in Auth. de eccle. tit. & mandat Imperator obseruari quatuor generalia Cõcilia & in eis depositã, in quibus prohibita est vsura. vt l. 1. C. de summ. trin. & fid. catho. Sed ad hoc per aliquos respondetur, quòd in cæteris præterquam in vsuris mandat dicta Cõcilia obseruari. Si enim ad vsuras se Imperator referre voluisset, iam non specialiter & expressè super illis tractatum sic prolixum & earum permissiuum inseri voluminibus Digestorum, Codicis, & Authenticorum mandasset, nec Papa (cui tunc ipse Imperator notitiam fecit de compilatione per eum facta Codicis & aliorum librorum) consensisset, prout fecit, sed prohibuisset vt dictæ vsuræ concederentur. Vnde cùm ipse Papa tunc consenserit, vt habetur in epistola Inter claras & epistola Reddentes honorem. C. de sum. trin.) nec expressè ordinationi Imperatoris in hoc contradicit, videtur, secundùm eos, cõcludi posse, quòd ipsæ vsuræ permissæ sint tam à Papa quàm ab Imperatore, & sic vtroque iure. 4 Quid † ergo dicendum? Finaliter & conclusiuè idem Thomas dicetur ipsam vsurã iure diuino & canonico esse prohibitã, de iure autẽ ciuili esse permissã.

5 Superest † autem videre, quæ est causa prohibitionis iure diuino & canonico, & quæ sit causa permissionis iure ciuili. Vbi aduertendum quòd causa prohibitionis, secũdum aliquos, fuit multiplex. vt refert Imo. in c. 1. de vsur. Prima fuit ad euitandum ne homines fierent idolatræ, quia scribitur, vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Secunda, ne homines desererent agriculturam intendentes lucro vsuræ, & per hoc submergerent pauperes & occiderent, quia

rent, quia sequerentur fames & caristiæ. Tertia, ne diuites qui mutuò sumerent aliqua necessitate cogente, efficerentur pauperes, quæ paupertas est periculosa, vt inquit Salomon, *Paupertatem neque diuitias dederis mihi Domine.* Quarta, quia offenditur proximus, & amor naturalis, qui est alter alterius onera sustinere, & charitas minuitur. Quinta ratio est, secundùm Thomam, quia vsura nil aliud est quàm pretium vsus pecuniæ mutuatæ. vsus autem huius pecuniæ nil aliud est quàm ipsa rei consumptio, sicut etiam in vino, frumento, & aliis quæ mutuari possunt. Si ergo quis velit restitutionem æqualis quantitatis, & precium vsus eius, sequitur quòd velit duas recompēsationes pro eodem, quod diuinæ repugnat iustitiæ. Sed ista ratio parum vrget, quia sic dici posset prohiberi lucrum vel emolumentum recipi ex massa argenti, vel pecunia in sacco ad ostentationem consignata, cuius contrarium ipse determinat, vt suprà dixi. Sexta, vt credo, potuit esse vt refrenetur & compescatur nimius ardor auaritiæ, & vana gloria, & pompositas, & alia vitia quæ producuntur ex pecuniæ abundantia. Septima additur ne hominis sollicitudo circa doctrinam bonarum artium, & victum ex labore manuum quærendo depereat, & pigritiæ somnolentiæque deditus, sub spe 6 huius † impudici reddatur (qui festa non celebrat, & die noctéque laborat) omnino & in breui marcescat & pereat.

7 Ratio † autem permissiua vsurarum de iure ciuili ea fuit, secundùm Thomam, quia lex humana, quæ data est populo, considerauit solùm populi vtilitatem quæ ex negociatione procedit. Ne ergo huiusmodi vtilitates impedirentur, vsuras concessit, non tanquā iustas, secundum diuinam legem, sed tanquam vtiles ad humanam communionem sustinendam. Sicut in pluribus lex humana multa peccata reliquit impunita, & sustinet ea tanquam licita, quæ lex diuina prohibet & punit tanquam iniusta. vt patet in emptore & vēditore qui charius emit & vēdit, quem lex humana sustinet, nisi sit excessus vltra dimidiam. & tamen lex diuina hoc damnat. vt plenè disputat idē Thomas in libro suprascripto, quæstione 77. Sic & in aliis casibus quos longum esset exprimere. 8 Voluerunt † autem quidam dicere, quòd nulla est vrgens nec necessaria ratio quare vsura sit prohibita. Et ob hoc voluerunt quidam dicere, quòd abstinere ab vsuris iure diuino ponitur inter consilia, non autem inter præcepta, sicut & illud est de cōsilio quod dicitur in Euangelio: *Si vis saluus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* & illud, *Visitare infirmos.* & simi. multa. Et ex hoc dicunt ipsi, quod non cōtrahitur peccatum mortale ex contractu vsurę, sed solùm veniale. quia hilarem datorem diligit Deus. & iste non hilariter seruit, sed cupiditate lucri. Quę opinio per eundem Thomam reprobatur, dicens q ò mutuò concedere est inter consilia, & quò ad hoc est meritoriū: sed vltra mutuatum quicquam accipere, hoc cadit sub præcepto, per ea quæ dicta sunt vnde qui vltra aliquid accipit, mortaliter peccat, quia scriptum est, qui non obedierit principi morte moriatur.

9 Imò † secundum alios etiamsi à principio solùm venniale cõtraheretur peccatum, tamen propter frequentiam & consuetudinem actuum, venniale solvitur & efficitur mortale, argumento de pœn. dist. 1. can. Medicina. verſic. tres sunt. in fi. 10 Et † hæc opinio Thomæ hodie approbata est in cle. 1. §. fi. de vſu. vbi dicitur, Quòd qui pertinaciter affirmat vſuram non esse peccatum, cẽſetur hæreticus. Quidam sunt tamen qui voluerunt facere differentiam, an quis mutuet ex quadam necessitate propria vel lucri cupiditate. Alii sunt qui solum respectũ habent ad quantitatem quæ percipitur, an transeat decem pro centenario, vel sit ab inde infra. quæ omnia reprobantur per ea quæ traduntur 13. q. 3. & 4. per totum. Alii verò dicunt quòd aut quis fœneratur proximo egeno ad succurrendũ eius necessitati, & tunc licitè potest hoc facere, per id quod habetur in dicto capite Ecclesiastici 29. aut fœneratur cupiditate lucri, & tunc prohibetur & illicitè facit, vt in aliis iuribus

11 Sunt † tamen nonnulli qui dicunt, quòd nimia clericorum multitudo, & nimia vſurariorum prohibitio statum destruit laicorũ. Sed quia omne malum acquisitum seu illicitè perceptum cadit in mortale peccatum, multisque & inexcogitatis modis alienum accipitur seu rapitur, & qui in vno peccauerit omnium factus est reus (vt in c. desit autem, ext. de regul. iuris) quis in tam periculoso ostio fieri saluus potest? ignoramus, nisi forte soli infantes. Nã clerici & fratres mendicãtes etiã de talibus sunt nocentes. In omnibus autẽ supra scriptis acquiescendũ est decisioni sactæ matris ecclesiæ, & theologorũ sententiæ. 12 Creditur † tamen à pluribus quòd ideo clerici simul conuenerunt tãm acriter prohibere vſuras contra imperiales sanctiones, vt laicos eorũ iurisdictioni submitterent, sicut & in diuersis alijs casibus submittere studuerunt.

13 Fuit † præterea aliquando interrogatus à mercatoribus de tali quæstione: Ecce aliquis vult deponere pecuniam apud mercatorẽ ad dandum & sustinendum partem lucri & damni. dicit mercator, Ego nollem venire ad dissensionem aliquam tecum in modo circulandi lucrum & damnum, sum contentus super me susc ipere omne periculũ contingens in pecunia & mercãtia & lucro & damno, pro aliqua certa quantitate annali, quæritur hic an talis conuentio cadat in peccatum? Cogita, & consule theologos.

Svmmae.

1 *Pœna adiecta contractui mutui, si ad certam diem pecunia nõ soluatur, præsumitur in fraudẽ vſurarij adiecta, & ideo peti nõ potest.*

2 *Cùm plura loca adiiciuntur soluendi ante terminũ lapsu debitor habet electionẽ quo in loco soluat, post terminũ creditor ei gt quo in loco debitorem conueniat, nisi aliud actum sit.*

3 *Cùm loca solutionis ponuntur alternatiuè, electio est debitoris quo in loco totum soluat. Idem cum ponuntur copulatiuè & indefinitè. secus si copulatiuè limitandi causa: nam tunc in quotibet loco soluit debet pro rata.*

4 *Debitor cõtumax potest nõ solum in loco solutionis, sed etiam domicilio.*

sed

Sed tunc raro habetur intereſſe tam actoris quàm rei.

5 *Cùm contractui mutui accedit ſtipulatio, qua actio ex ea agi debeat, an certi, an incerti, actione, an ex ſtipulatu, Diſtinguunt Doctores ſubtiliter, ſed inutiliter.*

6 *Subtilitates iuris inutiles & deceptoriæ reſecandæ. Id ſit in Gallia, vbi admittitur libellus, dummodo ex narratis ſequatur aliqua iuridica concluſio.*

7 *Ex numeratione alterius nomine facta, adiecta ſtipulatione, alteri queritur actio ex ſtipulatu directa.*

8 *Procurator qui numeravit nomine domini, ſtipulando reſtitui domino, ei acquirit actionem ex ſtipulatu directam, nec opus eſt vt ei cedat. An idem in aliis contractibus quàm mutui? vide Doctores.*

9 *Cùm formulæ actionum non obſeruentur debet aduocatus in libello ſimpliciter factum narrare, & cõcludere pecuniã ſolui, vel rẽ reſtitui, prout de iure fieri debet & poteſt.*

GLOSSA IIII.

A *reſtituere promiſit.* Aduerte, quia in hac promiſſione de ſoluendo & reſtituendo, aliquando ſolet adiici pœna, ſi non fiat ad terminum ſolutio. & dubitatur an talis pœna exigi poſſit? 1 Super † quo dubio, ſecundùm doc. (vt refert Cy. & Ia. Bu. in l. cùm allegas. C. de vſu.) diſtinguitur. Aut pœna adicitur dationi pecuniæ, & tunc præſumitur eſſe adiecta in fraudẽ vſurarũ, ſicque de iure canonico peti nõ poteſt. Aut adicitur facto, & tunc, ſecundũ aliquos, peti poteſt. ſecũdũ alios, non, quia factũ ipſũ ſubiicitur loco dationis pecuniæ. vt puta, Si nõ ſolueris, promittis ſtare in tali loco, ſub pœna florenorum cẽtum: & ſic pœna ponitur eodẽ tempore in cõtractu, & ideo non valet. Secus autẽ ſi poneretur poſt ipſum contractũ. vt notatur per Bartol. in l. cũ ſeruꝰ ita. D. de cõdit. & demon. vbi vide.

Præterea eſt aduertendum quòd in hac promiſſione cõſueuit interdum exprimi locus in quo fiẽda eſt ſolutio, vt fit in omnibus communiter inſtrumentis obligationum. & tunc fienda eſt ſolutio in loco determinato. 2 Et † ſi ſunt plura loca ſolutioni deſignata, vt ponitur in inſtrumentis moderni temporis, erit in electione creditoris debitorem cõuenire in quo loco ſibi magis placuerit poſt lapſum termini. vt in l. 3. in prin. D. de eo quod cer. lo. Ante verò termini lapſum eſt in electione debitoris ſoluere, in quo loco ſibi placuerit, niſi contrarium fit actum.

3 Sed † hîc dubitatur, ſi plura loca fuerunt ſolutioni deſtinata, an in ſolidum conueniri poterit debitor in quolibet loco? Et videtur ꝙ nõ, imò per appoſitionem plurium locorum copulatiuè videtur quòd ſit facta diuiſio debiti pro rata cuiuſlibet loci. vt probat textus in d. l. 3. §. ſi quis ita. lo. 1. per quem textũ videtur deſtrui & annihilari omnia inſtrumenta moderni tẽporis, quibus dicitur quòd talis promiſit ſoluere Mediolani, Papiæ, Cremonæ, & alibi &c. Nã p hoc videtur quòd ſolũ pro parte in quolibet loco poſſit debitor conueniri, & non in ſolidum, ſicque per hoc annihilatur ipſum debitum. Aduerte hîc. Dicit enim Barto. in d. §. ſi quis ita. quòd aut plura loca adiiciuntur alternatiuè, & tunc in quolibet loco poteſt

in solidũ debitor cõueniri. Aut plura loca adiiciũtur copulatiuè, & tũc aut ponuntur limitatiuè: aut indefinitè, pura cùm clausula, *& in quocunque loco, &c.* Primo casu vbi limitatiuè, tunc videtur facta debiti diuisio pro rata cuiuslibet loci, & sic pro rata tantùm parte potest ipse debitor in quolibet loco cõueniri. per textũ in d. §. si quis ita. Secundo cum post designationẽ plurium locorum adiicitur illa generalis clausula *& in quolibet alio loco, &c.* tunc, secundum quosdam, ex indefinita & nimia distributione debiti stipulatio redditur inutilis, fienda erit interpretatio & solui debeat totum in quolibet loco. arg. in l. quoties. D. de reb. dub. & l. quoties. de verb. oblig. & ita seruat generalis consuetudo. Veruntamen cõsultiùs ad omne dubiũ tollendũ & laudabile esset ponere in instrumento, Quòd promisit soluere in solidũ in quolibet loco, vel ponere loca alternatiuè.

4 Vbi † autem vnus solus esset locus solutioni limitatus vel designatus, an alio loco possit debitor conueniri? Et vtique dicendum est est, secundùm veram & communem opinionem, quòd sic, si in ipso alio loco ipse debitor habeat domicilium. vt plenè notatur in l. 1. D. de eo quod certo loco. & l. 1. C. vbi conue. qui cert. lo. da. promi. & ibi per Azonẽ in summa. & per gl. in l. hæres absens. §. fin. & l. cum qui certo loco. de iudi. Si tamẽ ipse debitor conueniatur alibi quàm in loco destinatæ solutionis, habebitur ratio sui interesse, ac etiam interesse actoris. vt l. 2. in princip. & l. 3. in prin. & §. si quis ita. & §. nunc de officio. & ibi per Bart. D. de eo quod cert. loc.

5 Nunc † autem quæritur pro declaratione huius libelli. Pone quòd aliquis mutuauit centum, & stipulatus est illa sibi restitui, vt sonant verba *modernorum instrumentorum*, quam actionem debebit creditor proponere in libello, vel certi condictionem quæ ex mutuo cõpetit (vt l. certi cõdictio. in prin. D. si certum peta.) vel actionem ex stipulatu? Hic est pro clariori solutione aduertendum & decernẽdum ad distinctionem traditam per Cynum in l. absentis. C. si cert. peta. & Bartol. latiùs in l. certi condictio. §. si nummos. D. si cert. peta. quæ sic dicunt omnia colligendo. Quandoque numero nomine meo & stipulor nomine meo: quandoque numero nomine meo, & stipulor nomine alieno: quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno: quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine meo. Primo casu subdistingue, secundùm Bartolum. Aut stipulatio est totaliter vtilis & efficax ad agendum, aut est penitus & omnino inutilis, aut est vtilis solùm quòd ad quid, quia producit solùm naturalem obligationem. Si quidem sit omnino vtilis, & tunc aut constat quòd numeratio fuit facta causa implendæ stipulationis, & tunc est agendum ex sola stipulatione, non autem ex numeratione. vt l. si ita fuero stipulatus. in fin. & l. cùm enim. D. de noua. Et ex hoc reprobatur libellus (secundùm Cynum & alios) in quo sic proponitur: Dico quòd numerauit Titio centum, quæ restituere promisit, quare ipsum peto ex causis prædictis condemnari, &c. nam hìc proponuntur plures actiones simul, quarum non admittitur concursus.

cursus. vt l. nemo. §. quotiens. D. de reg. iu. & l. quod in hæredem. §. eligere. D. de tribu. Similiter, secundum aliquos, reprobatur libellus, in quo dicitur: Peto 10. quæ mutuò numerauit, & producitur instrumentum, in quo dicitur quòd fuit confessus mutuò recepisse, &c. de quo dic, vt suprà dixi. Aut constat quod numeratio non fuit facta causa implendæ stipulationis, & tunc (secundùm iura vetera) per sequentem stipulationē præsumitur facta nouatio, ideóque solùm agendum erat ex stipulatione. Sed hodie non præsumitur nouatio, nisi expressè agatur, vt in l. fin. C. de noua. Ideóque vtraque agi potest, sed tamen vnam eligere debet. vt d. §. eligere. cum similibus. Aut dubitatur quo respectu sit facta numeratio, & tūc aut stipulatio interuenit incontinēti ante vel post numerationem, & tunc præsumitur facta numeratio causa implendę stipulationis, sicque ex sola stipulatione agendum erit. vt d. Sinta. in fi. & l. cum enim. Ideóque cùm in instrumentis moderni temporis subiiciatur stipulatio, & sit res in dubio, erit agendum ex stipulatione, quasi numeratio facta videatur causa implendæ stipulationis. Aut interuenit ex interuallo stipulatio. & tunc aut stipulatio præcessit numerationem spe futuræ numerationis, & tunc numeratio secuta præsumitur causa implendæ stipulationis, & ideo ex stipulatione agendum erit. Aut non præcessit, nec est facta spe alicuius futuræ numerationis, & tunc quia ex præcedenti numeratione actio nata est, si postea sequatur stipulatio, nascetur noua actio ex ea. Et licèt olim hoc casu præsumeretur nouatio, hodie tamen non præsumitur, nisi expressè agatur. ideóque vna sola actione agendum erit, quam actor elegerit. vt d. l. eligere. & l. cùm filius. §. variis. de legat. 2. Ex quibus omnibus solui potest talis quæstio. Pone quòd aliquis simpliciter narrauit in libello, Quòd Titio numerauit centum, quæ reddere promisit, &c. an procedat libellus? Dicunt quidam quòd non, quia plures deducit actiones in eodem libello, quod est prohibitum per ea quæ dicta sunt suprà. In contrarium determinat Bartol. in d. §. fi. nummos. quia hæc verba debent intelligi, quòd numerauit causa stipulationis implendæ, & sic solum actionem ex stipulatione videtur in libello deduxisse. arg. l. si quis in stipulatione ambigua. D. de iudi. Nec obstant cōtraria, quia loquuntur quādo ista verba fuerunt apposita in libelli conclusione, quo casu libellus non posset sustineri, hic autem fuerunt apposita in sola narratione.

6 Est † ergo propter hæc & similia, bona cautela facere statutū, quòd quilibet libellus sit & esse intelligatur sufficiens & admissus, qui contineat rem & causam, &c. & non aduertere ad has superfluas & deceptorias subtilitates iuris. vt l. si fideiussor. §. quædam. D. mand. In alio autem casu quādo stipulatio reperitur inutilis, tunc ex sola numeratione actio nascitur, & ex ea agitur. vt lege certi condictio. §. quoniam. D. si certum petatur, & dicto §. Grisogonus. Nec talis stipulatio inutilis habet vitiare, quominus ipsum instrumentum plenè probet ipsum mutuum, si in eo contineatur confessio

super mutuo numerato, secundùm Bartol. Nec mirum, quia propter inutile non debet vtile vitiari. vt notatur per Dyn. in c. vtile, de reg. iur. lib. vi.

In tertio autem casu, quando stipulatio est quò ad quid tantùm vtilis, & inutilis quò ad aliud, videlicet quando parit solam obligationem naturalem, tunc subdistinguitur. Aut quis stipulatur ab eo cui facta est numeratio, & tunc non impeditur actio ex numeratione. vt d. §. quoniam. versi. idem erit. aut stipulatur ab alio, & tunc olim fiebat nouatio, hodie non. vt in l. i. in fi. D. de noua. & l. fi. & C. eod. Nunc accedamus ad secundum principalem articulum, qui est quãdo numero nomine meo, & stipulor nomine alieno. Quo casu dic, aut stipulor ei cui possum stipulari, vt patri vel domino, filio vel seruo, & tunc erit idem ac si mihi stipulatus fuerim. vt l. si dominus seruo. & l. quodcunque. D. de verb. oblig. aut sum stipulatus ei cui non possum stipulari, vt extraneo. vt §. alteri. Instit. de inutil. stipu. & tunc non impetrat actio nasci ex numeratione, vt proximè dictum est.

In tertio autem principali articulo, qui est, quando numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno. Attende, quòd aut est vnus & idem homo cuius nomine numeratur & stipulatur, & tunc agendum est ex numeratione. si ut talis persona, cui non posset stipulari. si autem posset ei stipulari, agetur ex stipulatione. vt in d. §. Grisogonus. Et prædicta procedunt de iure antiquo Digestorum. 7 Hodie† verò de iure Codicis agendum erit isto casu ex stipulatione, quia sicut ex numeratione alteri actio quæritur, ita ex stipulatione fundata super numeratione, vel confessione pecuniæ depositæ vel mutuatæ. vt est textus in l. fin. C. per quas perso. no. acqui. Sed an quæritur vtilis ex stipulatione, vel directa? In isto casu dicit Bart. quòd sola vtilis quæritur si ratũ habeat. vt l. si ego. D. de negge. quia ratio specialitatis, quæ ibi vt directa quæratur ex numeratione, cessat in stipulatione. Sed certè videtur etiam directa quæri legis potestate, per textum in d. l. fin. C. per quas perso. cùm stipulatio veniat accessoriè ad numerationem.

8 Et† ex hoc infertur, quòd si procurator deponat vel mutuet pecuniam nomine domini, & eam domino stipuletur restitui, quòd domino quæratur directa actio sine cessione, potestate & authoritate d. l. fi. sicut per filium vel seruum quæretur directa patri vel domino legis potestate. vt D. de stipul. ser. per totũ. An autem in aliis casibus præterquàm in numeratiõe pecuniæ quæritur domino per procuratorem directa actio sine cessione? Notatur per Cyn. in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. & l. i. C. per quas pers. & per Bart. in l. si procurator præsentis. & l. stipulat. sfu. §. si stipulor. D. de verb. ob. & facit quod notatur in l. pe. C. ad exhi. & d. l. si ego. Aut sunt diuersæ personæ, quarum nomine fit stipulatio & numeratio, vt quia nomine vnius numeratur, & nomine alterius stipulatur. & tũc ex sola numeratione agitur. vt l. i. §. i. D. de stip. seruo.

Circa quartum & vltimũ articulum, qui est quando numero alieno nomine & stipulor nomine meo, distinguitur. Aut persona cuius nomi-

mine numerauí eſt talis perſona per quam mihi quæritur, vt filius vel ſeruus. & tunc perinde eſt ac ſi nomine meo numerat ſem. vt d.l.ſi dominus ſeruo. Aut erat perſona extranea, & tunc prænialet numeratio, quia non potui mihi ſtipulando ius quæſitum alteri ſibi auferre, & in me tranſferre. vt in d.l.t. §.t. D.de ſtipu. ſer. Sed an ſi in contractibus depoſiti, commodati, locati, & ſimilibus, ſubiiciatur ſtipulatio de reſtituendo, habebit locum prædicta diſtinctio facta in mutuo, ſi dubitetur quæ actio ſit in l.bello proponenda? Credo quòd ſic, à paritate rationis. Quod multùm nota pro modernis inſtrumẽtis. 9 Verùntamen † quia hodie nõ proponuntur actiones, (vt traditur in l.1. C. de formu.) debet aduocatus ſimpliciter in libello narrare caſum, & concludere fieri reſtitutionem mutui vel depoſiti omni modo, via, iure & forma, quibus melùs ſit de iure reſtitutio fienda, &c.

SVMMAE.

1 *Depoſitarius non poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ nec compenſationem.*

2 *Cauſa depoſiti præfertur cæteris perſonalibus actionibus.*

3 *Depoſitarius non tenetur de leui & leuiſſima culpa, nec de caſu fortuito.*

4 *Ad probandum depoſitum ſufficit ſimplex confeſſio depoſitarij.*

5 *Depoſitarius tenetur de caſu fortuito, cum ſe ad eum caſum obligauit, & cum deponitur pecunia in numero vel quantitate, quia genus non perit.*

GLOSSA V.

IN *depoſito & ex cauſa depoſiti.* Iſte titulus obligationis, & alij ſimiles, debent exprimi in libello, vt plenè notatur in primo libello. Eſt autem cauſa depoſiti inter cæteras obligationes perſonales in pluribus priuilegiata[a]. 1 Nam† primò qui confeſſus eſt ſe habere pecuniam in depoſito, non auditur volens opponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ. licèt in mutuo & in dote habeat locũ hęc exceptio. vt in l.in cõtractibus. §. ſed quoniã. C. de nõ numer. pec. Secundò, qui recepit in depoſito, non poteſt compenſationem opponere contra repetentem depoſitum, nec doli exceptionẽ. vt traditur in l.ſi. C. de comp. & l. pe. in prin. C. depoſi. & in Auth. ibi poſita. 2 Tertiò †, cauſa depoſiti præfertur

[a] *Priuilegiata.* No. de priuilegiis depoſi. vide in l.ſi neutri. glo. in ver. priuilegio. D. depoſi. & in l.ſi hominem, in §. fin. depoſi. Et adde quòd depoſitum fit per verbum commendo, ita Bartol. in l. Lucius. D. depoſi. & Bal. in l.1. C. eo. titu. & quibus verbis fit depoſitum, vide Bartol. in leg. cùm quid & in lege, eius. D. ſi certum pet. & in lenendum, & ibi Cyn. & Bald. C. eo. titu. Paul. in c.2. in fin. de ſolu. Bartol. in l. cum pater. §. pater plurib. D. de legat. 2. & Alex. in leg. quod Nerua. D. dep oſiti apo. ad Bartol. & Roma. in conſilio, 350. & adde quòd depoſitum habet executionem paratam, ita Ange. Are. & ibi de materia in d. §. in bo. Iuſti. de actionib. & idem dici Bartol. in l. pen. C. eod. & ibi Angel. dicit quòd non requiritur libellus nec lit. conteſtat. quod videtur etiam ſentire ibi Bart. & Paul. in ca. quia propter. Et vide in auth. ſprima. D. eden. vbi latè, licèt Bald. & Salyce. in d.l. penulti. teneam contrarium, & vide Matheſ. in ſuis not. notabil. 6. & adde quòd depoſitarius non poteſt opponere exceptio. non nume. pecu. & ita nouiſſime in d.l.1. D. de eden. & vide etiam Alex. in l.1. D. iudica. ſol. in Apoſt.

exteris personalibus actionibus. vt l. si ventri. §. in bonis. D. de priuil. credi.

3 Ille† tamen qui habet depositum non tenetur de casu fortuito, nec de leui, vel leuissima culpa: sed de dolo, & lata culpa tantùm. vt l. quod Nerua. cũ similibus. & ibi plenè notatur per Bart. D. depos. & per Iaco. But. in l. in re mandata. C. de man. & Iaso. quibus mo. re. contra. ob. §. pen.

4 Et† notandũ quòd licèt depositum re intercuniente contrahatur (vt d. §. pen.) attamen si simplex confessio super depósito intercedat, probatur per eam plenè depósito. vt in l. Publia. §. fin. D. depo. Regulariter ergo non tenetur depositarius de casu fortuito, neque de culpis prædictis. 5 Fallit† in certis casibus notatis per gl. in d. § pen. Inter quos est, si depositarius expressè de casu fortuito se obligauerit. vt sit quotidie in instrumentis. tuxta notata in lege sed & si quis. §. quæsitum. D. depositi. Vel si pecunia fuerit in numero & quãtitate depósita. quia genus non potest perire. vt habetur in l. dies spõsaliorum. in fi. D. depos. facit Lincédium. C. si cert. pe. In aliis autem cõtractibus quid veniat, & de quo quis teneatur, tangitur per glossam in l. cõtractus. D. de re. iu. Ergo, &c.

SVMMAE.

1 *Hypotheca duplex, expressa quæ ex conuentione, & tacita quæ a lege inducitur.*

2 *Casus v. in quibus tacita hypotheca locum habet.*

3 *Generali obligatione bonorum veniunt etiam iura.*

4 *Bona aliena non possunt hypothecæ dari.*

5 *Generali obligatione bonorum comprehenduntur iura & actiones. Nisi in donatione.*

6 *Pignorum quatuor species, conuentionale, legale, prætorium & iudiciale.*

7 *Regulariter pignus expressum præfertur tacito.*

8 *Pignus prætorium vel iudiciale non contrahitur, nisi traditione. Et cõtrahi potest in rebus minoris. Et is qui illud habet non possidet, ideoque nõ habet interdictum, Vti possidetis. Et in eo locũ non habet regula, Qui prior. Et in notari potest debito non soluto, cautum præstita de iure parendo. Et in eo tenetur creditor de dolo & lata culpa tantùm. In quibus omnibus differt a pignore conuentionali.*

9 *Tres actiones competunt creditori pro pignore vendendo, Seruiana, quasi Seruiana, & Interdictum Saluianum.*

10 *Differentiæ inter Seruianam actionem & Saluianum interdictum.*

11 *Si plures creditores habeant expressam hypothecam eiusdem temporis, agendo contra debitorem vel extraneum possessorem melior est conditio occupantis, agendo inter se melior conditio possidentis.*

12 *Regula, Qui prior, locũ habet inter creditores diuersorum temporũ sine hypotheca sit expressa sive tacita. Excipiuntur VIII casus notati infra nu. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.*

14 *Probatur pecuniam in reficiendam domus collocatam, cum doceat eam fuisse refectione tempore mutui. Id non sufficit narrare in instrumento mutui domũ egu isse refectione.*

15 *Dans mutuò ecclesiæ probare debet pecuniam vere in eius vtilitatem esse versam.*

23 Si vnus

23 *Si vnus habeat hypothecam tacitã alter expressam, semper præfertur prior tempore. Idem si vterque habeat tacitam. Nisi in dote.*

24 *Regulariter tacitum & expressum æquiparantur.*

25 *In prætorio pignore omnes creditores eiusdem tituli concurrunt. In creditoribus diuersorum titulorũ locum habet regula, Qui prior.*

26 *Cum quidam prætendant pignus prætorium, quidam conuentionale, locũ habet regula, Qui prior.*

27 *Obligatio retrotrahitur ad primam causam ex qua debitor potest inuitus astringi.*

28 *Creditores nullam hypothecam habentes, si sint eiusdem tituli concurrunt, non attento temporis ordine. Idẽ, si sint diuersorum titulorum, & paria habeant priuilegia. At si disparia, is præfertur qui potentius habet priuilegium.*

29 Habens ius in re semper præfertur habenti ius personale.

30 *Priuilegiati non priuilegiatis præferuntur in persecutione iuris personalis.*

31 *Cum multi creditores sunt priuilegiati, simul concurrunt. Nec debitor vni in totum potest soluere, nisi à iudice coactus.*

32 *Cum agitur ad factum simpliciter, creditor qui prior cõtraxit, præfertur. Sed si agatur ad interesse pro facto, concurrunt creditores.*

33 *Creditor cui tradita est possessio rei obligatæ possidet naturaliter & ciuiliter, nisi quò ad effectum vsucapiendi, quo respectu debitor possidet.*

34 *Per constitutionem precarii sola ci uilis transfertur, nisi aliud appareat actum fuisse.*

35 *Obligãs rem eandem pluribus tenetur crimine stellionatus, nisi protestetur rem alteri iam obligatam esse, & nisi ea res sit sufficiens pro vtroque debito.*

36 *Vendens eandem rem duobus, falsi tenetur de iure, secus de consuetudine.*

GLOSSA VI.

Sub eadem obligatione bonorum. 1 Sciendum † est quòd aliquando bona [a] expressè obligãtur ex partiũ conuentione, vt hic. aliquando obligãtur tacitè ex legis potestate. De obligatione expressa loquitur l. cõtrahitur. & l. res hypothecæ. D. de pigno. & C. de pig. l. 2. & 3. cũ simili. & C. quæ res pig. ob. pos. per totum.

De tacita autẽ obligatione, quæ in casibus specialibus introducitur, vel fauore personæ vel causæ, loquitur titulus Digesto. In qui. cau. pig. ta. cõtra. & C. eo. ti. per totũ. 2 Qui † casus speciales sunt in cõtractu inito per fiscũ, in dote, in pẽsione rei rusticę vel vrbanæ, in administratione tutelę, & in eo qui pecuniã concessit ad refectionem nauis, vel domus, vt ibi habetur.

3 Et † notandũ quòd in hac generali obligatione bonorũ nedum veniunt bona præsentia, sed etiam futura. vt l. fi. C. quæ res pig. ob. pos. & l. i. in prin. D. de pig. 4 Et † veniunt etiã sola bona propria ipsius debitoris. quia aliena bona nõ pos-

[a] *Bona.* Adde quòd si est factum pactum vendendo, bona tunc dicuntur obligata, ita Bartolus, & ibi Alexand. in apo. in l. creditor. §. qui post diuisionem. D. qui pot. in pig. ha. & dicuntur etiam obligata, si in mutuo est data facultas ingrediendi bona propria authoritate, vt ibi per Alexan.

sunt sine domini consensu obligari. vt l.2.C.si res alie.pig. dat. sit & l. filios.C. quæ res pigno.obli. possi.cũ similibus.

5 Sed † an in generali obligatione bonorum comprehendantur seu includantur iura, & actiones? Quidam dicunt quòd non.vt notat Spe. in tit. de fru. & intereſſe. § 1.vers.2. In contrarium est verius. vt probatur in l.nunquam.§ fin.cum l. seq. D. ad Treb.& l.si legatum. §.1. & l. meorum. D. de ver. sig. quam opinionem sequitur Glo. in l.hæredẽ. C.de hę. act. Quid dicet in donatione generali omnium bonorũ [a], an in ea includantur nomina debitorum? Dicit Dy. quòd non.arg. in l.nominis & rei. D. de verb. sig. & ibi per eum.& l.quintus.la.2.D.de au. & ar. lega. & idem tenet Gui. de Cn. Et ex hoc potest inferri quòd donatio talis nõ posset infringi, ex eo quòd auferat testamenti factionem, cùm possit testari de & super iuribus seu nominibus debitorum. Sed Bar. voluit aliter distinguere in d. l.quintus. vide ibi.

6 Ad † pleniorem autem notitiam obligationis bonorum sciendum est, quòd pignorum quatuor sunt species in iure. Nam quoddam est pignus conuentionale, quoddã legale.quoddam prætorum,& quoddam iudiciale. Conuentionale pignus est illud quod cõtrahitur hominis promissione. De qua specie pignoris loquitur, vt suprà dixi. l. contrah tur.cum similibus suprà allegatis. D.de pig. Legale autem pignus est illud quod legis potestate inducitur, vt suprà dixi, de quo loquitur totus titulus C. & D.In quicau.pig. ta. contra. Prætorium pignus est illud quod contrahitur per interlocutoriam prætoris vel iudicis. de quo loquitur l. non est mirum.D. de pig.act.& l.si duo.§. creditores.D.vti pos.& l.3.in fi.ff.de acqui. pos. & ibi notata. & l. 2. C.de prætо.pig. cum similibus. Iudiciale verò pignus est illud quod contrahitur per sententiam diffinitiuam, & in eius executione, facto iudicis exequentis. de quo loquitur l.à diuo Pio. §.si super rebus. §.exequantur. D.de re iud. Et optimè ad vtranque speciem pignoris tam prætorii quàm iudicialis facit textus in l.2. C. qui po. in pign. ha.

Deinde quæritur, quę sit differentia inter pignus tacitum & expressum, & inter conuentionale & prętorium? Et breuiter quò ad primũ dico, quòd differunt tacitum & expressum quò ad modum constituendi. quia expressum producitur partium conuentione & promissione, tacitum legis potestate, vt patet ex præmissis. 7 Similiter † differunt in operatione & effectu, quia regulariter expressum præfertur tacito. vt l. si fundum. & l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. & ibi notatis. Quod verum intelligas secundùm determinationem eorum quæ infrà dicentur.

Ad secundum quæsitum respondeo, quòd in multis inter se differunt conuentionale & prętorium. vt plenè habetur per Glossam. & Bar. in l.1.in prin.D.de pig. actio. Et primò differunt in modo & forma cõstituendi. nam conuentionale contrahitur solo partium consensu. vt d. l.contrahitur. & l.res hypothecę.

[a] De donatione omnium bonorũ in l. nominis & rei. D. de ver. sig. Bart. in l.5.de aur. & ar. leg. Dyn. & Bart. cop.

§ sed

8 Sed † prætorium cõstituitur demum traditione interueniente vel facta per iudicem. vt l.non est mirum.in fin. D. de pigno. act l. cùm vnus.§.fina.cum l.seq.D.de bon.auctor.iudic.possiden. Item pignus prætorium constituitur tam in bonis minoris quàm maioris.vt l.apud Iulianum. §.1. D. Ex quib. cau. in pos.ea.& l.ii minor.D. de bon.auct. iud.pos. Sed in conuentionali in minore requiritur decretum iudicis.vt l.lex quæ tutores.C.de admi. tu. & notatis in l.1.& 2. C. de prædi.min. Differunt etiam in effectu acquirẽdi, quia in conuentionali secuta traditione transfertur possessio in creditorem.vt l.serui nomine.D.de vsu.& l.qui pig. & l.1. §. per seruum. D.de acquir.pos. & notatis in l.cùm notissimi.§.1.C. de præscri.30.anno. Sed in prætorio non tranlit aliqua possessio.vt l.3. in fin.& ibi notatis. D.de acqui.pos. Et per hoc insurgit alia differentia,videlicet quòd creditor pignoris conuentionalis habet interdictum vti possidetis, si turbetur in sua possessione.non autem is qui habet prætorium. vt l. si duo.in §.creditores.D.vti possi.Item in cõuentionali habet locum regula, *Qui prior est tempore.* vt l. prior. & l. diuersis.C. qui po.in pi. sed in prætorio locum habet distinctio, an sit eiusdem tituli vel diuersi.vt l.2.C.qui po.in pi.ha.& infra dicam. Item in conuentionali non repetitur per debitorem, nisi debito priùs soluto. vt l.si rem.§.omnis. D. de pig. acti. sed pignus prætorium statim renouatur, cùm cautio de iuri parendo offertur.vt in auth. Ei qui. C.de bo. auth.iud.pos.& notatis in l.si pecuniæ,in fin.D.vt in pos.l.& aliqui tangunt in l.is consequenter. D. fa.er. Item differunt circa qualitatem actionis quæ pro pignore competit debitori,quia in conuentionali competit debitori,debito soluto,directa pignoratitia actio. sed in prætorio competit vtilis. vt l. is cui. §. quæri potest.D.vt in pos.leg.Item in conuentionali tenetur creditor de dolo, lata culpa,& leui.vt l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.& §.nunc videndum.& D.commo.In prætorio autẽ tenetur tantùm de dolo & lata culpa.vt l.prætor.§.præterea. D. de bo. auctor.iu.pos.Conueniunt tamen in hoc,quia pro vtroque pignore competit creditori actio hypothecaria. vt l.1.& 2.C.de præto.pig. Sed quid dicemus in pignore iudiciali? Respondetur quòd idem iuris est,quod de prætorio dictum est.vt probatur ex d.l.2.in fi.C.de præto.pig.

Nunc autem superest videre quę actiones competant creditori pro pignore vẽdicãdo. 9 Circa quod † sic est notandum.quòd tres sunt eidem proditæ actiones, videlicet actio Seruiana, actio quasi Seruiana quæ hypothecaria appellatur,& Saluianum interdictum, de quibus traditur in §.item Seruiana. Instit. de actio.& C.de Sal.interdi.l.1.Siue ergo dicamus pignus esse conuentionale,siue prætorium, siue iudiciale, siue legale,in omnibus casibus regulariter locum habet actio quasi Seruiana, quæ hypothècaria vocatur. vt in d.§.item Seruiana.& d.l.1.& 2. C.de præto.pig.& Instit.de act.§.interdum. 10 Differentia † autem inter Seruianum & Saluianum interdictum,quæ ambę actiones competunt contra colonum vel inquilinum,est talis:Nam Saluianum interdictum est personale in rem tamen scriptum. vt l.1. D. de Sal. interd.

Ideóque directum datur contra colonum vel inquilinum, sed vtile contra quemlibet possessorem, vt ibi habetur. Sed actio Seruiana est merè realis, vt in d. §. item Seruiana. Item agenti Saluiano interdicto sufficit probare colonum, possediſſe, sed agenti Seruiana oportet probare etiam rem fuiſſe in bonis coloni. Per quod patet alia differentia, quòd agens Saluiano interdicto minùs grauatur in probando, ideo minus cõsequitur, cùm per illud sola possessio auocetur. sed in Seruiana plus grauatur, ideo plus consequitur. vt notatur per doc. in l. i. in fin. Cod. de Sal. interdict.

Sed pone quòd plures creditores habeant eandem rem pignori obligatam, prout sæpè accidit, & omnes agunt hypothecaria contra possessorem, quis eorum præfertur? Breuiter in hoc decurrendum est ad notata per Glossam in l. i. C. de pri. do. & l. priuilegia. D. de priui. credi. Et ad distinctionem. Dy. quam posuit ipse in regula, Qui prior est tẽpore. de reg. iur. lib. 6. Aut omnes creditores prætendunt priuilegium circa istud ius reale, aut circa ius personale: aut quidam ex his prætendunt ius reale, & alij personale: aut quidam personale, & alij nullum: aut nullus eorum priuilegium prætendit. Primo casu quando omnes prætendunt priuilegium reale, subdistingue. aut omnes prætẽdunt pignus conuentionale, aut omnes prætorium, aut quidam conuentionale & alij prætorium. Si quidem omnes prætendunt conuentionale vel quasi, tunc aut omnes prætendunt expressum pignus, aut omnes tacitum, aut quidam tacitum, & alij expressum. Si quidem omnes prætendunt expressum, tunc aut sunt eiusdem temporis, aut diuersorum temporum. 11 Si † temporis eiusdem, aut simul in eodem actu fuit res ipsi omnibus obligata, & tunc admittitur vnusquisque æqualiter. Si verò fuerit separatim obligata, nec appareat cui primo, tunc aut omnes agunt contra debitorem vel extraneum possessorem, & tunc melior est conditio occupantis. aut agunt inter se vnus contra alium, & tunc melior est conditio possidẽtis vt notatur in l. ii fundum. in §. si duo. D. de pigno.

12 Si † autem sunt diuersorum temporum, tunc habet locum regula antedicta. Qui prior est tempore, &c. de qua habetur in l. potior. & l. creditor. D. qui pot. in pig. hab. & l. si fundus. C. eodem. titu. Fallit hęc regula in certis casibus. 13 Primò † in eo qui mutuauit ad domus refectionem, qui aliis præfertur in ipsa domo. vt in auth. de æqua. do. §. his consequens. colum. 7. & D. qui pot. in pi. ha. l. interdum. Quod tamen probandum erit per ipsum creditorem, argumento eorum quæ notantur in l. ciuitas. D. si cer. pet. 14 Sufficit † tamen probare quòd tempore contractus ipsa domus egebat refectione. vt l. si. in prin. D. de exerci. Si ergo in instrumẽto dicatur, quòd cùm talis domus magna egeret refectione, ideireo pro ipsius reparatione & refectione talis fuit confessus se mutuo habuisse à Caio centum, ao per hoc erit fundata intẽtio creditoris? Et videtur quòd sic, quia standum est in instrumento. l. cum precibus. C. de probatio. cũ similibus. In contrarium videtur, quia ista sunt verba narratiua, quæ non probant, iuxta

mate

materiam traditam in authent. Si quis in aliquo documento. C. de eden. Breuiter dicunt quidam quòd non probant, alij dicunt quòd sic. dic de hoc & similibus, vt notatur per Bar. in l. ciuitas. Consilium autem melius esset, quòd fieret instrumentum separatum in præsentia plurium testium super diruptione, & necessitate reparationis ipsius domus: & postea aliud super mutuo, in quo contineretur prædicta narratio. & idem dico in similibus. 15 Vbi † autem ecclesia mutuam pecuniam sumeret, tunc habet necesse creditor probare verè & realiter versum esse in vtilitatem ipsius ecclesiæ. & in hoc debet esse curiosus ipse creditor, secundum Inno. vt pulchrè notatur per eum. in c. 1. ext de depo. Quãdo autem dicatur versa pecunia in vtilitatem ipsius ecclesiæ vel ciuitatis, vide textum notabilem in l. quod si seruus. §. & regulariter. D. de in rem ver. cũ §. seq. 16 Item † fallit regula prædicta in eo qui mutuat pecuniam pro re aliqua emenda, ead. lege, vt sit sibi ipsi pignori obligata, qui in ipsa re omnibus aliis antefertur. l. licet. C. qui po. in pig. ha. 17 Fallit † etiam in eo cuius pecunia emitur militia. vt l. fi. C. de pigno. & in Auth. quod obtinet. 18 Item † fallit in dote, pro qua mulier præfertur habenti tacitam hypothecam, nõ autem expressam. vt in l. assiduis. C. qui pot. in pig. ha. Item fallit in eo qui habet priuatam scripturam trino teste notatam, qui præfertur alij tale instrumentũ publicum vel priuatum non habenti. vt l. scripturas. C. qui po. in pi. ha. 19 Item † fallit in fisco, qui in causa primipilari præfertur omni alij. vt l. fisci. C. in qui. cau. pign. ta. contra. 20 Item † fallit in eo qui in fun⁹ exq̃ ẽt. vt l. si quis. §. si colonus. & l. impensa funeris. in fi. D. de reli. & sump. fu. 21 Itẽ † fallit in eo qui habet similem titulũ cum posteriore creditore, & vẽdidit pignus prætorium, nam in precio concurrit cum posteriore. & ecõtrà. vt l. is cui. §. prior. D. qui po. in pign. ha.

22 Quid † autem dices in eo qui præstitit semẽ causa fructuum percipiendorum, an in ipsis fructibus sit præferendus pro dicto semine aliis creditoribus anterioribus tempore? Videtur quòd non, per l. qui scit, in prin. D. de vsur. In contrariũ facit l. procuratoris. §. in tributum. vers. quid tamen. & §. si plures. D. de tribut.

Et eadem distinctio de qua s. per omnia est seruanda & tenda in alio casu, quando omnes prętendunt pignus tacitum. per iura prædicta. & per l. §. si colon⁹. D. de Sal. interd. & l. fi. C. eo. ti. & D. qui pot. in pi. ha. l. insulam, cum similibus.

Vbi autem quidam prætendunt tacitum & quidam expressum, tunc aut sunt eiusdem tẽporis, aut diuersorum. 23 Et † si diuersorum, aut præcedit hypotheca tacita & sequitur expressa, aut ecõtrà. & vtroque casu attẽditur prioritas tẽporis, siue præcedat tacita siue expressa. vt C. rem alienam ger. l. 12. respons. quamuis super hoc Glos. dubitauerit. in l. si pignus. D. qui po. in pi. ha. Fallit tamẽ in dote, vt s. dictum est, præcedat tacita. vt l. Titius. in princ. §. negociatori. D. qui po. in pi. ha. & l. si fundũ. C. eo. ti. & l. si ignorante. C. de remis. pi. Si verò fuerũt eiusdẽ tẽporis, dic tunc per omnia vt s. dictum est, quando omnes prętendunt tacitum vel omnes expressum, & sunt eiusdem

dem temporis. 24 Et sit † ratio, quia regulariter tacitum & expressum æquiparatur. l. cùm quid. D. si cer. pet. Nam ille, qui in domus refectionem mutuat, præfertur alteri habenti tacitam, vel expressam hypothecam. vt supra dictum est. Ergo, &c. Præterea ius singulare est in dote, vt mulier præferatur habentibus tacitam, ergo in contrarium erit ius commune in aliis casibus & personis. l. ius singulare. D. de legi.

25 In † alio articulo, quando omnes prætendunt pignus prætorium, distingue. Aut omnes sunt eiusdem tituli, puta omnes ex contractu, vel omnes de vltima voluntate, vel omnes ex causa damni infecti. & tũc omnes concurrunt simul, nec in eis attenditur prioritas temporis. vt D. de dam. infec. l. si finita. §. si plures. & §. Iulianus. & l. prætor. §. eius rei. & C. de bo. auctho. iud. possid. l. & D. eo. tit. l. cùm vnus. & D. vt in possess. l. is cui. §. qui prior. Aut sũt diuersorũ titulorum, & tunc habet locum regula, Qui prior est tempore. &c. vt l. si decreto. C. qui po. in pi. ha. & d. l. is cui. §. postquam.

26 Super † alio articulo, quando quidam prætendunt prætorium, & quidam conuentionale, etiam habet locum dicta regula. Qui prior. vt l. si & iure. D. qui po. in pig. ha. & C. vt in poss. le. l. si postquam. Sed circa præmissa sæpè occurrit talis quæstio. Ecce statuto ciuitatis cauetur, quòd bona ciuium sint Communi obligata pro talleis & oneribus. accidit quòd aliquis pro pecunia mutuò sumpta, vel alia causa, bona sua creditori obligauit, deinde imposita est tallea in Communi, quæritur quis sit præferendus, an Commune vel creditor ille, in bonis huius debitoris? Et determinat Ia. But. in l. si quis. C. de rescin. vend. quòd Commune præferatur. 27 Ratio est, quia † quando ex causa præcedente impletur obligatio debitore inuito, tunc semper supplementum trahitur retro ad tempus contractus. vt l. potior. & l. qui balneum. D. qui po. in pi. ha.

Modò venio ad secundum principale membrum, videlicet quando omnes prætendunt priuilegium personale tantùm. in quo casu subdistingue. Aut sunt eiusdem tituli, aut diuersorum. 28 Primo † casu regulariter concurrunt, non attento ordine tẽporis. vt traditur in l. priuilegia. D. de priui. cred. & D. de pecul. l. si hominem. §. quoties. Fallit in duabus dotibus ab eadem substantia debitis, in quibus attenditur ordo temporis. vt in d. l. a fisco. §. fin. Item fallit in fisco, vt D. de priui. cred. l. quod quis. Vbi autem sunt diuersorum titulorum subdistingue. Aut omnium priuilegia sunt paria, & tunc simul cõcurrunt, ordine temporis non attento. aut sunt disparia, & tunc attenditur cuiuscunque causa & titulus. & ille præfertur qui habet maius & potẽtius priuilegium. vt d. l. priuilegia, i. responso, & ibi plenè per Glo. & Dy. Facit l. si ventri. §. in bonis. de priui. cre.

Capio tertium principalem casum, videlicet quando aliqui prætendunt reale, & aliqui personale.

29 In † quo dic quòd semper reale præfertur personali. vt l. eos. C. qui po. in pig. ha. & D. de pact. l. rescriptum, circa prin.

30 In quarto † autem principali articulo, videlicet quando quidam prætẽdunt personale & alij nullum, tunc præferuntur priuilegiati. vt D. quod

D. quod cum eo. l. sed an hoc. & D. de pec. l. ex facto. §. fi. & D. de prim. credi. l. 2. & l. si ventri. §. ratio. & D. de cess. bo. l. 1. & 2. cum similibus.

31 In †quinto autem principali casu quando nullus eorum prætendit priuilegium, tunc subdistinguitur. Aut agitur ad dationem quantitatis, speciei, vel generis: aut ad factum merum. Primo casu aut erant bona possessa per creditorem, & tunc omnium est exæquata conditio. vnde si vni soluatur in totũ, per alios fit reuocatio pro rata. vt D. quæ in fraud. cre. l. qui autem. §. sciendum. & l. ait prætor. §. si debitorem. Aut non erant [a] possessa, & tunc aut omnes creditores pariter instabant, & tunc si debitor volens vni gratificare soluat integrum debitum suum, reuocabitur per alios pro rata debiti sui cuiuscunque. vt D. quæ in fraud. cre. l. pupillus. aut non omnes sed aliqui soli instabãt. & tunc aut vni soli per debitorem soluitur sponte, aut coactè & inuitè. si sponte, reuocatur pro rata per alios. vt l. si pupillus. & l. qui autem. §. sciendum. Fallit in casu, d. §. si debitorem. Si verò soluit coactè per iudicem compulsus, tunc non reuocabitur. vt D. quæ in frau. cre. l. qui autem. §. item apud Labeonem.

32 Alio †autem casu cùm agitur ad factum, subdistingue. aut ipsum factum petitur & in condemnatione deducitur simpliciter, aut interesse propter factũ. Primo casu si omnes creditores simul concurrunt, præfertur ille qui primò contraxit, vt D. loca. l. in operis. Secundo casu die per omnia, prout suprà in casu quo agitur ad quãtitatem. vt notatur in d. l. in operis. & D. de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus.

Sed quia in præcedentibus dictũ est, quòd in pignore conuentionali traditione secuta transit eius possessio in creditorem. 33 quæritur † quæ sit illa possessio? Ad hoc sic distingue. Aliquando debitor tradidit simpliciter possessi. nẽ, aliquando constituit se precario nomine tenere ipsius creditoris. Primo casu cùm simpliciter tradidit vel manualiter vel nudè, constituendo se eius nomine possidere, tunc omnis possessio tã naturalis quàm ciuilis transit in creditorem (vt l. res pignoris. & l. qui pignorum. cõiuncta l. quod meo. D. de acquir. poss.) quò ad omnes effectus, saluo quò ad effectũ perficiendæ præscriptionis. quo respectu & effectu attẽto dicitur debitor possidere. vt plenè traditur per gl. & doct. in l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. C. de præscript. triginta annorũ, licèt aliud sit in prætorio. vt ibi notatur, & suprà scriptũ est.

34 Secundo † verò casu, quando constituit se debitor precario nomine creditoris possidere, tunc distinguitur. Nam aut agitur quòd omnis possessio transferatur, vel sola ciuilis, vel sola naturalis, & illa transfertur aut dubitatur quid actum sit, & tunc transit sola ciuilis, & remanet naturalis penes debitorem. vt hæc probantur & habentur in l. & haber. §. cùm quis. D. de preca. facit l. Cæterùm. §. fin. & l. Si debitor. D. de preca. & notata per Bar. in l. creditores. in 2. q. principali. C. de pig.

35 Amplius. † quia in præce-

[a] *Aut non erant.* Adde & vide Ange. & Bald. in l. fi. §. & si præiudicium, & in §. seq. C. de iure delibe.

dentibus tractatum est quando eadem res pluribus obligatur quis præferatur, nunc quæritur an debitor puniatur, qui obligat rem pluribus? Dic breuiter quòd sic, si obliget scienter pluribus, & diuersis tẽporibus. nam tenetur crimine stellionatus. vt est textus in l.1. & fina. C. de cri. stel. & l.3. post prin. D. eo. distinguendo tamen, vt infrà dicetur, quod multum nota. Sed dicet aliquis, nonne videmus quotidie oppositum, quia debitores faciũt plures contractus, maximè mercatores, & in singulis instrumentis & contractibus obligant bona sua, & tamen nullus hucusque visus est qui fuerit condemnatus? Respondeti potest dupliciter: Vno modo quòd illa iura loquuntur in obligatione speciali alicuius certæ rei, sed practica communis loquitur in obligatione generali omnium bonorũ. quæ solutio licèt sit tolerabilis non est perfecta. Ideo in obligatione specialis rei subdistingue. Aut debitor protestatus est rem ipsam alteri obligatam, & tunc excusatur. vt l. & quæ nondum. §. fina. D. de pigno. Aut non est protestatus: & tunc aut ipsa res est sufficiés pro vtroque debito, & est excusatus. vt l. si quis in pignore, circa fin. D. de pign. act. Aut non est sufficiens, & tunc ad dictam pœnã tenetur, vt ibi. 3 Si † autem aliquis rem vendat duobus, tunc pœna falsi punitur. l. duobus. D. de fal. & notatis per gl. in d.l. 3. quod tamen malè seruatur in practica, propter locorum capitula & statuta. Alii dicũt quòd illis iuribus est derogatum per generalem consuetudinem, quæ inducta est ne impediãtur negociatores à suis negociis, & minimè sũt mutãda, quę pro bono publico interpretationẽ hanc habuerunt. arg l. minimè. D. de legi. cum similibus.

SVMMAE.

1 *Eadem res potest ex pluribus causis obligari & possideri. At dominium non potest ex pluribus causis acquiri.*

2 *Sex sunt necessaria vt actio hypothecaria competat. rem obligatam esse, debitorem in mora solui diesse, debitum verum esse, eum in quẽ agitur rem possidere, & rẽ in bonis debitoris fuisse tempore obligationis, vel post, & debito non esse satisfactum compensatione fructũ à creditore perceptorum.*

3 *Actor in hypothecaria mittitur in possessionem, in præiudicium negantis se possidere.*

4 *Res aliena vendi potest, pignori obligari non potest.*

5 *Pactum in obligatione pignoris appositum, Vt si dicta die pecunia nõ soluatur res sit empta creditori pro ea pecunia, non valet. secus si vt sit empta iusto pretio tunc æstimãda.*

6 *Cùm agitur hypothecaria vtili aduersus ipsum debitorem, sufficit probare de eius possessione. cum verò aduersus extraneum, probandum est de dominio vel quasi ipsius debitoris nisi ipse extraneus causam habeat à debitore, vel causam lucrativam à quolibet. nam tũc sufficit probare de possessione, licèt Bartolus titulum semper probandum putet.*

7 *Per hypothecariam possessio potest ab extraneo possessore auocari, nisi casibus quibus debitor ipse posset ipsi possessionem amisisset.*

8 *Consultius est agere actione vtili quàm directa vel condictione ex lege fo-*

lege fin. C. de acq. poſſ. cùm in inſtrumento obligationis ineſſet clauſula conſtituti.

6 *Dominium quomodo probatur, ex Bartoli ſententia.*

10 *Perſonalis & hypothecaria poſſunt cumulari, quæ ad eundem finem tendunt, & pro eodem debito.*

11 *Actiones ex delicto deſcendentes quando cumulari poſſunt.*

12 *Cum ciuiliter agitur pro delicto, tres regulæ ſunt obſeruandæ.*

13 *Quando ex delicto agitur criminaliter, quomodo ſint actiones cumulandæ vel non.*

14 *In libello criminali locus & tempus delicti adiici debent. In libello ciuili non eſt neceſſe, niſi rem poſſint exprimi.*

15 *Obligatione generali bonorum continentur ea bona quæ poſſunt alienari & per conſequens nomina, pecunia numerata. At non ea quæ debitor veriſimiliter non fuiſſet ſpecialiter obligaturus, vt feudalia bona.*

16 *Bona emphyteutica includuntur quidem obligatione generali bonorũ: ſed ſi cadant in commiſſum, reſoluitur talis obligatio.*

17 *Quomodo agatur hypothecaria ad nemen.*

18 *Bona hæredis debitoris non obligãtur pro debito defuncti, ſi fecerit hæres inuentarium, licèt perſonalis in eum tranſeat.*

GLOSSA VII.

EX memoratis cauſis pignoris & hypothecæ obligatam. 1 Hic † nota quòd eadem res poteſt ex pluribus & diuerſis cauſis eidem perſonæ obligari. Sic etiam eadem res ex pluribus cauſis poſſideri, ſed dominium eiùs non poteſt ex pluribus cauſis acquiri. vt traditur in l. 3. §. ex pluribus. D. de acqui. poſſ. & l. non vt ex pluribus de reg. iu.

2 Vlterius † quæritur quæ ſũt neceſſaria ad hoc vt agi poſſit hypothecaria? Dic breuiter quòd ſex. Primò, quòd res ipſa ad quam agẽdũ eſt fuerit & ſit obligata, vel hominis conuentione, vel legis prouiſione. vt ſuprà dictum eſt. facit l. contrahitur. & l. res hypothecæ. D. de pig. & D. & C. in quib. cau. pig. ta. cont. per totum. Secundò, quòd debitor ſit in mora ſoluendi debitum. vt l. debitores. C. de pig. quia non licet creditori agere ante diem ſolutioni determinatam. vt l. 3. in fi. D. vſufruct. quemadmo. ca. & in §. plus. Inſtit. de actio. Tertiò, requiritur quòd debitum ſit verum, quia ceſſante debito ceſſat hypothecaria actio. vt l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & l. gnege. §. etiam. cum ſe. D. de pig. & l. ſolutum. in prin. D. de pign. acti. Quartò, quòd is contra quem agitur rem obligatam poſſideat. vt l. pignoris profectio. D. de pig. & in d. §. quod dicitur. & l. ſi cũ venditor. in prin. D. eurct. & in d. §. item Seruiana. 3 Quid † autem ſi conuentus negauerit ſe poſſidere? Dic quòd ſiue conuincatur de mendacio, ſiue id verum ſit prout negauit, quòd omni caſu actor mittendus eſt in poſſeſſionem rei petitæ, quò ad præiudicium ipſius rei conuenti tantùm. arg. in l. fi. D. de rei vend. & in Auth. item poſſeſſor. C. qui po. in pi. ha. Quinò, quòd res ipſa fuerit in bonis debitoris, tempore obligationis vel poſt. vt in d. §. quod dicitur. & l. 1. in prine. D. de pig. & l. fi. C. quæ res pignori ob. poſ.

4 Nam † res aliena sine domini voluntate obligari non potest, vt l.1.& 2. C.si res al ena pig. da. fit. & l.rem al enam. D. de p g. actio. Licèt res aliena vendi possit sine voluntate domini, quòd ad præiudicium vendentis. vt l. rem alienam. D. de contrah. empt. Et quæ sit ratio differentiæ ibi notatur. Sextò, quòd non sit de debito satisfactum, per compensationem fructuum à creditore perceptorum. l.1. C. de distractio. pi. & l 1. in fi. C. de pig. act. cũ similibus ibi notatis.

5 Quid † si pactum sit interpositum in ipsa pignoris obligatione (de quo in l.1.& 2. C. de pact. pig.) verbi gratia, si dictum est quòd non soluta pecunia ad terminum res ipsa cedat domino creditoris, an valeat? Dic quòd non, vt ibi. Secus autem esset si dictum fuerit quòd pecunia ad terminum non soluta, res ipsa sit vendita creditori iusto precio æstimanda. tale enim. pactum valet. quod est notandum. vt habetur in l. si fundus. §. fi. D. de pig. & notatur per glossam in d.l.1. In quo casu sit diligens creditor, vt termino lapso ritu compelli faciat debitorem ad eligendum æstimatorem ipsius rei, per quem declaretur iustum pretium. alioquin fructus sibi computarentur in sortem, vt dictum est.

6 Sed † circa præmissa insurgit magnum dubium, videlicet qualiter probabitur rem fuisse in bonis debitoris? Dicũt quidam quòd sufficit probare debitorem possedisse ipsam pro sua & tanquam suam. Alii dicunt quòd probari debet de dominio ipsius debitoris. Tu tamen, secundùm doctores, omnia concludendo. & colligendo sic distingue. Aliquando lege municipali reperitur cautum, quòd ex possessione præsumatur dominium, & tunc sufficit probare debitorem possedisse, vt hic Papiæ. Aliquando secus in iure communi. & tunc glossæ videntur inter se contrariæ. Dic quòd aut creditor agit directa hypothecaria, & tunc debet probare de dominio vel quasi debitoris, siue ipse creditor agat contra ipsum debitorem, siue cõtra extraneum possessorem. sic intelligatur glossa in l. 1. C. de Saluio. interd. & Iusti. de actio §. item Seruiana. Aut creditor agit vtili actione. & tunc subdistingue. Nam aut agit contra ipsum debitorem, aut contra extraneum. Primo casu Cyn. in l. cùm res. C. si res alien. pigno. da. fit. dicit quòd sufficit probare debitorem possessorem fuisse. & ho lie esse. & sit ratio, quia ipse debitor non potest dominii quæstionem referre ipsi creditori, ideo eius possessio facit eum præsumi dominum. sic intelligitur glossa quæ est in d.l. cùm res. secundùm eum. Sed Barto. in hoc casu dicit necesse esse probare de ipsius debitoris titulo. vt per eum notatur plenè in l. rẽ alienam. D. de pigno. ac. Et sit ratio, quia lex dicit quòd rem fuisse in bonis debitoris probari oportet. vt in d. §. quod dicitur. Sed res dicitur esse in bonis, pro qua possessori datur actio. vt l. rem in bonis. D. de acquirend. re. do. Ergo sequitur omni casu necesse fore probari de titulo. quia sola possessio non daret ipsi debitori actionem, quia eo modo lex tuetur creditorẽ in re obligata, quo tuetur ipsum debitorem. l. si ab eo. D. de pigno. Vnde, secundùm eum, debet aduocatus formare capitulum super titulo. Sed

tulo. Sed certè hæc erit dura probatio, maximè cùm hoc stet in facto alieno, & conuentus vt litem effugiat negabit titulum, & sic res deueniet ad absurdum. Sic ergo vera est præcedēs opinio Cyn. & sequatium. Vbi autem agitur contra extraneum, tunc, secūdùm quosdam, distinguitur. Aut ipse extraneus causam habet à debitore, & tunc idem ac si ageretur contra debitorem. Aut nullam causam habet ab eo, sed ab alio, & tunc debet probare de dominio vel quasi debitoris. arg. l. quod ipsis. & l. in omnibus. §. non deber. D. de reg. iur. Alii dicunt, aut iste extraneus habet causam lucrativam siue ab ipso debitore siue ab alio, & tunc idem ac si ageretur cōtra debitorem: aut habet causam onerosam, & dic vt proximè dictū est. arg. l. apud Celsum. §. de authoris. D. de doli excep. Et hanc partem sequitur Cy. sub dubio fortè, in d. l. cùm res. Sed Bart. vbi suprà, tenet etiam hoc casu debere indistinctè probari de dominio debitoris. nec obstat §. de autoris. quia ibi loquitur in actore, hîc in reo vel conuento, cui dolus autoris non nocet. vt in l. an vitium. D. de diuer. & temp. præsc. & notatis in l. 2. §. 1. D. de doli excep.

Si verò agitur cōtra extraneum non habentem causam à debitore, tunc, secundùm Cy. distinguitur. Aut res ipsa vendicatur tanquam obligata, & tunc probari debet de titulo & possessione debitoris. sic intelligitur glossa quæ est in d. l. rem alienam de pig. act. & sic ratio illa, quæ traditur in d. l. si ab eo. 7 Aut † prætendit ius hypothecæ in sola rei possessione, & sic ad solam rei possessionem agitur (quia apud debitorem erat sola rei possessio) & tunc aut debitor si cecidisset à possessione potuisset ipsam aliqua actione reuocare (quod quidem cōtingere poterit in pluribus casibus notatis in l. 2. D. de condict. inde. & per glossam & doct. in l. in ciuile. C. de fur. & D. de condict. fur. l. & ideo. & per Bar. in l. rem quæ nobis. D. de acquir. poss.) & tunc creditor per hypothecariam poterit hāc possessionem auocare per regulam d. l. si ab eo. & sic agere poterit ipse creditor illa actione vtili, quæ apud debitorem erat directa. vt notatur in l. nomen. C. quæ res pig. ob pos. vel vtili hypothecaria. l. gregr. §. 2. D. de pig. Aut debitor cedens à possessione nō habet actionem ad reuocandum ipsam, & tunc nec creditori succurretur ad perendum illam. quia extincta possessione debitoris extinguitur hypothecaria creditoris, cū alia fuerit possessio debitoris, & alia sit possessio huius possessoris. arg. in l. si is qui pro emptore. in §. pe. D. pro emp.

8 Et † quoniam, secundùm prædicta, creditori agenti directa hypothecaria, difficile erit sibi probare de dominio vel quasi debitoris, ideo de iure communi melius est agere vtili actione, vel longè consultius & melius est, eo casu quo debitor constituit bona obligata tenere & possidere nomine creditoris, prout fit quotidie in instrumentis, intentare conditionem ex l. fi. C. de acquiren. poss. vt dicetur in titulo sequenti.

9 Sed † inhærēdo opinioni Bartoli, qui tenet probandum esse de dominio vel quasi debitoris, siue agatur contra ipsum debitorem siue extraneum, pro tanto quæritur quis

erit modus & practica probandi? Solutio.dicit ipse: Aut agitur contra deb torem vel eius hæredem, & tunc sufficit simpliciter allegare ipsum dominum vel quasi, & probare de eius possessione. qua possessione probata, inducitur probatio præsumptiuè de dominio vel quasi allegato, quia non potest referre dominii quæstionem. vt suprà dictum est, & sic patet quòd quantum ad effectam conueniunt Cyn. & Bart. quamuis Bart.dicat dominium siue titulum esse allegãdum, quod non est necesse, secũdùm Cy. Aut agitur contra extraneum, & tunc, secundùm eum, probandum est de dominio vel quasi debitoris, per modos traditos, Insti. de rerum diui. § singulorum. & notatos per Bar.in l.rem quæ nobis. D.de acqu. poss.& per Cy.in l.cũ res.C. de pb. & per Spec.in tit.de loca.vers.61.

10 Rursum† [a] quæritur an personalis & hypothecaria possit simul in eodem libello proponi? verbi gratia, si peto Titium mihi ex causa depositi condemnari in centum, & domum eius mihi ex ea causa obligatam relaxari, &c. Et videtur quòd non, quia sententia lata super vna actione facit præiudiciũ in alia. vt l. si deferendi. D. qui mo.pig.vel hypot.sol. Ergo, &c. In cõtrarium determinat Dy.in d.c.nullus pluribus.per textum in Auth. de fideiuss. § sed neque.colla.1. Et idem ibi sequitur Iac.de Bel. & hoc operatur identitas debiti, & finis vtriusque actionis. vide glo. in l.nemo.§.quoties. D.de reg.iu.

11 Quid† autẽ si plures sũt actiones ex delicto descendentes, an possint eodẽ tempore simul proponi,& cumulari? Quam quæstionem plenè tãgit Bar. in l.1.§.dixerit aliquis. D.de publica.& glossa notat Insti.si quad.pau.fec.dica.§.fi.in gl. fin.& l. 3.in fin.& l.licet. in fi.D.nau.ca.fe. Vnde pro aliqua informatione sic breuiter distingue: Quædam sunt actiones ex delicto descendentes, & quibus ciuiliter agitur, nec ad vindictam dantur. Quædam sunt actiones pro quibus criminaliter agitur, & ad vindictam dantur, vt actio iniuriarum & similes. 12 Primo† casu considerandæ sunt tres regulæ, secundùm Dynum. Prima est, Quando vnum est factum & vnus generalis criminis titulus, & plures agendi formæ, & tunc subdistingue: aut agitur contra eundẽ, & tunc vna actio tollit aliam. vt l. idem ait.in fin. D.nau.cau.stab.in l. plura.in prin.D.de acti. & obl.sicut dicitur in contractibus. l. quod in hæredem, in §.eligere. D. de tributo. sicut etiam patet in pluribus actionibus quæ trahunt originem ex eadem causa, licèt obligatio sit diuersa.vt in l.si reus.D.de fideiuss.Aut agitur contra diuersas personas, & tunc vna tollit aliam. vt l.utor qui repertorium.§.ex duobus. D. de admi.tu.& in l.1.§. in tutelæ. D.de tute.& ra.dist. & cum hac determinatione debet intelligi prælegatus §. dixerit aliquis. Secunda regula est, Quando est vnum factum, & plures tituli criminis, & diuersę formæ agendi, tunc vna intentata potest alia agi, quatenus in secũda deficit aliquid quod nõ est deductũ in prima. vt l.1 §.1.D.vi.bo.rapt.& l.ũi ex vno.D.de act.& ob.cũ similib.ibi notatis. Nec obstat d.§.in tutelę, vbi videtur in solidũ vtraque agi posse

a Rursum Vide Spe.tit.de pigno.in §.1.vers.cæterùm, & seq.

quia

quia respondetur quòd ibi loquitur quando plures tituli se habent vt excedentia & excessa: hic quando vnus titulus se habet tanquam genus, & alius tãquam species. Tertia regula est. Quando sunt plura facta, plures tituli, & plures formæ agendi. in qua regula non est dubitatio aliqua quòd vna electa nõ tollitur altera. vt l. nunquam plura. D. de priua. delic.

13 Circa† secundum principalem articulum, qui est quando sunt plures actiones pro quibus agitur criminaliter, distingue. Nam quandoque plura delicta committuntur verbo. de quo dic vt notat Bart. in l. item apud Labeonem. in §. conuicium. D. de iniu. Quandoque committũtur facto, & hic distinguitur. Nam quãdoque plura delicta committuntur in personam tam ex parte inferentis quàm patientis seu recipientis. & de hoc dic vt ibi per eũdem Bar. & l. nunquam plura. D. de priua. delic. Quandoque committuntur in re aliqua vel circa rem. de quo ipse Bart. notat in l. inficiando. § infans. D. de fur. Quãdoque committitur vnum delictum ex parte inferentis, sunt tamen plura delicta ex parte recipientis. de quo vide per eundem Bart. in l. Si gemina arbor. D. arb. fur. cæ. Quandoque sunt plura delicta commissa. propter pluralitatem personarum committentiũ tantùm, seu inferentiũ. de quo plenè per eum in l. fi in rixa. D. ad leg. Cor. de sica. Quãdoque cõmittuntur plura delicta propter pluralitatẽ personarum recipientiũ. de quo vide per eum in l. si plures. D. a. b. fur. cæs. Quandoque cõmittitur vnum factũ ex quo insurgunt plura delicta seu crimina. de quo per eundẽ tangitur in l. senatus. D. de accu. & l. si adulterium: cum incestu. D. de adul. quas remissiones ideo feci, ne deuiare videar à proposito, quo me breuẽ esse decreui in opere præsenti.

14 Amplius† quæritur an cùm agitur actione ciuili vel criminali, debeat tempus & locus contractus vel criminis cõmissi inseri in libello? Dic breuiter quòd vbi agitur de delicto, locus & tempus cõmissi criminis ponendus est in libello. D. de accus. l. libellorũ. & ibi per Bart. In contractibus autem, cùm in illis ciuiliter agatur, videtur idem dicẽdum, quia licitum est arguere de contractibus ad delicta. l. tã ex contractibus. D. de iud. maximè si tempore contractus initi non opposito, desinit reus posse ad plenum deliberare super libello. vt in l. i. §. diẽ. D. de eden. In contrariũ determinat Bar. in l. quoniã. in prin. D. de eden. & l. i §. interdictum hoc. D. vti. poss. Et idem tenuit Inno. in c. fin. ext. de re iud. Ego autem puto, quòd libellus de se procedat sine expressione loci vel temporis. si autem tempus petatur exprimi, credo quòd actor teneatur exprimere. argu. d. §. diem. sicut aliàs dicitur in l. in matri. §. eãdem. D. de excep. rei iud.

15 Deinde† quæritur quæ bona sunt illa, quæ includũtur in generali obligatione bonorũ? Respondeo, illa quæ possunt alienari. vt in l. sed quod ad eas. § fin. D. de pig. Et ideo cadunt in obligationẽ nomina debitorũ. vt l. nomẽ. & l. fin. C. quæ res pig. ob. po. & pecunia numerata. l. cũ tabernam. in fi. D. de pign Non autem includuntur illa quæ verisimiliter ipse debitor non fuisset specialiter obligaturus. vt in l. obligationẽ generali. D. de pignor. & in l. i.

C. quæ res pig. ob. pos. Et ideo bona feudalia non includuntur in tali obligatione.

16 Sed † emphyteutica bona bene includuntur. vt l. lex vectigali. D. de pigno. Si tamen emphyteuta cessaret post obligationem in solutione canonis, ita quòd res ad dominium deuoluerentur, pignus & obligatio extingueretur, quia resoluto iure datoris extinctum remanet ius creditoris. vt d. l. lex vectigalis & optimè facit l. Iulianus. D. de manu. & plenè notatur per Iacobum de Bel. in c. 1. §. fi. de controuer. inuesti. 10. colla.

17 Quid † ergo si creditor habeat nomen obligatum, qualiter aget cõtra eum? Solutio, dic quòd agendo hypothecaria dicet illam obligationem, qua astringitur suo debitori, esse sibi obligatam, & tãquam obligatam petet sibi responderi de eo ad quod vi obligationis astringitur. vt notatur per glo. in l. hæredem. C. de hæreditatis. & in l. 1. C. de præto. pig. Et vide quod supra scripsi circa formam executionis sententiæ.

18 Sed † numquid bona * propria hæredis debitoris possint per hypothecariam auocari, tanquam obligata pro debito defuncti? Dic quòd non, per textum in l. Paulus. in prin. D. de pigno. licèt enim personalis obligatio transeat in hæredẽ. vt in § hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu nasc. tamen talis in eius propriis bonis non transfertur, maximè si fecerit inuentarium. vt l. fi. §. & si præfatam. & in §. litẽtiam. C. de iure delibe.

GLOSSA VIII.

QVare cùm predicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam est aduertendum, vt suprà.

SVMMAE.

1 *Per hypothecariã creditori res possidenda adiudicatur, quousque integrè fuerit ei satisfactum, vel in pecunia, vel per imputationem fructuum.*

2 *Cùm debitor est in mora soluẽdi certam dictã die, vel post interpellationem, creditor potest suũ interesse compensare cum fructibus, quod interesse non potest dici vsura.*

3 *Debitor non potest reddere pecuniam deteriorem in forma vel in substantia.*

4 *Mutatio monetæ Reipublicæ perniciosa.*

5 *Cùm materia monetæ mutatur in deterius, solui debet de antiquo, si de ea reperiatur. nec eius cursus sit prohibitus. sin minus, haberi debet ratio deteriorationis.*

6 *Cùm valor monetæ mutatur, deterioratio pertinet ad debitorem, si fuit in mora soluendi. sin minus, ad creditorem.*

7 *Debitor non potest soluere in alia moneta, si ex eo conditio creditoris fiat deterior.*

8 *Si actum sit vt eadem species monetæ soluatur, pactum seruari debet quod in dubio videtur actum.*

9 *Qui tot aureos in tali moneta mutuo dedit auctis aureis, non potest cogi*

* *Bona.* Adde & vide de hoc per An. Aret. in §. sed nostra. Instit. de le. & Alex. de Imo. in consi. 208. in 2. vol. & adde quòd testator expresse potuit bona hæredis obligare, ita idem Alex. in consil. 68. in 2. volum.

accipere

accipere aureos ad valorem auctũ.

10 *Cùm certa summa in certa moneta mutuò datur, aucta vel diminuta moneta, potest solutio fieri in ea æstimatione quæ nunc est.*

11 *Non valet iuramentum de mala pecunia obseruanda.*

GLOSSA IX.

Rlas ãdum inre pignoris. 1 Hic† aduerte, quòd effectus huius hypothecariæ actionis est, vt res obligata creditori relaxetur, loco pignoris tantùm tenenda & possidẽda, vt in l.si cùm venditor. in princ. D.de euict.& in l.fundus.§. creditor.D.de pig. Tamdiu videlicet per ipsum possidenda, donec fuerit sibi integrè de debito satisfactum, vel in pecunia, vel per imputationem fructuum ex pignore acceptorum, qui habent extinguere debitum. vt l.1.in fi.D.de pig.& in l.fi.C.de dist. pi. cum similibus ibi notatis.& eius quod habetur in cap. illo vos. de pignor.

2 Verumtamẽ† si debitor fuerit in mora soluendi forte vel quia non soluit ad diem statutam (prout fit quotidie in instrumentis,in quibus dies solutionis adiicitur) vel quia interpellatus soluere neglexerit (quibus etiam casibus mora cõtrahitur.vt in l.mora.in princ.D. de vsur.& in l.magnam.C.de contrah. & cõmit.sti.& in l.si ex legati causa. de verb.ob.cum similibus) tũc poterit compensare creditor suum interesse cum fructibus, ad quod interesse fuit post moram debitor obligatus. vt in prædictis iuribus, & in l.1.C.de sen.quæ pro eo quod interest. nec poterit ascribi creditori, quòd istud interesse sit vsura. per illud c.illo vos.cum similibus:quia ibi loquitur quando initio contractus fuit certa quantitas ex conuentione partium loco pœnæ moroso appolita, & sic petitur hominis cõuentione.vt l.lecta.D.si cer.per.hîc quando petitur legis prouisione tãtùm,cùm nulla quantitas fuerit determinata per partes. quod tenementi. Ad quod facinnt notata per doc.in l.cùm allegas.C.de vsur.& l. curabit.C.de act.emp.

3 Quid† ergo si misso debitore in possessionem eius domus loco pignoris veniat, deinde debitor pecuniam deteriorem, aut in forma vel substantia offerat creditori, an liberatur pignus? Videtur quòd nõ. l.eleganter. §. qui reprobos. D. de pig.act.& in l.Paulus.D.de sol.& ibi plenè per Bar. 4 Breuiter † die, quòd pecunia per istos principes persæpe mutatur in deterius potiùs quàm in melius, propter quod sequitur magna subditorũ consumptio, præcipuè mercatorũ,& in Republica scandalũ & confusio, & pro tanto latiùs super hoc aliqua dicere proposui.

Sciendũ est ergo, colligẽdo dicta Bart.in d.l.Paulus. & glossæ in c.olim.de censi.& Io. An.in c.quanto. ext.de iureiu. quòd mutatio pecuniæ potest cõtingere dupliciter:vno modo si pecunia mutetur, quò ad bonitatẽ intrinsecã,respectu materiæ:secundo modo, quò ad valorem eius, materia non mutata. De primo modo mutandi patet exemplum.si pecunia quæ nunc est sit magis ære contaminata quàm hactenus esse cõsueuerat. 5 In† quo casu distinguitur: aut de pecunia antiqua reperitur,nec eius cursus est reprobatus.

& tunc de illa sola est fiēda solutio. Aut nihil de antiqua reperitur, vel eius cursus(si qua reperitur) est mutatus. & tunc solui debet æstimatio eius, habita ratione deteriorationis, vt hæc notātur in d.§.qui reprobos. & in dict.c.olim.de censi.& notatur per Cy.in l. in minorum.C.in quib. cau.in inte.resti.nō est ne. 6 De† secundo autem patet exemplum,si florenus valebat libras quatuor, & nunc valet libras tres. vel si grossus valebat imperiales 24.& nunc valet imperiales 18.quo casu sic distinguitur. Aut debitor fuit in mora solvendi, & tunc talis deterioratio cōtingens pertinet ad debitorem.arg. in l.vinum.& l.quod te.D.si cer.pe. Aut non fuit in mora, & tunc pertinet ad creditorem.arg. dictarum ll. quod te.& l.vinum. Et hæc procedunt quando ipse debitor vult soluere pecuniam in eadem forma, vt puta florenum pro floreno,vel grossum pro grosso.

7 Vbi† autem debitum esset contractum in pecunia aurea, & ipse velit soluere in argentea,secundùm præsentem cursum, vel econtra, tunc considerari debet, an ex huiusmodi solutione efficiatur deterior conditio creditoris, & tunc non est debitor audiendus. Aut eius conditio efficitur melior,vel saltem non deterior, & tunc est audiendus.

8 Nisi† forte esset specialiter conuentum quòd in alia pecunia quàm aurea non posset fieri solutio, quod in dubio videtur actum in causa mutui vel depositi.vt in l. cùm quid.D. si cert.pet.cum similibus. Et prædicta notantur in d.§. qui reprobos.à contrario sensu. & in d.l. Paulus.D. de solut.

9 Sed† circa prædicta audi quæstionem de facto. Ecce quòd aliquis in pecunia argentea mutuò cōcessit florenos centum,ad rationem librarum quatuor pro floreno,prout erat cōmunis cursus cuiuslibet floreni. cōtingit in processu temporis quòd auctus est valor floreni ad libras sex. debitor autem vult debitum soluere in pecunia aurea ad rationem librarum sex pro quolibet floreno.dicit creditor,egonolo recipere,quia cōditio mea efficeretur deterior : nam tēpore mutui tu dedisses mihi grossos viginti pro singulo floreno, & modo non reperiem me habere nisi quindecim pro singulo floreno. quæritur an ipse debitor sit audiendus? Dic quòd si reperiretur de pecunia mutuò data, cuius cursus non sit reprobatus, debet fieri restitutio in illa,secundùm cursum & valorē qui esset tempore contractus: si verò sit reprobata, vel non reperitur ex ea, tunc aut debitor fuit in mora, & non debet audiri: aut non fuit in mora, & tunc est audiendus.per d. l.quod te.cum similibus.

10 Sed† quid si mutuum fit contractum hoc modo. Concedo vel mutuo tibi libras centum in istis florenis auri.postea contigit casus quòd precium seu valor florenorum auri augetur vel diminuitur, quæritur an debitori liceat soluere florenos aureos in illa æstimatione quæ currebat tempore contractus? Respondeo, dicit Bartol. in d. l. Paulus. quòd fieri potest solutio & debet in ea quæ nons est, quia creditor videtur appreciasse illos florenos aureos in illa summa, sicq; omne commodum in ipsa pecunia sic appreciata constringens

pertinet

pertinet ad ipsum debitorem.arg.l. si stipulatus sim decem in melle. D. de verb.oblig. coniuncta l. certi cõ dictio. §.fin.D.si certum pet.

Vltimò aduerte quòd olim pecunia credebatur de publico, & eius valor debet esse tantus in pecunia sicut in massa. vt notatur in l. 1. D. de contrahen. emptio. Hodie autẽ detrahitur expensa cudendi, & ideo non est tanti valoris. ıı Et † quoniam ex mala pecunia Respublica immensè lædituꝛ, ideo non valet iuramentum quod fuerit de ea obseruanda præstitum, vt in c. quanto. de iureiuran.

SVMMAE.

1 *Fructus percepti pendẽte iudicio in hypothecaria, veniunt in eam: percepti verò ante iudicium ceptum, peti etiam possunt, si debitor eos percepit. Idem si alius mala fidei possessor eos percepit. Idem quoque si alius bonæ fidei possessor eos percepit: nisi sint consumpti.*

2 *Cum dominium rei obligatæ à debitore in alium translatum est, fructus actione hypothecaria peti non possunt, nisi debitor eos fecit, & extant.*

3 *Si creditor rẽ sibi obligatã possidens eam non coluerit, sibi imputabitur.*

4 *Consultius facit creditor rem accipiendo in solutum, quam pignori possidendam.*

GLOSSA X.

Simul cum fructibus. Reuoco in dubium an creditor [a] possit ita vendicare fructus rei hypothecatæ, sicut rem ipsam? Vbi distinguendum est, secundùm Cy. vt per eum notatur in l. 2. C. in quib. cau. pi. ta. contra. Aut fructus percipiũtur pendente iudicio super hypotheca, aut sunt percepti ante ipsũ iudiciũ. 1 Primo † casu cadũt fructus prædii in ipsa obligatione, & veniũt officio iudicis in condemnationẽ. vt l. si fundus. §. interdũ. D. de pig. Secundo casu subdistingue. aut percipiuntur res obligata adhuc remanente in dominio debitoris, aut dominio mutato. Primo casu aut percipiuntur à debitore, aut ab alio. si à debitore, cadũt in obligationem, & per actionem hypothecariã possunt peti simul cũ re principali. vt d. l. 2. C. in qui. cau. pi. ta. contra. & l. in prædiis. D. eo. ti. sicut petitur partus editus penes debitorem. vt l. 1. C. de partu pig. & D. de pig. act. l. si conuenerit. §. pe. Si autẽ ab alio percipiatur, tunc siquidem ille erat bonæ fidei possessor. aut fructus extãt, & cadunt in obligatione. aut sunt consumpti, & tunc aut bona fide, & non possunt peti: aut mala fide, & tunc sic. Et idem multò fortius si extarent. vt hęc probantur in l. 1. §. cùm prędium. cum ibi notatis. D. de pig. & in l. si fundus. §. interdum. D. de pign.

2 Secundo † casu principali cũ percipiuntur mutato dominio debitoris, tunc subdistinguitur. aut fuerunt seminati per ipsum debitorẽ, & sic fuerũt in eius dominio, & tũc aut extant, & cadunt in obligatione: aut sunt consumpti, & tunc non. vt in d. §. cũ prædium. & d. l. Paulus. §. si mancipio. D. de pign. Aut fuerunt per alium seminati, & sic non fue-

[a] *An creditor* adde & vide de hoc per Bar. & alios in l. 3. ff. e contrario. D. de acqui. pol. & Ange. in l. quædam mulier. D. de rei ven. vbi quòd si in instrumento fit constitutum, quòd poterit vindicare cum fructibus

runt de dominio debitoris. & tunc sicut partus vaccæ non cadit in obligatione, sic nec huiusmodi fructus. arg. d. l. si conuenerit. §. pen. & d. l. Paulus. §. 1.

3 Quid † autem dices in fructibus percipiendis à creditore? verbi gratia, si fuerit positus in possessione rei obligatæ, an tenebitur facere laborare agrum vel vineam? dic quòd sic. vt notatur in l. 2. C. de pactis pigno. & in l. 2. de pigno. actio. quod si non fecit sibi imputabitur. quod nota.

4 Est † ergo consultius creditori quòd faciat sibi rem dari in solutum. vt notatur in l. à diuo Pio. §. si pignora. D. de re iud. Et si fuerit sibi euicta, poterit de euictione agere contra debitorem. vt l. ex sextante. §. Latinus largus. D. de excep. rei iud. & in l. eleganter. in prin. D. de pig. actio. & ibi notatis. & per Iac. Bu. & in l. 1. C. si antiqui credi. & dicetur infrà titulo proximo. Alia autem in præsenti libello sequentia, declara vt plenè dictum est suprà in primo libello.

FORMA RESPONSIONIS *in actione hypothecaria.*

TITVLVS XLIIII.

CORAM vobis suprascripto domino Vicario, cõparet & se præsentat Philippinus de Folbertis, causa & occasione cuiusdam asserti libelli, in iudicio (vt dicitur) contra eum producti per Simonem Spæltam assertum procuratorem, asserto procuratorio nomine spectabilis viri domini Raynaldi de Beccaria, effectualiter (vt dicitur) continentis, &c. ad quem relatio habeatur.

I. Dicens & excipiẽdo proponẽs præfatus Philippinus suprascriptum assertum libellum, & omnia & singula in eo contenta fuisse & esse nullum ac nulla, & nullius valoris & momenti, causis maximè & rationibus infrà scriptis, & aliis loco suo & tempore dicẽdis, proponendis, & allegandis.

II. Primò quia productus, & oblatus per personam non habentem sufficiens mãdatum: sed nec etiam habẽtem personam habilem stand in iudicio, tum quia ipse Simon est in patria potestate constitutus, tum quia est minor 25. annis.

III. Item saluis præmissis dato, sine præiudicio, quòd constaret de mandato, dicitur ipsum mandatum fuisse & esse reuocatum.

IIII. Item quia ipse assertus libellus est vagus, varius, obscurus, incertus, dubius, generalis, peccans in materia &

ria & in forma,nullámque agendi causam sufficientem continens in se, aliisque de causis multipliciter vitiosus, propter quæ nullum de iure meretur habere responsum, sed fuit & est per vos penitus reiiciendus & dentibus lacerandus.

V. Si tamen præmissis non obstantibus,(quæ reuera obstant,)dictus Philippinus iure aliquo esset astrictus eidem asserto libello respondere, & non aliter nec alio modo, & sub protestatione, quòd saluæ & reseruatæ sint sibi omnes prædictæ ac infrà scriptæ exceptiones & defensiones,& quæcunque aliæ tam declinatoriæ, dilatoriæ, quàm peremptoriæ & anomalę,dicit & respondet narrata prout narrantur, non fuisse nec esse vera, & petita prout in eo petuntur, non fuisse fienda nec fieri debere.

VI. Opponēs & obiiciens contra ipsum Simonem dicto nomine, & omnia & singula in ipso asserto libello contenta, exceptionem excussiōis, vt cōueniatur priùs debitor principalis quàm possessor, necnon & exceptionem præscriptionis,& renunciationis pignoris,& iuris dicto Raynaldo non competentis in dicta domo.

VII. Et amplius opponit exceptionem doli mali, tam generalem quàm specialem.

VIII. Rursum (saluis præmissis) dicit idem Philippinus quòd de dicto asserto debito fuit & est integrè satisfactum,& facta plena solutio dicto Raynaldo, opponens contra eum exceptionem solutionis.

IX. Et amplius in quantum de ipsa solutione non constaret,& in quantum prædicta non obstarent, (quæ reuera obstant,) offert se paratum, (inquantum constiterit ipsum Raynaldum, fore verum creditorem de dicta quantitate,) eidem satisfacere de debito memorato.ipso tamen Raynaldo,eidem Philippino, cedente & in eum transferente omnia iura sua, & quascunque actiones reales & personales.

Petens & requirens,saluis præmissis, idem Philippinus se absolui,vel ab obseruatione iudicij, vel ab omnibus & singulis in dicto asserto libello contentis,prout iuri & iustitiæ videbitis conueniri. & ipsum Simonem procurato-

rem prædictum, seu dictum Raynaldum in expensis legitimè condemnari. Saluis eidem Philippino cæteris suis exceptionib⁹ & defectiõibus, solẽniter de quib⁹ protestatur.

SVMMA.

1 *Continẽtia causæ non est dividenda.*

GLOSSA I.

CORam vobis. 1 Debes scire quòd coram eo iudice est proponenda defensio, coram quo proposita est petitio & offensio, ne causæ continentia dividator. vt l. nulli. C. de iudi. & l. 1. D. de quibus rebus ad eundem iudi. eatur.

SVMMAE.

1 *Regulariter in causis agendis sufficit generale mandatum. Excipiuntur nouem casus, in quibus speciale mandatum requiritur.*

2 *Sine mandato nullus admittitur ad agendum: Nisi conuẽcta persona quæ admittitur sine mandato (non contra mandatum) in ijs vbi generale mandatum sufficit, cauendo de rato & de defendendo.*

3 *Procurator rei satisdare debet iudicio sisti, & iudicatum solui, sub obligatione omnium bonorum suorum.*

4 *Procurator generalis nõ potest trãsigere, licèt in mandato cõmeatur clausula de rato habẽdo quicquid gestum erit, vel clausula, Dans in promissis liberam administrationem, &c.*

5 *Cùm dubium est an quis habeat mãdatum, admittitur satisdando de rato. fit autem dubium per negationem, vel verius per semplenam probationem.*

6 *Instrumentum mandati debet dari aduersario in forma publica.*

GLOSSA II.

NOn habentem sufficiens mandatum. 1 Aduerte † quòd regulariter in causis agendis sufficit habere generale mandatum. vt l. 1. D. de procu. cum ibi notatis. & l. si numerandi. § fi. D. mand. & ext. de procu. c. petitio. & de procu. c. qui ad agendũ, lib. vi. Fallit in certis casibus, in quibus * requiritur speciale mandatũ, nec sufficit generale, quos enumerat Gl. in l. illud. D. mino. licèt non ad plenum. Primus est in causa restitutionis in integrũ vt d. l. illud. & l. 1. C. etiã per procu. cau. in integ. resti. Secũdus in interdicto de liberis exhibẽdis. vt l. Pomponius. D. de procu. Tertius in literis Apostolicis impetrandis. vt in c. nonnulli. de rescrip. Quartus est in contrahẽdo matrimonio. vt in c. fi. de procu. lib. vi. Quintus in cõtrahẽdis spõsalib⁹. vt in c. veniẽs, q eleti. vel vo. Sextus in cõpromisso fiendo. ext. de arbitre. per tuas. Septim⁹ in absolutione ab excõmunicatione petẽda. vt ext. de sent. excõ. in c. q. de his. Octauus in præstatione iuramẽti calũniæ. vt ext. de iura. calũ. in c. fi. lib. vi. Nonus in trãlactione, vel pacto de nõ petẽdo, ac veritatis iuramẽto. vt in c. q ad agẽdũ. in fi. nisi esset procur. cũ libera. vt D. de procu. l. procurator cui. & in certis aliis casibus, quos ponit Gl. in d. c. qui ad agẽdũ. & Spe. in ti. de procu. § 1. versũ tem opponitur.

2 Et sine † mãdato generali vel speciali nullus regulariter auditur, nec admittitur ad agẽdum pro alio

* Nor. in quibus casibus requiritur speciale mandatum, Glo. in l. si quis mihi bona. D. de acqui. hæred. Glo. in c. coram, de testi. in integ. Spe. ti. de procu. in § 1. versũ tem opponitur.

fiue

sine nomine alieno. Fallit in certis personis,quę propter cõiunctionem sanguinis vel affinitatis admittuntur sine mandato, agendo nomine alieno, non tamẽ cõtra mandatum. vt l.sed & hæ. & l. seq. D. de procu. Et admittuntur in illis solùm casibus in quibus sufficit generale mandatum,nõ autẽ in illis in quibus requiritur speciale mandatum. vt determinat Gl.in l.exigendi. C.de procu. Et tenẽtur tales personæ quę sine mãdato admittũtur, cauere de rato & de defendẽdo,alias repellũtur. vt l.Põponius.in fi.& ibi notatis.D. de procu. & probatur in l. seruum quoque,in §.ait prætor. cũ l. seq. & l.sed & hæ§.fi.cũ l.seq.& l. non solũ.in prin.& l. mutus.§. pœna.D.de proc.& C.de satisd.l.1.§.fin autem.

3 Procurator † autem vel defensor ex parte rei tenetur satisdare de iudicio sisti,& iudicato soluẽdo,sub obligatione omnium bonorũ suorum,alioquin nõ auditur.Potest tamẽ dominus esse fideiussor suus, vt fieri videt quotidie in instrumẽtis procurę.vt habetur Inst.de satisd.§.fin sũt per procuratorẽ.& §.fi verò aliqs. vt d.l.2.C.de satisd.& ibi per Cyn.

Habes ergo ex præmissis,q procurator generalis non potest trãsigere,similiter nec compromissum facere sine speciali mandato.vt ext.de arbi.c.per tuas. 4 Quid † autem si sit procurator * generalis ad omnes causas & lites,cum clausula de rato habendo quicquid per eum gestum fuerit,an tũc poterit compromittere vel transigere? Et breuiter dic q nõ,licèt aliqui cõtra,vt plenè disputat Gl.in d.c.per tuas. & c.cõtingit. de transa.& in c.dilectus.de reli.do. Et eodem modo trãsigere vel compromittere non poterit,si in procuratione sit inserta illa cõmunis & vsitata clausula, *Dans & concedens dicto procuratori in præmissis & circa præmissa liberã & generalẽ administrationẽ*, &c. quia talis clausula solũ restringitur ad instantiã causarũ, non autem ad merita negociorum.sicq; de sola instãtia de qua procedit bayl ia poterit procurator trãsigere & cõpromittere.vt determinat Bart. in l. qui Romæ.§.Callimachus.D.de verbo.obli.& adde quod per eum notatur in d.l.procurator cui.

5 Sed quid † dices si aliquis agit procuratorio nomine alterius, & aduersarius negat ipsum habere mandatum, nec est de personis quæ sine mandato admittuntur,an repelletur nisi producat instrumentum procurę? Distingue.Aut certum est ipsum non habere mandatum,& repellitur.aut est certum ipsum habere mandatum, & admittitur. tunc, aut est dubium, & tunc si satisdet, de rato habendo, admittitur, aliàs verò repellitur. vt l.1. & ibi notatis. C.de procu. Fit autem dubium (secundùm Glossam ibi) per negationem, vel meliùs, secundùm docto. per semiplenam probationem.arg. in c.ex insinuatione de proc.

6 Vltimò † quæritur, si constat per instrumentum de mandato, an de eo sit fiẽda copia aduersario per notariũ causę in forma actorum vel tradi debeat ipsum instrumentum? Dicunt quidam quòd sufficit tradi per copiam.Communis est practica quòd traditur in forma publica,quę

* *Vtrum procurator possit transigere.* vide Bart.o.in l.qui Romæ.D. de verbo.obli.Spec. de instru.edi. in §.14.versi.de illo.

practica defenditur ea ratione, quia iudicium nō debet esse illusorium, vt l. si prætor. D. de iudi. quod facilè eueniret si negaretur illum esse procuratorem, & probari non posset per publicum instrumētum. vt arg. l. cum non iusto. D. de colla. deteg. cum similibus. Item quia nō debet quis esse deterioris conditionis quā sit eius aduersarius, qui personaliter comparet. Esset autem magis grauatus, si audiretur iste producens instrumentum, quod non posset haberi nisi per copiam, quæ de facili perdi potest, & cui nō illa apud omnes fides præstatur quæ sit originali. vt in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. Et hanc partem tenet Bar. in l. 2. §. defendi. D. ex qui. cau. in pos. ea. Secus autem in instrumento syndicatus vniuersitatis. nam tūc sufficit dare exemplum expensis recipientis, quia vniuersitas non potest cōparere per seipsam, & sic per hoc non fit deterior conditio aduersarij ex comparitione syndici. vt habetur in l. 1. & 2. quod cuiusque vniuersi. nomi.

SVMMA.

1 *Filiusfamilias potest esse procurator.*

GLOSSA III.

IN patria potestate. 1 Ista † causa non sufficit ad repellēdum quem ab officio procuratoris. vt in l. filiusfamilias. §. ipse quoque. D. de procura.

SVMMA.

1 *Minor XXV annis non potest esse procurator.*

GLOSSA IIII.

MInor 25. annis. 1 Hæc † causa repellit à procuratione. vt l. minor 25. annis. in prin. D. de procu. & in c. qui generaliter. in fi. ext. de procu.

SVMMAE.

1 *Procurator ante litem contestatam potest revocari, post contestationem non potest, nisi ex causa, vt si dominus per se ipsum causam agere velit.*

2 *Dominus, comparendo in iudicio sine protestatione, videtur procuratorem suum revocare.*

3 *Morte mandantis finitur mandatum, re existente integra. Et prælato domino defuncto etiam re non integra.*

4 *Mandatum ad tempus, lapsu temporis finitur & vtile est mandata ad certum tempus limitari.*

5 *Revocatio procuratoris ad lites debet notificari tam ipsi quam parti aduersæ, cum sit post litem contestatam. Alt si fiat ante, sufficit notificari ipsi procuratori.*

6 *Revocatio procuratoris ad negotia, qui est institor, recte fit sola proclamatione publica.*

7 *Revocatio procuratoris cui mandatum est vt cum Titio obligationem contrahat, debet ipsi & Titio notificari, sed si persona non fit nominata, sufficit ipsi.*

8 *Qui contrahit cum procuratore debet per eius iuramentum inquirere an sit revocatus.*

9 *Revocatio procuratoris, cui mandatum est de liberando alio, debet solemni notificari.*

10 *Cùm negotium respicit præcipuè mandantis vtilitatem, non est necesse quòd revocatio procuratoris notificetur. Nec cùm respicit damnum, quoad effectum obligationis, sicut quoad effectum liberationis.*

11 Cùm

11 *Cùm agitur de præiudicio generando ipsi procuratori, necesse est ipsum certiorari de reuocatione. Idem cùm agitur de beneficio alterius impediendo.*

12 *Certioratio reuocationis procuratoris, obligatione iam contracta, nihil operatur.*

13 *Non est necesse procuratorem, qui est mandatus mortuus, certiorari de sua reuocatione.*

14 *Cùm voluntas domini est de substantia actus gerendi, non est necesse reuocationem procuratori notificari: Nisi in liberatione. Secus si voluntas nõ sit de substantia actus.*

15 *Cùm cõtrahens cum procuratore respicit personam domini, reuocatio notificari debet parti contrahenti. secus si contrahens respicit tantùm personam procuratoris.*

16 *Reuocatio procuratoris probari potest per vnũ testem cũ iuramento.*

GLOSSA V.

Mandatum esse reuocatum.

1 Ad† huius euidentiam est sciendum, quòd procurator potest per dominum ante litem contestatam liberè reuocari. vt l. ante litem. cum seq. & l. quæ omnia. in prin. D. de procu. & c. 2. ext. de procu. lib. 6. Post autem litem contestatam non potest, nisi causa iusta examinata & approbata per iudicem. vt l. post litem. & in l. nisi dominus. §. hæc autem cognitio. D. de procur. & in d. c. 2. Inter quas causas enumeratur illa, quando dominus vult per seipsum causam agere vel defendere.

2 Quo† casu, comparẽdo ipse per se in iudicio, simpliciter sine alia protestatione, videtur tacitè procuratorem reuocasse. vt traditur in c. ſi quem. de proc. lib. 6. & notatur per gl. in l. qui mutuam. §. 1. D. mand. & propter hoc quando dominus comparet per se in iudicio, nec sui vult procuratorem reuocare, protestatur quòd comparet citra reuocationem sui procuratoris.

3 Amplius† etiam finitur procuratoris officium per mortem cõstituentis, re existente integra. vt l. ſi defunctus. D. de proc. & l. mandatũ. C. mand. & §. item ſi adhuc. Inſtit. mand. In prælato autem defuncto, etiam re nõ integra, finitur sui procuratoris officium. vt est hodie determinatum in cle. ſi. ext. de procu.

4 Item† similiter finitur per lapsum diei vel temporis vsque ad quem constitutus est. potest enim procurator cõstitui ex die ad diem. vt in l. 3. D. de procu. Et ita consulo semper fieri, ne sit necesse per aliud instrumentum ipsum reuocare.

Vnde circa hoc quæro, an eo casu quo dominus velit eius procuratorem reuocare, sit necessaria certioratio eius, aut partis aduersæ & iudicis? De quo plenè traditur per doct. in d. l. 1. C. de satisf. per gl. in c. mandato. ext. de procu. & per Cyn. in l. mandatum. C. man. 5 Distingue†, secũdùm omnes. aut est procurator ad iudicia, aut ad negotia. Primo casu aut fit reuocatio ante litem contestatã, & tunc sufficit certioratio facta ipſi procuratori. vt d. l. ante litem. D. de procu. aut fit post litem contestatam. & requiritur certioratio tam procuratoris quàm aduersarii. vt in c. mandato. de procu. & ibi notatis.

6 Secundo† casu principali quando est procurator ad negotia, subdistingue, secũdùm And. de Piſis. aut quæritur de notitia & certioratione facienda ei qui contrahere

vult cũ procuratore: aut de fiẽda sibi soli. Primo casu, aut ille qui mãdatum habuit negociandi est institor vel custaldus, seu aliàs deputatus certæ negociationi vel mercantiæ, & tunc sufficit proclamatione vel aliter publicè tale mandatum revocare, nec est necessaria specialis certioratio alicuius personæ. vt habetur in l. si pupillus. §. 1. D. de instito. Aut est simplex procurator & tunc aut tractatur de domino obligando, aut de alio ab ipso domino liberando. 7 Primo † casu, aut mandatum est directum ad certam personam, & tunc ipsius personæ est in revocatione necessaria certioratio. vt D. quod iussu. l. §. ego quæro. verbi gratia, si constituo procuratorem ad emendum equum à Sẽpronio. Aut mandatum non est directum ad aliquam certam personam, verbi gratia, quia cõstitui simpliciter ad emẽdum vnum equum, & tunc non est necessaria certioratio alicuius alterius personæ, sed sufficit solius procuratoris certioratio, tum propter incertitudinem personarum, tũ propter culpam eius qui contraxit, qui diligentius scrutari debuit, an mandatum esset revocatum. arg. l. qui cum alio. D. de reg. iur. nec potest culpa adscribi domino, quia ignorauit & ignorare potuit cum quo procurator contraheret. arg. D. loca. l. si domum.

8 Sed † diceret aliquis, nonne ille qui contraxit iustam credendi causam habuit quòd ille esset procurator, ostenso sibi instrumento procuræ, & eo affirmante se procuratorem esse? quia alio non apparẽte in contrarium, præsumptio est quòd sit adhuc procurator. nisi per aliqua indicia appareret quòd sit revocatus. argumento eorum quę habentur in c. ex insinuatione, ext. de procu. Vnde quidam dicunt quòd ille qui contrahit cum tali procuratore debet esse in hoc diligens, & ab eo inuestigare & scire etiam per eius sacramentum, si est revocatus vel non. per d. §. l. qui cum alio. Et si iuret se non esse revocatum credere debet illi, aliàs non. 9 In † alio autem casu cùm agitur de alio liberando, dicendum est quòd sit necessaria certioratio eius qui soluit. verbi gratia, si constituo procuratorem ad recipiendum solutionem à debitoribus meis, & vnus soluit procuratori revocato ignoranter, certè liberabitur, nisi de revocatione eius sibi liquerit. vt probatur in l. eius qui. vers. quas verò. D. si cer. pet. D. de solut. l. verò procuratori. §. sed & si quis. & l. qui hominẽ. §. si Titium.

Venio ad secundum casum principalem, quo quæritur an sit necessaria certioratio ipsius procuratoris. Vbi distingue. 10 Aut † mandatum respicit vtilitatem principaliter domini mãdantis, & tũc nõ est necesse quòd revocatio perueniat in notitiam ipsius procuratoris. vt puta si constituo procuratorem ad adeundum hæreditatem, vel infeudũ in possessionẽ. vers. si quis mihi bona. §. pe. D. de acqui. hære. Aut respicit principaliter damnum & incommodum ipsius domini, & tũc quòd ad effectum impediendæ liberationis in persona liberati, est necesse quòd revocatio perueniat in procuratoris notitiam. quòd autẽ ad effectũ obligationis in personã domini inducẽdæ, nõ requiritur. vt in d. §. quas verò. 11 Sed † si agitur de præiudicio generando ipsi procuratori ex revocatione mãdati, tũc semper est

per est necessaria eius certioratio. vt D.pro soc.l. sed & si socius. arg. D. mand.l.ti mandasse. Vbi autē agitur de beneficio alterius ex reuocatione mandati impediendo, tunc esset necessaria certioratio procuratoris. vt l.si pater. D.de manu.vindi.& ibi notatis.

Alii, vt Petrus, quos refert Cy. in d.l.mandatū, aliter, & sic distingūt. Aut quæritur de certioratione seu notitia fienda procuratori, aut de fienda parti. 12 Primo † casu, aut quæritur de effectu reuocationis quoad impediendā obligationē inter procuratorē & dominū. & tunc aut est obligatio iam nata & in esse producta, & tunc certioratio nihil operatur.aut nondum erat obligatio nata,sed erat producendo,& tūc si certioratio interueniat, impedit eā nasci & in esse p̄duci.vt habetur in l. inter causas. D. mand.& Inſtit. mand.§. Item si adhuc. Aliquando quæritur de effectu certiorationis, quò ad impediendum negotiū per eū cum alio explicandum.& hīc est considerandū. 13 Aut † enim iste procurator interuenit simpliciter vt nudus nūcius, aut interuenit vt verus procurator. Primo casu sufficit sola domini pœnitentia & reuocatio,nec est necessaria certioratio.sic intelligatur d. l. si pater. D. de mavindi.& l. si pœnituerit. D.de repu. & d.l.si quis mihi bona.§.pen. 14 Secundo † casu dic,aut de substantia actus explicandi est volūtas domini, vt in translatione dominii rei suæ (vt l.id quod nostrum.D. de reg.iu.)& tunc sufficit reuocatio,nec est necessaria certioratio , sic debet intelligi d. §. quas verò, & l. 2. §. si quis donaturus.D.de dona.Fallit fauore liberationis , vbi certioratio exigitur ne impediatur. vt d.l. cùm quis.§.i.l. qui hominem.§.ti Thriū. D.de solut. Si autem voluntas domini non est de actus substantia,vt in venditione quam non dominus & quilibet facere potest (vt in l.rem alienam. D. de contrahend. emp.) tunc certioratio est necessaria.vt d. l.si mandassem.in prin.

15 In † tertio casu principali, dum quæritur de certioratione fiēda parti, an sufficiat si facta fuerit procurator? subdistingue.Aut pars illa erat actum ipsum explicatura cum ipso procuratore, ipsius tātùm contemplatione & non domini , & tūc sufficit certioratio facta ipsi soli procuratori.vt in l. 1.§ sed si ego. D. quod iussu. Aut erat actum ipsū explicatura domini tantùm cōtemplatione.verbi gratia,in iudiciis,vel si dominus proponat aliquem negociationi generali , & tunc requiritur certioratio aduersarii.vt in d.l. si procuratorem.§. fin.D.de procu. & l.i.C. de satisf. & l.sed & si pupillus §.palām.D.de instito. Alii autē aliter dicunt,vt refert Cy.vbi suprà.sed quæ dixi tenenda sunt.

16 De † reuocatione autē mādati probari poterit per instrumentum , vel per vnum testem cum iuramento.vt in c.ex insinuatione. de procur. & notatis per glo. in c. in præsentia,ext.eod.tit.

GLOSSA VI.

P*Eccans in materia & forma.* Hæc omnia cum præcedentibus declara , vt scriptum est circa responsionem primi libelli.

GLOSSA VII.

E*T sub protestatione.* Aduerte quòd hæc protestatio est multùm vtilis, vt aliàs dixi, & ideo de ea non obliuiscaris.

SVMMAE.

1 *Exceptio excussionis opposita in initio litis, impedit litis progressum & per eam ligata sunt manus iudicis.*

2 *Pendente cognitione super exceptione excussionis, instantia tempus non currit.*

3 *Excussio bonorum debitoris principalis fieri debet vsque ad penam & fiscum.*

4 *Excussio fieri debet quando agitur hypothecaria contra extraneum possessorem, vel contra fideiussorem qui non renunciauit beneficio excussionis, & in aliis multis casibus.*

5 *Excussio fit certum aut dubium est debitorem principalem esse soluendo. At non fit, si certum sit eum esse non soluendo, sed probari debet certum esse.*

6 *Excussio non fit cùm debitor principalis est absens, ita vt conueniri non possit, vel cùm mutauit statum personæ, vt cùm factus est potens, moràmque trahens in castro forti.*

7 *Excussio non fit, cùm creditor agit contra debitorem debitoris sui.*

8 *Excussio non fit, quando creditor habet clausulam constituti, sed tùc agere debebit conditione ex l. fin. C. de a. q. poss.*

9 *Excussio non fit, cùm debitor cessit bonis.*

10 *Excussio non fit, cùm fideiussores vel correi renunciarint excussioni.*

11 *Cùm persona excussi non potest, bona eius vacantia sunt excutienda, dato curatore bonis, qui actiones suscipiat.*

12 *Excussio fieri potest ante & post litem contestatam lite pendente & in causa appellationis. Nec vitiatur sententia ob nõ factã excussionẽ.*

13 *Excussio fieri debet vbi causa traxatur non in aliena prouincia, nisi id facile fieri possit.*

14 *Primum excutiendus est debitor & fideiussor eius, antequam veniatur ad extraneum bonorum possessorem.*

15 *Sententia de debito contra ipsum debitorem facit plenam fidẽ contra fideiussorẽ, & quẽlibet possessorẽ.*

16 *Iudex potest cogere debitorem & fideiussorem indicare bona sua per proprium iuramentum, meum vxorem, liberos, domesticos.*

17 *Inopia probari potest per famam, in loco domicilii debitoris.*

18 *Forma excussionis est, vt mittantur duo apparitores inquirant in vicinia debitoris, de facultatibus eius, & iudici referant. Et huic relationi creditur.*

19 *Cùm fit excussio debitoris, possessor rei obligatæ non est nominandus standus, nisi contra eũ lis sit mota.*

20 *Excussione facta oportet super ea pronunciari legitimè factum esse, antequam vlterius procedatur.*

21 *Sententia lata super excussione facta est diffinitiua, nisi sit facta pendente iudicio contra extraneum possessorem.*

22 *Extraneus possessor potest opponere hanc exceptionem excussionis vsque ad sententiam diffinitiuam.*

23 *Excussio facta ab vno creditore aliis non prodest. Nec facta contra vnum possessorem rerum obligatarum aliis nocet.*

24 *Si pendente mutuo super excussione debitor fiat locupletes non cessat excussio. Sed si fiat locupletes post sententiam latam, opponi potest in executione sententiæ, quòd aucta sunt debitoris facultates. Nisi excipiens fuit in illo mutuo excussionis audiens & victus.*

25 Plures

25 *Plures poſſ ſſores rerum obligatarũ non habẽt beneficiũ diuiſionis.*

26 *Cum mulier renunciat iuri hypothecæ, talis renunciatio non porrigitur ad alium actum, nec ad aliam perſonam.*

27 *Renunciatio mulieris iuri hypothecæ non valet, cum vir eſt non ſolvendo. Niſi mulier confiteatur pecuniam ad ſuas manus peruenisſe, & ſit locus reſtitutioni dotis.*

28 *Non nocet mulieri conſenſus ob ea præſtitus ſuper alienatione facta à marito, rerũ pro dote obligatarũ.*

29 *Hypothecaria ceſſat, ſi debitor poſſidet rem aliquam, licèt litigioſa, donec diſcuſſa fuerit.*

30 *Pro qua parte debitor eſt ſolvendo ceſſat hypothecaria.*

GLOSSA VIII.

EXceptionem excuſſionis. Hîc eſt multùm aduertẽdum circa materiam excuſſionis, quæ frequens eſt & difficilis, ſuper qua cõpoſuit Iacobus de Aretio quendam ſingularem tractatum. & de ipſa etiam tangunt Cy. & doc. in Auth. præſentẽ. C. de fideiuſ. & in Auth. hoc ſi debitor. de pig. 1 Pro † cuius cuidẽtia præmitto, quòd exceptio hæc debet opponi in primordio litis, & oppoſita habet proceſſum impedire, licèt aliqui dicant etiam poſt litem conteſtatam poſſe proponi. vt hoc notatur per gl. & doc. in d. Authen. hoc ſi debitor. in § ſed neque, in Auth. de fideiuſſ. & de ipſius exceptionis natura pleniùs notatur & per gl. & doc. maximè per Bar. in l. 3. D. de excep. & per Cy. & doc. in l. exceptionem. C. de proba. & Spec. in ti. de excep. Vnde ipſa exceptione propoſita ſtatim ligatæ ſunt manus iudicis, ne poſſit in principali cauſa procedere, donec ſuper ea fuerit cognitum & deciſum. vt in l. fin. C. de excep. & in l. 1. & 2. cum ibi notatis. C. de ordi. iud. 2 Per † quod ſequitur quòd interim pendente huiuſmodi cognitione, nullum tempus inſtantiæ principalis cauſæ currit iudici nec partibus. arg. eorum quæ notantur per Cy. in l. fin. in fi. C. de fide inſtru. Quod multùm nota pro ſtatutis terrarũ, quibus præfigitur certus terminus ad terminandum cauſas.

3 Deinde † quæritur quid ſit excuſſio? Vbi reſpondetur, ſecundũ Iac. de Are. quòd eſt quædam diligens & diſtrictiſſima inquiſitio ac detentio rerum & bonorum principalis debitoris, facta per iudicẽ vſque ad peram & ſaeculum. ſecundũ quod probatur in l. 1. in fi. C. de decu. lib. 10. & C. quo quiſque ord. cõue. l. 2. lib. 11. & D. de his quę in frau. credi. l. fi. §. fin.

4 Item † quæritur quibus caſibus ſit fienda excuſſio? Die quòd in pluribus quos ſpecialiter demõſtrare prolixum eſſet, ſed ſufficiat allegare leges. Et quidem fienda eſt excuſſio quando creditor agit hypothecaria contra extraneum poſſeſſorem rei obligatæ vt habetur in d. Auth. hoc ſi debitor. C. de pig. Et eo modo ſi agitur contra fideiuſſorem antequam actum ſit contra principalem. vt in Auth. præſente. C. de fideiuſ. & in cor. vnde ſumitur. N. ſi renunciaſſet huic beneficio excuſſionis, vt fit communiter in inſtrumentis, vt infrà dicam. Idemque dicendum excuſſioni locum fore in caſibus qui his legibus comprehenduntur. vt in l. 3. in fin. C. de conue. fiſ. debito. lib. 10. & l. 1. C. de decu. & d. l. 2. C. quo quiſque ord. conue. & C. de act. & ob Auth. nouo iure. C.

quando fiſ. vel priua. l. pe. & C. de reuo. his quæ in frau. cre. l. 1. C. de magiſtra. con. l. aduerſus. D. de adm. tut. l. 3. §. nec putet. & l. Lucius. §. cum teſtamento, ſecundùm primam lecturam, & D. de ma. con. l. 1. §. ſi inter. & D. ſi cert. pet. l. fin. & D. de iure fiſc. l. mochis.

5 Quando † autem ſit hæc excuſſio fienda? Certè tunc cùm dubium eſt aut omnino certum principalem debitorem eſſe ſoluendo. Vbi autem certum vel notoriũ eſſet eum non eſſe ſoluendo nec idoneũ, tunc, ſecundùm Iac. de Are. non eſt excuſſio neceſſaria. per d. l. decem. in fin. quod ibi laudat Bar. & hanc opinionem ſequitur Iac. de Bel. in Auth. de fideiuſ. §. fin. ad quod facit d. l. ſi. D. ſi cert. pet. & l. emptorem. §. 1. D. de acti. empt. Debet tamen probari ſic notorium vel certum eſſe. quod quidem ſit per teſtes vel per librum Cõmunis, in quo ſunt eius bona deſcripta, ſecundùm Bartolum, vt per eum notatur in d. l. decem.

6 Item † ceſſat excuſſio [a] quãdo debitor eſt abſens, ita quòd non poteſt conueniri. vt in Auth. de fideiu. §. 1. & C. de pig. Auth. hoc ita. & C. de fideiuſſ. Authen. præſente. Vel quando mutauit conditionem ſtatus & perſonæ. ſic quòd non poteſt habiliter conueniri. vt quia eſt effectus magnus dominus, vel tyrannus, vel aliter potens, moramque trahens in caſtro ſuo. ſecundùm eundem Bart. vbi ſuprà. & quod notatur per gl. ſi. in l. a. in prin. D. qui ſatiſ. cog.

7 Itẽ † ceſſat excuſſio ſi creditor

a Item ceſſat excuſſio, quando debitor conſtituit precario nomine creditoris poſſidere, quibuſdam rebus alienatis, nulla facta excuſſione cõtra extraneos poſſ. poteſt creditor agere non hypothecaria, quia excuſ. requiritur, ſed conditione ex l. fin. C. de acquir. poſſ. quod eſt valde vile pro his, qui vtuntur precario, igitur ſint cauti creditores in apponendo precarium in obligatione, iſta ſunt notabilia verba, Ang. in l. 2. §. hac actione. D. vi bo. ra. dicens hanc ſutile inuentionem Vber. de bo. idem Ange. in l. certos. D de acquir. poſſ. & in l. ex libris. C. eo. tit. & loquitur ſemper Ang. in precario per Bald. in l. ſi. C. de acquir. poſſ. idem Ang. ibi But. in l. fin. C. de act. & obli. & quando ideſt conſtitutum propria authoritate, poteſt creditor ingredi per vim, etiam ſi inuenerit reſiſtentem, quia eſt defenſio non offenſio Bart. in l. 3. C. de pig. l. 4. q. ibi, ſed pone quòd debitor. Ang. in d. §. hac act. & in d. l. ſi. Bald. in l. 1. C. de re. his quæ in frau. alie. quæ incip. Si hæ. quod no. ſemper. & Ang. all. gl. in d. §. hac act. ad primum allegatur Iac. But. & Bar. in repe. d. l. creditor, quæ eſt l. 3. ſuprà alleg. idem Bald. in quodam ſuo conſil. quod incip. in Chriſti nomine, amen, alle. & ita tenuit Io. And. in addi. Spec. in tit. de empt. & vend. §. 1. verſ. quid iuris ſi volens & ita plerunque conſulendo placuit Ang. & talis poſſeſſio tranſlata per conſtitutum reditur, ſed fingitur non perdita propter promptum recuperandi remedium, vt Ang. in l. peregre. §. quibus. D. de acquir. poſſ. circa ſi. dicens Ang. ibi, circa prin. quod eũ merus detentator habet actio factum iudicis ad detentationem recuperandam, l. ſi coloni, de agri. & cenſ. lib. 11. l. fin. § ſed cùm in 2. C. de fur. per gl. Ad primum de remedio l. ſi. C. de acqui. poſſ. vide Bald. & Ang. de Bu. in c. cùm conueniſſet, extrà de reſtit. ſpo. idem Imo. & Raphael Cu. poſt Ange. in d. l. exitu, & habet locum illud remedium l. ſi. nõ facta excuſſione, etiamſi plures ad idem eſſent ob. la. Bu. in d. Auth. hoc ſi debitor, quem ſequitur ibi d. Flo. Adde etiam vltra prædicta, & vide Ang. Are. in §. item ſi quis, iuſtrà col. 19. Inſtit. de acqui. & An. in l. ſi. C. de acquir. poſſ. alleg. & Alex. in conſ. 148. in 2. vol. vbi viderut velle quod etiam, vbi eſt conſtitutum hac excuſſio, & aliqua in materia per eundem Alex. in conſi. 58. & in conſi. 100. & 160. in 3. volumine.

agat contra

agat contra debitorem debitoris sui, quod facere potest. per l. nomẽ. C. quæ res pi. ob. poss. secundũ quod determinat Cyn. in d. l. nomen. & per Ia. But. in d. Authen. hoc si debitor. Et huius est ratio, secundũ eos, quia excussio locum habet quando per extraneum res obligata possidetur, sed ipsum nomen debitoris possidetur per ipsum principalem debitorem, quia in eo residet actio & obligatio, qua astringitur ipsum nomẽ. meritò ergo cessat excussio.

8 Item† cessat excussio si debitor (vt fit cõmuniter in instrumentis) constituit se possidere bona sua nomine creditoris, & sic in creditorem rei obligatæ possessio transferatur. vt l. i. §. per seruum corporaliter. & l. qui pignus. D. de acqui. pos. & pro hoc glossa & docto. in l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. C. de præscrip. 30. anno. Hoc quidem casu, si talem rem debitor alienet in extraneum, poterit creditor possessionem ipsius rei reuocare per beneficium seu condictionem ex l. fin. C. de acquiren. possess. nec erit locus, procedendo per hanc viam, alicui excussioni, quę locum habet si re intentaretur actio hypothecaria. vt determinat Bart. in l. creditores. in 2. q. principali. C. ad pig. & post eũ Bald. in l. si hæres. C. de reuo. his quæ in fraud. cre. * Et huius differentiæ ratio est, quia actio hypothecaria auocat possessionem debitoris: sed condictio ex d. l. fin. auocat possessionem propriam ipsius creditoris. Vnde æquitas illa, quę causat excussionẽ debitoris, cessat in ea quæ respicit possessionem ipsius creditoris. Est ergo optimum consilium ad euitandam excussionem intentare semper beneficium, d. l. fin.

9 Item† cessat excussio si debitor bonis cesserit, ita quòd conueniri non potest. vt l. i. & 2. D. & C. de cess. bo. secundùm quod determinat Cyn. in d. Authent. Hoc si debitor.

10 Item† cessat excussio si renunciatum foret beneficio excussionis. quæ renunciatio procedit in fideiussoribus & pluribus reis debendi. sed in principali debitore renunciante non procedit.

11 Hic† tamen insurgit dubiũ, posito quòd propter personę absentiam, vel cessionem bonorum fit persona excussa, an bona eorum sint executienda, cùm sit possibile reliquisse bona vacantia? Dic breuiter quòd sic. secundùm Ia. Bu. vt per eũ notatur in d. Auth. hoc si debitor. argum. in l. præsenti. §. cùm autem. & §. ticubi. C. de his qui ad eccle. confu. Et dabitur curator bonis ipsis vacantibus, qui actiones suscipiet tam personales quàm reales. secundùm Iac. de Bel. vt in l. 2. C. de bon. vac. & in l. i. & 2. de cura. bon. dan. & per eum notatur in d. §. sed neque. in Authent. de fideiu. Procedit autem & fieri debet hæc excussio regulariter, siue agatur ex hypotheca tacita siue expressa. vt notatur in d. §. sed neque. & l. mochis. D. de iure fisc.

12 Et† põt fieri hæc excussio etiã

2 *In fraudem credi.* vide quod sing. not. Ang. in l. exito. D. acquiren. pos. & quando debeant fieri excussio. vide eundem in Auth. hoc si debitor. C. de pi. & ibi etiam Iaco. But. & in leg. est in arbitro. & Auth. ibi posita. C. de act. & obl. & ibi etiam, vide d. Bald. & Iacob. de Bel. in Authent. de fide. §. sed neque Bald. not. in l. fina. C. de acqui. pos.

ante libellum oblatum in hypothecaria,& pòst initio pendente,secùndum Iac. de Arc.in l.si rem.§.fin.D. de pig.act.& si forte esse non fuit facta in causa principali,potest tamè fieri in causa appellationis, secundù eum, per regulam, quæ est. Quòd omnia quæ fieri possunt in causa principali possunt fieri in causa appellationis. vt notatur in l.1.D. ml. nou.app.pen.& in c. non solùm. de app.l.b.v 1. Veruntamen si sententia lata fuerit non præcedente discussione, nõ vitiabitur per hoc sententia,sed poterit appellari. arg.l.1. C.de appel.secundùm docto.

Nunc autem quæritur de forma excussionis, & in quo loco sit fienda? 13 Circa† quod aduertẽdum est, quòd si quæritur vbi & in quo loco fiẽda sit, videtur quòd solummodo in loco vbi agitur,& non alibi. cùm satis durum & absurdum foret quòd actor teneatur circuire alienam prouinciam, & exire propriam, seu illam in qua contractus est celebratus,vel solutio destinata. argu.in l.fed & hæ.§.non solùm.D. de procura. & l.ii cùm dies. §. si arbiter.D.de arbit.In contrarium videtur. nam si debitor habeat bona in aliena prouincia reputabitur pro presẽtia esse soluendo. ergo de illis est fienda excussio per illum iudicẽ, in cuius territorio res sitæ sunt.arg. D.de bo.acto. iud.posti. l.cùm vnus. §.1.& C.de iudic.l. properandum.§. sin autem reus. & hanc partem videtur sequi Iac. antedictus. Alii verò distinguunt.aut excussio fieri potest in alieno loco sine difficultate, & tunc erit fienda.arg.l.præsenti.§. cùm autem. C. de his. qui ad eccle. confu.aut fieret cum difficultate,& tunc secus.arg.d §.non solùm. & in l. sed & hæ. & in Authent. de fideiiusso.§.1.

14 Item† quæritur, qua forma fit excussio? Super quo est aduertendum quòd excussio est duplex. vna est personarum, alia est bonorũ excussio. Excussio personarũ est præmittenda, vt principalis conueniatur debitor principalis quam fideiussor, vt in Auth. præsente. & in corpore vnde sumitur.C. de fideiu. nisi fideiussor renunciasset illi legi. Postea deuenitur ad extraneum bonorum possessorem. ita quòd ordo talis erit, quia debitor aduocabitur ad iudicium si præsens est.& si confitebitur debitum, aut si negauerit & fuerit de debito probatum, condemnabitur per iudicẽ.vt habetur in Auth. hoc si debitor.C.de pig. 15 Quæ† sententia facit plenam fidem contra fideiussorem, & quemlibet possessorem,de ipso debitore: vt ibi probatur. Post quam fiet ipsius sententiæ executio in bonis ipsius debitoris,si aliqua reperiantur.vt C.quando fis.vel prin.l.2. Vbi autem ipse debitor nihil habet in bonis, & sic solam allegat inopiam, vel est in totali cõtumacia comparendi,nunc non est necessaria aliqua sententia, sed simpliciter ad bonorum inquisitionem procedi potest. argu.C.de his quæ in frau.cred.l.1.D.de magistra.conue.l.1.§.inter. & de iure fisc. mechis. Et idem seruabitur in fideiussore & eius bonis,si conueniatur.

16 Quibus† casibus poterit iudex cogere & compellere vtrumque tam debitorem quam fideiussorem, per proprium iuramentum manifestare & indicare bona sua, & multare eos si fuerint in hoc contumaces.arg.C.de jure delib.l. sanctimus. §.licẽtia.& C.quãdo & quib. quarta

pars

pari debe.l.1.§.in exigendis. lib.10. & C.de cens.bono.l.pe.secundùm Ia. Imò amplius compellere ad hoc poterit vxorem, filios, & domesticos eorum, qui possunt veritimiliter habere nota bona ipsorum. arg. C.de repu.l.consensu.§.seruis.

17 Et† adhuc fortius poterit ipse iudex de ipsorum facultatibus informari à vicinis & eorum propinquis, tam super veritate quàm super fama & communi opinione inopiæ vel diuitiarum ipsorum. & sufficit si deposuerint famam & cõmunem opinionem esse in loco domicilii, ipsos fore inopes, & nõ soluendo.secundùm Iaco. prædictum. arg.l.cùm de lanionis.§. alinam. D. de fundo instru.l.1.§ 1.D.de ædum.

18 Alio† etiam modo magis communi & vũtato fit excussio hoc modo. videlicet quia iudex imponit vni vel duobus executoribus (quos seruitores Communis vulgariter appellamus) qui vadant ad domum & in vicinia solitæ habitationis debitoris, & ibidem diligenter inquirant ab vxore, filiis, vicinis eius, & domesticis, & hoc etiam per proclamationem publicè nuncient, si est aliqua persona quæ nouerit an talis debitor possideat aliqua bona, & vbi, & in qua parte, & quæ & qualia, hoc notificare debeat ipsis executoribus. & inde referant ipsi iudici quicquid reperierint. Et notandum, secundùm eundem Iaco. quòd melius est committere duobus quàm vni soli, per regulam l. vbi numer°. D.de testi. licèt communis consuetudo se habeat vni soli committere sicut fit in ceteris actibus.& huic solius relationi plena fides per iudicem adhibetur. iuxta notata per Bartol. in l. in illa stipulatione. D. de verb.oblig. in princ. & Iacob.de Are.in d.tuo tractatu. & hæc etiam hodie legibus comprobantur. videlicet per l. præsenti. §. adiicimus. & §.de his.C. de his qui ad eccle.confu.& D.man.l.si mandauero tibi.& de custo.re.l. diuus.& C.de acc.l.ea quidem. cum ibi notatis. & D. de rebus. eo. lege magis puto. §. ne passim.

19 Vlterius† quæritur,an in hac excussione fienda sit possessor rei obligatæ citandus? Dic quòd aut lis est mota, & iudicium pendet cõtra ipsum in actione hypothecaria, & tunc est citandus specialiter. per regulam l. de vnoquoque. D. de re iudi.& l.nam ita diuus. D. de adop. & l. in concedendo,de aqua pluuiarcen.l.2. in fin.C.si propter pub.pen. Aut nullum est iudicium inchoatum,nec pendet cõtra eum, & tunc sufficit citatio generalis per proclamationem, qua dicatur quòd si est aliqua persona quæ velit se opponere contra talem excussionem, cõparere debeat infra talem terminũ. nam cùm hoc casu non fiat hęc excussio contra certam personam.sufficit quòd fiat citatio in genere.arg. l.si eo tempore.C.de remiss. pi.& D. ex quib.cau.in pos.ea.l. hoc autem. §.1. Patet ergo quòd vel specialis citatio vel generalis est necessaria. faciunt etiam ad præmissa, l.2. in fin.& dict.§.ne passim.D.de administ.tut.

20 Sed† facta hac inquisitione & excussione quæri solet an super ea ferenda sit sententia, videlicet factam esse vel non esse legitimè ipsam excussionem? Et super hoc Iaco.Butr.in d. Auth. præsente. dixit quòd non,arg. l.sanctimus.C. ad Treb.Sed Iac.de Are.& commu-

niter alii docto. tenent contra. vt plenè notat Cyn. in d. Authen. præsente. & in Authent. hoc ſi debitor. arg. D. de confir. tu. l. tutores. & lege non tantum. §. fenatus. D. de fideicō. lib. Quam opinionem ſequitur Bart. in l. exitus cōtrouerſiæ. D. de acqui. poſ. Pro qua opinione facit illa regula l. de qua re. D. de iud. Sed an citabūtur extranei poſſeſſores rerum obligatarum ad hanc ſententiam audiendam? Dic quòd ſic, modo quo ſuprà dictum eſt, in verſ. vlterius quæritur. quod etiam ſequitur Bart. in d. l. decem. D. de verb. oblig. pro quo facit gloſſa in l. cùm miles. §. 1. D. ex quib. cau. ma. & in Authent. ſi omnes. C. ſi. vt ſe ab hæred. abſtin.

21 Sed† an ſententia erit diffinitiua vel interlocutoria, diſtingue. Aut eſt lata pendente iudicio habito ſpecialiter cōtra extraneum poſſeſſorem ſuper actione hypothecaria. & tunc erit interlocutoria. Aut nullo ſpeciali iudicio pendente cō tra certam perſonam, & tunc erit diffinitiua. arg. l. quod iuſſit, cum ibi notatis. D. de re iud. & l. creditor. §. iuſſus. D. de appel. Et ex hoc colligitur deciſio, in ab ipſa ſententia poſſit appellari. nam eo caſu quo eſt diffinitiua, poteſt appellari, per regulam l. & in maioribus. C. de appellatio. Vbi verò fuerit interlocutoria, nequaquam. vt l. ante ſententiæ tempus. C. quomm app. non rec. facit ad prædicta l. creditor. §. iuſſus. D. de appell.

22 Deind † quæritur vſque ad quantum tempus audiatur opponens exceptionem excuſſionis? Diſtingue. Aut proceditur in excuſſione contra perſonam incertam. & tunc auditur quilibet ſe opponens infra terminum proclamationis à iudice præfixum. vt l. ſi eo tempore, cum ſimilibus. C. de rem. pigno. Aut proceditur contra perſonam certam, puta contra extraneum poſſeſſorem agendo hypothecaria actione, & tunc, ſecundùm gloſſam, poteſt opponi talis exceptio excuſſionis vſque ad ſententiam diffinitiuam. vt notatur in l. 3. D. de exceptionibus.

23 Sed † nunquid excuſſio facta ad inſtantiam vnius creditoris proſit aliis creditoribus eiuſdem debitoris? Videtur quòd ſic. arg. l. ſi. C. de bo. auct. iud. poſ. & l. cùm vnus. in prin. D. eo. titu. cum ſimilibus ibi notatis. In contrarium facit, quia ciuiles actus regulariter aliis non proſunt. vt patet in litis cōteſtatione. vt notatur per gloſſ. in l. 2. C. de acqui. poſ. & in l. naturaliter. D. vſuc. & l. inter quatuor. D. de diuer. & itpo. præſcri. E go nec iſta excuſſio, quæ eſt actus ciuil. s. & hāc partem tenet Iac. But. & ſic dicit in practica obſeruari, vt ipſe notat in d. Auth. præſente. & in d. l. ſi. arg. d. §. ſed neque. Similiter nec talis excuſſio facta contra vnum poſſeſſorem rei alicuius obligatæ præiudicare habebit aliis poſſeſſoribus, qui non fuerint citati generaliter vel ſpecialiter. vt C. res inter alios acta, per totum. & l. ſæpe. in prin. & §. 1. D. de re iudica.

24 Quid† ergo dicemus, ſi pēdente iudicio ſuper excuſſione cōtra certam vel incertam perſonam, debitor fuerit hæres inſtitutus in opulenta hæreditate, vel donata fuerunt ſibi multa bona. an ceſſabit excuſſio? Dicit Ide. de Are. quòd non. arg. l. pe. §. fin. D. qui ſatisd. cog. & de appel. l. ſi. in ſi. Si autē ſententia ſuper

excuſ-

excussione lata esset, & excipiatur contra eius executionem quòd auctæ sint debitoris facultates & factus est solvendo, tunc, secundũ ipsum, distinguendum est. Aut ipse excipiens qui convenitur, fuit ante sententiam ejectus vel convictus. & tunc non auditur ulterius nec tali exceptione iuvatur. quia quo ad eũ sententia habetur pro veritate & plena probatione l. ingenuum. D. de ita. ho. & l. res iudicata. de reg. iuris. Aut non fuit ejectus neque cõvictus, & tunc est audiendus, & impediet executionem sententiæ, probata ipsa exceptione. quia quò ad eum sententia non habet effectum. dicta l. sæpe. & C. res inter alios acta.

25 Sed † nunquid plures possessores rerum obligatarum convenienti actione hypothecaria habeant beneficium divisionis, sicut plures fideiussores? Die quòd non, secundum eundem Iacobum & notata in d. l. mochus. de iure fisci. ad quod l. fin. C. si vnus ex pluribus ap. & D. de distrac. pig. l. creditoris, quoniam causa pignoris indivisa est. l. rem hæreditariam. D. de evictio. & l. pignoris. D. de pign.

26 Sed † pone quæstionem multoties occurrentem. Ecce quòd mulier in cõtractu alienationis certorum bonorum mariti sibi pro dote obligatorum renunciavit iuri pignoris & hypothecarum (quod facere potest. vt in l. etiam. C. ad Velleian.) deinde mortuo viro agit ipsa mulier pro sua dote contra quendam alium possessorem alterius rei sibi pro dote obligatæ. qui excipiendo dicit mulierem debere prius deducere & sibi compensare, quantum consequi potuit pro eius dote in & super bonis alienis de eius voluntate & consensu. quæritur an possessor iste convenitus sit audiendus? Et videtur quòd sic. argum. l. quæritum. §. si annua. D. de pecu. In contrarium dico. nam talis consensus non porrigitur ad alium actum vel contractum, nec ad aliam rem vel personam, quam ad eum vel eam, in quo seu qua accommodatus est consensus. vt l. iubemus. C. ad Velleian. & ibi per Cynum & alios Doctores. 27 Quòd † autem dixi mulierem posse in contractu renunciare iuri pignoris & hypothecæ, intellige verum si nulla contrahitur donatio. secus vbi per talem renunciationem contraheretur donatio, quia tunc si renunciaret, renunciatio est nulla. Et hoc contingit vbi solvendo non esset, & ita tenet Iacobus de Aret. in l. Mœvia. in fin. D. solu. matrimo. nec firmaretur iuramento talis renunciatio, quia donatio resistit. vnde talis contractus de iure reprobatus non firmatur iuramento. vt in l. non dubium. C. de leg. & notatis in l. pactum. C. de colla. Et ideo contrahens cum viro existente non solvendo (quod in multis hodie contingit) sit cautus quòd accipiat fideiussorem vel expromissorem, nec sit contentus quòd vxor eius consentiat tali contractui, & iuri hypothecarum renuncier, quia non obest talis consensus mulieri, ex quo vir solvendo non est, vt dictum est. Quod intellige verum, nisi mulier in instrumento confiteatur ad suas manus pecuniam pervenisse. tunc enim per pervenientionem pecuniæ extinguitur ius pignoris, dum tamen mulieri posuerit solui dos

constante matrimonio. sicut est in casibus in l.2.D.sol.mat.& in l.mutus.§.manente. D.de iur.do.Ang.in d. l.iubemus.C.ad Vellei.

28 Quid † autem si mulier cōsensit alienationi rerum sibi pro dote obligatarum factę per maritum suum, deinde ipse vir antequā moriatur redncitur ad paupertatē, an audietur mulier agens contra ipsos emptores? Iac. de Bel. tenet quòd sic. in Authen. vt immobilia ante nu.don.&c.collat.5. Et idem sequitur Iac. de Are. in d.l.iubemus. pro quo videtur textus in c.peruenit.de empt.& vendi.

29 Deinde † quæritur, pone q in hac excussione nuncius refert iudici se recepisse certa bona, de quibus quęstio pendet contra debitorem, an per hoc cessabit hypothecaria contra extraneum? Die breuiter quòd aut debitor ipse possidet hanc rem litigiosam, & tunc ad eā debet primò habere recursus. & sic cessabit hypothecaria interim contra extraneum. Aut ille aduersarius debitoris possidet, & tunc non cessabit hypothecaria contra ipsum extraneum. arg. l. à diuo Pio. §. si super rebus. & quod ibi notatur. D.de re iudicata. facit quod notatur in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. & l. 3. C. quando fiscus vel priuat.

30 Vltimò † circa hanc materiā quid dices si bona debitoris reperiantur pro parte soluendo, & pro parte non, an cessabit in totum hypothecaria contra extraneum? Dic quòd cessabit pro sola parte, qua non reperiuntur esse soluendo. vt in Authentica præsente, prædallegata. & notatis in l. mochis. de iure fisc.& l.fin. D.si certum petatur.

SVMMAE.

1 *Ius hypothecæ, sicut dominium, præscribitur x & xx annis, sed personalis actio remanet.*

2 *Hypothecaria præscribitur x & xx annis per possessorem bonæ fidei, cum titulo qui non est creditor. & xxx annis per possessorem malæ fidei sine titulo. Et xl annis, per debitorem, vel posteriorem creditorem possidentem, contra priorem creditorem.*

3 *Debitor nunquam præscribit contra creditorem, cùm constituit se nomine creditoris possidere.*

4 *Cùm extraneus possessor est etiam creditor, præscribit contra priorē creditorem xl annis viuente debitore. Ne verò mortuo xxx annis.*

GLOSSA IX.

EXceptionem *præscriptionis.* 1 Aduerte † quòd sicut hæc exceptio excludit personam rei à dominio (vt suprà dixi in responsione facta in primo libello, in Glo. super verbo *præscriptionis*) sic etiam habet excludere quem à iure hypothecæ, spacio 10 annorum inter præsentes, & 20 inter absentes. vt l. 1.& 2. C. si aduer. cre. l.creditor. D.de diuer. & temp.præscript.

Illud tamen scias, quòd sublata actione hypothecaria spacio temporis antedicti contra extraneum possessorem, remanet firma actio personalis contra principalem debitorem. vt l. 1.C.si aduer.credi.

2 Cuius † gratia sciendum est quòd hæc actio hypothecaria quatuor habet tempora, duo quidem priora, scilicet x & xx annorū. Tertium tempus xxx annorum, quo tēpore se tuetur possessor extraneus possidens mala fide & sine titulo. vt l. cū

l.cùm notissimi.in prin. & ib notatis per Glossam.C. de præscrip.xxx anno. Quartum est tempus xl annorum,quo tempore se defendit debitor,& quilibet alius posterior creditor, contra priorem creditorem agentem hypothecaria. vt d.l. cùm notissimi.post prin.& §. sed cùm illud.

Vade sic concludendo distingue. Aut principalis debitor rem obligatam possidet,& tunc contra creditorem suum hypothecæ præscribit spacio xl annis. 3 Nisi † pignus seu rem obligatam constituerit se nomine creditoris possidere,(prout fit quotidie in instrumentis,)quo casu, cùm creditor ipse possideat, (vt supra dictum est,) nullo temporis spacio curret cõtra ipsum præscriptio. vt l.malè agitur.C. de præscri. xxx annorum,quòd multum nota.Ideo facias semper apponi in instrumento hanc clausulam,*Quæ bona obligata dicto debitor constituit se nomine dicti creditoris tenere & possidere*, &c. 4 Aut † rem obligatam possidet extraneus.& tunc aut hic extraneus possessor est etiam creditor eiusdẽ debitoris, & tunc contra priorem creditorem viuente debitore præscribit spacio xl annorum,eo mortuo præscribit spacio xxx annorũ, vt dictis iuribus. Aut hic extraneus non est creditor, & tunc aut habet titulum & bonam fidem,& præscribit spacio x annorum,inter præsentes,x. inter absentes. Si verò nullũ habeat titulum, nec bonam fidem, tunc præscribit spacio xxx annorũ, vt suprà dixi,quod tene menti. Sed nunquid creditor præscribit contra debitorem volentem pecuniam soluere & pignus exigere ? Dic vt supra dixi,& notaui in forma responsionis factæ primo libello,in Gl.super verbo,*præscriptionis*,& per Glossam & Cy.in l.cùm notissimi. §. sed cũ illud,de præscri. xxx annorum.

SVMMAE.

1 *Iuri hypothecæ renunciatur, cùm creditor consentit debitori vendenti vel donanti rem obligatam, si modò alienatio valeat.*

2 *Iuri hypothecæ renunciatur, cùm prior creditor expressè consentit rem alij obligari non si simpliciter tacitus sit in obligatione.*

3 *Ius hypothecæ amittitur per lapsum temporis præfixi creditoribus ad docendum de iure suo.*

4 *Cùm creditor se iactat rem sibi esse obligatam vel suam esse cogi potest docere de iure suo, aliàs illud amittet.*

5 *Aliæ iustæ causæ cogendi aliquem docere de iure suo.*

6 *Iudex non nisi causa cognita debet statuere vt quis de suo iure doceat. Nec enim inaudito potest præiudicium afferre.*

GLOSSA X.

ET *renunciationis pignoris.* Sciendum est quòd variis modis iuri hypothecæ[a] renũciatur, inter quos numerantur infra scripti. 1 Primò † si ipse debitor vendat vel donet extraneæ personæ rem obligatam,consensu & voluntate creditoris.vt l.si consentit. in prin. & l. voluntate, in prin. & l. si debitor. §. in vẽditione.D.qui mo. pig. vel hypo. sol.Facit l.cũ eo.& l.2.C. de remiss. pig. Quæ quidem remissio ita de-

[a] Nq. quib. modis renũciatur iure hypothecæ,doc.in l. Mçula in §. fũdus.ff.so.ma.

mum effectum operatur, si alienatio valuerit, aliter non. vt l. si debitor. §. fi. D. quibus mo. pig. vel hypo. sol. Et aduerte quod si post alienationem hanc ipse debitor iterum ex noua causa rem ipsam acquisierit, non reincidit ipsa res amplius in obligationē. vt l. fi. C. de rem. pig.

2 Item † remittitur pignus, si prior creditor expressè consentiat rem sibi obligatam alteri obligari. l. Paulus. D. qui. mo. pig. vel hyp. sol. Secus autem si simpliciter, vt testis obligationi accedat. vt l. sicut. in §. non videtur. D. eo. ti. de quo plenè notatur in l. Gayus. D. de pig. act. & l. Lucius. D. qui. mo. pig. vel hyp. sol.

3 Item † remittitur pignus per lapsum temporis à iudice præfixi creditoribus de iure suo docendi. l. si eo tempore. C. de remis. pigno. quem terminum iudex præfigere non debet sine magna præcedente causæ cognitione, quia per hoc impugnatur regula iuris. C. vt nemo in uitus agere vel accusare cog. l. i. Ideóque in hoc debet esse iudex cautus, ne ex ābrupto procedat ad hanc dilationem. vt notatur per Bart. in l. Titia. in fi. D. de accu. & per Cy. in l. si ea quæ. C. qui accu. non pos. Nam plerumq; accidit ꝙ homines nō habent eorū instrumeta & iura parata, vel sunt aliis negotiis impediti, ita quòd non possunt superesse luti.

4 Esset † autem inter alias iusta causa hanc dilationem assignandi, si fortasse aliquis diffamando prodedat, affirmando quòd talis domus est sua vel sibi obligata. arg. l. diffamari. C. de ing. ma. & d. l. Titia. ibi, *arguere minaretur*, &c. Et hoc tenet Inno. in c. conquerente. in Gl. a. ext. de offi. or. 5 Aliæ † etiam iustę causæ enumerātur per Gl. in d. l. i. C. vt nemo inuitus. & l. quādiu. in prin. D. de acqui. hær. Ad ꝙ bene facit quod notatur per Glo. in l. fi. C. de vsuris pup. in 3. lectura.

6 Debet † ergo iudex, qui adtalem dilationem procedere vult, causas quibus mouetur describi facere apud acta, alioquin tenebitur ad interesse parti læsę quæ etiam potest appellare. secundum Bar. vbi § arg. l. si iudex. D. de var. & extraor. cog. Nam iudex non debet quicquam in alterius præiudiciū facere, sine causæ cognitione. l. cùm hi §. nihil. D. de transa. quoniam ipse princeps nō intēdit per eius rescriptum alterius minuere vel auferre. vt l. quotiens. C. de preci. impera. offeren. & l. 2. §. si quis à principe. D. ne quis in loco publ. Multò minus debet hic iudex inferior facere.

SVMMA.

1 *Satisfactio nō solum solutionem, sed & fideiussionem & pignoris datione[m] continet.*

GLOSSA XI.

Integre factis factum. 1 Est † autē satisfactio nomen generale, continēs in se fideiussorem, & pignoris dationem. vt notatur per Glossam in l. satisfactio. D. de solutio.

SVMMAE.

1 *Solutio fieri potest inuito creditori, necnon debitore. At obligatio non potest in alium transferri inuito creditore.*

2 *Debitor habens instrumentū debiti cancellatū, præsumitur soluisse. Nisi ipse sit domesticus creditoris: nā tunc probare debet instrumentum sibi traditum esse à creditore.*

3 *Debitor pecunia potest soluere in bonis, offerendo creditori vt eligat de melioribus,*

4 *Valde*

Valet pactum renũciationis cessionis bonorũ, & vt solutio fiat in pecunia tantũ. Nisi debitor ex bonis suis pecuniam redigere non possit.

GLOSSA XII.

Exceptionem solutionis. Hoc verbum solutionis trahitur ad omnem liberationem. vt habetur in l.solutionis verbum. D. de solut. & l. solutum.§. soluram. D. de pig. act. cum similibus ibi notatis.

1 Quam † solutionem facere potest nedum ipse debitor, sed quilibet extraneus, etiam inuito creditore. vt l.qui dece.§.1.vers. sed quid si ignoranter. D.de solu. ac etiam inuito debitore. vt l.soluere. D.eo.tit. Facit l. soluendo. D.de nego. gest. licèt nemo posset creditore inuito obligationẽ debitoris in se transferre, & actionẽ creditoris in seipsũ trãsfundere. vt l.si Stichũ.§.fi.in fi. D.de.donatio. facit l.inuito. C.de solu.

2 Sed † quid dices de quæstione sæpius occurrente. Ecce quòd repetitur instrumentum [a] debiti cancellatum vel incisum penes debitorem, nunquid præsumatur facta solutio de debito? Videtur quòd sic. vt l. si chirographum. D. de prob. & l. Labeo. & ibi plenè notatur per Gl. & Bart. D. de pact. & per Cyn. in l. si de possessione. C. de proba. & in l. quod debitori. C. de solu. Distingue, secundum doct. Aut debitor probat sibi traditum & redditum instrumẽtum per creditorem, & tunc præsumitur debitor liberatus. vt in d. l. si chirographum. & l. Labeo. Aut non probat sibi traditum, & tunc aut debitor allegat se liberatum pacto de non petendo, & tunc non præsumitur liberatio. ita procedat opinio Glo. in d.l.Labeo. Aut allegat se liberatum solutione, & tunc aut est domestica persona, quæ de facili potuit instrumentum subtrahere, & tunc non præsumitur liberatio, nisi probetur de traditione creditoris. vt d.l. si de possessione. probatur in l 1.§.ille. C. de lati. lib. tol. Aut est persona extranea & non domestica, & tunc præsumitur liberatio facta. vt d. l. si chirographum. Ad quod etiam facit l. fullo.§. fi. & l.qui tabulas. D. de fur.

3 Sed † pone, [b] debitor cõuenitur à creditore, vt soluat pecuniam mutuatã, ipse autẽ se excusat quòd pecuniã non habet, sed paratũ se offert de aliis bonis suis in solutũ dare, quæritur an sit audiẽdus? Videtur ℘ non, per regulã. Aliud pro alio inuito creditore solui non potest. vt l.eum à quo. C. de solut. l. 2 D. si certum peta. Tu die quòd potest hodie de iure nouissimo, dũmodo offerat de melioribus bonis suis, tic quod in creditoris electiõe erit accipere quãrem ex melioribus sibi placuerit. vt in auth. Hoc nisi. C. de solu. Et pro tanto tenetur debitor sub eius iuramẽto bona sua omnia cõsignare, vt creditor possit sibi meliora eligere, & ita obseruat generalis practica.

4 Sed quid dices si per pactũ speciale actum est inter debitorem &

a *Nu.* quando reperitur instrumentum esse cancellatum, nunquid præsumitur esse facta solutio? Spec. in ti. de fide instru. in §. 2. & Bar. in rep. sub. de fide instrumen.

b *Sed pone quòd debitor.* adde & vide in materia Alex. in leg. 2. §. mutuum. D. si cert. pet. Bart. in §. quod autem in auth. de fide iud. & Alexan. in consilio 57. in 2. volum. vbi quòd quando instrumentum est appositum in contractu, cogitur quis solopere in pecunia numerata.

creditorem, quòd solutio fieri debeat in pecunia tantùm, & non in aliis rebus, an tunc cogatur debitor præcisè in pecunia numerata satisfacere? Refert Cyn. in d. auth. hoc nisi, quòd hæc quæstio dependet ab alia quæstione qua quæritur, numquid debitor possit renunciare beneficio cessionis bonorum, in qua sunt contrariæ opiniones. vt plenè disputat Cyn. in d. authen. & l. 1. C. qui bo. ceder. pos. Vnde sequendo opinionem Dyni & Cyni, sicut non tenet talis renunciatio ita nec huiusmodi pactum. Sed sequendo opinionem Iaco. de Are. sicut valet renunciatio prædicta, secundùm eum, ita valet huiusmodi pactum. Et hæc opinio plus placet & magis practicatur, cùm liceat ipsi debitori suas res vendere, & ex his pecuniam redigere, & pactum seruare. Si tamen ipse debitor bona sua subhastasset, & omnem diligentiam adhibuisset circa venditionem & reparationem pecuniæ, putarem ipsum excusari debere, pacto non obstante, per iura & rationes Dyni.

Svmmae.

1 *Cùm plures sunt eiusdem debitoris creditores, singuli pignus consequi possunt, offerendo alijs debitum in integrum.*

2 *Oblatio, qua quis alium vult astringere ad sibi dandum vel faciendum, fieri debet in forma specifica.*

3 *Cùm creditor pignus vendit (quod facere potest) non simulatè, & non alteri creditori eiusdem debitoris, oblatione non potest res empori auferri.*

4 *Res obligata, si à iudice vel debitore detur in solutum priori creditori, secundus creditor nihilominus in offerendo habebit.*

5 *Res in solutum data creditoris evicta, ei succurritur contra debitorem. Et res à creditore vendita evicta, succurritur empori contra eundem debitorem, non contra creditorem qui vendidit.*

GLOSSA XIII.

Satisfacere debito memorato.

1 Hic † aduerte quòd regulariter quilibet possessor hypothecarius conuentus potest debitum offerre, & offerendo [a] & soluendo rem ipsam retinere, & creditorem à venditione rei excludere. vt habetur in l. Paulus. in fi. C. qui. mo. pig. vel hypo. so. & l. mulier. D. qui po. in pi. ha. & l. fi fundus. §. in venditione. D. de pig. dum tamen offerat integrum debitum, quia particularis oblatio non prodesset. vt l. a. C. debi. ven. pi. imped. non posse. vt l. quandiu. C. de distra. pig. & l. obligatione. C. de solu. cum ibi notatis. quæ quidem potestas offerendi nedum competit possessori, sed cuicùque alteri eiusdem debitoris creditori. vt l. cum notissimi. §. sed cùm illud. C. de præscrip. xxx anno. & probatur in locis præallegatis.

2 Sed † hîc insurgit quoddã du-

[a] *Offerendo & soluendo*, adde quòd ista oblatio non admittitur quando dos peteretur constan. matr. ita Cy. & Bal. in l. cũ ibi. C. qui po. in pi. ha. & Lac. de Buc. in le. 1. D. solu. ma. & in l. fi constante eo. ti. in suis priui. dotis. & vide Bal. in l. quod locum. C. de col. qui videtur tenere oppositum, secus est si dos peteretur so. ma. secundùm Bar. & Cyn. in d. l. fi cùm tibi. & vide Panor. in c. ex literis, de pig. vbi quod debitor possidens potest offerri mulieri, Franc. Cur.

bium

biam, quod sæpius de facto contingit. Ecce quòd possessor non offert pecuniã, sed offert alia bona sua mobilia vel immobilia, p satisfactione debiti, an hoc sufficit quò ad liberationem rei obligatæ? Videtur q̃ sic, per ea quæ habentur in Auth. hoc nisi. C. de sol. & in corpore vnde sumitur. Tu verò dic contra, imò opus est quòd fiat oblatio in sola pecunia, si ipsum debitum est in pecunia. vt probatur in l. si rem. §. si. cum l. seq. D. de pig. act. & l. item liberatur. §. 1. D. quibus mod. pi. vel hypo. fol. Nec obstat d. Authen. hoc nisi. quia ibi loquitur cùm agitur cõtra ipsum debitorem, hîc autem cùm agitur contra extraneum rei possessorem, à quo aliud pro alio recipere creditor non cogitur, & ita etiam notatur per Cyn. in l. nec creditor. C. de pign. act. Et huius ratio est, quia quando quis ex sua oblatione vult creditorem astringere ad aliquid sibi dandum vel faciẽdum, tunc facere tenetur oblationem in forma specifica, in qua obligatio præcessit, non autem in alia forma. & sic procedit illa regula, Aliud pro alio, &c. & hæc probantur in l. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt. & in iuribus superiùs allegatis, & specialiter in d. §. fina. cum l. seq.

3 Inde † quæritur, pone quòd anterior creditor rem obligatam alienauit in extraneum (quod facere potuit auctoritate legis. vt traditur in l. si creditor in princ. & l. creditores. D. de distr. pign. dum tamẽ denunciauerit priùs debitori, & bona fide alienet. vt l. creditor hypothecas. & l. quæ specialiter. C. de distract. pig. & l. si cessante. C. eo. tit.) aliquid licebit debitori offerre etiam priori possessori debitum, & recuperare rem suam? Dic quòd non. vt l. 2. C. si antiquior cred. & l. si priùs. C. de dist. pig. Nisi appareat alienatio simulata. quo casu admitteretur oblatio. vt l. quæ sub imagine. C. de distr. pig. Et eodem modo non auditur posterior creditor, volens offerre ipsi emptori. vt l. 1. in prin. C. si anti. credi. & l. cùm prior. in princ. D. de distra. pig. Nisi emptor esset tempore emptionis creditor eiusdẽ debitoris. quo casu debitor offerẽs esset audiẽdus. vt habetur in l. cùm posterior. C. de dist. pig. Per quę patet consultius esse emere ab antiquiore creditore, quàm à debitore vel à iudice.

4 Vnde † quæro an debitore vel iudice rem in solutum priori creditori assignante, liceat secundo creditori debitum sibi offerre & rem ipsam recuperare? Dic quòd sic, siue debitor solus alienauerit vel in solutũ dederit (vt in d. l. 1. 2. respon. C. si antiqu. credi. & l. cùm prior. in fi. D. de distra. pigno.) siue solus iudex. vt l. 1. & ibi notatis per Cyn. & Iac. de Are. in vlt. q. C. de præto. pig. Cuius ratio est, quia iudicis factum repræsentat factum partis seu debitoris. l. fi. ob causam. C. de euic. Vnde sequitur quòd sicut ipso debitore in solutum dante locus est iuri offerendi, ita & iudice dante in solutum. Melius est ergo emere à creditore quàm à debitore vel à iudice.

5 Quid † autem si re data in solutũ creditori sequuta est euictio, an succurretur ipsi creditori aliquo iurium remedio? Videtur quòd non, quasi perempta sit actio per ipsam in solutum dationem. vt l. libera quidem. C. de sen. & interlo.

To die contra, quasi videatur prior actio non extincta, nisi res irrenocabiliter fiat sua: vt probatur in l. si ex testamē. § Latinus. D. de excep. rei iud. & facit l. elegantes. in prin. & ibi notata per glo. D. de pig. acti. & l. rescriptum. in fin. D. de distra. pig. Sed si creditor vendat iure creditoris rem sibi obligatam, quæ inde emptori euincatur, non competit aliqua de euictione actio contra creditorem, sed solum contra debitorem. vt l. 1. & 2. C. credi. euic. pigno. nō de. cum ibi notatis. Ex præmissis patet quòd bene & iustè faciunt notarii, qui in instrumentis dationum in solutū apponunt clausulam, videlicet, Quòd creditor in se tenuit instrumentum debiti integrum & illæsum, ad hoc vt in casu euictionis possit consequi & defendere ius suum tam contra ipsū debitorem, quàm contra alium personam.

SVMMAE.

1 *Hypothecaria cedi potest sine personali. Et cessa personali intelligitur etiam hypothecaria cessa.*

2 *Creditor qui cedere non potest actiones suas, repellitur ab agendo, exceptione cedendarum. Nisi cùm cessioni obstat natura obligationis, aut factum requirentis cessionem, aut cùm creditor agit contra primum fideiussorem, cui non cogitur cedere actionem contra secundum ex internallo acceptum.*

3 *Cùm agitur hypothecaria in res quas debitor habuit tempore obligationis vel post semper obstat exceptio cedendarum.*

4 *Debet cessio fieri actionum in debitorem, etiam si sit non soluendo.*

5 *Pignoratitia actio datur debitori ad recuperandum pignus, debito soluto. Contraria datur creditorio debitorem, ad impensas in res actas recuperandas, vel ob dolum à debitore commissum.*

6 *Creditor fructus rei cum impensis compensat, & superfluos restituit, debito per fructuum perceptionem soluto.*

7 *Fit compensatio fructuum cum debito, cùm eadem species debetur, nō aliàs, nisi fructus venditi sint, vel consumpti.*

8 *Creditor petit debitum exigere, aut tamen tenebitur perditum sine sua culpa pignus restituere, vel compensare.*

9 *In casibus qui culpa alicuius solent euenire, vt furtum, incendium, pignus præsumitur culpa perditum: in aliis, vt in vi hostium, impetu aquarum, præsumitur perditū sine culpa: cuius præsumptioni standum, nisi contrarium ab asserente probetur.*

10 *Creditor amissionem pignoris probare debet, cum eam allegat. Secus si neget rem habere, nec constet ad eum pervenisse.*

11 *Qui rem exhibere tenetur solo iudicis officio, rei amissionem probare potest suo iuramēto. Sed si aliqua actione eā exhibere tenetur, amissionem probare debet testibus.*

GLOSSA XIIII.

CEdente & in eum transferente.

1 Hic † quæro an hypothecaria cedi possit sine personali? Super quo glossæ sunt contrariæ, quas Dy. voluit cōcordare hoc modo. Aut enim cessio fit extraneo, aut debitori. Primo casu non valet nisi etiam

etium fiat de actione personali. sic intelligitur glossa in l. fina. C. de hære. vel act. vendi. & ibi de hoc per Cyn. Secundo casu valet sine personali. ita intelligitur glossa in l. vsucapio. C. de pig. quam distinctionē sequitur Spec. in tit. de cessio. act. versi. Quid si cesserit. Bartolus antē in l. fideiussor obligari. D. de fideiuss. dicit indistinctē cedi posse cuicunque hypothecariam sine personali. arg. l. Iulianus in princip. D. de lega. 3. & l. grege. §. cùm pignori. D. de pigno. & C. di res aliena pign. data sit l. 2. Vltra quæritur, pone quòd facta sit cessio simpliciter actionis personalis, an intelligatur etiam facta actionis hypothecariæ? Glossa tenet quòd sic. in l. in solutum. & l. si à creditore. C. de acti. & oblig. In contrarium tamen facit l. hæres à debitore. D. de fideiusso. & l. si hæres. D. ad Treb. super quo vide Cyn. in l. mandati. C. de fideiuss.

2 Quid † autem dicemus, si creditor iste nō possit cedere has actiones? Dic quòd repellitur ab agendo, per exceptionem cedendarum actionum, l. Stichum aut Pamphilū. §. si creditor. D. de solu. Verumtamē ad huius articuli pleniorem informationem distingue, secūdùm Bartol. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. de fideiuss. Quandoque creditor nō potest cedere actiones ex natura obligationis, qua inspecta nulla sibi competit efficax actio, & tunc creditori non obstabit exceptio cedendarum. vt in d. §. si ex duobus. secūdùm vnam lecturam, & l. quamuis. §. si mulier. & §. Marcellus. D. ad Velle. facit l. procuratorem. §. si liber homo. D. mand. Quandoque nō potest cedere facto & culpa debitoris cessionem requirentis, & tunc dic quod supra, vt in l. 3 §. si duos. in fi. D. de solut. & notatis in d. §. si ex duobus. Quandoque non potest cedere facto & culpa ipsius creditoris. & tunc aut ille qui petit cessionem consensit liberationi factæ per creditorem, & tunc sibi imputet, nec ideo repellitur creditor exceptione cedēdarum. vt d. §. si ex duobus, & quod notatur glossa magn. C. de fideiuss. l. 2. & in l. nisi. D. de pact. Aut non consensit liberationi. & tunc aut ipse qui conuenitur renunciauit beneficio cedendarum, & imputet sibi, & ideo non repellitur creditor. vt d. §. si ex duobus, secundùm aliam lecturam, & quod notatur in d. l. nisi. Aut non renunciauit huic beneficio. & tunc aut plures fideiusserunt simul, aut diuersis temporibus. Primo casu si quidem vnus solus cōueniatur in solidum, obstat exceptio cedendarum cōtra alium. vt in d. l. Stichum. §. si creditor. & l. si pupillus. D. de admini. tuto. quia videntur hoc casu inuicem fideiubere ratione mutui periculi. Secundo casu subdistinguitur. aut enim agitur contra primum fideiussorem non liberato secundo, aut econtra agitur contra secundum non liberato primo. In primo casu non repellitur creditor exceptione cedēdarum, quia iste primus conuentus non fideiussit respectu & contemplatione secundi. vt d. §. si ex duobus. secundùm solutionem Martini & Azonis. Nisi forte ab initio cōuenisset quòd secundus daretur fideiussor, quo casu intelligerentur simul dati. vt d. l. Modestinus. D. de solu. sicque obstaret exceptio cedendarum, vt suprà dictum est.

arg.d.§. si creditor. In secundo autē casu planum est quòd obstare habet exceptio cedendarum, quia secundus præsumitur sibi emisse cōtemplatione primi. vt probatur ex iuribus antedictis.

3 Quę † quidem distinctio non procedit in obligatione bonorum seu pignorum, quia semper in eis videtur quis intercedere contemplatione bonorum præsentium & futurorū. vt l. fin. C. quæ res pigno. ob. pos. Ideóque in illis obstat exceptio cedendarum. vt colligitur ex his quæ habentur in l.a. C. de fideiusso. cum ibi notatis.

4 Sed † quid si ille contra quē cessio fieri quæritur, fuerit liberatus à creditore, ea ratione quia non est soluendo, an obstabit exceptio cedendarū? Dicit Bart. vbi suprà, quòd sic. quia potest effici in processu tēporis soluendo. arg. in l. si defūctus. C. arbit. tute. & in l. vir ab eo. C. de iur. do.

Et quoniam satis vtiliter dictum est in præcedentibus quibus remediis consulatur creditoribus, tam contra debitores, quàm contra extraneos possessores, ideo congruum est vt aliqua differamus de remediis quibus consulitur debitoribus cōtra suos creditores. 5 Sciendum † ergo est quòd pro pignore recuperando competit debitori (debito tamen priùs soluto) quædam actio personalis quæ pignoratitia nuncupatur. vt l. fina. in fine. C. de distract. pig. & l. si rem. §. omnis. & l. si creditor. §. fin. D. de pigno. act. & l. solutū. §. solutam. D. eo. tit. quæ actio pignoratitia est duplex. videlicet quędam directa, & quędā contraria. Directa competit debitori ad rem ipsam. Contraria competit creditori contra debitorem, si fortasse dolum, culpam, vel quid simile in re pignorata commiserit. vt probatur in l. tutor. §. cōtrariam, & l. cum debitore. D. de pignora. actio. Amplius per hanc actionem consequitur creditor ab ipso debitore impensas vtiliter & necessariò factas in re pignorata, vt l. creditor. §. fin. & l. si necessarias. in princ. D. de pigno. acti. dum tamen impensa sit moderata. arg. l. si seruos. D. de pig. act. & l. in fundo. D. de rei vendi.

6 Si † tamen creditor fructus ex pignore recepisset, ipsos cum impensa huiusmodi compensares. vt l. 1. C. de distract. pig. & l. 1. & 2. C. de pig. actio. plus dicit (doctor domini Angeli, vt ipse refert, D. de pigno. acti. l. si debitor) quòd extenuata forte tota perceptione fructuum, vel in parte, tenetur creditor ad restitutionem totius rei cum superfluo reddituum. per textum ext. de pig. c. significante. quod est valde notandum. 7 Quod † intellige † verum, quòd fructus extenuant sortem, quando recipiunt functionem in genere suo cum sorte. aliàs secus. Nam si (verbi gratia) mutuaui tibi centum, & pignorasti mihi prædium, ex quo percepi frumentum, cùm non recipiat fuctionem cum debito, non extenuat sortem tale frumentum: quia debitum consistit in quantitate, frumentum in specie. nec admittitur compensatio de specie ad quantitatem. vt est textus. de pig. act. l. si cōuenerit. Nisi tale frumentum sit consumptū vel venditum per creditorem in casum licitum, scilicet quando deteriorat. tēpore. vt est glossa ordinaria in l. diuortio. §. ob donatiōes. D. solu. ma. Tene mēti, crede mihi.

8 Sed †

8 Sed † quid si creditor pignus perdiderit,an tenebitur valorem eius debitori compẽsare vel restituere? Distingue. Aut creditor rẽ perdidit dolo vel culpa sui, & tunc tenetur. vt l. creditor. in princ. D. de pig.act.& l. eleganter.§.fin.vers. & si res.D.de pig.act. Aut perdidit casu fortuito,& tunc non tenetur.vt l. si creditor. & l.quæ fortuitis. C. de pig.act. Et poterit (quod fortius est)eo non obstãte vniuersum debitũ exigere.vt d.l.quæ fortuitis, & l. pignus.C.eo.ti.& l.seruos. C.de pig.

9 Quid † ergo si creditor dicat se perdidisse casu fortuito, debitor verò dicat ipsũ dolo vel culpa perdidisse. cui ipsorum incumbit onus probandi?Et quidem hanc quæstionem glossa disputat in l.si creditor. & ibi plenè per Cyn. C. de pig.act. & Bar. iungit in l. fi. quis ex argentariis.§.prætor ait. D. de eden. Pro cuius [a] conclusione & concordia omnium sic distingue. Quidam sunt casus, qui sua regulari inspecta natura non possunt facilè euenire sine culpa, vt est furtum, & incendium. vt notatur in l.1. D. de offi. præfec. vig.& l.cum duobus,§. damna. D. pro soc.& l.si venditor. D. de peric. & com. rei ven.& in istis culpa præsumitur nisi probetur casus, vt dictis iuribus. Quidam sunt casus qui regulariter eueniũt sine culpa, vt vis hostium, impetus aquarum,& similia. & in istis probata qualitate facti & casus, præsumitur culpa defuisse, nisi probetur interuenisse.vt l.si merces.§.culpę.D.locs.& l.contractus.D.de reg.iur.& l.pen.D.solu. matr.Et hæc procedunt probata rei amissione vno modo vel alio.

10 Cui † autem incumbat onus probãdi hanc amissionem? Dic breuiter quòd ipsi creditori qui eam allegat, & super qua eius defensionem fundat. vt probatur ex d.l.creditor. & l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. Verumtamen ad huius articuli plenioremdoctrinam, distingue,secundùm Butro. Cùm quæritur quis debeat probare amissionem, [b] aut talis rei amissio est causa defensionis ipsam allegantis,aut est causa actionis. Primo casu,aut non probatur rem peruenisse ad eũ qui conuenitur, & tunc eo ipso quòd dicit se rem non habere, præsumitur pro eo, nisi contrarium probetur. & in hoc stabitur suo iuramento. vt notatur in l.prætor.§. Sed & si seruus.D.de eden.& D.de lega. 2. l. cùm ita.§.species. 11 Si † verò probetur rem peruenisse ad eum, tunc aut ipse tenebatur rem exhibere officio iudicis, & tunc sufficit probare amissionem proprio iuramento.vt l.fi.C. de fide instru. aut tenebatur rem exhibere iure actionis, puta actione depositi, vel commodati,vel locati,vel pignoratitia, & similibus. & tunc probare debet amissionem manifestis probationibus.vt d.l.si creditor.C. de pig.act. Secundo casu principali, quando amissio est causa actionis dandæ, & tunc similiter debet de ea probari manifestis probationibus. vt in d.§. prætor ait. cum similibus. Facit quod notatur per eum in l.in illa.D. de verb.obl. Sequitur in litera.

† *Cuius.* cui incumbat onus probandi casum & adde quod quando culpa est probanda, debet probari certa & limitata, ita Alex. in l. si vt certo in app. ad Bart. D.commo.

b *Quis debeat probare amissionem.* vide Spe.in t.de prob.in §.a.

GLOSSA XV.

Petens ac requirens. Nota hãc cõclusionem & eius formam, quæ semper vtaris in omnibus responsionibus fiendis petitionibus quibuscunq; ie. & aliis clausulas declara, vt dictum est 3. in primo libello.

DE FORMA LIbelli in causa spoliatæ possessionis.

TITVLVS XLV.

ORAM vobis Do. Bern. Vicario, dicit, narrat, significat & proponit Antonius de Furiasto, agendo & agere volendo & hanc petitionem dirigendo contra & aduersus nobilem Lancelotum de Beccaria, & quamcunque aliam personã pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentẽ, deducendo idem Antonius in præsenti iudicio omne suum ius, sibi cõpetens & competiturum, quomodocũque & qualitercunque.

I. Quòd suprà scriptus Lãcelotus eius propria auctoritate, & temeraria præsũptione, indebitè & iniustè contra & præter voluntatem dicti Antonij, dolosè & malitiosè, & animo & intentione spoliandi & priuandi ipsum Antonium possessione infrà scriptæ peciæ terræ & prati, intrauit & ingressus est, de anno præsenti & mense Iunii proximè præteriti, peciam vnam prati dicti Antonij, & per eum tũc temporis & ante tentæ & possessæ pacificè & quietè, & ad ipsum Antonium pleno iure spectantem & pertinentem: positam & iacentem in sicco maris Papiæ, quæ est modiorum centum vel circa, cui cohęret ab vna parte, &c.

I. I. De qua quidem pecia prati idẽ Lancelotus exportauit & exportari fecit currus viginti fœni, pretii & valoris florenorũ quinquaginta, nécnon amplius varia damna fecit & intulit in dicta pecia prati, & ipsi Antonio quæ ascendant summam florenorum x x. v.

I I I. Cuius rei causa idẽ Lãcelotus iuxta canonicas & ciuiles sanctiõnes, tanquã temerarius & violẽtus inuasor & occupator rei alienæ, est & esse debet omni suo iure (si quod ei cõpetisset, quod tamẽ negatur) ipso facto & ipso iure priuatus aut priuãdus: tenetúrque ac debet restituere, dimittere, & relaxare ipsi Antonio dictã peciam

prati

prati, liberè & expeditè, ac etiam dare & restituere eidem dictam quantitatem fœni, si extat, vel eius æstimationem si non extat, simul cum dicta pecuniæ quantitate florenorum xxv, occasione damnorum (vt præmittitur) per eum dicto Antonio illatorũ. IIII. Licèt idem Lancelotus super restitutione & satisdatione præmissorum sæpius requisitus, ea omnia & singularia restituere ac soluere denegauerit & recusauerit, ac præsentialiter denegat ac recusat iniustè & indebitè.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit præfatus Antonius à vobis domino Vicario, omni modo, via, forma, & iure quibus melius fieri potest, quatenus per vestram diffinitiuam sententiam condemneris, & condemnatum iuris remediis compellatis prædictum Lancelotum, ad reintegrandum & restituendum ipsi Antonio ante omnia dictam peciam prati, & ipsum Antonium in eadem: & ad soluendum ipsi Antonio, & ad tradendũ dictas fœni & pecuniarum quãtitates, seu ipsius fœni (si nõ extat) precium & valorem, simul cũ omnibus aliis damnis, interesse, & expẽsis, in futurũ faciendis, factis, & fiendis: præfatúmq. Antonium (vt præfertur) sic indebitè spoliatũ restituatis, & reintegretis, & in statũ pristinũ reducatis, re ipsa & in effectu, in possessiõe dictæ peciæ prati. Et vlterius dictum Lancelotum per vestram sententiã antedictam priuetis, seu priuatum esse declaretis & pronũcietis, omni iure quod habuisset in dicta pecia prati: & amplius ad restitutionẽ fructuum, ab inde citra per eum perceptorũ, & quipercipi potuerũt ex dicta pecia prati.

Deducendo præscriptus Antonius in præsenti iudicio. l. si coloni. C. de agric. & censi. lib. xi. & c. reintegranda. 3. q. 1. & quodlibet aliud ius sibi melius & vtilius cõpetens & competiturum.

Et prædicta petit fieri, & executioni mandari &c. Saluo iure addendi &c. Non se astringendo, &c.

SVMMAE.

1 *Rapinarum frequens est vsus.*
2 *Violentia legibus exosa & coercita.*
3 *Quadruplex est violentia, expulsiua, compulsiua, inquietatiua, & ablatiua.*
4 *Quibus actionibus succurratur spoliato possessione rei mobilis.*
5 *Quibus remediis succurratur spoliato possessione rei immobilis.*

6 *Pro spoliatione & rapina crimina-liter agi potest.*

7 *Ciuiliter agi potest pro spoliatione possessionis, per interdictum, Vnde vi: sed plenius succurritur est per l. si quis in tantum, C. vnde vi. Adhuc plenius est per c. sæpe ext. de restit. spol. Et adhuc plenius per can. Reintegranda. 3. quæst. 1. & per officium iudicis.*

8 *Prouisio Innocentii Papæ in c. sæpe ridicula.*

9 *Remedium can. Reintegranda competit etiam contra possidentem titulo, & bona fide cum titulum habet à violento possessore.*

10 *In foro laicorum pessum vti remedio can. Reintegranda, quia ad equitas suadet.*

11 *Consultius est (quamuis non necessarium) vt actor in libello exprimat, quod remedium experitur. Nec vtile est experiri interdictum, Vnde vi.*

12 *Pro turbata possessione succurritur tantùm interdicto, Vti possidetis: at pro clandestina variis remedijs.*

13 *Pro quasi possessione alicuius iuris competit interdictum, Vnde vi, si illud ius ex re immobili pendeat.*

GLOSSA I.

COram vobis. 1 Quia† frequēs est modernis temporibus spoliationis & rapinæ tractatus, maximè apud magnates & potentes, qui postergata iustitia, & diuptis æquitatis habenis, luporum more, pauperum & humilium substantias & bona diripiunt, loca, populos, & tempublicam prædæ submittunt, nec est Imperator, dux, vel baro qui succurrere studeat: idcirco prout magis possibile est, & si non ensibus vel lanceis his raptoribus obuiari potest, nec humilibus succurri prouidentia tamē imperiali his occursum est, & illis succursum, per legū tramites & editiones per quas calumniantium iniquitas expellenda est. vt traditur Instit. in proœm. circa princip.

2 Ad† huius itaque tractatus euidentiam sciendum est, quòd adeò violentię & rapinæ legibus sunt exosæ, quòd quibus modis potuerūt, spoliatis succurrere voluerunt, via criminali & ciuili, & nedum per modum agendi, sed etiā per modum excipiendi. vt traditur & habetur in c. cùm dilectus & c. super spoliatione. ext. de ord. cog. & l. 1. §. ne quid autem, & §. illud. D. de vi & vi. ar. cū similibus ibi notatis. siue violentia fuerit commissa super rebus mobilibus, siue super rebus immobilib⁹. vt infra dicetur.

3 Deinde† sciendum est quòd quadruplex est violentia, quędam expulsiua, quædam compulsiua, quędam inquietatiua, quædam ablatiua. vt plenè not. per glo. in l. ext. D. quod met. causa. & ibi per Bart. De prima violentia expulsiua loquitur totus tit. D. de vi & vi ar. & C. vnde vi. & ext. de restit. spol. De secunda specie, videlicet de violentia compulsiua, loquitur totus tit. D. & C. Quod met. cau. De tertia specie, scilicet inquietatiua & turbatiua, loquitur totus tit. D. & C. vti poss. De quarta verò, videlicet ablatiua, loquitur totus titul. D. Vi bo. rap.

4 Rursum† considerandum est, & quādoque quis priuatur vel spoliatur possessione rei mobilis. & hic aduertendū, & aut priuatur violētia compulsiua, & ei succurritur actione, Quòd metus ca. vt l. fi. in fin. & l. metum.

mentum§. Iulianus. cum ſimilib. D. quod met. cauſa. aut priuatur violẽtia ablatiua. & tunc aut fuit violẽtia manifeſta, & ei ſuccurritur actione Vi bon. rap. vt l. 1. & 2. D. vi bon. rap. non autem competit interdictum Vnde vi: quia illud non competit pro rebus mobilibus principaliter ablatis. vt l. 1. §. illud vtique. & §. ſeq. D. de vi & vi arm. aut fuit violentia occulta. vt furtum. & tunc aut paſſus hanc violentiam eſt dominus ipſius rei, & ei datur actio furti, & cõdictio furtiua. vt l. apud antiquos. in prin. & l. manifeſtiſſimi. C. de fur. & l. 1. C. de condic. fur. & l. 1. D. de fur. cum ſi. Aut non eſt dominus rei, ſed habet ius in re, vt creditor. & tũc habet condictionẽ incerti. vt habetur in l. & ideo. in §. Neratius. D. de cõdic. fur. & ibi notatis per gl. & Bart. Aut nullũ ius habebat in re. & tunc aut habebat ſolam detentionem, vt commodatarius & depoſitarius, & hunc competit actio in factũ, vel officium iudicis. vt l. non tantum. D. de petit. hæred. & d. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cũ in ſecunda. & ibi notatis per gl. Aut habebat poſſeſſionẽ ſolam, & ei datur actio triticaria. vt l. 2. D. de condic. triti. & condictio ex l. ſi colonꝰ. C. de agri. & cenſ. l. b. xi. Si autem iſte cecidiſſet à poſſeſſione facto ſuo proprio, tunc ei ſuccurritur per condictionẽ indebiti. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. D. de condic. indeb. Et nota quòd nullum interdictũ reperitur à prætoribus introductũ, pro re mobili ablata recuperãda. vt notatur per gl. in l. rem quę nobis. D. de acq. poſſ. & ibi plenè per Bar. & notatur in d. l. 1. §. illud. D. de vi & vi arm. licèt pro ipſa re mobili & eius poſſeſſione tuenda introductum ſit interdictum, Vtrobi. vt D. & C. vtrobi. l. 1.

5 Aliquando, vt prædixi, aliquis priuatur & ſpoliatur poſſeſſione rei immobilis. & hoc multũ aduertẽdũ, & cum diſtinctione conſiderandũ. Quãdoque priuatur quis poſſeſſione rei à ſe ipſo vel per ipſum poſſeſſæ. quãdoq; poſſeſſione vacãte, ad eũ tamẽ pertinẽte. Primo caſu ſubdiſtinguitur. aut priuatur culpa & facto ſui ꝓprii coloni, inquilini, ꝓcuratoris, vel ſerui. & tũc aut priuatur, quia alii dictæ perſonæ produnt & tradunt ipſam poſſeſſionẽ, & tunc domino priuato ſuccurritur per cõdictionẽ ex l. fin. C. de acquir. poſſ. Aut priuatur quia interuertũt poſſeſſionem, cõtendẽtes poſſidere ſibiipſis. & tũc ſuccurritur domino ex l. non ab re. C. vnde vi. vel l. ſi quis conductionis titul. & l. cõductores. C. loca Quãdoq; priuatur facto & culpa alterius penitus extranei. & tũc aut nullis extraneꝰ priuauit dominũ poſſeſſorẽ, prætextu alicuius reſcripti vel ſẽtẽtiæ, ſine aliqua cauſę cognitiõe & tũc ſuccurritur cõtra illũ cõditione ex l. memineriſt. C. vnd. vi. Aut priuauit nullo colore, ſed de facto à ſuo capite & proprio appetitu (vt ſit moderno tẽpore) & tũc ipſi taliter ſpoliato & priuato ſuccurritur multipliciter. videlicet interdicto, vnde vi. vt l. 1. in pr. & §. 1. cũ l. ſeq. D. de vi & vi arm. & cõdictione ex l. vt l. ſi qs à ſo fundum. C. ad leg. Iul. de vi. Itẽ ſuccurritur cõdictiõe ex canone. c. ſæpe. ext. de reſt. ſpol. & cõdictione ex canone Reintegra. 3. q. 1. Itẽ ſuccurritur officio iudicis. vt in c. bonæ memoriæ. ext. de app. & c. quia volumꝰ. ext. de iudic. & not. per gl. & Inn. in d. c. ſæpe. Dixi etiã quòd quãdoq; priuatur quis poſſeſſione vacãte, & quã ipſe nec alius poſſidebat, poterat tamen priuatus illam iuſtè intrare. &

cũe eidẽ succurritur cõdictione ex. c. conquerebatur. C. vnde vi. & adde quę scripsi in forma capitulorum in gl. super verbo *pro sua & tãquã suã.*

Sed pro prædictorũ remediorũ pleniori notitia, quæritur quæ & qualis sit inter ipsa remedia differẽtia. & quæ remedia competũt cũ ciuiliter agitur? ¶ Nãq; pro spoliatione, rapina, & similibus violentiis agi etiã potest criminaliter. vt D. & C. ad le. Iul. de vi pub. & de vi priua. per totũ. D. de bon. rap. & D. & C. de fur. per totũ. Et inquit Iurisc̃ōsultus in l. i. §. ne qd aũt. & §. illud. D. de vi & vi ar. Sciendũ est ergo cùm ciuiliter agitur, quòd differũt inter se interdictũ, Vnde vi., à constitutione l. si quis in tantam. §. in his. nam interdictum, Vnde vi, est personale, sicque competit solùm contra eum & eius hæredẽ qui vim intulit: nõ autẽ cõtra singularem successorẽ. vt l. cũ ante. & l. 3. in prin. D. de vi & vi. ar. Item requiritur dolus ex parte violenti. vt l. i. §. vi possidere. & l. si vi. D. de vi & vi ar. & notatur per glo. magnam in fine positã d. l. si quis in tantã. Dathiq; interdictũ perpetuò de eo quod ad violentum peruenerit. pro aliis autem damnis illatis, datur infra annum tantùm, à tempore violentiæ illatæ numerãdum. vt l. 2. in prin. & §. fin. & l. 3. §. 1. D. de vi & vi ar. Sed constitutio d. l. si quis in tantã punit ipsum violentũ maiori pœna quàm interdictum, nec requirit dolum, sed sufficit lata culpa, vt ibi notatur. Est & ipsa constitutio perpetua quo ad omnia, sed non datur contra singularẽ successorem, vt ibi notatur. & in hoc concordat cum interdicto. Verùm quia huiusmodi raptores, vt effugerent ne interdicto vel condictione ex lege possent conueniri, transferebant res ipsas sic occupatas seu ablatas in aliquam tertiam personam, fuit eorum dolo & malitiæ occursum per d. c. sæpe. in quo dispositum fuit, quòd si quis scienter receperit rem per violentiam occupatam, tenetur ad ipsius restitutionem, non obstante iuris ciuilis rigore. Et quoniam erat difficile probare de dolo, spoliatione, & scientia acquirentis: quia in facto alieno præsumitur potiùs ignorantia quàm scientia. vt l. fin. D. pro suo. & l. metus. D. de proba. pro tanto alio remedio fuit prouisum longè latiori, & aliquo alio meliori. de quo habetur in d. c. reintegrãda. 3. q. 1. In quo expressè disponitur generaliter & indiffinitè, quòd quicunque & quomodocũque quis iniustè priuatus sit possessione rei, & ad quascunque personas peruenerit, siue fuerit successor singularis siue vniuersalis, siue bonæ fidei, siue malę fidei, quòd ante omnia spoliato restituatur possessio &c. nisi vitium violentiæ fuerit purgatum. quod qualiter purgetur plenè traditur in l. sequitur. §. tunc in potestate. D. de vsuc. Sed hîc insurgit dubium an d. c. sæpe, præcesserit vel sequutum sit d. c. reintegranda? Et cõmuniter tenetur quòd sequutũ sit. ¶ Quod præsuppositio sequitur quòd valdè leuis & truffatoria fuit ipsius prouisio. cùm latiùs subuentũ iam esset per d. c. reintegrãda. & vide quod notatur per glo. in d. l. i. § ne quid aũt. D. de vi & vi arm. per Goffredũ & Hostiẽsẽ in summa. ext. de rest. spol. Amplius etiã succurrit officio iudicis. vt c. bonę memoriæ. de appellationib⁹. quòd remediũ plenè succurrit, sicut d. c. reintegrãda. de quo notatur p gl. in d. c. sæpe. & ibi per Inn.

¶ Quæri

9 Quæritur tamen consuevit an remedium d.c.reintegranda.vel iudicis officiū, detur cōtra aliū bonæ fidei possessorē cū titulo? Et in hoc cōmunis Decretalistarū opinio est q̄ sic,siue sit bonę fidei siue malę fidei, siue cū titulo siue sine titulo. vt notatur p Inn.&Host.in d.c.ępe. & p Archi. in d.c. reintegrāda.& hoc ad exemplū actionis quod met. caus. quę datur cōtra bonæ fidei possessorē. vt l.fi cū exceptione.§. in hac. & §.aliquādo.in fi.D.quod met.cau.& p hoc etiā facit d.l.fi colon.C. de agric.& cens. lib. xii. attēto maximè q̄ tale remedium est inductū fauore spoliati, ne sua re priuetur propter difficilē probationē dominii. Alii Doct. iuris ciuilis (vt Bart.in l. rem quæ nobis.D.de acq. pos.& Iac.But. in l.inciuile.C.de furtis) Distingūt sic.aut iste possessor habet titulū à violento seu vitioso possessore: & tūc procedit opinio Innoc. & sequaciū.aut nō habet ab eo titulum, sed ab alio bonæ fidei possessore:& tūc non potest contra eū intentāre remedium d.c. Reintegranda.nec iudicis officium.arg.eorum quę traduntur in Authen.Malæ fidei.C.de lon.tempo.præscrip.& l.Pomponius. §. cū quis.D.de acq.pos.& l.fine autē. §. si duobus.D. de public.

10 Sed † in hoc apud aliquos dubitatur, & apud me ipsum, an remedium d.c. Reintegranda possit intentari coram iudice laico, & in foro laicali, si rā actor quā reus sint laici,& sit quæstio de re laicali siue priuata inter eos? Et quidā dicūt q̄ sic.nam pari seruitio & mutuo iura ciuilia & canonica sibi inuicē auxiliantur.iuxta ea quæ habentur in c. 1.de offic. ord.& in c.1. de no. oper. nunc.facit x. Dist.c.1.& c.quoniā.& in c.fi adiutorium.ideóque,licèt iuris ciuile illud prætermiserit,si ius canonicū illud adinuenit,poterit laicus i pso beneficio seu remedio vti,sicut econtra in foro ecclesiastico clerici legib⁹ vti possunt, vt probatur in iuribus antedictis. In contrariū facit, nā illud c. reintegranda. cū si. factū est simpliciter in fauorē ecclesiarū. ergo ad priuatas personas nō est extendendū, cū non sit paritas fauoris in omnib⁹.arg.in l.1.§.fi. D.de cōsti. prin. & l.fi verò.§.de viro.D.sol.mat. qđ manifestè probatur ex illo textu ibi *epistolis* &c.& ibi *res ecclesiæ* &c. & hanc partē puto veriorē de iuris subtilitate,licèt præcedēs opinio maiori æquitate nitatur, maximè quia hoc tale remedium est ꝑpetuū,nec tēporis cursu extinguitur,vt ibi hētur.

11 Inde † quæritur,vt dictū est spoliato cōpetunt plura remedia,an sit necesse vel vtile q̄ in libello exprimatur.quo remedio vtatur? Et dicūt quidā q̄ sufficit generaliter formare sic, q̄ in eo cōcludi & cōprehēdi possit omne remedium. quā opinionē sequitur In.in d.c.sęp.circa fi. arg. ad hoc in l.fi.C.de anna. excep. & in c.Abb.sanè. ext.de re iud. facit q̄ ꝑ eū notatur in c.cōquerētę. ext. de offi.ord.Cōtra tamē facit regula impeditiua cumulatiōis, de qua per Dy. in regula,Null⁹ plurib.Ego credo cōsultius, ad omnē cauillationē & dilationē auferendā. exprimere qualitatē illius remedii qđ ꝓpponit actor.Nec cōsulo,propter difficultatē ꝓbationis,q̄ aliquis intētet interdictū, Vnde vi.sed potiùs condictionē ex canone, vel ex l. de quib. supra dixi,vel iudicis officium.

12 Præterea † sciendū est q̄ quis priuatur libera facultate possidendi quadam violentia, quæ tūc batiua seu inquietatiua appellatur, vt prædixi, licèt sit violentia impro-

pœna, quo casu succurritur interdicto, Vti possideris, vt D. & C. Vti poss. §. nec iure ciuili reperitur aliquo alio remedio possessori in hoc casu succurri. quod nota. & de eius materia dicetur infrà titulo proximo. Aliquando etiam contingit quem priuari alia quadam abusiua violentia, quod est cùm quis ingreditur clam vel occultè fundum alterius, & ille suspicans se posse repelli non audet ad fundum accedere. de quo loquitur l. si id quod. §. fi. & l. 3. §. si quis nuncio. & l. clam possidere. in §. cum l. sequenti. D. de acquir. pos. & D. quod vi aut clam. l. 1. §. pen. & l. 3. §. fin. quo casu sibi succurritur interdicto, Vnde vi. vt D. de vi & vi ar. l. 1. §. siue autem. & §. idem Labeo. & notatis in l. sequitur. §. item si occupaueris. D. de vsuf. & etiam interdicto, Quod vi aut clam, si quòd factum est in solo, vel re affixa solo. vt l. 1. §. hoc interdictum. & l. si aliut. §. notandum. D. quod vi aut clã. Et eodem modo succurrendum condictione ex canone, & officio iudicis, & condictione ex lege. vt suprà dixi in vera & propria violentia.

13 Sed † circa prædicta quæritur an expulso à quasi possessione iuris incorporalis cõpetat interdictum, Vnde vi? Et quidem certum est cõpetere officium iudicis, & condictione ex canone vel ex lege. vt tangitur in iuribus ad hoc suprà allegatis. De interdicto autem, Vnde vi, est dubitatio. nam Canonistæ tenẽt quòd sic. vt traditur in c. querelam. ext. de elec. Legistę autem vt plurimum (vt refert Cyn. in l. si certis annis. in vltima quæstio. C. de pactis.) tenent contrarium. de quo etiã notant Glo. & Bar. in l. 3. §. vnde vi. D. de vi & vi. ar. vbi ipse Bart. videtur tenere quòd etiam de iure ciuili cõpetit interdictum. sed 10 l. fin. D. Quorum bon. aliter distinguit. Dicit enim quòd quandoque persona est obligata ad aliquid annuum certum alicuius iuris realis, seu respectu alicuius rei immobilis. vt est feu datarius, emphyteuta, & similes. & hoc casu contra tales, licèt personaliter obligatos, competit interdictũ, Vnde vi. sic intelligatur. c. querelam prælegatum, & quod ibi notatur. quandoque persona est obligata simpliciter, nullo habito respectu ad certam rem. & tunc cessat interdictum, & succurritur de alio remedio. Et sic procedit sententia Cyni & Iacobi de qua supra dixi.

Svmma.

1 *Historia rebellionis cuiusdam quæ euenit Papiæ, anno 1413.*

GLOSSA II.

NObilem *Lancelotum de Beccaria.* Iste Lancelotus habet fratẽ militem dominum Castellinum de Beccaria, qui ambo sunt de ciuitate Papię, & facti sunt rebelles illustrissimi ducis Mediolani anno præsenti M. cccc xiii. Cuius rei causa, dum ipse Lancelotus possideret Bassignanam. & d. Dominus Castellinus possideret Viquariam & Lomellum & certa alia castra, per biennium ante ipsi fratres posuerant totam ciuitatem Papiæ ad sacomanũ & prędam, cum auxilio & suasione quondam Facini de Canibus. Præfatus illustris dux reductus ad statum & libertatẽ suam (mediante auxilio dominæ Beatricinæ nunc eius vxoris, & olim vxoris dicti quondam Facini) mouit guerram contra dictos fratres de Beccaria, & contra Manfredum

fredũ & Ludouicũ fratrem de canibus, cõtra quos similiter guerrã mouit illustris dominus Marchio mon tisferrati. Quos fratres de canibus expulit de loco b rgi sancti Martini. Et de mense Octobris sequentis prefatus dux incarcerari fecit dominum Castellinum simul cum domino Manfredo de beccaria milite de sancta Iulea, & certis aliis de beccaria, in castro Papiæ.

GLOSSA III.

Deducendo. Ista clausula solet aliquando apponi in principio libelli, & aliquando in fine. sed non est vis, vt dixi in fine primi libelli.

Svmma.

1 *Omnia remedia pro spoliato introducta non possunt simul intentari.*

GLOSSA IIII.

Vt suum. Aduerte, licèt communiter stylus ita se habeat vti hac generalitate, laudabilius tantùm & tutius puto vti specialitate exprimendo (vt dixi) querelæ remedium intentatum. 1 Quia † non credo quòd omnia ista remedia, quæ sunt inducta in fauorem spoliati pro eius recuperanda possessione, possint semel & simul eodem tempore cumulari propter illam regulam cumulatiõis impeditiuã, quę est, Quòd si sententia lata in vna actione parit exceptionem rei iudicatæ in alia, quòd impeditur cumulatio. vt dictum est supra in primo libello, & tenet Dy. in regula Nullus plurib⁹, Dicit ergo actor in suo libello, *Deducendo in præsenti iudicio beneficium restitutionis, vel officium iudicis, vel condictionem ex l. si colon.* &c.

Svmmar.

1 *Extrema probanda in hoc iudicio sunt spoliatio & ingressus ex parte rei, & possessio ex parte actoris.*

2 *In interdicto, Vnde vi, exprimere oportet mensem & diem spoliationis in aliis remediis non est necesse.*

GLOSSA V.

Ingressus est de animo præsenti & mense tunc. 1 Aduertendum (vt infra dicam) quòd quouis remedio quis vtatur, habet duo copulatiuè probare, scilicet ingressum & spoliationẽ ex parte aduersarij, & possessionem ex parte sui.

2 Nunquid † autem sit necesse exprimere in libello mensem & diẽ spoliationis? Dicit Bar. quòd si vtatur interdicto, Vnde vi & arguatur dol⁹ aduersarij, necesse est vt exprimatur tempus. vt per eum notatur in l. 1. §. si autem. D. de vi. & vi ar. vbi autem intentaretur beneficium d. c. Reintegranda. vel officium iudicis, vel condictio ex l. si coloni, li cèt ipse nihil dicat, ego tamẽ puto quòd in his non sit necesse tempus. quia in eis magis attenditur factum quàm delinquentis propositum. Et sic habes diuersitatem inter hæc remedia & interdictum.

Svmmar.

1 *Actor probare debet se possidere, vel saltem tenere.*

2 *Istud remedium competit occupatori delicto. Nisi aduersus dominum, qui incontinenti deiecit occupatorem.*

3 *Vim vi repellere licet incontinenti.*

GLOSSA VI.

Eius & possessa. 1 Debet † nãque actor probare de sua possessione (vt dixi) & de spoliatione aduersarij. vt traditur in l. 1. §. deiicitur. & §. interdictum hoc. D. de vi & vi ar. & c. consultationibus. ext. de offic. deleg. & notatis in d. c. sæpe. & c. olim. ext. de restit. spol. Sufficit tamẽ actori si probet de eius simplici tentatione, ad obtinẽdum in hoc interdicto. vt l. 1. §. quod autem ait prætor. D. de vi & vi ar. & ad hoc facit quod ſ. sequitur, in proxima quæst.

2 Sed † quid dices si iste inuasor & occupator ab aliquo spolietur, an sibi succurretur aliquo remedio de prædictis? Videtur quòd non. quia nemini datur actio ex improbitate sua. vt l. ne ex dolo. D. de dolo. & l. vtique. D. de fur. In oppositũ est veritas. per textum. in l. 1. §. qui vi à me. & l. colonus. D. de vi & vi ar. & in c. ex literis. ext de restit. spol. Et hęc vera, quando est deiectus ab extraneo, non domino ipsius rei, secus autem si esset deiectus à domino: nam distinguitur an sit deiectus ex interuallo, & ei succurritur ac si esset deiectus à quocunque extraneo: an verò fuit deiectus incontinenti, & tunc non succurritur sibi,

3 Quia † videlicet vim vi repellere licèt incontinẽti. vt hęc habẽtur in l. eũ igitur. & in d. §. qui vi à me. & l. q possessionẽ. D. de vi & vi ar. l. 1. C. vnde vi. Ad quod facit l. 1. in fi. cum l. seq. D. Vti poss. Per quę patet aliud priuilegium attributum spoliato, in odium spoliantis.

SVMMAR.

1 *In interdicto recuperandæ petitorium deduci potest cum possessorio, licèt vtilius sit petitorium non cumulare.*

2 *Verba*, Pertinere, spectare, consueuisse, *denotant dominium decisum esse in iudicio.*

GLOSSA VII.

Eo iure spectantis & pertinentis. Hìc multum aduerte, quia per ista verba deducitur in iudicio petitorium simul cum possessorio.

1 Quod † quidẽ fieri concedit in libello possessorio recuperandæ. vt habetur & notatur in l. cùm fundum. D. de vi & vi ar. & in c. pastoralis. & in c. cùm dilectus. ext. de causa poss. & proprietate. Licèt melius & securius sit obtinere à petitorio, propter difficultatem probationis. vt notatur per Glo. in d. c. 1. ext. de restit. spol. In aliis autem possessoriis aliter distinguitur. vt dicam. ſ. 11. seq.

2 Per † quæ autem verba videtur quis intẽtare petitorium simul cum possessorio, dicit Innocen. cap. cum ecclesia sutrina in princ. ext. de causa poss. & proprietate. tunc quando vtitur isto verbo *pertinere & spectare*, per l. verbũ pertinere. D. de verb. sig. & multo fortiùs si dicat & exprimat se dominũ vel quasi. Idẽ si dicat se cõsueuisse interesse tali electioni, vel consueuisse colligere tale pedagium, vel consueuisse se exercere talem iurisdictionẽ, vel consueuisse ire per talẽ viam, & similia. nã ex eo quòd dicit consueuisse, denotatur ius: quia consuetudo est ius. vel. l. C. quę sit lõgo. consu. & notatis in l. de quibus. D. de legib.

SVMMAR.

1 *Hæc verba* ipso iure, ipso facto, *sunt eiusdẽ effectus: vt nempe ex ipsa (in qua apponitur) faciat executionem, post sententiam super facto à iudice latam.*

2 *Verbũ* ipso iure *retrotrahit effectũ sententiæ ad facti initium.*

GLOS-

GLOSSA VIII.

Ipso facto & ipso iure primatus.

1 Notandū † diligēter, quòd in ter ista verba, *ipso iure & ipso facto*, quo ad iuris effectū nō est differētia: et notatur p Arch.in c.1. de homic. lib.vi. & in c.fœlicis, de pœnis. eo. lib. de quib. verbis ibi fit mentio in textu & in c. cū secū.dū leges de hæret.lib.vi. & in Auth. de incest. nup. §.1.colla.2.cū multis similib.Q. oriū quidē verborū effect⁹ ille est, qa lex ipsa facit executionē sup dispositione illa in qua verba huiusmodi apponuntur.dū tamē prius super facto ipso, super quo fieri debet executio, sententia pferatur.Verbigratia,si lex cōmuna vel singularis disponat,Qui commiserit tale crimē sint ipso iure vel ipso facto bona eius publicata, vel sit infamis, & similia.est necesse p prius præsumi tur crimen esse cōmissū, q.o declarato, fiet executio primò per legē,deinde per iudicē.vt notatur p Arch.in d.c.1.& c.fœlicis. & doc. in d.§.1. in Auth. de incest. nup.& l.si quis in tantam.C.vnde vi.

2 Sed † diceret aliquis,si super facto necessaria sit sentētia, ergo sunt frustra appositā illa verba, *ipso iure*, sed respondetur quòd multum operātur, nam à tēpore criminis habetur ratio fructuū,& interdicta est alienatio bonorū prout elegāter notat Ia.de Bel.in d.Authen. de incest. nup.§.1. Ad quod faciūt etiā notata maximè per Bar.in l. post cōtractū. D.de do.adde quod j.dicā in alia gl.

SVMMAE.

1 *Fur,raptor,violentus possessor semper est in mora.*

2 *In hoc recuperāde poss. interdicto, sufficit actor probet se possedisse aliquo tempore ante spoliationem.*

GLOSSA IX.

Æqui⁹ requisit⁹. An ergo est necessaria hoc casu interpellatio seu requisitio? 1 Dic † q nō,q fur,raptor, & violēt⁹ possessor, ſēper fur in mora, ideōq; de omni casu fortuito tenetur.vt l.1.§.ultissimè.& l.pen.D. de vi & vi ar.facit l.fi.D.de cōdi.furt. Sed qualiter probabit actor quòd possidebat tempore spoliationis, maximè si fuit spoliatus aliquo iure incorporali? Respōdeo quòd variis modis. Primò quòd super sint testes q viderūt vt. ūqi, videlicet spoliatū tēpore spoliationis possidere.& ipsū inuasoré spoliasse. 2 Aut † saltē p̄bādo aliū,scilicet spoliatū possedisse per aliquod temp⁹ ante spoliationem.nam hoc probato, præsumitur continuata possessio, & sequēs possessor pręsumitur clandestinus vel violentus, nisi probet titulum suæ possessionis.vt plenè notatur per In. in d.c.sæpe.& in c.querelam. ext.de elec.& per Cy.in l.non ignorabit.C. ad exhib.& per Bar.in l.iusto.§. non mutat.D. de vsuca.& l.3. §. vnde vi. D.de vi & vi ar.& l. Celsus.D. de vsuc.& per Cy.in l.super longi. C. de lon.temp. præscrip. & in l.siue possidetis. C.de probat.

GLOSSA X.

Quare cùm prædicta. Hæc est conclusio libelli,quę magis ac tendenda est quàm narratio.

SVMMAE.

1 *Condemnatus in hoc iudicio recuperande est infamis infamia facti, non iuris. Nisi criminaliter condemnatus sit lege Iulia de vi.*

2 *Sententia lata super possessorio est diffinitiua.*

3 *A sententia in possessorio lata appellari non potest in foro laico, nisi actor egit aliquo iuris canonici remedio.*

4 *Ius canonicum non trahitur ad regulas iuris ciuilis: nec è contra.*

GLOSSA XI.

Per vestram diffinitiuam sententiam.

1 Hic † quæritur an condẽnatus in hoc interdicto fit infamis? Dic quòd infamia iuris, non: sed infamia facti, sic. vt notatur in l. neque vnde vi. D. de vi & vi ar. Verumtamen damnatus criminaliter lege Iulia de vi publica vel priuata efficitur infamis ipso iure. vt Lt. in princip. verũc. qui iudicio publico. D. de his qui not. infa. & l. infamem. & quod ibi notatur. D. de pub. iudic.

2 Vlterius † circa hoc consueuit in dubium reuocari, an sententia super hoc vel alio possessorio lata, sit diffinitiua vel interlocutoria? Et videtur ꝙ sit interlocutoria. per textũ in c. fi quãdo. vers. fi de possessione. 2. q. vi. Tu aũt dic ꝙ est diffinitiua. vt ꝓbatur in clem. 1. de sequest. poss. & fruc. & in c. fi. ext. de iudic. & ext. vt l. non contest. c. 2. Quam opinionem firmãt Gl. & doc. in l. 1. C. si de mom. poss. & d. clem. 1.

3 Inde † quæritur, an ab hac sentẽtia possit appellari? Videtur quòd non, siue loquamur de iure canonico (per textũ, in d. vers. si de possessione,) siue loquamur de iure ciuili. per textũ in l. 1. C. si de mom. poss. fuerit appel. cũ simil. Breuiter cõmunis sententia est ista, ꝙ de iure canonico põt appellari à sẽtẽtia lata super quocũq; possessorio. vt probatur & notatur in c. cũ ad sedẽ. de resti. spol. & in c. 1. ext. de causa pos. & ꝓpriet. & in c. fi. ext. de iudi. De iure aũt ciuili appellari non põt, vt habetur & notatur in d. l. 1. ti de mom. poss. & in l. si quisquis. C. quor. appel. non recip. Quę aũt opinio seruãda sit? Certè clerici obseruabunt suam in foro suo, & laici aliam in eorum foro. Diceret quis, si d. c. reintegranda obseruatur in foro laicali, cur non obseruabitur aliud quod de appellatione conceditur? Ideo ego dicerem, quòd si illud c. reintegranda (quod est remediũ iuris canonici) intẽtetur in foro laicali, quòd habebit per sequẽtiã locũ aliud remediũ ciuilẽ de iuris canonici de appellatione permissa à tali sententia super possessorio lata. Nam qui vtitur aliquo iure, debet eo vti cum omnibus qualitatibus & circunstantiis suis. arg. in l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delib. & §. fin aũt hoc aliquis. ver. cùm enim. Vbi autem intenditur remedium iuris ciuilis, putà interdictũ vel condictio ex l. ũ coloni, vel quid simile, dicerem tũc appellari nõ posse, per dictã rationẽ, & hæc est ipsa ratio, sicut Deus est. Quod semper nota. & hãc opinionẽ vidi firmari ꝙ Bald. in quodã cõsilio suo, dũ legerẽ in studio Papiæ me præsente, qui monebatur tali ratione quæ ad idẽ tendit cũ superiore. Remedia náq; iuris canonici regulari debent secũdũ ipsũ ius canonicũ, sicut remedia iuris prætorij regulãtur secũdũ ipsũ ius prætorũ, nõ aũt ꝙ ius ciuile. vt patet ꝙ discursũ omniu bonorũ possessionũ. Sicq; ꝙ valde vtile est sẽper in libello exprimere qualitatem remedij quę intẽtatur, vt supra dixi. Super quibus vide quæ scripsi super forma appellationis ab interlocutoria. Alij autẽ voluerũt dicere ꝙ etiã in foro laicali si d. c. reintegranda, intẽtetur, quòd non potest appellari. Monentur hac ratione.

rtione: quandocunque lex procedit per viam regulę(vt eſt in d.l.1.ſi de moin. poſſ.) ſemper illa regula trahitur ad omnes leges futuras ſeu ſequętes de eadē materia loquętes. vt probatur in l.regula ā ſi.D.de iuris & iac.ign.& l.de vno quoque D.de re iudic.& tenigu Bar.in l.prætor.§. hoc edicto.in ſi.D.Vi bo.rap. Cùm igitur d.l.1. procedat per modū regulæ, & d.c. reintegranda ſequatur ipſam regulā, & ſic eſt poſterius in ipſa regula,ergo trahetur ad ipſam regulā,& intelligitur ſecundū eam. arg.in l.ſed & poſteriores. D. de legib.cum ſimilibus. 4 Credo † prædictam opinionem eſſe veriorem.Nec repugnat quod dicitur de lege ſequenti trahenda ad regulam præcedentē.quia reſponderur quòd illud procederet vbi vtraque lex lata eſſet ab eodem & in eodem iure. ſecus autem ſi lata ſit in diuerſo iure, & à diuerſo iuris cōditore illius iuris, & non ſecundùm alias regulas iuris alterius. Patet per infinita exępla in iure canonico deſcripta. ad quod facit quod notat Dy.in regula.Poſſeſſor malæ fidei.in prima oppoſitione,circa finem.

SVMMAE.

1 *Spoliator tenetur reſtituere rem, fructus, & intereſſe.*

2 *Spolia in libello capta ſunt capienda de iure, cùm bellum eſt iuſtum,nēcnon cùm eſt iniuſtum, de conſuetudine.*

3 *Bellum quando dicatur licitum vel illicitum.*

4 *Damna & intereſſe in hoc iudicio recuperanda probantur iuramento actoris.*

5 *Spoliatus ante omnia venit reſtituendus. excipe caſus notatos in. 6. 7.8.9.*

10 *Renunciatio facta vi non impedit, quominus violenter ablata repetantur.*

11 *Vxor non eſt reſtituenda viro, ſi ea ſpoliata vir adulterium commiſit, vel ſi eius ſanitia timetur.*

GLOSSA XII.

AD reintegrandum & reſtituendū.

1 Notandum † eſt hic q̄ ſpoliator & inuaſor tenentur ad tria,in quibus condēnandi ſunt. Primò tenentur rem occupatam reſtituere. Secundò fructus reddere. Tertiò dāna & intereſſe perſoluere. vt hæc habentur & notantur in l. ſi de poſſeſſione.C.vnde vi. & in cap. grauis. exr. de reſtit. ſpol. & in l.1. §. qui vi deiectus.& §. qui fundus. D.de vi & vi ar.

Circa hoc quæritur de quotidiana quæſtione. Pone quòd vna ciuitas contra aliam,vel vnus dominus contra alium mouit guerrā, in qua guerra ſpoliata & capta ſunt aliqua caſtra vel alia bona,quæritur an talia de iure ſint ſpoliato ante omnia reſtituenda? 2 Et † breuiter Bart. in l. hoſtes. D.de cap. & poſt. reuer. ſequutus verba Inno.in c.olim.ext. quod met.cauſa (licèt de eo non facit mentionem, vt ambitioſus honore) ſic diſtinguit. Quandoque talia bona capiuntur in bello licito, quādoque in bello illicito. 3 Bellum autem licitum dicitur illud, quod indicitur & imponitur p imperatorem vel papam,vel alium inferiorem de ipſorum mandato. Bellum autem illicitum dicitur illud, quodā quocūque alio indicitur,ſine cauſa legitima à iure approbata. vt habetur & notatur in d.c.olim.& in d. l. hoſtes. & ego ſcripſi ſuprà in primo libello,ſuper verbo *ſpectat ad pertinet*,vbi videas. Primo caſu quę-

coc. 3.

do capiunt in bello licito. tunc personæ captæ efficiuntur seruæ ipsorũ capientium, de iure scripto. vt d. l. hostes. licèt de consuetudine non seruatur. & bona mobilia & immobilia similiter efficiuntur capientium. vt ibi. & ideo non fit eorum restitutio. Secundo casu cùm capiũtur in bello illicito & reprobato (vt est communiter hodie) tunc personæ captæ non efficiuntur seruæ. bona autem de iure scripto similiter non fiunt capientium, sed de consuetudine sic. secundùm Bar. vbi supra. Licèt Inno. vbi supra dicat quòd nec de consuetudine debent esse ipsorum capientium, cùm sit potiùs corruptela. vt per eum notatur in c. fi. ext. quod met. causa. & per Hosti. ext. de homic. c. nec pro humani. & per Archi. ext. de hæret. c. ne præsidentes. & per Hosti. in summa de treuga & pace. §. 1. & 2. & per Archi. in c. 2. de re iudic. lib. vi. vers. præmissa. & per Inno. in c. sicut. ext. de iureiuran.

4 Vltra † quæritur quomodo probatur de damnis & interesse, cũ graue sit reperire testes qui viderĩt pecuniam in scrinio, vel alia similia in castro vel in fundo. Respondetur (secundùm Inno. in c. olim & c. grauis. ext. de restit. spol.) quòd probata spoliatione & inuasione, stabitur de damnis & interesse iuramento spoliati. per textum in l. si quãdo. C. vnde vi. & ibi per Cy. & doct. Et sic patet vnum aliud priuilegiũ quod attribuitur spoliato, in odium spoliantis.

5 Non † mirandum est ergo si ante sit restituendus (vt compescarur audacia & temeritas inuasorũ) in tantum quòd ipsi spoliatori non præstatur auditus super rei dominio vel possessione, nisi res ipsa fuerit priùs plenariè restituta, tam de iure ciuili quàm canonico. vt traditur in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iuliam de vi. & in c. prius. & in c. oporter, & cap. reintegranda, cum multis aliis similibus. 3. q. 2. & 2. q. 1. & in c. 1. & 2. & in c. ex literis. & in c. item cùm quis. & c. literas. ext. de restit. spo. Quę regula fallit in certis casibus notatis per Goff. in summa. de restit. spol. & per Spe. in tit. de petit. & possess. inter quos hi enumerantur. 6 Primò † si reus spoliatus obiiciat de eius anteriori spoliatione, in modum agendi vel excipiendi, contra ipsum agentem. nam tunc retardatur & differtur executio, donec super vtraque fuerit cognitum. vt in c. cùm dilectus. & in c. super spoliatione. ext. de ord. cog. 7 Secundò † fallit regula, quando agens consensit quòd reus de iure proprietatis ipsius rei audiatur. vt in c. 1. ext. de restit. spol. Et ideo actor si sit cautus, cùm videt reum ingredi iudicium proprietatis debet statim contradicere, & dicere quòd non est audiendus, donec fuerit in integrũ restitutus. vt ibi notatur. 8 Item † fallit in eo qui fuerat de facto intrusus in fede, qui si fuerit de facto repulsus, non auditur petens se ante omnia restitui. vt habetur 3. qu. 1. v. deus pater. 9 Item † fallit si spoliatus sponte renunciauerit suo antequam fuisset spoliatus. vt in c. accepta. de restit. spol. Secus autem si post spoliationem renunciasset. quia tunc talis renunciatio non tenet. & ideo ea non obstante audiretur petens se restitui. vt ipse notat in c. 2. ext. de restit. spol. quod est multum notãdum. Et sic patet aliud priuilegium quod datur spoliatis, in odium spoliantis.

spoliantis.

10 Illi † ergo principes & domini, quibus per violentiam manifestā plerunque subtrahuntur villæ vel castra, & postea dum ineunt inuicē treugas vel pacem, si spoliatus renunciat omni iuri suo, quod habebit in talibus villis & castris ablatis (prout fecit illustrissimus Marchio Montisferrati versus illustrem principem Achaiæ) certē non obstante renunciatione tali (vt pote à iure reprobata) poterit ipse huiusmodi castra repetere & vendicare, & se restitui ad possessionem postulare. de quo plenè notatur etiam per glossum & Inno. in cap. super hoc. ext. de renunc.

11 Idem † patet in vxore, cuius non fit restitutio marito, vbi de eius timetur sæuitia. vt in c. transmissa, ext. de restit. spol. Facit. c. literas. ext. eo. Item fallit si vir adulterium cōmisit post spoliatam vxorem. vt in c. significasti. ext. de diuortiis. & ibi per Inno.

SVMMÆ.

1 *In hoc iudicio restitutorio iudex ex officio potest condemnare ad damna & alia accessoria quæ contigerunt post litem contestatam, licèt à parte petita non sint. At non ea quæ contigerunt ante contestationem.*

2 *Damna & accessoria quæ præcesserunt litis contestationem peti possunt separato iudicio, si cum principali petita non sint. At nō ea quæ secuta sunt.*

GLOSSA XIII.

Simul cum omnibus damnis. Hic aduerte quōd in isto casu, quo agitur interdicto, Vnde vi, debet lis & causa moueri pro istis damnis infra annum, quo elapso non audiretur nisi super rebus simpliciter spoliatis. vt s. dixi in prima glo.

1 Item † in hoc remedio restitutorio ista damna, & alia huiusmodi accessoria cōtingentia post litem contestatam veniunt in condemnationem, iudicis officio, etiamsi non fuerint à parte petita in libello. vt habetur in l. r. §. rectissimè. & §. non solū. D. de vi & vi ar. Et ideo si iudex neglexerit super his condemnare; non poterunt vlterius peti in noua causa vel instantia. arg. l. 4. C. depos. cum similibus, & in l. terminato. C. de fruc. & litis expen. Alia autem damna & cætera accessoria contingentia ante libellum vel litem contestatam, debent peti à parte infra annum. nec ex officio suo posset iudex, sine partis requisitione, quicquā pronunciare. 2 Super † quibus si pronunciare obmiserit, poterit pars in alio nouo iudicio illa petere, vt hæc probantur in l. idem. §. fi. & l. si plures. D. de vi & vi ar. Sicut etiam talia accessoria ante litem contestatam contingentia in contractibus stricti iuris vel bonæ fidei, non veniunt in condemnationem officio iudicis, nisi parte petente. vt l. ædiles. §. item sciendum. D. de ædil. edict. & l. partum. D. de vsuf. & plenè de hoc notatur per Inno. in c. grauis. ext. de restit. spol. & ego scripsi s. in forma primi lib. in gl. super verbo *ex officio*. notatur pē aliquos in d. l. 4. & l. terminato. Ad tollendum tamen, omne dubium consilium est, vt semper petatur à parte vt hic fit.

SVMMÆ.

2 *Restitutio fieri debet naturaliter & ecc. ij.*

cum effectu.

GLOSSA XIIII.

ET *in statum pristinum reducatis re ipsa & in effectu.* Nota multum ista verba *in effectu* &c. 1 quia † non sufficit verbalis restitutio, nisi sequatur realis & actualis. vt probatur. 3. c. episcopi, ver. sed notãdũ. Ideóque si iudex simpliciter pronũciat actorem in integrum restituẽdum, hoc non sufficit, etiamsi adiciat, *Et ita eum restituimus*, nisi sequatur missio in possessionem. Desideratenim res ista naturalem seu realem restitutionem. vt dicitur in simili. in l. non statim. in prin. D. de pecul. Ad quod faciunt quæ determinat Iac. Bu. in l. cùm iudex. C. de sen. & inter. om. iud. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Etiam fructus percipiendi veniunt in hoc iudicium.*

2 *Fructus percepti vel percipiẽdi post litem contestatam, puti non possũt finito iudicio principali. Secus in perceptis vel percipiendis ante.*

GLOSSA XV.

ET *amplius ad restitutionem fructuum.* 1 Iustè † petuntur fructus nedum percepti per invasorẽ, sed etiam quos percipere potuisset invasus, vt d. c. grauis. & C. vnde vi. l. si de possessione, & l. 1. §. ex die. & §. non solum, cum §. seq. D. de vi & vi ar. 2 In † quibus fructibus, si per iudicem non fuerit pronunciatum, tunc an liceat in alio iudicio illos petere, distinguitur eo modo quo supra dictũ est in damnis & interesse. Nam si quidem loquimur de fructibus perceptis post litem contestatam, seu percipiendis, tunc nõ admittitur vlterius illorum petitio. arg. in d. l. 4. depos. C. de vsuris. eos. & l. in bonæ fidei, cum similib⁹, & notatur per Inn. in d. c. grauis.

SVMMA.

1 *Invasorẽ iudex debet primo omnia iure quod habuit in re.*

GLOSSA XVI.

PER *vestram sententiam primitus omnia iure, &c.* 1 Vltimò † nota quòd isti invasores & raptores alienorum bonorum, contra quos nedum ciuiliter sed criminaliter procedi potest (vt dictum est) etiam omnibus eorum iuribus quæ habebant in rebus deprædatis sunt per sententiam iudicis priuandi, vt pręmissum, nõ virtute interdicti, Vnde vi, nec virtute c. reintegranda, sed per constitutionem l. si quis in tantam. C. vnde vi. Ideóque poterit à tali sententia appellari quia excedit hoc casu metas meri possessorii, vt notatur & determinatur per glo. in l. momentaneæ. C. vnde vi. Quod nota, quia frequenter intentatur per hæc verba dicta cõstitutio l. si quis in tantam. Faciunt quæ habentur in l. extat. D. quod met. cau. Qui autem his & similibus rapinis tota animi intentione perstudent, proculdubio sapienter facerent si se à talibus abstinerent. sed voluptati & stultitiæ dediti, postergata omni virtute, solo appetitu tanquam bestiæ tendunt.

FORMA

FORMA LIBELLI pro turbata possessione.

TITVLVS XLVI.

CORAM vobis domino Vicario, dicit & in iure proponit Thomas de beccaria, contra & aduersus Nicolaum de gambis &c.

I. Dicens & proponēs dictus Thomas quòd annis triginta, vel pluribus proximè elapsis, per se, vel alium seu alios eius nomine, tenuit & possedit continuè, pacificè & quietè, petiam vnam vineæ, positæ & iacentis in loco & territorio Clastigii, quę est modiorum centum quinquaginta, vel circa: cui cohæret ab vna parte &c. quia adhuc hodie tenet & possidet, pro sua & tanquā suam, veris & legitimis titulis & causis.

II. Quanquam præfatus Nicolaus, de anno & mense præsentibus, eundem Thomam in dicta sua possessione turbauerit & molestauerit, ac præsentialiter turbat & molestat, indebitè & iniustè: ipsiúsque Thomæ possessionē ingressus clandestinè fuerit, & cā nititur & ipsū Thomā turbare & molestare, nō permittendo nec patiēdo ipsum Thomam eiúsque colonum & massarios & factores liberè & pacificè laborare, & facere laborari in ista petia terræ & vineæ, nec fructus & redditus & prouentus colligere & percipere & habere pacificè & quietè, prout hactenus consueuit.

III. Rursum dicit & proponit idem Thomas, quòd suprascriptus Nicolaus, animo & intentione turbādi & molestandi prædictum Thomā in eius possessione pacifica dictæ petiæ vineæ, abstulit & exportauit de dicta petia vineæ, tempore antedicto, tot vuas seu fructus vuarum in ea pendentes & existētes, qui tunc fuerant & erant, & hodie essent si extarent, precii & valoris florenorū XXV, vel plurium, prout testes dixerint, & liquidabitur in processu.

IIII. Et amplius idem Nicolaus tunc temporis intulit in ipsa vinea tot & talia damna, propter quæ ipse Thomas dannificatus fuit & est in quantitate florenorū XII, & vltra.

V. Deinde quia dicit & proponit ipse Thomas & pe-

sæpè admonuit & interpellauit dictum Nicolaum vt à prædictis violentia & turbatione desisteret, ac restituere soluere & emendare vellet damna & interesse prædicta, quæ tamen surda aure pertransiens, tanquã in eius malicia obstinatus, facere & adimplere recusauit, præsentialitérque recusat indebitè & iniustè. Quare, cũ prędicta vera sint, petit & requirit præfatus Thomas à vobis domino Vicario antedicto, quatenus per vestram sententiam diffinitiuã cõdemnetis, & condemnandũ iuris remediis cõpellatis suprascriptũ Nicolaum, versus præfatum Thomam, ad cessandũ & desistẽdum de cætero ab omni molestia, inquietatione, & turbatione prædictis. Et vlterius ad satisdãdũ idoneè, & promittẽdum, quòd in futurum cessabit & desistet à turbatione & inquietatione prędictis, quódq; patietur in futurũ & sustinebit dictũ Thomã pacificè, liberè & quietè dictã peciam vineę tenere & possidere, & ex ea fructus in posterũ colligere, percipere, & habere. Quódq; prędictũ Nicolaũ per eandẽ sententiã condẽnetis, ad dandũ & tradendũ & restituendũ & soluendũ (singula singulis congruè referendo) fructus ante dictos per ipsũ Nicolaũ perceptos & habitos, si extãt, & si nõ extant ipsorũ valorẽ & æstimationẽ: cęteráque dãna, interesse, & expẽsas, de quib. s. & liquidabitur in processu: simul & cũ fructibus ab inde citra perceptis, & qui percipi potuerũt. Quæ omnia petit per vos fieri Thomas prædictus, omni modo, iure, via, & forma quibus meliùs & validiùs fieri potest, &c. Deducẽdo in præsenti iudicio omne ius suũ, &c. Saluo iure addẽdi, &c. Nõse astringés, &c.

SVMMAS.

1. *Materia turbatæ possessionis frequẽs est in iudicijs, & ideo bene intelligenda.*
2. *Variis remediis iure succurritur in possessione sua turbata.*
3. *Vtile interdictum, Vti possidetis, petens turbata in sua iurisdictione, seruitute, vel alio iure incorporali.*
4. *Causa censetur esse criminalis, cum pars pœnæ fisco applicatur.*
5. *In remedijs possessorijs offerendus libellus.*

GLOSSA I.

Coram vobis. 1 Quæritur est quæstio inter homines de possessione, cùm magnum sit commodũ possidere (Iustit. de interdict. §. commodũ, cũ similibus) ideo turbatæ possessionis materia frequens est & quotidiana, ideóque bene aduertenda, vt inquit iurisconsultus in l. legati

l.Legaui.D.de libe.leg.De qua materia loquitur tot'tit.D.& C.Vti poſſ. & Inſt.de interdi.§.retinẽdę.cũ ſim.

2 Pro† cuius materiæ aliquali doctrina præſciẽdum eſt, quòd turbato vel inquietato in ſua poſſeſſione ſuccurritur à iure diuerſis modis. Nam quandoque quis turbatur in poſſeſſione rei mobilis, & tunc ei ſuccurritur per interdictum, Vtrobi.vt D.& C. Vtrobi. in l.1. Quandoque quis turbatur in poſſeſſione rei immobilis. & tunc aut habebat turbatus poſſeſſionem à iudice, & tunc ſuccurritur ei per interdictum, Ne vis fiat ei.l.1.D. eod. ti. Ac etiam interdicto, Vti poſſidetis, vt infra dicetur. Aut habebat poſſeſſionem ab alio. & tunc aut turbatur per violentiam expulſiuam, & ei ſuccurritur criminaliter & ciuiliter.criminaliter aũt per titulum ad legem Iuliam de vi publica & vi priuata: ciuiliter per interdictum, Vnde vi & aliis remediis de quibus in libello præcedenti dictum eſt. Si verò turbatur ſimpliciter per quãdã violentiã inquietatiuã, tũc ei ſuccurritur per interdictũ, Vti poſſidetis.vt D.& C.Vti poſſidetis.& etiã ſuccurritur condictione ex ſtatuto, vbi per viam ſtatuti ſit prouiſum cõtra turbantem poſſeſſionem alienam. vt l.1.D.& C.de condict. ex lege.

3 Sed † quæri cõſueuit quo remedio ſuccurritur ei qui turbatur in poſſeſſione ſuę iuriſdictionis, vel alicuius ſeruitutis, aut alterius iuris incorporalis? Dic breuiter quòd ei ſuccurritur vtili interdicto, Vti poſſidetis. ſecundũ gl. & doc. vt notatur in l.1.C.vti poſſid. Pro quo facit l.fi. & l.ſi ddo.§. hoc interdictum. D.vti poſſi. & probatur in l.ſicut.§.ariſto. & l.2.in fi.& l. ſi forte.§.ſciendum. & D.ſi ſerui. ven. & notatis per glo. magnam in fi.in c.licet. ext.de probat. Quam opinionẽ ſequitur Bart. in l.1.in prin.& l.fi.D.Vti poſſid.

4 Sed† quid ſi pro huiuſmodi turbatione agitur criminaliter condictione ex ſtatuto, & pars pœnæ applicetur parti turbatæ, & alia pars fiſco, an talis cauſa erit merè criminalis, vel ciuilis, vel mixta? Dic quòd iudicatur eſſe merè criminalis, & hoc ratione partis quæ fiſco quæritur. Sufficit enim quo ad iudicandũ cauſam eſſe criminalem, vt pars pœnæ applicetur fiſco. ſecundum Bart. vt tangitur per eum in l.agraria.D. de ter.mo.

5 Denique †. de alio quæritur, ſuper quo apud aliquos dubitatur, an de iure in iudicijs poſſeſſorijs tantùm, ſit offerendus libellus de neceſſitate? Vbi aduertendum eſt, quòd plerunque de iure municipali cautum reperitur, quòd in quacunque cauſa excedẽte talem ſummam vel quantitatem, offeratur libellus vel petitio, prout eſt Papię & in pluribus locis. & tunc, cùm lex ſimpliciter vel generaliter diſponat, nec recipiat interpretationem reſtrictiuam, clarum eſt in poſſeſſorijs, nedum in petitorijs, offerri debere libellum. arg. in l.1. §.generaliter. D. de leg.præſtan. & l.1.§. ſi is qui nauem.D. de exer. act.& l.de precio. D.de public.cum ſimilibus. Si verò loquimur de iure communi, canonico vel ciuili, & tunc offerẽdus eſt libellus. vt determinat Ioan. in c. 1.in princ.ext.de offic. iudic.& poſt eum Bar.in l. naturaliter.§.nihil.D. de acquir. poſſeſ. in vltima conbnatione. verſicul. tertiò quæro. Idémque tenuit Iacob. Butr. in ſuo libello qui incipit, Laudab.le

aduocationis officium. Quæ autem sint probanda in hoc possessorio iudicio inferius annotabuntur.

SVMMA.

1 *Hæc verba & cætera, in contractibus posita, extensas debent secundùm stylum obseruatum à notario in similibus contractibus. Nisi scriptura esset de substantia contractus.*

GLOSSA II.

CONtra & aduersus Nicolaum de Gambu, &c. Ille Nicolaus est procurator, similiter dictus Thomas, & boni notarii ambo. Sed hic nota de hac dictione *& cætera*: quia sub ea comprehenduntur multa. & debet extendi hæc clausula, cũ aliis quæ in fine præsentis libelli sunt appositis, secundùm quod traditum est in primi libelli forma.

1 Vt tamen in aliquibus instruamini quæ pertinent ad hãc dictionem *& cætera*, sciendum est (vt inquit Bart. in l. Gallus in prin. in vers. idem credendum. D. de lib. & posth.) quòd hæc dict.o *& cætera* aliquando ponitur in instrumento alicuius contractus iniri sine scriptis (vt est regulariter) & tunc debet extendi talis dictio, secundùm formã hactenus per ipsum notarium in similibus obseruatam, & prout natura contractus communiter requirit. vt probatur & notatur in litem veniunt. §. petitam. D. de petit. hæred. & sequitur Spe. in ti. de instr. edi. §. ostenso qualiter. vers. ergo quid si in breuiatura sic inueniatur &c. sin autem contractus fuerit celebratus in scriptis, ita quòd scriptura sit de substantia, tunc nõ fieret aliqua extensiõ. quia omissũ haberetur pro omisso, secũdùm Bar. vbi supra. arg. l. contractus. cum similibus. C. de fide instrum. Ex quo sequitur (secũdùm eum) quòd in libellis & sentẽtiis differimus, & appellationibus ex interuallo interpositis (in quibus necessaria est scriptura) & certis aliis casibus similibus, si reperiatur seu apponatur *& cætera*, quòd non poterit fieri extensio aliqua. Quod nota, tu notarie.

SVMMA.

1 *In hoc iudicio recuperandæ possessionis, cùm vterque æqualiter probat de possessione, is vincit qui probat de dominio vel quasi.*

GLOSSA III.

TENuit & possedit. Aduerte quòd ista possessio quantuncunque longæua de præterito non sufficeret per se in isto interdicto, Vti possidetis, nisi probaretur possessio de præsenti, vel tempore turbationis, vt statim dicetur. 1 Nec est necesse in hoc interdicto probare de dominio vel quasi ipsius rei: nisi eo casu quo vterque tam reus quàm actor æqualiter de possessione probarent: tunc enim vtile foret de dominio vel quasi probare. nam ille qui meliùs de dominio vel quasi probaret, obtineret in hoc interdicto. vt probatur per Cynum & alios doc. in l. 1 C. vti poss. & per alios in d. c. licet. ext. de probat.

SVMMAE.

1 *Extrema ab actore probãda in hoc iudicio sunt, possessio sua tempore turbationis & contestationis, & turbatio ab aduersario illata.*

2 *Actor probans aliquem actum possessionis post turbationem, præsumitur possessionem retinere eorum, donec contrarium apparuerit.*

3 Sufficit

3 *Sufficit in hoc iudicio recuperanda, quòd actor probet ſe poſſediſſe ciuiliter tantum, vel naturaliter tantùm.*

4 *Poſſeſſio violenta, clandeſtina, vel precaria, ab ipſo reo, non prodeſt actori.*

5 *Poſſeſſio vnius præſumitur clandeſtina vel violenta, cùm aduerſarius probat de antiquiori poſſeſſione. Niſi ille doceat de titulo ſuæ poſſeſſionis.*

6 *In hoc iudicio reus vincitur, niſi opponat exceptionem ſpoliationis ante litem conteſtatam. Poterit tamen poſtea agere interdicto, Vnde vi.*

7 *In interdictis, Vti poſſidetis & vnde vi, non nocet actori vitioſa poſſeſſio, quam non habet à reo.*

8 *Inſtrumenta locationum vel inueſtituræ non probant poſſeſſionẽ vel dominium, niſi aduerſus eum qui contraxit.*

9 *Plenè probatur dominium & poſſeſſio, cùm docetur penſionem ſolutam fuiſſe, & ſolutionem temporis ſolutionis poſſediſſe.*

10 *Poſſeſſio præſens probatur per perceptionem fructuum, & per ingreſſum fundi, ex quo præſumitur cõtinuata poſſeſſio.*

GLOSSA IIII.

HOdie tenet & poſſidet. 1 Sciré † debes quòd duo ſubſtantialia & principalia ſunt probanda per eũ qui agit hoc interdicto, Vti poſſideris, primò ſe poſſidere, & hic poſſeſſionem ex parte ſui. ſecundò turbationem ex parte conuenti. Quæ poſſeſſio debet probari ex parte actoris affuiſſe duobus temporibus, videlicet tempore litis conteſtatæ, & turbationis illatæ. vt habetur in §. retinendæ. & §. commodum, Inſtit. de interdict. & notatis per Bartolum in l. 1. §. ait prætor, circa fin. D. Vti poſſ. Facit l. 1. §. interdictum autem, & lege. 2. D. eo. titul.

Sed hîc inſurgit dubium, quo probabit actor ſe poſſidere his duobus temporibus? Reſpondeo, probando ſe poſſediſſe ante litem conteſtatam & ante turbationem illatam, per aliquod tempus. 2 Et † allegando ſe adhuc poſſidere præſumitur continuata eius poſſeſſio, quia in ſolo animo conſiſtit & retinetur vſque ad litem conteſtatam. & poſt, niſi appareat vel probetur contrariũ. vt determinat Cy. & alii doct. in l. non ignorabit. C. ad exhib. & l. ſiue poſſideris. C. de proba. & per Bar. in l. Celſus. & in l. iuſto. §. non mutat. D. de vſue.

3 Nunquid † ergo ſufficit probare in hoc interdicto actorem poſſidere ciuiliter & naturaliter, vel ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm? Breuiter die quòd ſufficit probare aliquo modo ſe poſſediſſe, vel ciuiliter tantùm, vel naturaliter tãtùm. vt habetur & notatur per Bar. in l. 1. in priñ. & §. interdictum autem. D. Vti poſſ.

4 Aduerte † tamen quòd reus pro ſua defenſione, ſi probaret q illa poſſeſſio agentis foret obtenta ſeu habita ab ipſo reo vi, clam, vel precariò, tunc non prodeſſet actori talis poſſeſſio in hoc interdicto. vt d. l. 1. in prin. & §. fi. D. Vti poſſ. & C. eo. tit. l. 1.

Probatur autem q vi aut clam, vel precariò poſſideat actor ab ipſo reo, pluribus modis. 5 Et † hoc eſt vnũ præcipuũ inter alios, videlicet probando de antiquiori poſſeſſione

ipsius conuenti. nã tunc sequẽs possessio ipsius agentis præsumitur clandestina seu violenta, nisi probet titulum suæ possessionis. vt habetur & notatur in d. c. licet. & per Io. An. in c. sæpe. ext. de restit. spol. & tangitur per Bart. in d. l. 1. §. ait prætor. & per aliquos in l. siue autem. §. si duobus. D. de public. & d. l. 1. C. Vti poss. Quo taliter per ipsum reum probato, absoluendus est ipse reus, secundùm modum & formam traditam per Inn. in c. veniens. ext. de præscr. & Azonem in summa. C. Vti poss.

6 Et† nota, secundùm Inn. vbi supra) quòd ad hoc vt reus possit obtinere hanc absolutionem, necesse est vt exceptionem spoliationis opponat ante litem contestatam: alias condemnabitur. vt ibi per eum notatur. Nec tamen ipsi postea volenti agere interdicto, Vnde vi, obstabit exceptio rei iudicatæ, secundùm eum.

7 Sin† autem actor possidet ab alio quàm ab ipso reo, vel clam vel precariò, tunc ei nil noceret talis possessio in hoc interdicto. vt habetur in l. 1. in fi. & l. 2. D. vti poss. sicut nec nocet in interdicto, Vnde v, vt dixi in titulo præcedenti, & habetur in l. 1. §. qui vim à me. D de vi & vi ar. & in c. in literis. ext. de restit. spol. Et sic quo ad hoc parificatur vtrunque interdictum. Quid autem sit vi, clam, aut precariò possidere, notatur per glo. in l. 1. §. quod ait prætor. & ibi etiam per Bart. D. vti poss. & per Azonem in Summa. C. eod. tit. & per alios in l. Pomponius. §. cùm quis. D. de acquir. poss. & per Iano. in d. c. veniens. ext. de præscrip.

8 Sed† pone quòd ad probandum de possessione producuntur instrumenta locationum, vel inuesticturarum ipsius rei, an per illa probabitur possessio? Breuiter sic distingue. aut sunt locationes factæ in ipsum conuentum, & tunc probant contra eum: quia non potest referre quæstionẽ dominij nec possessionis. vt l. si quis conductionis titulo. & l. conductores. C. de locat. & conduct. Facit l. malè agitur. C. de præscrip. xxx vel xl. an. cum similibus. Aut sunt locationes factæ in tertiam personam, & tunc alio non probato, per eas simpliciter nõ probatur dominium nec possessio. vt lege ad probationem. C. de loca. & c. inter dilectos. ext. de fide instr. & notatis per gloss. in c. cùm venerabilis. ext. de rel. & dom.

9 Vbi† autem probaretur etiam de solutione pensionis, & quòd soluens tempore solutionis rem ipsam detinebat, tunc illis concurrentibus simul cum inuestitura, probabitur possessio quo ad omnes. vt hæc habentur & probantur per glo. & Bart. in l. quamuis. §. quòd si conductor. & l. qui vniuersas. §. quòd si per colonum. D. de aquir. poss. & notatis per gloss. in cap. bonæ fidei. ext. de appel. & c. cùm Bertoldus. ext. de re iudic. & in c. inter dilectos. in fi. ext. de fide instrum.

10 Aliis† etiam modis probari potest possessio, videlicet si probauerit se fructus ex vinea vel ex fundo collegisse. vt habetur & notatur in lege Titia. D. de solut. & in l. 2. C. de acquir. poss. Eodémque modo probatur etiam, si semel ingressus est possessionem: quod probat per testes vel per instrumentum. nam possessio semel acquisita præsumitur continuata, cum solo animo retineatur. vt l. si quis

vi. §.

vi,§.differentia.& lege §. §.in amittenda. & lege peregrè. §. quibus explicitis. D.de acquir. poss. & dixi supra.

SVMMAR.

1 *Locum & tempus turbatæ possessionis non est necesse exprimere, nisi cùm arguitur dolus turbantis. Consultius est tamen semper exprimere.*

GLOSSA V.

De anno & mense præsentibus.

1 Quæritur † hic an de necessitate sit exprimendū in libello tempus illatæ turbationis? Et Bar.in l. i.§.interdictū hoc. D.vti poss.distinguit. aut arguitur dolus aduersarii, & tunc debet locus & tempus exprimi. aut non arguitur eius dolus, & tunc secus.vt colligitur ex l. i. §. rectissimè. D.de vi & vi ar.& §. vbi autem. & in c. tuæ. ext. de procur. Dolus autem potest contingere in casibus notatis in l.si duo. in prin. Dvti poss. Puto consultius (vt cōmuniter practicatur) quòd in omni casu locus & tempus turbationis exprimatur,siue arguatur turbatio de præsenti, siue de futuro.

SVMMAR.

1 *Turbare dicitur qui quomodocumque impedit alium vti & frui, etiamsi nō contendat se possidere.*

2 *Turbato plura remedia competunt aduersus eum qui non contendit se possidere.*

GLOSSA VI.

Ac præsentialiter turbat & molestat. Ecce, secundū substantiale probandum in hoc interdicto, videlicet turbationem ex parte rei conuenti. 1 Sed † qualiter dicatur quis turbare? Certè qualitercumque & per quencumque modū non patiatur aduersarium liberè & quietè vti & frui re ipsa. vt habetur in l. vim facit. D. de vi & vi armata. & l. vim facit. D. quod vi aut clā. cum similibus. An autem, vt dicatur quis turbare, sit necesse quòd contendat se possidere? Dicunt quidam quòd sic, nec sufficeret per se aliquē actū turbatiuū inferre, sed esset agendum eo casu actione iniuriarū, vel legis Aquiliæ. vt notatur per Glo.& Bar.in l.i.§. huius autē interdicti. D. vti poss. & Instit.de interdict.§.commodū. versꝰ hodie tamen.Pro hac opinione facit l.i.§.restituendę.D.vti poss. Tu autem die (secundū veriorē & cōmunem doc. sententiā)q; non attenditur, an turbator cōtendat se possidere vel nō, sed sufficit quemuis actum turbationis inferre. Ideóque siue præciderit arbores, siue fructus collegerit,vel colonum expulerit,vel laborari prohibuerit, vel quid aliud damni vel turbationis intulerit, interdicto, Vti possidetis, conueniri poterit, secundùm determinationem Glo.in d.l.i. §. huius autem dicti.& §. restituendę. & d.versꝰ.hodie tamen.Pro qua sententia facit l. si duo.in prin.& §.si vicinus.& §.itē videamus si actor.D.vti possideris. & quod notatur per Bart. in d.§. restituendæ. & in d.l. vim facit.D. de vi & vi ar. & l. Mœuius. §. fundo. D.de leg.2. 2 Alii † tamē (& malè) voluerūt dicere quòd vbi nō cōtendit quis se possidere, sed solùm infert damnū per turbationē, debet cōtra eū agi vel Aquilia, vt l.deniq; in prin. D. q vi aut clam.vel actione iniuriarum. vt l. iniuriarū. §. si

quis me prohibet. D. de iniuriis. vel actione arborum furti cæsarum. vt l. 1. D. arb. fur. cæs. Sed respondeti potest quòd turbato competunt pluta remedia cõtra ipsum turbantẽ. vnde põt eligere quo remedio vti velit. iuxta materiã. l. quod in herede. §. eligere. D. de tribut. & p Dy. in regula Nullus plurib. de reg. iu. li. vi.

SVMMAE.

1 *Cùm lex prohibita turbationis loquitur in personam, requiritur dolus in turbãte, vt puniri possit. cũ in rem, sufficit lata culpa.*

2 *In hoc interdicto, Vti possidetis, sufficit interuenisse factum turbationis, etsi non interuenerit dolus vel culpa turbantis.*

GLOSSA VII.

ET *ea nititur ipsum Thomam turbare.* Hîc aduerte. quia diceret quis quòd idem bis cumulatur in eodem libello, in eo quòd dicit *& eam*, scilicet possessionem, & postea subiungitur *& ipsum Thomam*, &c. Sed respondetur quòd hæc sunt diuersa, scilicet turbare possessionem, & turbare personam possidẽtem. secundùm Bart. vt notatur per eum. in l. 1. §. nõ autem. D. si quis testam. lib. esse iust. fue.

1 Patet † & deciditur illa quotidiana quæstio. pone quòd statuto ciuitatis cauetur, & turbator alterius possessionis, vel qui aliquẽ turbauerit in sua possessione, condẽnetur in centũ. an erit necesse probare de dolo turbantis, vel sufficit probare de culpa? Distinguit ipse Bar. vbi suprà. Aut statutũ loquitur in personã, aut in rem. Primo casu, verbi gratia, si statutũ dicat, *si quis turbauerit aliquem in sua possessione, &c. & tunc requiritur dolus in ipso turbante, quæ turbatio non potest inferri à persona sine effectu turbãtis.* arg. in l. 3. D. iniur. Ideo quæuis iusta causa excusaret eum à pœna. arg. in l. 1. in fi. D. de abigeis. & l. igitur. D. de liber. cau. Facit optimè l. 1. §. si quis ideo. D. ne vis fiat ei. & l. 3. §. si eum. in fi. D. de lib. hom. exhib. & l. plagii, in fi. C. ad legẽ Iul. de plag. Secundo autem casu, cũ statutum loquitur in rẽ. verbi gratia, si dicit, *si quis possessionem turbauerit alterius* &c. tunc sufficit lata culpa. vt notatur in l. 1. §. nõ autem, suprà allegato. & l. 1. §. 1. D. si mensor. fal. modix. & Instit. Vi bon. rap. §. quia tamẽ. & l. si quis in tantã. C. Vnde vi. Nec mireris de d. distinctione Bar. cũ dicit & aut statutũ loquitur in personã, aut in rẽ: quia & iurisconsultũ fit similis distinctio, in l. aut qui aliter. §. fi. D. & vi aut clam. Sicque cõclusio erit, & siue statutũ loquatur in personã vel in rẽ, debet agens condictione ex statuto, ad pœnã applicandã fisco, probare dolũ vel culpã aduersarii turbantis. aliter excusatur, vt dictum est.

2 Secus † autẽ si ageretur hoc interdicto, Vti possidetis, simpliciter vbi nedũ attenditur dolus vel culpa aduersarii quo ad victoriã obtinendã, sed simpliciter factũ turbationis. Pro tãto, cũ agitur cõdictione ex lege vel statuto, licèt non probato dolo vel lata culpa aduersarius absoluendus sit à pœna statuti, tamen si de ipsa turbatione aliter cõstet, condemnandus est ad cessandũ à turbatione in futurum.

SAMMA.

1 *Qui turbat colonum censetur turbare dominum eius.*

GLOS

GLOSSA VIII.

Eiſque colonos. 1 Sunt † enim pariæ dominum & poſſeſſorem turbare, aut eius coloonum. vt habetur in d.l.1 §. quod ſeru⁹, cum ſimil. ibi notatis. D. de vi & vi arma.

SVMMAR.

1 *Proteſtatio excuſat à pœna, ſed non à condemnatione quæ eſſare facias turbatorem.*

2 *Mandatarius culpæ particeps cum mandante punitur.*

GLOSSA IX.

Animo & intentione turbandi. A Quid autem diceres ſi non habuit animum alium turbandi vel vſurpãdi, ſed ius ſuum cõſeruandi, an cadet in pœnam proditam cõtra turbantes? 1 Dic † quòd aut iſte qui ingreſſus eſt fundũ alienum, & turbat poſſeſſoré, fuit proteſtatus ſe id facere animo ſuum ius cõſeruandi, non alienum vſurpandi, & tunc proteſtatio ipſum excuſat à pœna. arg. optimum, in l. ſi quis. §. ſed interdum. in fi. ibi dum dicitur, *oportet igitur*, &c. D. de relig. & ſump. fu. & d.l. 1 §. ſi quis ideo. D. ne vis fiat ei. Probatur etiam in l. ſi duo. §. cũ inquilinus. D. Vti poſſ. & l. 3. §. hæc verba. in fi. D. de lib. hom. exhib. cũ multis ſimilib. Aut non fuit proteſtatus, & tũc nõ excuſatur à pœna, ſed de turbatione condemnabitur, niſi iuſta cauſa eum excuſet, vt ſupra dictum eſt in præcedenti Gl. Quantum tamen ad effectum huius interdicti, non attenditur propoſitum turbantis, ſi re ipſa & veritate inſpecta actor reperiatur turbat⁹ iniuſtè: quia pro ipſo ferenda erit ſententia, & rem cõdemnandus, vt infra dicetur.

2 Ex † quibus ſolet deciſi illa vulgaris & quotidiana quæſtio, de eo qui miſit laboratores in vineam ab alio poſſeſſam, an & ipſi, ſicut ille qui miſit, debeant condemnari de turbata poſſeſſione? Io qua quæſtione ſic cõcluſiuè diſtinguitur. aut illi laborantes ſciebant hanc vineam ab alio poſſeſſam quã ab ipſo mittẽte, & tunc quia participes ſunt & auxilium præſtantes, debent pariter cum mittente condemnari. arg. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi pub. & ſic notatur in l. liber hom. in prin. D. ad leg. Aquil. & l. ad ea. D. de reg. iur. Aut ignorabant illam vineam ab alio poſſideri, & credebãt quòd poſſideretur ab ipſo mittente, quia ille miſit qui hoc illis infirmabat, vel ab aliis ſic dicebatur: & tunc excuſantur. arg. in l. in rem. §. tignum. & ibi notatis. D. de rei ven. quam opinionem tenuit Gandin⁹, in ſuo libello maleficiorum, ſub rubrica de pœnis rigorum in genere, & idem ſecutus eſt Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. D. de iniur. pro qua ſententia facit l. ſi quis id quod. §. ſenui. D. de iuriſd. om. iudi.

Quid autem ſi tutor, vel curator, aut ſyndicus, vel procurator, alterius nomine turbauerit aliquem in poſſeſſione, an ipſe erit excuſatus? Diſtingue, vt habetur & notatur per Glo. & doct. in l. is qui in puteum. §. ſi tutor. & l. aut qui aliter. §. hęc verba. D. quod vi aut clam. & D. de pec. l. in ſumma. §. ſi dolo. & l. 1. §. hoc edicto. D. ne vis fiat ei. & cum ſimilibus fœit l. Polla. D. de his quib. vt indig.

SVMMA.

1 *Hoc interdictum perpetuò competit, pro eo vtile turbans facilius eſt legitimior pro cæteris domus intra annum.*

GLOSSA. X.

Fructus suarum. 1 Scire † debes quòd pro huiusmodi fructibus, & cæteris rebus quæ realiter peruenerunt ad ipsum turbantem, datur perpetuò hoc interdictũ cõtra eum. vt in l.1.§.1.D.vti poss.& l.1.in princ. & §.fi.cum l.seq.& l.idem est.in §.1. D.de vi & vi ar. Pro cæteris autem damnis quæ ad eum non peruenerũt, quæ passus est ipse turbatus, cõpetit hoc interdictum infra annum tantùm, à tempore turbationis numerandum. vt l.1.§.1.D.vti poss.& l. 1.§.annus.D.de vi & vi ar.

SVMMA.

1 *Turbans semper est in mora, etiam sine interpellatione.*

GLOSSA XI.

Admonuit & interpellauit. An ergo sit necessaria interpellatio? Puto quod non. 1 Quia † si ipsum turbare non debuit, nec consequenter fructus accipere & sæpe censetur esse in mora. arg.in l.fin.D.de cõdic.fur. ad quod facit l.1.§. rectissimè.& l.pen.D.de vi & vi ar.

SVMMA.

1 *Oblatio non excusat criminaliter conuentum, similiter autem, si non sit oblatio non sit integra ad refarcienda omnia damna.*

GLOSSA XII.

Restituat & restituat. Quid autem dices si non recusat desistere, ductus pœnitentia, nec restituere, sed ómnia facere se offerat, an erit absoluendus? 1 Ego † distinguerem sic. aut actum est contra eum criminaliter, & tunc pœnitentia eum non excusat. vt l. qui ex mente. cum similibus ibi notatis. D. de fur. Aut fuit actum ciuiliter, & tunc, si quidem offerat omnia integra, est audiendus & absoluendus. arg.in l. si reus paratus. cũ similibus ibi notatis. D.de procur. & l.fideiussor. D.de doli except. & Inst.de offic. iudi. §. fi. Aut non offert omnia, & tunc condemnandus est. arg. in l. fi. insulam. cum ibi notatis. D.de verb. ob. Ad quod etiam facit d.l.1. §.1. & §.fi. D.vti possid.

GLOSSA XIII.

Quare cum prædicta. Hæc est cõclusio libelli, ad quã semper omnia sunt reducenda, vt alias dixi.

SVMMAE.

1 *In hoc iudicio turbatæ possessionis reus est condemnandus in quatuor.*

2 *In hoc iudicio non potest de dominio cognosci, nisi ad condemnandam possessionem.*

3 *Cum actor probat de possessione, reo cere debet, licèt reus probet de dominio ex Bartoli æquare sententia contra Dyni æquam opinionem.*

4 *Reus probatis de dominio venit absoluendus in hoc iudicio, ex Dyni sententia. Multo magis vincere debet qui dominium & possessionem probat.*

5 *Cum pares sunt vtrinque probationes, fundus diuidi debet inter actorẽ & reum, ex Bartoli sententia.*

6 *Varij casus, quibus possessorium & petitorium coniungi possint.*

7 *Possessorium triplex est, adipiscendæ, recuperandæ, retinendæ.*

8 *Petitorium cumulari potest cum possessorio in casibus in quibus cumulationem non impediunt iura. Actor petitorio asserit adversarium fuisse possessorem: agens vero pos-*

rò poſſeſſorio ſeipſum, & ſpoliatus, ante omnia, venit reſtituendus.

9 *Cùm petitorium & poſſeſſorium cumulantur, index pronunciare debet ſuper eo de quo ei liquet.*

10 *Sententia lata in interdictis adipiſcendæ vel retinendæ, parit exceptionem in petitorio. At non in recuperandæ.*

11 *Quando vterque actor & reus contendunt de dominio & poſſeſſione, ſimul vel ſeparatim prius cognoſcendum eſt de poſſeſſorio quàm petitorio.*

12 *Poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt cumulari cum petitorio regulariter, antequam concluſum ſit in cauſa petitorij.*

13 *Diſtinctiones hîc traditæ, ad eãdem rationem ad quam ſuperiores, reuoluuntur.*

14 *Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, ideoque proponi debet ante litem conteſtatam.*

15 *Ob exilium iuſtitiæ ab aula principum, omnes ordines turbantur in ſua poſſeſſione.*

GLOSSA XIIII.

AD ceſſandum & deſiſtendum.

1 Hic † notandum quòd quatuor principaliter fieri petuntur, in quibus reus per iudicẽ cõdemnãdus eſt. Primò videlicet q̃ ceſſet à turbatione. ſecundò, quòd in futurum nõ turbabit nec moleſtabit ipſum poſſeſſorem. tertiò, quòd ſatisfiet de obſeruatione promiſſorum. Quartò, quòd reſtituat omnia ablata, & damna illata. vt hæc habentur & notãtur in l. pen. D. de aqua quot. & eſti. & notatis per Bar. in l. 1. §. interdictum hoc autem. D. vti poſſ.

2 Sed † an actor poſſit petere pronũciari ſe dominũ? Puto breuiter quòd nõ. licèt enim (vt dictũ eſt) poſſit incidenter de iure dominij probare, ad coadiuuandũ vires interdicti propoſiti quo ad obtinendum victoriam ſuper ipſo, nõ tamẽ auditur in modum agendi principaliter, petendo ſe declarari & pronunciari dominũ, ppter repugnantiã quæ inſurgeret iſto caſu. Nã ex ea parte qua peteret ſe dominũ declarari, fateretur aduerſariũ poſſidere: quia duo ſunt extrema in rei vẽdicat õe, videlicet dominium agentis, & poſſeſſio ex parte conuenti. vt l. 1. C. de alien. iudi. mu. cauſa fac. ſicéque datur contra eum qui detinet vel poſſidet. vt l. officium. & l. in rem actio. D. de rei vend. Ex ea autem parte qua intentat hoc interdictũ, dicit ſe poſſeſſorẽ, ideóq; tanquam contrarius non eſſet audiendus. vt l. 1. C. de fur.

3 Quid † igitur ſi de dominio quæratur incidẽter, propoſito interdicto. verbi gratia, actor probauit in hoc interdicto poſſeſſionem ex parte ſui, & turbationem ex parte aduerſarij, aduerſarius liuor reus probauit de eius dominio. quæritur quis eorum debeat obtinere? Et videtur quòd ipſe reus, qui de dominio probauit, per regulam, Dolo facit. D. de reg. iur. & l. dolo. D. de doli. except. quæ regula procedit in poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis, vt notatur per Gl. in l. fũ de vi. D. de iudi. Et hãc opinionem ſequũtur Dy. in regula, Qui ad agendum de reg. iur. & Cyn. in l. incerti. in fin. Cod. de interdictis. Sed Bart. in l. naturaliter. §. nihil (vbi plenè tractat de hac materia) tenet contrarium. & in d. l. ſi de vi. & hoc per textum & Gl. in l. ſi de eo. §. fin. D. de acquir. poſſ. Ego credo quòd opinio Dyni & Cyni ſit æqua. ſed opinio Bartoli eſt æquior, vt

compescatur audacia turbantium, & ne quis in sua causa ius sibi dicat auctoritate propria. licèt optimo Dyni, ad diminuendas lites pertineat. vt l. quidam existimauerunt. D. si cer.pet.& in c.1.in princ.ext. de appel.lib.vi.

Qualiter igitur iudex pronunciabit inhærendo opinioni Dyni, quia supra diximus, quòd nõ pót pervere se ꝓnunciari dominũ? 4 Respõdeo, † q̃ iudex absoluet reũ ab interdicto ꝓposito, ea ratione adiecta, qa ipse reus ꝓbauit se dominũ. & sic nõ principaliter sed cõsecutiuè declarabit super dominio. Et hoc procedit eo casu quo rꝰ nil de possessione probauit. Quid igitur si vterque pariter de possessione probauerit, sed alter de dominio etiã probauit, quis eorũ obtinet? Certè dicendũ est quòd hoc casu, multò fortius quã in præcedẽti, obtinere debet ille qui de dominio ꝓbauit, vel quasi dominio, vel alio legitimo titulo, vt determinant doc. in l.1.C. vti poss.& Bart.in d.l.si duo.in prin. D.eo.ti.& in d.l.si de eo.§.fin. D. de acquir. poss. & in cap. licet. ext. de probat.

5 Sed † quid erit si eius probationes sunt vndique pares super possessione, & nullus probat de dominio, nec de aliquo titulo, vel omnes probãt de equali titulo, qualiter pronũciabit iudex? Dicit Ia.Bu.in l.1.C.vti poss.quòd iudex pronũciabit, Vti possidetis ita possideatis, & vlterius (ad euitãdũ rixam) præcipiet partibꝰ sub certa pœna, quòd ad ipsã possessionẽ nõ accedãt. arg. in l.equissimũ & l.Proculus.§.si inter duos. D.de vsufru. Quam opinionem sequuntur communiter Doctores, vbi supra. Barto.autem in d.l. si duo. in princ. dicit, quòd iudex debet facere diuisionem possessionis. arg. in l.fin. D.vti poss.& l. si Fortidianum fundũ C. de lega. Quã opinionẽ recitat Innoc.in c.licet.ext.de proba.in Gl. pen.& eam reprobat, quia hoc non est ab aliqua parte in processu petitum, sicque iudex non potest nec debet de eo pronunciare nec iudicare. arg. in l. vt fundus. D. communi diui. & in c. licet hely.ext. de symo. Esset ergo bona cautela, si dubitaretur ab actore vel reo de paritate probationum, quòd peteretur diuisio possessionis, in casu in quo contingeret pariter per vtrumque probari de dominio & possessione vel titulo. Quæ procedere habent quando probationes sunt pares circa eandẽ speciem seu qualitatem possessionis. Vbi autẽ proprietio respiceret diuersas species possessiõnis, quia vnus probaret de sua ciuili, alter de sua naturali possessione, tunc (secundùm Innocen. vbi supra) iudex pronunciabit hoc modo, *Pronuncio te Gaium possidere naturaliter, & te Titium possidere ciuiliter, & hoc ideo, quia sic inuenio vos possidere, vti possidetis ita possideatis.*

6 Ad † pleniorem tamen omnium prædictorum doctrinam reuoco in dubium, an petitorium & possessorium possint simul concurrere? De quo pleniſſimè per Barto. in d.l. naturaliter. §. nihil cõmune. D.de acquir.poss. Die plenius & clariùs quã pse, distinguendo duos casus principales. Aliquãdo enim ista duo remedia proponuntur eodem tempore, aliquando diuersis temporibus. Primo casu subdistingue alios tres articulos, nam quandoque vnus & idẽ simul & eodẽ tẽpore in eodẽ libello

libello proponit petitorium & possessorium, & eius aduersarius simpliciter se defendit negando contenta in libello esse vera: quandoq; ambo tam actor quàm reus simul & eodem tempore in eadem instãtia proponit petitorium & possessorium, asserentes omnes se dominos & possessores: quandoque eodem tempore vnus proponit petitorium alter possessorium tantùm. Secundo casu principali, cùm ista iudicia diuerso tempore proponuntur. dic quòd hoc potest contingere quatuor modis. Nam quãdoque vnus & idem proponit primo petitorium, secundo loco possessorium: quandoque econtra ipse idem primo proponit possessorũ, secũdo loco petitorium: quãdoque quis primo proponit petitorium, & eius aduersarius secũdo loco possessorium: quãdoque econtra quis proponit possessorium, & eius aduersarius secundo loco proponit petitorium. de quibus omnibus inferius per ordinem declarabitur.

7 Rursum † pro euidentia sciendum est quòd triplex est possessorium. nam quoddam est possessorium adipiscendæ possessionis. de quo loquitur l.1. D. quorum bon. & l.1. D. quorum leg. quoddam est possessorium recuperãdæ possessionis. de quo loquitur l.1. D. de vi & vi ar. & l.1. C. vnde vi. & c. fæpe. ext. de rest. spol. cum similibus. quoddã est possessorium retinẽdæ possessionis. de quo hîc loquimur, & habetur in l.1. D. & C. vti poss. Quæ singula vide clarius infra. de interdic. §.1. & seq. & D. de interdic. l.2. §. hæc autem interdicta.

Redeamus nunc ad propositam materiam. & assumo primum generalem articulum, qui fuit quãdo vnus & idem simul & eodem tempore & in eadem petitione ponit vtrunque iudicium tam petitorium quàm possessorium. 8 In † quo articulo, licèt sint variæ opiniones doc. (vt refert Cyn. in d.l. incerti. C. de interdic. & Bart. in d. §. mihi) tamen, secundum eundem Bar. sic distingue. Aut quis simul proponit possessorium adipiscendæ, aut possessorium recuperandæ. Primo casu subdistingue. aut vtrunque iudicium proponitur pro re corporali, vt puta fundo, aut pro re incorporali, puta seruitute, iurisdictione. Si pro re corporali, tunc aut vtrunque proponitur respectu vnius & eiusdem qualitatis possessionis, vt puta respectu ciuilis tantùm, vel naturalis tantùm possessionis. & tunc nõ possunt ambo iudicia cumulari in modum agẽdi, tum ratione contrarietatis quæ inde insurgeret, vt suprà dictum est: quia per petitorium asserit aduersarium possidere. vt l. qui petitorio. & l. is qui destinauit. D. de rei vẽdic. & l.1. C. de alien. iud. mu. cau. fac. & per possessorium asserit seipsũ possidere. vt l.1. in prin. §. hoc interdictum. D. vti poss. quæ inter se constat esse contraria. argu. in l.3. §. ex contrario. D. de acquir. poss. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. D. commod. licèt in modum excipiendi hoc casu admittãtur probationes super dominio, vt quis melius possit obtinere in hoc interdicto, vt suprà dixi. Aut petitorium & possessorium intentantur respectu diuersarum qualitatum possessionum, vel alio diuerso respectu. vt puta si proponitur petitorium ratione naturalis possessionis apud aduersarium existentis, &

possessorium ratione ciuilis rei ẽtis apud actorem. vel si proponitur petitorium ratione detentationis apud aduersarium existentis (vt sunt depositarius,& cõmodatarius. & similes)& possessorium ratione ciuilis & naturalis turbatæ existentis penes turbatum. vt l. officium: D. de rei ven. & tunc admittuntur concursus amborum. vt in d. §. nihil. secundùm vnam lecturam, & notatis in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.D.de acquir.poss.& quia nulla regula impediens cumulationem repugnat huic petitioni. Quod multum nota. quia quotidie occurrit & poterit sustineri multiplex libellus.qui prima facie videretur vitiosus. Secundo casu, cùm vtrunque iudicium proponitur pro re seu iure incorporali, verbi gratia pro iurisdictione vel seruitute, tunc semper concursus vtriusque tam petitorii quàm possessorii sustinetur & admittitur, etiam respectu eiusdem qualitatis possessionis.Nam siue intentetur confessoria, quę competit tam possidẽti quàm non possidenti (vt habetur in l. & si forte.§.sciẽ lũ. & l.si quis diuturno. & l.sicut. §. si quæratur.D.si seruit.ven & l.vtilitati. §.fi.D.si vsusfru.pet.) siue intẽretur interdictum.Vti possidetis, quod etiam pro iuribus incorporalibus cõpetit (vt l.sicuti.§.aristo. in fi. D. si ser. vend. & l. pen. D.de seruit.) non ideo in hoc petitorio & possessorio viget aliqua repugnantia. ideo hoc casu vtriusque concursus admittitur.De hoc vide textum in cap. ecclesia sutrina, ext.de causa poss. & propriet.Venio ad alium articulum de quo supra dixi, quando eodem tempore proponitur simul possessorium adipiscendæ possessionis cum petitorio.in quo casu dic,quòd aut iuris dispositione habet locum electio (vt in casu l.fi. C. de codic.) & tunc non admittitur concursus nec cumulatio. aut nõ habet locum electio,& tunc vtriusque concursus admittitur.vt notatur per gl.& doc. in l.si de vi.D.de iudic.& in c.pastoralis. ext. de causa poss. & propriet. quia hoc casu cessat omnis regula cumulationem impediens contrarietatem inducens. Descendo ad alium articulum, qui est quando eodem tempore proponitur possessorium recuperandæ possessionis simul cum petitorio. Et tunc (secundum omnes) admittitur concursus. quod verum est quando ab eodem proponuntur: quia nulla regula est hoc impediens.vt probatur in l.cùm fundum. D. de vi & vi ar. & in c.sæpe.ext.de restit. spol. & quod habetur & notatur in c.1.& 2.ext.de causa poss. & propriet. & in c. pastoralis.eod. tit. & supra dixi in præcedenti.

An autem in hoc casu,quo vtrunque simul proponitur, teneatur iudex super vtroque pronunciare? Videtur quòd sic.per textum in c.cùm dilectus. ext. de causa poss. & propriet. In contrarium facit l. si de vi, D.de vi. 9 Breuiter † dic,quòd aut iudici liquet de vtroque, & tunc super vtroque debet pronunciare. vt d. c. cùm dilectus.aut sibi liquet de possessorio tantùm, & tunc de eo solo pronunciat. vt d. l. si de vi. secundùm primam lecturam. Quam distinctionem approbat glo.in cap. 2 ext.de causa poss.& propriet.& Ianno.in cap.bonæ el. 2. ext. de postu. præl. & in cap. querelam. ext. de elec.

lec. vbi vide.

Et nota (secundùm eum) quòd si iudex solùm pronunciauerit super petitorio, absoluendo vel condemnando, quòd ille qui succubuit, vlterius super possessorio non auditur. Sicque (secundùm eum) sententia lata in petitorio nocet in possessorio. Quam opinionem sequitur glo. in l. 2. §. quædam. D. de interdic. alibi tamen glo. determinat oppositum in l. incerti. C. de interdic. Pro quarum opinionum concordia Dy. sic distinguit. in c. qui ad agendum. de reg. iuris. lib. vi. 10 Aut † est tale possessorium quod excluditur per exceptionem dominii (vt est possessorium adipiscendæ & retinendæ possessionis) & tunc procedit opinio Inno. & glossæ in d. §. quædã. Aut est tale possessorium quod non excluditur per exceptionem dominii (vt est possessorium recuperandæ possessionis) & tunc procedit alia opinio glossæ posita in dicta l. incerti. Sed quomodo cognoscetur quòd petitorium simul cum possessorio fuerit intentatum? Dic vt supra dixi, in titulo præcedenti. & traditur per Inn. in c. cùm ecclesia sutrina. in prin. ext. de causa poss. & propriet. & per glo. in c. inter dilectos. ext. de fide instru. in glo. super verbo *pertinere*. *Sup. pag. 795. gl. 7.*

11 Alius † articulus est, quando vterque, scilicet actor & reus, simul & eodem tempore proponunt petitorium & possessorium, & sic vterque dicit se dominum & possessorem. & tunc siue sit possessorium retinendæ vel adipiscendæ vel recuperandæ possessionis, dicendum est (secundùm omnes) quòd non cognoscitur super petitorio donec priùs cognitum fuerit super possessorio, tam ratione ordinis, quàm contrarietatis ratione. vt l. 1. §. hoc autem. D. vti poss. & D. de iudic. l. inter litigatores. & l. si de vi. & notatis per glos. & doct. in d. l. incerti. C. de interdic. & per Bart. in d. §. nihil. in vltima combinatione.

Alius est articulus, quãdo eodem tempore vnus proponit petitorium & alter possessorium. in quo casu dic, quòd siue sit possessorium recuperandæ, prius de eo cognosci & pronunciari debet, antequam de petitorio audiatur: quia casus spoliationis est priuilegiatus, vt supra dictum est, & sic ratione ordinis præferendus. vt in c. 1. & 2. cum multis similibus. ext. de causa poss. & propriet. siue sit possessorium adipiscendæ, & idem, tam ratione contrarietatis euitandæ, quàm ratione ordinis seruandi. siue sit possessorium retinendæ. & idem similiter, per eandem rationem nisi esset diuersitas in qualitate possessionis, vt supra dictum est, & notat Bart. in d. §. nihil. in sexta combinatione.

Nunc autem condescendo ad secundum principalem articulum qui est quando diuerso tempore & successiuè ista duo iudicia, petitorium & possessorium, proponuntur. Qui articulus subdiuiditur in quatuor alios articulos, quorum primus in ordine fuit, quando vnus & idem primò proponit petitorium, secundò possessorium coram eodẽ iudice & in eadem instantia. 12 In † quo sic distinguitur: aut est possessorium adipiscendæ possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. Primo casu considera. aut ista duo iudicia, scilicet petit-

torium & possessorium, ita se habet quòd electione tolluntur (vt est exemplum in l.fi. D. de codic.) & tunc proceditur solùm super petitorio, & cessabit possessorium. vt d.l. fi. Aut non tolluntur electione (quod est regulare) & tunc aut tempore possessorii intentati nondum erat conclusum in petitorio, & tunc admittitur vtriusque concursus, & accumulantur, secundùm ea quæ notantur per glo. in l.fi de vi. D. de iudic. Aut erat iam conclusum super petitorio, & tunc non auditur super possessorio, nisi ex magna causa hoc iudici apparebit. vt hęc probantur in c. pastoralis. ext. de causa poss. & proprie. Et hæc de iure canonico, licèt, secùndùm Bar. aliud fortasse de iure ciuili esset dicendum. In secundo autem & tertio articulo dic per omnia, vt supra dictum est in alio articulo, quando vnus & idem simul eodem tempore ista duo iudicia proponit.

13 Alius † autem est articulus econuerso ad proximum precedentem, videlicet quando vnus & idem primo proponit possessorium, & alius secundo loco proponit petitoriũ. In quo sic distinguitur: aut fuit possessorium adipiscendæ, aut recuperandæ, aut retinendę. Primis duobus casibus, dic per omnia vt supra dictum est in primo & secũdo principali articulo. In tertio autẽ casu, qui est retinendæ, distingue. aut ista ambo iudicia intentantur respectu iuris incorporalis, & dic vt supra dixi. aut respectu iuris corporalis: & tunc aut agitur diuersis respectibus possessionis, & simul concurrunt: aut eodem respectu. & tunc aut petitorium intentatur secundo loco, ratione possessionis quam dicit se post intentatum petitorium perdidisse, aut ratione possessionis quam dicit se perdidisse ante possessorium intentatum. Primo casu aut dicit se perdidisse ante litem contestatam super possessorio, & tunc videtur renunciare possessorio. aut post litem contestatam, & tunc procedit vtrũque iudicium. Ratio est quia possessorium retinendæ datur ei qui tempore litis contestatæ possidebat. vt Instit. de interdic. §. hodie & l.i. D. vtrobi. In secundo autem casu, proponendo petitorium videtur renũciare possessorio. vt probatur ex his quæ notantur in d. §. nihil. in 3. lectura. In tertio verò articulo, qui est quando vnus primo proponit petitorium, & secundo loco eius aduersarius proponit possessorium, distingue. aut proponit possessorium recuperandæ, aut adipiscendæ, aut retinendæ. Primo casu, verbi gratia, egi contra te rei vendicatione, tu verò postea agis contra me interdicto, Vnde vi, quo casu distinguitur. aut agis contra me possessorio recuperandæ, quia tu dicis te spoliatum post iudicium per me super petitorio intentatum, & tunc super vtroque tam petitorio quàm possessorio cognoscitur. vt l. Si cõstiterit. C. fi. regund. aut agis ratione violentiæ illatæ ante petitorium intentatum, & tunc aut vtrunque iudicium proponitur diuersis respectibus. vt puta si ago contra te petitorio quia ciuiliter possides, tu autem possessorium intentas dicens te sola naturali possessione spoliatum, & tunc vtrũque procedit iudicium. vt d. §. nihil, secundùm vnam lecturam. Aut proponitur eodem respectu, verbi gratia, vel

gratia, vel ratione ſolius ciuilis poſſeſſionis, vel ſolius naturalis. & tunc aut poſſeſſorium proponitur ante litem conteſtatam ſuper petitorio, aut poſt. ſi ante, præfertur poſſeſſorium ipſi petitorio, quia cauſa ſpoliationis eſt in hoc priuilegiata. vt l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi. & l. i. C. ſi per vim vel alio modo. & in c. ſæpe. ext. de reſtit. ſpol. & in c. 2. ext. de cauſa poſ. & proprietat. multis ſimilibus. Quæ etiam habent locum ſi ipſe in initio petitionis fuerit confeſſus ſe poſſidere, maximè quia ante litem conteſtatam licet reſponſionis pœnitere. vt l. is qui ſe obtulit. D. de rei ven. Si verò poſt litem conteſtatam in petitorio proponatur poſſeſſorium, tunc aut ipſe reus in iudicio petitorio ſe poſſidere reſpondit, & tunc repellitur, nec auditur ſuper poſſeſſorio, quaſi ſit ſibi ipſi contrarius. vt l. i. C. de furtis. Aut non reſpondit ſe poſſidere, quia fortè non fuit de hoc interrogatus. & tunc ſuper poſſeſſorio auditur, & ſuper vtroque procedetur. nec erit hoc caſu ſpoliationis cauſa priuilegiata. 14 quia ¶ exceptio ſpoliationis eſt dilatoria. vnde debuit opponi ante litem conteſtatam tam in modum agendi quàm excipiendi. arg. in l. fin. C. de excep. & l. exceptionem. C. de proba. & probatur per textum in cap. 1. ext. de reſtit. ſpol.

Quis autem ſit effectus conuentis petitorio, & reſpondentis ſe nõ poſſidere, notatur per gloſ. in l. ſi à te. §. 1. D. de excep. rei iudic. Secundo caſu quãdo proponitur poſſeſſorium adipiſcendæ. & tunc ambo iſta iudicia petitorii & poſſeſſorii proponuntur diuerſis reſpectibus, & tunc omnium amborum admittitur concurſus. vt probatur ex his quę dicta ſunt. aut eodem reſpectu: & tunc aut reus proponit poſſeſſorium, ante litem conteſtatam ſuper petitorio. & tunc præfertur poſſeſſorium & ſuperſedetur in petitorio. Et huius eſt euidẽs ratio, quia reus tali poſſeſſorio intentato negat ſe poſſidere, ergo, &c. vt l. ſi. D. de rei vend. Aut illud proponit poſt litem conteſtatam in petitorio, & tunc diſtingue. aut ipſe reus priùs reſpõdit ſe poſſidere. aut nil reſpondit vt ſupra dixi. Tertio autem caſu, quãdo proponitur poſſeſſorium retinẽdæ, tunc ſubdiſtingue. aut enim proponitur diuerſis reſpectibus, & tunc admittitur vtriuſque concurſus, quia nulla reperiuntur repugnantia, vt prædixi: aut proponitur eodem reſpectu, videlicet reſpectu eiuſdem qualitatis poſſeſſionis. & tunc aut agens petitorio aſſerit ſe poſſidere eadem qualitate poſſeſſionis ante intẽtatum poſſeſſorium, & tunc ſuſpenditur petitorium & ſuper poſſeſſorio tantùm proceditur. Et eſt ratio quia agẽs eſt ſibi contrarius, vt aliàs dixi, & quia ratio ordinis hoc requirit, & etiam quia videtur renunciatum petitorio aſſerendo ſe poſſidere. vt d. §. nihil. ſecundùm tertiam lecturam. aut aſſerit ſe poſſidere ea poſſeſſione quã ſibi quæſitam dixit poſt petitorium intentatum, & tunc admittitur cõcurſus vtriuſque. arg. d. §. nihil, ſecundùm quartam lecturam. quam ſententiam ſequitur Bar. ibi. in quarta combinatione. Circa quartum articulũ, qui eſt econtra ad præcedentia, videlicet quando vnus primo proponit poſſeſſorium & alius ſecundo loco proponit petitorium, diſtingue ſecundùm Bor. vbi ſupra.

in sexta combinatione. Aut fuit possessorium recuperandæ, aut adipiscendæ possessionis, aut retinendæ. Primo casu, die quòd aut petitorium proponitur in modum agendi, & tunc præfertur possessorium, & cessat petitorium, tum quia intentans possessorium tale negat se possidere, ergo petitorio non tenetur. vt l. qui petitorio. D. de rei vend. & l. fin. tum quia spoliationis causa, tanquam priuilegiata, petitorio antefertur. vt l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de vi. & l. 1. C. si per vim vel alio modo. & d. c. sæpe. cum similibus suprà allegatis. Aut petitorium proponitur in modum excipiendi. & tunc aut ille qui priùs proposuit possessorium patitur & consentit super petitorio cognosci, & tunc imputetur sibi, & hîc de vtroque cognoscetur, vt suprà dixi, aut cõtradixit, petens ante omnia se ad possessionem restitui. & tunc super petitorio silentiũ imponitur, & de solo possessorio cognoscitur. vt hæc probantur in d. c. 1. de restit. spol. cum similibus. Alio autem casu cùm intentatur priùs possessoriũ adipiscendæ, tunc subdistingue. aut petitorium secũdo loco intentatur diuerso respectu à possessorio, aut eodem respectu. primo casu admittitur amborum concursus. secundo casu non: quia tunc negat se possidere. nisi fortasse conueniretur ratione possessionis postea per eum quæsitæ, vt dictum est suprà. In tertio verò casu, quãdo primò fuit propositum possessorium tantùm retinendæ possessionis, tunc distingue. aut iste qui proposuit secundo loco petitorium agit diuerso respectu à possessorio, & tunc super vtroque cognoscitur, nec inuicem se impediunt. aut agit eodem respectu, & tunc non concurrunt sed se impediunt, & priùs de possessorio cognoscitur tam ratione contrarietatis quàm ratione ordinis. & hoc etiam modo potest intelligi d. l. incerti. C. de interdic. & erit valde facile iuditi de possessorio cognoscere, quia ille qui intentauit petitorium videtur possessorio renunciare, vt dictum est.

Ex quibus omnibus sic conclusiuè collectis habes perfectam materiam turbatæ possessionis, quæ quàm frequens sit modernis temporibus angitur spiritus referre & audire. 15 Videmus† enim persæpe turbari statum Imperii, Regum, Ducum, Marchionum, & Comitum, statũmque ciuitatum, prouinciarum, nobilium, mediorum & inferiorũ. Quarum quidem turbationum materia & causa principalis est triplex, videlicet superbia, inuidia, & auaritia. quæ vitia compescere habet constans iustitia, si virtus eius locum haberet in principum curia seu aula. sed proh dolor exulauit à patria.

SVMMA.

1 *Turbator alienæ possessionis ad fructuum restitutionem tenetur.*

GLOSSA XV.

Fructus antè dictos. 1 Certum† nanque est in iure, turbatorem & spoliatorẽ alienæ possessionis ad fructuum restitutionem teneri. vt probatur in l. 1. §. ex die, cum ibi notatis. D. de vi & vi ar. & l. videamus. §. in Fauiana. D. de vsuris,

GLOS.

GLOSSA XVI.

Qve omnia. Hanc clauſulam cũ ſequenti declara, vt aliàs ſcripſi in primo libello.

FORMA LIBELLI pro legato rei ſingularis.

TITVLVS XLVII.

QORAM vobis D. B. Poteſtate, agit, & in iure proponit Verulfus de Verulfis Cancellarius domini Marchionis Montisferrati, contra & aduerſus Simonem Cicollelum, olim Cancellarium prælati domini, & contra quamcunque aliam perſonam pro eo, & eius nomine in iudicio comparentem.

I. Dicẽs ipſe Verulfus, quòd quondam Henricus de Cerexeuico in ſuo vltimo teſtamento legauit eidem Verulfo domum vnam, poſitam in Montecaluo, cui cohæret, &c. præſcriptúmque Simonem ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, hac clauſula in teſtamento appoſita & adiecta, videlicet, Quòd ſi ipſum teſtamentum non valet, vel valebit iure teſtamẽti, valeat & valere debeat iure codicillorum. & ſi non valet vel valebit iure codicillorum, valeat vel valere debeat iure donationis cauſa mortis, & cuiuſcunque vltimæ voluntatis, prout melius valere poterit & poteſt, prout hæc & alia latiùs in dicto teſtamento habentur & continentur, rogato & tradito per Io. de Vago notarium.

II. Dicit quoque & exponit quòd prætatus Simon, licèt ſæpius requiſitus, tradere & relaxare dictã domum ipſi Verulfo, hucuſque recuſauit, & adhuc hodie recuſat.

Quare cùm prædicta vera ſint, petit & requirit prædictus Verulfus à vobis domino B. antedicto, quatenus per veſtram diffinitiuam ſententiam condemnetis, & cõdemnatum iuris remediis compellatis ſupraſcriptum Simonem, ad tradendum & relaxandũ ſupraſcripto Verulfo domum antedictam, ſimul cum fructibus à tempore mortis dicti Henrici, per eum habitis & perceptis. & etiam cum expẽſis vniuerſis

præsentis litis,tã factis quàm fiendis,cæteríque damnis & interesse passis,& in futurum patiendis. de quibus protestatur,vt liquidabitur in processu.

Et prædicta petit per vos fieri,&c. Saluo iure addendi, &c. Deducendo in præsenti iudicio,&c. Non tamen se astringens,&c.

SVMMAE.

1 *Variæ sunt legatorum genera:quædam semel tantùm præstanda, quædam annua,menstrua,diurna. Item legata vsusfructus, seruitutis, dotis, vini, tritici, olei, fundi instructi,instrumenti, peculij, pecuniæ, supellectilis, alimentorum,auri argenti, liberationis, optionis. de quibus omnib⁹ seperatim dicetur.*

2 *Legata & fideicommissa particularia sunt exæquata.*

3 *Hæreditate legatis exhausta, quarta Falcidia de iis detrahitur ab hærede,iure instituto onus habenda.*

4 *Etiam succedens ab intestato detrahit Falcidiam de legatis.*

5 *Falcidia non potest detrahi in vna re sola,seruo in Trebellianica.*

6 *Falcidia non detrahitur si hæres non fecerit inuentarium,nec de legatis pius & si testator detrahi prohiberit,quod potest: At Trebellianicum non potest.*

7 *Sex modis legata fieri, puræ, in diē, sub conditione, sub modo, sub demonstratione,sub causa.*

8 *Res testatoris puræ legatæ dominio recta via transit in legatarium, à morte testatoris.*

9 *Res legata in diem certum vel incertum non transit dominium, nec admittitur petitio, ante dui euentum.*

10 *Res legata sub conditione non transit dominium,nec admittitur petitio,ante conditionis euentum, nisi propter impossibilitatē habeatur pro non apposita: aut propter culpam aduersarij pro impleta. post quam culpam non est locus pœnitentiæ: nisi vno casu.*

11 *Legatum sub modo impossibili pro puro habetur. Legatum verò sub possibili modo,qui sit causa finalis legati, peti potest præstita cautione de eo implendo, at cùm modus est causa impulsiua, nec est implendus,nec cautio præstanda.*

12 *Legatum sub demonstratione mox peti potest, siue demōstratio sit vera,siue falsa,si de corpore rei legatæ constet.*

13 *Legatum sub causa falsa conditionaliter posita non valet: si tensiuè sit posita, valet, nisi testator aliàs non fuisset relicturus.*

14 *Legatarius transmittit ad suum hæredem legatum purum, mox à morte testatoris.*

15 *Legatum in diem certum, vel quæ omnino extitura est in vita legatarij statim cedit & transmittitur à morte testatoris. Alioquin cedit & transmittitur post diei cuius duntaxat.*

16 *Conditio quæ tacitè inest non facit legatum conditionale, sed est purum,fallit vno casu.*

17 *Legatum sub conditione necessaria, quæ omnino extitura est in vita legatarij, cedit mox à morte testatoris. At si non est certum quòd extitura sit vino legatario, cedit conditione existente. Idem si con-*

ſi eundem ſit cauſalis.

18 *Alia diſtinctio, quæ in ſuperiorem recurrit.*

19 *Facultas implendi conditionem non tranſit in hæredem hæredis vel legatarij.*

20 *Si hæres legatarij poſſit implere modum, facultas implendi in eum tranſmittitur.*

21 *Cauſa adiecta legato intelligitur ad iecta per modum modi, cùm diſpoſitio teſtatoris poteſt procedere ſine implemento cauſæ. ſin minus, intelligitur adiecta per modum conditionis.*

22 *Valet legatum vel inſtitutio ſub conditione,* Si in tali loco moratur.

23 *Idem ius ſtatuitur cùm teſtator legat rem ſuam, aut rem hæredis ſui.*

24 *Legatum rei alienæ ſciens factum, valet. Idem ſi ignorans factum ſit perſonæ coniunctæ.*

25 *Legans rem communem, in dubio no tantum quod in ea habet legare videtur.*

26 *Legatum rei legatarij non valet.*

27 *Latini rei legatæ pignori obligatæ pertinet ad legatarium, ſi fuerat obligata ante teſtamentum, & teſtator ignorabat. Niſi in duobus caſibus. Si ſciebat, pertinet ad hæredem. Idem ſi fuerit obligata poſt teſtamentum.*

28 *In facto proprio præſumitur ſcientia, in alieno ignorantia.*

29 *Teſtator rem legatam alienando ex cauſa lucrativa, vel ex cauſa voluntaria, videtur legatum revocare.*

30 Meum, ſuum, *denotant dominium vel quaſi, quandoque tantum detentionem.*

31 *Legatarius tenetur ſolvere cenſum rei legatæ futuri temporis, hæres præteriti.*

32 *Pro legato tres competunt actiones, vendicatio, actio ex teſtamento, hypothecaria.*

33 *Legata ab inſtituto in dubio non cenſentur repetita à veniētibus ab inteſtato, niſi clauſula codicillaris appoſita ſit teſtamento. At à ſubſtituto repetita videntur.*

34 *Conditio, dies, diſpoſitio, qualitas, clauſula, in iure quandoque repetita intelliguntur, in inſtitutionibus, legatis, ſubſtitutionibus, teſtamento, codicillis, oratione, capite.*

35 *Hæres in mora ſolvendi legatum, fructus & uſuras præſtat & hæreditate privatur, ſi condemnatus intra annum non ſolvat.*

36 *Hæres ſuſpectus dilapidationis, cogi poteſt cavere de legato ſolvendo adveniente die vel conditione. Cogi poteſt & hæres rogatus reſtituere, niſi pater, vel frater.*

37 *Hæres de legatis poteſt quartam Falcidiæ detrahere. ſed in eā multa imputas.*

38 *Rupto teſtamento per præteritionem vel exhæredationem, legata nihilominus debentur, niſi non adeatur hæreditas.*

39 *Etiam de iure antiquo legata debentur ex teſtamento nullo vel rupto per præteritionem vel ex hæredationem, cùm in eo eſt clauſula codicillaris. Secus ex teſtamento nullo, defectu ſolennitatis: ſolita tamē ſcienter non repetuntur.*

40 *Pluribus rebus legatis ſub nomine diſtributivo, poteſt una agnoſci & alia repudiari. Niſi repudiata unus ſit annexum, reſpiciens ſaltem hæredē aut alterum. Secus*

sub nomine collectiuo.

41 *Annua, mensirua, diurna legata, & per stipulationem debita, non transeunt in hæredes legatarii vel stipulatoris. Secus cùm vnius legati solutio diuisa est per annos, exonerandi hæredis gratia.*

42 *Stipulatio annua simplex, non relata ad vitam stipulatoris, transit in hæredem, nisi facta sit in causam alimentorum.*

43 *Constitutio pensionis annuæ, loco precij, ex causa venditionis, valet omni iure. Non ex causa mutui, quia sit in fraudem vsurarum.*

44 *Legatum vel stipulatio, cùm dies adiicitur causa demonstrationis, statim locum habent, & res peti possunt, quanquam iudex ex officio possit decem dies ad soluendum indulgere.*

45 *Cùm dies adiicitur legato vel stipulationi, differendæ solutionis causa (vt sit regulariter) quandoque in triẽr, quandoque in fine temporis solutio fieri debet, vt hic distinguitur.*

46 *Cum dies adiicitur limitandæ obligationis causa, statim solutio fieri debet.*

47 *Annua debita, cùm tempus adiicitur dispositiuum, debentur in principio temporis: cùm executioni in fine.*

48 *Debitum per tempora diuisum, exonerandi debitoris causa, in fine temporis solui debet.*

49 *Debitor vrgeri non potest ad solutionem, antequam creditor impleuerit id ad quod tenetur.*

50 *Cùm tot fructus legantur vel promittuntur, si fundi mentio dispositiuam adiiciatur designationis causa, (vt cùm ex eo fundo nulli nascantur, debentur. secus si adiiciatur, limitandæ obligationis causa.*

51 *In hoc legato.* Lego tot fructꝰ qui nascẽtur ex tali fundo, *relatiuum qui limitat obligationem, & conditionem facit.*

52 *In legato tot fructuum ex certo fundo pluries præstando, fit suppletio deficientis anni ex sequentis vbertate.*

53 *Si fructus in genere debeantur ex certo fundo, nulla certa designata quantitate, si non nascantur, non debentur.*

54 *Legata quantitas, donec vixerit, debetur singulis annis.*

55 *Legatum quotæ fructuum nascitorum ex tali fundo, est annuum.*

56 *Cùm testator iubet filios coheredes simul habitare, intelligitur velit vt communiter fructus colligant & expendant, licèt alter altero maiorem familiam habeat.*

57 *Legatum annuum sine certa quantitate non valet: nisi fiat in alimenta.*

58 *Legatum annuum debetur in principio anni, æquè ac si annus esset compertus.*

59 *Si testator legat vsufundum & alij vsumfructum fundi, vterque habebit dimidium partem vsufructus.*

60 *Legato vsufructus omnes fructus veniunt.*

61 *Vsufructuarius tenetur satisdare, si vsurum fruiturum arbitrio boni viri, & rem restituturum finito vsufructu. Et hanc satisdationem testator non potest remittere. Pater tamẽ vsufructuarius bonorum filii ab ea excusatur.*

62 *Si vsufructuarius non satisdet, proprietarius rem vendicabit.*

63 *Ante satisdationem proprietarius fructus*

fructus quos percepit non reſtituit vſufructuario. E contra vſufructuarius reſtituit ſi ignorante vel cõtraducente proprietario percepit.

62 *Differentia vſus, vſusfructus, & habitationis.*

63 *Vſusfructus finitur morte, capitis minutione, & præſcriptione x vel xx annorum.*

66 *Vſusfructus patris in bonis filii finitur morte vtriuſque.*

67 *Fundo vel vſufructu legato, debetur ſeruitus legatario ad fundum.*

68 *Legatarius debet heredi ſeruitutem per fundum legatum.*

69 *Legatũ dotis in quãtitate expreſſa, valet, etſi vxor nil dederit: in quãtitate non expreſſa, nõ valet, niſi conſtet de dote tradita.*

70 *Quid commodi afferat dotis legatũ.*

71 *Legatum pro dote, factum reſpectu matrimonii contrahendi cum certa perſona, eſt conditionale. Idem ſi fiat ſimpliciter ab extraneo: niſi conſtet de contraria eius voluntate. Sed ſi fiat à patre, purum eſt: niſi vltra hoc legatum filiæ legitimam reliqueret.*

72 *Dos pro legitima debet relinqui iuxta conſtitutionis.*

73 *Dictamen ſapientis non poteſt relicto vim inſtitutionis tribuere.*

74 *Statutũ, Quòd mulier dotata patri nõ ſuccedat, quomodo intelligi debeat.*

75 *Legatum filiæ pro ipſa maritanda, ſi ſit factum puberi, ſtatim peti poteſt, cautione præſtita de nubendo. Factum impuberi non petitur, niſi poſt pubertatem.*

76 *Dos promiſſa eadémque legata ſemel tantum debetur, niſi appareat duplicare voluiſſe, vel legatum & dotem rei eſſe diuerſas.*

77 *Dos legata non confertur.*

78 *Legatum pro maritando, & pro dote, differunt.*

79 *Dos à fratre ſimpliciter conſtituta, redit in ſolutionem legati pro dote à patre relicti.*

80 *In dubio pater cenſetur dotare de ſuo, non de bonis maternis.*

81 *Dos quã pater inſtat pluries præſtari, ſemel tantum reſtituenda eſt.*

82 *Filia dotata debet inſtitui ſaltem in dote, & in aliquo plus.*

83 *Ex ſtatuto vir poteſt lucrari dotem, excluſis liberis primi matrimonii vxoris.*

84 *Statuti verba non ſunt porrigenda vltra ſuum caſum, ſed ſeruari debet ius commune.*

85 *Ius excludendi ſororem quæſitum fratri ex vi ſtatuti, transfertur ad eius filiã, quæ excludet amitã.*

86 *Filia excluſa pro dote à bonis paternis, non prohibetur petere materna.*

87 *Pater in dubio non videtur filiam dotare de bonis maternis, extraneus ſecus.*

88 *Legatum vini vel frumenti intelligitur in dubio de eo quod eſt in patrimonio teſtatoris. Nec ea vaſa vinaria cedunt.*

89 *Legatum vini vel frumenti ad alimenta, non expreſſa certa quantitate, omne vinum teſtatoris cõprehendit.*

90 *Quid legato fundi inſtructi vel cũ inſtrumento contineatur.*

91 *Dictio & tenlangit principaliter, dictio cum accęſſorię.*

92 *Seruo legato cum peculio, ſi ſeruus moriatur, extinguitur legatum peculii, quia eſt accęſſorium.*

93 *Pecus appellatione quid veniat.*

94 *Supellectilis appellatione quid veniat.*

95 *Alimentorum appellatione cibaria, vestimenta, habitationem contineri & aquam, si in ea regione vendatur.*

96 Heres iussus vt instrumentum faciat aliquem in aliqua artificio, id facere debet ex iudicis arbitrio.

97 *Alimenta simpliciter legata debent à iudice limitari. Nec debent excedere fructus hereditatis.*

98 *Alimentorum legatum comprehendit medicinas, cùm iis legatarius egeat.*

99 *Alimentorum legatum regulariter non transit ad heredem legatarii.*

100 *Alimenta legata quo tempore sint præstanda.*

101 *Alimenta specierum quæ facilè corrumpuntur, solui debent in pecunia: alia verò in speciebus ipsis.*

102 *Si legato alimentorum non sit adiectus solutionis locus, solui debet in loco domicilii heredis.*

103 Heres non tenetur alimenta deferre ad domum legatarii, nisi cum soluenda sunt in pecunia.

104 *Mulieri vbicunque habitet, alimenta legata à viro, solui debent per eius heredes, nisi testator aliam solutionis expresserit.*

105 *Cùm mulier percipit alimenta ex iuris dispositione, tenetur heredibus operari, nisi sit nobilis. Secus cùm ea percipit ex testatoris dispositione.*

106 *In legato fundi ad alimenta, si verbi lego respiciat principaliter fundum, proprietas legato cedit: secus si respiciat alimenta.*

107 *In illo legato, cùm transit proprietas, in heredem legatarii transmittitur.*

108 *Causa adiecta legato non limitat legatum, nisi appareat id voluisse testatorem, quod præsumitur, cùm illa causa non respicit fauorem legatarii. Idem in contractibus.*

109 Legato domus pro habitatione venit proprietas.

110 *Parens dimes filium impubem alere tenetur, & è contra filius dimes inopem parentem, secus si vterque sit dimes, vel vterque inops, vel si alter habeat dantem aut vade ipsum alat.*

111 *Pendente quæstione filiationis alimenta sunt præstanda.*

112 Libertus patrono & patronus liberto alimenta debet.

113 *Vasallus & dominus sibi reciprocè debent alimenta.*

114 *Ex quibus causis vasallus feudo privatur, ex eisdem dominus proprietate.*

115 *Frater fratri, etiam naturali tantùm, debet alimenta.*

116 *Naturalis filius ex non damnato coitu alit debet a patre, sed & ex damnato, de iure canonico.*

117 Monasterium succedens patri vel filio tenetur alere eum qui remansit in seculo.

118 *Triennio mater lactare filium tenetur, & postea alere, si pater sit pauper.*

119 Habens patrem nec non filium dimites, debet potiùs à patre alimenta consequi.

120 *Fauore alimentorum pubertas extenditur vsque ad annum XVIII. Enumerantur & aliis fauores de mente eorum, num. 121.122.123.124. 125.126.127.128.129.130.*

131 *Tutores & curatores tenentur pupillos & adultos alere, pro modo facultatum eorum.*

132 *Alimenta præstita, ab iis qui non obligantur ad ea præstanda repetuntur ad instar negotiorum gestorum.*

133 *Lega-*

133 *Legata auri & argenti non cedit pecunia, nec aurum vel argentum celatum, vel debitum.*

134 *Nomina possessiua, meum, tuum, suum, dominium denotant.*

135 *Quatuor modis liberatio legari potest.*

136 *Liberationis legata effectum ad legatarij certos socios extenditur.*

137 *Habent exceptionem quando competat actio agenda vt liberetur.*

138 *Liberatio legata de administratione præterita omnia includit, præterquàm dolosè commissa, & ea quæ penes se tutor habet de bonis pupilli, quatenus ipsa includuntur in patre legatario, & in eo à quo aliquid exigi testator vetuit.*

139 *Legatario liberationis competit actio & exceptio vt liberetur actio vne nisi sit debitor speciei.*

140 *Liberationis legatum quando ad plures actiones referatur.*

141 *Legatum nominis valet.*

142 *Legato omnium mobilium non veniunt nomina & actiones, nec fructus pendentes.*

143 *Legato nominis à debitore creditori facto continetur exceptio quæ debitorem tueri poterat.*

144 *Quinque requiruntur vt electio vite procedat.*

145 *Is qui habet ius eligendi cadit iure suo, si intra terminum ei à iudice præfixum non nolligat.*

146 *Lapsus termini interdum primat contumaciam iure suo.*

147 *Electio plurium perrigitur vsque ad tres.*

148 *Electio respicimus vtilitatem legatarij transmittitur in eius haredem: secus si respiciat vtilitatem alterius.*

149 *Væ in modis legata adimuntur.*

150 *Alienatione voluntaria inter vivos, adimendo onus legato annexum, superuenientibus grauioribus inimicitijs post testamentū, censetur testator tacitè legatum ademisse.*

151 *Quatuor modis legatum transfertur.*

152 *Translato legato de vna persona in aliam, onus censetur quoque translatum: nisi nouum onus adiectum sit secundo legatario vel nisi onus illud cohærebat personæ primi legatarij.*

153 *Quando pluries eadem quantitas vel species legata est, an semel vel plus ies præstanda sit.*

154 *Eadem summa duobus instrumentis debita bis intelligitur deberi nisi posterius instrumentum confirmet prius, vel ei addat.*

155 *Confessio de re eadem pluries emissa extra iudicium, de vna tantùm intelligitur, secus si sit emissa in iudicio.*

GLOSSA 1.

COram vobis. Sciendum est ad euidentiam præsentis materiæ legatorum, quòd hæc legatorum & fideicommissorum materia longè amplior atque diffusior est quàm aliqua alia quæ in corpore iuris sit inclusa. Ideóque non tam graue quàm impossibile videtur eandem præsenti libello applicare perfectè. Sufficiat ergo quæ vtilia & quotidiana vel necessaria fore præuidero, quantò summariùs & melius potero, applicare.

1 Primò namq; † premitto quòd quandoque legatur res vel quantitas, vt ea semel tantùm præstetur &

de tali legato loquitur ferè totus titulus. D. de leg. 1. & 2. & 3. & C. eo. ti. Quandoque legatur res vel quantitas, vt ea pluries exoluatur, vt puta cùm legatur aliquid annuum, menstruũ, vel diurnũ, & de hoc loquitur totus ti. D. de an. leg. & l. in annalib⁹. C. de legat. Secundo sciendum est quòd quædam sunt res quæ legari solent, pro quibus facti sunt tituli speciales per legislatores. Aliquando enim legatur vsufructus, vel habitatio, de quo legato loquitur titulus de vsufruct. leg. per totum. Aliquãdo legatur seruitus rustica vel vrbana, & de hoc loquitur titulus de ser. leg. per totum. Aliquando legatur dos vxori, & de hoc loquitur D. de do. præle. per totum. Aliquando legatur vinum, vel triticum, aut oleum, & de hoc loquitur D. de vi. triti. & oleo lega. Aliquando legatur fundus instructus, vel cũ instrumẽto, & de hoc loquitur D. de fun. instructo & instru. leg. Aliquando legatur peculium seruo vel filio, & de hoc loquitur D. de pec. leg. per totum. Aliquando legatur penus, in quo reponitur vnum, de quo loquitur D. de penu. leg. per totũ. Aliquãdo legãtur supellectilia, & de hoc loquitur D. de supellect. leg. Quid autem sint supellectilia, habetur in l. 1. & in l. Labeo. in prin. D. de supellect. leg. Aliquãdo leganturalimenta vel cibaria, & de hoc loquitur D. de alim. & cib. leg. per totũ. Aliquando legatur aurũ & argẽtum, de quo loquitur tot⁹ ti. D. de au. & arg. leg. Aliquando legatur liberatio debiti, & de hoc loquitur ti. D. de lib. leg. per totũ. Aliquando legatur electio circa plures res ipsius testatoris, de quo loquitur totus ti. de opti. lega. Aliquando rei legatæ fit postea per testatorẽ reuocatio vel ademptio & de hoc loquitur tit. D. de adi. leg.

2 Prædicta † autẽ legata & fideicommissa particularia vel singularia, sut hodie inuicẽ per omnia æquata. vt l. 1. D. de leg. 1. & ibi plenè notatur & in l. 2. C. comunia de leg.

3 Deinde † sciendum est, quòd si testator fuerit adeò prodigus in legando, quòd modicum vel nihil ex hæreditate supersit hæredi instituto, quod poterit ipse hæres quartam ut re institutionis detrahere de singulis legatis, vt l. 1. C. ad leg. Fal. & per totum. & D. eod. l. 1. & per totum.

4 Quæ † quartæ detractio etiã locum habet in succedente ab intestato. vt habetur in l. fin. C. quãdo dies legat. ce. cum similib. ibi in Glossa notatis. 5 Et non † posset fieri in vna re sola. vt plenè notatur per Cynum in l. 2. C. ad legem Fal. & per Glossã in l. Plautius. & in l. in quantitate. D. ad legem Fal. Licèt aliud dicat in quarta Trebellianica, quæ detrahi potest de vna re tantùm, secundum Iacobum Butr. vt per eum notatur in l. filium quem habentem C. fam. ercis. Cuius differentiæ ratio est, quia si posset fieri in legatis quartæ detractio in vna ex rebus legatis, afficeretur iniuria ipse legatarius cui esset illa res legata, & non alij. quæ ratio cessat in fideicommisso vniuersali, in quo solus est hæres grauatus. & quia maiori iniuria afficeretur, si detraheretur quarta de omnibus rebus, quàm si de vna re tantùm. Attamen Cy. in d. l. filium. & d. l. 2. & Bart. in l. in quartam. D. ad legem Falci. videtur sentire contrarium, vbi vide.

6 Quod † autẽm dixi hæredem de legatis posse detrahere Falcidiã, fallit si hæres nõ fecerit inuẽtariũ. vel si

vel ſi ſint legata ad pias cauſas, vt in auth. ſed cum teſtatore. & in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. & Inſtitu. eo. §. fina. Vel ſi teſtator ipſam Falcidiam expreſſè detrahi vetuerit, vt ibi notatur. Trebellianicam verò quartam prohibere non poſſet, ſecundùm communem opinionem doct. vt notatur per Cyn. & Iac. Bu. in l. quanquam. C. ad leg. Fal. & Iac. de Belu. in authen. de hæred. & Fal. §. ſi verò expreſſim.

7 Rurſum † eſt aduertendum, quòd legata & fideicommiſſa aliquando fiunt purè, aliquando in diem, aliquando ſub conditione, aliquando ſub modo, aliquando ſub demõſtratione, aliquãdo ſub cauſa.

8 Si † quidem ſint pura, ſiue facta purè, ipſáque res legata ſit teſtatoris, tunc recta via regulariter tranſit dominiũ à morte teſtatoris in ipſum legatarium. vt l. à Titio. D. de fur. & l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. D. de lega. 1. & l. 1. §. cùm igitur. & §. in nouiſſimo. verſi. & dies. C. de caduc. tol.

9 Si † verò legata fiat in diem, & tunc aut eſt dies incerta an & quãdo, vt puta ſi dixerit teſtator, *Legẽ Titio tantum quando Caius Capuam acceſſerit*, vel ſimilia. & tunc ante diei euentum non tranſit dominium, nec petitio admittitur, vt infra in conditione caſuali dicetur. & probatur in l. dies incertus. D. de condi. & demon. & l. 1. §. ſin autem. C. de cad. tol. Aut dies eſt incerta quando, ſed eſt certa an, vt dies mortis. & tunc ante diei euentum non admittitur petitio, nec tranſit dominium. vt probatur in l. Sempronius. D. de vſufruct. leg. & notatur per Cynum in l. 1. §. cùm igitur. Cod. de cadu. tollen. Facit quod habetur & notatur in l. nam & cùm moriar. D. de conditio. indeb. & l. ſi pupillus. §. ſi ſub conditione. D. de noua. Aut dies eſt omnino certa, & tunc etiam, (quod eſt mirabile,) non tranſit dominium ante diei euentum. per d. l. Sempronius, & ibi notata. nec petitio eius admittitur. vt d. §. cùm igitur. & ibi de hoc notatur per Cynum & Gloſſam. Facit ad prædicta l. ſi poſt diem, in prin. §. 1. D. quando dꝫ. lega. ce.

10 Aut eſt † legatum ſub conditione. & tunc aut eſt cõditio impoſſibilis de iure & de natura, & tunc tranſit dominium, & admittitur petitio: quia talis conditio habetur pro non appoſita. vt d. l. ſi poſt. & l. obtinuit. D. de cond. & demon. cum ſimilibus ibi notatis. Aut conditio eſt poſſibilis, & tunc non tranſit dominium nec admittitur petitio ante conditionis implementum. vt d. l. 1. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. tol. Niſi culpa aduerſarij conditio nõ poſſit impleri, quia tunc conditio habetur pro impleta. vt l. iure ciuili. & l. in teſtamento. D. de condi. & demon. Facit d. l. ſi poſt diem. verſic. ſed ſi ſub conditione. & l. ſi dies. in prin. D. quando dꝫ. leg. ce. & plenè notatur in l. 1. C. de condi. inſti. & ſub. Quod autem dixi conditionem haberi pro impleta, intellige vt nec aduerſarij, qui ſemel recuſauit implere. poſtea admittatur pœnitentia. vt l. fin. Cod. de condi. inſtitu. circa finem. Niſi in caſu qui habetur in l. pater Seuerinam. §. fi. D. de condi. & demon.

11 Vbi † autẽ legata ſunt ſub modo, tunc aut modus eſt poſſibilis, aut impoſſibilis, vt ℨ. in conditione dictum eſt. Et ſi fuerit modus poſſibilis, alia ſumitur diuiſio quàm in

conditione dictum est, hoc modo. quia aut modus est causa finalis legati, & tunc præstita cautione de modo implendo legatarius admittitur ad petitionem legati. & in hoc differt à conditione. l. 2. C. de his quæ sub modo. & l. quibus diebus. §. Termilius. D. de condit. & demonst. & ibi plenè per Bartolum de hac materia modali. Aut modus est causa impulsiua, & tunc statim admittitur eius petitio, nec modus est implendus, nec cautio est de implendo præstanda. vt l. Titio centum. in prin. & ibi notatis D. de conditio. & demon.

12 Si † verò legatum fiat sub aliqua demonstratione, verbi gratia, si testator dixerit, *Lego fundum quem à Titio emi*, tunc siue demonstratio sit vera vel falsa, valet legatum, & eius admittitur petitio regulariter, si de corpore rei legatæ constet. l. si quis in fundi vocabulo. D. de leg. 1. & l. demonstratio falsa. & ibi plenè per Bartolum, D. de condi. & demonstra.

13 Sin † autem legatum fiat cum causa, verbi gratia, *Quia Titius negocia mea gessit ideo lego sibi talem fundum*, in hoc contigerit sic distingui. aut est causa de præsenti, aut de præterito, aut de futuro. Item considerandum est etiam an causa ponatur conditionaliter, an causatiuè. Si conditionaliter, tunc causa falsa vitiat. si verò causaliter, tunc falsa causa non vitiat: nisi testator alias non fuisset relicturus. vt l. demonstratio. per Bartolum & per alios in l. 2. C. de fal. causa adiect. leg. & in d. §. longè.

Deinde notandum quòd huiusmodi legata dicuntur cedere [a] duobus modis. Vno modo quò ad petitionem, alio modo quò ad trãslationem ad suum hæredem. De primo dictum est supra proximè.

De transmissione autem agendum est. In qua distingui solet an legatum sit purum, an in diem, an conditionale. 14 Si quidem † legatum sit purum, tunc cedit à morte testatoris quò ad transmissionem & petitionem. vt in d. l. 1. in prin. verb. si quis modo. C. de cad. toll.

15 Si verò † legatum sit in diem, tunc distingue: (vt plenè notatur per Cyn. in d. l. 1. in princ.) aut legatũ est in diem certũ, aut in diem incertum. Primo casu statim cedit quò ad trãsmissionem. vt in d. verb. similiq; modo. Secundo casu sub distingue. aut est incerta dies omni certitudine, & tunc idem est quod in cõditione, de qua † dicetur. & probatur in l. dies incertus. D. de cõdit. & demonst. D. de leg. 1. l. talis scriptura. Aut dies nõ est incerta omni certitudine. & tũc aut certum est eam extare in vita legatarij, & tunc cedit à tempore mortis testatoris. aut non certum est eam extare in vita legatarij, & tunc cedit post mortem testatoris in aduentum ipsius diei. vt l. si cùm hęres. & l. post diem. D. quando dies legat. & D. de condit. & demonst. l. hæres meus. & vide quod notatur in l. 3. & l. ex his. C. quãdo dies legat.

16 Tertio † casu quãdo legatum est sub cõditione, tunc aut est cõditio quæ tacitè inest, & nihil operatur. & legatum habetur pro puro. vt D. de legat. 1. l. 3. Fallit in casu l. si in die §.

[a] Nota quomodo dicitur cedere dies legati. vide in §. in nouissimo. C. de cad. tollen. & Bal. in l. 1. in §. & cùm lex. C. eodem titulo.

seruo

ſerto.D. de cond.& demonſt. Aut conditio nõ ineſt tacitè.& tunc aut eſt neceſſaria aut caſualis.

17 Primo caſu,aut eſt certum eam extare in vita legatarij, & tũc cedit à morte teſtatoris, ac ſi relictum eſſet purum. vt l. ſi pupillus. §.ſi ſub conditione. D.de noua. & D. quando dies leg.ce.l.ſi cùm hæres.in prin.Aut non eſt certũ quòd in vita legatarij extabit,& tunc idẽ eſt quod in conditione caſuali. vt d.l.ſi cùm hæres. Si verò conditio ſit caſualis, tunc non procedit niſi conditionis euentu. vt d.l.vnica.§. ſin autem.C.de ca.tol. & in §. cùm igitur.cum ibi notatis per gloſſam. ſed remanet legatũ penes hæredẽ, aut ſubſtitutũ,vel cõiũctũ, vt ibi.

18 Alij † circa hoc latiùs diſtinguunt ſic: Aut conditio adiecta legato eſt impoſſibilis, & tunc legatum ſtatim cedit, quia habetur legatum pro puro. vt l.obtinuit.D. de condi.& demon. Aut conditio eſt poſſibilis. & tunc aut omnino eſt extitura, & habetur pro pura, idẽque ſtatim cedit legatum quò ad tranſmiſſionem. vt l. ſi dies. in fin.& l.Titio.§. quædam.D. quãdo dies leg.ced. Aut certum eſt an extitura,ſed non quando,vt conditio mortis,& tunc aut hæc conditio adiicitur hæredi, & tunc non cedit legatum ante conditionis euentũ. aut adiicitur perſonæ ipſius legatarij,& tunc ſtatim cedit legatum. aut hæc conditio adiicitur in perſonã tertij,& tunc nõ cedit ante cõditionis euẽtũ: vt hæc omnia habẽtur in d. l. ſi cum hæres. & l. poſt diem.& l.ſi dies.D.quãdo di.le.ce.

Ex præmiſſis ergo poteſt quædam generalis concluſio elici, videlicet. Quando legatum eſt conditionale debet conditio adimpleri verè vel præſumptiuè, antequã legatum poſſit peti vel tranſmitti. 19 Huius † gratia quæro, an ius vel facultas implendi conditionẽ tranſeat in hæredem legatarij, aut hæredem inſtituti ſub conditione? Vbi eſt aduertendum, quòd aut quæritur de implemento conditionis, vel modi adiecti in aliquo caſu inter viuos. & tunc dic vt notatur per Cyn.in l.ſi.C.de contrahen. emp.& per Bartolum plenè in l.ſi decem cum petiero.D. de verb.ob. & l. ſi ſtipulatus fuerim.D.eod. tit. Aliquando quæritur de implemẽto conditionis appoſitæ in vltima voluntate. & tunc regulariter non tranſit in hæredem honorati. vt d. l.1.§.ſin autem. C.de cadu.tol.cum ſimilibus. 20 In † legato autem ſub modo poſſibili ſubdiſtinguitur, an modus poſſit impleri per hæredem legatarij, & tunc tranſmittitur in ipſum hæredem, ſi deceſſerit legatarius ante modum impletum. vt probatur per textum & gloſſam in l. à teſtatore. D. de condi. & demonſtra.& d. l.poſt diem. §. hiſdem.& notatur per Bartol.in d.§.Termilius.& in hoc etiam differt à legato conditionali. Aut nõ poteſt impleri per hæredem,& tũc non tranſmittitur in eum, quaſi modo deficiente.vt ibi notatur. Et ſic patet quòd modus conditionalis,& ſtipulatio in aliquibus æquiparantur quò ad vim tranſmiſſionis. vt in §.ex conditionali. Inſtit. de verbor.oblig.Si verò modus ſit impoſſibilis, tunc pro non appoſito habetur,vt dictum eſt in conditione impoſſibili. & probatur in l.

1.in fi.C.de his quæ pœnæ nom.

21 Sed † pone quòd legato sit adiecta certa causa legandi, & dubitatur an sit adiecta per modum modi an per modum conditionis, in quam partem fiet interpretatio? Et quidem Petrus,vt refert Cy.in l. cum mota.C.de transac. distinguit sic. Aut legatum cui causa adicitur, vel alius actus qui geritur,potest procedere secundùm mentem disponentium sine implemento causæ, & tunc causa præsumitur adiecta per modum modi.aliàs autem præsumitur adiecta per modũ conditionis.arg.l.quæro.§.inter locatorem.D.loca.coniuncta l.stipulationem.& l.dotis fructus.§.fi.D. de iure do.

22 Vlterius † quæritur. pone quòd testator legauit,vel aliquem hæredem instituit, eo tenore quòd venire debeat ad standum in certo loco, an priuetur hæreditate vel legato, si non venerit ad habitandum in ipso loco?die vt plenè scripsi supra, in forma libelli quando vxor repetit dotẽ.in glossa penul. & habetur in l.Titio centum.§.Titio.el.2. D. de condi. & demon.

23 Amplius † est alia diuisio, quòd interdum testator legat rem suam propriam, & procedunt quæ dicta sunt,interdum legat rem sui hæredis,& idem disponitur ac si rẽ propriam legasset, vt l. hæredum. C.de fideicom.& l. vnũ ex familia §.si rem.D.de leg.2.& Instit.de legat.§. non solum. 24 Interdum legat † rem alienam,& in hoc subdistinguitur.Aut legat scienter, & valet legatum. Aut ignoranter, & tunc aut personæ extraneæ,& non valet. aut personæ coniunctæ vel propinquæ, & valet. vt l.cùm alienam. C.de legat.& in §. nõ solum. Instit.de legat. facit textus in l. verius.D. de probation. 25 Interdum † legat rem sibi communem cum alio, quo casu videtur in dubio legasse illud ius tantùm quod suum est.vt l.serui electione.§. fin. & l.si dominus §.fi.D. de leg. 1.& facit quod notatur per gloss.in d.l. cùm alienam.facit l.vxor patrui.C. eod.tit. 26 Interdum † legat eidem rem ipsius legatarij propriã, quo casu non valet legatum.l.proprias.C.de lega.& in §.si rem.Instit. de lega. 27 Interdum † legat rem proptiam ipsius testatoris,quæ tamen est pignori alteri obligata, in quo casu quæritur ad quem pertineat onus illam luendi,an ad hæredem,an ad legatarium:Et sic solet distingui. Aut res ipsa fuerat obligata ante testamentum,aut postea.si quidem ante, tunc aut testator ignorabat esse obligatam, & pertinet luitio ad legatarium. nisi in duobus casibus notatis in l.prædia.C.de fideicom. Aut sciebat, & pertinet ad hæredem.vt habetur in d.l.prædia.& d.l.qui post testamentum.C.de leg.& l.si res legata.D.de legat.1.& in d.§.si rem.

28 An † autem in re dubia præsumatur ignorantia vel scientia, dic quòd aut ipse testator rem ipsam pignorauit, & præsumitur scientia.arg.in l.quisquis.C. de rescin. vend. & l. quanquam.D.ad Velle.aut alius extraneus, & tunc præsumitur ignorãtia.argum.in l. fin.D.pro suo.Si verò fuerit obligata post testamentum, tunc hæres luere debet. vt d.l.qui post testamentum.

29 Interdum

29 Interdum † alio modo quàm pignorando teſtator rem legatam alienat, & tunc diſtinguitur. Aut titulo lucrativo, puta per donationem, & tunc videtur legatum revocaſſe. Aut titulo oneroſo, puta per venditionem: & tunc aut ex propria neceſſitate, & tenet legatum, & cogitur ipſam heres luere. aut ex voluntate, & tunc videtur legatum revocaſſe. vt hæc omnia habentur & probantur in l. rē legatam. D. de adimen. lega. & l. fi deicommiſſa. §. ſi rem. D. de leg. 3. & notabo infrà in ver. Tranſeo ad vltimum articulum. Et hæc locum habent quando alienatio eſt poſt teſtamentum, vbi autem alienatio præceſſit teſtamentum, tunc deuenīendum eſt ad diſtinctionem quæ fit cùm legatur res aliena, vt ſuprà dictum eſt.

30 Quid † autem importet cū dicit teſtator, *Lego omnia bona mea vel ſua*, quid appellatione *ſuorum & meorum* contineatur [a], habetur in l. cum ſuæ. & l. ſuos. D. de leg. 1. & l. meorum. D. de verbor. ſignificat. & notatur per Bartolum in l. quintus. §. argento. D. de auro & argen. legat. Vbi concluſiuè notat, quòd appellatione *mei* vel *ſui*, dominium vel quaſi intelligitur. tamen quandoque importat nudā detentionem, ſecūdùm materiam de qua ſermo habetur. vt ibi notatur & probatur in l. medicos. C. de profeſſo. & med. lib. x. ibi, *in ciuitatibus ſuis*.

31 Quid † ſi teſtator legauit fundum, pro quo debetur cenſus vel fictus, quis tenetur ad eius ſolutionem? Diſtinguc. aut quæritur de fictu vel cenſu præteriti temporis ante mortem teſtatoris, & tunc regulariter hæres tantùm tenetur. aut de fictu vel cenſu poſt mortem teſtatoris, & tunc regulariter legatarius ad id tenetur. vt habetur in l. apud Iulianum. § hæres. D. de leg. 1. & in l. qui concubinam § qui ortos. in fi. D. de leg. 3. cum ſimilibus. ſicut tenetur vſufructuarius. vt l. Si pendentes. § ſi quid cloacarij D. de vſufruct. & l. quæro. D. de vſufruct. leg.

32 Cæterùm † ſciendum eſt quòd pro legatis & fideicommiſſis de quibus eſt ſermo, competunt regulariter tres actiones, videlicet rei vindicatio, actio ex teſtamento, & hypothecaria. vt l. 1. C. communi. de leg & ibi per Cyn. & alios. & latiùs per Bartolum in l. 1. D. de legat. 1.

33 Porro † eſt vlterius aduertendum, quòd legata facta ab inſtituto, non videntur in dubio repetita à venientibus ab inteſtato, niſi in certis caſibus traditis in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. Inter quos eſt ille caſus, videlicet quando in teſtamento eſt appoſita illa clauſula vulgaris & codicillaris, *Si non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum*, &c. de qua latè dicemus infrà, in gloſſa ſuper verbo *valere debeat iure codicillorum*. Sed legata facta ab inſtituto, bene videntur regulariter repetita ab eius ſubſtituto. vt traditur in l. licèt Imperator. D. de lega.

34 Circa † quam repetitionē reperitur in iure multiplex confi-

[a] Qui appellatione meorum & ſuorum continetur, docto, in l. pater, in §. duobus. D. de leg. 3.

deratio. Aliquando enim quæritur an conditio appositа institutioni, videatur repetita in legato facto ipsi instituto, de quo articulo traditur in l. auia. D. de cond. & demon. & l. cùm seruus. D. de condi. instit. Quandoque quæritur an conditio vel dies vni legato appositа videatur alteri legato repetita: & de hoc tangitur plenè in l. in repetendis. D. de leg. 3. Quandoque quæritur an conditio appositа institutioni, videatur repetita in substitutione. & de hoc habetur in l. quæ conditio. D. de condit. & demon. & l. sub conditione. D. de hæred. instit. Aliquando quæri solet, an dispositа in priori testamento vel codicillo, videantur in sequenti testamẽto vel codicillo repetita. de quo notatur in l. libertis. in 2. in princ. D. de ali. & ci. leg. & l. quinquaginta. & l. cùm tacitum, & D. de proba. & l. Sempronius. D. de leg. 2. Aliquando quæritur, an qualitas adiecta in vna oratione, videatur in alia sequenti oratione repetita. de quo plenè traditur per Bartolum in l. ita stipulatus. §. Crisogonus. D. de verb. oblig. Aliquando quæritur, an clausula posita in vno capite videatur repetita in alio. de quo plenè traditur per eundem Bart. in l. prætor, in 2. §. si quis. D. vi. bo. rap. & in l. talis scriptura. D. de leg. 1. & in l. licèt Imperator. D. eo. tit.

35 Præterea † & aliud est sciendum, quòd si hæres fuerit in mora soluendi legatum debito tempore, quòd tenetur ad fructus & vsuras. vt l. 1. cum seq. C. de vsu. & fruct. leg. Adeò quòd si hæres monitus legitimè per iudicem circa solutionem legatorum & implementum voluntatis defunctі, stet contumax per annum, priuatur hæreditate, & defertur substituto. vt habetur in authen. hoc amplius. C. ad leg. Falc.

36 Verumtamen † si legatarius suspicetur de hærede, quòd ante eventum diei vel conditionis adiectę legato dilapidet & consumat legatum, poterit iudicis officio eũdem cogere ad præstandum idoneam cautionem seu fideiussionẽ de legato soluendo adueniente die vel conditione. vt traditur in toto titul. D. vt legat. no. ca. & C. eod. tit. per totum. Quæ quidem cautio similiter locum habet in hæreditatibus in diem vel sub conditione relictis. præterquam in aliquibus casibus. vt habetur & notatur in l. cùm Archimedoram. C. vt in poss. legat. Quorum primus est, cùm quis rogatus est restituere filio. Secundus est cùm fratres sunt inuicẽ de restituendo grauati. vt l. iubemus. C. ad Treb.

37 Amplius † sciendum est, vt suprà dixi, quòd si hæres institutus, vel ab intestato succedens, fuerit tot legatis aggrauatus quòd ferè totas hæreditarias vires exhauriuit, poterit ipse hæres quartam partem de singulis legatis detrahere, quę Falcidia appellatur. vt D. ad legem Fal. l. 1. & per totum. Instit. eo. in princ. & §. fi. Nisi testator hanc Falcidiam detrahi expressè prohibuerit. vt in authen. sed cùm testator. C. ad leg. Fal. In detractione autem huius Falcidiæ hæres tenetur in quartam multa compensare. vt habetur in l. in quartam. D. ad legem Falcidiam.

38 Deinde † nec illud est prætereundum,

terendum, sed memoriæ commẽdandum, quòd huiusmodi legata & fideicommissa, filio præterito vel minùs legitimè exhæredato & per consequens annullato vel rupto ipso testamento, olim annullabantur, nec præstabantur. vt l. Papinianus. §. ex causa. D. de inoffic. testa. Hodie verò valent & præstanda sunt. per authent. ex causa. & in corpore sumitur. C. de libe. præte. vel exhæred. Et hoc verum si adeatur hæreditas à venientibus ab intestato. Vbi autem nõ adiretur hæreditas, tunc nullo iure legata debentur. l. si nemo. D. de t. s. tut. & notatur per Bartolum in dicta authent. ex causa.

39 Si † verò testamentum obtineat clausulam codicillarem, de qua suprà, tunc legata ab intestato facta, videntur reperita venientibus ab intestato, vt suprà dictum est. & notatur in l. ex testamento. C. de fideicom. & d. authent. ex causa. Et ideo etiam de iure antiquo huiusmodi legata sunt præstanda. Vbi autem ex defectu solennitatis formalis testamentum esset nullum, vt quia non interuenit solennis numerus testium quantùm ad testamentum & quantùm ad codicillos, tunc nullo modo legata debeatur. si tamen soluantur scienter non repetuntur. vt l. si veritas. & l. 2. C. de fideicom.

40 Vlterius † est sciendũ, quòd quandoque vni & eidem legatur vna res tantùm, aliquando plures. Si quidem legetur vna, non potest legatarius scindere legatum, & petere partem ipsius rei, & partem repudiare. vt l. neminem. & l. si cùm res. D. de legat. 2. Si verò plures legentur res, tunc aut sub nomine collectiuo, & non potest vna res agnosci, & alia repudiari vt l grege. D. de leg. 1. Aut sub nomine distributiuo, & tũc potest vna res ágnosci, & alia repudiari, nisi repudiãti haberet onus annexũ q; hæredis respiceret commodum, vel fauorem alterius. vt l. si duobus D. de leg. 2. Et ad prædicta facit quod habetur in l. legatarius. D. de fideicom. libe. & l. legatarius. D. de leg. 1. & l. 1 §. vbi autem. C. de ca. tol. Itẽ sciendum est, quòd testator aliquando eandem rem legat pluribus personis cõiunctim vel diuisim, & quæritur an inter eos sit locus iuri accrescendi. de quo notatur infrà, in forma libelli quo agitur ex substitutione, in glossa super verbo, *breuiloqua*. & per *Cyn.* in l. 1. §. his itaque. C. de cad. toll.

His igitur sic præmissis volens materiam latiùs declarare, reassumo singulos superiores articulos per ordinem. Et primò assumo illum articulum, qui est quando testator legat * aliquid annuum, mẽstruũ, vel diurnum. §. 1 Et † quæro an tale legatum transeat in hæredes legatarij. Vbi dic quòd non regulariter. Nisi testator hoc voluerit expressè. vt habetur in l. in annalibus. & ibi per glossam & doctores. C. de legat. & l. si Stichum. §. stipulatio. & ibi per Bartolum. D. de verb. oblig. Facit lex in singulos D. de annu. lega. Vel nisi præstatio

2 Legatum annuum an transeat in hæredem legati, vide Bal. consil. 395. in 4 vol. iuorum consiliorum.

huiusmodi legati annalis habens præfinitionem certi temporis, esset per hæc tempora sic diuisa, gratia exonerandi hæredem obligatum. quo casu censetur esse vnicum legatum pro toto tempore, & non plura: & ideo transit ad hæredem legatarij, sicut alia simplicia legata. vt in l. si cum præfinitione. in fi. D. de annu. lega. Et hæc procedunt etiam in stipulatione annua relata ad vitam stipulatoris, quæ licèt natura sui mero iure, transeat ad hæredes stipulatoris, tamen ipsis agentibus obstat exceptio dicti. vt l. cum qui ita §. qui ita. cum ibi notaris. D de verb. oblig. & d. l. Stichum. §. stipulatio. & plenè notatur in l. Iepatus. §. fin. D. de dona. causa mor.

42 Quid † autem si stipulatio annua sit simpliciter concepta, an transeat ipso iure & cum effectu in hæredem stipulatoris, quò ad effectum petitionis & exactionis? Breuiter distingue. Aut est facta in causam alimentorum. & hoc constat expresè vel tacitè, & tunc finitur morte stipulatoris. l. cùm hi. §. si annos. D de transact. cum similib. & l. cum qui ita. D. de verb. obligat. Aut est facta in aliam causam, & tunc est perpetua, & transit in hæredem. sicut cætera iura, vt d. l. si Stichum. §. stipulatio. D. de verb. oblig. quam sic intelligo, prout ibi notatur, & subauditur, Quoad vitam.

43 Vnde † circa hoc quæritur. Pone quòd ex causa venditionis contractę certo pretio, aliquis promisit mihi soluere singulis annis & hæredibus meis saccos decem frumenti vel vasa boni vini, & obligauit mihi omnia sua bona, quæritur an ex huiusmodi promissione licitè possit agi tam de iure ciuili quàm canonico & diuino? Circa quod sic breuiter distingue: Aut hæc promissio facta est sine aliqua legitima causa, & tunc iure nullo inducitur efficax obligatio nec actio. vt habetur in l. 2. §. circa. D. de dol. excep. & l. cùm de indebito. in fin. ff. de probat. Aut facta est cum causa legitima, & tunc omni iure agi potest. quia contractus venditionis iusto pretio accedente omni iure est approbatus. vt D. & C. & ff. de empt. & vend. per totum, sicque intelligatur d. l. si Stichum. §. stipulatio. & d. §. qui ita. & similia. Aut est facta cum causa à iure reprobata, puta ex causa mutui. & sic quantitas annua est promissa in fraudem vsurarum. & tunc nullo iure hodie agi poterit ex tali promissione. vt notatur per doctor. in auth. ad hæc. C. de vsur. & in l. 2. C. plus val. quod agitur. & per Cyn. in l. si ea pactione. C. de vsur. quæ multùm nota.

Deinde quæritur quando legatorum in diem sit finienda solutio? Circa quòd sic distingue. Aliquando in legato est vnica tantùm præstatio facienda, vnico designato tempore, verbi gratia, cùm dixit testator, *Lego fundum ad Pascha.* Aliquando sunt plures præstationes faciendæ per diuersa tempora. verbi gratia, *Lego decem singulis annis ad festum Paschatis.* Primo casu solet subdistingui. aut tempus apponitur legato causa demonstrationis: aut causa differendæ solutionis: aut limitandæ obligationis. 44 Primo † casu cùm tempus additur causa demonstrationis, quod est quàdo

idem

idem est tempus soluendi cum tempore contrahendi vel legandi, verbi gratia, *Promitto tibi hodie dare decem*, vel, *lego tibi decem hodie*. & tunc statim potest peti, ac si de die nulla esset facta mentio. vt l. liber homo.§. decem. D. de verb.obliga. licèt iudex super hoc aditus causa miserationis possit executionem differre vsque in decem dies.vt notatur in l.si debitori.D.de iudi.&l. si promissor Stichi.D.de const.pec. 45 Secundo † casu cùm tempus additur causa differendæ solutionis (quod est regulariter) tunc aut verba dispositiua diriguntur ad honoratum, aut ad obligatum. Si ad honoratum, aut verba sunt prolata in accusatiuo, & tunc admittitur petitio & solutio in fine temporis.vt l.si in annos.& ibi per Bartolum de hoc. D. de cond. & dem. aut sunt prolata in ablatiuo. & tunc est fienda solutio in principio temporis,vt l.si ita fuerit.D. de manum.testa.Vbi autem verba dispositiua diriguntur ad obligatum, tunc fienda est solutio in fine temporis.vt l.qui hoc anno. & ibi notatis per Bartolum.D.de verb.obl. & Iustit.de inutil.stipul.§.qui hoc anno. Fallit fauore filiorum. vt l. qui filium.§. Sabinus.D.ad Trebel. Et fauore Reipublicæ. vt l. ad Rempublicam.D.de mun.&hono. quibus quidem casibus sufficit initium temporis attigisse.de quo plenius notatur in l. 3. §.minorem. D. de mino. 46 Tertio † autem casu,cùm tempus causa limitandæ obligationis adducitur, fieri debet statim solutio. vt d. l. eum qui ita. & ibi plenè notatur & per Bartolum.

Diximus vlterius & principaliter, quòd aliquando fiendæ sunt plures præstationes seu solutiones,per diuersa & multiplicata tempora,vt in stipulatione vel in legato annuo.& in hoc distingue. Aut solutio est diuisa, causa augendæ obligationis siue multiplicandæ præstationis:aut causa exonerandi hæredem.vel debitorem. 47 Primo † casu distingunt quidam. aut tempus apponitur dispositioni, aut executioni dispositionis. Primo casu, fieri debet solutio in principio,ante finem temporis designati. vt l.1. C. quando dies leg. ced.& ibi plenè notatur per docto. Facit l.nec semel. in prin. D.quando dies leg.ced.Quando autem apponitur executioni, tunc fienda est solutio in fine temporis. arg. l. lecta.versic.sed cum sortis. D fi cert. pet. 48 Si verò † fit diuisio causa exonerationis, tunc solutio est fienda in fine temporis. vt l. si cui. in.princ. vers. quod si messes.D.de leg.1.& D.de statu lib. l. statulib.§. Stichus.& d.l.lecta. vers. sed cum sortis. Aduertendum hîc circa intellectum vers.sed cum sortis. nam potius & verius credo, quòd ibi fuerit tempus appositum gratia multiplicandæ obligationis,quàm exonerationis. quod ex eo patet. nam creditor ita est stipulatus, vt vsuras suæ pecuniæ singulis mensibus perciperet. Vnde in hoc aliter distinguo. Quandoque id quod soluendum est per tempora diuisa,est pœna contumaciæ debitoris non soluentis. & tunc fienda est solutio in fine temporis. sic procedit intellectus d.vers. sed cum sortis.Aliquando non est pœna alicu-

ius contumaciæ, sed contingit ex sola ordinatione disponentis. & tunc habent locũ quæ dicta sunt.

49 Quæ † autem dicta sunt circa solutionem in principio temporis fiendam, locum habent quando nil est fiendum vel implendum ex parte creditoris. aliàs autem nõ fieret solutio, nisi priùs per eum facto implemento. arg. l. si seruus. §. cùm seruus. D. de stip. seru. & notatur in l. eidem. C. locat. per quæ patet quando fienda est solutio pensionis. de qua quæstione tangitur per glossam & doct. in d. l. eidem. C. locati. Item fallit in casibus qui habentur in l. nec semel. §. si in habitationem. & in l. Firmio §. pater. D. quando dies leg. ced.

Nunc his peractis videndum occurrit, si præstatio vel solutio sit destinata vel relata ad certum locum vel fundum, (verbi gratia, *Lego vel promitto tibi decem saccos frumenti quod nascetur in tali fundo*) & contingit nil nasci ex eo fundo, vel contingit fundum perire, an liberetur debitor à solutione vel præstatione? In qua quæstione Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. D. de verb. obl. sic distinguit. & idem Petrus & Cynus sequitur in l. si quis argentum. in princip. C. de donat.

50 Cùm † quæritur quando fructus debentur ex certo fundo, si non recipiuntur an obligatio extinguatur vel differatur. dic quòd aut locus vel fundus apponitur in dispositione causa designationis: aut causa limitandæ vel taxandæ obligationis. Primo casu fructus debentur si extant ex illo fundo, vel si non extant debentur ex alio. & sic durat obligatio. vt l. Lucius. D. de an. leg. & l. quidam testamento. D. de leg. 1. & l. Paulus Calimacho. §. fi. D. de leg. 3.

51 Secundo † casu subdistingue. aut oratione dispositiuæ adiicitur relatiuum. verbi gratia, *Fructus qui nascentur in tali fundo lego vel promitto*. &c. & tunc subdistingue. aut enim in promissione vel legato est vnica præstatio tantùm, aut plures. Si vnica, tunc si illo anno fructus ex fundo colligi non possunt, nil vltrà debetur, sed debitor liberatur. Ratio est, quia illud relatiuũ, *qui*, facit cõditionem, & exponitur, id est si nascentur, vt probatur in l. cùm certus. D. de vi. tri & oleo legat. & l. si debitor. §. verisimile. D. de cõtrah. empt.

52 Vbi † verò sunt fiendæ plures præstationes, tunc si fructus in primo anno non nascantur in toto vel in parte, fit supplementum in alio anno. vt l. legatum. §. vinum. D. de ann. leg. Si autem in oratione nullum apponitur relatiuum, sed est oratio simplex, tunc si non nascuntur fructus in primo anno, non propterea liberabitur debitor, sed fit suppletio in anno sequenti. vt l. Firmio. in princ. D. quando dies leg. ced. & in l. inter stipulãtem. §. sacram. prælegato. Et hæc quæ dicta sunt procedunt, quando certa & limitata quantitas fructuum est in dispositione posita.

53 Vbi † verò nulla est quantitas designata, sed in genere fructus qui nascentur sunt legati vel promissi, tunc siue in oratione sit relatiuum, siue non, censetur dispositio talis esse conditionalis, & ob hoc fructibus non natis nil vltra debetur. & sic intelligi debet secundùm eum. l. 1. in fi. D. de cond. & dem.

& dem.& l.interdū.D.de verb.ob.

54 Vltrà † quæritur, quid ſi teſtator legauit Titio centum *donec vixerit*, an talis quantitas ſibi ſemel præſtanda ſit, vel pluries? Die quòd annis ſingulis debetur, ac ſi legaſſet centum annua. vt eſt textus in l. legatum.D de an. lega. & notatur per Bartol.in d.§.qui ita.

55 Inſuper † quæritur, quid ſi teſtator legauerit tertiam vel quartam partem fructuum naſciturorū ex tali fundo, an hoc legatum ſemel tantùm debeatur? Die quòd ſingulis annis debetur,donec vixerit legatarius, niſi de contraria appareat teſtatoris voluntate. vt eſt textus in l.defuncta.§. fina.D. de vſufr.& ibi notata.

56 Quid † autem ſi teſtator inſſerit filios vel hęredes ſimul habitare vſque ad decem vel plures annos, quid importent iſta verba? Die vt plenè tangitur per Bartol. in l.quintus.D.de an.lega.

57 Inde † quæritur, quid ſi teſtator nulla quantitate expreſſa dixerit ſic, *lego annua Caio*, an valeat legatum?[a] Die quòd non regulariter. vt l. legato generaliter. cū ibi notatis D.de leg.1. Fallit ſi legetur in cauſam alimentorum. vt eſt tex.in l.ſi cui.&ibi notatis D.de an. leg.& l.cum alimenta.D.de ali. & ci. leg. facit quòd notatur in l. id quod pauperibus.C.de epiſ.& cle.

58 Rurſum † quæritur de quotidiana quæſtione. Aliquis filiæ ſuæ viduę legauit decem annua,donec vidua erit vel in viduitate permanſerit.quæritur,filia nubente in principio anni, an integra decem habere debeat? Die quòd ſic ac ſi annus eſſet completus.vt in l. à vobis.D.de an.lega.

Nunc tranſeo ad ſecundū principalem articulum,qui eſt cùm legatur vſusfructus,aut vſus vel habitatio. 59 Circa † quem primò quæro, quid ſi teſtator vni ſimpliciter legauerit fundum, deinde legauit alij vſumfructum eiuſdem fundi, quid percipiet legatarius vſusfructus? Die quòd habebit partem dimidiam vſusfructus.& ſic in vſufructu concurrunt vterq. Idem in habitatione. vt eſt textus in l. ſi alij.& l.Sempronius §.fin.& l Sempronio.in prin.& ibi notatis.D. de vſufru.leg. Per quæ patet quòd legando ſecundo, videtur partem adimere à primo. niſi de contraria voluntate teſtatoris appareat,vt ibi notatur.Et per hoc dicunt quidam quòd quando teſtator (vt quotidie fieri videmus) facit plura legata diuerſis perſonis,& poſtea legat vxori ſuæ generaliter vſumfructū bonorum ſuorum, tàm legatorum quàm non legatorū, quòd omnes concurrunt in vſufructu cū vxore.

60 Secundò † quæritur, quæ veniant in legato vſusfructus? Die quòd omnes fructus rei. vt plenè traditur in l.vſufructu legato.cum l. ſeq D.de vſufruct.

61 Ipſe † tamen vſufructuarius non poterit vti, niſi præſtita ſatisdatione de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. vt l. ſi vſusfructus. D.de vſufru.& l.1.C.de vſuft.& l.1. cum ſeq.D.vſusfr.quemadm. cauſ. Quam ſatiſdationem non poſſet remittere teſtator.vt notatur in d.l.

[a] Legatum annuum an tranſeat in hæredem legari, vide Baſil.conſil.395.in 4.vol. ſuorum conſiliorum.

1. de vſufruc. & l. 2. & l. ſcire debeamus. C. vt in poſſ. leg. Ab ipſa tamen ſatisdatione ipſo iure excuſatur pater vſufructuarius bonorum filij, vt habetur & notatur in l. cùm oportet. §. non autem. C. de bo. quæ lib. Tenetur etiam vſufructuarius ſatisdare de re ipſa reſtituenda finito vſufr. vt d. l. 1. D. vſuſf. quẽad. cau.

62 Quid † igitur ſi vſufructuarius non præſtet hanc ſatisdationem? Reſpondeo, proprietarius rem ipſam poterit vendicare. vt l. ſi vſusfructus. D. vſufr. quemad. can.

63 Sed † an fructus perceptos ante ſatisdationem poſsit dominus vendicare, apud aliquos eſt dubiũ. vt refert Cy. in l. vſufructu. C. de vſufru. Bartolus autem in l. vxori vſufructu. D. de vſufru. leg. ſic pro omnium cõcordia diſtinguit. Quãdoque ante ſatisdationem dominus percepit fructus, & tunc non debent reſtitui fructuario. vt d. l. vxori. Quandoque econtra ipſe fructuarius percepit fructus, & tunc aut eos percepit domino ignorante, vel contradicente, & tenetur eos reſtituere domino. & ſic intelligit gloſſam in l. vxori. D. de vſufruct. leg. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nupt. Quandoque recepit eos domino ſciente & patiente, & tunc non debent reſtitui per eum ipſi domino, ſed eos lucratur & facit ſuos. & ſic intelligitur l. hac edictali. §. ſin autem. C. de ſec. nup.

64 Quid † autem differant inter ſe vſus, vſufructus, & habitatio plenè traditur Inſt. de vſu & habit. §. 1. Et adde prædictis quæ notantur circa formam libelli quo agitur ad repetitionem dotis, in gloſſã ſuper verbo, *vſumfructum*.

65 Solet † etiam quæri, qualiter huiuſmodi vſusfructus finiatur. Et reſpõdetur quòd tribus modis. videlicet morte, capitis diminutione & longa præſcriptione, videlicet decẽ annorum inter præſentes & viginti inter abſentes. vt l. qui vſumfructũ. D. ſi vſusf. per. & l. corruptionem. C. de vſufr. Facit Inſti. de vſufruct. §. finitur. & D. quib. mo. vſu. amit. l. 1 cum ſeq.

66 Sed † circa hoc quæritur de quæſtione ſæpe occurrente. Ecce, patri quæſitus eſt vſusfructus ex perſona filij. per l. non ſolum. C. de bon. quæ lib. quæritur per cuius mortem vſusfructus extinguatur? Dic breuiter quòd mors vtriuſque requiritur. nec mors vnius alteri nocet: vt habetur in l. ſi. C. de vſuf. & l. ſi. ver. ſi verò. C. ad Tert. & notatur p gl. in l. 2. in fi. C. de bo. mat. & l. quod ſatis, in fi. C. de bo. quæ lib.

Venio ad tertium articulum, qui eſt quando legatur ſeruitus ruſtica vel vrbana. Circa quem articulum, vltra ea quæ ſcripſi ſuprà in libello quo agitur confeſſoria vel negatoria pro ſeruitute, quæro de quæſtione ſæpius occurrẽte. 67 Ecce † teſtator legauit alicui ſimpliciter fundum vel vſumfructum fundi, quæritur an eidem fundo præſtari debeat per hæredem, via vel iter ad ipſum fundum, qua vel quo vtebatur? In qua quæſtione gloſſa dubitauit in l. 3 §. ſi loci. D. de adim. leg. Tu autẽ (ſecundùm notata per Bartolum in l. 1. ff. de ſeruit. leg.) pleniùs ſic diſtingue. Cùm quæritur an rei legatæ ſeruitus debeatur, aut quæritur de ſeruitute iã impoſita ante legatũ, aut de imponẽda poſt legatum? Primo caſu debetur.

vt l.

vt l.t.&l.ſi is qui.D.de ſer.leg.cum ſimilibus ibi notatis. Secundo caſu ſubdiſtingue. aut erat ſeruitus habens cauſam continuam & permanentem, & tunc hæc ſeruitus ſequitur legatarium. & ei debetur per hęredem, ex præſumpta voluntate teſtatoris. vt l. 1. D de ſer. leg. Exemplum patet in ſeruitute onetis ferendi. & ſic debet intelligi l. quod cõclaue. D.de dam.infe. Aut ſeruitus habebat cauſam diſcontinuam & non permanentem, vt iter, & via. & tunc aut teſtator legauit vſumfructũ tantùm, & agere potent ipſe legatarius contra hæredem vt patiatur hanc ſeruitutem imponi, ſi ea non impoſita vſusfructus redditur inutilis, vt l. damnas. §. D.de vſufruct.legat. & l.binas. §.fin.D.de ſer.vrb.prędi.& l.1.§.1.& 2.D.ſi vſufruct.pet.& l.ſeruum filij. §.fin. D. de leg.1. Aut legauit proprietatem.& tunc, licèt glo ſſa in l. 3.§. ſi loci, dubitauerit, tamen dic quòd debetur ſeruitus legatario per ipſum hæredem. vt notatur in l.binas.D.de ſer. vrb.præd.ſumpto argumento à fortiori.facit l.1.in fi. D.ſi vſusfruc.pet.

68 Quid†econtrà,an à legatario ſeruitus debeatur hæredi (de quo ſuprà) per fundum legatum? Et dic quòd ſic. vt l. reſtituere. in prin.D. ſi ſer.vend.& in l.ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. D. de legat.1.& in l Olympiaco.D.de ſer.vrb.præd. In venditione autem rei venditor non tenetur (niſi ſpecialiter & expreſſim actum eſſet) hanc ſeruitutem diſcõtinuam emptori præſtare.vt l.in vendendo.D. de contrah.emp. Fallit in via ad ſepulchrum. vt in l.qui ſepulchrum. D.de relig.& ſump.fun.

69 Tranſeo † ad quartum articulum,qui eſt quãdo legatur dos vxori vel filiæ. Vbi quæri conſuevit,ſi teneat legatum factum vxori. Et diſtinguitur ſic. Aut tale legatũ dotis factum vxori cõtinet certam quantitatẽ expreſſam.verbi gratia, *Lego vxori meæ centum quæ habui in dotem.* & tunc tenet legatũ in quantitate expreſſa, ſiue vxor nil dederit,ſiue minus dederit in dotem.vt eſt textus in l. ſi non deſignata. C. de fal. cau.adie. leg. Si verò nulla quantitas eſt expreſſa,tunc non tenet legatum,niſi conſtet per inſtrumentum dotis, vel aliter,de quantitate in dotem tradita. vt d.l.ſi nõ deſignata.& l.1.§ ſed ſi in dotem.& l.cùm ſcriptum D.de dote præleg.

70 Et † ſi fortè dicatur, quid commodi affert vxori legatum dotis certę quantitatis,quando aliunde(puta per inſtrumentũ) cõſtat de eius dote? Reſpondetur quòd ſi legatum eſt purum, tunc ſub ducitur tempus legale, & ſtatim fit ipſius dotis ſolutio. vt l. 1. §. verum eſt in dote. D.de dote præleg. Et eſt commoditas in alio, quia non fit retentio dotis propter res donatas, vel alias impenſas,quę tamen ipſo iure diminuunt dotem. vt l. dote prælegata.& d.§.verum. D.de dote præleg.

71 Sed † quid dices de frequenti quæſtione? Ecce teſtator legauit mulieri nondum nuptæ centum pro dote,ſeu ex cauſa dotis.quæritur an tale legatum ſit purum, vel conditionale, vel ſub modo? Super quo variæ ſunt opiniones, vt refert Bartol. in l.Titio centum.§. Titio genero. D. de cond. & de-

mon.& notatur per Cyn.in l.sancimus.C.de nupt.Concludunt autem, secundùm eum,potest sic distingui. Aut tale legatum est factum respectu matrimonij contrahendi cum certa persona verbi gratia,si testator dicat, *Lego centum Sempronæ pro eius dote vxori futuræ Gaij* & tunc tale legatum est conditionale, videlicet si matrimonium sequatur. vt l.promittendo, & l.stipulationem. D. de iure dot. Pro qua facit auth. Nisi rogati.C.ad Treb.& in corpore vnde sumitur.de sanct.episco.§. sed hoc de præsenti. & ibi per Iac. de Bel. Aut tale legatū est factum simpliciter, nullo habito respectu ad certam personam. & tunc subdistingue. aut extraneus legauit mulieri hanc dotem, & est conditionale, eo modo quo suprà arg.in l.à Titio.in prin.de verb.oblig & l. si ego.in prin. D.de iur.dot.& d. §. sed hoc de præsenti.Ad idem facit l.Publius.in princ. D.de condit. & demon. Nisi per aliquas coniecturas appareat quòd testator voluerit legatum esse purum,vel patriæ cõsuetudo se haberet quòd dos appellaretur patrimonium mulieris non nuptæ. quia in hoc standum esset communi vsui loquendi. vt l. cùm delationis. §.asinã. D. de fundo instructo. Si verò pater legat filiæ dotem,tunc aut vltra hoc legauit sibi suam legitimam,& tunc est conditionale.super quo vide quod dicitur infrà in proxima quæstione. Aut nullam legitimam sibi legauit, & tunc legatum dotis est purum,& poterit statim peti, ex præsumpta voluntate testantis. cui incumbebat necessitas filiam dotare, & ei relinquere legitimam. vt in l. qui liberos.D.de vitu nupt.& quia tale legatum videtur factum ad filiæ prouisionem : ideo non recipit aliam dilationem nec grauamen. vt l. quoniam in prioribus. C. de inoff.testam.

72 Et † aduerte quòd hoc casu non sufficit hanc dotem titulo legati relinquere, quò ad valorē testamenti, dicendo, *Relinquo filiæ meæ centum vel talem fundum pro eius dote*, quia verbum *Relinquo* adiectum certæ rei vel quãtati, non trahitur ad institutionem. vt notatur per Bartolum in l.cogi. versi. Et generaliter.D.ad Treb & habetur in auth.vt cùm de appel.cog.§. illud quoque. licèt glossa teneat contrarium,in auth.de hære.& fal. §.& hæc omnia. & ibi per Iaco.de Bel.Et sic,secundùm Bar.testamentum esset nullum ratione præteritionis ipsius filiæ, vtendo verbo *Relinquo*. sed debet vti verbo *Instituo*,& dicere,*Instituo filiam meam in centum pro eius dote, vel pro maritando ipsum.*

73 Quid † si testator dixerit *Relinquo filiæ meæ centum ad declamen sapientis*,quid poterit facere ipse sapiens? Dic quòd poterit addere, *vt sit institutionis*, ad hoc potiùs valeat testamentum quàm pereat. secundùm Iacob. de Aret. Sed Ricardus Malumbra disputat & tenet contrarium.cuius opinionem sequitur Bartolus in l. illa institutio. D. de hęr.insti.& notat idem Bar.in l.his verbis.D.de hære.instit.

74 Item † circa præmissa quæritur. Statuto ciuitatum Lombardiæ cauetur, Quòd mulier dotata non faciat partem in hæreditate paterna vel materna cum fratribus suis, &c.

&c.contingit caſus quòd pater impuberi filiæ legauit nulle pro eius dote.quæritur de tribus. Primò an hoc legatū ſuccedat in locū legiti mæ ſi cundo an huiuſmodi legato videatur ipſa filia dotata? tertiò an tale legatū poſſit ſtatimpeti,vel diſferri debeat petitio in tēpus nuptiarum?Et breuiter quò ad primum quęſitum variæ ſunt opiniones. vt refert Cy.in l.ſancimus.C.de nup. Et tenet Ricardus Malūbra quòd ſic,nec poſſit agi per filiam ad ſupplementum legitimæ, ſi quid deſit. Et eſt ratio, quia per ſtatutum poteſt diminui legitima, quamuis non in totum auferri, ſecundū cum.licèt Dy.teneat contrariū. in c.indultum.de reg.iur. lib. vi.Cynus verò vbi ſuprà,tenuit quòd tale legatum non ſuccedat in locum legitimæ quod etiam ſequitur Bartoles in d. §. Titio.ſicque habebit filia vtrunque, ſcilicet legitimam & legatum.niſi de voluntate teſtatoris aliud appareat.verbi gratia, ſi iuſſerit eam ſtare & eſſe tacitam & contentam, de dicta quantitate ſibi legata. arg.in l.qui volebat.cum ibi notatis.D.de hæte.inſtit. & ita cōſueuerunt notarij ponere in teſtamentis.Aliud autē eſſet ſi fuiſſet filia hæres inſtituta in dicta quantitate pro eius dote. quia tunc inſtitutio hæc ſuccederet in locū legitimæ,& ſi quid deeſſet agere poſſet ad ſupplementum. vt in l. omnimodo.& l.ſancimus.C.de inoffi. teſtam. & in Authentica ibi ſignata.& quod notatur in d.l.his verbis. Per quod pater quòd ſapienter faciunt notarij, ſi in huiuſmodi diſpoſitionibus vtantur verbis inſtitutionis,non legati, vt ſupra dictū eſt.Quò autem ad ſecundum quæſitum, dic, ſecūdùm Bartolum vbi ſuprà, quòd filia dicitur dotata.arguin.in l. nō eſt matrimonium. D. de ri.nup. & in l. qui pupillam. in prin.D.de adult. Facit quod notatur per gloſſam in l. cùm plures. §. penul.D.de adminiſtrat.tut.Et illa verba *dotata* ſunt exponēda, id eſt, in quam pater actum dotandi exercuit quantùm in ſe fuit. argu. in l. mulieri.D. de cōdi.inſtit. Alio verò caſu contra.quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt. vt l.ſi. C.de dona.ante nupt. Prima opinio Bartoli eſt verior, & probatur per textum in l.nō ſine ratione.C. de bon. quæ liber. Ad tertium autem quæſitum reſpōdetur, ſecundùm eum, quòd aut tale legatum eſt factum puberi, aut impuberi. Primo caſu differtur petitio in diem nuptiarum, matrimonio contracto per verba de præſenti. quod ſufficit,etiamſi non fuerit adhuc traducta ad domum mariti. arg.in l. ſancimus. C. de nuptiis. coniuncta l. ſi cui.D.de cond. & demonſt.Secundo verò caſu expectatur tēpus nubilis ætatis, & etiam quòd matrimonium per verba de præſenti cōtrahatur. quibus duobus concurrentibus petitio admittitur. arg.in l.hæc cōditio.D.de condition. & demonſt. & l.ſi pupillę.D.quando dies leg.ced.

75 Quid † autem ſi alia forma teſtator, vſus ſit, vt quia dixit *lego centum pro ipſa maritanda*? Dicit idē Bar.aut eſt pubes, & poterit legatum ſtatim petere, præſtita tamen cautione de nubendo, aut eſt impubes, & tunc differtur petitio in tempus pubertatis, quo tempore

persona erit ad maritandū habilis. & hoc sufficiat, etiamsi matrimonium de præsenti tunc nō contrahatur, vt petitio admittatur, arg. in l.nec semel § in habitatione.D. quando di.leg.ced.

76 Inde † quæritur.Pater legauit filiæ cērtum ex parte dotis,deinde ipsam maritauit & dotem pro ea soluit,postea moritur pater non mutato testamento. agit filia contra hæredes,petendo legatū prædictū,quæritur an sit audienda?Dicit Bart.in l.huiusmodi. §. cùm pater. D.de leg.1. distinguendū esse. Aliquando enim pater primo loco dotē simpliciter promisit, non tamē tradidit,& postea legauit.aliquādo primò tradidit & postea legauit,aliquādo ecōtra primò legauit, postea tradidit vel promisit.Primo casu subdistingue.Aut expressē legauit pro dote, & tunc semel tantū dos ipsa debetur. & ideo petens legatū nō auditur.vt d.§.cū pater.& l.Titia.§.qui inuita.D.de leg.2.Aut legauit simpliciter nulla facta mētione dotis, & tunc aut legauit aliud diuersum quàm promisit: tūc debetur vtrunque, videlicet [illegible] legatum, vt l. si pater pro filia. D. de collatio.do. Aut legauit idē vel tantundem in eodē genere,& tunc in dubio præsumitur legare animo compensandi,& præstabitur alterū tantùm.vt l.si cùm dotem.§.si pater. D. soluto matrimon. & notatur per gl.in d.§.cùm pater.Secundo principali casu, videlicet cùm primò dotem tradidit & postea legauit, distingue. aut legauit illud idem corpus quod fuerat traditum & tunc eius æstimatio debetur, ac si legasset scienter rem alienam. l. cùm pater.§.pater filiæ.D.de leg.2. aut legauit dotem simpliciter, & tunc semel tātùm debetur,nec præstatio duplicatur. 77 Et † quia dos ipsa est legata non confertur. vt d.§.qui inuita.& l.filię.& l.à patre. C. de collat. Vbi autem legauit aliud omnino diuersum à dote,tūc vtrunque debetur,vt suprà dictum est. Tertio verò casu principali,videlicet quando primò legauit & postea tradidit,distingue. aut post ipsum legatum dotis realiter dotauit, & tunc videtur de primo legato dotata, ideóque vlterius legatum non debetur. l. Lucius. l.i. & ibi notatis.D.de leg 1. & l.filia. C.de lega.Vbi autem legatum esset simpliciter primò factum sine adiectione causæ dotis, tūc per traditionē dotis inde secutā non videtur à legato recessū.ideóq.vtrúque debebitur. vt l.quinquaginta, cum ibi notatis. D. de probatio.

78 Ex † præmissis autem patet solutio ad illam quæstionem qua quæri solet, Si pater legauerit ducenta filiæ pro dote, postquam ipsa nupserit, & centum pro eius dote tradiderit, an mortuo patre possit reliqua centum ex causa legati petere? & secundùm Bartol.in d.l.Lucius, distinguendum est.aut legauit *pro maritando* ipsam filiam, & tunc excluditur à petitione legati,quia cessat causa legati.arg.in l.libertis.in princ.D. de alim.& cibaria.leg., Aut legauit simpliciter *pro dote* aut ex causa dotis, & tunc admittitur ad petitionem legati.quia dos pōt augeri cōstante matrimonio.vt l.pen C.de don.ant.nup.De qua materia plenè tāgitur per eum dē in l.liberorum. D.de verb.sign.

79 Præterea † quæritur. Ecce quòd pater legauit filiæ centū pro

dote,vel pro ea maritãda,& deceſſit filio maſculo hærede vniuerſali inſtituto,qui inde ſororẽ maritauit & dotẽ dedit ſimpliciter,nõ habita mentione legati,quæritur an ſoror poterit legatum petere?Reſpondetur quòd nõ. quia frater videtur eã dotaſſe de pecunia legata potiùs, quam de propria. arg. in l.Neſennius. & quod ibi notatur per doctos. D.de neg. geſt. & ita determinat Iac.de Butr. vt refert Cyn. in l. fina.C.de do.promiſ.

80 Vbi † aũt pater dat dotẽ pro filia ſua quæ habet bona materna, videtur in dubio eam dotaſſe de bonis ipſius patris, & non de maternis.vt d.l fina.C.de do.promiſſ.

81 Sed † quid ſi teſtator ſic dixit, *Lego centum pro dote filiæ meæ & quotes illa perdiderit ſibi de nouo dentur per hæredes meos.* quæritur da effectu huius legati. Reſpondetur quòd ſemel tantùm dos perdita reintegratur & præſtabitur, & non vltra, ſi millies perderetur.vt eſt textus in l.fideicommiſſa.§. ſi quis decem.de legat.3.

82 Sed † aduerte circa prædicta, quòd de iure cõmuni ceſſante dicto ſtatuto,Quòd filia non ſuccedat extantibus maſculis, tenetur pater dotem filię relinquere titulo inſtitutionis & non legati, vt prædixi, & ſi in vita ſua ea nupſerit, & dotẽ pro ea dederit, poterit eam in dote inſtituere, & in aliquo pluri quantumcunque modico, & ſic tenebit eius inſtitutio.vt plenè diſputat gl. & doc. in l. Denique.§.ſed vtrum. in fi.D.de minori.& Bartolus notat in l.his verbis.D.de hæred.inſtit.

83 Sed † pone quòd ſtatuto caueatur, Quòd muliere mortua in matrimonio vir lucretur dotem,vt eſt communiter in Lombardia.cõtigit quòd mulier habens filium ex priori marito accepit ſecundum virum, & inde mulier ipſa prædeceſſerit in matrimonio, ſuperſtitibus ſecundo viro & filijs prioris matrimonij. inter quos controuerſia oritur ſuper dote, quæritur an ipſe ſecundus vir lucretur dotem excluſis dictis filijs, an redire debeat ad ipſos filios excluſo ſecundo viro? Dixerunt quidam filios præferendos, ſaltẽ in ea parte quã lex ipſis defert,de qua traditur & habetur in l.hac edictali. C. de ſecun.nup. Alij dicunt filios in totum excludendos etiam à legitima, & virum præferendum auctoritate dicti ſtatuti, per quod derogatur d. l.hac edictali. quia iſta eſt quædam alienatio inter viuos, per quam poteſt filius priuari legitima. vt notat Dyn. in c. indultum.de reg.iur. libr.vi.& Cyn.in l. ſancimus. C.de ſecund.nupt. & in l.i.C.de inoff.do.& hãc partem tenet Bal. in l.ſi ea lege. C. de cond. ob.cau. & eã obſeruat Lombardia. de qua quæſtione dixi ſuprà,in forma qua agitur ad dotis repetitionẽ.

84 Quid † autem ſi ſtatuto caueatur non vt proximè dictum eſt, ſed hoc modo,Quòd mortua vxore ſine liberis ex primo matrimonio vir lucretur dotẽ, an hoc caſu præmoriente ipſa vxore in ſecundo matrimonio ſuperſtitibus liberis ex ſecundo viro,poterunt filij prioris matrimonij petere partem dotis maternæ à filijs ſecundi matrimonij? Et vtique dicendũ quòd ſic.cuius ratio eſt,quia per tale ſtatutum ſolum in vnum caſum maritus ſibi ipſi lucratur dotem, videlicet quando vxor moritur ſine libe

ris ex eo procreatis. Cùm autē moritur cum liberis, tunc casus iste relinquitur dispositioni iuris communis. vt l. si extraneus. D. de condi. ob cau. & l. si cùm dotē. in prin. D. solu. ma. Ideóque pariter filij vtriusque matrimonij in ipsa dote succedunt. in auth. in successione. C. de suis & leg. & d. l. hac edictali. Nisi pactū de dote lucranda intercessisset, quia tunc maritus in dote succederet, secundùm formam d. l. hac edictali, & non plus: vt ibi notatur. de quo & alijs pluribus, vide quæ habentur & notātur per Iaco. de Bel. in authen. de nup. §. optimè.

85 Quæritur, † si statuto cauea tur, Quòd fœminę nō succedant cum masculis in hereditate paterna vel materna si fuerint dotatæ, vel si fratres earū velint eas dotare, & cōtigerit patrem decedere filio masculo & filia superstitibus, & filius decesserit superstite quadam eius filia, & prędicta eius sorore, an in successione paterna præferatur dicta amita, soror dicti filij, prædictæ eius neptī? Et sic distinguendum secundùm Cyn. vt per eum notatur, in l. 1. C. ad legem Iul. de adul. Nam aut ipse filius decessit in vita patris, & tūc pariter succedūt. vt in Auth. defuncto. C. ad Tertul. Aut post eius mortē. & tunc neptis excludit amitam, & est ratio, quia istud ius excludendi amitam fuit quæsitum ipsi patri suo, in eius vita virtute dicti statuti, quod ius trāsmisit in eius filiam, vnde ei est deferendum, arg. in l. videamus. D. de neg. gest.

86 Sed † pone quòd testator legauit filiæ pro dote certa bona, inbens eam esse tacitam & contentā vt multotiens contingit, quæritur an ipsi filię post agitum legatum sit saluū ius petendi dotem maternam? Bartolus in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. in fi. D. de oper. lib. videtur dicere quòd sic, quia dos materna est extra bona patris, vt ęs alienū. Tu distingue, vt ibi notatur & vide qđ scripsi super forma libelli quo agitur pro hæreditate, ex testamento delata, in gl. 3. 87 Et † per hoc pater, quòd pater nō videtur filiam dotare de dote materna, quod est vetum in dubio. Sit ergo cautus pater, quòd specialiter ipsā dotet de dote materna, per textum in l. fi. C. de do. promi. Secus aūt in extraneo vel fratre dotante. vt ibi notatur per Cy. quia in dubio præsumitur dotare de dote materna.

88 Redeo † ad v. articulum, quando legatur vinum, vel triticum. Vbi notandum quòd si alicui legatur vinum vel triticum simpliciter, non adiecto de quo sit præstandum, videtur in dubio præstandum de eo quod est in patrimonio testatoris. vel si nihil reperitur, præstari debet aliunde per eius hæredem. vt l. si cui vinum. in prin. & ibi per Bar. D. de vi. mi. & oleo leg. Nec tamen vasa seu lebetes, in quibus est vinum reconditum, cedunt legatario, vt d. l. si cui §. 1. 89 Et † si vinum vel frumētum legetur pro alimentis, licēt quantitas non sit expressa, tamen valet, & cedit eo casu in legato omne vinum testatoris. vt l. quidam hæredem. D. eo. tit.

Quid dices si testator leget decē vasa vini Titio, ex eo quod nascetur in tali vinea, & nihil aut parū natum

natum est,an hæres liberabitur, vel supplebit de eo quod nascitur in sequenti anno?Dic vt suprà dixi circa legatũ annuum. & quòd plenè tãgitur per Bar. in l. inter stipulantẽ. § sacram. D. de verb.ob.Facit l.certum.& l.ex eo.D. de vi.tti. & oleo, leg.

Transeamus ad v r. articulum, qui est quando legatus est fundus cum instrumento suo. 90 Vbi † quæri solet, quæ contineantur appellatione fũdi instructi? Ad quod breuiter respondeo, quòd ligones, aratra, boues, falces, torcularia. messoria,& alia similia,ad agriculturã pertinentia,& ad fructus colligendos: vt plenè traditur In l. instrumenta fundi. cum l. seq. D. de fun. instruc.& instrum. leg. Nec refert quantum ad vim coniungendi, an legetur fundus cum instrumento, an fundus & instrumentum, vel fũdus instructus, licèt quò ad modũ extinguendi differant hæc inter se: vt habetur in l.1.& l.fi cui.D. de fun. instr.

91 Notandum †tamen est, quòd dictio [a] *cum* coniungit accessoriè, sed dictio *&* coniungit principaliter.vt d.l.1.& l.fi cui.facit l.1.&2.D. de pecul.leg.& l.si quis Titio. in fi. D. de vsufr.legat. & l.triplici.D. de ver.sig.quod facit ad multa. Pleniùs tamen & clariùs potes super hoc distinguere,secundùm Bart. vt per eum notatur in d.l.fi cui, aliquãdo hæ dictiones,scilicet, *&*, *cum*, ponũtur inter res quarum vna sui natura alteri non accedit, vt inter personas.vt l.iustissimè.D. de ædil.edi. vel inter res prorsus distinctas & separatas, & tunc pariformiter coniungunt,videlicet omnes principaliter.vt Insti.de leg.§.si quis ancillã. & l. si ancilla cum liberis. D. de leg.1. Aliquando hæ dictiones ponuntur inter res quarum vna sui natura alteri accedit, seu vna solet alteri accedere , vt instrumentum fundi & peculium serui. & tunc est differentia, quia *&* coniungit principaliter , sed *cum* coniungit accessoriè, vt d.l.1.& 2. & l. si cui. Et vide de hoc per Cyn. in l. 2.C. de verb. signifi. An autem hæc dictio *Et* inducat repetitionẽ qualitatis positæ in præcedenti oratione, vide quod notat Bartol. in l. Seio. §.Gaio.D. de fun.instr.& in l. In repetendis D. de leg.3.

Nunc autem trãsitum facio ad vii. articulũ, qui est quando legatur serui peculiũ. 92 Vbi †quæritur, seruo legato cũ peculio, quid cadat in legato, si contingit seruũ mori, dic in omnibus extingui legatum.vt in l.1 & 2.D. de pecu.leg. Et hoc,quia sublato principali tollitur accessorium. Per quod decidi tur illa quæstio, cùm testator legauit equum cum sella.nam mortuo equo viuente testatore, extinguitur legatum sellæ per regulã prædictam. nam dictio *cum* coniungit accessoriè, vt dictum est, facit l. tunc inutile. D. de pecu. legat. & regula l.cùm principalis. D. de regul.iur.

93 Venio † ad octauũ articulũ,

[a] No.de dictio. *Cum* & dictione *Et*,do.in l. si quis arbitratu. D.de verb. oblig.& dost.in l.1.& 2.C.de verb.signif.& de dictione *Et*, vide Bart. in l.si finita, in §. cleganter. D.de dam.infect.Iacob.de Arez.in disput. incip. quidam paterfamilias facit testamentum. lega. peculij.

q̃ est cùm legatur penus [a] seu canepa. in quo articulo quæritur quid penus appellatione contineatur? Vbi sic distingue. quòd quandoque legatur penus poculenta, quãdoque legatur penus esculẽta. Primo casu omnia continentur, quę appellatione vini continentur. Secundo verò casu omnia continentur, quæ vsui patrifamiliàs sunt deputata. vt hæc & alia latiùs habentur in l. qui penu. cum seque. D. de pe. leg. & l. qui penu. la. 2. D. eo. tit.

94 Venio † ad IX. articulum qui est quando legatur suppellex. Vbi notandum quòd hoc nomen est iuris, sed in vulgari appellatur Masaritia domus. sicque idem importat legare masaritiam domus, & legare suppellectilem. vt notat Bartolus in l. 1. de suppellect. leg. Et per hoc patet quæ contineantur appellatione suppellectilis, de quo vide textum l. 4. D. eo. tit.

95 Condescendo † ad x. articulum, qui est cùm legantur cibaria seu alimenta. Vbi quęrendum primo loco est, quid alimentorum nomine seu appellatione comprehendatur? Et breuiter respondendum est cibaria, vestimenta, & domũ seu habitationem contineri. vt l. legatis, & l. fin. de alim. & cib. leg. Imò etiam aqua, si in ea regione vendi solet. vt l. 1. D. eo. tit. Secus autem est in legato cibi vel diarij. nam appellatione cibi non continetur vestimentum, nec domus, vt l. diariis D. eod. tit. Et sic patet quòd aliud est legare alimenta, aliud cibaria.

96 Quid † si testator iusserit hæredi suo, vt talem eius nepotem instrui faciat in aliquo artificio, nõ determinando de quo, quæritur in quo artificio debeat ipsũ instrui facere? Resp. quòd iudex in hoc arbitrabitur, inspecta qualitate, & natura, & dispositione, & similibus circũstantiis ipsius nepotis, expensis ipsius hæredis. vt habetur singulariter in l. Stichus liber esto. D. de lega. 3.

97 Quid † igitur si alimenta sunt simpliciter legata nulla determinatione de his facta, qualiter fiet præstatio eorum & limitatio? Dic quòd iudicis officio erunt limitãda, inspecta persona legatarij, & fructibus & reditibus hæreditatis, vt in l. cùm alimenta. in prin. & l. cũ vnus. in fi. D. de ali. & cib. & leg. facit l. fin. in fin. C. de alim. pup. præ. & l. ius alimentorum. D. vbi pup. educ. deb. & quod notat Barto. in l. Imperator Adrianus in fin. D. ad Treb. Et nota quòd si fructus rerũ hæreditariarum ad alimenta non sufficiunt, non propterea tenetur hæres proprietatem rerum ipsarũ vendere, & precium in alimenta conuertere, vt ponit Bartolus in d. l. cùm alimenta.

98 Et † si is cui legata sunt alimẽta infirmitatem patiatur, debẽt ei præstari medicinæ [b], vt l. Verbo rectus. D. de verbo. signific. & in l. si cùm dotẽ. §. sin autẽ in fin. D. sol. matri. quod sequitur idem Bartolus in l. legatis. D. de alim. & cib. leg.

99 Inde † quæritur, an legatũ alimentorum transeat in hæredem legatarij? Dic q̃ non regulariter,

a Penus quid sit, Vide in to. ti. penu. leg. l. suppellectilis leg. cibi seu alimentorũ.

b Nec. quòd dantur medicinæ. Bar. in tract. de ali. in 2. col. dect. in c. cùm haberet, de eo, qui du. in mat. quam po. per adul.

vt l.in annalibus.C.de leg.& l.ſi in ſingulos,&ibi notatis.D.de an.leg. &l.cùm hi.§.modus.in fi.D.de tráſact.& l.Mela. in prin. D.de alim.& cib.leg.

100 Inſuper † quæritur, legatis alimentis quo tempore ſint præſtãda,an in ſingulis menſibus, vel annis? Diſtingue,ſecundùm Bartolũ, vt per eum notatur in l. ſi. D. de lib.agnoſ. & l.Pecunię.D.de alim. & cib. leg. Quandoque alimenta debentur ſeu relinquuntur cum de monſtratione certi temporis.vt puta,*leg omni anno vel omni menſe decem pro alimentis*,& tunc præſtantur tempore illo deſignato. vt l.annuam pecuniam.& l.1. cum ſeq.D. de an.leg.facit l. nec ſemel.§.ſi in habitatione. D. quando di.leg.ced. & l. diariis.D.de alim.& cib.leg.cum ſimilib. Quandoque legantur alimenta ſimpliciter nulla facta tẽporis deſignatione,& tunc ſubdiſtinguitur.Aut relinquitur perſonis nõ morituris, puta pauperibus talis hoſpitalis:& tunc ſoluenda ſunt ãnuatim.vt l.ſi quis ad declinãdam. C. de epiſcop. & cleric. Quandoque relinquuntur perſonis morituris,vt Titio vel Sempronio.& hic conſidera quòd in alimẽtis continẽtur quædam quæ non recipiunt cõmodam diuiſionem per menſes, & quorum menſualis præſtatio nimis grauaret hęredem , vt puta veſtimentum & ſimilia , & tunc de his ſienda eſt ſolutio cùm neceſſitas imminet. vt notatur per glo.in l.firmio.§.fin.D.quando di.leg. ce. & facit d.l.nec ſemel.§.ſi in habitatione.Quædam ſunt quæ poſſunt commodè diuidi per menſes , & in quorum diuiſione hęres nõ grauatur. vt date frumentũ,carnes, vinũ, & ſimilia ad vſum quotidianũ depuſita.& in ipſis ſienda eſt ſolutio ſingulis menſibus, vt d.l.fin.D. de lib. agno. Fallit in militibus, quibus fieri debet alimentorum præſtatio per ſingulos aut binos dies.vt l.1.C. de ero.mil.an.lib.xii. & l.nulli.eo.tit. Et ſi fortaſſe plures ſint obligati ad præſtationem huiuſmodi alimentorum , ne præſtatio cõfundatur fiet inter eos diuiſio hoc ordine, videlicet vt vnus ſoluat vno mẽſe,alius alio mẽſe,vt habetur in l.3. D.de ali. & cib. leg.

101 Deinde † quæritur, an ſolutio alimentorum ſienda ſit in ſpeciebus vel in pecunia? Diſtingue,ſe cũdùm Bartolum , vt per eum notatur in l. 3. D. de alim. & cib. leg. Quædam ſunt res quæ ſi pro toto tempore præſtarentur in ſua ſpecie corrumperentur: vt carnes,& ſimilia. & in his debetur æſtimatio ſeu pecunia pro eis. vt l.Mela.§.quidã D.de alim.& cib.leg.Quædam ſũt, quæ ſi præſtarentur pro toto tempore , non corrumperentur: puta frumentum , vinum , & ſimilia. & tunc non debetur æſtimatio , ſed ſpecies ipſa ſolui poteſt, vt in l. cũ hi.§. ſicut.D.de tranſact.

102 Sed † in quo loco ſunt præſtanda hæc alimenta? Dicit Bartol. quòd ſi locus ſit deſignatus,debent præſtari in eo loco. Si non ſit deſignatus in loco in quo hæres ſortitur domicilium.vt in l.1.& ibi notatur per eum. D. de alim. & cib. leg.& notatur per gloſſ. in l. cùm hi.§. in cauſa. D. de tranſact. Pro quo facit l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. & l. quod legatur. D. de iudi.

103. Sed † hic insurgit dubiū. pone quòd hęres & legatarius sunt eiusdē fori, an hæres teneatur alimenta deferre ad domum legatarij, vel legatarius ipse teneatur ire ad domum hæredis. In quo, secundùm eum, sic potest distingui. Aut pro ipsis alimentis debet prestari pecunia, vel quid simile, in cuius portatione nulla est expensa. & tunc tenetur hęres ire ad domum legatarij, & portare pecuniam. vt l. item illa. & ibi notatis per glossam. & Doct. D. de constitut. pecun. Aut prestari debet aliud quàm pecunia, in cuius portatione expensa exigitur. & tunc debet legatarius ire ad domum hæredis, & ipsius legatarij sumptu alimenta recipere. arg. l. prouinciales. in fi. C. de ero. mil. an. lib. xii. & l. i. §. penul. D. de peric. & commo. rei ven.

Et ex his colligi potest decisio ad illam quæstionem satis frequentem, qua quæritur, Si maritus legauerit vxori alimenta [a], an sint præstanda in domo mariti vel extra. In qua quæstione quidam voluerunt sic distinguere. Aut hæredes viri sunt filij ipsius vxoris, & tunc præstari debent in domo ipsorum hæredum, cum quibus potest honestè viuere: nisi testator aliud expresserit. vt l. qui concubinam. § 1. D. de legat. 3. & D. de fun. instru. l. quæsitum. §. puto. & l. 2. C. com. vtri. iud. Aut non sunt eius filij, sed extranei: & tunc præstari debent extra domum. 104 Alij † autem dicunt quòd si testator simpliciter reliquit vxori alimenta, non adiecto loco domus, quo licitum est mulieri habitare vbicunque voluerit, & vbique sunt ei ab hærede alimenta præstanda. per textum in l. libertis. §. Lucius. D. de aliment. & cib. leg. & ibi sequitur Bartolus hanc opinionem, & in l. diuortio. in princip. D. solut. matrim. de quo tangitur per gloss. in l. cùm hi. §. si in causa. D. de transact. per Specul. in tit. qui si. sint leg. §. 1.

105 Sed † quid si testator voluerit vxorem recipere alimenta in domo sua, an tenebitur in ipsa domo operari cum hæredibus ad eorum vtilitatem? Dic esse distinguendum, secundùm Bartolum. Aut mulier est nobilis, cuius nullæ sunt operæ, & tunc non tenetur operari. Aut est ignobilis, quæ consueuit operari [b], & tunc aut huiusmodi alimenta sibi debentur ex iuris necessitate, vt quia ipsa est infra annum luctus, & tunc debet operari ad vtilitatem hæredis. vt habetur & notatur in l. i. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & l. sicut. D. de oper. liber. Aut debentur ex sola testatoris dispositione. & tunc non tenetur operari ad commodum hæredum. argum. dict. l. libertis. §. 1. & ita determinat Bart. in d. l. diuortio.

106 Sed † quid si testator legauerit Titio fundum ad alimenta, vel pro eius alimentis, quæritur

a Not. quando maritus legat alimenta vxori, vide Bar. in consilio incip. super eo quod quæritur in 3. quæst. prima.

b Vidua cui alimenta debentur cui teneatur operari. Ba. in l. Gaio. in §. Imperator. D. de alimen. & cib. leg. & in l. sicut, in fin. D. de ope. lib.

cuius

cuius ſit dominium fundi? Dic, ſecundùm Bartolum, quòd hic forma legati eſt multùm attendenda. Quandoque enim teſtator dicit, *Lego Titio fundum ad alimenta*, vel *pro alimentis*, vel *vt habeat alimenta*. & his caſibus dominium fundi eſt legatarij. vt dict. l. libertis. & l. penult. D. de aliment. & cib. leg. & ibi per eum. Quandoque teſtator dicit, *Lego alimenta ex tali fundo*. & tunc ſola alimenta cedunt in legato, & proprietas fundi eſt hæredis. vt in l. t. in fin. & l. Lucius. D. eod titulo. Quandoque teſtator dicit, *Lego alimenta, & pro eis obligo talem fundum*. & tunc ſola alimenta, & fundi obligatio cedunt in ipſo legato: proprietas verò remanet hæredis. vt dict. l. Lucius. D. eod. tit. ita determinat ipſe Bart. in d. l. libertis. Et huius differentiæ ratio poteſt eſſe, quia in primo caſu verba diſpoſitiua legati referuntur principaliter ad ipſum fundum, vt determinat ipſum verbum *Lego* & ipſum verbum *Fundum*, conſecutiuè autem reſpiciunt alimenta. ideóque non mirum ſi proprietas & dominium cedunt legatario. Aliis verò caſibus verbum *Lego* determinat ac reſpicit principaliter alimenta, demonſtratiuè autem vel conſecutiuè reſpicit ipſum fundum.

107 Sed † circa hoc occurrit aliud dubium, in eo quod eſt dictum dominium fundi tranſire in ipſum legatarium, an ipſe legatarius hoc dominium tranſmittat in hæredem ſuum? Circa huius dubij ſolutionem gloſſæ ſunt contrariæ. Nam glo. in dict. l. cùm hi. §. ſi vni. tenet quòd non, tanquam finitum morte legatarij: ſed reuertitur ad hæredem ipſo iure, ſicut finitur legatum alimentorum. vt dict. l. cùm hi. §. modus. Pro qua opinione facit l. Titia §. final. D. de legat. 2. In contrarium videtur eſſe textus. in dict. l. libertis in princip. & dict. §. ſi vni. & l. penult. D. de aliment. & cib. leg. & hanc partem tenent Iacob. de Aret. & Bartol. vbi ſuprà.

108 Solet † denique dubitari, an cauſa adiecta legato limitet ipſum legatum? Super quo Barto. in dict. l. libertis, tradit hanc doctrinam. Aut loquimur in cauſa de præterito, & tunc nulla inducitur limitatio, cùm ipſius cauſæ defectus non vitiet legatum. vt in l. cùm tale. § falſam. & l. demonſtratio falſa. §. 1. D. de condi. & demon. & ibi plenè notatur. Aut loquimur in cauſa de futuro, quæ impropriè dicitur cauſa, & hic ſubdiſtingue. Aut apparet de mente teſtatoris, quòd voluerit per cauſam limitari legatum, & tunc limitatur. vt dict. l. Titia. §. final. D. de legat. 2. & l. ſpecies. D. de auro & argent. leg. Aut non apparet de eius voluntate. & tunc aut talis cauſa per ſe ſimpliciter conſiderata non continet aliquem fauorem legatarij, & tunc limitat legatum. vt dict. cùm pater. §. dulciſſimis. D. de legat. 2. & l. epiſtola. D. ad Treb. Aut continet fauorem eius. & tunc aut ipſa cauſa poteſt operari augmentum legati & operatur. vt l. ſi cui habitatio §. 1. de vſu & habit. Aut non poteſt operari augmentum, & tunc operatur reſtrictionem. vt dict. l. libertis. & dict. §. ſi vni. & facit l. final. D. de vſufruct. ea. re. quæ

vsu consum. & l. donationes §. species. D. de donat. Et idem dic ternandum esse in contractibus. vt notatur per Cyn. in l. si mulier. C. de iu. do.

109 Et † ex his patet decisio ad illam vsitatam practicam, si testator legat vxori suæ domum pro habitatione, quòd dominium seu proprietas domus pertinet ad vxorem secundùm opin. Iac. de Arct. licèt Old. aliter teneat. Est ergo bonum consilium addere *donec viuerit*. Prædicta autem vendicant sibi locum quò ad dominium quærendum legatario, quando ipse est capax dominij. Secus si alimentorum tantùm, vt patet exemplum in spurio & alio nato ex coitu damnato. vt traditur in cap. cùm haberet. ex. de eo qui duxit in vx. quæ pol. per adult. Facit quod plenè notat Bartol. in l. si gener. D. de his qui. vt in dig. & l. si deportati seruo. D. de leg. 3. & l. Titio ei qui capere. D. de leg. 2.

110 Rursum † sciendum est, quòd alimenta quandoque sunt præstanda quadam necessitate iuris, præter hominis dispositionem, suadente naturali ratione. vt verbi gratia, pater & mater tenentur ad educationem liberorum. vt in l. 1. cum sequen. D. de li. ag. facit l. 1. §. ius naturale. D. de iustit. & iur. Et econtra tenetur filius ad præstationem alimentorum patri & matri. vt D. de lib. ag. l. si quis à liberis. in prin. & facit quod habetur in l. fin. §. hoc proculdubio. vers. Ipsum autem. C. de bon. quę lib. Et hæc vera quando alter ex his est inops, alius verò diues. Vbi autem omnes pariter essent diuites, seu sibiipsis sufficientes ad alimenta, tunc alter ab altero non potest alimenta petere. vt in l. si quis à liberis. vers. sed si filius. vel si omnes essent pariter pauperes, nullus peteret sibi inuicem alimenta. vt notatur per glos. in dict. §. ipsum autem. & si forsitan vnus esset sibi soli tantùm ad alimenta sufficiens, non tenetur sibi detrahere, & alteri cõferre: quia prima charitas incipit à seipso. debet ergo cõferre alteri inopi quod sibi supereſt vltra propria alimenta. & ita determinatur per glos. & textum in l. 2. C. de alen. lib. & d. l. si quis à liberis. §. pen.

111 Quid † autem si dubitetur, an sit filius vel pater qui alimenta petit? Die quòd ante omnia fiet de hoc cognitio summariè. vt d. l. si quis à liberis. §. si vel parens. & §. solent. quæ cognitione pendente nihilominus alimenta actori præstabuntur. vt l. si negent. D. eo. tit.

112 Denique † sciendũ est quòd libertus tenetur ad alimenta patrono suo, si quid ipsi liberto supereſt vltra sua propria. vt d. l. si quis. §. alimenta. & d. §. de alimentis. Similiter econuerso patronus tenetur liberto. vt l. alimenta. in prin. D. eo. tit.

113 Quid † autem dices de domino & vasallo, an teneantur sibi inuicem ad alimenta[a]? Et quidem planum est vasallum teneri domino suo, secundùm Dyn. arg. d. l. alimenta. §. 1. Nam tenetur dominum defendere. vt collat. 1. in titul. Quę

[a] Vasallus tenetur domino præstare alimenta. vide Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. 1. verſic. sed nunquid dominus, & Car. Alex. in c. 1. in fin. 1. col. ver. quæro, hic dicitur in tit. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. in vſi. feu.

sit

ſit forma fide. c.1. Ergo ipſum alimentare. quia necare videtur qui denegat alimenta. vt l. necare. D. de lib.ag Quæ opinio confirmatur ex his quæ habentur & notantur per gloſſ.in l. ſolo D. de lib. cauſ. & in dict.cap. 1. & Specul. in titul. qui ſi.ſint leg §.1. verſ. quid ſi dominus. Et ſi vaſallus denegat alimenta priuatur feudo, ſicut libertus priuatur libertate & redigitur in ſeruitutem,vt d.l. alimenta. §. 1. ſupra allegato.

An autem dominus teneatur vaſallo, dubium eſt. ſed inclinandum & dicendum eſt quòd ſic, arguendo à paritate rationis, per textum in dict. l. alimenta. in princip. 114 Pro † quo facit illa generalis regula. Quòd reciprocè ſunt inuicem obligati dominus & vaſallus. adeò quòd ex his cauſis ex quibus vaſallus feudo priuatur, ex eiſdem priuetur dominus proprietate. vt in d.c.1.& in tit. quãdo proptie. priue. ca. ex facto. & tit.ſi de feu.fue.contro.c.domino guerram committente.

115 Amplius † quæritur, an frater fratrem alere teneatur? Determinant communiter gloſ.& Doct. quòd ſic. ſiue ſit frater naturalis & legitimus,ſiue naturalis tantùm. vt in authen.licet. C.de natu.lib.& l.quamuis. D. ſolut.matr. & notatur per glo.& Cyn.in l.1.C.de alen. lib.& in l. ſi quis liberis. §. verum autem.& ibi notatur per Bartol.D. de lib.agn.

116 Ex † præmiſſis autem patet, quòd filius naturalis tantùm alendus ſit à patre.quod eſt verum ſi natus eſt ex cõcubina, cuius etiã coitus licitus eſt, ſecundùm iura ciuilia.vt D.de concub.per totum.[a]Secus autẽ in filio nato ex coitu damnato.vt in auth.Ex complexu.C. de inceſt.nup. & d.§.verum autem. De iure autem canonico talis filius ex coitu damnato natus, eſt alendus.vt habetur in d.c.cùm haberet, eẽ.de eo qui du.in vxo.eam quam pol. per adul.

117 Quæritur † vltra. Pone quòd pater vel filius ingreſſus eſt monaſterium, propter quod bona eius ſunt monaſterio dedicata, an monaſterium teneatur præſtare alimenta illi qui in ſeculo remanſit. Dynus & Bartol. tenent quòd ſic. per d.l.ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. &c. & ibi notatur etiã per Spe. in tit.qui fil.ſint leg.§. 1. verſi. item quid ſi intret, vbi plenè tractat materiam alimentorum.& Albericus in tit. de alimentis.

118 Quæritur † an mater ita teneatur ad alimenta filiorum[b], ſicut pater? Dic ℣ infra triennium pertinet lactatio ad matrem : poſt triennium autem pertinet educatio ad patrẽ.vt l.ſi.C.de pa.pot.Niſi pater eſſet pauper & mater diues. de quo plenius dic vt habetur &notatur in d.l.ſi quis à liberis.§.ſi mater. & per Cyn. in l.alimenta. C.de neg.geſt.& per Bartolum in l. Neſennius.D.de neg. geſt.

119 Sed † pone ℣ aliquis habet patrẽ & filiũ ambos diuites, cũ ipſe ſit egenus,quæritur à quo priùs petẽda ſint alimẽta? Hãc queſtion.ſor

a No.de alimẽtis ſputio præſtã. Bar.in tra.de ali.in 3.co. Cy. in Auth.ex cõplexu.C. de ince.nu.Bar.in l.ſi quis à liberis.D.de li.ag.Spe.ti.qui fil.ſint le.ver.quid de natis.

b An mater teneatur alere filium. doct.in l.1.§.ſi mulier D.de lib. ag.& in auth. ſi pater. C.de dinor. & Bar.in 2.a.de alim.& Abb.in c.2.de conuer.coniu.

mat Bart. in l. non quemadmodũ. D. de lib. ag. & Cyn. in l. 1. C. de alen. lib. & ibi per Iaco. de Are. Finaliter concludendo dic, secundùm eos, quòd priùs debet petere à patre quàm à filio. Et sit ratio, quia iure naturali magis astringitur pater ad alimenta filij, quàm econtra filius ad alimẽta patris. arg. in d. l. si quis à liberis §. virũ autẽ. vers. ei magis. & l. isti quidẽ. D. quod met. causa. & l. cũ ratio. in prin. D. de bon. dam.

120 Quæritur † si testator legauerit alimenta pupillo vel infanti, donec ad pubertatẽ peruenerit, vsque ad quod tempus extendatur hoc legatum? Dic quòd fauore alimentorum pubertas extenditur cõtra cõmunem regulam in maius tẽpus, videlicet in masculo vsque ad decimum octauum annum, & in fœmina vsque ad decimũ quartũ. vt est textus singularis in l. Mela. in prin. D. de alim. & cib. leg. Per quod collige primò vnum speciale in alimentis.

121 Secundũ † est speciale, nã fauore alimentorum facta solutione eorum per triennium, ex voluntate minùs solenni, debentur exinde in futurum. vt l. 1. C. de fideic.

122 Itẽ † tertiũ est speciale, quia persona aliàs incapax legati, domi nij vel proprietatis, redditur capax alimẽtorum. vt l. is cui. D. de alim. & cib. leg.

123 Itẽ † quartũ est, quia clausula generalis per quã minuitur legata, nõ trahitur ad legatũ alimẽtorũ vt l. libertis §. posthumis. D. eo. tit.

124 Itẽ † quintũ est, quia legatũ relictũ ad alimẽta à certa persona institutæ, intelligitur repetitũ à substituto. vt l. 4. §. Lucius. D. de alim. & cib. leg.

125 Itẽ † circa modũ exigendi est sextũ speciale, quia executor vltimæ voluntatis habet in his actionẽ vt l. alio hærede. D. de ali. & cib. leg.

126 Item † in causa alimentorũ dantur breuiores dilationes. vt l. 2. D. de re iud.

127 Item † à sententia lata in causa alimentorum nõ appellatur. l. fi. D. de appel. recip.

128 Item † quandoque in his non admittitur compẽsatio. vt l. 4. C. de compen.

129 Item † alimẽtorum ius nõ potest remitti solo pacto contrahẽtium, nisi accedat iudicis auctoritas. vt l. cùm hi. D. de transact.

130 Item † pro alimentis agi potest etiã tẽpore feriato, meliũ vel vindemiarũ. vt l. 2. D. de feriis. quæ omnia plenè notat Bar. in d. l. Mela. in princ.

131 Cæterùm † est notandum, quòd tutores & curatores pupilli vel adulti tenentur ipsis alimenta præstare, de eorũdẽ pupilli vel adulti patrimonio, secundùm quod patiuntur eorum facultates. vt Lius alimẽtorũ. D. vbi pup. edu. deb. Ad quæ alimẽta cogẽdi sunt iudicis officio. vt l. officio iudi. D. eo. Si tamẽ ipsi tutores & curatores, ne fortassè ipsorum pupilli & adulti paupertatẽ detegerent, aut fortassè diuitias (timore tyrãnidis) bona fide occultarent, ipsos malè alerent, non eis hoc imputabitur ad aliquã culpã. vt l. fi. C. de alim. pupil. præstan.

132 Vltra † autem memoratos casus, in quibus dictum est aliquẽ teneri de necessitate alimenta præstare, si aliquis (qui non est ad hoc obligatus) alimenta præstiterit

tit alicui, poterit illa repetere per actionem negotiorũ gestorũ. Nisi animo donandi alimenta præstitit, quod in certis casibus fecisse præsumitur: puta si motus affectione domestica alimenta exhibuit, vel alia pietate. vt habetur in l.1. C.de negot gest. & l. alimenta, & l. quod in vxorem. eod.tit & ibi notatur per Cyn. & alios doct. & per Bar.in l.Nesennius.D.de neg gest.

Nunc venio ad 11. articulũ, qui est cùm legatur argentum vel aurum. 133 Vbi † ante omnia sciẽdum est, quòd si legetur simpliciter & absolutè aurum & argentũ, vel omne aurum, quòd in hoc legato non cedit pecunia, sed id tantùm quod est in massa.vt l.quintus la.2.in §.1.& in l cùm aurum.D.de aur & argen.leg. Imò nec cedit cor rigium argenteum vel deauratũ, vt d.l.quintus §.penult.D.eod. tit. Nec consequenter cedit, si legauerit argentum suum, illud argẽtum quod personali actione poterat vẽdicari & hoc ideo, quia illud non est suũ antequã sit traditũ vt l.quintus.§.argento legato.& l. scribit in prin.D.eo tit. 134 Nã † ista pronomina possessiua *Meum*, *Tuum*, & *Suum*, regulariter significant dominium.vt l.meorum. D.de verb.sig. & Bart.notat plenè in §. argẽto. & in rubrica.D.de no oper.nun. Alia autem circa hunc articulum vide in tex.dicti tituli.

Transeo ad 12.articulum, qui est quando legatur liberatio debitori. 135 Vbi † aduertẽdum quòd quatuor modis relinquitur liberatio. Primo modo, quãdo testator dicit, *Reliquo Titio quod mihi debet.* vt l.1. in prin.D.de lib.leg. Secundo, cùm dicit testator *Damno hæredẽ meũ nõ petere.* vt in l.2. & l. non solùm. in prin.D.eo tit. Tertio cum dicit. *lego liberationẽ.* vt l.3.in prin.D.eo. Quarto, cùm testator dicit. *Lego chirographũ.* vt d.l.3.§.1.ad q̃ facit prędicta l.nõ solùm in prin.cum similib.D. eo.ti 136 Huius † autẽ legati liberationis effectus talis est: nã siue ipse legatarius sit solus debitor, vel sint plures socij correi, tenetur hęres liberare per acceptilationẽ. Si verò nõ sint socij, tũc ille solus cui liberatio est legata liberandus est, pacto personali tã tùm. vt habetur in l.3.§.nũc de effectu.D.de lib.le. Habet etiã ipse legatarius si cõueniatur, exceptionẽ. vt.d.§. nunc de effectu. sicq. patet q̃ cõpetunt legatario duæ defensiones, videlicet actio & exceptio.

137 Cuius † gratia reuocari solet in dubium, an habẽti exceptionem cõpetat ius agẽdi, vt liberetur per acceptilationẽ, vel pactum? Vbi sic distingue, secundũ Bar. vt per eũ not.in d.§ nunc de effectu. Quãdo que quis habet exceptionẽ ex vltima voluntate: quãdoq. ex dispositiõe inter viuos, &c. Primo casu cõpetunt tria remedia, videlicet actio vt liberetur pacto vel acceptilatiõe. Itẽ exceptio. vt.d.§.nũc de effectu. Itẽ officiũ iud. vt ꝓnũcietur legatarius nihil debere, vel imponatur hęredi perpetuum silẽtium. vt probatur in l.Aurelius.§.centũ. D.de lib. leg. Secundo autem casu cõsiderãda est forma petitiõis. Aut enim petit sibi fieri instrumentum suę exceptionis, vel q̃ iudex declaret sibi exceptionem cõpetere, & auditur. quia nõ plus petit quàm sua exceptio cõtineat. arg. in l. plures. C.de

fid.instrum. & l. sicut datam.C. de lib.causa.& in c. Albericus, & c.significauit. ex. de testib. Aut petit se simpliciter liberari per acceptilationem, & tunc non auditur, quia plus petit. nam si habet exceptionem ex pacto nudo, tunc actio nō est sublata ipso iure, quæ tollitur per acceptilationem. & idem in similibus vbicunque eo modo petit plus peti. vt traditur in l. dedi. in princ. D. de condi. ob. cau. Ad quæ omnia plenè facit quod notatur per Bartolum in l. si finita. §. eleganter. D. de dam. infe. & per glossam & Cyn. in l. dissolute.C. de condict. ex leg.

138 Vltimò † quæro de quotidiana quæstione.Ecce quòd tutori, vel curatori,aut alij administratori relinquitur liberatio suæ administrationis, vel gestionis.quæritur de effectu huius legati Distingue breuiter,secundùm Doct. Quā doque relinquitur liberatio præteritæ & iam factæ seu gestę administrationis: aut futuræ & nondum gestæ administrationis. Primo casu, liberatio trahitur ad omnia ad quæ fuerat obligatus, præterquam ad dolosè commissa, & ad reliqua restituenda, hoc est illa quæ habet penes se de bonis pupilli vel adulti.vt l. si quis rationes. & l. Lucius. & l. procurator.& l.Aurelio.§. Gaius. D.de lib.leg.Fallit in patre legatario, in quo amplior fit talis legati interpretatio,vt liberatio porrigatur tam ad reliqua quàm ad dolosè commissa. vt habetur in l. Aurelius. §. Titius. D.eod.tit.Fallit etiam si testator damnauerit hęredem, ipsi legatario remittere quicquid ab eo exigere seu petere posset ex causa dictæ administrationis, prout fieri sæpe contingit in testamentis. vt probatur in d.l. si quis rationes. in fin. Secundo casu principali, non trahitur hoc tale legatum ad dolosè commissa, nec ad res quæ sunt testatoris, sed veniunt hæc omnia restituenda.vt d § Gaius.in fi & l.non solùm.§ fi. & l. si quis decedens. D. de admi. au.& ibi per glossam & Dyn.& plenè per Bar.in d.§.Gaius.

139 Amplius † quæritur, quid si relinquitur liberatio ei qui tenetur aliqua singulari actione, quis est effectus huius legati? Respondeo, quòd ei competit actio & exceptio, vt suprà dictum est. & probatur in d.§. nunc de effectu. An autem rem quam habebat à testatore in depositō vel commodato, restituere teneatur? Distingue secundùm Bartolum in d.l. non solùm.§ fi. Aut iste legatarius erat debitor ex causa prædicta alicuius pecuniæ, aut speciei.Si pecuniæ,tunc habet locum d. §. nunc de effectu. si speciei, tunc res ipsa per eum est restituenda hæredi. quia ad eam rem non porrigitur in dubio tale legatum liberationis. Si tamen in ipsa re commissus est dolus, vel lata culpa, non tenetur pro his legatarius ad aliquod interesse, tanquā liberatus. vt probatur in d.§. fin. & in l. si ei cui fundum & ibi notatis & l. Aurelius. §.Mœuia. D. de lib. leg.licèt Guil.in hoc attendat formam legati.vt per eum notatur in l.si vnus.§.illud.D.de pact.

Sed quid si legatur liberatio generaliter, ei qui pluribus tenetur actionibus, an sit ab omnibus liberatus? Et quidem glossa in l. empror.

ptor.§. Lucius. D. de pact. videtur dicere quòd referatur ad omnes obligationes. niſi appareat de mente contraria diſponentis Guillermus verò de Cuneo videtur dicere, quòd quando aliquis liberatur: aut exprimitur aliqua ſpecialis cauſa, & poſtea ſubiungitur clauſula generalis liberatoria, & tunc generalitas ſubſequens reſtringitur ad ſpecificatam cauſam. per textum in d. §. Lucius. & per l. Aurelius. §. teſtamento. D. de lib. leg. aut nulla eſt cauſa ſpecificata, & tunc porrigitur ad omnia. Sed Bartolus reprehendit Guillermum in primo eius dicto. per textum in d. l. ſi ex pluribus D. de accept. 140 Vnde † diſtinguit ipſe ſic. Aut diſponens facit generalem liberationē, ſine aliqua expreſſione cauſæ. & tunc refertur ad omnia de quibus eſt cogitatum. vt d. l. ſi ex pluribus. Aut expreſſa eſt certa cauſa, & inde clauſula generalis ſubiecta. & tunc aut ſciebat alias cauſas obligatorias ſubeſſe: & tunc porrigitur ad omnes cauſas. vt d. l. ſi ex plurib. & ſic intelligitur d. §. Lucius, cum gloſſa ſua. Aut ignorabat alias ſubeſſe, & tunc ad eas non porrigitur, quia de his cogitaſſe nō videtur. vt l. cum Aquiliana. D. de tranſact. Et etiam quia, cùm remittere ſit donare (vt l. contra iuris. §. fin. D. de pact. & notatur per gloſſam in l. fin. C. ad Mace.) non præſumitur ignorata donaſſe. vt l. nec ignorans. C. de dona. Niſi ex verbis manifeſtè appareret, quòd etiā ignorabat remittere voluiſſe. vt d. l. cum Aquiliana. D. de tranſact. Dicam autem præſumi ſcientiam in certis obligationibus, vt ſi fuerint in facto proprio remittentis. arg. l. quiſquis. C. de reſcin. ven. ſi verò fuerint in facto alieno, tunc præſumam ignorātiam. vt l. fin. D. pro ſuo. De quibus omnibus & aliis vi de Bartolum in d. §. Gaius. ſuprà al legato.

141 Aliquando † contingit legari alteri non debitori, quod per debitorem deberur ipſi teſtatori: & ſic in legato cedit nomen debitoris. quo caſu valet legatum. vt habetur in l. ſi ſic. §. 1. & in l. Non quo cūque. §. qui Gaium. D. de lib. leg. cum ſimilibus.

142 Sed † pone quòd teſtator legauit omnes res mobiles Titio, nunquid in hoc legato veniant nomina & actiones debitorum? Dic breuiter quòd non. quia talia nomina debitorum hoc caſu inter immobilia computantur. vt determinat gloſſa in l. mouentium. D. de verb. ſign. & notatur per laco. de Bel. in authent. de non alien. in princ. colla. 2. & per gloſſam. C. in quib. cauſ. in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. l. fina. Idem dico in fructibus pendentibus. quia non cedunt in hoc legato, quia pars ſunt fundi. vt l. fructus. la. 2. D. de rei vendica. & in l. ſi ſeruus communis. §. locaui. D. furt. cum ſimilibus.

143 Quid † ſi debitor tutus exceptione peremptoria leget debitum creditori, an hæres eius poterit vti ipſa exceptione contra creditorem? Dic quòd non. quia per tale legatum videtur remiſſa ipſa exceptio. vt in l. ſi creditor. in fi. D. de lib. leg.

144 Nunc † descendo ad 13. articulū, qui est quādo legatur electio ex pluribus rebus testatoris. Vbi aduertēdum est, quòd in electiōe fiēda circa res sunt necessaria quinq. prout notat. glo. in l. serui electione. in prin. D. de leg. 1. Videlicet q̄ hēredi. as sit adita. vt in l. optione. D. de opti. leg. Secundò requiritur ętas personę eligentis, vt si. maior, & sui iuris. vt in l. si fine. §. 1. D. de mino. nō autem pupillus, vel similis persona, in quā nō cadat plena deliberatio. vt in l. pupillus. D. de acqui. hęre. Tertiò. quęs ipsę exhibeantur & demōstrentur. vt l. Scyphi electione. D. de opti. leg. & in l. 3. §. si quis optare. D. ad exhib. Quartò, q̄ electio fiat de rebus super quibus cadit electio. videlicet ipsius testatoris & nō alienis. vt l. 2. vers. datam igitur. D. de opti. leg. Quintò q̄ interueniat forma debita verborum circa ipsum actū eligēdi, hoc est (secundùm glossam) q̄ ipse eligens dicat *Eligo hanc rem*, nō autē dicat, *Volo eligere*. quia istud verbū *Volo eligere*, habet actum suspendere, & nō inducere actum. licèt glossa in l. ih ementis. C. de cōtrahen. emp. teneat cōtrariū. quod plenè examinat Bart. in d. l. serui electione, & Cyn. in d. l. in ementis. Et si aliquid prędictorum deficiat, electio redditur nulla ipso iure. vt d. l. 2. cum similibus. Quo casu poterit iterum ipse legatarius petere electionem, vt d. l. 2. vers. datam. & ver. vlt. sed si semel electib fuerit aliqua, nō admittitur eius repetitio vltra. vt l. apud Aufidium. D. eodem titulo.

145 Sed † quid dices si legatarius teneat hęredē in suspenso, differendo & procrastinādo electionē, qualiter cōsuletur hęredi? Dic quòd hęres adibit iudicē, & faciet terminum assignari ipsi legatario, infra quē elegisse debeat, quo termino elapso, si non elegerit, vlterius volens eligere nō audietur. vt in l. si optio. in fin. & l. mancipiorum & l. si tibi electio. in princ. D. de optio. lega.

146 Ex † hoc habes vnum singulare, quòd lapsus termini à iudice prǽfixi, interdum priuat contumacē iure suo. ad quod facit l. Titia. & quod ibi notatur per Bar. D. de accusat. & l. si eo tempore. C. de remissio. pig. & l. diffamari. C. de in gr. manu. & quod notatur per glossam in l. omissa. C. de adul. & in l. fin. secundùm tertiā lectura. C. de vsur. pupil. Idem est aliquando in lapsu termini à lege prǽfixi. vt in auth. hodie. C. de appellat. & in l. 2. C. de naufragiis. lib. xj. & l. miles. §. sexaginta. D. de adulteriis. Facit quod notatur per doct. in l. 2. D. de reg. iur. De quo etiam patent multa exempla in variis prǽscriptionibus in corpore iuris inclusis, de quibus plenè posuit Azo in brocardis suis, sub titulo de prǽscriptionibus. Et hoc facit ad quęstionem, quādo iudex terminum statuit ad producendum testes vel instrumēta, an elapso termino pars possit testes vel instrumenta producere. De qua quęstione plenè tangitur per Dynum in regula, Indultus, de reg. iur. lib. vi. & per Cynum in l. fi. ca. in fine. C. qui accus. nō pos. & in l. iudices. C. de iudiciis. & videatur textus in c. pastoralis. ext. de exceptionib. & notatur per Bartolum in d. l. mancipiorum.

147 Sed

147 Sed † an legatarius cui competit electio poterit ex pluribus rebus vnam, aut duas eligere? Dic breuiter quòd aut eſt ſibi data electio in numero plurali, verbi gratia, quòd eligat illos ſeruos quos voluerit, & tunc poterit eligere vſque ad tres, non vltra, aut eſt data electio in numero ſingulari, & tunc poterit eligere vnum tantùm. vt hæc habentur & notãtur in l.D. eodem tit. dum tamen non eligat optimum, ſed mediocrem, ſecundùm aliquos. per textum in l. fina.§.ſed & ſi quis. & ibi notatis. C.communia de leg. licèt alij contradicentes dicant poſſe optimum eligere. vt notatur in l. 2. D. de opti.leg.& l.legato generaliter. & ibi notatis. D.de lega.1.

148 Deinde † quæritur, an mutuo legatario ante electionem per eum factam, poterit eius hæres eligere? Dic breuiter quòd quando que alicui competit electio iure ſuo proprio, ad ipſius propriam vtilitatem: quandoque competit iure alieno, & ad alienam vtilitatem. Primo caſu, dic quòd ſiue talis electio ſibi competat ex vltima voluntate, ſiue inter viuos, tale ius eligendi tranſmittitur in hæredem ſum. de vltima voluntate probatur in l. illud aut illud. D. de opti. leg.& in §. optionis. Inſti. de leg. & in l. fina. in prin. C communia de leg. de diſpoſitione autem inter viuos traditur in l. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. in princ. D. de verb. ob. & ibi notatur per Bartolum. Secundo autem caſu ius eligendi finitur cum perſona, nec trãſit ad hæredem. vt l. fin. §. ſed & ſi quis. C. communia de leg. & notatur per Cyn. in l. fin. C. de contrahen. emp.

Tranſeo ad vltimum articulum, qui eſt quando legata per teſtatorem adimuntur. 149 Vbi † eſt aduertẽdum, quòd quandoque legatum adimitur expreſſe per teſtatorem: quandoque tacitè. item notandum eſt quòd legatum quod adimitur, quandoque ſimpliciter reuocatur, nec ad alĩ transfertur. quãdoq. reuocatur & ad alĩ trãſfertur. Item eſt ſciendum quòd variis modis legatum expreſſe adimitur. Primò ſi dixerit teſtator, *Quod Titio legaui id non do ei que lego*: vt probatur in l. 2. & 3 §. ſi Titio. D. de adim. leg. Inſt. de ademp. lega. in prin. Vel ſi teſtator dixerit, *Ea quod Titio legaui, do vel lego Sempronio.* vt l. ſi pluribus. verſic. quod ſi ſeparatim. & l. planè. in princ. D. de leg. 1. facit l. translatio. cum ſe. & l. ſicut. D. de adim. leg. 150 Tacitè † autem adimitur legatum, ſi teſtator inter viuos rem legatam voluntariè alienauerit, ſecus autem ſi neceſſitate. vt l. rem legatam. D. de adim. lega. & vide quod habetur in l. fideicommiſſa § ſi rem. D. de legat. 3. & quod notatur per Bart. in d. l. rem legatam. Idem dic, ſi poſt teſtamentum ſuperuenerunt graues inimicitiæ inter teſtatorem & legatariũ. vt l. 3. in fi. D. de adim. leg. Niſi poſtea ipſe teſtator adhuc in amicitiam redierit, quo caſu reconfirmabitur legatum. vt d. l. quod ſi iterum. D. eo. tit. Item adimitur tacitè legatum, quando teſtator expreſsè adimit onus quod fuerat ipſi legato appoſitum & annexum. vt habetur & notatur in l. alumnæ. §. Seia. & l. filio. §. 1. D. de adim. leg.

151 Transfertur † autem legatum altero de quatuor modis. Primo modo de persona legatarij, ad alterum legatarium. Secundo, de persona hæredis vel alterius grauati, ad alium vel hæredem grauatum. Tertio, de re ad rem. Quarto, de tempore ad tempus. quæ omnia declara, vt habentur in d. l. translatio.

152 Circa † hunc articulum quæritur, quid si de primo legatario transfertur ad secundum legatarium, an dies vel conditio adiecta in primo legato sit repetita in secundo? Distingue secundùm Bartolum. vt plenè per eum notatur in l. alumnæ. in princ. D. eod. tit. Aut translatio legati fit de eadem persona ad seipsam, & tunc dies & conditio apposita in primo non videtur repetita in secundo legato. vt l. si tibi. D. de adim. lega. Aut fit translatio de vna persona ad aliam. & tunc aut est nouum onus iniunctum secundo legatario, & tunc non videtur in secundo onus repetitum quod fuerat in primo. vt d. l. alumnæ. in princip. Aut non est iniunctum nouum onus. & tunc aut onus iniunctum primo legatario cohærebat personæ ipsius, & tunc non videtur onus repetitum secundo legato. vt l. legatum sub conditione. in princ. eod. tit. & l. Gaio. in princ. D. de alim. & cib. leg. Aut non cohærebat personæ, & tunc videtur in secundo repetitum. vt d. l. legatum. 1. responso.

153 Inde † quæritur, quid si legetur bis eadem quantitas, vel species eadem, an legando secundo secunda vice videatur facta adeptio præcedentis legati, vel potiùs ipsum legatum duplicasse? In qua quæstione sic distinguit Bartolus in l. cùm centum. D. de adim. leg. & l. municeps. D. de verb. oblig. Aliquando legatur vni & eidem vna & eadem quantitas: aliquando eadem species sæpius & sæpius. Si quantitas eadem sæpius legetur, subdistingue. aut à diuersis hæredibus, aut ab eodem. Primo casu, sæpius debetur, & à quolibet in solidum. vt l. seruo alieno. §. si quis à primo. D. de legat. 1. Fallit quando omnes hæredes loco vnius reputantur, vt ibi notatur. Secundo casu dic, aut legatur pluries in diuersis voluntatibus, aut in eadem. primo casu, scilicet quando legatum est simpliciter factum, debetur vtrunque tanquam duplicatum à testatore. vt l. Quinquaginta. D. de probat. Fallit in duobus casibus. primus est si ambæ voluntates loco vnius habeantur. vt l. Proculus. D. de leg. 2. secundus, si legatum factum sit ad vnam & eandem causam, quibus casibus statur vltimæ voluntati. vt l. libertis quos. in princ. D. de alimen. & cib. leg. Si verò sit species quæ eidem ab eodem sæpius legatur, tunc semel tantùm debetur. vt l. planè. §. 1. versic. sed si non corpus. D. de leg. 1. & ibi notatis. Secundo casu principali, quando in eadem voluntate sæpius legatur. tunc aut vtrunque legatum continet tantundem, aut aliud plus vel minus. primo casu non præsumitur testator legatum duplicare in dubio, alio non apparente. ideóque semel tantùm debetur.

betur, vt d. verſic. ſed ſi non corpus. Secundo caſu ſubdiſtingue. aut ſecundum legatum eſt factum ſub commemoratione primi, & tunc vltimum debetur. vt l. cùm centũ. cum gloſſa ſua. aut ſecundum legatum eſt factum ſimpliciter, & tunc præſumitur teſtatorem voluiſſe duplicare legatum, niſi aliud appareat per verba expreſſa. vel per verba taxatiua. vt l. ſi ita. D. de leg. 1. & l. 3. §. conditio. D. de adimend. legat.

154 Et † per hoc determinari poteſt illa quæſtio, ſecundùm eũ. Pone quòd appareat inſtrumẽtum publicum, in quo cõtinetur quòd tibi mutuaui centum. item apparet aliud in quo continetur quòd mihi promiſiſti dare centum. an dicemus vtrunque inſtrumentum debere intelligi de eadẽ quantitate? Et Bar. in d. l. Triticũ. ſic diſtinguit. Aut primum inſtrumentum fuit de ſimplici mutuo, nulla ſtipulatione vallatum, & ſequens inſtrumentum fuit de ſtipulatione ex cauſa mutui: aut primum fuit de mutuo ſtipulatione vallatum, & ſecundum fuit de ſtipulatione ex cauſa mutui. Primo caſu, dic quòd ſi incontinenti ſequatur ſecundum inſtrumentum ſtipulationis, præſumitur ſuper eadem quantitate celebratum. vt l. ſi ſtipulatus. & l. cùm enim. D. de nouata. Si ex intervallo, adhuc idem, ſecundùm eum per l. ſi diuortio. D. de verbor. obligat. l. 2. §. 1. D. de dote prælega. Secundo autem caſu debet intelligi vtrunque inſtrumentum de diuerſis quantitatibus. per d. l. quinquaginta, & quod ibi notatur D. de proba. quia ſi intelligeretur de eadem quantitate, eſſet ſecunda ſtipulatio & ſecundum inſtrumentũ inutile. vt l. qui bis. D. de verb. oblig. eſt ergo conſilium quòd in ſecundo inſtrumento apponatur hæc clauſula, Videlicet, *quòd omnia alia promiſſio compareatur in iſta*, vel ſimilia verba.

155 Quid † ſi quis pluries, vel diuerſis temporibus ſimpliciter confiteatur ſe debitorem Titij de florenis decem, ex cauſa mutui, ſine alia ſtipulatione, an intelligitur de eiſdem decem vtraque confeſſio, vel de diuerſis? Et Bartol. ibi diſtinguit. aut confeſſio ſequens reperitur emiſſa extra iudicium, & tunc intelligitur de eadem quantitate. & ſecunda confeſſio non erit noua diſpoſitio, ſed prioris probatio. vt l. publia. in fin. D. depoſi. Et erit in hoc caſu, ac ſi de eodem quis haberet plures probationes. argumento ad hoc. D. de legat. 2. l. Sempronius. aut huiuſmodi confeſſiones reperiuntur emiſſæ in iudicio, & tunc (quia diſpoſitionem inducunt) aliud fortè erit, ſecundùm eum. arg. d. l. quinquaginta. Sequitur.

SVMMAR.

1 *Domo legata in genere, ſi teſtator plures domos habuit, hæres optabit quam det. ſi nullam habuit, legatum inutile eſt.*

2 *Periculum rei legatæ ad legatarium pertinet, nisi heres fuerit in mora soluendi.*

3 *Heres tenetur legatario de euictione, cùm testator legauit genus, vel speciem propriam, vel alienam sciens, vel etiam ignorans vel tacens, cùm legatum sit personæ coniunctæ. At in donatione inter viuos & in fideicõmisso vniuersalibus regulariter cessat euictio.*

GLOSSA II.

Domum vnã positã in Montecalno. Hic apparet quòd domus erat certa, de qua testator sensit.

1 Quid † igitur si testator simpliciter & indeterminatè legauit domum, nec apparet de qua senserit, an teneat legatum? & quæ domus cedit in legato? Dic breuiter quòd aut testator habet domos plures in patrimonio, vel vnam tantùm: & illa cedit in legato quam eliget hæres. aut nullam habet domum in eius patrimonio, & tunc legatũ est nullum. vt l. si domus. in prin. D. de leg 1. Quæ distinctio non habet locum in prædio, vel homine simpliciter legato, vt ibi notatur, & in l. legato generaliter. D. de legatis 1.

2 Sed † quid si domus legata chasmate, vel igne consumpta est, cuius erit periculum? dic quòd aut hæres fuit in mora soluẽdi, & tunc erit periculum eius. aut in nulla fuit mora, & tunc erit periculum legatarij. vt habetur in l. cùm res. §. item si fundus. & §. item si res. & in l. domos hæreditarias. cum l. seq. D. de leg 1.

3 Sed † pone quòd domus tradita per hæredem ipsi legatario, post aliquod tempus ipsa domus est euicta ipsi legatario, an potest legatarius agere de euictione contra hæredem? Distingue plene circa hoc, vt notatur per glo. & Bar. in l. si domus. §. de euictione. D. de leg. 1. & l. qui concubinam. § fi hæres. D. de leg. 3. & in l. cùm alienã. C. de lega. Et nota quòd licèt in donatione facta in vltima voluntate (puta in legato & fideicommisso particulari) habeat locum aliquando euictio, vt dictis iuribus: attamen in donationib. inter viuos regulariter cessat euictio. vt habetur in l. ad res donatas. D. de ædil. edic. & l. aristo. §. fi D. de dona. & notatur in l. 2. C. de euict. sed nec in fideicommissis vniuersalibus tenetur hæres de euictione regulariter. vt habetur in l. de euictione. D. ad Tre. Et ad præmissa adde quod notatur per glo. in l. cùm alienam. C. de lega.

SVMMARIA.

1 *Verba præsentis temporis non comprehendunt futurum.*

2 *Rupto testamento posthuminatuitate codicillus non rumpitur.*

3 *Codicilli in ipso testamento positi valent, licèt testamentum non valeat: quia facti sunt in casum successionis ab intestato.*

GLOSSA

GLOSSA III.

Nec valet nec valebit. Hîc vides quòd ponuntur ista verba in tempore præsenti & futuro. cur autem hoc fiat apud scholasticos dubitatur. Sed respondeo, secundùm Doct. quòd hoc ideo, ne natiuitate posthumi contingat testamentum tanquam codicillum infirmari. Si enim testator filium posthumum præterierit, qui postea natus est, constat eius natiuitate testamentum rumpi. D. de lib. & posthu. l. Gallus, in prin. & l. posthumorum. §. 1. D. de iniu. rup. test. & l. 2. C. de posth. hæred. instit. cum similibus. Et quidem in oratione si sit positum verbum *valet* simpliciter, tunc non operabitur testamentum vires vt codicillus. ratio est, quia testamentum semel valuit vt testamentum, scilicet ante natiuitatem posthumi. ideóque deficit conditio sub qua voluit testator testamentum valere tanquam codicillus, cùm dixit *si non valet*, &c. Vt igitur posthumi natiuitate valere possit testamentum vt codicillus, adiici solet verbum futuri temporis, scilicet *valebit*. vt sit sensus, si non valet de præsenti, vel in futurum non valebit tanquam testamentum, tunc valeat iure codicillorum. 1 Nam† verba præsentis temporis non comprehendunt futurum. vt l. si à colono. D. de verb. obl. & ita notatur per doct. in Auth. ex causa. C. de lib. præt.

1 Patet† ergo ex his, quòd licèt posthumi natiuitate rumpatur testamentum, attamen codicillus non rumpitur. cuius ratio est, de qua infrà colligitur. & pro hoc facit l. qui in vtero. in fi. & l. ab intestato. D. de iure codic. In contrarium facit l. 1. C. de cod. cum similibus. Sed dic ✠ hîc, & in l. qui in vtero, cũ similibus codicilli non dependẽt ex testamẽto, ideo non rumpuntur. Sed in d. l. 1. dependebant ab eo. vt d. l. 1. & ibi notatis per doct.

Dicuntur autẽ codicilli dependere ex testamento, qui facti fuerant ante vel post testamentum, vt habetur in d. l. ab intestato. §. fi. & l. fi quis cũ testamento. §. fi. D. eo. tit. & notatur per glo. & Cy. in d. l. 1. Diceret quis, si hoc est verum, igitur sequitur ✠ isti codicilli qui fiunt in tali testamento, debent rumpi, cùm ab eo dependeant. 3 Sed† dic quòd ideo valent nec rumpuntur, quia sunt facti in defectum testamenti, & sic in casu successionis ab intestato. vt probatur in d. l. ab intestato. in prin. vnde non dicuntur à tali testamento nullò dependentiam habere. Prædicta autem loquuntur quando codicilli facti sunt separatim à testamento, & concurrunt cũ eo. quo casu dicuntur virtutem & dependentiam ab eo assumere. Quando ergo nullũ est factum testamentũ, tunc non dicuntur pendere ex testamento. idem si sit tale quòd pro nullo habeatur, ex defectu formæ. vt hîc: aliàs secus, vt ex prædictis patet.

SVMMAE.

1 *Clausula codicillaris variè concipitur.*

2 *Clausula codicillaris conditionaliter posita operatur fideicommissum, quo succedentes ab intestato tenentur restituere hæreditatem scriptis hæredibus.*

3 *Clausula codicillaris alternatiuè vel copulatiuè posita hoc operatur, vt (copula resoluta in disiunctiuam) instituens eligere possit vtì dispositi.*

tione tanquam testamento, vel tãquam codicillaris.

4 *In codicillis nominari potest hæres institutus in testamẽto sub hac demonstratione, quem nominauerto in codicillis.*

5 *Clausula codicillaris operatur cùm testamentum deficit in solemnitate, vt in numero testium: vel cùm sit caducum mortuo hærede instituto ante testatorem.*

6 *Clausula codicillaris non operatur, cùm testamentum laboras defectu voluntatis testantis.*

7 *Clausula codicillaris vim habet fideicommissi, cùm filius iam natus vel nascturus est præteritus.*

8 *Cùm testamentum rumpitur agnatione sui hæredis, clausula codicillaris operatur: nisi in ea parte in qua institutus fuerat pater agnascentis.*

9 *Clausula codicillaris sustinet testamentum, quod alioquin ex causa exhæredationis est inuitandum.*

10 *Clausula codicillaris operatur, cùm testamentum rumpitur ex defectu hæreditatis non aditæ, vel incapacitatis hæredis scripti, vt legata præstentur ab hæredibus ab intestato.*

11 *Si hæredes ab intestato eo casu repudient hæreditatem, legata non debentur.*

12 *Sententia lata pro hæredibus ab intestato contra hæredem scriptum non nocet legatariis.*

13 *Clausula codicillaris non potest substituere testamentum inualidum vitio personæ testatoris.*

14 *Posterius testamentum censetur renocare primum, necnon clausulã codicillarem primi.*

15 *Clausula codicillaris confirmat substitutionem pupillarem.*

16 *Illa verba, Valeat iure cuiuslibet alterius voluntatis, operari possunt inter liberos vt testamentum valeat, licèt in eo dotis ac adhibiti sint duo testes, & quidẽ mulieres.*

17 *Si testamento adiuuatur clausula, Valeat iure donationis causa mortis, operabitur vim donationis causa mortis, si donatarius vel alius pro eo stipuletur.*

GLOSSA IIII.

VAlere debeat iure codicillorum. Ista est quædam vulgaris clausula, quam nouerunt omnes notarii, & eam ponunt in fine cuiuslibet testamenti. 1 Huius † autem clausulæ sunt effectus varii & multiplices, vt plenè tractauit Bart. in l. 1. D. de iure codi. & aliqui in Auth. ex causa. C. de lib. præte. Pro cuius aliquali introductione sciendum est, quòd hæc clausula aliquãdo ponitur conditionaliter. vt cùm dicitur *Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum.* Aliquando ponitur purè, & hoc dupliciter. nam quandoque ponitur copulatiuè, verbi gratia, cũ dicitur, *Valeat præsens testamentum iure testamenti & codicillorum.* quandoque ponitur alternatiuè, vt si dicitur, *Valeat iure testamenti, vel codicillorum.*

2 Primo † autem casu cùm ponitur conditionaliter, talis clausula multos operatur effectus. Primò enim operatur vim fideicommissi, vt si testamentum nõ valet vt testamentum, videntur tamen tacitè rogati succedentes ab intestato ipsam hæreditatem restituere scriptis hæredibus in eodem. & sic per modum indirectũ scripti hæredes veniũt ad successionẽ, cũ aliqua tamẽ diminutione, vt infrà dicã. & hæc probãtur & notatur

& notantur per gl. & doc. in d. Auth. ex cauſa. & in l. Ex teſtamento. C. de fideic. & in l. quærebatur. D. de teſta. mil. & l. quia autem. circa prin. D. ſi quis omiſ. cauſa teſt. Et huius ratio eſt, quia licèt virtute dictæ clauſulæ teſtamentum valeat vt codicilli, nõ tamen poſſunt hæredes ſcripti ſe dicere hæredes teſtamentarios, quia hæreditas non datur directò in codicillis. vt l. quidam. §. ſed cùm veterr. C. de neceſſ. hære. inſti. & l. hæreditatem. C. de cod. cum ſimilibus ibi notatis. Facit l. Scæuola. D. ad Treb. Alij etiam ſunt effectus, de quibus infrà patebit.

3 Secundo † caſu cùm clauſula ponitur copulatiuè, tunc licèt prima facie hæc diſpoſitio videatur repugnantiam continere, & per conſequens non deberet valere. arg. l. vbi repugnantia. D. de re. iu. attamẽ valet per textum in l. ſi. C. de codi. Sed he repugnantiæ locum habeat, reſoluitur illa copulatiua in diſiunctiuam *Vel.* nec immeritò, quia vbicũque copula cadit inter incompatibilia, reſoluitur in diſiunctiuam. vt l. ſi Titio fundus. D. de vſufr. lega. Et ideo iſto caſu debet eligere inſtitutus quo remedio vti velit, an ex teſtamento, an ex codicillis. vt d. l. fin. Facit l. recuſare. §. Titius. D. ad Treb. Tertio caſu cũ ponitur alternatiuè, dic idem per omnia, vt ſuprà dictum eſt, cùm idem ſit ſenſus vtriuſque.

4 Ad † vnum tamen aduerte, quòd licèt dixerim hæreditatem in codicillis conferri directò nõ poſſe, poteſt tamen in codicillis declarari perſona quam teſtator dixit in teſtamento ſe hæredem inſtituere. vt verbi gratia, ſi teſtator dixerit in teſtamẽto, *Inſtituo mihi illum hæredem quem inſtituero in codicillis, vel quem nominauero in codicillis.* nam hoc caſu talis inſtitutio & nominatio valet, & fingitur retro tempore teſtamenti facta extitiſſe. vt habetur in l. aſſe toto. D. de hęre. inſti. & l. illa inſtitutio. D. eo. tit. cum ſimilibus ibi notatis in gl. Ideo iſte erit directò hæres teſtamentarius, & ad integram hęred. ſine aliqua diminutione admitteretur. vt probatur in dictis iuribus.

5 Reſtat † nunc pleniùs intellectum huius clauſulę per quæſtionem declarare. Quæro ergo primò, an hæc clauſula operetur, quando teſtamentum deficit ex omiſſione ſolennitatis ad teſtamentum neceſſariæ, puta numeri teſtium? Die quòd ſic. vt in l. codicillis. §. fi. D. de leg. 2. & d. l. fi. C. de codicil. Quid ſi teſtamentum fiat quaſi caducum, quia hæres inſtitutus decedit viuo teſtatore, an clauſula iſta operetur? Die quod ſic. arg. l. eam quam. C. de fideicom. cum ſimilibus. & eorũ quæ notantur infrà. verſ. quid autem dices. & verſ. Tertiò quæritur.

6 Secundò † quæritur, quid ſi teſtamentum ſit imperfectum ratione defectus voluntatis ipſius teſtantis, an operabitur hæc clauſula? Die quòd non. per l. fideicommiſſa. §. 1. de leg. 3. & notatur in l. ex ea ſcriptura. D. de teſta. & per glo. in l. § is qui. D. de teſtam.

7 Tertiò † quæritur, quid ſi teſtamentum non valet, ex cauſa prætitionis filii in poteſtate, an hæc clauſula operabitur? Diſtinguunt Docto. & Bartò. in d. l. 1. D. de iurè codi. Aut fuit præteritus filius iam natus, aut naſciturus, & ſic poſthumus. Primo caſu (ſecundùm opinionem gloſſæ in dicta Authen. ex cauſa.) talis clauſula nihil operatur:

Sed Doct. communiter omnes tenent quòd operatur vim fideicommissi, arg. in l. si patronus. §. fi. secundùm primam lecturam. D. ad Trebel. nam ista sunt paria, rogare expressè de restituendo vementes ab intestato, vel hanc clausulam apponere. vt notatur per glo. in d. l. ex testamento. C. de fideicom. Facit d. l. quia autem, in prin. D. si quis omiss. causa testa. Vnde qua ratione, si testator expressè grauassèt succedentes ab intestato filius præteritus teneretur hæreditatem restituere hæredi scripto (vt in c. Raynaldus & in c. Raynutius ext. de testa. & l. si quis cùm nullum. D. de iure codi.) sic eodem modo q. ando hæc clausula est apposita, vt hic. Secundo casu, cùm posthumus est præteritus, attendi debet forma codicillaris. Aut enim clausula hæc est simpliciter prolata sub verbo præsentis temporis, vt quia dixit *Si non valet*. & tunc quia semel valuit vt testamentum, ante natiuitatem posthumi, desinit postea valere iure codicillorum, vt dictum est. & sic clausula nihil operatur. Aut est prolata sub verbo tam præsentis temporis quàm futuri, & tunc operatur vim fideicommissi, vt superiùs dixi. Sed hic aduerte quia, secundùm Bar. in hoc casu debet clausula hæc operari, quando testator sciebat ventrem esse prægnatem, aliàs autem, secundùm eum, talis clausula nil operari debet, sed rupto testamento eius natiuitate, sunt rupti etiam codicilli. & sic non valebit iure testamenti nec iure codicillorum. arg. l. si cùm vel in vtero, & l. sicut certi iuris. C. de testa. mil. Quæ opinio Bar. communiter reprobatur per alios, maximè in l. filio præterito. D. de iniust. rup. & irri. teit. & l. 2. C. de posthu. hæred. instit. Nec obstant contraria, quia in eis est speciale in milite, vt eius exhæredatio potiùs restringatur quàm amplietur. arg. l. cum quidam. D. de lib. & posth.

8 Quartò † quæritur, quid si testamentum rumpatur agnatione sui hæredis, vt puta si testator habèt tres filios, eosdem hæredes instituit, & alter ex his vivo patre mortuus est superstite vno eius filio, nepote dicti testatoris, an hæc clausula hic operabitur? Quidam dicunt quòd sic, exemplo posthumi, de quo suprà dixi. Bartolus autem, vbi suprà, dicit quòd quantùm ad partem hæreditatis, in qua filius præmortuus fuerat institutus, hæc clausula non operabitur vim fideicommissi. arg. in l. ab omnibus. §. si à Titio. in fin. & ibi notatis per glo. D. de lega. 1. quòd autem ad alia particularia legata bene operatur, quia illa confirmantur per Authen. ex causa.

9 Quintò † quæritur, quid si testamentum rumpatur ex causa exhæredationis, an clausula operabitur? Distinguit idem Bar. vbi suprà. Aut exhæredatio facta est nulla in ficta causa. & tunc quia testamentum est ipso iure nullum, dicendum erit idem quod superius dictum est in ipso filio præterito. Aut est facta cum legitima causa inserta, sed non probata. & tunc cùm testamentum sit aliquod interim, sed probata falsitate causæ falsæ detegitur nullum, tunc operabitur quantùm ad institutionem, quòd autem ad legata nihil operabitur: quia illa confirmantur per Auth. ex causa. & ista verba *& si non valet*, debent exponi, id est quatenus non valet. arg. in l. Stichum qui meus erit. D. de lega. 1

Et idem

Et idem dic, secundùm eum, si testamentum rumpatur per contrà tabulas. sufficit enim quòd ad operationem clausulæ, testamentum rumpi vel infringi.

10 Quid † autē dices si testamentum rumpatur ex defectu hæreditatis non aditæ, an clausula operabitur? Dicit ipse quòd sic. per l. eam quam. C. de fideicom. & l. quia autē. D. si quis omiss. causa testa. dum tamē clausula contineat vtrunque tempus tam præsens quàm futurum. Et eodem modo operatur, si testamentum non valet propter defectum hæredis scripti incapacis. vt d. l. eam quam, secundùm vnam lecturam.

11 Et sic † legata soluentur per succedentes ab intestato. vt ibi. Sin autem & ipsi repudient hæreditatē, tunc à nullo prætabuntur, secundùm eum. vt ibi notatur. & l. si nemo. D. de testa. tut. & ibi notatur. Ad quod optimè facit l. 1. in fi. D. vt in pos. leg. Qui ergo vellet colludere posset legatarios fraudare. Sed nunquid poterunt legata conseruari per Auth. Hoc amplius. C. de fideicom? Dic vt ibi per Doctores notatur. Goffredus autem in titulo de actionibus ex testamento, tenet quòd quantum ad confirmationem codicillorum non requiritur aditio ab intestato. sed malè dicit, secundùm Iacobum de Are. & Bar. vt notatur per eum in l. 2. D. de fideicom. lib. & l. qui filio. §. seruus. D. de hæredi. inst. & l. si quis cùm nullum. §. testamento D. de iure codicil.

12 Quid † autem in sententia lata contra hæredem scriptum, in fauorem venientis ab intestato, an præiudicet legatariis? Dic quòd nō. licèt prodesse possit si feratur pro substituto. vt habetur in l. si seruus plurium. §. 1. D. de lega. 1. & l. 1. D. de excep. rei iud. In contrarium facit l. Papinianus. §. si ex causa. D. de inoff. test. Dic quòd ibi legatarii scierūt causam agi, ideo sibi imputatur, si non appellauerunt. sed in d. l. 1. & d. §. 1. ignorauerunt.

13 Vbi † verò testamentum esset nullum vitio personæ testatoris, tūc clausula nihil operatur. quia qui nō potest testari, nec codicillari. vt l. diuus. §. codicillos. & l. Conficiuntur. §. Codicilli. D. de iure codici. facit l. 1. D. de leg. 3.

14 Rursum † quæritur de quotidiana quæstione. Ecce quòd aliquis fecit testamentum, apposita in eo hac clausula codicillari. deinde in processu temporis fecit aliud testamentum, in quo consimiliter adiecta fuit hæc clausula, quæritur an per hoc secundum testamentum sit reuocatum primum cum eius clausula codicillaris? Videtur quòd, licèt primum sit reuocatum quoad testamentum, non tamen quantum ad vim codicillorum: quia testamētum secundum se potest compari cū codicillis anterioribus. vt l. conficiuntur. in prin. & l. anteabulas, cum similibus. D. de iu. codi. Bartolus autē in prælegata. l. 1. dicit. Aut testator in secundo testamento vsus est illa vulgari clausula quam notarii communiter apponunt, videlicet, *Cassans & irritans omne aliud testamentum & vltimam voluntatem ab hodierna die retro conditum & conditam*, &c. & tunc per secundum testamentū tollitur primum, cum vniuersis in eo dispositis. vt l. si iure. D. de lega. 3. & ibi de hoc per eundem. Aut testator non vsus fuit ista clausula, *Cassans*, &c. quam semper solent opponere notarii, & tunc (nisi de contraria vo-

luntate testatoris appareat) & videtur dicendum primum valere, saltē tanquā codicillum. per d.l. ante tabulas, cum similibus. Veruntamen Bar. determinat contrarium. Ratio est duplex primò quia in dubio per secundum testamentum videtur revocatum totum primū, & quicquid continetur in primo. vt d.l.ii iure. & l.1.§.item si ipse. D.si cui plusquam per leg.Falc. & sic illa clausula erit revocata. Secunda ratio, quia in testamēto militis inest tacitè illa clausula, *si non valet iure communi, valeat iure militari.* & tamē per secundum testamentū tollitur primū, omni iure tam communi quàm speciali. nisi expressè primum cōfirmaretur in secundo, licèt primum potuisset (si de eius voluntate constasset) valere iure militari, & secundum iure cōmuni. vt l.quęrebatur. D. de test. milit. & ibi notatis per glossam. Patet ergo quòd hæc clausula, *si non valet iure testamenti*, &c. debet intelligi, si nō valet alio modo quàm per revocationem expressam vel tacitam ipsius testatoris. quod tene menti. Ex his patet solutio ipsius dubii quo quæritur, si vtrunq; testamētū habē; hāc clausulam sit nullum vt testamentū, an vtrunque valebit vt codicillus? Et dic quòd nō. Sed circa secundum habenda erit consideratio, an causa propter quam redditur nullum, pariformiter respiciat ipsum testamentum vt testamentū, & tanquam codicillum: quo casu nullo iure valebit an respiciat ipsū testamentum vt simpliciter testamentum: & tunc valere poterit vt codicillus. quod qualiter sit patet ex præfictis.

15 Quæritur † vlterius an talis clausula codicillaris cōfirmet substitutionem pupillarem, & per hoc succedentes ab intestato pupillo, teneantur substituto hæreditatem pupilli restituere? Dicit Bart. vbi suprà, quòd sic. argu.l.Scævola. D.ad Trebel. & l. quod fideicommissum. D. de leg. 1. & quod ibi notatur. ad quod facit l. qui duos. in fin. D. de vulg.& pup.

16 Sed † quid si apposita hac clausula, testator adiecerit, *si non valet iure codicillorum, valeat tamen iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis*, quod importabunt ista verba, *Valeat iure cuiuslibet*, &c. Si contigerit non valere iure testamenti, nec iure codicillorum, dicit idem Bartol. quòd operabitur vt valeat iure voluntatis simplicis & imperfectę inter liberos. vt l.hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & l.fin. C. famil. ercisc. In qua minùs solemni voluntate sufficiunt duo testes, etiamsi sint mulieres, secundùm Bar. Et hanc opinionem credo veram, quando testamētum est factum inter liberos. aliàs autem si factum esset inter extraneo, tilla talis clausula nihil vel modicum operatur: quia solennia testamēti non potest tollere vel minuere testator, nisi in casibus à iure expressis. vt in l. nemo potest. D. de leg. 1. & l. testandi. C. de testamen.

17 Postremò † quæritur quid si in testamento post prædictam clausulam fuerit alia clausula apposita, videlicet, *si non valet iure codicillorum, valeat iure donationis causa mortis*, quid importabunt ista verba? Dic breuiter quòd si testamentum non valet iure codicillorum, quòd si quidem hęres instrumentus fuerit præsens testamento, vel quintus aliq; nomine, vel notarius stipulatus

ſtipulatus eſt, nomine ipſius hæredis, tunc his caſibus ius ex ipſa donatione quæritur hæredi ſcripto. Aut fuit abſens tempore teſtamenti per ſe vel per alium, & tunc nil ſibi quæritur virtute dictæ donationis. ratio eſt, quia donatio cauſa mortis requirit præſentiam eius cui donatur. vt l. inter mortis. in prin. D. de dona. cauſa mor. vel eius nuncii, aut notarii eius nomine ſtipulantis. vt notatur per Cy. in l. nec ambigitur. C. de dona. & l. 1. circa fi. C. de do. cauſa mortis. & notatur per Bart. in l. tam his. §. fin. D. de don. cauſa mor. facit l. ſi quis argentum. § fin. C. do dona. Bonum eſt igitur conſilium quòd hæres ſit præſens teſtamento. vel quòd notarius ſtipuletur eius nomine. & cæterorum quorum intereſt. quod tene menti. Sequitur in litera.

GLOSSA V.

Ex donationis cauſa mortis. Cuius effectus ſit hæc clauſula, vide ſuprà proximè. Et adde quod notaui ſuprà circa formã libelli quo agitur pro re donata. Sequitur in litera.

GLOSSA VI.

Cuiuſcunque alterius vltimæ voluntatis. Hanc clauſulam declara, vt prædixi. Sequitur in litera.

GLOSSA VII.

Quæ cum prædicta. Hęc eſt cõcluſio libelli, ad quam ſemper aduertendũ eſt, vt ſuperiùs dixi.

SVMMA.

1 *Legatarius rei legatæ poſſeſſionem propriâ authoritate nõ poteſt apprehendere, niſi teſtator ei permiſerit.*

GLOSSA VIII.

Omnium antedictam. 1 Sed† nunquid legatarius poſſit propria authoritate, ſine licentia hæredis, apprehendere rem legatam? Dic quòd non. vt l. 1 §. rediguntur. D. quorum leg. Niſi per teſtatorem fuerit ei data poteſtas & licentia, rem ipſam ingrediendi ſua propria authoritate. in quo caſu poſſet. vt l. Titia. §. 1. & ibi per Bar. D. de leg. 2. Et ideo notarius facit ſapienter, ſi appoſuerit talem licentiam in teſtamento.

SVMMA.

1 *Hæres qui eſt in mora ſoluendi legati, tenetur ad reſtitutionẽ fructuum & vſurarum: ne. non præiudicat hæreditati, ſi ſuper hoc iudici non obtemperauerit intra annum.*

2 *Mora contrahitur per lapſum diei, & per interpellationem.*

GLOSSA IX.

Simul cum fructibus. 1 Sciendũ† eſt quòd hæres moroſus circa ſolutionẽ legatorum, tenetur ad reſtitutionem fructuum & vſurarum, rei ſeu quantitatis legatæ. vt C. de vſur. & fruct. leg. l. 1. & 2. & traditur in l. in minorũ. §. 1. In qui. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſar. 2 Quæ† quidem mora contrahitur per lapſum diei, vel perinterpellationem. l. ſi ex legati cauſa. D. de verbo. obl. Patitur etiam aliam pœnam hæres moroſus. nam ſi præcepto iudicis eidem facto ſuper ſolutione legatorum non obtẽperauerit, ſed in contumacia per annum perſeuerauerit, priuatur hæreditate. & defertur ſubſtitutis, & aliis perſonis de quibus traditur in Auth. hoc amplius. C. de fideic. & l. fi. in fine. eo. ti. & in Auth. de hær. & falc. §. ſi quis autem non implens. colla. 1.

FORMA LIBELLI quo petitur hæreditas ex testamento.

TITVLVS XLVIII.

CORAM vobis, &c. Agit & in iure proponit Dominicus de mediis barbis contra & aduersus Pascalinum Garbatiũ, & quamcũque aliam personam pro eo seu eius nomine legitimè in iudicio comparentem.

I. Dicens idem Dominicus quòd quondam Andrinus de la corona in suo vltimo testamento eundem Dominicum hæredem purè instituit in omnibus eius bonis, quod quidem testamentum exhibet & producit coram vobis ipse Dominicus, in forma publica & solenni, non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum vel vitiatum, legitimóque numero testium roboratum, traditum & subscriptum per Simonẽ Speltam notariũ Papię, anno præsenti M.CCCC. die 1. Aprilis.

II. Item dicit & proponit præfatus Dominicus, quòd præfatus Pascalinus post mortem dicti Andrini indebitè & iniustè occupauit & apprehendit, & adhuc hodie tenet occupatam hereditatem, rés-que & bona hæreditaria, quę dictus quondam Andrinus tempore sui decessus tenebat & possidebat, & ante eius mortem, pro suis & tanquam sua.

III. Quam quidem hæreditatem, res & bona hæreditaria, præfatus Pascalinus dimittere & relaxare recusauit, & hodie recusat, Dominico antedicto, hæredi, vt præmittitur, instituto, licèt indebitè & iniustè.

Quare, cùm prædicta sint vera, iuréque cautum reperiatur hæredem scriptum fore per iudicem mittendum in possessionem rerum & bonorum, quæ fuerunt tempore mortis defuncti, petit & requirit cũ instantia quanta potest Dominicus suprædictus, quatenus ex officio vestro, & omni alio iure, modo, via & forma, quibus melius fieri potest, per vestram diffinitiuam vel interlocutoriam sententiam, secundùm quod de iure melius fieri potest, pronuncietis, & declaretis dictum Dominicum fore mittendum, & mit-

ti &

ti & induci debere in possessionem hæreditatis & bonorum dicti quondam Andrini, quæ reliquit tempore mortis suæ, ac pariter possidet: nec non ipsum Dominicum realiter & actualiter introducatis & imponatis in corporalem possessionē hæreditatis & bonorum prædictorum, & sic inductum & impositum manuteneatis & defendatis: vt iura disponunt, contradictionibus & exceptionibus dicti Pascalini omnino reiectis.

Et prædicta petit per vos fieri, &c. Saluo iure, &c. Non se astringens, &c.

SVMMAR.

1 *Competunt v remedia pro hæreditate vendicãda, duo possessoria, & tria petitoria.*

2 *In quibus conueniant vel differant interdictum, Quorum bonorum, & condictio ex l. fin. C. de edicto diui Adri. tol.*

3 *Differentia aliorum remediorum.*

GLOSSA I.

COram vobis. 1 Ad euidentiam est sciendū quòd in iure quinque reperiuntur remedia pro hæreditate vendicanda. Primum est interdictum, Quorum bonorum, de quo traditur in tot. tit. D. & C. quorum bono. Secundum est, Condictio ex lege, de quo habet in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. super quo fundatur hic libellus. Tertium est Petitio hæreditatis, quæ est actio de qua loquitur tit. D. & C. de pet. hær. Quartum est actio Familiæ erciscundę de quo habetur in titul. D. & C. fam. er. Quintum est fideicommissaria hæreditatis petitio, de qua loquitur tit. D. de fideicom. hære. pe. Prima duo remedia, scilicet interdictum, Quorum bonorum, & Cōdictio ex lege, sunt remedia possessoria, quia in eis solū illud quæritur an defunctus possederit, non autem an dominus vel quasi fuerit, vt in his habetur. Alia verò tria remedia posteriora, scilicet petitio hæreditatis, Familiæ erciscundæ & fideicommissaria hæreditatis petitio, proprietatis causam in se habent. quia in eis quæritur, an defunctus fuerit dominus vel quasi, vel ius aliquod in rebus habuerit. per quæ patet vna differentia inter dicta remedia. Sunt & aliæ differentiæ, de quibus plenè notatur per gl. in dict. l. fin. & in l. 1. C. Quorum bono.

2 In quibus autem conueniāt duo priora remedia possessoria? Respondetur quòd in pluribus. primò quia vtrūque datur hæredi scripto: item datur vtrunque pro rebus corporalibus tantùm, non autem pro incorporalibus. vt l. fin. D. Quorum bo. & l. fin. vers. 1. C. de edic. di. Adri. tol. Item vtrunque datur pro vniuersa hæreditate, & non pro rebus singularibus. vt l. 1. in fin. D. quorum bono. & ibi notatis. Item vtrunque remedium est perpetuum tam interdictum quàm condictio ex lege. argu. l. in honorariis. D. de act. & ob. & Instit. de perpet. & tempo. act. Differunt tamen in aliquibus

quia interdictum datur tam ex testamento quàm ab intestato. vt l.1. D.Quorum bono.& l.1.cum seq.D. eo.tit. sed Condictio ex lege solùm datur ex testamento & non ab intestato.vt d.l.fi.in princ.& ibi notatis in gl.super verbo, *in omnibus bonis*.

3 Quid† autem differant à Petitione hæreditatis, & quid differat petitio hæreditatis ab actione familiæ erciscundæ tangitur in glossa prælegata.Et quid differat directa petitio hæreditatis à fideicommissaria,habetur in l.1.D.de fideicommiss. hær.pet. Vna tamen potest generalis differentia determinari inter petitionem hæreditatis & familiæ erciscundæ. nam petitio hæreditatis datur in quemcunque singularē rei successorem. vt l. licèt minimā. cum similibus.D.de pet. hær.sed actio familiæ erciscundæ competit solùm contrà hæredem. vt l.1.& 2. §.pen.D.famil.ercis.

SVMMAE.

1 *Filius non potest adire hæreditatem sine patris consensu, si non recusset consentire.*

2 *Pater non potest repudiare hæreditatem in præiudicium filij, nec filius in præiudicium patris: at alter inuito altero potest hæreditatē agnoscere.*

GLOSSA II.

EVndem Dominicum. Si iste Dominicus decessisset in vita testatoris,testamentum esset nullum. vt in §.posteriore. Instit.quib.mo.test. infir. Hæreditas verò non transmitteretur in eius hæredem. in §. pro secundo. & in §. in nouissimo. C.de cad.tol. Si verò ipse Dominicus viuit,& est sui iuris,potest adire hæreditatē,&repudiare,suā volūtate, & agere secūdū formā huius libelli.

1 Vbi† autē esset in patria vel auita potestate,tunc non posset adire nec repudiare, nec litē in iudicio mouere, sine patris vel aui licentia, quando pater vel auus vult consentire vel cōsensum præstare.vt habetur in l.cùm non solum.§.1.& §.necessitate.cum seq.C.de bon.quę lib.

2 Vbi† autem recusaret consentire, tunc non liceret patri repudiare in præiudicium filii: nec econuerso filio sine authoritate patris. Agnoscere autem hæreditatem potest quilibet eorum, altero inuito. vt habetur in l.fi.§.1.& 2.C.de bon. quę libe.& l.filio. C. de iud. delib. Quæ autem requirantur circa additionem,vel repudiationem hæreditatis,plenè notatur per gl.& Bosto. in l.is potest. D. de acquir. hæred& dicetur infrà titulo proximo, in glossa penultima.

SVMMAE.

1 *Institutio fieri potest quatuor modis, purè, in diem, sub conditione, & sub modo.*

2 *Ex institutione pura potest aditio differri in tempus, sed non potest aditio fieri sub conditione.*

3 *Ius adeundi durat* XXX *annis, ut deliberandi animo, nec per hoc illud tollitur.*

4 *Ex institutione in diem certum statim potest hæreditas adiri: at non in incertum.*

5 *Institutio filii qui est in potestate, sub conditione non potestatua, nulla est.*

6 *Institutio emancipati vel extranei sub cōditione impossibili, nulla est.*

7 *Institutiones collatæ in alterius arbitrium, & captatoriæ, reprobantur.*

8 *Ius adeundi non transfertur per se in hæredē hæredis instituti, sed in posse-*

consequentiam, quia ius deliberan di transfertur.

9 *Filius delatam sibi hereditatem etiam post ius deliberandi finitum, trãsmittit ad heredẽ, iure speciali.*

10 *Infans omnem hereditatem transfert in ascendentes, etiam finito tempore iuris deliberandi.*

11 *Heres minoris vel absentis ex causa probabili, petitum potest ad adeundam hereditatem quam defunctus non adiit, finito tempore iuris deliberandi.*

12 *Aditione transfertur dominium nõ possessio.*

13 *Hereditatem semel aditam vel repudiatam regulariter non licet iterũ adire vel repudiare, Nisi filio, minori, & eõ cui heres repudias partem suam.*

14 *Extraneus heres qui purè adiit, tenetur in solidum hereditariis creditoribus & legatariis. At filius heres detrahit legitimã de legatis.*

15 *Heres qui non facit inuentarium, non priuatur Trebellianica.*

16 *Tempus conficiendi inuentarii non currit ignoranti.*

17 *Conficiens inuentarium conferat sibi debita à defuncto.*

18 *Quæ solemnitas obseruanda sit in cõficiendo inuentario.*

19 *Fideicommissarius minor solis si non faciat inuentarium, vel heres à se factum ei cesserit, tenetur in solidũ creditoribus & legatariis.*

GLOSSA III.

Purè instituit. Quare dicatur purè, posset scholasticus interrogare. 1 Vnde † pro eius plena & clara doctrina sciendũ est, q̃ altero de quatuor modis põt quis hęres institui, videlicet purè, in diem, sub conditione, & sub modo. Dicitur autem quis purè institui, quando institutio nõ est suspensa tempore vel conditione, ita quòd statim mortuo testatore potest heres scriptus hereditatem adire. In diem dicitur facta institutio cũ aditio est suspẽsa in euentũ alicuius diei, de quo loquitur l. hęreditas ex die. D. de acq. hæred.

Si ergo institutio sit pura, potest hęres statim adire, mortuo testatore, hæreditatem, dum tamen concurrant alia adminicula, de quibus notatur in d. l. is potest. 2 Posset † tamen aditionem differre in tempus prolixius, quia ius adeundi durat xxx annis. vt l. licet. & quod ibi notatur. C. de iure delib. Nisi fortassẽ ad petitionẽ creditoris iudex præfigeret ei tempus breuius ad ipsam aditionẽ. quod facere posset, vt traditur in l. quandiu. in prin. D. de acquir. hered. & in l. si quis instituatur. D. de hered. inst. Et nota quòd solo animo aditur hereditas. vt in l. si auia. C. de iu. delib. & in l. gerit. D. de acq. hæred. & l. potuit. & ibi notatis. C. de iu. delib. dũ tamen adeatur purè & non sub conditione. vt in l. eum qui. in fi. D. de acquir. hæred. Per quod patet q̃ licèt institutio recipiat diẽ & conditionem, tamen aditio non recipit conditionem.

3 Ius † autẽ deliberandi circa aditionẽ vel repudiationẽ durat anno. vt l. sancimus. & l. cũ antiquiorib. C. de iu. deli. quo anno finito, & sic iure delib. sublato, adhuc remanet sibi mũ ius adeundi & repudiãdi ipsi heredi vsq; ad alios xxx annos, secũdũ opi. Glo. & omniũ doct. vt traditur & notatur in d. l. cum antiquioribꝰ. & l. si curatoris. C. de iu. delib. licèt Placentinus tenuerit cõtrariũ, vt ibi notatur. & malè. Cũ. n. ius deliberandi repertũ sit in fauoré hære-

dis, nō debet in eius odiū retorqueri. vt l. quod fauore. C. de legibus. & per consequens ipsum ius deliberandi non habebit absorbere ius adeundi, quod est perpetuum. arg. Instit. de perp. & tempo. act. post prin. & l. licet. C. de iure delib. cum similibus ibi notatis.

4 In †ea autem institutione quę est in diem solet subdistingui. aut est facta in diem certam aut incertam. primo casu circumscripta die remanet conditio pura. vt d. l. hæreditas ex die. Secundo casu expectatur euentus ipsius diei, antequam possit hereditas adiri. vt l. in tempus. in prin. & l. qui filio, in prin. D. de hered. Instit.

Cùm autem quis est institutus sub conditione, tunc considerari oportet, an sit filius in potestate testatoris, an extraneus? 5 Primo † casu subdistingue. aut filius est institutus sub conditione impossibili de natura vel de iure. & tunc institutio redditur nulla. vt l. filius. D. de condit. instit. licèt in extraneo esset aliqua. vt l. 1. D. de condit. instit. Aut est institutus sub conditione possibili, & tunc aut est potestativa, aut casualis, aut mixta. quæ declara vt notatur in l. 1. C. de Instit. sub condit. fac. & in l. testamento. D. de conditio. & demon. Si quidem sit potestativa tenet institutio. vt l. suus quoque. in prin. D. de hered. instit. Sed a liqui distinxerunt, an sit potestativa quæ possit impleri vltimo vitæ spiritu vel non. vt refert Cyn. in l. si pater. C. de institut. & substitut. sub condit. fact. Si verò sit conditio casualis vel mixta, tunc non tenet institutio, nisi in defectum conditionis fuerit exhæredatus. vt d. l. si pater. & d. l. suus quoque. §. penultimo.

6 Vbi † autem extraneus vel filius emancipatus heres instituitur, tunc distinguitur an sit institutus sub cōditione impossibili, & institutio valet tanquam pura, ipsa conditione habita pro nulla. vt l. obtinuit. D. de condit. & demonst. & D. de condit. instit. l. 1. & l. conditiones. Aut est institutus sub conditione possibili, & tunc qualiscunque fuerit conditio, siue casualis, siue potestativa, siue mixta, semper tenet institutio. & debet ipsa conditio impleri in forma specifica, antequam hereditas possit adiri. vt l. Mœuius. D. de condit. instit. & l. qui heredi. §. fi. de acquir. hered. & l. si quis ita hereditatē. D. de cond. instit. facit l. facta. §. si sub cōditione. & §. si in danda. D. ad Treb.

Et prædicta procedunt, quando conditio depēdet à fortuna, vel à voluntate instituti. 7 Vbi † autē dependeret à volūtate expressa alterius personæ, puta *Instituo te heredē, si Titius voluerit*, vel *si eum me instituerisse iurāri*, tūc tanquā captatoria nō valet. vt l. captatorias. & l. illa insti. & l. si quis Semproniū. D. de hered. instit. secus si institutio mea conferatur in præteritū, verbi gratia, si dicam. *Instituo te heredem, si me instituisti.* vt l. mulier. §. fi. D. de condi. instit.

8 Amplius † scias q̄ licèt per se ius adeundi, & hereditas nō adita regulariter per heredē nō transmittatur in eius heredē. vt l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. toll. ius tamen deliberandi, quod annali spacio concluditur, & in consequentiam ius adeundi & repudiandi bene transmittitur, si ipse heres intra anni spacium moriatur. vt habetur in l. eum antiquioribus. C. de iure deliberandi.

9 Speciale † tamen est in filio, qui

qui post ius deferēdi finitum, tam paternam quàm maternam, & cæterorum ascendentium hæreditatem non aditam, & sibi delatam ex testamēto vel ab intestato transmittit, nedum in descendentes suos, (vt l.1. C. de his qui ante aper. tab.) sed etiam ad superiores. vt l. apud hostes. C. de iure & leg. & ibi per Doct. immò etiam ad extraneos, vt ibi notatur. Idemque est si filius est emancipatus iure nouissimo, cùm sit sublata differentia inter suum & emancipatum, secundùm alios, & per hoc sequitur quòd hodie filius matris hæreditatem non aditam transmittit in eius frarrem, licèt aliqui contra. de quo notatur plenè per Cy. l.2. C. ad Orfic. De qua transmissione vide plenè infra titulo proximè seq.

10 Et † p.æ dicta procedunt in filio maiore infante. Infans verò hæres omnem etiam extraneorum hæreditatem sibi delatam transmittit ad omnes superiores suos, sibi per lineam masculinam tantùm coniunctos (secundùm aliquos,) vt l. si infanti. C. de in. deli. Tu die melius quòd imò transmittit etiam ad ascendēres per lineam fœmininam, secundùm Doctores, vt dictum est infra titulo proximo, & notatur plenè in l. si infanti. Codic. de iure delib.

11 Fallit † etiam regula dicti §. in nouissimo, in hærede minore, & in absente probabili causa, quorum successoribus competit beneficium restitutionis in integrum pro adeunda hæreditate non adita per ipsum minorem vel absentem. vt traditur in l. Pantonius. in prin. D. de acquir. hær. & ibi per Bartol. in l.1. C. de re. mi. & ibi per Cyn. & alios. quod est notandum. Fallit etiam dicta regula in certis aliis casibus, quos enumerat Gloss. & Bartolus declarat in l. ventre. D. de acquir. her.

12 Postquam † autem fuit hæreditas adita, transfertur dominium bonorum hæreditariorum in ipsum hæredem. vt l. cùm hæredes. in prin. D. de acquir. hæred. cùm ibi notatis. sed non transfertur possessio, nisi naturaliter fuerit apprehensa.

13 Et † nota quòd aditam hæreditatem vel repudiatam semel. non licebit vlterius agnoscere vel repudiare. vt l. si quis. & l. sicut. C. de rep. her. Nisi fuerit filius, qui post repudiationem adhuc admittitur ad adeundam. si res hæreditariæ sint in eodem statu, vsque ad triennium. vt l. fi. C. de repud. hær. vel nisi hæres fuerit minor XXV annis, qui beneficio in integrum restitutionis auditur, volens post repudiationem adire, etiamsi res non sint in eodem statu. vt d. l. fin. cum similibus. Vel nisi alius cohæres repudiet partem suam. quo casu ille qui prius hæreditatem adiuit, poterit suam ac cohæredis eius repudiare. vt l. cū hæreditatem, & l. seq. D. de acqui. hære.

Sit ergo cautus hæres scriptus, vel ab intestato succedens, ante quam adeat diligenter inquirere de viribus hereditatis, & infra mensem inchoare inuentarium omnium bonorum hæreditariorum, & infra alios duos menses complere. quo facto gaudebit tali priuilegio, quod tenebitur solùm respondere creditoribus hæreditariis. quatenus patiērur vires hæreditatis, detracta Falcidia de legatis, & non vltra. 14 Si † autem adierit simpliciter, nullo facto inuentario, tunc tenebitur, si sit hæres extraneus, etiam de suo proprio

in solidum,(nulla facta detractione Falcidiæ) satisfacere in totum creditoribus & legatariis. Si verò sit filius defuncti, tũc licèt creditoribus teneatur in solidũ, tamen de legatis detrahet eius legitimam.vt notatur per Iacobũ de Bellouiſu in Auth. de hæred.& Fal.§. ſi verò expreſſim. vt habetur etiã per textũ in l.ſi.§.ſin autẽ dubius.& §.præfatam.& §.ſi quis autẽ temerario propoſito. C. de iu. delib.& in Auth.de hæred. & Fal.§. ſi verò expreſſim.

15 Et † nota quòd licèt hæres [a] qui nõ facit inuentariũ priuetur Falcidia,nõ tamen priuatur Trebellianica. vt plenè notatur per dictũ Iacobum in d.§.ſi verò expreſſim.

16 Hoc † autẽ tempus faciendi inuentarium non currit ignoranti, niſi à tẽpore ſciẽtiæ, quo quis ſciuit hæreditatẽ ſibi delatã eſſe teſtamento vel ab inteſtato. vt habetur & notatur in d.§.ſin autem dubius.

17 Aduertendũ † etiam quòd ille qui facit inuentariũ conſequitur aliud beneficiũ, quòd ſibi cõſeruat omnia illa quę ſibi erãt debita à defuncto.vt d.l.ſi.in §.in computatione.quæ nullo facto inuẽtario extinguntur per additionem. l.ũ debitori. C.de pact.& l.Stichum.§.additio. D. de ſolutio.& l.ſi debitori. D. de fideiuſſo.cum ſimilibus.

18 In † cuius inuentarij forma ſunt neceſſaria infra ſcripta, videlicet vt fiat corã iudice.vt d.l.ſi. Item requiritur citatio creditorum & legatariorum, ſaltem per prẽconem. & ſi non comparuerint, debent eorum loco adhiberi tres teſtes, patrimonium poſſidentes in loco in quo fit inuentarium. Item hæres debet in eo inuentario ſubſcribere, vel, ſi ſcribere neſciat, alius notarius pro eo.& ſic erunt duo notarij, & ſex teſtes.vt d.l.fin.

19 Sed † circa prædicta quæritur, an fideicommiſſarius vniuerſalis teneatur facere inuentarium, [b] ſicut dictũ eſt de hærede principali? Dic quòd ſic. alioquin tenebitur in ſolidum creditoribus & legatariis.ſicut dictum eſt de hærede.Nec ei prodeſt inuentarium factum per hæredem. niſi hoc beneficiũ ſibi ceſſerit, quod facere poteſt.arg.l.ſi hæres pecuniã. D.ad Treb. & determinat Iacobus de Bellouiſu in Auth. de hæred.& Falc.§.ſi verò expreſſim,ſupertùr allegato.

SVMMAR.

1 *Beneficium legis finalis, C. de edict. Adri. toll. non competit heredi particulari.*

2 *Nec heredi ab inteſtato ſuccedenti.*

3 *Inſtitutus in re certa cenſetur heres vniuerſalis,ſi nullum habeat coheredem vniuerſalem, vel ſi coheres vniuerſalis repudiet, vel mortuus ſit tempore teſtamenti.*

4 *Prohibitio teſtatoris non impedit portio deficiens accreſcat heredi inſtituto in re certa.*

5 *Inſtitutus in re certa, per ius accreſcendi loco heredis habetur, licèt prohibitus ſit ſuccedere in alijs bonis,niſi coheredem vniuerſalem habeat, vel fauore alterius perſonæ facta ſit prohibitio.*

a Hæres nõ cõficiens inuẽtarium priuatur Falcidia,non Trebellian.Bartol. & Ang. In l.Paulus.D.ad l.Fal.Io.de Imol.in l.creditoribus,eod.ti. Bar. in l.teſteri. D. de his qui vt ind.Bald.in ſi.C.de iure delibe.

b An fideicõmiſſarius vniuerſalis teneatur facere inuentarium,Bald.in l. cum ſecundum.C. de fideicom.

6 Prohi-

6 *Prohibitio*, Ne quid amplꝰ de bonis patris filia peterepoſſit, *non porrigitur ad dotem matris ſecus ſi dictum ſit*, Ne quid in bonis vel ſuper bonis.

GLOSSA IIII.

In omnibus eius bonis. 1 Quid † ſi dices ſi fuit inſtitutus in ſpeciali re, puta domo vel fundo, an habebit ſeu intętare poterit beneficiũ d. l.ſi.C.de edic.di Adri.tol. D c, aut nõ habet aliũ cohęredẽ vniuerſalem, & tunc quia detracta rei mẽtione pro vniuerſali reputatur hærede, (vt l.1. § ſi ex fundo.D.de hær.inſti.) habebit beneficiũ d.l.ſi.C.de ed.di.Adri. tol. Aut habet aliũ cohæredẽ vniuerſalẽ, & tunc quia pro legatario reputatur, dicũt Doc.ꝙ nõ habebit illud beneficiũ, quia nec interdictũ. Quorũ bonorũ, datur ꝓ ſingulari. vt l.1. in fi.D.quorũ bono. & not.in d.l.ſi.

2 Quæritur † inſuper, an hæredi ab inteſtato ſuccedẽti cõpetat bene ficium d.l.ſi? Dicunt Doc. ibidẽ ꝙ nõ. vt notatur ꝓ Cy.in d.l.ſi.in verſ. Tertiò iuxta præmiſſa quęritur, &c. & ratio eſt, qa in tali poſſeſſorio iudex procedit, ꝓ modũ notorij, quod notorium inducitur per exhibitionem teſtamenti non aboliti nec cancellati, non autem poteſt fieri notorium per id quod quis alleget verbotenus iudici ſe proximiorem defuncto, cũ hoc ſit facti, & poſſet iudex faciliter errare. vt notatur in l. ſi.D.pro ſuo.

3 Viterius † pro meliori declaratione hæredis inſtituti in re certa, quæro, quando habeatur loco hęredis, & quando non? In quo articulo ſic diſtinguo: aut quis inſtituitur in re certa, nullo alio ſibi dato vniuerſali cohærede, & tunc habetur loco vniuerſalis hęredis inſtituti, quia rei expreſſio pro nulla eſt. vt d. §. ſi ex fundo. aut habet alium vniuerſalem cohæredem, & tunc habetur loco legatarij. vt l. quoties. C. de hęred. inſti. & ibi notatis. Verumtamen ſi hic vniuerſalis cohęres repudiet, vel tempore teſtamẽti mortuus fuerit, habebitur iſte inſtitutus in re certa quòd ad ius accreſcendi loco vniuerſalis & veri hæredis, ſecũdum Guillermum de Cuneo, vt notatur per eum in l. ſeruo. D. de cõd. inſtit. arg. in l. ex militari. §. ſi. & l. miles. D. de teſtã. mil. quam opinionem ſequitur Bar. in l. quoties §. ſi duos. D. de hæred. inſti. & in l. ex facto. eo. ti.

4 Quid † dices ſi teſtator hæredem inſtituto in re certa, nullo dato cohęrede vniuerſali, expreſſè prohibuerit, ne ipſa inſtitutio trahatur ad alia bona, an ipſe ſuccedat in omnibus bonis, vel in re certa in qua eſt inſtitutus? Dicit Bar. in d. §. ſi duo, quòd tunc ſolùm ſuccedit in re illa, & ceſſabit ius accreſcendi, & cætera bona deuenient ad ſuccedentes ab inteſtato iure fideicommiſſi. arg. l. peto. in prin. verſ. quid ergo. D. de legat. 2. Communiter doc. tenẽt contrariũ, quia teſtator nõ poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. vt l. ius noſtrum. D. de reg. iur. nec poteſt facere quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. l. nemo poteſt. D. de legat. 1. Nec obſtat d. l. pero. quia loquitur, quando contemplatione alterius cohæredis facta fuerat illa particularis inſtitutio taxatiuè & limitatiuè: meritò ergo videtur granatus eidem partem reliquã reſtituere. Quæſtio autem præſens loquitur, quando alterius contemplatione non fuerat facta particularis inſtitutio.

5 Sicque † concludere licet, quòd particularis institutio in re certa, nullius alterius contemplatione facta, (quò ad ius accrescendi,) nullo alio sibi dato cohærede, loco hæredis habetur, nec venientibus ab intestato restituere tenetur.

6 Deinde † circa hoc quæro de quotidiana quæstione. ecce, pater filiam suam instituit in certis specialibus rebus, iubens eam stare debere ipsis rebus tacitam & contētam, ita quòd de bonis suis vltra nihil petere possit, quæritur an excludatur à petitione dotis maternæ? Videtur quòd sic. arg. in l. qui volebat. D. de hæred. instit. & d. l. peto. in prin. In contrarium determinat Bartolus in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. in fi. D. de ope. lib. tali ratione, bona dicuntur deducto ære alieno, vt l. bonorum. & l. subsignatum. §. bona. D. de verb. sig. dos autem materna est ęs alienum. arg. in l. prætor. §. emancipati. D. de collat. bon. meritò sequitur quòd in d. prohibitione non comprehenditur, cùm non sit de bonis. Aliud ergo esset si testator dixisset, *Nihil petere possit in bonis vel super bonis meis*, &c. quia videretur tūc se retulisse ad omne ius cōpetens ipsi filiæ quæcunque occasione, per quod posset aliquid in ipsis bonis petere. arg. l. rem in bonis. D. de acquir. rer. dom. & l. bonorum. §. in bonis. cum similibus ibi notatis. D. de verb. sig. Vide quæ scripsi in præcedenti libello, circa articulum dotis.

SVMMA.

8 *Imploratus beneficium l. fin. C. de edi. Adri. toll. producere debet testamentum coram iudice, in forma publica & docere testatorem mortuum esse.*

GLOSSA V.

Exhibet & producit in forma publica. 1 Hæc duo † sunt necessaria, scilicet quòd productio fiat coram iudice, & quòd testamentum sit in forma publica redactum, vt per hoc fiat ipsi iudici notorium de iustitia ipsius hæredis instituti. vt d. l. fin. Irem & tertium, videlicet quòd constet ipsum testatorem esse defunctum, vt suprà dictum est.

SVMMAE.

1 *Quot testes requirantur in testamento militis.*

2 *Quæ solemnitates requirantur in testamento cæci.*

3 *Quæ in testamento inscripta.*

4 *In nuncupatiuo requiruntur quinque V. testes, quandoque II. quandoque VII.*

5 *Vt testamentum valeat filij in potestate debent institui vel exheredari.*

6 *In testamento facto coram principe sufficit vnus testis, sed in eo filius non debet præteriri.*

7 *In testamento, vel alio actu seruari debet solennitas loci in quo fit.*

8 *In successione ab intestato attenditur consuetudo vel statutum loci in quo bona sita sunt, quicquid Bartolus & alij aliter dicant.*

GLOSSA VI.

Vtilatum legitimo numero testium. Sed qualis numerus testium exigitur in testamentis? Respondeo, secundùm qualitatem personarum ipsorum testantium, & hæredum ipsorum instituendorum, ac varietatem locorum, in quibus fieri contingit testamentum. 1 Vade † ad horas doctrinā debes scire quòd aliquando testator est miles, aliquando pa-

ganus.

ganur. Si sit miles, aut est in belli conflictu & in acie, & tunc numeras testium non requiritur, sed sufficit eius nuda voluntas, aut est sub tentorio, & tunc requiritur numer⁹ duorum testium. vt hæc habentur in l.milites. C.de testam.mil.& l.divus.in prin.& l.Lucios.D.de testam. mil.& Insti.eod.ti.in prin.si verò sit in ciuitate domus suę,tunc requiritur numerus septem test;ũ sicut in pagano. vt l.pen. C.de testam. mil. Insti.8o.§.1.Requiritur etiam.si miles habet filium in potestate, quòd ipsum instituat vel exhæredet,alias testamentum nullum est. Attamen in eo est hoc speciale, quòd si sciat se filium habere & non instituat, videtur ipsum tacitè exhæredare: si verò ignoret se filium habere, tunc non instituendo videtur præterire. vt habetur in l. sicut certi iuris.& in l.si cùm vel in vtero. C. de testam. mil. Ista tamen præsumpta exhæredatio fortè hodie nihil operaretur,nisi haberet causam expressam & legitimam. per ea quæ traduntur in §.aliud quoque capitulũ. in Authen. Vt cùm de appellatione cog. & in Auth. ex causa. C.de lib. præt. quæ iura locum habent tam in milite quàm in pagano.

Vbi autem paganus facit testamentum,tunc attende,aut est cęcus carens luminibus, aut est videns.

2 Primo† casu siue sit cæcus naturaliter siue accidentaliter, dummodo accidens contigerit longo tempore ante testamentum, tunc requiritur numerus octo testium, & filii in potestate instituio vel exhæredatio: aut numerus septem testium & notarii subscriptio, cum quibusdam aliis solennitatibus. vt habetur in l. hac consultissima. C. qui test. face.poss.

3 Si† verò testator videat, tunc aut facit testamentum in scriptis,& magna requiritur solennitas, videlicet numerus septem testium, qui propria manu se testamẽto subscribant,& sigilla sua imprimant,& testator se subscribat, & quædam alia de quibus habetur in l. hac consultissima. C.de testam.& Insti. eod.ti. in prin.

4 Si† autem faciat testamentũ nuncupatiuum, tunc considerandа est qualitas loci conditi testamenti.Aut enim fit testamentum in ruré, & tunc si plures haberi nõ possunt, sufficit numerus quinque testium,vt in l.fi.C.de testam. Aut fit testamentum in ciuitate, vel alibi vbi sit personarum copia. & tũc aut in eo instituuntur solùm filii testatoris, & tunc sufficit numerus duorum testium, etiamsi essent mulieres,secundùm gloss. & Baldum in l. hac consultissima.§.ex imperfecto. C. de testam. cum Authentica ibi posita. Aut in eo instituuntur soli extranei, & tunc requiritur numerus septem testium.vt l.hac consultissima. §. per nuncupationem. C. qui testam.fac.poss. & Instit. de testam. in prin. Nisi statuto vel consuetudine aliud caueatur. vt l. si nõ speciali. C.de testam. 5 Requiritur † etiam & aliud, quòd testator filios, quos in potestate habet, instituat vel exhęredet,aliàs eorum prætericio redderet testamentum nullum. vt l.1.D.de inin.rup.& irri. testa. & Instit.de exhær. lib. in prin. & l.filius,& l.inter cętera.D.de lib. & posth. Aut instituuntur mixtim extranei cum filiis, & tunc, quantum ad filios,sufficit numerus duorum testium, quòd autem ad extra-

neos requiritur numerus septem testiū. Vnde sequitur quòd aliquando testamentum quò ad filios valebit, & quò ad extraneos erit nullum.

6 Est † tamen casus singularis, vbi sufficit vnus testis, videlicet quādo testamentum fit in præsentia principis. vt in l. omnium. C. de testam. Non tamen crederem quòd eius præsentia supplear defectū præteritionis filii, cùm hoc non fit aliquo iure cautum. ergo ad hunc casū non extendendum, quia odiosum. arg. in l. Si verò. §. de viro. D. sol. matri. Vide de his notata per glossam Instit. de testam. §. fin.

Pro declaratione autem prædictorum quæro. Ecce testator condidit testamentum in ciuitate Venetiarū, vbi sufficit numerus quatuor testium. bona autem hæreditaria sūt in ciuitate Papiæ, in qua originem & domicilium habuit ipse testator, & secundùm quam obseruatur ius commune. nunc venit hæres scriptus coram iudice Papiæ exhibens testamentum, numero quatuor testium roboratum, petens se mitti in possessionem hæreditatis & bonorum defuncti. contra quam se opponit proximior agnatus defuncti ab intestato, dicens testamentū nullum, ob defectum testium, & ob hoc hæreditatem iure successionis ab intestato sibi tāquam proximiori deuoluram. quæritur quid iuris? In qua quæstione Doct. antiqui pariter & nouissimi multùm dubitauerūt, vt refert Specu. in tit. de instrum. edit. §. compendiosè. vers. quid si de consuetudine. & Cyaus in l. 1. C. de sum. trin. & fide catho. & ibi per Iacobum Bubrigarium & Bartolum.

7 Finaliter † & conclusiuè, secundùm veriorem opinionem tenendum est quòd hæres scriptus in huiusmodi testamento mittendus sit in possessionem excluso ab intestato veniente. cuius illa ratio potissima est, quia quò ad valorem testamenti sufficit quòd illa solennitas interuenerit, quæ obseruatur in illo loco, in quo perfectum est testamentum. vt l. fin. C. de testam. & lū non speciali. C. eo. tit. facit l. milites. D. de testam. l. diuus. in princip. & l. Lucius. D. de testam. milit. & accedat l. 2. cum seq. C. quemadmo. testa. aper. Ideóque ipsius testamenti auctoritate facta aditione per hæredē scriptum, ius vniuersum in eum iuris dispositione transfunditur, nedum quod habuit defunctus in loco condūi testamenti (vt l. hæres. & l. omne ius. D. de acquir. hæred. & l. nihil aliud. D. de reg. iur.) sed etiā quodcunque habuit vbique locorum per quandam consequentiam. argumentum ad hoc in l. 1. D. de Auth. tut. & Instit. de legit. patro. tut. §. 1. Melius tamen facit, quod de actione seu obligatione quæsita alicui in certo loco dicitur, quæ potest intentari in quolibet loco. vt l. fin. C. de loc. temp. præscrip. Sicut etiam acta facta in vno loco faciunt fidem in alio. vt l. is apud quem. C. de eden. l. 2 proconsulibus. C. de appellat. & l. fi. C. de testib. & l. fi. C. de arbit. Sic etiam in quolibet alio actu, in quo dicemus attendi locum in quo gestus est. vt l. 1. in fi. D. de ven. inspectum. similibus. Quam sententiam tenent communiter omnes Docto.

8 Vltra † quæritur ad eius pleniorem doctrinam, quid in hæreditate delata ab intestato? Ecce consuetudo

suetudo est in Anglia quòd primogenitus succedat defuncto, in ciuitate autem Papiæ (vnde mihi origo est) succedunt omnes filii equaliter ab intestato. Cõtigit quòd Papiensis mercator habens bona in Anglia & in Papia, decessit in Anglia sine testamento. vult primogenitus succedere in tota hæreditate, tã in Anglicis quàm Papiẽsib. reliqui autem filii dicunt hæreditatem viriliter inter eos distribuendam. quæritur quid iuris? Et certè in hac quæstione fuerunt etiam diuersæ opiniones, vt in præcedenti. & meritò. Dicunt enim quidam (cum quib⁹ est Guillermus de Cuneo) quòd primogenitus in bonis Anglicis in solidũ succedat, in Papiensibus sit communis diuisio inter eos. arg. in l. si pupillo. D. de tut. & cur. dat. ab his. nec ideo trahetur successio Anglicana ad alia bona (vt in proxima quæstione dictum est) quia illa sola & localis cõsuetudo non est ad alium locum extendenda. arg. in Leerta forma. D. de iure fis. & l. constitutionibus. D. ad municip. Quam opinionem sequitur Cynus in d.l.1. Alii dicunt quòd debet attendi locus in quo adita est hæreditas per quã aditionem quasi contrahitur. vt l. apud Iulianum. in fin. D. ex quib. eau. in poss. eat. §. hæres. Insti. de oblig. quę ex quasi cõtr. sicut inspicitur in contractibus. l. si fundus. D. de euict. Alii (vt Bar. in d. l. 1. considerant formam consuetudinis seu statuti, & eius verba. aut enim verba statuti seu consuetudinis sunt in rem, vt puta, *Quòd bona decedentis perueniant in primogenitũ*, & tũc attendi debet locus vel loci consuetudo, vel statutum, in quo sunt bona hæreditaria: quia res ipsæ afficiuntur tali iure consuetudinario. quod verum intellige, scilicet in rebus quæ sitæ sunt in ipso loco. arg. in l. rescripto. in fi. D. de muner. & hono. & l. an in totum. C. de æuict. pri. Aut consuetudo vel statutum loquitur in personam. vt puta, *Primogenitus succedat*. & tũc aut defunctus non erat Anglicus sed Papiensis, & tunc ipsum non ligat nec comprehendit tale statutum: quia dispositio relata ad personas non porrigitur ad forenses. arg. in l. fi. C. de testam. iuncta l. cõficiuntur. § 1. de iure cod. & quod notatur per Bartolum in d. l. 1. Aut erat Anglicus, & tunc primogenitus præferendus est omnibus aliis in bonis Anglicanis, in cæteris autem communiter succedunt, & ita loquitur opinio Doctorum, secundùm eum. Ego autem crederem in hoc vltimo casu primogenitum in quibuscunque bonis præferendum. nam cùm eius persona sit in hoc habilitata per legem municipalem, dicam eam suum effectum porrigere per quandam consequentiam ad quæcunque loca. argum. eorum quæ dicta sunt in proxima quæstione.

Svmmae.

1 *Institutus in codicillis non habet beneficium l. fin. C. de ed. di. Adri. tol.*

2 *Vitium visibile impedit hoc beneficium, non inuisibile: nisi de eo statim doceatur.*

3 *Impugnans testamentum tanquam falsum, inofficiosum, vel nullum, si vincatur, perdit sibi legatum in eo.*

4 *Rasura quæ alterat sensum, vel inducit dubitationem, facit testamentum suspectum.*

5 *Interlineatio reddit testamentum suspectum.*

6 *An protocolli interlineatio reddat testamentum suspectum.*

GLOSSA VII.

Non abolitum nec cancellatum. 1 Quid † autem si fuerit institutus in codicillis, an habeat beneficium d.l.fi? Dicunt ibi Doc. quòd non. quia talis dicitur succedere ab intestato. vt l. conficiuntur. in prin. D. de iure cod. & hæredi ab intestato non datur, vt supradictum est. Quã opinionem confirmat gl. in l. fi. super verbo *more*. C. de codic.

2 Proponitur † autem testamẽtum non abolitum, quia in prima sui figura debet esse sine aliqua suspicione, vel alio visibili vitio. Si verò opponeretur vitium inuisibile, puta quia falsum, vel inofficiosum, aut nullum, non haberet impedire missionem. vt l. 2. C. de edic. di. Adri. Nisi opponens probare vellet tale vitium incontinenti, secũdùm Do. & gl. ibi positam. 3 Debet † tamen diligenter aduertere opponẽs & allegans huiusmodi vitium: nam si succumberet, perderet legatum. vt l. Papinianus. §. meminisse. D. de inoffi. test. & l. Polla. & l. alia. C. de his quib. vt indig. & notatis per gl. in l. ex sextante. in prin. D. de excep. rei iudic.

4 Circa † præmissorum declarationem quæro. ecce quòd vna tota oratio reperitur rasa, deinde est emendata, an testamentum redditur suspectum? Distingue secundùm Doctores. aut est certum quòd emendatio est facta manu eiusdem notarii, vt quia ipse notarius hoc protestatus est in sua subscriptione: aut est certum quòd est facta manu alterius, aut est dubium. Primo casu dicunt quidam quòd testamentũ non redditur suspectum. Alii verò (quos sequitur Cynus) dicunt contra. vt notatur per eum in l. fi. præallegata. argumentum ad hoc in l. Iubemus. C. de prob. & in §. 1. in Auth. de fide instrum. Secundo autem casu repellitur testamẽtum velut suspectum. arg. in c. licet. §. Quinto ext. de crim. fal. Tertio autem casũ subdistinguitur (secundùm quosdam) aut est rasura in dictione, aut in litera vel syllaba. si quidem sit in dictione, tunc suspectum redditur testamentum. vt l. 2. & fin. C. de edic. diui Adri. tol. Si verò sit *in* litera vel syllaba, tunc aut illa rasura alterat sensum, vel dubitationem inducit circa dispositionis intellectum, & tunc suspectum facit testamentum. arg. in c. fin. ext. de crim. fal. Aut non alterat sensum. & tunc non redditur suspectum. arg. in c. ex literis. ext. de fide instrum. & facit quod notatur in c. inter dilectos. ext. eod tit.

5 Quid † autem dices si testamentum sit superlineatum, habeas inter lineam & lineam aliquid super additum. an erit suspectum? Dicunt quidam esse distinguẽdum eo modo quo suprà. Alii dicunt simpliciter reddi suspectum. per text. in c. cùm venerabilis. ext. de relig. dom. & quod notat Spec. in tit. de instrum. edit. §. postremo. vers. item excipitur quod est viruperatum.

6 Rursum † quæritur quid si protocollum testamenti sit interlineatum modo quę suprà. an propter vitium protocolli impedietur missio testamenti inde extracti, non interlineati nec cancellati? Videtur q. òd sic. quia protocollum est scripturæ matrix, ad quam habetur recursus

cursus. vt in Auth. de fide instrum. §. 1. Facit quod notatur per glo. c. contra morem. dist. 100. & ibi per Archi. & 9. dist. c. noli frater. & quod notatur per Bartol. in l. Sempronius. D. de leg. 2. In oppositum facit, quia lex solùm considerat formam testamenti quod in iudicio producitur, de protocollo autem nihil disponitur, ergo, &c vt l. si verò, §. de viro. D. soluto matrimonio.

SVMMAE.

1 *Cùm hæreditas est vacans non est vtile intentare istud remedium legis finalis.*
2 *Cessat hoc remedium cùm bona sunt occupata ante mortem testatoris.*
3 *Qui nititur alio testamẽto est legitimus cõtradictor in hoc iudicio l. fin.*
4 *Cùm duo nituntur paribus testamẽtis, melior est condicio possidentis. Si neuter possideat, neuter obtinet.*
5 *Primum testamentum derogatorium secundi, præualet, nisi expressè reuocetur in secundo.*
6 *Primum testamentum non derogatorium secũdi, tollitur per secũdũ.*
7 *Non enim nulla sunt operationes.*
8 *Posterius testamentum inualidum nõ reuocat primum, nisi in illo testator perseuerauerit decennio.*
9 *Testamentum cassatur laceratione eius à testatore facta.*
10 *Testamentum posterius minùs solẽne tollit primum, si in illo instituti sint venientes ab intestato: secus si extranei.*
11 *Sine speciali reuocatione posterius testamentum nõ tollit primũ, cùm vtrunque nitatur priuilegio filiali.*
12 *In hoc iudicio missionis in possessionem ex beneficio l. fin. C. de edi. di. Adri. tol. fideicommissarius non est legitimus contradictor, nisi possideat, & paratus sit de iure suo probare.*

GLOSSA VIII.

Nunquid occupauit. 1 Aduerte † quòd si hereditas esset vacans & à nemine occupata, non esset vtile hoc remedium intentare, sed deberet hæres scriptus sua propria auctoritate ipsam hæreditatem ingredi & apprehendere. vt notat Inn. in c. cùm in officiis. ext. de testam. & supra dixi in gl. 4.

2 Et † si ista bona in quibus petitur fieri missio, essent occupata in vita testatoris, cessaret etiam remedium d. l. fi. vt habetur & notatur in d. l. fi. & maximè si haberet titulum à defuncto. vt ibi notatur.

3 Quid † autem dices si hic Pascalinus conuentus opponat, & dicat se hæredem institutum in alio testamento eiusdem testatoris, an per hoc impediretur missio postulata? Dicunt glossa & Doc. quòd sic. in prælegata l. fi. & erit isto casu legitimus contradictor. & iudex cognoscet priùs & terminabit super vtroque testato, sic tamen quòd posterius præferatur priori. vt in. §. posteriore. Instit. Quib. mod. testa. infir. nisi forsasse præcedens esset derogatorium subsequentis. vt l. si quis in principio testamenti. D. de leg. 3

Verùm pro huius clariori & pleniori doctrina sciendum est, quòd aliquando producuntur duo testamenta facta eadem die & hora, & æqualiter solennia, in quibus sunt hæredes diuersi scripti, nec apparet quod prius & quod posterius sit cõditum: aliquando producuntur duo testamenta, quorum vnum est altero posterius. 4 Primo † casu. licèt quæstio sit antiqua & Sabbatiana (do-

quia per glo. & Cynin l. 1. C. de edic. di. Adri. tol. & in l. 3. C. de codic. & per glo. Dy. & Bartolum in l. 1. §. 1. D. de bon. poss. sec. tab.) attamen secundùm eos concludunè tenendū est, quòd melior est conditio possidentis quàm petentis, quia regulariter, In pari causa, &c. vt l. si ob turpem, cum ibi notatis. D. de condict. ob turp. can. Pacit §. commodum. Instit. de interd. Et si forsasse tertia persona possideret, & agerent ambo contra eam, tunc per cōcursum se inuicem impedirent, tum quia scripturæ sunt sibi inuicem contrariæ. vt in l. scripturæ diuersæ. C. de fi. instru. & l. optimam. & quod ibi notatur. C. de contrah. & com. stip. tum quia dubitatur de iuribus vtriusque testamenti. vt in l. sed si de sua. vers. cùm autē. D. de acqu. hær. quia abstio deficit super iure alterius. vt in l. duo sunt Titii. D. de testam. tut. In secundo autem casu cū duo producūtur testamenta, quorū vnum est altero posterius, subdistingue, aut vtrunque est validum & solenne omni iure tam ciuili quàm prætorio, & tam iure communi quàm speciali. aut vtrunque est inualidum omni iure, aut vnum est validum de iure communi, & aliud de iure speciali, aut vnum est tantùm validum de iure communi vel speciali, & aliud est omni iure inualidum. aut vtrunque est validum de iure speciali tantùm, & inualidum de iure communi. 5 Primo † casu subdistingue. aut primum testamentum est derogatorium secundi ex testatoris dispositione, & tunc primum præfertur secūdo, nisi in secundo expressè pœniteat testatorem de primo, & ipsum specialiter renocet seu casset, hoc modo. vt si dicat, *Reuoco tale testamentum per me factum, scriptum per talem notarium.* vel si dicat, *Casso, irrito, ac reuoco omne aliud testamentum, etiamsi in eo sint posita aliqua verba derogatoria sub quacunque verborum conceptione.* vt plenè traditur per Bart. & Doct. in d. l. si quis in principio testamenti. D. de leg. 3. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. D. de leg. 1. Et idē die per omnia si sit derogatorium per legis authoritatem. vt in Auth. Hoc inter liberos. C. de testam.

6 Si † verò primum testamentum non sit derogatorium secundi, tunc per secundum tollitur primum, siue ex secundo possit adiri hæreditas de iure ciuili, siue de iure prætorio tantùm. Licèt eo casu quo possit adiri de iure prætorio tantùm quidam dicunt cōtrarium, & malè. per textum in l. si duobus. §. si prius. D. de contra tab. & ibi plenè notatur per Bar. & etiam tangitur per glos. & doct. in l. cùm in secundo. D. de iniu. rup. & irri. test. & l. si quis com. D. de vulg. & pup. & facit d. §. posteriore. Instit. quibus mod. test. infir. & l. si quis priore. D. ad Treb.

7 Secundo † casu principali cū vtrunque est inualidum omni iure, tunc frustra quæritur de effectu vtriusque. quia non entis nulla sunt operationes, vt l. eius qui improuisciam. D. si cert. per.

Tertio casu principali quādo vnū est validū iure cōmuni, & aliud validū iure speciali, die tēporis ordinationē obseruari. ideóq; p secundum tollitur primū. vt l. eius militis. §. militia missus. D. de testam. mil. iuncta l. 2. D. de iniust. rup. & irri. test. & d. §. si prius. Nisi prius haberet clausulam derogatoriam secundi, vt superiùs dictum est.

Quarto

Quarto casu cùm vnum est inualidum omni iure, & aliud validum aliquo iure, & tunc aut præcedit inualidum secundum validum, & tũc præfertur secundum. arg.d.§.posteriore. cum similibus. Aut econtra præcedit validum & sequitur inualidum. 8 Ex† tunc aut circa secũdum inualidum processit testator ad actum verbi tantùm, sine aliqua hæredis institutione, dicendo, *Volo quòd tale meum testamentum valeat*, tunc per tale secundum non tollitur primum, vt in §.ex eo. & ibi notatis. Inst. quib. mod. test. infir. etiãsi testator talia verba coram septem testibus protulisset, secundùm Bart. vt per eum notatur & habetur in l. fi iure. D. de leg. 3. Nisi post huiusmodi invalidam dispositionem testator perseuerauerit in ea spario de cẽtii. quo casu tollitur primum testamentum. vt habetur in l. sancimus. C. de test. 9 Aut† testator processit ad actum facti, sine aliqua hæredis institutione, putà cancellãdo vel lacerando primum testamẽtum, & tunc per hunc actum seu voluntatem tollitur præcedens testamentum. vt plenè notatur in l. nostram. & l. hac cõsultissima. §. fi quis. C de testam. Aut in secundo minùs solenni processit ad actum communis institutionis hæredis. & tunc aut illud secundum redditur minùs solenne ex vitio præteritionis, aut ex vitio alterius deficientis solennitatis, puta numeri testium. In primo casu dicit glossa quòd per secũdum non tollitur primum. vt in l. fi filius qui in potestate. de lib. & posth. quod etiã sequitur ibi Bar. & alii doc. in l. cùm in secundo. D. de iniu. rup. & irri. test. & l. fi quis eum. in fin. D. de vul. & pup. 10 Qua† opinio procedit quando in secũdo testamento sunt extranei instituti. Secus si venientes ab intestato per l. fi duobus. §. si prius. D. de cõtra tab. Secũdo aũt casu dic. aut secundũ est minùs solẽne de iure communi, sed est solenne de iure speciali, quia in eo sunt instituti venientes ab intestato, & tũc per secundũ tollitur primum. vt l. hac consultissima. §. si quis autẽ. & ibi plenè notatur. C. de test. Aut est minùs solenne omni iure, & tunc per secundum nõ tollitur primũ. vt d. §. ex eo. & d. §. fi quis autem.

Quinto casu principali, quãdo vtrũque est validum de iure speciali, tũc subdistinguo. aut vtrũque est validũ iure & priuilegio militari, & tũc per secundũ tollitur primũ. vt d. l. 2. D. de iniu. rup. & irri. test. Nisi primũ haberet clausolã derogatoriã. arg. d. l. fi quis in prine. test. cũ simil. 11 Aut† vtrunque est validũ priuilegio filiali, & tũc per secundũ non tollitur primũ, nisi in secundo fiat specialis reuocatio primi. vt d. Auth. hoc inter liberos. C. de testam.

12 Sed† an fideicommissarius vniuersalis sit legitimus cõtradictor? Distingue, secundũ gl. & doc. in d. l. fi. Aut enim possidet, & de iure suo vult statim probare, & tunc est legitimus contradictor, & impedit missionem. aut non possidet, & tunc nõ est legitimus cõtradictor. Sequitur.

SVMMAR.

1 *In hoc iudicio missionis in poss. actoria probare debet, testamentum esse solenne, res fuisse in bonis defuncti tempore mortis, & testatorem mortuum esse.*

2 *Bona in quorum poss. actor se mitti postulat debent ab eo describi in libello.*

3 *Quilibet præsumitur viuere centum annos.*

4 *Mors probari potest per famam, præsumptionem, vel vnum testem.*

5 *Missio debet fieri etiam in bona aliena quæ testator possidebat.*

GLOSSA IX.

Possideat & ante & post, pro suis & tanquã sua. 1 Aduerte† quòd hæres, vt obtineat missionem, tria probare tenetur. Primò quod testamentum sit solenne. Secundò quòd res in quibus petitur missio fuerint in bonis defuncti tempore eius mortis. 2 Sicque† practica erit, cùm fieri quæritur missio per hæredem scriptum, quòd bona singulariter describantur in libello seu requisitione, & probentur tempore mortis defuncti fuisse in eius bonis, per quæ patet differentia inter petitionem hæreditatis & hanc missionem, vt notatur in d.l.fin. Tertiò probare tenetur quòd testator sit mortuus, nam licèt appareat testamentum, non ideo præsumitur eum esse mortuum: 3 quia† quilibet præsumitur viuere vsque ad centum annos. vt l.fi.C. de sacrosan. eccles. & l.an vsusfructus. D. de vsufru. Et sic non posset adire hæreditatem. vt l. nemi nem. & l. hæres instit. tutus. D. de acq. hær. cùm viuentis non sit hæreditas. vt l.1. D. de hæred. vel actu. vend. & leg. 2. §. interdum. D. de vulg. & pupil.

4 Sed† qualiter probabitur de morte testatoris a? Dic quòd per famam, vel præsumptionem, vel vnum testem. vt notatur per glo. in l.2.§. si dubitetur. D. quemad. test. aper. & l. liquidem. C. fol. matrim. & ibi plenè per Cy. & per Bart. in l. genero. in fi. D. de his qui no. infam. & d.§. si dubitetur.

5 Quid† igitur dices si defunctus possidebat aliqua bona, non pro suo sed pro alieno, vt quia res erant sibi commodatæ, vel apud eũ depositæ, an in eis fiet hæc missio? Dicit glossa quòd sic. in prælegata l.fi. & bene, secundùm Doct. & in hoc conuenit cum petitione hæreditatis. vt l. non tantùm. in princ. D. de peti. hæred. Hîc moneo tale dubium, quare per hypothecariam nõ auocantur talia bona debitori commodata, vel apud eum depositi, sicut per petitionem hæreditatis, & per hoc remedium possessorium, cùm per hypothecariam sola possessio auocetur? vt l. cùm venditor. in pr. D. de euic. Potest dici quòd in hypothecaria requiritur quòd ius constituatur in re per debitorem. C. si ali. res pig. da. sit l. 1. cum seq. quòd ius non potest constitui nisi ab eo qui dominus sit vel quasi. sed hoc non est necesse constitui in hæreditate. Cogitabitis.

SVMMAE.

1 *Praxis & ordo qui obseruatur in hoc iudicio.*

2 *Sententia præcedere debet hanc missionem ex leg. fin. C. de edicto d. Adr. tol.*

3 *A sententia lata in hoc iudicio non appellatur.*

a Mors testatoris quomodo probatur, vide Bar. leg. quoties. C. de nauf. li. 11. Bar. in l. fi C. de edi. Adr. tol. Bald. in l. 3. C. de proba Spec. tit. de proba. in §. tun ver. verum. glos. in e quoniam frequenter, in §. porro. vt lit. non contestata. Lanfran. in repe. cap. quoniam contra falsam de prob. Io. in add. Spec. titul. de notario crimine, in §. fama.

GLOS.

GLOSSA X.

Quæ cùm prædicta vera sint. Pro declaratione huius conclusionis libelli reuoco in dubium, an in hac missione obtinēda sit necessarius libellus? 1 Dicunt † quidam (quos refert Cy. in d.l. fin.) quòd sic. Et citari debēt hi quorum interest. & si non comparuerint pro citatur super eodem libello, alia mutatione non facta. arg. in Auth. siue omnes. C. si vt se ab hæred. abst. & l. 2. C. qui. pe. tut. Alii dicūt (quos sequitur idem Cy.) quòd in aditione iudicio non est necessarius libellus, nisi postquam apparuerit contradictor. Vnde practica, secundùm omnes, talis erit, quòd hæres scripsus coram iudice præsentet suum testamentum, non abolitum, &c. & apud acta absque alia solennitate faciat scribi quomodo petit se mitti in possessionem talium bonorū, virtute talis testamenti. Iudex autem hoc visso & audito, faciet citari illos quorum interest. argu. in l. hoc autem. §. 1. D. ex quib. cau. in pos. ea. Et eis comparentibus tunc offeretur libellus nominatim contra eos, si fuerint legitimi contradictores. & procedetur ordine iuris obseruato. quia, secundùm regulas iuris, sine agatur aliqua actione, siue officio iudicis, semper libellus offerendus est, si contradictor appareat. vt habetur & notatur in l. 1. §. dies. D. quis or. in bo. pos. ser. Vbi autem nullus apparuerit, iudex interlocutorie pronunciabit ipsum hæredem in possessionem mittendum.

2 Et sic † habes notare quòd sententia interlocutoria vel diffinitiua debet præcedere hanc missionem vel executionem. & hęc opinio est in vsu. Alii tamen voluerunt dicere (& malè) nullos esse citandos. si tamen aliquis contradiceret, tunc audiendus esset. arg. in l. 2. §. si causa. & l. seruus. D. de bono. posſ.

3 Ad † vltimum tamen attende, quòd à sententia lata super hac missione, siue fuerit interlocutoria siue diffinitiua, non potest appellari. vt l. 1. C. si de momē. pos. & l. quisquis. C. quorum ap. non reci.

SVMMAR.

1 *Quis sit iudex competens in hoc iudicio.*

2 *Cùm hoc iudicium dirigitur contra certam personam, actor sequi debet forum rei: cùm contra incertam, forū loci in quo res sita sunt.*

GLOSSA XI.

Quæ mouet ex officio vestro. Hic quæritur, quis sit iudex competens huius *missionis*, quouis modo in ea procedatur? 1 Vbi † est aduertēdum quòd longa super hoc est dubitatio, vt refert Cynus in d. l. fin. Tamen concludendo potest iudicis competētia tripliciter considerari. Vno quidem modo inspecta natura ipsius causę: alio modo attenta qualitate rei petitę: tertio modo, ipsius rei & actoris personarum inspecta qualitate. Primo modo attento, distinguendum est. Aut quęritur de missione re ipsa, & tunc iudex cōpetens est ille qui habet merum & mixtū imperium. ita intelligatur gl. illa in d. l. fin. Aut quęritur de pronunciatione de mittendo, & tunc quilibet iudex, etiam inferior, esset iudex competens. vt l. cognitio. §. vt bonorum. D. de offi. eius cui man. est iurisd. Secundo casu principali cùm attenditur rei qualitas, dicendum. Nam quilibet iudex ordinarius

est iudex competens huius missionis. maximè is in cuius iurisdictione est res seu hæreditas sita.vt l.2.D. quemad.testa.aper.& l.fi. D.de edi. divi Adr.tol. Et pronunciato super missione,si forte alia res posita sit in alterius iurisdictione,ille talis iudex in cuius territorio illa res sita fuerit,ad literas primi iudicis faciet realem missionem in illa. arg. in l. cùm vnus.§.1.D. de bon. auth. iud. poss. & notatur in l. à divo pio. in prin. & §.2.D.de re iudic. Ad quod faciunt notata per Bart.in l.1.C.de sum.tri. & fi.cath.in quæstione quæ incipit, Sed dubitatur vtrum testamentũ,&c. Tertio verò casu cũ cõsideramus qualitatem personarum tam rei quàm actoris, tũc distingui debet. 2 Aut† agitur contra certam personam.vt hîc,& tunc iudex competens est iudex rei conuenti. vt in l. iuris ordinem. C. de iurisd. om.iud. Aut agitur contra incertam personam.cùm nullus appareat contradictor,& tunc iudex competens est ille vbi hæreditas iacet.arg. d.l.cùm vnus.in §.1. Nam actiones seu condictiones ex lege potestatem suam vbique exercent. vt l.fin. C.de lon.temp.præscriptio. Sequitur in litera.

SVMMAR.

1 *In hac missionis in possessionem iudicio requiritur sententia, vel diffinitiua vel interlocutoria.*

2 *Licèt à sententia lata in hoc iudicio appellari non possit, potest tamen restitutio in integrum peti.*

GLOSSA XII.

PEr vestram diffinitiuam sententiã. Petitur autem hîc per sententiã declarari super hac missione, quia (vt supra dictum est)sententia requiritur† super ea,vel diffinitiua, si contradictor appareat, vel interlocutoria,si nullus contradicat. vt notat Cyn.in d.l. fin. An autem à tali sententia possit appellari? Dixi suprà quòd non.per l.quisquis.C.quorum ap.non recip.& l.1.C.si de mom. poss.fu.ap. & tenigi plenius suprà in titulo de appellationibus quæ interponuntur ab interlocutoria. 2 Poterit† tamen in integrum restitutio peti ex causa iusta, vt determinat Iaco.Butr.in l.falsam. C.si ex fal.instrum. Facit quod notatur in cum se.C.si aduer.rem iudi. Sequitur in litera.

SVMMAR.

1 *Hoc iudicium non potest plus quàm semel intentari.*

2 *Beneficio legis finalis vti possumus ad exceptionem.*

3 *Sententia lata in hoc iudicio, non parit exceptionem rei iudicatæ in petitione hereditatis.*

4 *Qui petiit & agnouit legatũ,nõ potest postea impugnare testamentũ.*

5 *Filius qui testamentum dixit nullum, si succumbat non amittit legatum. secus si dixit falsum vel inofficiosum.*

6 *Præteritio dicitur esse,cùm defendũ non est institutus aut rite exheredatus,etiamsi defendat per lineam fœmineam.*

7 *Rupto testamento hereditas restituenda est successori ab intestato.*

8 *In rebus alienis nemo sibi heredem facere potest,legatarium potest.*

9 *Is qui statuto prohibetur succedere ab intestato, non rumpit testamentum tanquam præteritus.*

10 *Si præteritus rumpens testamentum moriatur,antequã illud impugnet,*

tur, vires reassumit, nisi iam matus impens moriatur vivo testatore, extraneis instituto.

11 *Testamentum deficiens in solemnitate probatoria, nõ confirmatur voluntate filij tacita vel expressa, quamquã scienter soluta vel promissa legata cõsecutæ nõ possit.*

12 *Si præteritus testamentum non impugnet, eius silentium prodest extraneo heredi, vel filij non præteriti coheredi.*

13 *Filiũ præteritionis vel exheredationis nõ extẽditur ad legata revocata disinctione testamẽti paterni vel materni, iam nati vel postliumi, scientis vel ignorantis testatoris.*

14 *Remedium nullitatis contra testamentum durat XXX annis, querela verò inofficiosi quinquennio.*

15 *In clausula exheredationis debet exprimi causa, eáque postea per heredem probari: alioquin exheredatio non valet.*

16 *Legitima hodie est trientes vel semis pro numero liberorum.*

17 *In computatione legitimæ prius debet detrahi æs alienum.*

18 *Legitima potest manu, sed non omnino auferri, per ius municipale.*

19 *Querela inofficiosi competit duntaxat iis qui primum gradum successionis obtinent.*

20 *Querela inoffi. iosi transmittitur in heredẽ filij, etiam non preparata.*

21 *Quatuor deficitibus testamentũ impugnari posse, solemnitatis, præteritionis, pietatis, & veritatis.*

GLOSSA XIIII.

Ac etiam realiter & actualiter mitti. 1 Sed † quid dices si semel inductus fuit in possessionẽ, postéque cecidit ab ipsa possessione, an poterit iteratò petere se mitti à iudice in eandẽ possessionẽ, beneficio d.l.fi. Dicunt doct. q̃ nõ. vt notat Cyn. in d.l.fi. quia hoc beneficiũ nõ põt nisi semel intẽtari. arg. in l. quod si in dic. in pr. D. de peti. hær. sicut nec actio famil. erciscũ. vt l.fi filia. §. familiæ. D. fam. erciscũ. Licèt petitio hereditatis sæpius intentari possit. vt l. licet. D. de pet. her. & notatur q̃ Cy. & Glo. in l.1. C. famil. erciscũ.

2 Deinde † quæritur quid si heres scriptus sit in possessione hereditatis, timẽs tamẽ futurã litẽ petit à iudice q̃ beneficiũ d. l. fi. se tueri in d. possessione, quæro an sit audiendus? Doct. in d. l. fi. dicunt q̃ non. quia istud beneficiũ est adipiscendæ possessionis, nõ tuendæ. vt d.l.fi. Verumtamẽ (secundũ Iac. Bu. in d.l. fi.) si mota esset lis vel quæstio cõtra ipsũ heredẽ possessorẽ. per aduersariũ petentẽ ipsam possessionẽ declarari nullã, & revocari debere, posset heres scriptus per modũ replicationis allegare ipsã esse aliquã, & petere, in quantũ appareret nullã, ipsã q̃ iudicẽ cõfirmari. Et sic patet q̃ quæ dã cõsequi possumus per modũ excipiendi, quæ nõ per modũ agendi.

3 Rursũ † quæritur. Ecce q̃ lata sententia super missione ista, cõtra filiũ testatoris, & facta & secuta reali bonorũ apprehensione p̃ scriptũ heredẽ, agit filius testatoris cõtra hæredẽ scriptũ, dicẽdo testamentũ nullũ, vel inofficiosũ, & vẽdicat hereditatem, quæritur an sibi obstet exceptio rei iudicatæ? Dic q̃ nõ. arg. l. & an eadẽ. §. fi. D. de excep. rei iu. quia nihil cõmune habet proprietas cũ possessione. vt l. naturaliter. §. nihil. D. de acq. poss. Ad quod facit l. fi de proprietate. C. si à non compe. iud. & hanc partem sequitur Glossa magna, in fine posita in d.l. fin.

4 Sod † pone quòd testator legauit centũ filio, in testamento in quo ali⁹ est institutus, & acceptauit legatũ, deinde vult dicere testamentũ nullũ, vel inofficiosum, quæritur an possit? Dic ꝙ non, quia petendo & agnoscendo legatũ videtur approbare testamentu. vt l. non tantũ. §. fi. & l. si ex duobus. D. de bon. pos. cõtra tab. facit l. parentibus. in fi. C. de inoff. testa. & D. de inoff. test. l. si pars. in fi. & l. pen. & l. post legatũ. in prin. D. de his quib. vt indig. 5 Sed † ecõtra si filius primò dicat testamentũ nullũ ex defectu solẽnitatis, & succũbat, non repellitur à legato. Secus autẽ si dicat ipsũ testamentũ falsũ vel inofficiosũ: quia succũbens perdit legatũ, & fisco applicatur. vt l. Papinianus. §. meminisse. D. de inoff. test. l. alia causa. & ibi plenè per Cy. C. de his quib. vt indig. & l. post legatũ. §. 1. cũ similib. Cui⁹ ratio est, quia nõ debet quis præmiũ cõsequi ex eo qđ n-xus est impugnare. vt in c. cũ olim. & ibi notatis. ext. de cens. & in c. ex eo. & ibi ꝑ Dy. de regulis iur. lib. vi.

Nunc reuocari potest in dubium quãdo dicatur testamentũ [a] esse nullũ ratione præteritionis. 6 Et † breuiter dic, quãdo filiꝰ vel alius descẽdens testatoris, in ipsius potestate cõstitutus, nõ fuit institutus vel legitimè exhæredatus, ꝙ tũc dicitur præteritus. vt l. 1. D. de iniu. rup. & irri. test. & l. Gallus. in prin. D. de l. be. & post. Et hoc habet locũ etiã in filio legitimo tantũ, præterito. vt l. certũ. D. de iniu. rup. & irri. test. de iure Digestorũ. sed de iure Codicis in tali filio hodie aliter distinguitur. vt habetur in l. cùm adoptiuus. C. de adop. & Instit. eo. ti. §. 2. Sed quid si filius filiæ (qui nõ est in aui materni potestate) vel alius descendens per lineam fœmineam, fuerit ab ipso auo præteritus, an poterit dicere testamentum nullum? Dic olim non, sed per querelam impugnare poterat testamentum. vt traditur in §. mater. Inst. de exher. lib. Hodie verò distinguitur. Aut est præteritus ex causa legitima & expressa, & locum habet ius antiquum. vt in d. §. mater. Aut nulla causa est expressa, & tunc poterit dicere testamentum nullum, sicut quilibet existens in potestate. quia hodie expressio causæ est magis de substãtia præteritionis & exheredationis, in omnib⁹ defẽdentibus ꝑ quancunq; lineã, quã patria potestas. secundu Bar. & doct. vt notatur in Auth. ex causa. C. de lib. præt. Et ideo de iure nouo pôt emancipatus præteritus sine causa dicere ipsũ testamentũ nullũ. vt determinat Glo. Insti. de exher. lib. in pr. & l. maximum vitiũ. C. de liber. præt. Et eodẽ modo filius præteritus à matre sine certa causa potest hodie dicere eius testamentum nullum. vt notatur in d. §. mater. & per Bartolum in l. si mater. in prin. D. de vul. & nup.

7 Quouis † autem modo fuerit testamentum ruptum vel annullatum, cogetur hæres scriptus in eo restituere ipsã hereditatẽ ipsi hæredi legitimo, ad quẽ delata est hæreditas ab intestato. vt l. cũ emãcipatus. in prin. D. contra tab. cũ similib. ibi notatis. vt habetur in d. Auth. ex causa. & in corpore vnde fumitur.

[a] Quando testamentũ dicatur nullũ ratione præteritionis, Bal. in l. si cũ de test. mil. Bal. in auth. ex causa. C. de lib. præt. Bar. in l. cùm quis. C. de in. & facti igno. Bal. in addi. Spe. in tit. de test. in versi. præterit. & ibi Spe. in ver. pone hæres.

† Quid

8 Quid † autē dices de quæſtione quam ego vidi. Ecce ꝙ pater vel mater inſtituit filiū in bonis alienis & extraneū inſtituit in propriis, an hic filius poterit dicere teſtamentum nullum? Dic ꝙ ſic. quia nemini licet in rebus alienis facere quęquam ſibi hæredē. vt notatur in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanc. eccleſ. licēt poſſit facere legatariū. vt in l. cū alienā. C. de leg. & in §. non ſolùm. Inſtit. eo. tit. ergo dicitur filius prēteritus. Pro hoc facit, quia omnia iura de filij inſtitutione loquentia ſe referūt ad bona propria patris vel matris. vt l. in finis. D. de lib. & poſth. & l. maximum vitium. C. de lib. prēter. & notatur in d. Auth. ex cauſa. & in corpore rade ſumitur. Ad hoc facit ꝙ pater tenetur de propriis bonis, & non de alienis, relinquere filio legitimam, alioquin poteſt filius impugnare teſtamentum tanquam inofficioſum. vt l. omnimodo. & l. ſancimus. C. de inofficio. teſtam. & l. Papinianus. §. quoniam. D. eod.

9 Sed † circa hoc quęritur. Pone quòd ſtatuto ciuitatis cauetur ꝙ fœmina dotata non ſuccedat in hæreditate paterna, quouſq; ſuperuixerit filius maſculus. & pater fecerit teſtamentum, in quo filium maſculum hæredem inſtituerit, & filiam prætexerit, an teſtamentum erit nullum? Videtur quòd ſic. per l. maximum vitium. C. de lib. prēter. In contrarium determinat Bart. in l. 6. §. 1. D. ad Terryl. iſta ratione, quia ille demū filius rumpit teſtamētum ratione prēteritionis qui poteſt ſuccedere ab inteſtato, & non aliter. vt d. l. 1. §. pen. D. contra tab. Sed hæc fœmina excluditur à ſucceſſione extantib⁹ maſculis per ſtatutum. Ergo liquet ipſam ratione prēteritionis eius non poſſe infringere teſtamentum, ſed ſtabit in pendenti (ſecundùm eum,) donec filius inſtitutus ſuperuixerit eo autem mortuo poſt aditam hæreditatem patris, nullis ex eo ſuperſtitibus liberis, poterit ipſa mulier vēdicare hæreditatem patris, ſecūdùm eum. Aliter autem eſſet ſi ſtatutum abſolutè diceret, quòd fœmina non ſuccedat extantibus maſculis, quia tunc repelleretur à ſucceſſione paterna, tam viuo quàm mortuo eius fratre maſculo. Sicque patet quòd longa eſt differentia an ſtatutum loquatur ſub hac conditione, *Vſque* vel *donec vixerit maſculus*, & ſimilia, an ſimpliciter dicat, *fœmina non ſuccedat*, &c. die vt ibi per eum. Ex prǽmiſſis patet quòd in ciuitate Papiæ, in qua viget illud ſtatutum quo diſponitur, Quòd extantibus agnatis vſque ad quintum gradum incluſiuè non admittantur cognati ad ſucceſſionem defuncti, eſt neceſſe teſtatoribus etiam deſcendentes ex linea ſeu per lineam fœmineam inſtituere vel exhæredare.

10 Vlterius † quæritur. Ecce quòd filius fuit prætereritus, & antequam impugnaretur teſtamentum mortuus eſt, quæritur an teſtamentū confirmetur, vel nullum remaneat? Vbi notādum quòd variæ circa hoc ſunt opiniones Doc. vt plenè notatur in l. filio prætērito. D. de iniuſto rup. teſt. & per. Cy. & alios in l. 2. C. de poſthu. hære. inſtit. Attamen conclusiuè ſic diſtingue. Aut fuit prætēritus filius natus, aut poſthumus naſcitur⁹. Primo caſu, aut moritur ipſe filius in vita teſtatoris, aut poſt eius mortem. Si quidem moritur teſtatore viuente, tunc diſtingue. aut erant in ipſo teſtamento inſtituti ex-

tranei, qui aliàs non erant ab intestato successuri. & tunc testamentum rumpitur, & nullum remanet, nec filij morte confirmatur. vt l. si filius qui in potestate. D. de lib. & posth. quæ lex debet sic intelligi. Facit Insti. de exher. liber. in prin. & ibi notatis. Aut in testaméto erant instituti venientes ab intestato, & tũc morte filij confirmatur testamentum. vt l. posthumus. versi. idem circa. D. de iniust. rup. & irri. testa. Si verò filius moritur post moté testatoris, tunc secundùm veram opinionem, (licèt aliqui aliter sentiant,) dic quòd aut loquimur de rigore, & nullo modo confirmatur. sic intelligatur l. 2. C. de post. hær. inst. Aut loquimur de æquitate, & tunc confirmatur, siue in eo sint instituti extranei, siue venientes ab intestato: & siue ipse filius expressè approbet testamentum, siue taceat. vt d. l. filio præterito. quæ sic est intelligenda. Quæ quidem æquitas, (eùm sit scripta in iure) præfertur rigori. vt d. l. 1. C. de legi. & l. placuit. C. de iud. Secundo autem principali casu quando posthumus fuit præteritus, tunc distingue vt supra. Nam aut posthumus decedit in vita testatoris, aut post eius mortem. Si in vita, tunc siue sint instituti extranei, siue venientes ab intestato, testamentum confirmatur æquitate prætoria, non ciuili, vt d. l. posthumus. in prin. 1. respõsi. Et quò ad hoc differt posthumus à iam nato filio. nam, vt dictum est, in filio iam nato sit differentia inter personas instituitas. Huius autem differentiæ ratio potest esse, quia testamen. in quo posthumus est præteritus, est aliquod à sui principio, sed ipsius posthumi natiuitate rumpitur. vt d. l. 2. Illud autem testamentum in quo iam natus est præteritus, est à sui principio nullum. vt l. 1. D. de iniust. rup. & irri. testa. Vnde quod ab initio fuit aliquod, facilius vires reassumit, quàm quod fuit nullum. arg. in l. si testamentum, & quod ibi notatur. D. de testa. & in l. 3. in fi. D. de lib. & posth. & l. si vnus. §. pactus. D. de pact. Si autem moritur post moté testatoris, tunc, siue illico siue ex interuallo, non confirmatur ex rigore iuris ciuilis. vt d. l. 2. de post. hæ. inst. quæ sic intelligitur. Sed de æquitate prætoria bene confirmatur, pro casum d. l. filio præterito. Immo, secundùm aliquos inspecto iure prætorio nullo modo fuit ruptum. vt habetur & notatur in l. 2. D. de contra tab. Et ex hoc patet q̃ d. l. filio præterito. potest locũ habere etiã in filio posthumo. Fuit autem in hoc casu dominus Bar. in singulari opinione. Dicit enim aduertẽdũ esse, an posthumus decedat in tali statu, in quo possit sibi tacita approbatio imputari, & tunc confirmatur tan non, & tunc non confirmatur. arg. in l. si impubes. in fi. D. de Carb. edi. Quæ opinio reprobatur, & meritò. quia debet facilius simpliciter cõfirmari in posthumo quàm in iam nato, iuxta rationem prædictam. Vel potest distingui in hoc casu sicut in superiori, an sint instituti venientes ab intestato vel extranei. Primo casu loquitur. l. filio præterito. Secundo casu loquitur l. 2. C. de posth. hære. Sicq; secundùm hoc, mortuo posthumo post mortem testatoris, non est differentia inter eum & filium natum, quia vtrobiq; distinguendum est inter institutos. Et ratio erit, quia fauorabilior est causa succedentium ab intestato quàm extraneorum. vt l. si duobus. §. si post. D. de cõtra tab.

Sed

11 Sed † an testamentum ex defectu solennitatis probatoriæ, puta numeri testium, confirmetur voluntate filij tacita vel expressa? Die quòd non. vt notatur in l. non dubium. Cod. de testa. Si tamen scienter ipse filius impleat voluntatem testatoris, soluendo legata, vel promittendo soluere, non poterit repetere. vt l. 2. & l. si veritas. Cod. de fideicom. & l. fin. Cod. ad leg. Fal.

12 Inde † quæritur. supra dictum est quòd taciturnitas filij prætériti operatur confirmationem testamenti. Pone ergo duos esse fratres in potestate, quorum alter est prætéritus, alius verò institutus cum extraneo, modò frater institutus beneficio prætériti dixit testamentum nullum, (quod facere potuit. per l. post mortem. in fin. D. de contra tab. frater autem prætéritus tacuit, & mortuus est, ita quòd eius taciturnitate confirmatum est testamentum (per dictam l. filio.) Extraneus autem vult petere partem suam hæreditatis ex testamento. quæritur an possit? Videtur quòd non, sed alteri fratri superstiti deferatur tota hæreditas ab intestato, peritus accrescendi. arg. l. 1. §. fina. D. si tab. testa. nul. exta. & in authen. vt cùm de appel. cogn. §. siue igitur. vers. fin autem. In contrarium determinat Bartolus, in d. l. filio. per l. nunquam. in prin. & l. is qui. §. sed si solus. D. de leg. prestan. & l. 2. §. sed si sit consanguineus. D. ad Tertul. Nec obstat d. l. 1. in fin. qa debet intelligi quando prætéritus expressè dixit testamentum nullum. secus autem si tacuit. quod multùm nota.

13 Amplius † quæritur, si testamentum dicatur nullum ratione prætéritionis, vel inofficiosum, an legata in eo relicta erunt præstanda? Die breuiter quòd olim nullo modo præstabantur, sed omnia ad nihilum reducebantur. vt l. Papinianus. §. si ex causa. D. de inoffic. testam. cum similibus ibi notatis. Hodie autem præstantur. nam vitium interueniens circa prætéritionem vel exhæredationem non se extendit ad legata. vt in auth. ex causa. C. de lib. præte. & in corpore vnde sumitur. Et procedit hoc in prætéritione tam paterna quàm materna, secundū communem opinionem. Licèt Iacob⁹ Butrigari⁹. (quem sequuntur aliqui. & malè,) teneat q̄ dicta Authēt. solùm procedat in prætéritione materna, & nō in paterna, sed in paterna firma remanent iura antiqua. Item procedit dicta Authēt siue filius iam natus siue posthumus fit prætéritus vel exhæredatus, siue scienter siue ignoranter, secundùm communem opinionem. Alij verò faciunt differentiam inter filium iam natum & posthumum, dicentes quòd si filius iam natus prætéritus sit vel exhæredatus, tunc legata debentur. vt d. Auth. ex causa. & in hoc corriguntur iura antiqua. Vbi autem prætéritus vel exhæredatus sit posthumus, tunc non debentur legata. & hoc casu firma remanent & incorrecta iura antiqua, vt l. 1. C. de posthu. hær. instit. & l. si quis testamento. D. de leg. 2. cū similibus. Quā opinionē secuti sunt Dy. Rayneri⁹ & Iaco. But. Priorē verò opinionē sequitur Cyn. & Iacobus de Arena quam opinionem confirmat Gloss. in l. generaliter. §. testamento. D. de fideicommiss. liber. & in l. bona. §. si. D. de capti. & in l. si pater. D. de fideicom. liber. & D. de testam. tut. l. 2. & D. de leg. 2. si quis testamento, & in

l.1.Cod.de codi.Alia fuit opinio Bartoli in d.Authen.ex causa,tic dicentis,quòd solùm attendi debet scientia vel ignorantia testatoris, circa præteritionem vel exhæredationem interueniens, non autem qualitas personarum ipsorum filiorum. Aut ergo, secundùm eum, testator scienter præterit vel exhæredat filium iam natum vel posthumum,& tunc legata debentur. vt d. Authen.ex causa. & quòd ad hoc corriguntur iura antiqua. Aut ignoranter, & tunc legata non debentur. & hoc casu stant incorrecta iura antiqua. arg. in l. si cùm vel in vtero. Cod. de test. mili. & l. qui iure militari. D. eod. titu. Puto quòd opinio Cyni & sequatium sit æquior & verior.

14 Sed † quantum durat ius impugnandi testamentum? Dic aut impugnatur vitio nullitatis, & tunc durat xxx annos, sicut cætera iura. vt Instit. de perpet. & temp. act. in prin. & notatur in l. quidam in suo. D.de condit. instit. per Bart. Aut impugnatur vitio crudelitatis seu impietatis, tanquam inofficiosum, & tunc durat quinquennio. vt l. Papinianus in fin. D.de inoffic. testa. & l. si quis filium. in fin. Cod. eod. titu. Facit l. 2.Cod. in quibus cau. in integ. restitu. non est necessa. Et procedit hoc tam in v m agendi quàm excipiendi. vt d. l. Papinianus.§.fi filius.

15 Adeerte † tamen ad hoc, ꝙ vt teneat præteritio vel exhæredatio,debet in testamento esse inserta causa legitima & à iure approbata. vt in §. causas. in Authen. Vt cùm de appella. cogno.quam tenetur heres probare veram esse, quia non creditur testatori,vt ibi. sicut nec iudici.vt in c. quoniam contra falsam. ext. de probatio. Probata autem causa per hæredem, filius excluditur ab vniuersa successione, etiam à legitima. vt in d. §. causas. in fin. & l. liberi. in fin. Cod. de inoffic. testam. & notatur in d.l. Papinianus §.quoniam autem quarta. Si verò non fuerit probata causa,admittitur ipse filius ad debitam portionem ab intestato, ac si non fuisset præteritus vel exhæredatus.vt l.omni modo.& l.sancimus. §. repletionem.C. de inoffi.testam.

16 Ista † autem filij legitima[a] olim erat quarta pars illius portionis hæreditariæ quæ sibi deferebatur ab intestato. vt dict §. quoniam. & l. parentibus. Cod. de inoffic. testa. Hodie verò est tertia vel dimidia, secundùm numerum liberorum.Vnde versus,

Quatuor aut infrà dant nati iura trientem.
Semissem verò dant nati quinque vel vltra.

vt in Auth. nouissima & ibi notatis. C.de inoffi.testam.

17 Attéde † tamen ꝙ in cõputatione huius legitimæ prius detrahi debet omne ęs alienũ.vt d.§.quoniã. in fi.& ꝙbatur in l.1.§.fi.D.ad Trebel.& l.successores.D.si cui pl' quã, per legem Fal.Plenè notatur per gl. & Cyn.in l. cùm à matre. C. de rei vendi.& in l.sancimus.§. in computatione.C.de iure delib.

18 Sed † dubitatur,& assiduè in practica cõtingit, an legitima filij pos-

a *Nor. quæ sit legitima filij gl.in auth.nouissima, & ibi doct.C.de inof. test. & in Lauper.ca.ti.Bar.in l.quotiens C.de bęte.iasti.doc.in c.Ray.de te.* sit au-

& auferi per statutum[a] seu legem municipalem? Super quo sunt variæ opiniones: nam Dynus tenuit quòd sic, in regula, Indultum. Richardus Malumbra tenuit quòd possit minui, sed non in totum auferri. de quo plenè notatur per Cyn. in l. sanctimus. C. de nup. & per Bart. in l. Titio. §. Titio. D. de condition. & demonst. quod nota pro staturis, quæ disponunt quòd filia sit eius dote contenta, &c.

19 Notandum † etiam, quòd querela inofficiosi testamenti cõpetit illi soli qui obtinet primum gradum successionis. vt in l. pater filium. & ibi per Bartolum. D. de inoffic. testa. & glo. in l. si quis exheredato. in prin. D. de iniusto rup. & irri. testam. & notat Azo in summa. C. de inoffic. testam. & gloss. in l. neprem. C. eod. Ideóque potest filius si eius filium instituat hæredem, prætirite patrem & matrem, nec eis dabitur querela contra filij testamentum, quia non obtinent primum successionis gradum.

20 Ista † autem querela, de qua præmisimus, & per quam impugnatur testamentum tanquam inofficiosum, transmittitur in filij hæredem, etiam non præparata, seu lite non contestata: licèt olim secus esset. vt habetur in l. si quis filium. C. de inoff. test.

21 Pater † ergo quòd testamentum potest impugnari quatuor modis, videlicet dicendo ipsum nullum ex defectu solennitatis, & nullum ex defectu præteritionis, & nullum ex defectu pietatis, & falsum ex defectu veritatis.

SVMMA.

6 *Iudicis officium est possessorem tueri in eius possessione.*

GLOSSA XIIII.

MIssimque defendatis. 1 Hoc † enim pertinet ad iudicis officium, possessorem tueri in eius possessione. vt D. ne vis fiat ei qui in poss. per totum.

SVMMAE.

1 *Exceptiones legitimæ sunt iuris naturalis, ideóque per hæc verba rescripti, nulla exceptione obstante, non intelliguntur reiectæ.*

2 *Bonæ fidei possessor recuperat impensas vtiliter vel necessarió factas. Male fidei autem ita demum, si res melior facta sit.*

3 *Male fidei possessor omnes fructus restituit. Bonæ fidei autem eos duntaxat qui extant, & consumptos quibus factus est locupletior.*

[a] Verum legitima filij tolli possit per statutum Paul. de Cast. in auth. nouiss. C. de inoff. test. Cyn. & Bal. & doct. in l. scimus. C. de nupt. Bal. in l. cum l. C. de epis. & cle. Bal. in l. in §. ius naturale. de iust. & iur. Ang. in l. quod de bonis, in §. fi. D. ad leg. Fal. Speculator. de instrum. edi. in §. compendiosè. Io. And. in regul. indul. de reg. iur. lib. 6. in nouel. Io. de Imol. c. cùm causam. de iureiur. Fed. de Se. cons. 70. & in cons. 175. Lud. Rom. cons. 332. & in cons. 32. Pau. de Cast. cons. 76. & in cons. 222. Alber. de Rosa in rubr. in 2. parte q. 104.

GLOSSA XV.

Contradictionibus, & exceptionibus. Hoc debet sic intelligi, videlicet quando sunt tales exceptiones, quæ de iure non sunt admittendæ. quę ponuntur in d. l. 2. C. de edict. diui Adri. toll. de quibus notatur in d.l. fi. vt suprà dixi.

1 Aliæ † autem exceptiones legitimæ sunt audiendæ & examinandæ. quia defensio legitima nemini est deneganda, cùm sit de iure naturali. vt l. vt vim. D. de iust. & iur. l. 1. C. vnde vi. & in clem. pastoralis. cẽ. de re iud. facit l. scientiam. §. qui cùm aliter. D. ad leg. Aquil. Hinc est quòd ſi Papa vel Princeps rescribat iudici, quòd in causa procedat *nulla exceptione* [a] *obstante*, videtur remora sola exceptio friuola, non autem legitima. vt in c. ex parte. & quod ibi notatur cẽ. de offic. deleg. & notatur per Bart. in l. 1. D. quod vi aut clam.

2 Sed † pone quòd iste Pascalinus dicat se expendisse vtiliter vel necessariò in rebus hæreditariis, an sit audiendus? Dic quòd sic. vt l. si quid possessor. D. de petit. hær. Et procedit hoc in bonæ fidei possessore. In malæ fidei verò distinguitur, an res sit ex illa impensa melior facta, & tunc auditur: aliàs secus. vt l. planè. & l. quod sumptus. D. de pet. hær.

3 Sed † quid si iste Pascalinus fructus ex his bonis percepit, an tenetur eos restituere hæredi scripto? Dic quòd aut fuit malæ fidei possessor, & tunc siue fructus erãt siue consumpti sunt, tenetur ad restitutionem. aut fuit bonæ fidei, & tunc subdistinguitur aut fructus extant, & tunc tenetur eos restituere. aut sunt consumpti, & tunc tenetur quatenus est factus locupletior, & non vltra. vt hæc omnia habentur & probantur in l. illud §. prædo. & l. quod si sumptus. cum l. seq. & l. cùm hæreditas. & l. ancillarum. & l. sed et si lege. §. sed & fructus. & l. item veniunt. §. fructus. & ibi notatis. D. de pet. hær. Licèt vbi agitur actione singulari aliter distinguatur. vt traditur per glossam in d. §. fructus. & latè scripsi suprà in primo libello in gl. super verbo *simul cum fructibus.*

GLOSSA XVI.

Et prædicta petit. Hanc clausulam declara, cum aliis sequentibus clausulis, vt plenè scripsi in dicto primo libello.

FORMA LIBELLI pro hæreditate ab intestato delata.

TITVLVS XLIX.

CORAM vobis, &c. Agit & in iure proponit Musellus de Salerna

[a] *Nulla exceptione.* Adde & vide Peru. in cap. pastoralis, de appell. & Alex. de Imo. in l. non erit. §. dat. D. de iureiur. vbi dicit quòd non intelligitur exclusa excep. nullitatis ex defectu iurisdictionis, nunc etiam exceptione comprehensa à stanno stante, quòd nulla excep. opponi possit.

hæres

hæres & hæreditario nomine infrà ſcripti Bernardi, contra & aduerſus Thomaſſinum de Barachis,& contra quãcunque aliam perſonam pro eo ſeu eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens quòd dictus quõdam Bernardus de Salerna certo tempore elapſo diem ſuum clauſit extremum,nullo condito per eum teſtamento, nulliſque ex eo ſuperſtitibus liberis,nec alia aliqua perſona proximiore in gradu ipſi Bernardo quàm ſit dictus Muſellus. cuius rei cauſa hæreditas & bona dicti quondam Bernardi fuerunt & ſunt ab inteſtato deuoluta ad ipſum Muſellum,& ad eũ iure proximitatis & tãquam proximiorem pleno iure ſpectauerunt & pertinuerunt, & hodie ſpectant & pertinent,ipſámque hæreditatem adiuit & adit ex cauſa prædicta.

II. Item dicit & proponit idem Muſellus,quòd dictam hæreditatem,res,& bona hæreditaria vniuerſa præfatus Thomaſſinus certo tempore elapſo tenuit & poſſedit, & adhuc hodie tenet & poſſidet indebitè & iniuſtè.

III. Ipſámque hæreditatem, res, & bona hæreditaria indebitè & iniuſtè dimittere & relaxare ac reſtituere dicto Muſello, dicto hæreditario nomine,recuſauit, præſentialitérque recuſat.

Quare,cùm prædicta vera ſint, petit & requirit præfatus Muſellus, hæres hæreditario nomine quo ſuprà, quatenus per vos &officium veſtrum,& omni alia viá, iure, & forma quibus meliùs fieri poteſt, pronuncietis & declaretis hæreditatem, réſque & bona hæreditaria antedicta, ſupraſcripti quondam Bernardi, ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac ſpectare & pertinere pleno iure,dicto Muſello, tanquam agnato & proximiori ipſius quondam Bernardi. Quódque condemnetis præfatum Thomaſſinum verſus dictum Muſellum, & condemnatum iuris remediis compellatis, ad dimittendum & relaxandum, tradendum & reſtituendum eidem Muſello, dictam hæreditatem, réſque

& bona hereditaria prædicta: simul cum fructibus perceptis per ipsum Thomassinum, ex hæreditate & bonis antedictis, & qui percipi potuerunt: ac etiam in omnibus damnis, interesse & expensis, passis & factis, & in futurum fiendis & patiendis.

Et prædicta petit per vos fieri, &c. Deducendo in presenti iudicio, &c. Saluo iure addendi; &c. Non tamen se astringens, &c.

SVMMAR.

1 *Petitio hereditatis non datur tam ex testamento quàm ab intestato: & durat triginta annis, sicut & ius adeundi.*
2 *Ius deliberandi durat anno, transmittiturque in heredem heredis, intra annum. Post annum nec ius deliberandi transmittitur, nec ius adeundi: nisi iniuria sit qui transmittit.*
3 *Ius deliberandi transmittitur ad quoscunque heredes.*
4 *Infans transmittit hereditatem sine aditam ad ascendentes.*
5 *Heres transmittit hereditatem ascendentium ad quemcunque heredem.*
6 *Heres non transmittit hereditatem descendentis.*
7 *Heres non transmittit hereditatem collateralis: nisi in certis casibus.*
8 *Is in quem transmissio fit non transmittit.*
9 *Ius dominij & possessionis venit in petitionem hereditatis.*
10 *Petitione hereditatis vendicantur omnia bona quæ testator quomodocunque possidebat.*
11 *Petitio hereditatis competit contra possidentem Pro herede, vel Pro possessore.*
12 *Non competit petitio hereditatis contra possidentem titulo singulari, secundùm iuris apices, qui sunt in foro resipiendi.*
13 *Petitio hereditatis & Rei vendicatio non possunt simul intentari.*
14 *Petitio hereditatis & Possessoria hereditatis petitio effectu idem sunt.*

GLOSSA I.

COram vobis. 1 Hic † in præsentu libello intentatur hæreditatis petitio: quæ datur tàm ex testamento quàm ab intestato, vt l. 1. 2. & 3. D. de petit. hæred. Et durat triginta annos, vt l. licet. & ibi notatis. C. de iur. deliber. & l. hæreditatis. C. de petit. hæred. & l. hæreditatem. C. In quib. caus. cess. long. temp. præscript. Sicut etiam durat ius & facultas hæreditatis adeundæ, vt d. l. licet.

2 Ius † autem deliberandi super adeunda hæreditate durat solùm anno, vt l. cum antiquionibus. C. de iur. deliber. Et ipsius iuris fit transmissio in hæredem hæredis quemcunque, siue extraneum siue suum, cum potestate adeundi vel repudiandi. vt l. cum antiquioribus. Anno verò elapso hæreditas non adita non transmittitur regularitèr,

lariter,nec ius aliquod adeundi. vt l.quoniam. C. de iur.deliberandi. & l.1.§.in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. Niſi ſit filius minor infanæ, qui hæreditatem omnium ſuorum aſcendentium tranſmittit, nõ aditam etiam poſt annum, in eius deſcendentes.vt l.1.§.in nouiſſimo. C.de caduc.tollend. & l.1. C.de his qui ante aper.tab. Imò etiam ad omnes.

Cuius gratia, circa tranſmiſſionem hæreditatis duo ſunt conſideranda principaliter. Primò an ius deliberandi tranſmittatur? 3 Et † dic quòd ſic ad omnes hæredes, ſiue ſint aſcendentes, ſiue deſcendentes,ſiue extranei.vt l.cum antiquioribus.C.de iur.delib. Secundò eſt conſiderandum, an hæreditas non adita,& ſic ius adeundi,tranſmittatur?Et hoc eſt diſtinguẽdum. 4 Aut † ille qui deceſſit hæreditate non adita erat infans. & tũc aut erat hæreditas paterna vel materna: & tunc tranſmittitur in eius aſcendentes vtriuſque lineæ. Aut erat hæreditas extranei, & tunc,ſecundùm communem doctorum opinionem, etiam illa tranſmittitur tam ad patrem quàm ad matrem, & alios ſuperiores vtriuſque lineæ.per l.ſi infanti.C.de iur. delib.& notata per Bart. in l. ventre. D.de acquir.hæred. & l. ex militari.D.teſtam.milit. & l.2.§. ſi quis ex liberis. C. ad Tertull. & per Iacobum Buttrig. in d.l. cum antiquioribus. & per Cyn. in d. l. ſi infanti. Licèt Iacobus de Bellouiſu dicat (& malè) in Auth. de trien. & ſem. quòd infans extraneam hæreditatem non tranſmittit ad eius matrem,nec ad alios ſuperiores ex linea materna,ſicut facit ad matrem. Aut ille qui deceſſit hæreditate nõ adita erat maior infante. & in hoc ſubdiſtingue tres principales caſus. Quandoque enim quæritur de tranſmiſſione hæreditatis paternæ vel maternæ, fienda per filium vel alium deſcendentem. quandoque quæritur econuerſo de tranſmiſſione hæreditatis filij vel nepotis aut alterius deſcendentis, fienda per eorum aſcendentes. quandoque quæritur de tranſmiſſione hæreditatis tranſuerſalis, puta fratrum conſanguineorum inter ſe, vel aliorũ extraneorum. 5 Primo † caſu dum quæritur de tranſmiſſione hæreditatis aſcendentium, puta paternæ vel maternæ, fiendæ per eorum deſcendentes,ſubdiſtingue. Aut loquimur in filio vel nepote in poteſtate defuncti conſtituto: & per eum fit indiſtinctè tranſmiſſio in quoſcunque, tam aſcendentes quàm deſcendentes, etiam extraneos, ſecundùm communem omnium doctorum opinionem. vt probatur in d. l. ex militari.§.fi.D.de teſtam.mil.& l.hæreditatem.§.ſi filius. D.de caſtrenſ. pec.& l.Lucius.D.de iure fiſ.& notatur in l.apud hoſtes. per Cyn. C. de ſuis & legit. & pleniùs per eum in l.1. C.de his qui ante apert. tab. & l.2. C. ad Orfic. & l. 3. C. de iur. deliberand.& Bartol.in d.l.ventre. Aut loquimur in filio vel nepote emancipato. & tunc ſi habet deſcendentes,fit in eis tranſmiſſio,ſecundùm omnes Doctores, per l.1. C.de his qui ante apert.tab. Si verò habet ſolos aſcendentes, puta auum vel matrem, tunc (ſecundùm opinionem glo ſſe traditam)

in l.2.C.ad Orfi.& d.l.apud hostes. & d.l.1.) fit in eos transmissio de æquitate.d.l.1.de his qui ante aper. tab. Quam opinionē sequitur Iac. Bur.Sed Cy.& Iac. de Are.videntur sentire contrarium.in d.l.2.ad Orfi.& d.l. apud hostes. quorum opinionem sequitur Bar.in d. l. vētre. Aut habet solos collaterales vel extraneos, & tunc de iure veteri planum est, quòd non fit transmissio. vt.d.l.2.ad Orfi. sed iure nouissimo (quo sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis, vt in Auth.de hæred.ab intest. §. nullā.) videtur dicendum quòd fiet transmissio: sicut dictum est de illo qui est in potestate.pro quo facit l.meminimus. C.de legit.hæred. Super quo Bartolus dubitat in d. l. vētre. sed sequendo opinionē Cy.de qua suprà.non fit transmissio ad matrē, multò minus ad alium collateralē vel extraneū. Ego credo quòd hodie æqualiter fiat transmissio, tàm per emancipatum quàm per suum in potestate constitutum:& hoc respectu sit vera opinio dictarū glos fatū. de qua in d.l.2.ad Orisi. cum similibus. Cùm enim ille § nullā. loquatur generaliter, generaliter debet intelligi.vt l.1.§.generaliter. D.de lega præstan. cùm similibus. Et maximè cum de filij fauore tractatur.quod etiam confirmat ratio & æquitas d.l. 1. C. de his qui ante aper.tabul.

6 Secundò † casu principali, quando quæritur econtra de transmissione hæreditatis descendētiū, fienda per eorum ascendentes.verbi gratia, decessit nepos, superstite eius patre & auo, qui pater decessit non adita hæreditate filij,an illam transmittet ad auum? Et breuiter (secundùm Cynum & Petrum in d.l.1.) dic quòd non. quia speciale est in infante. vt d. l. si infanti. & quia d.l.1.est cōtra omnes regulas, ideò non est extendenda ad alios casus. vt l. quod verò contra. & l. quod non ratione.D.de legit.

7 Tertio † principali casu, dū quæritur de transmissione hæreditatis transuersalium vel extraneorū, per eos fienda in suos hæredes, dic quòd regulariter talis hæreditas non adita nō transmittitur.vtd. §.in nouissimo.& notatur per Cyn. in d.l.1.Fallit in certis casibus notatis per glossam & Bart.in d.l.vētre. De qua materia transmissionis plenè notat Iacobus de Bellouiso in Authen.de trien.& sem. sed tamen (secundū Bar.) in pluribus errauit.

8 Quid † si ille in quē semel est facta trāsmissio, decessit ante aditā hæreditatem, nunquid ipse transmittat ad suum hæredem? Puto quòd non, quia lex de primo tantùm hærede loquitur.

9 Quid † autē veniat[a] & deducatur in hac hæreditatis petitione, attende.quia in ea venit ius dominij & possessionis,quod cōpetit hęredi sicut cōpetebat defuncto. Vnde sententia lata in hac petitione hęreditatis facit plenū præiudiciū inter partes,tàm in proprietate quàm in possessione.vt l.si inter me & te. D.

a *Quid autem veniat.* adde tu quòd emphiteusis ecclesiastica possessa à defuncto non venit in hac actione,ita Cy.& Bar.in l.videndum.§.fi. de petit.hær.& per Alexan.in cons. 91.co.pe.vet.non obstat, in 1.volu.& ibi etiam habetur quòd agend hac actione non obexcepto de iure tertij, allegat.l.si tes Alexan.D.ad Trebellian. de excep.

de excep.rei.iudi. Et in hoc differt à cõdictione d.l.fi. C.de edic.di. Adrian.tol. de qua in proximo titulo loquuti ſumus.

10 Interper † per hanc actionem vendicãtur omnia bona quę defunctus poſſidebat, ſeu ſimpliciter detinebat, (vt puta cõmodata vel depoſita) ſiue fuerint bona mobilia ſiue immobilia, ſiue corporalia ſiue incorporalia, vt iura & actiones. vt habetur in l.item videndum.§.fi.& l. non tantùm.in prin.D.de peti.hęr.

11 Et † datur hęc petitio hęreditatis ſolùmodo cõtra eũ qui poſſidet pro hęrede vel poſſeſſore. vt l. regulariter.cũ ſeq.D.de peti.hęred.

12 Nõ † autẽ cõtra aliũ alio ſingulari titulo poſſidentem. vt l.hęreditatis petitio C. de petit. hæred.l. hęreditatem.C.in qui. cau.ceſſ.lon. temp.1.præſcrip. cũ ibi notatis. Et quæ ſit ratio tãgitur per Cynum in l.cogi C.de peti.hęr. Quæ rationes magis iuris apices & ſuperfluas ſubtilitates reſpiciunt quàm ſubditorũ vtilitates. Ideóq. ſanctum eſſet ſuper hoc prouidere, quia multi dãni ſiũtur & decipiuntur. & ob hoc in exordio litis fiunt interrogationes reo, an poſſideat pro hęrede vel pro poſſeſſore. Eſt ergo cõſultius volenti agere ad rem ſingularem hæreditatẽ, potiùs rei vendicationem vel Publicianam intentare, quàm hæreditatis petitionem.

13 An † autem vtraq. actio ſimul poſſit intentari notatur per glo. Cy. & la. Bo. in l.2.C. de peti.hęre.ſecũdum quos cõcluſiuè dicitur, quòd pro eadem re non poſſunt ſimul intẽtari, ſed pro hęreditate poteſt agi petitione hęreditatis, & pro re ſingulari poteſt agi rei vendicatione vel Publiciana, vel alio ſingulari titulo. Sed interdictũ quorum bonorum nõ datur contra titulo ſingulari poſſidentẽ. vt l.2. C. quorũ bon. & notatur per gl.in l.fi.C.de edi.di. Adri.tol. Interrogãdus eſt ergo ante omnia poſſeſſor, an pro hærede vel poſſeſſore poſſideat. vt notatur in d.l.2.& l.cogi. vt ſuprà dixi.

14 Cõpetit † autem hæc petitio hęreditatis, (cùm ipſa actio ſit ciuilis) his ſolis qui ad hęreditatem vocãtur de iure ciuili. Illis autem qui de iure prætorio admittũtur, datur alia actio quæ bonorũ poſſeſſoria hęreditatis petitio appellatur. quæ quidem eſt eiuſdem effectus & poteſtatis cuius eſt iſta ciuilis. vt habetur in l.1.& 2.D.de bo.poſ.hęr.peti. Et nota quòd hęreditas ſolo animo acquiritur. vt l.gerit.& l.pro hęred. D.de acquir.hęred.& l.fi auia.C.de iu.delib. dum tamen concurrãt illa de quibus notatur per glo. in l. is poteſt. D.cod.tit.& etiam quod fiat purè, & non ſub conditione aliqua & ideo non valeret ſi quis diceret, adeo talem hæreditatem, ſi eſt locuples & ſoluendo. vt in l.eum qui in fi.D.eo.tit.

SVMMA.

1 *Proximior qui ſciuit ſe inſtitutũ, ſi adeat ab inteſtato, vitius nõ habebit regreſſum ex teſtamento, quaſi renunciauerit.*

GLOSSA III.

NVllo condito teſtamento. Hoc ideo dictum eſt, quia ſi feciſſet teſtamentum non haberet locum ſucceſſio ab inteſtato. per l. quandiu.D.de acquir.hęr.& l.quãdiu.de reg.iur. & ſic hæres ſcriptus excluderet ipſum Muſellum, niſi

fortasse ipse Muselius esset hæres scriptus & proximior agnatus. quia tunc repudiare posset ex testamento, & adire ab intestato. vt l. 1. cum seq. D. si quis omis. causa testam.

1 Quid † igitur si vtroque modo adire poterit hæreditatem, & eã petiit ab intestato, & succubuit, an postea poterit eam petere ex testamento? Circa hoc subdistingue. Aut sciebat se scriptum hæredem, aut ignorabat. Primo casu, non auditur vlterius, quasi videatur tacitè renunciasse successioni ex testamẽto. vt l. filium emancipatum. & l. ex contrario. § hæres institutus. D. de acquir. hæred. Secũdo autẽ casu audiendus est, vt quasi ignorãs nõ videatur iuri suo renunciasse. vt l. mater decedens. D. de inoffi. testa. Facit l. si is ad quem. D. de acquir. hær. & l. si ex sextante. § Latinus largus. vers. quæro. & vers. cùm autẽ. D. de excep. rei iud.

SVMMAE.

1 *Liberi sunt quasi domini bonorum paternorum viuente patre.*

2 *Hereditas semel repudiata amplius non potest adiri, nisi à liberis infrà triennium.*

3 *Posterior gradu non potest adire quandiu spes est priorem aditurum.*

4 *Tria sunt genera successorum ab intestato, ascendentium, descẽdentium, & collateralium. Est & quartum genus reuerẽtiarũ.*

5 *Filiorum quinque sunt genera: naturales & legitimi: legitimi tantùm: naturales tantùm: spurii & nati ex damnato coitu.*

6 *Naturalis tantùm dicitur tribus cõcurrentibus: quòd sit genitus ex soluta cum soluto: ex eadẽ cubina quæ sit vnica: & quæ fuerit in domo retenta.*

7 *Filij succedunt suis ascendẽtibus non habita ratione sint ne in potestate an emancipati, masculi an fœminæ.*

8 *Consanguinei & vterini simul, aqualiter succedũt patri & matri: vterini tantùm, æqualiter in bonis maternis: at in paternis quilibet patri suo succedit.*

9 *Nepotes quomodo & quãdo succedant auis.*

10 *Auo succedunt nepotes cum suis patruis, in stirpes.*

11 *Nepotes cõcepti post mortem auj, ei non succedunt, nisi ex persona sui patris.*

12 *Nepotes auo succedere nõ possunt ex persona patris sui, si pater decessit non adita hereditate post annum deliberandi, quod rigorosum esse author noster ait, cùm tamen dici possit videri adisse si nõ repudiauerit, & deliberasse si nõ renunciauerit. ex l. in suis D. de suis & leg. & l. cùm antiquioribus. C. de iure delib.*

13 *Adoptiuus de descendentibus succedit tãquam naturalis & legitimus & exheredatus habet querelã præteritus iuris dicendi nullum testamentum quæ non habet si sit extraneus.*

14 *Adoptiuus, ctiã extraneus, succedit adoptanti cum naturalibus*

timis qui ſi nulli ſint, ſolus ſuccedit in ſolidum.

15 *Arrogator pater tenetur quartam relinquere.*

16 *Pater habens filios naturales & legitimos, naturali tantum poteſt teſtamẽto relinquere vnã vnciã dumtaxat: at ab inteſtato nihil habebit niſi alimenta.*

17 *Pater nõ habens filios naturales & legitimos, poteſt naturali tãtum totã hæreditatẽ relinquere, ſalua aſcendentibus ſuis legitima.*

18 *Patri nõ habẽti naturales & lẽgitimos ſuccedit naturalis tantum cũ matre (ſi ſuperſit) vel ſolus, in duobus vncijs. Reliquũ hæreditatis proximioribus defertur.*

19 *Legitimati omnino ſuccedit tanquã naturales & legitimi.*

20 *Ducta in vxorem concubina, naturales ex ea geniti fiunt legitimi, & ſuccedunt æqualiter cum legitimè natis.*

21 *Spurij à ſucceſſione paterna repelluntur.*

22 *Spurius repellitur omnino ab hereditate matris illuſtris, quæ reliquit liberos naturales & legitimos.*

23 *Naturalis tãtùm ſuccedit cũ legitimis ab inteſtato matri illuſtri.*

24 *Spurius ſuccedit in totu matri & auiæ, quæ nullos naturales & legitimos reliquerunt, at nõ natus ex damnato coitu.*

25 *Spurij ſuccedunt cognatis per matrem, non per patrem.*

26 *Spurij præteriti vel exheredati à matre non impugnant eius teſtamentum: nec inter viuos à ſuis parẽtib. aliquid acquirut.*

27 *Spurij ex dãnato coitu iure ciuili non ſunt audiendi ſecum de iure canonico.*

28 *Clerici cùm ſint cælibes, vt ſibi ampliarẽt facultatẽ ſcortãdi, ſanxerunt ſpurijs, quibus vt alimẽta & dotẽ legare liceret cõſtituerunt. Sed hoc procedere debet dumtaxat in terris Papæ ſubditis.*

29 *Spurij ex dãnato cõcubitu acquirere poſſunt ab extraneis, inter viuos, & in vltima voluntate. Naturales à quocunque modo, modo non fiat in fraudem legitimorum.*

30 *Tria requiri iã ſuperius dicta, vt naturalis filius dicatur.*

31 *Naturales viy. modis fiunt legitimi.*

32 *Spurius ſubſtitui poteſt per patrẽ filio legitimo & naturali, in bonis pupillaribus, nõ in paternis.*

33 *Illegitimi nõ admittuntur ad dignitates & beneficia eccleſiaſtica, niſi cum diſpenſatione.*

34 *Caſus viy. cõſiderãdi cùm aſcẽdẽtes ſuccedunt deſcendentibus.*

35 *Filio ſuccedut pater & mater: deinde auus paternus & auia, nec nõ auus maternus in aduẽtitijs & caſtrẽſibus, in quibus dimidia tribuitur paternis, & alia dimidia maternis.*

36 *Mater vel auia ſuperſtes filio ſuccedit. Niſi à ſucceſſione repellatur, quod euenit tribus caſibus.*

37 *Parẽtes & fratres vtrinque cõmi-*

cli simul æqualiter succedunt.

38 *Pater & mater præferuntur altera parte dumtaxat coniuncti u fratribus.*

39 *Auus & auia cũ fratribus vtrinque vel ex altera tantùm parte coniuncti u simul æqualiter admittuntur.*

40 *Ascẽdẽtes præferũtur omnibus collateralibus exceptu fratribus, qui iure singulari cum ascendentibus admittuntur.*

41 *Mater præfertur auo & auiæ paterno.*

42 *Successio in collateralibus vsque ad decimũ gradũ extenditur.*

43 *Hodie respicimus solã proximitatem, non habito respectu agnationu vel cognationu.*

44 *Regula, Quòd proximior præfertur, intelligitur in eadẽ linea.*

45 *Filius sororis pro agnato habetur iure ciuili*

46 *Si soli fratres vtrinq. cõiuncti supersunt, æqualiter succedũt: si soli altera parte cõiuncti, idẽ, si partim cõsanguinei, partim vterini, tdẽ in bonis quæsitis: at in nõ quæsitis, paterna, paterna, materna materna deferuntur, si vtrinque coniuncti, & altera tãtùm parte coniuncti supersint, præferuntur vtrinque coniuncti.*

47 *Fratres & filij fratrũ simul succedunt, cum distinctione cõiunctorum vtrinque vel ex altera parte tantùm.*

48 *Inter nepotes & pronepotes ex fratribus seruatur regula, Quòd prior est gradu potior est iure.*

49 *Qui gradus iure canonico est primus, iure ciuili est secundus.*

50 *Ratio computandi gradus.*

51 *Regula iuris ciuilis pro cõputatione graduũ collateralium: Quot sunt personæ, detracto communi stipite, tot sunt gradus inter se.*

52 *Filij fratrum cum patruis succedunt ascendentibus.*

53 *Cum defuncto succedunt ascendẽtes & collaterales disparis numeri, habent viriles.*

54 *Filij fratrum patruo, auunculo vel amitæ, soli succedentes vel cum patruis, auunculis, amitis, veniunt in stirpes.*

55 *Filij fratrũ, nisi in successione patruorum, auunculorum, vel amitarũ, patres suos nõ repræsẽtãt, sed veniunt ex persona sua in viriles.*

56 *Cosanguinei germani succedũt consanguineo germano in capita & prior gradu præfertur remotiori.*

57 *Quomodo patroni libertis succedãt*

58 *Libertus inter viuos nõ potest alienare ex causa lucrativa, vel dolosè, in præiudicium patroni.*

59 *Subditi (quos taliabiles vocant) qui sũt Sabaudiæ, Pedemõtibus & alibi, æquiparantur libertis: ideóque in fraudẽ domini inter viuos non possunt bona sua alienare.*

60 *Deficientibus ascendentibus, descẽdentibus, collateralibus, & reverentialibus, vxor succedit ab intestato. Hac etiam deficiente, fiscus.*

GLOS.

GLOSSA III.

NVLLISQVE *ſuperſtitibus ex eo liberis.* Meritò dicitur nulli ſuperſunt liberi. 1 Nam † extantibus liberis bi omnibus in ſucceſſione præferuntur, vtpote domini bonorum paternorum etiã viuente patre. vt probatur in l.in ſuis D.de lib.& poſth.& l.cùm ratio.in prin.D.de bo.dã.& l.ſcripto.D.vnde lib.& in Auth. de hær. ab inteſt. in prin.& l.1. §. rectè. D.ſi rab.teſt. nul.ex.& Inſt.de hæred.ab inteſt.in prin. Et in tantum præferuntur, quòd ſi repudient paternam vel aſcendentium hæreditatem ex ea parte quæ eſt,Vnde liberi, adhuc poſſunt ad illã venire per,Vnde legitimi. & hoc modo poſſunt ſibipſis ſuccedere,& alios remotiores excludere. vt per Bartolum in l.2. D.vnde leg.& in l.1.§.nunc videndum.D.de ſuc.edicto. 2 Et etiam † amplius ſi ex omni cauſa repudiant tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, adhuc priuilegio ſpeciali volétes infra triennium adire audiuntur.vt l.ſi.C.de repud.hær. quan quam regulariter hereditas ſemel repudiata non poſſit vlterius adiri, nec adita poſſit repudiari.vt l.1. §. qui ſemel.D.de ſuc.edi.& l.ſicut.& l.ſuus.C.de repu.hær.

3 Impedit ergo aditionem hæreditatis ab inteſtato fiendum per extraneum filius defuncti. ſiue ſit natus ſiue vtero exiſtens. Idémque impediet quilibet alius proximior defuncto. nam regula eſt, Quòd poſterior in gradu impeditur adire.l.cùm quidam.D.de acqui.hær. Alia etiam ſunt neceſſaria vt poſſit hæreditas adiri, de quibus plenè notatur per gloſſam in l. is poteſt. D.de acquirend.hæred.& ego ſcripſi infrà eodem in gl. quæ incipit, *Hic aduerte.*

4 Ad † huius [a] tamen tractatus pleniorem doctrinam dic quòd hæredum ſiue ſuccedentium tres ſunt ſpecies, ſecundùm communem ſententiam. Quidam enim ſunt deſcendentes, vt filij & ſimiles: quidam ſunt aſcendentes, vt pater & mater, & ſimiles: quidam ſunt collaterales, vt fratres, & ſimiles,conſanguinei & ſimiles.Addo & quartam ſpeciem, videlicet quòd quidam ſunt reuerentiales, vt patronus & ſimiles. vt Inſtit. de ſuc. liberr. & D. de bo. lib. per totum. In quibus omnibus caſibus quæri ſolet de modo & ordine ſuccedendi inter eos.

Venio itaque ad primam ſpeciem hæredum, videlicet filiorum. 5 Circa † quam notandum eſt, quòd filiorum quinque ſunt ſpecies. Nam quidam ſunt filij naturales & legitimi, vt illi qui nati ſunt ex legitimo matrimonio. vt Inſtit. de nupt. poſt prin. & in cap. per venerabilem. & ibi notatis ex. qui filij ſint legit. Quidam ſunt filij legitimi tantùm, in quibus natura nil operata eſt, vt adoptati vel arrogati. vt habetur in l.cùm in adoptiuis.C.de adop.& Inſt.eo. in prin.& §.ſeq. & D. de adop.per totum, & maximè in l.ſi arrogator. Quidam ſunt natura-

[a] *Ad huius*, vide per Ca.Alex.ſuper arbore conſanguinitatis.

les [a] tantùm, vt nati ex concubina, vt C. de nat. lib. l. humanitatis. & in auth. licet. C. eo. ti. 6 Vnde † aduertendũ q̃ tria debent cõcurrere vt sit naturalis rãtùm. Primò q̃ natus sit ex soluto & soluta. vt in Auth de incest. & nefa. nup. §. dubitandum, colla. 2. & in Auth. Vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc. & l. 1. C. de concub. Secundò, quòd mulier vni ea concubina sit, & non inter plures annumerata. Tertiò, quòd sit in domo retenta, aliter non est propriè naturalis. vt notatur per Dyn. & Bar. in l. in concubinatu. D. de concub. & probatur in Authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. si quis autem. & 34. dist. can. si quis vxori. 32. q. 2. can. solet. & facit quo † habetur & notatur in d. c. per venerabilem. Quod multum nota pro istis principibus & magnatibus, qui tenent multas fœminas, q̃ ex eis nati nõ sunt propriè naturales. Alij sũt qui spurij appellantur, qui vulgo nati sunt ex muliere publica & patre incerto. de quibus loquitur l. vulgo. D. de sta. ho. Alij nascũtur ex aliena vxore & adultero, vel ex monacha & presbytero vel fratre minore. & hi filij damnati coitus appellãtur, & innumerabiles sunt. de quibus loquitur l. 3. & in Auth. ex complexu. C. de incest. nup.

Si quæratur ergo qualiter [b] huiusmodi filij succedant ascendentibus ab intestato defunctis, 7 aduertendum † est, quòd quum queritur de filijs legitimis & naturalib. tales (siue in potestate sint, siue emãcipati) regulariter præferũtur omnibus, in successione suorũ ascendentium. nulla ab intestato inter eos habita differẽtia (vt in §. nullam. in Auth. de hæred. ab intesta. cum similibus, vt dixi suprà) etiam si sint fœminæ, quia sublata est differentio hodie in successionibus inter mares & fœminas: licèt olim esset differẽtia, vt traditur in l. maximũ vitiũ. C. de lib. præter. & in Auth. de hær. ab intest. §. 1. Et eodẽ modo præferuntur hi filij in hæreditate matris & auiæ. vt D. & C. ad Orf. per totum. & Inst. eo. tit. post princ.

8 Super † modo autem succedendi eorum ascendentibus, est quædã inter istos filios differentia. Nam aut sunt omnes cõsanguinei & vterini simul, hoc est nati ex eodem patre & matre: & hi æqualiter patri & matri succedunt. Aut sunt vterini tantùm, hoc est nati ex eadem matre & diuersis patribus: & isti succedunt æqualiter in bonis maternis: in bonis verò paternis quilibet succedit patri suo. vt hæc habentur in auth. de consa. & vter. fra. colla. 6. Et præmissa procedunt in filijs primi gradus.

9 In † aliis autem vlterioris gradus, putà nepotibus & deinceps, distinguendum est, secundùm Bar. & Cy. vt per eos plenè notatur in auth. itaq. mortuo. C. commu. de succ. Aut. n. isti concepti etãt viuẽte eorũ auo vel proauo de cuius successione agitur. Aut fuerũt cõcepti post eius mortem. Primo casu subdistinguitur. aut nati sunt in vita

a Naturales qui sint. gl. Insti. de ingenuis, in §. fi. & diffusè per Car. Alex. in repet. ca. per venerabilem, qui fil. sint leg.

b Qualiter descendentes succedunt ascendentibus ab intestato, doc. in l. si mater. 8 it. Bald. C. de suis & leg. Azo. in sum. in tit. de suis & legi. Bar. in l. 1. de contra. in l. fi. D. de his qui vt indi.

ſui patris,aut eo defuncto. primo caſu,aut ipſe pater eorum hæreditatẽ vult adire,& tunc filius idémque pater præfertur nepotibus.tan quam vno gradu proximior ipſi defuncto,ſiue ipſe filius ſit emancipatus & nepotes in poteſtate vel ecõtra vel ſi ſint omnes emancipati vel omnes in poteſtate, ſecundùm iura nouiſſima.de quibus traditur in Auth.in ſucceſſione.C.de ſuis & legi.Licèt olim aliter dicebatur, vt habetur in l.1.& per totũ D.de coniung.cum eman.lib. Vbi aũt filius præmoritur,vel repudiat,tũc nepotes ex eo admittuntur,ſiue ſint nepotes ex filio,vel ex filia iure nouo & nouiſſimo. licèt olim natus ex filia excludebatur ab aliis natis ex filio maſculo. vt habetur Inſtit. de ſuc.ab inteſt. §. noſtra autem. & in Auth.de trien. & ſem.§.neque illo. Quod ius antiquum eſt communiter approbatum per ſtatuta ciuitatum & locorum.

10 Si † autem ſuperſunt ſoli patrui cum nepotibus, tunc ſuccedũt omnes auo defuncto, in ſtirpes, tã iure veteri quã nouo. Inſt. de hær. ab inteſt.§. cùm filius. & l.vt inteſtato. C.de ſuis & leg. & l. 2. & l.ſi defunctus. eo.tit. Et procedit hoc, vt prædixi, tam in nepotibus natis ex filia quàm ex filio, iure nouo & nouiſſimo, vt d.§. neque illo. & in Auth.de trien.& ſem.collat.3. & in §.pen.& ſi. Inſtit. de hær. ab inteſt. & in Auth. Quæ tertiæ portionis. C. de collat. Et tam in nepotibus natis viuente patre, quàm etiam poſt eius mortem.

11 Secundo † verò caſu principali, quando nepotes ſunt concepti poſt mortem aui, tunc ſi eorum pater viuit ab eo excluduntur. ſi autem mortuus eſt, tunc aut ipſe filius aduit ipſam hæreditatẽ, aut deceſſit infrà tempus deliberandi: & tunc ex perſona ſui patris, ex iure ad eos nepotes tranſmiſſo, poſſunt ipſam hæreditatem adire.arg. in l. 1. C. de his qui ante aper.tabu.& l. 1. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. & notatur per Cyn. in l.ſi. C. ad Orfi.& dict.Authent.itaque. & per Bart. in d.l.1. D. vnde leg.& l.ſi quis exhæredato.§.1.D.de inius. rup. & irri. teſt. 12 Aut † filius deceſſit nõ adita hæreditate,& poſt annum deliberandi, vel ipſa hæreditate repudiata: & tunc hi nepotes quaſi incogniti excluduntur.vt notatur in l. vt inteſtato. C. de ſuis & leg.& in auth. in ſucceſſione.C. eod.tit.& probatur Inſtit.de hæred. ab inteſt. §.cùm autem .verſ.planè. & in l. 1. §.ſi quis proximior.D. Vnde cog. Sicque ipſis nepotibus præferũtur alij eorum agnati iam nati & concepti in vita ipſius aui, vt ibi habetur. ad quod facit in Auth. de hær.ab inteſt.§.reliquum & d.l. ſi quis exhæredato. §.ſed hoc ita.& l.1.§.ſciendum.& l.Titius.& l.item prætor.D.de ſuis & leg. Quæ ſententia eſt multùm rigoroſa & æquitati contraria, ideo bona eſſet prouiſio facere ſuper hoc ſtatutum.

13 Tranſeamus † nunc ad filios tantùm legitimos,vt ſunt adoptiui & arrogati. Circa quod eſt aduertendum quæ & qualis fuerit conditio ipſius patris adoptantis. Aut enim talis pater erat de eius aſcen-

a Nota qualiter filij adoptiui ſuccedunt, vide Spec.tit.de teſta. in §. 5. ver. hodie §per.tit. de ſuc.ab inteſta.ver. nec nè ad naturalium.

dentibus per lineam naturalem, puta auus vel proauus. & tſte cùm per talem adoptionem ſubiiciatur ipſius poteſtati, (vt in l. cùm in adoptiuis. C. de adop. Inſtit. de adop. §. cùm hodie) ſuccedet hic filius adoptiuus ipſi patri adoptãti, ſicut quilibet legitimus & naturalis, tam ex teſtamento quàm ab inteſtato. Et tales filij exhæredati habent querelam. & præteriti dicunt teſtamentum nullum. vt l. certum. & ibi notatis. D. de iniuſt. rup. & irri. teſt. & in iuribus prædictis. Aut iſte pater adoptans erat extraneus, & tunc cũ per hanc adoptionem non tranſeat in eius poteſtatem, relinquitur diſtinguendum. Aut ipſe pater fecit teſtamentum, aut deceſſit inteſtatus. Primo caſu, ſi hunc filium in aliquo inſtituit, illud habebit ſicut quilibet extraneus. Si verò fuerit præteritus vel exhæredatus, non impugnabit teſtamentum, quia nõ eſt in poteſtate, vt dixi.

14 Secundo autem caſu quando deceſſit inteſtatus, ſubdiſtingue.

14 Aut † deceſſit inteſtatus ſuperſtitibus ſibi aliis filiis legitimis & naturalibus, & tunc (ſecundùm veram opinionẽ) ſuccedit hic adoptiuus æqualiter cum aliis naturalibus. Si autem deceſſerit nullis ſuperſtitibus filiis legitimis & naturalibus, tunc in totum ſuccedit, ſi manſerit tempore mortis in adoptione ipſius patris. ſecus autem ſi fuiſſet emancipatus: quia tunc diſſoluta eſſent iura adoptionis, ideóque in nihilum ſuccederet. vt hæc omnia probantur in l. cùm in adoptiuis. §. ſed hunc articulum. conuncta l. ſi te. & l. ſi. C. de ſuis & legit. Ex quibus patet, quòd licèt quis non ſubiiciatur poteſtati patris extranei adoptiui, quòd nihilominus retinet ius ſucceſſionis tam ex teſtamento quàm ab inteſtato.

Quid autẽ in filio arrogato, an pater arrogator teneatur eidem aliquid relinquere. 15 Et † ſolet in hoc diſtingui. Aut arrogatus erat impubes, aut impubes. Primo caſu ſubdiſtinguitur. aut remãſit in poteſtate patris, & tenetur ſibi quartam relinquere. aut non remanſit, & tunc dic vt plenè diſputat Cyn. in l. 2. C. de adop. Si verò erat impubes, tunc tenetur ſibi quartam relinquere. vt l. ſi arrogator. & ibi plenè notatur per doct. D. de adop & l. Papinianus. §. ſi quis. D. de inoffi. teſtam. & d. l. 2.

Nunc venio ad filios naturales tantùm. In quo articulo, ſecundùm doctores, ſic diſtinguitur. Aut pater deceſſit ſuperſtitibus aliis filiis legitimis & naturalibus [a], aut ſuperſtitibus ſolis naturalibus. Primo caſu ſubdiſtinguitur. aut pater deceſſit teſtatus, aut inteſtatus. 16 Si † teſtatus, tunc licet patri naturalẽ tantùm filium in vna ſola vncia (quæ eſt pars duodecima hæreditatis) inſtituere. vt l. 2. & in Authen. ibi poſita. C. de natur. lib. Secundo caſu in nihilum ſuccedit hic naturalis filius. eſt tamen de paternis bonis alendus. vt in Auth. licet. in fi. C. de natur. lib. 17 Si † verò deceſſerit ſine legitimis filiis, tunc aut ſuperſunt ipſi defuncto aſcendẽtes, aut nõ. ſi ſuperſunt ſibi aſcendentes, & poſſit facere teſtamen-

a No. de filijs naturalibus tantùm qualiter quorum patri ſuccedant vide doct. in auth. licet C. de na. li. & Abba. in c. item qui ſi. ſint legitimi.

tum

tũ & tunc licitum eſt ei filium naturalem in totum inſtituere, legitima tamen reſeruata ipſi aſcendenti. 18 Si † verò nullum faciat teſtamentum, & ſic deceſſerit inteſtatus, tunc autem mater filij naturalis ſupereſt: & tunc periret ſuccedunt patri defuncto in duabus vnciis hæreditatis (quæ ſunt ſexta pars totius hæreditatis) communiter inter eos dividenda. Aut non ſupereſt mater naturalis: & tunc ſolùm filij naturales ſuccedunt in ipſis duabus vnciis. in aliis autem partibus ſuccedunt agnati pro rimiores ipſi defuncto. vt hæc habentur in Auth. licet. C. de natu. lib. & notatur. per gl. Inſt. de nup. §. fi. & in ca. cũta. eẽ. qui fil. ſint leg.

19 Prædicta † autem procedunt ſtante filio illegitimo. Si autem legitimatus fuiſſet, tunc eo modo ſuccederet ac ſi à principio natus eſſet naturalis & legitimus. vt in Authen. quib. mod. nat. effic. leg. per totum. Efficitur autem legitimus quis multis modis. 20 Inter † quos ille annumeratur, videlicet quando pater concubinam, ipſius filij matrem, deſponſauit, vt plerunque euenit. vt tráditur in d. cuanta, & c. 1. eẽ. qui fil. ſint legit. Facit l. cùm quis. C. de natur. lib. & in §. fi. Inſtit. de nup. Et per hoc ſuccedat æqualiter cum omnibus aliis legitimè natis. vt d. l. cùm quis.

Deſcendo ad filios ſpurios. In quo articulo ſic eſt dicendum. Aut agitur de ſucceſſione paterna tantùm, aut materna. 21 Primo † caſu tales filij à ſucceſſione paterna repellũtur. vt in auth. quib. mod. na. effi. ſui. §. fi. & D. vnde cog. l. ſi ſpurius. Secundo caſu, conſidera. Aut agitur de hæreditate ſolius matris, aut de hęreditate aliorum coniunctorum per lineam maternam. Si quæritur de hæreditate matris tantùm, aut erat mater illuſtris, aut non. 22 Si † illuſtris, tunc aut deceſſit ſuperſtitibus ſibi aliis filiis legitimis & naturalibus: & tunc in nihilum ſuccedit ſpurius, ex teſtamento nec ab inteſtato. imò nec inter viuos. vt habetur in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi. in prin. 23 Licèt † (quod eſt notãdum) filius naturalis tantùm, ipſi matri illuſtri ſuccedat ſimul cum legitimis. vt d. l. ſi qua illuſtris. in fin. & quò ad hoc differt ab eo qui vult ſuccedere patri naturali, qui excluditur à legitimis, vt dictum eſt. 24 Aut † ipſa mater deceſſit nullis ſibi ſuperſtitibus legitimis, & tunc ſpurius ſibi ſuccedit in totum. vt in §. nouiſſimè. Inſtit. ad Orfi. Secundo caſu principali cùm mater nõ erat illuſtris, tũc aut ſpurius fuit vulgo cõceptus, & talis ſuccedit matri & auię. vt d. §. nouiſſimè. & l. 1. §. ſed vulgo. D. ad Tertul. Facit l. Modeſtinus. & l. hac parte. D. vnde cog. Aut ſunt ſpurij ex damnato coitu nati, puta ex adulterio, vel inceſtu, vel monacha: & hi nõ ſuccedũt matri. vt in auth. quib. mod. na. effi. ſui. §. fi. & notatur per glo. in d. §. nouiſſimè. & d. l. ſi qua illuſtris.

25 Dixi † etiam quòd aut quæritur de ſucceſſione cõiunctorũ per matrẽ. & tunc (ſecundùm Dyno & alios) ſpurij ſuccedũt eis, & econtra. vt l. ſi ſpurius. & l. hac parte. & l. Modeſtinus. D. vnde cog. Patri autem vel auo tales filij nullo modo ſuccedũt. 26 Et † ſi fuerint pręteriti à matre, vel exhęredati in teſtamento, nõ poſſunt impugnare eius teſtamẽtum. Immò, quod plus eſt,

ſpurij ex damnato concubitu ab ipſis parentibus inter viuos nihil acquirere poſſunt, nec directè nec indirectè. vt habetur in l.1 C.de natu. lib. & per gloſſ. & Docto. in l. qui teſtamentũ.D.de proba.& plenius per Bar.in l.ſi is qui ex bonis. D.de vulg.& pupil &.in l.quod cõditionis.D.de don.cau.mor. & per Iacob. de Bel. in Authen. quib. mod.nat.effi.ſui.§.fin. 27 Quia † ſecũdùm ius ciuile tales ſpurij nõ ſunt alendi. vt in Authen. ex complexu.C.de inceſ.& neſa.nup.licèt de iure canonico ſit ſecus, vt infrà dicam.Sicque omnis acquiſitionis bonorũ paternorum, tàm inter viuos quàm in vltima volũtate, ſunt incapaces penitus,cùm eo iure ſint incapaces alimentorum. quod eſt multùm durum & aſperum. Iure autẽ canonico benigniùs eſt prouiſum,quo cautũ eſt quòd alimententur. Et vtrunque ius habet in ſe rationem. nam ratio iuris ciuilis fuit, vt reprimeretur vitium carnis: 28 ratio † autem clericorum fuit (quia luxuriоſi ſunt,& carent vxoribus, vt ampliaretur facultas luxuriandi) quia humanum erat quòd anima creata fame periret,quę non peccauerat.arg.in l.legem.C.de natur.lib. Et hac ratione & æquitate moti voluerunt dicere quidam, quòd ſpurio poterit patet in teſtamento alimenta legare,& ſic erunt capaces alimentorum. Et eodem modo poterit legare in caſu dotis, quæ fauorabilis eſt ſicut alimentorum.Quam opinionem credo procedere in terris eccleſiæ. per textum in c. cùm haberet. de eo qui dux.in ma. quam pol.per addi.Sed in terris imperij (in quibus Papa nullam habet poteſtatem) vt in c. nouit.cum ſimilibus ibi notatis.& de iudi. non credo hanc opinionem veram,nec dictam decretalem eſſe ſeruandam, ſed ius ciuile arg. eorum quæ notantur per gloſſ. in c.2.de arbit.lib.6.

29 Poſſunt † autem tales ſpurij acquirere ab extraneis,tam inter viuos quàm in vltima voluntate. vt notatur plenè in d. l. qui teſtamentum, & per Bart. in l.ſi gener. D. de his qui. vt indi. & per glo.in Auth.quib. mod.nat. effi.ſui.§. fin. & probatur per textũ in l. ſi is qui. D.de vulg.& pu. Filius autem naturalis tantùm poteſt à quocũque, etiam patre ſuo, inter viuos acquirere. dum tamen in fraudem filiorum legitimorum non fiat in eum alienatio: quia tunc non valet,ſecundùm Doct. licèt gloſſa ibi aliter dicat. vt plenè notatur in d. l. qui teſtamentum. D.de proba. & l. 1.de natu lib.

30 Deinde † quæritur quot ſunt neceſſaria, vt quis dicatur & ſit filius naturalis tantùm? Dic vt ſuprà breuiter,quòd tria.Primò quòd ſit natus ex tali muliere, cum qua poſſit eſſe tũc matrimonium cum ipſo parte. vt in Authen. de incest. nup. §.dubitatum. & in Authen.vt lic.ma.& auiæ. §. ad hæc. Secundò quòd mulier fuerit vnica. Tertiò quòd fuerit in domo retenta affectione concubinæ. vt hæc probantur in Auth.quib.mo.nat.effic.ſui. §.ſi quis autẽ.34.diſt.c. ſi quis vxori.& 22.q.2.c.ſolet. Ex quibus colligo quòd iſti principes,qui aliquando non habentes vxorem tenent in concubinatu vnã aut plures mulieres, in domo vel extra domum, quòd

quòd filij ex eis vel ex aliqua earũ nati nõ ſunt naturales tantùm, ſed ſpurij nuncupandi. vt expreſſè determinat Dyn. & Bar.in l.1.& fi.D. de concub.

31 Poſtea † quæritur quot modis filij naturales efficiantur legitimi? Dic quòd octo modis. Inter quos ſunt quando concubina deſponſatur. vt in c.tanta. & in c.gaudemus.eẋ. qui fil.ſint leg.Item per diſpẽſationem principis, vel ab eo potẽſtatẽ habẽtis. vt in Auth.quib. mod.natur effi.leg §.& iſte.& §.illud.& §.ſed hæc. & aliis modis ibi notatis in textu, & gloſſa, & per Azonem in ſumma.C.de natur.lib. & per Goffredũ in ſumma. eẋ. qui fil.ſint leg. Facit quod habetur in l.3.C.de natur.lib.& in auth.vt lic. mat.& auiæ. §. ad hæc. & Inſtit.de aup.§.final.

32 Sed † an filius ſpurius poſſit per patrem pupillariter ſubſtitui filio legitimo & naturali? Dic quòd ſic in rebus pupillaribus tantùm, non autem in paternis.vt probatur in l.is qui ex bonis. D. de vulg. & pup. Et per hoc habes caſum ſpecialem,contra regulam qua cauetur,Quòd ſubſtitutio pupillaris trahitur etiam ad bona teſtatoris, vt in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. D.de vulg.& pup.

33 Vltimò † nota [a] quòd tales illegitimè nati nõ admittuntur ad dignitates & beneficia eccleſiaſtica, niſi cum diſpenſatione Papæ. vt in c.cùm in cunctis. eẋ. de elec. & notatur per Innocentiũ, in c.ni-

ſi cùm pridem, eẋ. de renun.

Viſo itaque de prima ſpecie ſuæ ceſſorum,ſuper eſt videre de ſecunda quæ eſt econuerſo ad primam, videlicet qualiter aſcendentes ſuccedant deſcendentibus. 34 Circa † quem articulum eſt ſic conſiderandum. Quandoque filio vel alio deſcendente defuncto ſupereſt ei pater & mater tantùm,quandoque mater vel auia tantùm: quandoque pater & mater, cum aliis fratribus defuncti vtrinque coniunctis: quandoque ſuperſunt parentes ipſi, ſimul cum aliis fratribus coniunctis ex altera parte tantùm: quandoque ſupereſt ſolus auus vel auia, cum fratribus defuncti:quandoque ſupereſt auus vel auia, aut alius eius ſuperior,cum patruo ipſius defuncti, vel alio in gradu remotiori: quandoque ſupereſt mater tantùm, ſimul cum auo paterno.

35 Primo † caſu, quando filius deceſſit ſuperſtitibus ſibi patre & matre tantùm, dic quòd ſiue filius ſit in poteſtate, ſiue emancipatus, & deceſſerit inteſtatus, quòd ſibi pariter ſuccedũt pater & mater, & eodẽ modo auus paternus & auia, & auus maternus, in bonis aduentitiis & caſtrenſibus, quia paternis parentibus debetur dimidia, & maternis alia dimidia. vt in Auth. defuncto.C.ad Tertul. Et ſic filius in poteſtate hodie habet hæredem. vt in Auth.de hær ab iureſt.§.1.

36 Secundo † verò caſu cùm defuncto ſupereſt mater ſola vel auia

[a] Ibi vlt.not.& vide ca.innotuit.de elec.c.2.de fil preſby.lib.6. & in ca. cen.matenſes,in §.quod ergo,& in c.quod aut.& in c.naſcitur.61.diſt. Bal.in l.tanquam. C.de fideicom.& per Cardi. Alex.in c.per venetabilem, in §.quod autem in ver. nor.d.§. qui filij ſint legitimi.

sola, tunc ipsa succedit. vt C.ad Otſi l.final. in fin. & C. ad Tertul. l 1,cum seq. nisi velut indigna à successione repellatur. Quod est in tribus casibus. primo si transiuit ad secunda vota, tutore filio impuberi non petito. vt ad Tertul. l. omnem. & l.sciant. C.de leg.hær.etiam si esset ipsi filio impuberi in paterno testamento specialiter substituta. vt in Auth. de nup. §. fin autem tutelam. collat. 4. In quo infinitæ mulieres decipiuntur, maximè rusticanæ. Vnde sanctum esset prouidere per viâ statuti. Excusatur tamen in pluribus casibus notatis per gl.in l.matres. C.ad Tertul.Secundus casus est in quo mulier transiens ad secunda vota priuatur parte successionis filij, etiam maioris, cum distinctione de qua habetur in l.mater.C.ad Tertul. Tertius casus est, si fuerit mulier luxuriata seu vixerit turpiter. secundùm Iac. de Bel.vt notatur per eum in Auth. de non elig. secundo nub. §. cùm igitur. collat.1.

37 In † tertio autem principali articulo, videlicet quando parentes supersunt cum fratribus defuncti vtrique coniunctis, tunc iure nouissimo æqualiter succedunt. vt in §. consequens. in Auth. de hær. ab inteſt. & d. Auth. defuncto. licèt olim aliud esset. vt §. frater.Instit. ad Tertul. & in l.final. C.eod.

38 Quarto † casu principali quando cum parentibus supersunt fratres coniuncti ex altera parte tantùm : tunc eis præferuntur pater & mater. vt d. Auth. defuncto,cum similibus.

39 Quinto † casu principali, cùm supersit auus vel auia cum fratribus ex altera parte vel vtrinque coniunctis defuncto , tunc sunt variæ doctorum opiniones, de quibus. per Cyn. in d.Auth. defuncto. Attamen,secundùm veriorem sententiam , simul æqualiter admittuntur. vt est suprà dictum in 3. articulo , per Auth. defuncto, cum similibus.

40 Sexto † verò principali casu , quando supereſt aliquis ex ascendentibus cum patruis defuncti, vel aliis vlterioribus in gradu, tunc die semper ascendentes præferri in totum. vt probatur in d §. consequens. & in Auth. defuncto. Est enim ius singulare in fratribus solis defuncti , vt cum ascendentibus admittantur , vt ibi habetur.

41 Septimo † & vltimo casu quando supereſt mater tantùm, cum auo paterno vel auia paterna , tunc (secundùm gloſſ & doct. in d.Auth.defuncto.) præfertur mater ipsi auo vel auiæ. per textum eiusdem authenticæ cùm dicit, *salua gradus prærogatiua*, &c. Sed Iac. Bu. ibidem dicit quòd pariter succedunt. Nec obstat illa litera, quia aliter est intelligẽda,hoc modo,videlicet , quòd ille qui prior est in linea paterna excludat alios inferiores ex eadem linea, & eodem modo prior in linea materna excludat sequentes in eadem linea materna. Exempli gratia , pater excluſit auum paternũ , quia proximior, & mater excludit auiam maternam. & hoc probatur tali ratione , quia natura correlatiuorum est , vt posito vno ponatur & reliquum. vt l.Vranius. D. de ideiuſſ. Modò sic est quòd si filius moriatur , nepos succedit in eius

locum

locum quantum ad auum, & efficitur in primo gradu, in Instit de hæred. ab intestat. §. cùm filius. Ergo & econuerso auus fiet in primo gradu, mortuo filio, quantum ad nepotem. & sic debent pariter succedere. quæ opinio est æquitati magis proxima.

Viso sufficienter de successione descendentium & ascendentium, transeundum est ad tertium articulum, qui est de successione collateralium. In quo ante omnia sciendum est quòd in hac successione collateralium sunt duæ lineæ, vna agnatorum, alia cognatorum.

42 † Quæ quidem lineæ plures in se gradus continent personarum, & extenditur in his lineis successio ab intestato hodie vsque ad decimum gradum inclusiuè, & non vltra. vt notatur Instit. de cog. suc. §. final. & D. de grad. l. non facile. & Instit. eod. tit. & notatur per Azonem in summa. C. de legit. hered. Item sciendum est quòd olim extantibus agnatis vsque ad decimum gradum, excludebantur cognati in totum, non attenta gradus prærogatiua, sed sola agnationis linea. vt Instit. de grad. §. repetitis. & §. sequent. aliàs est in titulo de sct. cog. 43 Hodie † autem non attenditur diuersitas istarum linearum, sed sola proximitas gradus cuiusque, cùm sit sublata differentia linearum agnationis & cognationis in totum. vt in Auth. de hær. ab intest. §. nullam. collat. 3. & notatur in Auth. in successione. C. de suis & leg. Attamè per statuta Lombardię adhuc hodie remanet inter has lineas differentia, prout ipsa lex antiqua x i i. tabularum disposuerat. vt Instit. de hę. ab intest. § item vetustas. & de leg. agnat. suc. §. cæterùm. Et bene & rectè prouidetur, vt parentelæ per agnatos melius conseruentur.

44 Contingit † tamen aliquando quòd duo erunt in eodem gradu, & tamen vnus præferetur alteri iure nouissimo. Exemplum in patre & filio defuncti, & in fratre & pronepote eiusdem defuncti. nã filius præfertur patri, & pronepos fratri. vt d. §. repeti. licèt pronepos sit remotior in gradu, vt ibi. sed hoc operatur diuersitas linearum, quarum vna est fauorabilior altera, videlicet descendentium quàm ascendentiũ & collateralium. Procedit ergo hęc regula, Quòd proximior præfertur, in eadè linea tãtùm. & non in diuersis simpliciter.

45 Vnum † tamẽ scias quod est notatu dignũ, & licèt regulariter cognatorũ numero habeantur qui ex fœminis descendũt, tamen filius sororis solus, nõ autẽ vlteriores in gradu, inter agnatos annumerãtur. & sic pront alij agnati defũcto succedit. vt l. lex x i i tabul. C. de leg. agnat. suc. §. hoc etiam addendũ. licèt (secundùm Azonẽ in summa de leg. hęr.) sit impropriè agnatus. ideó que non cõprehenderetur in statuto. quo disponitur, Quòd agnati præferãtur cognatis vsque ad quartum gradum. quod expressè sequitur Baldus in c. t. in tit. An agn. vel fi. defun. rep. hæred. collat. to. ¶ Si ergo quęramus de modo & ordine succedẽdi inter collateralẽs, agna-

a No. qualiter collaterales succedunt ab intestato, vide per Cardi. Ale. & scribentes super arbore consanguinitatis.

tos vel cognatos, distingue sic. 46 Aut† defuncto supersunt fratres vtrinque coniuncti tantùm, & hi succedunt æqualiter. D. de suis & leg.hæt.l.1.§.fi.& Auth.cessante.C. de leg.hæred. Aut supersunt coniuncti ex altera parte tantùm. & tunc aut sunt nati ex legitimo matrimonio, aut non. Primo casu pariter succedunt.vt in Auth.post fratres.C.de leg.hæt.Secũdo casu subdistinguitur. aut sunt cõiuncti per patrem tantùm, & non succedunt sibi inuicem, quando sunt spurij vel incestuosi.vt l.fi spurij. D.vnde cog. Si autem sunt naturales tantùm, tunc dic vt suprà dictum est in articulo de filiis naturalibus tãtùm. Aliquando supersunt defuncto fratres vterini tantùm & legitimi ex vna parte, & alij fratres ex patre tantùm seu consanguinei tantùm ex alia: & tunc pariter succedunt. quia agnatio hodie à cognatione non differt. vt in Auth. post fratres. Et hoc in bonis tantùm à defuncto quæsitis. In bonis autem paternis præferuntur consanguinei: in maternis autem præferuntur vterini. vt l.emancipati. in fin. C.de leg. hær. & notatur per gloss. in d.auth. post fratres. Aliquando supersunt defuncto fratres legitimi ex vtroque parente ex vna parte,& alij ex altero parente tantùm nati ex alia.& hoc casu præferuntur in successione nati ex vtroque parente, in omnibus bonis defuncti vndecunque quæsitis, aliis exclusis.vt in Auth.itaque mortuo.C.cõmunia de suc. & in corpore vnde sumitur.§.hoc igitur. quia duplici iure iũgũtur,vt ibi notatur. 47 Aut † supersunt fratres & filij fratrum & tunc omnes succedunt, cum distinctione coniunctorum vtrinq. & non coniunctorum.vt d. auth. cessante. 48 Aut† supersunt sobrinepotes fratrũ, vel alij vlteriores. & tunc qui prior est in gradu potior est in iure, non habita differentia agnatorum & cognatorum. vt in Auth. in successione. C. de suis & leg. & in corpore vnde sumitur. & in d.Auth.post fratres.de qua materia successionis plenè tractauit Cy. in d.Auth.itaque mortuo.

Circa autem præmissa occurrunt quædam dubia declaranda. Primò itaque ad hoc vt cognoscatur quis inter collaterales dicatur prior vel posterior in gradu,quantùm ad succedẽdum sibi inuicem, formo talem quæstionẽ. Titius decessit superstibus sibi quatuor filiis, videlicet Caio, Titio, Sempronio, & Alberto. Ex quibus omnibus descenderunt tam filij quàm nepotes & pronepotes. Contigit quòd nepos Alberti decessit sine liberis,superstite sibi vno filio Sempronij, quondam nepote Titij. & altero pronepote Gaij, quæritur quis horum in pronepotis defuncti successione præferatur seu præferendus sit? De qua quæstione & similibus aliquid summariè notatur per Iacob.Bu.in l.final.C. de suc. edic. 49 Ad † cuius quæstionis clariorem decisionem pro euidentia est sciendum, quòd in computatione graduum collateralium differunt ius Canonicum & Ciuile. vt notatur per Goffredum in summa de consang.& affin.& ibi per Hostiensem & Io.Andreã in sua summa de sponsalibus. & Ioannem super arbore consanguinitatis.& per gl. in c.5.

cſi.cẽ. de conſan.& affi. Nam ius canonicum ponit duos fratres in primo gradu, & ius ciuile ponit eos in ſecundo. Et ratio differentiæ eſt, quia ius ciuile fundat ceſpitem tranſuerſalium in eorum aſcendentibus, ſcilicet in patre, qui eſt in primo gradu. vnde fratres ſibi inuicem ſunt in ſecundo. vt Inſtit. de grad.§.2. Ius autem canonicum fundat ceſpitem cum ipſis fratribus tantùm. Sed ius canonicum habet reſpectum quantùm ad matrimonia [a]: ius autem ciuile quantum ad ſucceſſionem. vt dicit textus in cap.ad ſedem. 35.quæſtion.5. & per gloſſ. & Bartol. in l.1.& l.ſcemata.D.de grad. 5o Maior † autem difficultas,quæ in hoc fit eſt in modo computandi gradus.ideo eſt & aliud præmittendũ, videlicet. Quòd in hac computatione primò debet ſuperius poni pater communis duorum fratrum: inferius autem ipſi fratres. à quibus deſcendunt duæ lineæ ſeparatæ. in qualibet earum ponuntur deſcendentes ab ipſis fratribus, diuiſim de perſona in perſonam. qui deſcendentes inter ſe appellantur collaterales. vt patet ex figuratione infra ſcripta.

FIGVRA CONSANGVINITATIS conueniens Quæſtioni hic tractatæ.



a *Matrimonia*. Adde Bal.in l.ſi auiæ,in 6.colum.de ſuc.edi.C. ſ.quod computatio graduum in omnibus præterquam in matrimoniis ſit ſecundùm ius ciui,Saly.in d.l.ſi auiæ.Spe.tit.de inſtru.& inſtr.§. porrò. Bart. in l.Iuriſcon. §. pen.de gra.in aliquib.loc.Aug.in repe.l.1.C de iud.Ioan.And.c.1.de arbi.in 6. & in c.1. de re.iur.eo lib.Bar.in l priuilegia.de ſacroſanct.eccl.glo.in §.hactenus.Inſt.de gra.Bar. pulchrè in conſil.224. incipiem.an fratres conſobrini. Ioan.Andr.in addi. Specul.tit.de ſucce. ab inteſt.& vide omnino domi. Card.Alex.in tit. de conſan. & affin.in lect.arboris,in 3.car.ve.quæro,circa prædicta vide bonum text.in c.1.grad.35.quæſt.5.Pau. de Caſtr.conſil.146.Ioan.Vinzol.

Item eſt ſciendum quòd dupliciter quæritur, quoto gradu ſit aliquis ex illis collateralibus. Vno modo quoto ſit gradu (verbi gratia) nepos alterius fratris, quò ad alium fratrem. Alio modo quæritur, quoto ſint gradu inuicem duo nepotes duorum fratrum, vel pronepotes eorum, & ſic de aliis. Circa primum quæſitum fit computatio de perſona in perſonam, incipiendo ab alio fratre, & ponendo eum in ſecundo gradu, & deſcendendo per eius lineam vſque ad nepotem. & ſic reperitur quòd filius eius erit in gradu tertio, & nepos in quarto, & pronepos in quinto, & ſic de cæteris. In hoc caſu fit computatio, vel graduum duplicatio ad inuicem, quando ſolus frater vult ſuccedere alicui ex deſcendentibus alterius fratris. In alio autem quæſito cùm agitur de ſucceſſione inter aſcendentes plurium fratrum ad inuicem, tunc ſi ſunt in pari gradu omnes, reſpectu habito ad eorum deſcendentes, puta omnes filij fratrum, vel nepotes, vel pronepotes, tunc duplicantur gradus inter eos, nam filij fratrum ſunt inuicem in quarto gradu. Ratio, quia quælibet perſona facit vnum gradum de iure ciuili, verbi gratia, vnus frater facit vnum gradum, alius frater facit alium gradum, & ſic ſunt inuicem duo gradus. filius vnius fratris facit alium gradum, & ſic tertium, & alter filius alterius fratris facit alium gradum, & ſic quartum. ergo filij duorum fratrum ſunt ſibi inuicem in quarto gradu, & per conſequens ſic duplicando, repetitur quòd eorum nepotes inter ſe erunt in VI. gradu, & pronepotes eorum in VII. Et quod dixi de duobus fratribus, vel eorum deſcendentibus in numero duorum, idem intelligas in mille fratribus: quia omnes erunt ſibi inuicē in ſecundo gradu tantùm. item in mille eorum filiis: quia & ipſi inter ſe ſolùm erunt in quarto. & ſic de aliis. Vbi autem hi deſcendentes duorum fratrum non eſſent in pari gradu, reſpectu de quo ſuprà (vt eſt in propoſita quæſtione) tunc in reperiendo gradū incipiendum eſt ab eo, qui eſt in remotiori gradu quò ad eius patrem, vt hic eſt pronepos defunctus. & inde per lineam ſui patris aſcēdere, ſi eut ſi iret per ſcalas vſque ad eius patrem inclusiuè. poſteáque ſe diuertere ad alium fratrem, & deſcendere per eius lineam, ſicut per ſcalas, vſque ad illas perſonas quæ volunt ipſi defuncto ſuccedere. Et ſic in hac tali computatione non computatur, nec includitur (immò excluditur) pater communis ipſorum fratrum. Vnde ſi aduertas, reperies ſic dinumerando & computando gradus, quòd dictus filius Sempronij eſt in gradu V. ipſi pronepoti defuncto. & nepos Titij in gradu VI. & pronepos Gaij, in gradu VII. Et per hoc traditur à Doctoribus tam de iure ciuili quàm de iure canonico talis regula in collateralibus. ¶ Quot † ſunt perſonæ, detracto communi ſtipite, tot ſunt gradus inter ſe. In aliis autem lineis aſcendentium, & deſcendentium non differt

ius

ius canonicum à iure ciuili, immò conueniunt. & traditur, ſecundùm vnũque ius talis regula, quot ſunt perſonæ aſcendentium & deſcendentium, tot ſunt gradus inter ſe. Et notandum ſemper, quòd pater & mater ſunt in primo gradu aſcendentium, & filij in primo gradu deſcendentium. vnde abnepos, & abauus ſunt inuicem in octauo gradu. In collateralibus autem auj & proauj, & aliorum ſuperiorum, differt vtrunque ius. vt notant doctores vbi ſuprà.

52 Deinde † cognitis gradibus perſonarum, quæritur ſecundò an filij fratrum veniant ad ſucceſſionem fratris defuncti cum eorum aſcendentibus? Dic quòd ſic, ſecundùm Cyn & Doct. non per Auth. defuncto, ſed per Auth. vt fratrum filij §.1. ſituata. C. de leg. hær. quæ incipit Poſt fratres.

53 Vlterius † quæritur, pone quòd defuncto ſuperſunt aſcendentes diſparis numeri, pura auus paternus, & auia materna, & duo fratres vtrinque coniuncti ipſi defuncto. quæritur qualiter ſuccedere debeant? In qua quæſtione Cynus refert tres opiniones. Prima eſt quòd hæreditas diuidatur in quatuor partes, hoc modo. Pone quòd hæreditas ſit valoris florenorum cccc. ex ea quantitate centum capiet auus paternus, auia materna alia centum, & duo fratres alia ducenta. arg. d. Auth. defuncto. Alij verò diuidunt ipſam hæreditatem in partes viriles. Alij diuidunt vt primi cum illis 200. fratribus aſſignatis, vt omnes partes ferant æqualiter. & ita pertranſit Cynus, nullam opinionem approbando.

54 Vlterius † quæritur. Pone quòd ad ſucceſſionem patrui præmortui veniunt ſoli filij aliorum fratrum præmortuorum inter ſe, an admittantur in capita vel in ſtirpes? Dic quòd licèt fuerint diuerſæ opiniones, tamen glo. tenet quòd non admittantur in capita, ſed in ſtirpes tantùm, vt notatur in auth. de hæred. ab inteſt. § ſin autem defuncto. & §. ſi verò fratres. Quam opinionem ſequitur Dyn. Iaco. de Aret. & Cyn. in dicta Auth. ceſſante. quia hi filij fratrum repræſentant perſonam ſuorum patrum hoc caſu, ſicut quando ſuccedunt cum eorum patruis viuentibus. vt d. §. cùm filius. Et hanc partem ſequitur etiam Bartolus in l. poſt conſanguineos. D. de ſuis & legit. hæredib. vbi plenè notatur per eum. Quæ omnia locum habent etiam cùm agitur inter eos de ſucceſſione auunculorum, amitarum, & materterarum tantùm. Nec obſtat §. hoc etiam addendum. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. quia ibi loquitur de iure Codicis, quòd hodie corrigitur per ius Authenticorum.

55 In † vlteriori autem ſeu remotiori gradu vltra prædictos, hi filij fratrum non repræſentant perſonã genitorum ſuorum, ſed veniunt ex ſua propria perſona tantùm, ſicque gradus cuiuſcunque perſonæ attenditur. vt colligitur in d. Auth. poſt fratres. & l. auunculo. C. comm. de ſuc. & d. §. hoc etiam addendum. & ſic ſuccedunt in capita, non in ſtirpes. vt notatur per Cyn. in d. Auth. ceſſante. & in d. Auth. poſt fratres. & per Bart. vbi ſuprà.

56 Ex † quibus sequitur quòd uno consanguineo germano defuncto, superstitibus aliis consanguineis germanis, vel aliis remotioribus, omnes ad defuncti successionem, in capita non in stirpes, admittuntur. vt notatur etiam per tex. in l. post consanguineos. § hæc hæreditas. & ibi in glo. D. de suis & leg. Et qui prior est in gradu præfertur in successione. licèt quando quæritur de successione ascẽdentiũ, inferior in gradu descendentiũ vocatur ex persona sui patris cum suo superiore in gradu. vt d. §. cùm filius. & l. 3. C. de suis & leg. & sic ipsi succedunt in stirpes, non in capita, vt dictum est.

Postremò videndum superest de vltimo articulo successorum, quos reuerentiales appellaui. de quibus exempla patent in successione patronorum & libertorum.

57 In † quo articulo sic distinguendo conclude. Aliquando libertus decedens reliquit in eius hereditate minorem summam centum aureorum: aliquando maiorẽ reliquit. Primo casu, aut decedit testatus, alio extraneo hærede instituto: & tunc patronus excluditur, & hæres iustitutus præfertur. Aut decedit intestatus: & tunc aut superstitibus sibi liberis, & illi in totum succedunt, patrono excluso. aut nullis ex eo superstitibus liberis, & tunc patronus succedit in totum, etiam exclusis ascendentibus liberis. quod est miserabile & singulare. vt hæc omnia habentur Instit. de suc. liber. in prin. & §. sed nostra constitutio. in prin. vers. sin autem. Secundo autem casu principali, quando reliquit maiorem summam in eius hæreditate centum florenorum, tunc subdistingue. Aut decedit libertus intestatus, aut testatus. Primo casu, aut supersunt ei liberi, & illi præferuntur patrono, aut nulli liberi supersunt, & patronus etiam omnibus aliis ascendentibus præfertur. vt supra proximè dictum est, & habetur in d. §. sed nostra. vers. cùm verò maiores. Secundo casu cùm decedit testatus, tunc aut filios instituit, & illi patrono excluso præferuntur in totum. aut extraneos instituit, & tunc in parte tertia hæreditatis patronus succedit, quam consequitur tanquam æs alienum, sine aliquo onere legatorum. vt d. §. sed nostra. vers. si verò testamentum. Sunt etiam alia plura debita patrono (maximè inter vivos) per libertum, & à quibus patronus aliquando priuatur, certis de causis quæ habentur per Azonem in summa. C. de bon. quæ lib. & per gloss. in d. vers. si verò testamentum.

58 Sed † in præmissis solet in dubium reuocari, an libertus alienando vel se obligando inter vivos, possit eius patronum sua debita portione fraudare? Ad quod sic videtur respondendum, quòd aut alienat inter viuos ex causa lucratiua, vel in vltima voluntate, & tunc non tenet alienatio in præiudicium ipsius patroni. nisi donauerit bene merentibus. vt habetur in l. viuus libertus. D. si quid in fraud. pat. Aut alienauit vel se obligauit ex causa onerosa. & tunc aut sit talis alienatio vel obligatio dolosè & in fraudem patroni, & tunc per eum poterit reuocari. aut bona fide, & tunc non reuocabitur. vt traditur

ditur in l.1.& 2. C.ſi quid in fraud. patr.& l.1.§.1 cum ſeq.D.eo.

59 Et † prædicta faciunt ad quæſtionem ſæpiſſime occurrentem in partibus Montisferrati, Sabaudiæ, & Pedemontium, in quibus ſunt nobiles habentes ius ſuccedendi in eorum ſubditos, ſeu homines in aliqua parte hereditatis. qui homines plerunque variis de cauſis bona ſua alienant & debita contrahunt. Vnde dubitatur an tales obligationes & alienationes valeant in præiudicium ipſorum nobilium. Vbi eſt aduertendum quòd aut ſubditi vel homines æquiparabuntur libertis, aut filiis. Si æquiparabimus eos libertis, tunc diſtingue, vt proximè dictum eſt in eis. Si verò æquiparabimus eos filiis, tunc decurrendum eſt ad ea quæ de filiis traduntur, in l.nam & ſi parentibus. D.de inoff.teſtam. & in Auth.vt cùm de ap.cog.§.ſan cimus. Et puto verius eſſe, quòd iſti homines æquiparantur libertis, & domini ſui æquiparantur patronis. Ex quo ſequitur, quòd ſi talis homo alienauerit inter viuos, quòd decurrendum eſt ad diſtinctionem de qua ſuprà.& ſi præterierit in teſtamento ſuo dominum ſuum, quòd teſtamentum ex hoc non redditur ipſo iure nullum, ſed eſt rumpendum per cõtra tabulas, ſi nil eſt domino relictum. Si autem aliquid ei relictum ſit, quod ad debitam portionem non attingat, tunc dominus poteſt agere ad ſupplamentum. vt habetur in d. verſic.ſi verò teſtamentum. Inſti.de ſucc.lib.& in l.ſi patronus. in prin. D.ſi quid in frau.patr. De conſuetudine tamen in aliquibus locis aliter obſeruatur.

60 Vbi † autem defuncto ab inteſtato nulli ſuperſunt aſcendentes, aut deſcendentes, vel collaterales, ſeu reuerentiales (de quibus dictum eſt) tunc ei vxor ſuccedit, qua non obſtante vltimò ſuccedit fiſcus vt habetur in l.1. D.& C.vnde vir & vxor.

SVMMAE.

1 *Proximus eſt quem nemo præcedit.*
2 *Hereditas defertur de gradu in gradum.*

GLOSSA IIII.

Vere proximitatis. 1 Ille † dicitur proximus, quem nemo præcedit.vt D.de ſuis & leg. l.2. §.hæc hæreditas.l.1.§.proximus. D. vnde cog.& D.de verb.ſign.l.proximus.

2 Et proximior præfertur poſteriori, quia † defertur hæreditas de gradu in gradum. vt D.quis ord.in bon.poſſ.ſer.l.1. & D.de ſuis & leg. l.1.in fin.& l.2.in prin.& d.§.hæreditas.& Inſtit.de leg.agn.ſucceſſ.in prin. & D.de ſucceſſ.edict. l.1.cum ſimilibus multis. facit D. vnde liberi.l.1.

SVMMAE.

1 *Solo animo aditur delata hereditas, ab homine libero, ſui iuris, compoſe mentis, maiore: ſciente mortuum eſſe teſtatorem, & ipſum teſtabilem fuiſſe, & ſe heredem eſſe inſtitutum purè, vel ſub conditione quæ extitit, & teſtamentum valere, vel ab inteſtato ſibi proximiori hereditatem deferri.*
2 *Heres adire non poteſt ex teſtamento in quo alium falſum commiſiſſe aſſeritur.*

3 *Heres adire non potest ex testamento, in quo testator præteriit posthumum qui est in utero.*

GLOSSA V.

IPsámque hæreditatẽ adiuit. 1 Hic † aduerte, quòd in adeunda hæreditate alicui delata, ex testamento vel ab intestato, licèt regulariter sufficiat solus animus adeuntis (vt l. si auia. C. de iur. delib. & l. gerit. D. de acquir. hæt.) tamen quædam alia sunt necessaria. de quibus plenè traditur per glo. & Bar. D. de acquir. hæred. l. is potest repudiare. Primum autem quod requiritur, est quòd ille qui vult adire sit homo liber, & non seruus. Item quòd sit sui iuris, & non in potestate patris. Item quòd sit compos mentis, & non furiosus. Item quòd sit maior XXV. annis, & non minor sub tutela vel cura alicuius constitutus. Item quòd sciat testatorem defunctum, nec de hoc dubitet. Item quòd hæreditas sit sibi delata. Item quòd sit certus an fuerit purè institutus, an sub conditione. Item si est institutus sub conditione, debet certus esse & scire quòd conditio sit impleta. Item debet scire quòd testator potuerit testari. Item hæreditas si deferatur ab intestato, debet esse certus quòd nullus eum præcedit in gradu. Item scire debet an hæreditas sibi deferatur ex testamento vel ab intestato. Item debet esse certus de viribus testamenti, in quo dicat se hæredem institutum.

2 Nam † si de eius viribus dubitet (vt quia dicatur testamentum falsum) tunc recurrendum est ad distinctionem Iurisconsulti traditam in l. cùm falsum. D. de acquir. hæred. cum similibus. Vbi sic distinguitur. aut allegatur quòd ipse hæres fecit ipsum testamentũ falsum, & tunc quia certus est de facto suo proprio, poterit adire. aut dicitur quod ab alio est falsificatum, & tunc non poterit adire. Quid si vna & eadem persona sit instituta in duobus testamentis eiusdem testatoris, an poterit adire? Dic quòd si dubitet an posterius testamentum falsum sit, non poterit adire. aliàs sic. vt in l. eum qui. in princ. D. de acquir. hæred.

3 Item † debet esse certus quòd vxor testatoris non sit prægnans. nam si prægnans esset, nec foret institutus posthumus nasciturus, sed præteritus, posset rumpere testamentum. Ideóque non poterit interim antequam nascatur, hæres institutus adire hæreditatem, nisi ipse hæres esset de liberis. vt hęc habentur in l. cùm quidam. §. quod dicitur. & §. fuum hæredem. D. de acquir. hær. quod nota.

GLOSSA VI.

QVare cùm prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper debet attendi. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Incerta pars hereditatis petitæ, cùm coheredes sunt adhuc in ventre.*

GLOSSA VII.

ET restituendum eidem Mæsio dictam hæreditatem. Hic nota quòd ipse erat solus hęres, ideóque integram hæreditatem petebat. Si verò habuisset alios coheredes, tunc necessarium fuisset in libello exprimere quam partem peteret, an tertiam vel quartam. vt in l. in princ.

princ.& §.1. D.ſi pars hæredi.petat.
1 Niſi † cohæredes eſſent adhuc in ventre, ſic quòd incertum ſit quot naſci poſſint. nam tunc admittitur petitio incertæ partis ipſius hæreditatis. vt d.l.1.in fin. & l. antiqui.D.ſi pars hæred.petat. & l. cùm quidam. D. de acquir.hæred. Sequitur in litera.

SVMMAS.

1 *Inteſtati verbum quandoque latiùs, quandoque angustiùs accipitur.*
2 *In ſtatutis inteſtati verbum debet accipi in propria ſignificatione, quæ reſpicit teſtabilem duntaxat.*

GLOSSA VIII.

Simul cum fructibus. Nota qualiter teneatur poſſeſſor, hereditatis petitione conuentus, pro fructibus hæreditatis. vt plenè notatur ſuprà in libello præcedenti, & traditur in l.item veniunt. §. fructus. & l.ſed ſi lege.§ fructus. D.de peti. hæred.

Poſt prædicta formo talē quæſtionem. nam cùm hic tractetur de ſucceſſionibus quæ deferuntur ab inteſtato, videamus quando quis dicatur inteſtatus deceſſiſſe. 1 Et † reſponderur quòd largè intelligendo quilibet maior vel impubes, qui non fecit vel facere non potuit teſtamentum, de iure vel de facto, intelligitur deceſſiſſe inteſtatus. Sed propriè & ſtrictè intelligendo non dicitur inteſtatus, niſi ille qui de iure poteſt facere teſtamentum & non facit. vt hæc probantur & notantur per Doct. in l. 1 in prin.D.de ſuis & legit. 2 Per † quod ſequitur quòd ſi verbum inteſtatus vel ab inteſtato proferatur in aliquo ſtatuto, quòd ſolùm comprehenderetur perſona habilis de iure ad teſtandum, & non impubes, vel alia perſona à iure prohibita teſtari: niſi conſuetudo patriæ aliter interpretata eſſet ipſum verbum ab inteſtato. quia tunc comprehenderentur omnes, ſecundùm Bartolum. vt per eum notatur in d.l.1.in princ. Quæ faciunt ad multas quæſtiones, de quibus ibi notatur. Cætera quæ ſequuntur declara, vt dictum eſt, & ſcriptum in primo libello.

FORMA LIBELLI quo agitur ex ſubſtitutione.

TITVLVS L.

CORAM vobis Domino Vicario domini Poteſtatis Papiæ, agit & in iure proponit Iacobus de Ferrariis, contra & aduerſus Zanellum de Scaphenatis, & quamlibet aliam perſonam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparētem, non per viam ſolennis libelli, ſed qualisqualis petitionis & ſimplicis facti narrationis.

I. Dicens & proponens idem Iacobus quòd quondã dominus Petrus de Ferrariis eius patruus suum postremum condidit testamentũ, in quo ipsum Iacobum, Franciscum, & Bernardum, omnes fratres, æquis portionibus hæredes instituit, & eosdem inuicem substituit, vulgariter, & pupillariter, breuiloquè, & exemplariè, compendiosè, & per fideicommissum. Ea conditione apposita, quòd si quis eorum quandocunque decesserit sine liberis, ex suo corpore & legitimo matrimonio procreatis, quòd tunc ille vel illi qui ex eis superuiuerent, ipsi sic decedenti succederent: prout serioſiùs in dicto testamento continetur (ad quod relatio habeatur) tradito & rogato per Bartholomeum Tonsum Papiensem notarium, anno, mense, & die in eo contentis.

II. Insuper dicit & proponit Iacobus antedictus, quòd supraſcriptus Bernardus eius frater iam tribus annis elapſis decessit, adita per ipsum hæreditate prædicta, nullis ex eo superstitibus liberis.

III. Et per eundem Bernardum condito testamento. in quo præfatum Zanellum sibi hæredem instituit.

IIII. Qui Zanellus ipsam hæreditatem dicti quondam Bernardi adiuit & apprehendit, apprehensámque & occupatam detinuit, & hodie detinet indebitè & iniustè.

V. Amplius dicit & proponit dictus Iacobus, quòd per mortem dicti quondam Bernardi, vt prædicitur sine liberis defuncti, eius hæreditas & bona, virtute dicti fideicommissi seu substitutionis prædictæ, peruenerunt & deuoluta sunt, ad dictum Iacobum & Franciscum nunc superstites, æqualibus portionibus, & hodie ad eos spectant & pertinent.

VI. Quamuis præscriptus Zanellus ab eisdem fratribus sæpius requisitus, dictam hæreditatem & bona hæreditaria per ipsum indebitè occupata restituere & relaxare denegauerit & denegat, ac præsentialiter reculat in debitè & iniustè.

Quare, cùm prædicta vera sint, petit & requirit dictus Iacobus, quatenus omni modo, via, iure, forma & causa, quibus

ſa, quibus meliùs fieri poteſt, per veſtram diffinitiuã ſententiam pronuncietis & declaretis dictam hæreditatem, réſque & bona hæreditaria, dicti quondam Bernardi, ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac ſpectare & pertinere, ex cauſa ante dicta, pro parte dimidia ipſi Iacobo, & ad ipſam dimidiam hæreditatem prædictam relaxandam & dimittendam ipſi Iacobo præfatum Zanellum per dictam veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis: ſimul cũ fructibus tam per ipſum Zanellum perçeptis, quàm qui percipi potuerunt à tempore mortis citra dicti quondam Bernardi, necnon in reliquis damnis, intereſſe, & expenſis factis & paſſis per dictum Iacobum. & de futuris proteſtatur.

Deducendo in præſenti iudicio omne ius ſuum, &c. Saluo iure addendi, &c.

SVMMAE.

1 *Directarum ſubſtitutionum quinque ſpecies, unica obliqua, nempe fideicommiſſaria.*

2 *Directæ dicuntur, quia ſolius ſubſtituti factum requiritur, ſua authoritate capientis*

GLOSSA I.

Coram vobis. Quia huius libelli materia ſub aureo & quotidiano ſubſtitutionum tractatu eſt fundata, duxi pro rudium informatione aliqua prolixius pertractare.

1 Sciendum † eſt itaque pro euidentia, quòd ſubſtitucionum genera duo ſunt, quædam enim ſunt ſubſtitutiones directæ, quædã obliquæ.

Earum autem quæ directæ ſunt quinque ſunt ſpecies, nam quædam eſt ſubſtituto vulgaris, alia pupillaris, alia breuiloqua ſeu reciproca, alia exemplaris, & alia compendioſa. De obliquis facile & breue iudicium eſt, quia vnica ſola reperitur in iure, quę fideicommiſſaria appellatur. Et nota quòd ſicut iſtæ ſubſtitutiones diuerſa habent nomina, ſic etiam habent diuerſos effectus, vt inferius apparet.

2 Appellãtur † autem hæ ſubſtitutiones directæ, quia in eis non requiritur factum alterius, niſi ſolius ſubſtituti ſua authoritate capientis ipſa bona ex cauſa ſubſtitutionis. Hæc ſicut in libertate directa, quam recta via conſequitur ſeruus ſine miniſterio alterius, putà ſi teſtator ſeruo ſuo legauerit libertatem vel eundem hæredem inſtituerit, vt traditur in l. generaliter. §. 1. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſtit. & l. ſed ſi in conditione. §. 1. D. de hæred. inſtit. & D. de manumiſſ. per totum. In fideicommiſſaria autem libertate, quæ eſt in directa, ſer-

uus libertatem accipit de manu alterius, videlicet hæredis. de qua loquitur D. de fideic. lib. per totum. Et eodem modo dicimus in fideicommissaria substitutione, ad quã pervenitur intervenientе restitutione, & sic facto hæredis scripti. de qua loquitur totus titulus D. & C. ad Trebellian.

SVMMAR.

1 *Nihil refert an per nomen an per aduerbium substitutio concipiatur.*

2 *Vulgaris ita concipitur, Caium instituo, Si heres non erit Publium substituo.*

3 *Omnis substitutus dicitur conditionaliter institutus.*

4 *Vulgaris dicta, quia à quolibet cuilibet fieri possit & soleat.*

5 *Vulgaris locus est, cùm institutus non vult aut non potest esse heres.*

6 *Non posse intelligitur, cùm nec ipse heres esse, nec alium facere potest.*

7 *Substitutus in casum. Si heres esse noluerit, intelligitur substitutus & in alium casum. Si nõ potuerit.*

8 *Substitutus vulgaris alium facit heredem transmissione iuris deliberandi.*

9 *Fideicommissarius præfertur vulgari substituto, herede repudiante, nisi à substituta fideicommissum repetitum sit.*

10 *Triplex substitutio vulgaris, expressa, tacita, mixta.*

11 *Vulgaris finitur adita hereditate ab instituto.*

12 *Vulgaris tacita contenta in expressa pupillari, si viuo testatore pupillaris fiat inutilis, quia facta extraneo vel maiori, remanet tamen firma Secus si pupillaris finiatur per emancipationem.*

13 *Vulgaris tacita contenta in pupillari expressa, non finitur mortuo pupillo in vita testatoris: nisi testator diu vixerit post pupillum.*

14 *Lex non succurrit testatori, qui sibi potest prouidere.*

15 *Vulgaris tacita contenta in expressa pupillari, non finitur pupillo facto pubere post mortem testatoris, nisi facta fuit cum limitatione temporis, vt si decesserit infrà pupillarem ætatem.*

16 *Vulgaris tacita contenta in pupillari expressa, non finitur nõ nato posthumo post mortem testatoris Nisi spes nati tis defecisset viuo testatore, ipso posthumo nato deinde mortuo vel per longum tempus non nato.*

17 *Quinque effectus substitutionis vulgaris.*

18 *Vulgaris qua vnus continuatim substituitur pluribus institutis, vnius aditione expirat. Secus si substituitur diuisim.*

19 *Impetrata restitutione in integ-*

rum

grum aduerſus repudiationẽ, reſtauratur vulgaris, iure ciuili & prætorio.

20 *Vulgaris non expirat per exiſtẽtiam ſui heredis.*

21 *Subſtitutio vulgaris expirat per additionem, qua fit ſiue de iure prætorio, ſiue de iure ciuili.*

GLOSSA II

Subſtituit vulgariter. 1 Iſtud † eſt nomen aduerbialiter prolatum, & alia ſequentia: ſed nil refert an nominaliter vel aduerbialiter proferatur, ſecundùm Bartol. & Doct. magis enim attẽdi debet intentio & mẽs teſtatoris, quàm figura verborum. vt l. nõ figura. D. de act. & ob. & l. 3. in fi. C. de lib. præte.

Pro huius itaque vulgaris ſubſtitutionis doctri. quæritur de pluribus. 2 Primò † de eius forma. vbi reſpondetur, quòd communis & à iure introducta forma talis eſt: *Inſtituo mihi hæredem Caium: & ſi hæres meus erit Publium ſubſtituo.* vt habetur Inſtit. de vulg. ſubſtit. in prin. & D. de vulg. & pup. l. 1. in princ. Ex quibus patet quòd hæc ſubſtitutio per verba negatiua eſt conditionaliter prolata. 3 Patet † etiã quòd vulgariter ſubſtitutus dicitur conditionaliter inſtitutus. & idem eſt in omni alia ſubſtitutione. vt inquit gloſſa in l. qui liberis, in prin. D. de vulg. & pup.

4 Secundò quæritur, quare appelletur hoc nomine Vulgaris? Reſpondeo, (ſecundùm omnes Doct.) quia vulgus ea vtitur, & quilibet popularis in ſuo teſtamento & quia cuicunque fieri poteſt.

5 Tertiò † quæritur, quando huic ſubſtitutioni ſit locus? Dic quòd tunc cùm hæres ſcriptus non eſt hæres, vel quia non vult, vel quia non poteſt, vt in l. cùm proponas. C. de hær. inſtit. 6 Non † poſſe autem intelligitur, vel per ſe ipſum, vel per alium facto eius. vt d. l. cùm proponas. & Inſtit. de vulg. ſubſtit. §. fin. 7 Vide, † ſecundùm Bartolum, ſi teſtator vnum ſolum caſum in ſubſtitutione expreſſit, puta. *Si hæres eſſe noluerit*, tamen dic quòd in ea includitur alius caſus, videlicet, *Si hæres eſſe non poterit.* quod videtur probari in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. D. de lib. & poſth. nam paria ſunt nolle, & non poſſe. vt l. mulier. D. ad Trebel. & l. 1 §. vſus. D. de proc. fallit in caſu l. Iulianus. D. ſi quis om. cauſa teſt.

8 Sed † quid ſi hæres poſt mortem teſtatoris, & ante aditam hæreditatem deceſſerit, vt aliquando contingit tempore epidimiæ, vel magnæ mortalitatis, infra tempus delibetandi, quod eſt annus à tempore mortis teſtatoris, an ſubſtitutus vulgariter præferatur in ſucceſſione, excludendo hæredem hæredis? Dic quòd non: imò hæres hæredis, ſi voluerit eſſe hæres, excludet ipſum ſubſtitutum. & ratio huius, quia hæres defuncti alium facit hæredem miniſterio ſui, quod ſufficit ad excludendum alium ſubſtitutum. vt dictum eſt per d. l. cùm proponas. cum ſi. ſecundùm Bartolũ. Pro qua deciſione facit l. pater. &

quod ibi notatur. D. de hæ. inst. & l. 1. C. de his qui ante aper. tab. ibi *alios que*, &c. & l. si quis filium, 2. respon. D. de acqui. hær. & notata per glos sam in l. sed si pso dote. §. 1. D. de leg. præst. & ibi notata per Bartol. & plenius per eum in d. l. 1. in prin. D. de vulg. & pup. Facit ad prædicta, quod in simili dicitur de hærede indigno, cui fiscus succedit excluso eius vulgari substituto. vt notatur per gloss. in l. si sequens. in prin. D. ad Silani. & in l. in seruitute. §. ei qui. D. de bon. lib.

9 Postea † quæro de quæstione quæ de facto contingit. ecce quòd testator filio suo duos substitutos dedit, vnum vulgariter, alium per fideicom. institutus repudiat hæreditatem, modò vulgariter substitutus vult adire, substitutus autem per fideicommissum vult cõpellere hæredem scriptum adire, & sibi hæreditatem restituere. per l. cogi. cum si. D. ad Treb. quæritur quis eorum substitutorum præferendus si? Dicit Bartol. in d. l. 1. sic debere distingui. Aut fideicommissum fuit à substituto repetitum, & tunc præfertur vulgariter substitutus fideicommissario. vt l. si patroni. §. fin D. ad Treb. Aut non fuit à substituto repetitum, & tunc præfertur fideicommissarius. vt l. non iustam. C. ad Treb. & l. facta. §. Iulianus & l. recusare. §. Titius. D. ad Trebellian.

10 Vlterius † quæritur, quotuplex est substitutio vulgaris? Dicunt communiter glossa & doct. quòd est duplex, videlicet tacita & expressa: vt notat Azo in sum. eo. ti. & gl. Inst. de pup. subst. in prin. Alij addunt tertiam speciem, videlicet quòd quædam est partim tacita, & partim expressa. vt notat Bar. d. l. 1. D. de vulg. & pup. Est autem expressa illa quæ concipitur sub illa forma, de qua suprà dictum est. Tacita verò est quę includitur in expressa pupillari. vt in l. iã hoc iure, in principi. D. de vulg. & pup. cum si. vel in expressa reciproca, vt l. Lucius. D. eo. tit. & l. quãuis. C. de impu. & al. sub. vel in alia substitutiõe. Illa autem est partim expressa, & partim tacita, quę in sui forma vnũ casum exprimit & alium tacitè includit.

11 Deinde † quęritur, quando hęc substitutio finiatur? Dic adita hęreditate per scriptum hæredem. vt in l. post aditã. C. de impu. & al. sub. & in l. si mater. in fi. D. de vulg. & pup. & in l. cùm in testamento, 2. respon. D. de hęt. inst. siue sit tacita, siue expressa.

12 Dubitari † tamẽ in tacita vulgari cõsueuit, quæ cõtinetur in expressa pupillari, an sublata pupillari vel extincta, expiret & finiatur substitutio vulgaris in ea cõtenta? 13 In † quaquæstione cõclusiuè sic puto cõsiderãdum, & pariter distinguendũ colligẽdo plura sparsim à doct. tradita. Aliquãdo substitutio pupillaris annullatur in vita testatoris. aliquãdo post mortẽ testatoris. Primo casu aduertẽdum est quòd hęc annullario potest contingere diuersis modis. Vno modo, quia fuit facta hęc substitutio extraneo, vel maiori, vel à matre, vel ab eo qui non habet in pote state. quibus casibus est inutilis ipsa substitutio pupillaris. vt l. si mater. D. de vulg. & pupil. & in §. extraneo. Inst. eo. ti. Alio modo vitiatur, quia pupillus ipse factus est maior, vel quia decessit viuo testatore,

teſtatore, aut quia emãcipatus fuit. quibus caſibus etiam redditur nulla ipſa pupillaris ſubſtitutio, vt infra notabitur in materia pupillari. Si quidem ipſa ſubſtitutio pupillaris redditur inutilis, quia facta ſit extraneo. vel maiori, tunc (ſecundùm Guil. de Cu. cuius opinionem approbat Bar. in d.l.i. in prin. in vlt. quæſt.) talis ſubſtitutio in ſe continet vulgarem, nec propter vitium pupillaris inficitur vulgaris, quia vitiato expreſſo remanet firmum tacitum in eo contentum. vt in l.i. §.i. D. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. & quia vbi peccatur in materia, ſi non valet vt agitur, valet vt valere poteſt. vt in l.ſi vnus. §. ſi acceptilatio. D. de pact. & probatur per l. ſi fideiuſſor. D. de leg.i. & per l. fin. C. de hæred. inſtitu. nec huic repugnat gloſſa in d. §. extraneo. per quam Raynaldus voluit tenere contrariũ, quia eſt falſa, ſecundùm eos. Si verò hæc pupillaris ſubſtitutio finitur per emancipationem, tunc (ſecundùm Guil. Ray. & Barto. vbi ſuprà. verſ. item quæro quid ſi pater) extinguitur tacita vulgaris, quia illa conditio quæ eſt in pupillari, videlicet, *Si in poteſtate permanſerit*, ſicut vitiat ipſam pupillarem, ita & ipſam vulgarem. arg. in l. ſi mulieri & Titio. D. de condi. & dem. & quia vniformiter circa vtramque debet operari. vt in l. ſi legatarius. in fi. D. de leg. 2. & imputet ſibi teſtator, ſi ſibi non prouidit poſtquam in facto ſuo hoc contingit. arg. in l. tractabitur. D. de teſtam. mil. cum ſimilibus.

15 Vbi † verò hæc ſubſtitutio pupillaris finitur per mortem pupilli in vita teſtatoris, tunc non extinguitur vulgaris, ideóque vulgariter ſubſtitutus ad hæreditatem admittitur. vt determinat gloſſa 16. in l. lex Cornelia. D. de vulg. & pupil. quæ eſt ſuper verbo *non exiſtant*. & alia gloſſa ſimilis, poſita in l. ſi pater. D. eod. tit. quam opinionem ſequitur Guillermus.

Sed Dynus tenet contrarium per l. quod ſi filius. D. de caſtren. pec. ibi, *nihil*. &c. & ſequitur Cyn. in l. precibus. Pro quorum opinione facit, quia ſi extinguitur per emancipationẽ, vt proximè dictum eſt, cur non ſic per eius mortem, cùm eadem ſit ratio vtroque caſu? Bartolus verò in d.l.i. in verſic. vlterius quæro pupillus, pro concordia ſic diſtinguit. Aliquando pupillus, viuo patre moritur ciuiliter, quia ab hoſtibus capitur, & poſt mortem patris moritur naturaliter, & tunc firma remanet tacita vulgaris, & ſubſtitutus admittitur, & ita procedit quod habetur in d.l. lex Cornelia. Ratio, quia patre viuo adhuc durabit ſpes pupillaris ſubſtitutionis. vnde non poteſt patri imputari cur teſtamentum non mutauerit. Aut filius patre viuo deceſſit, & poſt illum pater etiam immediatè, ita quòd non habuit tempus mutandi teſtamentum. & idem quod ſuprà, quia cùm inſtitutus veniat ex tacita vulgari, præſumptio eſt quòd eum inſtituiſſet ſi viciſſet. ſic loquitur l. ſi pater. cum gloſſ. Aut pater deceſſit ex interuallo, ita quòd habuit poteſtatem mutandi teſtamentum, & ſic repellitur ſubſtitutus. 14 Nam† cùm potuit pater ſibi prouidere, & non fecit, lex non ſuccurrit ſibi. arg. in d.l. tractabitur. D. de teſtam. mil. & l.3. C. de inoffi. teſta. & ita procedit opinio Dyni, in dicta l. prima, §.

quòd si filius.

15 Venio † ad secundum articulum principalem qui est quando pupillaris substitutio annullatur post mortem defuncti testatoris. quod quidem potest contingere dupliciter. vno modo quando pupillus effectus est maior, alio modo quando pupillus posthumus non est natus. Si quidem annulletur propter pubertatem superuenientem, tunc, secundùm glo. in l. lex Cornelia. D. de vulga. & pupil. super ver. *ad agnatum*, non extinguitur vulgaris hæc tacita, & per hoc substitutus vulgariter admittitur. Alii (vt Dynus, Iacobus & Raynerius) tenent contrarium per l. qui habebat. D. de vulga. & pupil. & l. si fundum per fideicommissum. §. fina. cum l. seq. D. de leg. 1. quam opinionem etiam sequitur glossa Instit. eod. tit. in gl. magna. Sed Bartolus in d. l. 1. ver. quæro quid si ille, distinguit. aut pupillaris substitutio facta fuit cum limitatione temporis, puta, *Si decesserit infrà pupillarem ætatem*. & tunc finitur vulgaris & pupillaris, quia voluntas defuncti non fuit prouidere vltra illud tempus. arg. D. de vulg. & pupil. l. si ita quis. & l. si plures. in prin. quo casu procedit opinio Dyni & sequacium. Nisi fortè quis diceret, quòd cùm vulgaris sit inducta ad prouisionem testatoris, cùm per eam ipsi succedatur, non videtur ab hac prouisione recessisse, prouidendo filio ex substitutione pupillari. Aut fuit facta sine temporis præfinitione, vt quia dixit, *Quisquis mihi hæres erit, & filio meo hæres esto*, tunc licèt pupillaris expiret aduenientè pubertate (vt D. de vulg. & pup. l. in pupillari & l. centurio) tamen durabit vulgaris, & sic hoc casu substitutus admittatur. vt l. fina. C. de hæred. instit.

16 Vbi † autem hæc pupillaris substitutio deficit, quia pupillus posthumus non est natus, qui sperabatur nasci tunc, secundùm glossam, remanet firma substitutio vulgaris, & substitutus admittitur. vt notatur in l. pen. D. de ven. insp. & facit l. fin. C. de instit. & substit. Alii dicunt contra, nisi fit cohæres, cuius additione confirmatur vulgaris. Bartolus in l. 1. vers. ité quæro, distinguit an spes natiuitatis posthumi deficit post mortem testatoris, vel ante per tempus modicum, & tunc durat vulgaris, & admittitur substitutus. & sic procedit opinio glo. in d. l. pe. Aut deficit, quia decessit, vel natus non est per longum tempus anteriorem testatoris mortem, & tunc expirat vulgaris, & repellitur substitutus, vt suprà dictum est in alio casu. Et ex præmissis habes quando testamentum potest incipere à tacita vulgari, & quando non. de quo per glo. in l. apud Iulianum §. idem Iulianus & l. ita tamen. §. à parte. D. ad Trebel. & plenè per Bar. vbi suprà, vers. quæro an testamentum. Ad tollendum ergo prædicta dubia, & ad faciendum rem claram debet prudens notarius exprimere specialiter, & expressè omnes species substitutionum, & vti verbis hic appositis, dicens quòd talem substituo vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum. quid ergo si substituit simpliciter per fideicommissum, an ex tacita vulgari, vel fideicommissaria, vel compendiosa contenta admittatur substitutas? Dic

tus? Dic vt infrà in materia compendioſe, verſ. proinde quæro. & vide Cyn. in l. precibus, facit quod habetur in l. Thays. §. pen. D. de fideicom. lib. & in l. 1. §. pro ſecundo. C. de cad. tol.

17 Quæritur † vltra quot ſunt effectus ſubſtitutionis vulgaris? Dic quòd quinque. Primus eſt in homine ſui iuris hærede ſcripto, quia intelligitur, *ſi hæres non erit, vel mortuus non ſtatu hæres eſſe non poſſit, vel alium ſibi hæredem non fecerit.* In homine autem alieni iuris intelligitur, *ſi hæres non erit, vel alium non fecerit.* vt Inſtit. de vulg. ſubſt. in fi. & l. cùm proponas. C. de hæred. inſtit. Secundus eſt effectus, quia teſtamentum poteſt vires aſſumere ab iſto ſecundo gradu, videlicet ab ipſa vulgari. vt l. 3. in fi. D. de liber. & poſthu. Tertius eſt effectus, quia iſta vulgaris expreſſa ſi fiat pupillo, continet tacitam pupillarem, vt l. iam hoc iure. in prin. D. de vulg. & pupil. Quartus eſt effectus, quia per eam defuncto ſuccedituꝛ, & non hæredi ſcripto. vt Inſtit. de vulg. ſubſti. in princip. Quintus effectus eſt, quia facit de ſuo neceſſario hæredem voluntarium. vt in l. ſi filius hæres. D. de liber. & poſth. & l. Papinianus. §. quarta autem. D. de inoffic. teſtam.

18 Modò † quæro circa prædicta. Pone quòd plures ſunt hæredes inſtituti, quibus omnibus vous ſolus eſt vulgariter ſubſtitutus, an per aditionem hæreditatis factam ab vno euaneſcat ſubſtitutio quò ad alium, ſeu ad alios? Diſtingue breuiter, ſecundùm Doctores vbi ſuprà, hoc modo. Aut ſubſtitutio reſpicit omnes cohæredes coniunctim, verbi gratia, dixit teſtator, *ſi Titius & Caius hæredes non erunt*, vel, *ſi neque Titius neque Caius hæredes erunt, Sempronium ſubſtituo*, & ſimilia, tunc additione facta ab vno, expirat ſubſtitutio, quòd ad alios. ratio eſt, quia requiritur defectus additionis copulatiuè in perſona vtriuſque. vt probatur in l. quidam teſtamento. D. de vulg. & pupil. l. quamuis. C. de impub. & alijs ſubſti. & notatis per glo. Inſtit. de vulg. ſubſti. §. ſi inſtituto. Aut ſubſtitutio reſpicit omnes diuiſim & ſeparatim. verbi gratia, ſi teſtator dixit, *Caio hæredi meo ſubſtituo Sempronium, & Titio hæredi meo ſubſtituo eundem Sempronium*, vel ſimilia. & tunc per additionem vnius non expirat ſubſtitutio quò ad alios. vt D. de iniuſto rup. & irrito teſtam. l. pen. & D. de vulg. & pupil. l. duobus. §. filius. & l. cum ex filio. §. fin. & l. cohæredi. §. cohæres. D. eo. ti. cum ſimi.

19 Inde † quæritur, pone quòd facta additione ipſe hæres impetrauit contra ipſum in integrum reſtitutionem, (quod fieri poteſt. vt C. ſi mi. ſe ab hæred. abſti. l. 1. cum ſi mulibus ibi notatis) an hæc ſubſtitutio vulgaris extincta per additionem reſtaurabitur per hanc in integrum reſtitutionem? Dic breuiter quòd ſic. per textum in l. & ſi fine. §. ſed quod Papinianus. D. de minor. & l. 2. §. interdum. D. de vulg. & pupil. & l. ex contractu. D. de reg. iur. & notata per Cy. in l. poſt aditam. & per Bar. in d. l. 1. de vul. & pupil. Sed an iſte ſubſtitutus, cuius ſubſtitutio reſtaurata eſt per talem reſtitutionem, admittatur de iure ciuili vel prætorio, ampla eſt inter Doct. diſputatio. nam Vltramontani (quorum opinionem ſequitur Cy. in l. q ſe patrit. C. vnde lib.) tenẽt quòd ſolùm admittatur de iure prætorio

ficque habebit solum annum ad bonorum possessionem petendam. vt probatur in l.1.§.interdum.D. de vulg.& pup. Sed Bartolus vbi suprà, tenet quòd vtroque iure tam ciuili quàm prætorio admittatur.per textum in l.1 §.si quis adita. D.ad Tert. & ibi de hoc per eum.& per consequens adire poterit vsque ad xxx annos.facit l.fin.D.de succedi.

20 Item † quæritur nunquid existentia sui hæredis, sicut confirmat tabulas pupillares (vt l.ti filius qui patri.D de vulg.& pupil. & D. de acquiren.hæred.l.filius.& l.Iulianus) ita etiam annullet & confirmet ipsam substitutionem vulgarē? Dicit Bartolus in. d. l. 1. quòd non. quia ad hoc, vt substitutio vulgaris expiret,requiritur vera hominis aditio & expressa, nec sufficit ficta vel præsumpta. Et hoc modo debet intelligi d. l. post aditam. quod est multùm notandum.

21 Vltra † quæritur, si hæres institutus non potest esse hæres de iure ciuili, sed solùm de iure prætorio (vt in casibus notatis per gl.& doct. in l.si.C. Vnde legi.)an per additionē factam de iure prætorio expirabit ipsa vulgaris substitutio? In qua quæstione licèt Bartolus valde dubitet, dicit tamen non improbabiliter sic posse distingui. Aut ius succedendi de iure prætorio traxit originem in vita testatoris. vt patet in l. posthumus.in prin. de iniusto rup.& irrito testam.& l. facta.§. si sub conditione. D.ad Treb.& tūc per additionem factam de iure prætorio finitur ipsa substitutio.vt probatur in l. in conditionibus.§. si patronus. D. de condit. & demonst. Quod quidem firmatur tali ratione, ille qui succedit de iure prætorio contra voluntatem defuncti, per bonorum possessionē contra tabulas, excludit successorem de iure ciuili.vt notatur per totum tit.D.de bon.poss.contra tab.ergo multò fortius succedens de iure prætorio secundùm voluntatem defuncti, excludet istum substitutum. Aut ius succedendi de iure prætorio traxit originem post mortem testatoris,verbi gratia, filius est prætertitus à primo gradu, & exhæredatus à secundo. primus gradus redditur nullus propter prætertitionem filii. Vnde fit locus secundo de iure ciuili,postquam filius prætertitus approbauit testamentum,quod facere potuit, per l. filio prætertito. D. de iniust.rup.& irrit.testa.Certè hoc casu institutus præfertur substituto. arg. in l.cùm in secundo. & quod ibi notatur.D. de iniusto.rup.& irrit.testamen.& l.si quis eum. §. 1. D. de acquiren.hæredi. Per quæ patet quòd approbatio filii non confirmat institutionem primi gradus in præiudicium substituti. cuius ratio est, quia ius fuit ipsi substituto quæsitum per ipsam prætertionem. vnde sequens approbatio non est potens ipsum ius quæsitum eidem auferre. vt in regula, Alteri per alterum.&c. Nec huic sententiæ habet refragari glossa in l.si quis.D. de vulg.& pup. quia,secundùm aliquos,illa glo.est falsa. Tu autem verius dic, omnem vulgariter substitutum per additionem cuiuscunque hæredis de iure ciuili vel prætorio penitus excludi. per textum in l.si duobus.§ si prius. D de contra tab. & ibi notata Bartoli. Pro qua opinione facit l. puberē. & quod ibi notatur. & l.suum hæredem.C.de iure delib.

SVM-

SVMMAE.

1 *Forma qua fit pupillaris substitutio.*
2 VIII *necessaria in pupillari, quorum vno deficiente ipsa corruit.*
3 *Naturalibus & legitimis, & legitimis tantùm qui sunt in potestate substitui pupillariter potest non naturalibus tantùm, nec spuriis, nec penitus extraneis.*
4 *Substitutio pupillaris facta extraneo in puberi resoluitur in fideicommissariam secundum si puberi.*
5 *Substitutio pupillaris est testamentum filii.*
6 *Puberi non potest substitui pupillariter, licèt statuto impediretur testari.*
7 *Impuberi emancipato non potest substitui pupillariter.*
8 *Substitutio pupillaris facta naturali tantùm, post mortem patris conualescit, si legitimatur principis authoritate.*
9 *Substitutio pupillaris facta in testamento imperfecto ex defectu testium (quod valet inter liberos) nō valet, nisi substitutus sit de liberis.*
10 *Substitutio pupillaris facta nepoti præterito, cuius pater erat emancipatus, valet.*
11 *Vitiato testamento primo ex causa exhæredationis vel præteritionis, substitutio pupillaris non vitiatur.*
12 *Valet substitutio pupillaris licèt hæreditas patris non fuerit adita.*
13 *Existentia sui hæredis habetur pro aditione, ideóque confirmat substitutionem pupillarem.*
14 *Substitutio pupillaris inualida vim habet fideicommissariæ.*
15 *Pupillaris habens vim fideicommissariæ non complectitur bona pupilli, sed testatoris tantùm.*
16 *Substitutio pupillaris non transit in hæredem substituti, sed eo mortuo finitur: at ius accrescendi transit.*
17 *Substitutio pupillaris finitur, si pupillus decedat in vita testatoris.*
18 *Pupillaris effectus sunt varij, puta vt contineat tacitam vulgarem.*
19 *Item vt substitutus fiat hæres pupillo, quandoque in omnibus bonis, quandoque in paternis tantùm, quandoque in pupillaribus tantùm.*
20 *Item vt substitutus fiat hæres suus & necessarius pupillo, adeò vt hæreditatem non aditam transmittat.*
21 *Item vt excludat matrem pupilli (cùm est expressa) etiam à legitima.*
22 *Tacita vulgaris inclusa in expressa pupillari excludit matrem pupilli non testatoris.*
23 *Si appareat testatorem voluisse omnino excludere matrem pupilli, tunc pupillaris tacita resoluitur in expressam.*
24 *Pupillaris tacita resoluitur in expressam, cū pupillo frater eius substitutus est.*
25 *Cùm mater testatoris substituta est pupillo, tacita pupillaris resoluitur in expressam.*
26 *Mater excluditur à successione filii pupilli per substitutum, si contra eius votum in vita sua se cauit.*
27 *Item si post mortem eius stuprum commisit. Baldus ait animam defuncti virum conqueri, cùm vxor alienos amplexus quærit.*

28 *Mater excluditur à successione filij impuberis defuncti (licèt ei esset substituta) si ei tutorem non petierit, antequam ipsa transiret ad secundas nuptias. Excipiuntur aliqui casus.*

29 *Pupillaris expressa ab auo facta excludit patrem, multo magis haec substitutio excludit fratrem pupilli.*

30 *Tacita pupillaris excludit matrem eo casu quo transit ad secundas nuptias, cum testator eam voluit priuari legato quātitatis annuæ, in eum casum.*

GLOSSA III.

PVpillariter. Hæc substitutio est secunda species inter directas substitutiones, quæ fit solùm pupillo. Ideóque pupillaris dicta est. vt Instit. de pup. substit. quæ in multis differt à præcedenti, vt inferiùs apparebit. 1 Forma† autem eius est talis, *si filius meus in pupillari ætate decesserit, Caium substituo.* vt probatur in l. 2. in princip. D. de vulg. & pup. & Instit. de pup. substit. in prin. De natura cuius pupillaris substitutionis tractant Bart. in dicta l. 2. in prin.

2 Vnde† pro ipsius declaratione quæritur quot sunt necessaria in substitutione pupillari? Dic conclusiuè quòd octo, secundum doct. & glo in d. l. 2. in prin. quorum vno deficiente penitus substitutio vitiatur. Primum quod requiritur, est quòd persona, cui fit substitutio, sit impubes. Secundum, quòd sit in potestate testatoris. Tertium, quòd sit de liberis eius. Quartum, quòd per mortem testatoris efficiatur sui iuris, nec reincidat in alterius potestatem. vt d. l. 2. in prin. & vers. planè. Quintum, quòd in vita testatoris non defierit esse in eius potestate. vt l. cohæredi. §. cùm filiæ. D. de vulg. & pupil. Sextum, quòd pater sibimpsi faciat testamentum. vt D. de vulg. & pup. l. 1. in fin. & d. l. 2. vers. quisquis. Septimum, quòd impubes sit institutus vel exhæredatus. vt d. l. 2. vers. sed si eos. & dicta l. 2. §. substituere. Octauum & vltimum requisitum est, quòd ipsius testatoris adeatur hæreditas, vt dicta l. 2. vers. adeo. vel pro adita hæreditate reputetur, vt infrà dicetur.

Nunc autem procedendum est ad declarationem separatim omnium prædictorum articulorum. Vnde circa primum de liberis quæro, quibus liberis possit pupillariter substitui.

3 Vbi† aduertendum quòd quidam sunt liberi naturales & legitimi, & his potest indubitanter substitui, cuiuscunque gradus fiat. vt d. l. 2. in princ. & l. si testamento. C. de impub. & aliis substit. & Instit. de pup. subst. in prin. Quidam sunt filii legitimi tantùm, vt filii adoptiui. & in his attenditur, an transeant in potestatem patris adoptiui an non. quod qualiter fiat traditur in l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. & Instit. eodem. §. 2. vt si transeant in potestatem, possit eis substitui, aliàs non. vt l. si arrogator. D. de adopt. & l. sed si plures. §. in arrogato. D. de vulg. & pup. & no. per glo. in d. l. 2. in prin. & vers. sed si extraneum. D. eod. tit. Quidam autē sunt liberi naturales tantùm, vt nati ex concubina. & istis non potest pupillariter substitui, quia non sunt in potestate testatoris. vt l. Lucius. D. de vulg. &

de vulg.& pup. & multò minùs poteſt ſubſtitui ſpuriis vel inceſtuoſis, cùm nec illi ſint in poteſtate. Quidam ſunt hæredes penitus extranei: & his non poteſt pupillariter ſubſtitui, vt verbis ſimilibus. D. de vulg. & pup. quia in eo deficiunt ſubſtantialia, de quibus ſupra.

4 Quid† igitur ſi teſtator eius nepotem ex filiæ vel ſorore in pupillari ætate conſtitutum ſibi hæredem inſtituerit, eíque pupillariter ſubſtituerit (vt plerunque accidit, vel ignorãtia teſtatoris vel notarii) an hac ſubſtitutio aliquid operabitur? Et dicunt glo. & Docto. in d.l. verbis. quòd ſic. quia operabitur iure fideicommiſſi, & ſic operabitur, vt reſoluatur in fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ne verba fruſtratoriè videantur appoſita, ſed operentur eo modo quo poſſunt. arg. in l. ſi quando. D. de leg. 1. Ita quòd ſi non valent vt agebatur, ſaltem valeant vt valere poſſint. vt traditur plenè per glo. & doct. in l. 1. §. eam qui. D. de conſtit. pecu. & per Cyn. in l. non codicillum. C. de teſtam. Si verò hęc pupillaris ſubſtitutio facta eſſet maiori extraneo, tunc non reſolueretur in fideicommiſſariam, ſecũdum doct. in dict. l. 2. quia duplex vitium concurrens in hoc, videlicet ætatis & patriæ poteſtatis, impedit hanc reſolutionem. pro qua ſententia facit l. Scæuola, & l. ex facto. in princ. D. ad Trebel.

Teneo ad ſecũdum articulum, qui eſt quòd requiritur, quòd is cui fit ſubſtitutio ſit impubes. & quæro de ratione huius. Reſpondeo, ratio eſt quia impubes teſtari nõ poteſt. vt l. qua ætate. D. de teſtam. Vnde lex huiuſmodi perſonis prouidere voluit, vt ille pater ſub cuius ſunt poteſtate, ipſis faciat teſtamentum.

5 Nam† pupillaris ſubſtitutio appellatur teſtamentum filii. vt d.l. 2. §. quiſquis. & §. interdum. & l. patris & filii. D. de vulg. & pup. & Inſt. de pupil. ſubſtit. §. 1. Et per hoc ſequitur & declaratur, quòd ideo non poteſt fieri puberi, quia ipſe poteſt per ſe teſtari. vt d.l. verbis. & l. in pupillari. & habetur in l. qua ætate. D. de teſtam. Et ſi diceretur, ergo hac ratione attenta, debet poſſe quilibet extraneus pupillo inſtituto pupillariter ſubſtituere. reſpõde quòd in hac ſubſtitutione lex magis confiſa eſt de patre, quàm de extraneo.

6 Sed† circa hoc occurrit dubium. pone quòd ſtatuto ciuitatis caueatur quòd pubes minor xxv annis non poſſit facere teſtamentũ, an pater eius poterit ſibi pupillariter ſubſtituere? Videtur quòd ſic, à paritate rationis: quia ſi poteſt ſubſtituere impuberi, quia non poteſt teſtari, ergo & iſti qui priuatur factione teſtamenti. Vnde cùm in vtroque ſit eadem ratio, & eadem iuris diſpoſitio eſſe debet. vt l. illud. D. ad legem Aquil. & l. quod dictum. D. de pact. & l. cùm tale. §. falſo. D. de condit. & demon. cum ſimilibus. Bartolus autem tenet contrarium, in dict. l. 2. & in dict. l. ex facto. D. de vulg. & pup. in princ. quia in pupillo non eſt ſola illa ratio, videlicet defectus ætatis, ſed etiam inhabilitas procreationis filiorum, quæ ratio ceſſat in maiore. An autem huic impuberi prohibito teſtari per ſtatutum poſſit ſubſtitui, ſicut prodigo & furioſo? Dic vt notatur per eum, in d. Lex facto.

7 Circa† tertium[a] substantiale, quod est, quòd impubes sit in potestate, quæro an iure nouissimo Authenticorum (quo exequata est patria potestas & emancipatio. vt in §. nullam. in Authent. de hære. ab intest.) sit necesse quòd impubes sit in potestate? Dicut doct. quòd sic. Nec obstat. d. §. nullam. quia loquitur in eo tantùm casu, quo locus est successioni ab intestato. hic autem loquitur cùm agitur de successione ex testamẽto, quo casu iura vetera remanẽt incorrecta. vt determinat glo. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. D. de lib. & posth. & in Auth. ex causa. C. de lib. præter. & C. de colla. l. si emancipati. Ex quibus patet quòd l. si mater. D. de vulg. adhuc etiam remanet incorrecta.

Sequitur etiam & aliud, videlicet quòd filio naturali tantùm, pater non potest etiam hodie substituere, vt dictũ est, pupillariter. 8 Quid† autem dices, si pater filio naturali pupillariter substituerit, qui post mortem patris fuit legitimatus per Principem vel Comitem (quod fieri potest. vt in Auth. item si quis & in corpore vnde sumitur. C. de natur. lib.) an reualescat hæc substitutio? Videtur quòd non. per regulam l. quod ab initio. D. de reg. iu. In contrarium determinat Bartol. in d. l. 2. cuius ratio est, quia legitimatio retrotrahitur. vt l. fi. D. de natal. restit. sicut dicitur in reuerso ab hostibus. vt l. lex Cornelia. D. de vulg. & pup. & l. pater. cum l. seq. D. de cap. & postli. reu. & l. illa institutio. §. 1. D. de hæred. instit. & sic non differt hoc casu ab aliis sui principio natis legitimis & naturalibus. vt in Auth. quib. mod. natur. effi. sui. §. illud. & §. bella.

9 Nunc† autem aliis pro nunc omissis articulis, capio illũ qui est, quòd pater ũbi debet facere testamẽtum. & quæro, si fecit testamẽtũ minùs solenne de iure communi, licèt sit solenne de iure speciali, vt puta cum duobus vel tribus testibus, (vt in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.) an tenebit pupillaris substitutio? Distingue. aut substitutus est de liberis, & tunc tenet: aut est extraneus, & non valet. per dictũ §. ex imperfecto. quod nota, quia multoties occurrit de facto. & sic tenet Bartol. vbi suprà.

10 Descendo† ad alium articulum, qui est quòd debet impubes esse institutus vel exheredatus, quia si esset præteritus testamentum esset nullum. d. l. 2. vers. sed si. & l. 1. de iniusto rup. & irri. testa. Et quæro, quid si facta fuerit substitutio nepoti præterito ex filio emancipato, an vitiabitur hæc substitutio? Dicit Bart. quòd non. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. D. de lib. & posth. & ibi per eum. in d. l. 2. coniuncta l. me minimus. C. de leg. hæred. Cuius ratio potest esse, quia hæc substitutio reperta est fauore filiorum, vt dictum est. ergo non debet in eorum læsionem retorqueri. vt l. quod fauore. C. de legib. & l. si iudex. D. de minor.

11 Vlterius† quæro, an vitiato paterno testamento & causa præteritionis vel exhæredationis, vitietur ipsa pupillaris substitutio? Dicunt doctor. quòd non. nisi pupillus cum tutoris sui authoritate appro-

a *Circa tertium.* Adde consil. Bald. consil. 376. in 4. parte, & Raphael Fulgo. consil. 62.

bauerit;

habuerit teſtamentum, quod fieri poteſt per l.filio præterito. D.de iniuſto rup.& irrit.teſtam. conuncta l. fi ad pupillos. D.de author.tut. Ex quo patet quòd Authent.ex cauſa, quæ dicit rumpi teſtamentum quò ad inſtitutionem, non habet locum in pupillari ſubſtitutione.vt ibi notatur per docto.

12 Venio † ad aliud neceſſariũ ad hanc ſubſtitutionem,quod eſt vt hæreditas patris adeatur. & quæro, quid ſi non fuerit adita,an hæc ſubſtitutio confirmetur per Authen. ex cauſa? Dicunt quidam quòd non, per l.ſi nemo.D.de teſtam. tut.Bartolus autem tenet contrarium, ſequendo opinionem communem. vt in l. 1.§. fin. in 4.opinione. D.de vulg. & pup.quæ opinio verior eſt.

13 Sed † an ſola exiſtentia ſui hæredis,ſine alia expreſſa aditione,cõfirmet tabulas pupillares? Dic breuiter,ſecundùm omnes, quòd ſic.in l.ſi pater.in princ. D. de priuil.credit. & tangitur in l. filius qui patri. D.de vulg.& pupil. Per quod ſequitur eorum quotidianum,quòd ſi pater habeat vnicum filium impuberem quem hæredem inſtituit,& eidem pupillariter ſubſtituit, quòd licèt ipſe pupillus deceſſerit non adita hæreditate per eum,quòd nihilominus ſubſtitutus pupillari ſubſtitutione admitteretur. de quo per Cy. in lege quidam eulogio. C. de iure delib. & per Bartol. in l. ſi filius. la. & lege ſi nemo. D. de teſtam.tut.

Quæro amplius, ſi hæc ſubſtitutio facta pupillo non tenet, vel ex defectu ipſius teſtatoris, vel ipſius pupilli,an valebit ſaltem iure fideicommiſſi? Dic(vt ſuprà dixi)quòd ſic.vt habetur & notatur in d. l.verbis ſimilibus.D. de vulg.& pup.& l. Scęcola.& l.ex facto. D.ad Treb.ciſſimi.ibus. 14 Effectus † autem huius inueſtigationis eſt,quia pupillaris ſubſtitutio trahitur tam ad bona teſtatoris quàm ad propria ipſius pupilli. vt in l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.D.de vulg.& pup.& in lege centurio.in prin. D.eod.tit.Sed ſubſtitutio fideicommiſſaria ſolùm trahitur ad bona teſtatoris. vt in d. l. centurio. verſic. 1. & l. cohæredi.§. cùm filiæ. in fin.D. de vulg.& pup.

15 Ex præmiſſis habes quibus modis pupillaris ſubſtitutio finiatur. 15 Alius † caſus eſt ſi ſubſtitutus prædecedat ipſi pupillo. vt in l.qui habebat.D.de vul.& pup.quia hæc pupillaris ſubſtitutio non tranſit in hæredem ſubſtituti, licèt ius accreſcendi tranſeat. vt l. qui pater. D.de acquir.hær.& l.qui liberis.§.ſi. & l.ſed ſi plures.in prin.D.de vul.& pup.& l.ſi ex plurib.D.de ſuis& leg.

16 Alius † eſt, ſi pupillus decedat in vita teſtatoris. vt l.apud Iulianum.§.idẽ Iulianus. D.ad Treb.facit l.quòd ſi filius. D.de caſtren. pec.cũ ſimil.ib⁹, & dixi ſuprà circa tacitam vulgarem.

Deinde quæritur,quis ſit effectus huius pupillaris ſubſtitutionis? Et breuiter dic quòd eſt multiplex. 17 Primus † eſt, quia in ſe cõtinet tacitam vulgaré, vt dictum eſt. & probatur in l. iam hoc iure. in prin. D. de vulg.& pup.cum ſimilibus.

18 Secundus † effectus quia per hanc ſubſtitutionẽ fit hæres ſubſtitutus pupillo. vt Inſt. de ſubſt.pup. in prin.& l.centurio.D.eod.titu.Sed in quibus bonis ſuccedat ſubſtitut⁹, an in bonis pupilli tantùm, vel etiã paternis? Diſtingue plenius.quàm ſuprà dixerim,ſecundùm doctores & Barto.vbi ſuprà. Aut hæc ſubſti-

tutio est facta filio legitimo tantū, vt puta adoptiuo, & tunc ei succeditur solùm in bonis sibi delatis à testatore. vt in l. si arrogator. D. de adop. & l. sed si plures §. in arrogato. D. de vulg. & pup. Aut est facta filio legitimo & naturali, & tunc succeditur in omnibus bonis sibi vndecunque delatis. d. l. sed si plures. §. ad substitutos. Licèt miles priuilegio militari possit hanc substitutionem restringere ad certa bona, vel sua tantùm, vel pupilli tantùm. vt d. §. ad substitutos. Et sic patet quòd quis potest grauari in rebus propriis, per viam substitutionis. quod est verum & speciale in substitutione directa pupillari. secus autem in fideicommissaria. vt l. cohæredi. §. cùm filiæ. D. de vulg. & pupil. & l. ex facto, in princ. & §. 1. D. ad Treb. nisi testator specialiter & expressè ipsum hæredem scriptū grauauerit de restituendo res proprias, & ipse hæres ex rebus hæreditatis tot fructus percipit, qui æqualeant rebus propriis. vt l. itatamē. §. Trebellianum. D. ad Treb. & lege cùm pater. §. Titio. D. de leg. 2. quo casu tenet & valet grauamē. vt ibi.

19 Tertius† effectus est, quòd testator potest illum facere hæredē, suum & necessarium pupillo, quem facere potest sibiipsi. vt d. l. si plures. §. quos possum. & l. 2. §. prius. in fin. D. de vulg. & pup. Et ex hoc sequitur, quòd mortuo pupillo, si substitutus decedat ante aditam hæreditatem (cùm sit suus & necessarius) transmittit ipsam hereditatem in eius hæredem. vt l. 1. C. de his qui ante aper. tab. quod nota, quia tempore epidimiæ potest contingere.

20 Quartus† effectus est, quòd hæc substitutio pupillaris expressa matrem pupilli ab eius hæreditate & à legitima in totum excludit. vt in c. si pater. in fi. ext. de testam. lib. vi. & in l. precibus. & ibi notata. C. de impub. & aliis subst. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. D. de inoff. testa. Tacita autē pupillaris ipsam non excludit. imò mater ipsa excludit eo casu substituti. vt in l. fi. C. de instit. & substit. notatis in d. l. precibus. in fin. Et idem dicit per omnia in auia pupilli, secūdùm Bart. arg. in l. nepotes. & l. vbi auiarū. C. de suis & legit. in Auth. matri & auię. in prin. C. quando ma. ta. offi. Pro quo facit l. 2. §. si mater. D. ad Tertyl. Sed hic quæritur de tali dubio. si filius non potest matrē excludere à sua legitima, ergo multò minus pater eius, quia qui nō potest per se, nec per aliū. Solutio, respōdetur per textū & glo. in d. c. si pater. & in d. §. sed nec impuberis. quòd hæc substitutio patris est testamentum cuius contrarium dictū est suprà, cùm dixerim, quòd est testamentū filii. sed potest sustineri quòd est testamentum patris quò ad quid. & quò ad aliud testamentum filii. vt notatur in l. patris & filii. D. de vulg. & pup.

21 Post† hæc quæritur[a], an tacita vulgaris contēta in expressa pupillari excludat matrem? Videtur quòd non, à paritate rationis. quia si tacita pupillaris non excludat eam,

a *Post hæc quæritur.* Adde Bart. in leg. 2. de vulg. & pup. Bart. in l. Sequola. ad Trebel. gl. Bar. & doc. in l. fi. de instit. & substitu. Bart. in d. l. 1. D. de vulg. & pupil. & per Old. consil. 29.

Secundò quæritur. de quibus adde Bart. in le. iam hoc iure. D. de vulg. & pup. Bald. in le. precibus. C. de impu.

ergo

ergo nec tacita vulgaris. In contrarium facit, quia non reperitur iure cautum, ergo non eſt dicendum. vt in Authentica. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. Item quia de ſeparatis non eſt recta illatio. vt l. Papinianus exhi. de minor. Bartolus in d.l.1. circa tertium effectum vulgaris dicit quòd contra matrem pupilli admittitur ipſa tacita vulgaris. & ſic ſubſtitutus vulgaris præfertur matri. & hoc modo intelligit Gloſſam in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. Sed contra matrem ipſius teſtatoris tacita vulgaris non admittitur. & ſic eo caſu ſubſtituto hæc mater præfertur, ſumpto argumẽto à patruate ratione, quę eſt in pupillari.

Patet ergo ex prædictis, quòd regulariter tacita pupillaris non admittitur contra matrem pupilli.

1 Quod † eſt verum, niſi de voluntate contraria teſtatoris appareat, ad quam probandã ſufficerent duo teſtes, quo caſu tacita reſolvitur in expreſſam. vt hæc habentur & notantur per Gloſſam & doctores in l. in teſtamento, in fin. C. de teſtam. milit. & in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit. facit l. hæredes palam. §. ſed etſi notam. D. de teſtam. & ſic eſt vnus caſus in quo tacita pupillaris matrem excludit.

23 Alius † caſus, videlicet quãdo frater ipſius pupilli eſt ſibi vulgariter ſeu aliter ſubſtitutus. quo caſu præſumptio eſt quòd teſtator filium prædilexerit ipſi matri, ideóque matrem excludit. arg. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtitut. & l. cùm auus. D. de condit. & demonſtrat. Quam opinionem tenet Gloſſa in d.l. precibus. & cõmuniter doctores in d. l. fin. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus.

24 Alius † caſus eſt, videlicet quando ipſi pupillo eſt ſubſtituta vulgariter mater teſtatoris. tunc enim mater pupilli per eam excluditur, quia præſumptum eſt in eadem ſubſtitutione tam expreſſa vulgari quàm tacita pupillari teſtatorem prædilexiſſe matrem ſuam eius vxori. arg. in Authentica defuncto. C. de ſuis & leg. hered. & l. 3. poſt prin. D. de leg. præſt.

25 Item † fallit quando ipſa mater pupilli peccauit contra eius virum teſtatorem in vita ſua. quo caſu ipſa mater excluditur, ſecundùm Bartolum, quia præſumitur teſtatorem alium ſubſtituendo ipſam odio habuiſſe, & ſic eam excludere voluiſſe arg. in l. 3. in fin. & l. ex parte. D. de adim. leg. & l. ſi inimicitiæ. D. de his quib. vt indig.

26 Idémque † dicendum (ſecundũ eum) etiãſi poſt mortẽ ituprum cõmiſit. arg. l. fideicõmiſſum. & quod ibi notatur. C. de fid eicommiſſ. Cui in hoc nõ conſentio, nam quomodo voluntas teſtantis põt extendi ad caſum inexcogitatum?

27 Item † excluditur ab hereditate pupilli, etiamſi expreſſè eſſet ſibi ſubſtituta, ſi ipſa mater peccauit in pupillũ, non petendo ſibi tutorẽ ante tranſitũ ad ſecunda vota. vt in l. 2. in fi. D. ad Tertyl. & in l. 1. §. pen. D. de contra tab. & l. omnes. C. ad Tertyl. & l. ſciant. C. de leg. her. Licèt in pluribus caſibus ab hac pœna excipiatur. vt notatur per Glo. in l. matres. C. ad Tertyl.

28 Deinde † quæritur an pupillaris expreſſa ſicut excludit matrem regulariter (& quandoq; caſualiter etiã tacita, vt dictũ eſt ſuprà) ita excludat patrẽ. Verbi gratia, auus ha-

bet filiũ emancipatũ, & ex eo nepotem in potestate retentũ, cui dedit substitutum pupillariter, & expressè. nunc moritur pupillus, an substitutus excludit patrem in legitima? Dicunt doctores quòd sic. secus autem esset in tacita pupillari. quia pater non excluditur, sicut nec mater sumpto argumento à paritate rationis & iurium supra allegatorũ. Quæ sententia cõfirmari potest per l. cũ accutissimi (in ratione fini) C. de fideicom. & l. generaliter. C. de iostit. & substit. & l. cũ auus. D. de condit. & demon. Rursum quæritur an hęc expressa pupillaris fratrem ipsius pupilli excludat? Dicit Bar. vbi supra & sic à fortiori ratione arg. legũ supra allegatarum.

29 Sed † pone notabilẽ quæstionẽ ecce quòd testator filio impuberi vulgariter tantũ substituit (in qua continetur tacita pupillaris, vt dictum est, quæ non admittitur contra matrẽ) & matri ipsius pupilli legauit x annua, donec vitam duxerit viduilẽ, quæ exinde ad secunda vòta transiuit. postea moritur pupillus, non adita hereditate, & in pupillari ætate, superstite eius matre pri⁹ ad secunda vota deducta & erãsita. ficque locus fit tacitè pupillari. quæritur an in successione ipsius pupilli mater præferatur substituto? Videtur quòd sic. quia tacita pupillaris non admittitur contra matrẽ, vt dictũ est. In contrarium denet minat Bar. vbi supra, dicens & sicut testator voluit ipsam priuari dicto legato annuo per transitum ac secunda vota, ita præsumptum est eã voluisse priuari in hunc casum prædicti successione. & sic erit alius casus, in quo tacita pupillaris admittitur contra matrem. quod nota.

SVMMAR.

1 *Breuiloqua vel Reciproca substitutio cur ita appelletur.*
2 *Qua forma fiat substitutio Breuiloqua seu Reciproca.*
3 *Reciproca substitutio fieri potest omnibus personis.*
4 *Nomen huius substitutionis est accidentale, continens in se alias substitutionum species.*
5 *Substitutio reciproca inter personas inæquales continet vulgarem tantùm, Nisi de voluntate testatoris aliter appareat.*
6 *Substitutio reciproca duobus impuberibus filiis exheredatis in testamento facta, continet duas pupillares tantùm. Sed si sint instituti, cõtinet duas vulgares, & duas pupillares. facta autẽ in codicillis cõtinet duas fideicommissarias tantùm.*
7 *Reciproca impuberibus filiis facta, cũ tempore adiectione, quandocunque decesserint, includit duas vulgares, totidémque pupillares & fideicommissarias.*
8 *Inæqualitas personarũ restringit numerũ & substantiã substitutionis.*
9 *Reciproca non complectitur pupillam inter duos impuberes, cũ illis tertius coheres pubes admittitur.*
10 *Inæqualitas superueniens inter impuberes reciprocè substitutos non tollit pupillarem, etiamsi superueniat viuo testatore, non tamen ei facto.*
11 *Reciproca inter inæquales personas æqualitate superueniente non consequitur ob id ampliores vires.*
12 *Furor & pupillaritas non faciunt parilitatem in personis.*
13 *Imparitas bonorum vel temporis non impedit pupillarem.*
14 *Furor facit æqualitatẽ in personis.*

15 *Recipro-*

15 *Reciproca quia comprehendit vulgarem, complectitur quoque tacitam pupillarem.*

16 *Pupillaris tacita contenta in reciproca pro expreſſa habetur.*

17 *Subſtitutio reciproca facta in codicillis, aut cum temporis extenſione, aut in defectum liberorum continet ſ. decommiſſariam.*

18 *Duo fratres ſubſtituti reciprocè fratris defuncti æqualiter admittuntur, licèt non ſint æqualiter ei coniuncti.*

19 *Subſtitutus ſuccedit tam per ſubſtitutionem quàm per ius accreſcendi.*

20 *Cùm omnes coheredes ſunt diſiuncti, portio deficiens accreſcit diſiunctis, per regulam, Ius noſtrum. D. de reguir.*

21 *Cùm omnes coheredes ſunt diſiuncti, portio deficiens accreſcit coheredi, etiam inuito, niſi beneficio ſpeciali defecit, vel malit coheres etiam ſuam portionem repudiare.*

22 *In portione deficiente coniuncti præferuntur cõiuncti diſiunctis in portione diſiunctis omnes æquè admittuntur.*

23 *Ius accreſcendi (at non ius ſubſtitutionis) ſequitur portionem hæreditariam, ad quemcunque deueniat.*

24 *Portio deficiens accreſcit pro portionibus hæreditariis.*

25 *Inter legatarium & heredem non eſt locus iuri accreſcendi, niſi cùm legatarius efficitur heres, quia inſtitutio facta fuerit quaſi caduca.*

26 *Quando portio deficiens accreſcat cum onere, vel ſine onere.*

27 *In ſucceſſione ab inteſtato locus eſt iuri accreſcendi, inter omnes pares gradu & coniunctione, & inter diſpares gradu, cùm ius repræſentationis facit inferiores pares.*

28 *Altero parente frater, æquè ſuccedit æque frater vtroque parente, quod attinet ad ius accreſcendi.*

29 *Inter legatarios re & verbis diſiunctos non eſt locus iuri accreſcendi.*

30 *Qui dicantur coniuncti re & verbis, verbis tantùm, & re tantùm.*

31 *Inter coniunctos re & verbis locus eſt iuri accreſcendi ſi velim.*

32 *Inter coniunctos verbis tantùm, qui re omnino ſeparantur, non eſt locus iuri accreſcendi: ſecus ſi ſeparentur partibus indiuiſis.*

33 *Inter re tantùm coniunctos in vſufructu locus eſt iuri accreſcendi.*

34 *Inter re tantùm coniunctos in dominio locus eſt iuri non decreſcendi.*

35 *Admiſſus ad partem ſuam iure ſpeciali, non vtitur iure accreſcendi.*

36 *Quando inter legatarios ſit ius accreſcendi cum onere, vel ſine onere.*

37 *In vſufructu quæſito per cõtractum locus eſt iuri accreſcendi. Idem in dominio diuiduorum. Idem in indiuiduorum, ſi interſit contrahentis, vel contractus ſit donatio à principe facta.*

38 *In conceſſione in feudum vel emphyteuſim facta duobus non eſt locus iuri accreſcendi niſi repudians fuiſſet abſens, & contractus oneroſus.*

39 *Inter filios, quibus pater acquiſiuit feudum vel emphyteuſim, eſt ius accreſcendi, nec pars deficiens redit ad dominum.*

40 *Ius ſubſtitutionis reciprocæ nõ tranſit ad hæredes, niſi & hi eſſent ſubſtituti. At ius accreſcendi tranſit in quoſcunque.*

GLOSSA IIII.

Breuiloqua. Hæc ſpecies ſubſtitutionis aliquando appellatur Reciproca. 1 Ideóque ¶ quæro quare his nominibus appelletur? Reſpondeo quòd appellatur Breuiloqua.

quia breuiloquio in se multas continet substitutiones. Reciproca autem ideo dicitur, quia ab vtraque parte hæredum resolutur, & in seipsam reflectitur. vt habetur & notatur in l. Lucius. D. de vulg. & pupil. & ibi plenè per Bart. & in l. iam hoc iure. in princ. D. eod. ti. & d. l in testamento. C. de testam. mil. & l. quamuis Cod. de impub. & aliis substit. prout latiùs infrà patebit.

Pro cuius substitutionis declaratione quærendum est de pluribus: & primò quæritur de forma eius.

2 Respondeo † quòd forma talis est, ecce testator pluribus hæredibus institutis dicit, *Vos inuicem substituo.* vt probant iura proximè allegata. & in l. cohæredi. §. Qui discretas. & §. qui patrem. D. de vulg. & pupil. & l. hæreditatem. Cod. de impub. & aliis substit. Vel si testator dicat, *Vter vel quis eorum vnus, hæres sit alterius.* vt l. Titius & Seius, cum l. seq. D. de vulg. & pup. cum similibus. Et idem si testator dicat, *si quis hæredum meorum decesserit, alter sit hæres,* vel, *bona deueniant ad alterum*, & similia verba, per quę colligi possit alterum alteri substituisse, vt dictis iuribus.

3 Secùdò † quæritur quib⁹ personis fieri possit hæc reciproca substitutio? Dic quòd omnibus, tam filiis quàm extraneis, & tam puberibus quàm impuberibus. vt probatur in prælegatis iurib⁹. & in hoc differt à pupillari substitutione.

4 Tertiò † quæritur, an nomen attributum huic substitutioni sit substantiale vel accidentale? sicut dicitur in actiõe de peculio. vt l. 3 §. cui congruit. D. de pecul. Respondeo (secũdùm doct.) quòd est nomẽ accidentale, vel quia ipsa substitutio continet vulgares tantùm, vel pupillares tantùm, vel exemplares tantùm, vel communiter omnes, vt infrà demonstrabitur.

Quæro ergo, [a] pro huius declaratione, quot & quas species substitutionis in se continet hæc reciproca substitutio? Vbi ante omnia aduertẽdum est, quę & qualis sit ęqualitas vel inęqualitas in personis institutis, vt infra declarabitur. Ideoque sic distingue: Aut hæc substitutio fit simpliciter sine temporis distinctione, aut cum temporis distinctione. 5 Primo casu quando fit simpliciter, verbi gratia, quia testator dicit, *Vos inuicem substituo*, tunc considera qualitatem personarum instituendarum. Aut enim fit hæc substitutio pluribus hæredibus extraneis: vel duobus filiis in potestate disparibus in ætate, vt quia vnus est impubes, alter verò pubes: vel quia sint dispares quantum ad patriam potestatem, quia vnus est emancipatus, alter in potestate vel extraneus. & tunc omnibus istis casibus continet vulgarem tantùm hinc inde, ratione inæqualitatis vtendo. vt probatur in l. Lucius & l. iam hoc iure. §. 1. D. de vulg. & pup. & l. hęredes. C. de imp. & aliis substit. nisi de voluntate testatoris appareret cõtrariũ. vt in d. l. in testamento. in fi. 6 Aut † fit hæc substitutio duobus impuberibus filiis in potestate constitutis, & sic partib⁹ & æqualib⁹, & tũc subdistinguitur: aut sunt exhæredati, & tunc continet solùm duas pupilla-

a *Quæro ergo.* adde Bald. in l. precibus. C. de impu. Bald. in l. centurio. D. de vu. & pup. Barba. in c. Ray. de test. Bal. in rep. ca. si pater de test. lib. 6.

rel. vt

ra.vt Iuſtit.de pup.ſubſt. §. non ſolū.& l.1.in fi. D.de vulg. & pup. Aut ſunt inſtituti, & tūc cōtinet quatuor ſubſtitutiones,duas vulgares, & duas pupillares, & ſi eſſent quatuor filij continetur plures, quia ſecundū numerum inſtitutorum ampliatur numerus ſubſtitutionū. vt d. l. Lucius. & l.iam hoc iure.in prin.& hæc procedunt eo caſu quo ſubſtitutio iſta facta ſit in teſtamento ſolenni. Vel autē fieret in codicillis, tunc ſolūm contineret fideicommiſſarias. vt l. Scæuola.D.ad Treb.

7 Secundo † caſu principali, videlicet cum hæc ſubſtitutio fit cum temporis diſtinctione, verbi gratia, ſi teſtator dicat, vt cōmuniter fieri ſolet, *ſi filij mei deceſſerint in pupillari ætate, vel poſtea quādocunque eos inuicē ſubſtituo*, tūc cōtinet ſex ſubſtitutiones,videlicet duas vulgares, & duas pupillares, & duas fideicōmiſſarias, & ſi ambo ipſi filij eſſent furioſi vel mentecapti, cōtineret alias duas exemplares,& ſic eſſent octo, & ſi ipſi filij eſſent plures numero,ampliaretur numerus ſubſtitutionum,vt ſupra dixi.

8 Ex † quibus omnibus habes vnum notabile colligere, videlicet q̄ inæqualitas contingens circa perſonas inuicem ſubſtitutas habet reſtringere, & qualificare numerum & ſubſtantiam ipſarum ſubſtitutionum, & reducere ad ordinem æqualem. Cuius ratio eſt, quia eadem diſpoſitio non debet inæqualiter & difformiter operari.vt l.eum qui ædes. in princ. D. de vſuc. & l.quamuis. & in l.2. Cod. de imp.& aliis ſubſtit. 9 Vade † pro huius declaratione quæro. pone teſtator habens tres filios,vnum puberem & duos impuberes, eos inuicem ſubſtituit, nūquid quò ad illos duos impuberes hæc ſubſtitutio continet pupillares ſubſtitutiones ? Videtur quòd non,per rationem prædictam, quia quò ad puberem remanebit inæqualitas, vt probant iura proximè allegata.& iſta eſt veritas. Quam opinionem ſequitur Bart.declarando eam tali ratione, quia poſito quòd alter impubes decederet.ſequeretur abſurdum, videlicet quòd alius impubes ipſi in totū ex pupillari ſucederet,excluſo in totum alio pubere, cum ipſo pubere decedente, ipſi impuberes filij ſuccederent ex vulgari vel ab inteſtato. ſicq̄e cōqueri poſſet & iuſtè dicere, *ego ſum tā frater vt tu, ergo debeo æqualiter ſuccedere.* non eſt ergo in dubio veriſimile ipſum patrem voluiſſe hac ſubſtitutione comprehendere pupillarem ſubſtitutionem inter ipſos impuberes, & ipſum puberem filium ab ipſius impuberis ſucceſſione priuare. arg.in l. vel ſingulis. D. de vulg. & pupil.& l.illud.in fi.C.de collat.Nec obſtat l.cohæredi.§. qui diſcretas.D. de vulg.& pup.per quam legem voluerunt tenere contrarium, quia ille §.loquitur, quando ipſe teſtator eoſdem impuberes de per ſe vniuit in ſubſtitutione, ideóque ipſam vnionem repetiiſſe videtur in ſubſtitutione, ſed *in* præſenti quæſtione fuerūt vniti ſimul cum alio, ideóq; locum habent rationes præmiſſæ.

10 Poſtea † quæro:pone teſtator habet duos filios, quorum vnus habebat,(verbi gratia,) duos annos,alter XII eosq̄e inuicem ſubſtituit, demum biennio decurſo, qui XII annos habebat pubes efficitur, ſicq; ſupuenit imparitas.an ꝓhoc pupillaris ſubſtitutio vitietur in ꝑſona alterius,qui in pupillari ætate remanſit?

Et nota quòd hæc quæstio est quotidiana, quæ de facto sæpè contingit. Videtur quòd sic, ratione inæqualitatis euitandę, vt supra dictum est. & etiam ex eo, quia si res reducitur ad eum casum à quo incipere nō posset, vitiatur, vt habetur & notatur in l. pluribus. §. fi. versū. placet. D. de verb. oblig. cum similibus ibi notatis. In contrarium tenet Barto. & alij doct. in l. Lucius. D. de vulg. & pupil. nam longè differt inter æqualitatem existentem à principio dispositionis, de qua superius dictum est, & eam quæ postea ex accidenti contingit, vt in quæstione præsenti, prima vitiatur, secūda nō. arg. l. eadem. §. illud. D. de duo. re. & l. 3. §. illud. D. de succes. edic. Ex his deciditur aliud, videlicet quòd si in vita testatoris posit conditum testamentum alter filiꝰ pubes efficiatur, quòd nihilominus pupillaris durat in persona alterius, secundùm Bar. licèt alij contra. vt notatur in d. l. Lucius. & sic (secundùm eius opinionem) habes hîc vnum casum, quo attēditur tempus conditi testamēti & nō mortis ipsi' testatoris, contra l. ti alienū. §. in extraneis. D. de hæred. instit. Et prædicta procedunt, quādo dicta inæqualitas superuenit facto naturæ, secus si facto ipsius testatoris, putà quia alterum filium emancipauit, alio in potestate retento: tunc secundū eum vitiatur pupillaris in persona vtriusque, quod est notandum. arg. in l. alterius. in fi. D. de adim. leg. & C. de diuer. rescrip. l. i. & in Authen. vt lic. ma. & auiæ §. ad hæc.

11 Pone † aliam quæstionem econuerso ad prædictam. ecce quòd à principio factæ substitutionis pupillaris erat inæqualitas inter substitutas, quæ postea reducta est ad æqualitatem, verbi gratia, testator habens duos filios impuberes, vnum in potestate, alium emancipatum, ipsos inuicem substituit, (quæ substitutio solùm vulgares continet hoc casu propter eorum inæqualitatem. vt d. l. quamuis, cum similibus,) deinde filium emancipatum ad suam potestatem redegit per adoptionē. ad hoc casu pupillaris substitutio locū habebit in persona vtriusque? Videtur quòd sic. quia cessat ratio inæqualitatis. ergo. &c. vt l. qui soluendo. D. de hæred. instit. & l. adigere. §. quamuis. D. de iure patro. facit l. ti res alienæ, in fi. D. ad Trebellia. & textus in l. 2. vers. 1 D. de vulg. & pupil. In contrarium est veritas, secundùm doctores & Bar. quia cùm talis substitutio pupillaris fuit ab initio inutilis, non cōfirmatur tractu temporis. vt in regula, Quod ab initio. & l. pen. D. de reg. iu. facit l. 1. §. fi. D. de leg. 3. & l. fi. ita. D. de auro & arg. leg. Nec obstat d. l. 2. quia loquitur quando constabat de voluntate testatoris, quæstio autem loquitur in casu dubio.

12 Rursū † quæritur pone quòd testator habens duos filios, vnum puberem & furiosum, & alium impuberem sanæ mētis quos ad inuicem substituit. An talis substitutio comprehendet pupillarem in personam impuberis, & exemplarē in personam furiosi? Videtur quòd sic. quia insurgit ex hoc paritas in vtroque. ergo, &c. Doct. & Bart. vbi supra. tenent contrarium, quia non est verū, quòd paritas insurgat, sed in multis remanet imparitas, cùm inter se in pluribus differant hæ substitutiones, vt infra dicetur in materia exemplaris substitutionis. Patet ergo quòd nedū imparitas personarum,

sed

ſed imparitas ſucceſſionum ceſſare faciunt pupillarem, ſed non imparitas bonorum, vt ſequitur.

13 Vode† quæritur, ſi teſtator duos impuberes filios inſtituat, vnũ in tribus vncis, alium in quinque, eóſque inuicem ſubſtituat, continebitur-ne pupillaris? Dic quòd ſic. arg. in l. qui plures, cum l. ſequ. D. de vulg. & pupil. Idem ſi vnum alteri ſubſtituit poſt aliquot tempus, & alium alteri poſt aliud tempus. nam imparitas temporis ſicut bonorum non habet impedire pupillarem ſubſtitutionem. vt in l. miles. §. & quia diximus. D. de teſtam. mil. & facit ad hoc l. qui plures. & l. cohæredi. §. qui diſcretus. D. de vulg. & pup.

Quid autem dices, ſi teſtator habẽs duos filios puberes furioſos eos inuicem ſubſtituit, an talis ſubſtitutio continet vulgarem & exemplarem? Videtur quòd ſic, exemplo pupillarium ſubſtitutionum. nam & hic reperitur æqualitas inter eos. In oppoſitum facit, quia hæc ſubſtitutio exemplaris procedit de iure ſpeciali. vt l. ex facto. D. de vulg. & pup. ergo non videtur in breuiloqua contineri. arg. l. in teſtamento. in fi. C. de teſt. mil. 14 Tu† autem, ſecundùm Doct. die quòd trahitur ad omnes ſpecies ſubſtitutionum, tum quia reperitur æqualitas, tum quia hæc exemplaris ſit hodie de iure communi, per l. humanitatis. C. de imp. & aliis ſubſt. Nec obſtat d. l. in teſtamento. in fin. quia ibi loquitur quando ſubſtitutio ſecunda veniebat de iure ſpeciali priuilegio teſtatoris. hîc autem veniebat olim priuilegio perſonæ eius cui fiebat ſubſtitutio, hodie autem eſt ius commune omnibus. in quo caſu attenditur ſimpliciter æqualitas vel inæqualitas.

15 Deinde† quæritur, pone q̃ hæc reciproca ſubſtitutio ſit formata & expreſſa in caſum vulgarẽ, verbi gratia, *Si quis eorum hæres non erit, eos inuicem ſubſtituo*, an in ea contineatur pupillaris? Doct. dicunt q̃ non, virtute ſubſtitutionis reciprocæ, ſed bene virtute ſubſtitutionis vulgaris, cuius natura eſt includere tacitam pupillarem. vt d. l. iam hoc iure. D. de vulg. & pupil. Ex his liquet manifeſtè quòd hæc reciproca non eſt per ſe ſpecies ſubſtantialis alicuius ſubſtitutionis, vt ſuprà dixi.

Amplius quæritur an pupillaris contenta in hac reciproca dicatur tacita vel expreſſa? Cuius ſcientia & inueſtigatio magni eſt effectus, vt infrà dicetur. & ideo aduertendum quòd in hoc gloſſæ ſunt contrariæ. nam gloſſæ in d. l. Lucius. & Inſtit. de pupil. ſubſt. tenent quòd ſint expreſſæ. quam opinionem ſecutus eſt Azo in ſumma. C. de imp. & aliis ſubſtit. Alibi gloſſa in d. l. precibus. tenet quòd ſint tacitæ.

16 Bartolus† verò, vbi ſuprà concordando dicit quòd ſunt expreſſæ quò ad effectum, ideóque matrem excludunt: tacitę autem quò ad ſonum & formam verborum.

Inſuper quæritur de notabili quæſtione ſi fuerit huiuſmodi ſubſtitutio facta duobus maioribus vel extraneis, an includat ſubſtitutiones fideicommiſſarias? 17 Dic† (ſecundùm doct.) quòd aut ſubſtitutio eſt facta in codicillis, & porrigitur ad fideicommiſſarias, vt aliquid operetur. vt l. Scæuola. D. ad Treb. aut eſt facta in teſtamento. & tũc aut eſt cœpta cum temporis

multiplicatione, verbi gratia, *Quandocunque aliquis eorum decesserit inuicem substituo.* vel est relata ad decessum tam vel defectum liberorum ipsorum hæredum, & similium: verbi gratia, *Si heredes mei decesserint sine liberis, eos inuicem substituo*, & tunc trahitur etiam ad fideicommissarias: quia ex verbis illis colligitur mens testatoris voluisse trahi. vt d. l. precibus, & ibi notatis per glo. & per Bar. in l. Cæturio. C. de vulg. & pup. Aut est facta simpliciter, & tunc (secundum Dynum & Bartolum) non porrigitur ad fideicommissarias, sed ad vulgares tantùm, vnde cùm à principio valuerit iure directo, postea obliquatur. vt l. verbis ciuilibus. D. de vulg. & pup. & ibi notatis. Nec huic sententiæ habet repugnare l. qui plures. in prin. ibi, *in omnem casum*, &c. D. eo. ti. quia ille textus debet exponi, id est in omne emolumentum proueniens ex directa substitutione.

Rursum quæritur de alio multotiens occurrente. ecce quòd testator habet quatuor filios, duos ex prima vxore, alios ex secunda, quos omnes hæredes sibi instituit, eósque sibi inuicem substituit. deinde vnus ex his moritur. quæritur an cæteri omnes superstites ad eius successionem admittantur, an solus frater vtrinque coniunctus cæteris præferatur? Et videtur fratrem solùm vtrinque cõiunctum cæteris anteferri. per textum in Auth. Post fratres & in Auth. defuncta. C. communia. de suc. Ad idem facit, quia coniunctus coniunctione legali æquiparatur coniuncto coniunctione hominis. vt l. ex testamento. C. de hær. instit. vnde cùm isti duo fratres sint coniuncti coniunctione legali, sequitur ipsum fratrem debere cæteris anteferri, sicut coniunctus coniunctione hominis coniuncto coniunctione legis. vt l. cohæredi. §. qui discretas. D. de vulg. & pup. 18 Alii † dicunt omnes æqualiter admittendos, quasi hæc fuerit mens testatoris, cùm parem affectionem ad omnes instrutos ostenderit, & per consequens eandem videtur habuisse in substitutione. arg. in l. qui liberis. §. hæc verba. D. de vulg. & pup. & hanc partem sequuntur cõmuniter doct. Nec obstat contrarium, quia illud procedit in coniunctione quæ in accrescendi inducit. hoc autem procedit in coniunctione sanguinis, in qua attenditur motus charitatis & dilectionis. vt notatur in d. §. qui discretas. Vel dic quod d. Auth. loquitur in successione ab intestato, hoc in successione ex testamento, in qua testatoris voluntas potius quàm legis attenditur. vt l. in testamentis. D. de reg. iu. & l. in conditionibus. D. de conditio. & demon. cum similibus.

19 Postea † quæritur, an is qui est reciprocè substitutus, possit venire ad successionem præmortui, vtroque iure tam accrescendi quàm iure substitutionis? glossa dicit quod sic. in l. nec his. §. si hæres. D. de acq. hær. & idem sentit Bart. in l. re cõiuncti. de leg. 30. hoc idem determinat glo. in l. testamento. C. de impub. & aliis substit. & ibi per Cyn. Patet ergo quòd inter plures hæredes ante aditam hæreditatem & non post, est locus iuri accrescendi. Facit l. si ex pluribus. D. de suis & leg. hæred. & l. 2. D. de vsufru. accresc. & ibi notata per glo. & in l. 1. §. his ita. C. de cad. tol. & ibi per Cyn. & plenissimè per Bar. in d. l. re coniuncti.

Pro

Pro cuius materiæ declaratione aduertendum eſt, quòd aliquando ſunt plures hæredes coniuncti, vel diſiuncti in aliqua inſtitutione vel ſubſtitutione directa: (ſecus autem in fideicommiſſaria, vt infrà dicam) aliquando ſunt plures legatarii cõiuncti vel diſiuncti in legato: aliquando ſunt plures contrahentes coniuncti in contractu. Primo caſu ſubdiſtingue. aut ſunt hæredes ex teſtamento vel ab inteſtato. ſi ex teſtamento, aut omnes diſiuncti, aut omnes coniuncti aut quidam coniuncti, & alii diſiuncti. 20 Primo † caſu vbi ſunt omnes diſiuncti, tunc portio deficiens aliis accreſcit, ne teſtator decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. vt in regula, Iuris noſtrum. D. de reg. iu. etiam illis inuitis. vt d. l. teſtamento, & ibi notatis. C. de impub. & aliis ſubſtit. & l. ſ. in ita. C. de cad. tol. & l. 2. C. quãdo non pet. par. pet. accreſc. & ibi per Cy. 21 Secundo † caſu cùm ſunt omnes coniuncti, tunc aut poſt partem defectam alius cohæres adit partem ſuam. & tunc ei inuito accreſcit portio deficiens. vt d. l. teſtamento. D. de acquir. hæred. l. ſi quis hæres. & l. ſi tu ex parte. Aut ante partem defectam cohæres (ã partem adiuerat, & tunc aut pars ipſa deficiens deficit beneficio ſpeciali (vt quia reſtitutus eſt in integrum, ad repudiationem faciẽdam) & tunc non accreſcit cohæredi inuito, ſed ſolùm volenti. vt l. ſi minor. D. de acquir. hæred. aut deficit beneficio communi (vt quia nunquam adiuerat) & tunc non accreſcit cohæredi inuito ſimpliciter, ſed defertur ſibi electio an velit ſuam partem retinere vel repudiare. & ſi voluerit retinere, alia pars deficiens ſibi accreſcat: ſi verò repudiet non accreſcat. vt eſt textus ſingularis in l. cum hæreditate. D. de acquiren. hæred. Et per hoc patet quòd poſt aditam hæreditatem admittitur quis ad repudiandam partem ſuam, beneficio alterius, qui ex perſona ſua non admitteretur. vt habẽ. D. eo.

22 Tertio † caſu cùm alii ſunt coniuncti, & alii diſiuncti, tunc ſi quidem deficiat portio vnius ex coniunctis, accreſcit ſoli coniuncto, cum limitatione ſuprà proximè tradita. Si verò deficiat portio vnius ex diſiunctis, tũc accreſcit communiter omnibus. vt hæc habentur in d. §. his ita. Ratio autem diuerſitatis ibi ponitur. Nec obſtat l. item quòd Sabinus. §. 1. D. de hæred. inſtit. quia ille §. ſecundùm veram opinionem, debet intelligi, quòd ibi erant omnes diſiuncti.

23 Quod † autem dictum eſt accreſcere cohæredi, idem intelligas in ipſius cohæredis hærede, quia ius accreſcendi ſequitur portionem hæreditariam ad quemcunque deueniãt. ſed non ſic ius ſubſtitutionis, quia illud finitur cum perſona, nec tranſit ad hæredem ſuum. vt l. ſi ex pluribus. D. de ſuis & leg. l. hæredi. & l. ſed ſi plures. in prin. & l. qui habebat. D. de vulg. & pupil. Niſi fortaſſe ſubſtitutio eſſet cum iure accreſcendi coniuncta. v. g. ſi eſſet vnus & idem cohæres & ſubſtitutus. vt l. qui patri. D. de acq. hæred. ſecũdùm Bart. vbi ſuprà.

24 Et † nota quòd portio quæ accreſcit pluribus cohæredib⁹, nõ accreſcit æqualiter, ſed pro portionibus hæreditariis, vt l. Mœuio, in prin. D. de leg. 2. & l. liber homo. §. cùm quis. D. de hæred. inſti.

25 Hîc † pro aliqua declaratione præmissorum quæro. regula est, Quòd inter legatarium & hæredem non est locus iuri accrescendi. vt notatur in l. quoties. D. de hæred. institu. & l.1. §. si ex fundo. D. eo. tit. Pone ergo quòd testator putans Titium viuere ipsum hæredem vniuersalem instituit, Sempronio autem fundum legauit. quæritur, cùm Titius reperiatur mortuus, an hæreditas quæ sibi deferebatur, accrescat Sempronio legatario? Videtur quòd non, per regulam antedictam. Tu dic quòd accrescit. vt expressè determinat Guillermus de Cuneo in l. seruo. D. de cõdict. ind. & Bar. in l. quoties. §. si duo. D. de hære. instit. Non obstat prædicta regula, quia tunc locum habet prædicta regula, cùm hereditas facta fuerit quasi caduca. vt notatur in d. l. quoties. §. si duo.

26 Sèd † hîc considerandum occurrit an accrescat cum onere vel sine onere? Vbi distinguendum. aut accrescit portio pro non scripta. aut caduca, aut quasi caduca. Si pro non scripta, aut portio deficit delicto ipsius hæredis priuati, & tũc aliis accrescit cum suo onere. D. de his qui pro non scrip. l. fi. Aut est pro non scripta ex alia causa, & tunc in legatis accrescit sine onere. vt l.1. §. in primo. C. de cad. tol. In hæreditatibus autem sunt opiniones diuersæ. dic tamen, secundùm Bartolum, aut onus fuit simpliciter appositum, & tunc accrescit cum onere. vt d. §. his ita. Aut fuit appositum nominatim. & tunc aut ab omnibus hæredibus, & accrescit cum onere. vt l. quæ cõditio. 2. respon. C. de condit. & dem. & l. ciuitatibus. §. Lucius. D. de leg. 3. aut nominatim ab vno solo, & tunc accrescit sine onere. vt l. Celsus. §. pen. & fi. D. de leg. 2. Secundo casu & tertio accrescit cum onere. vt d. l.1. §. pro secundo. & §. in nouissimo. C. de cad. tol. & adde his quæ notantur per Bar. in l. quę conditio. & l. Plautius. D. de condi. & dem.

Venio ad secundum principalem articulum, qui fuit quando sunt plures hæredes ab intestato. 27 In † quo sic dicas, secundùm Bartolum, quòd regulariter Vbi sunt pares in gradu & coniunctione, locus est iuri accrescendi inter eos. vt d. l. si ex pluribus. D. de suis & leg. Vbi verò esset disparitas in coniunctione, verbi gratia, pone quòd pater decessit pluribus derelictis filiis & nepotibus ex filio præmortuo, quorum vnus partem repudiauit, qualiter ad partem repudiatam admittentur cæteri? D. stinguit Bartolus vbi suprà. aut repudiat vnus ex nepotibus, & tunc soli fratri suo accrescit, exclusis patruis, tanquam duplici iure coniuncto: aut repudiat vnus de filiis, & tunc nedum ipsi fratri, sed cæteris nepotibus pariter accrescit. arg. in l. si duobus. in fi. D. de contra tab. & D. de coniug. cum eman. lib. l.1. §. si quis ex nepotibus. fallit in casu l.1. §. si duo fratres. D. de col. bon.

28 Quid † autem dices si pater decesserit duobus filiis superstitibus ex prima vxore, & aliis duobus ex secunda, alter ex his repudiat partẽ suam, cui accrescit? Dicit ipse Bartol. quòd accrescit pariter omnibus. vt in l. si duobus. in fi. D. de contra tab. & D. de coniung. cum eman. lib. l. 1. §. si quis ex nepotibus. Nec huic sententię repugnat Auth. cessante. C. de leg. hær. quia ibi loquitur (secundùm eum) in successione iam quæ-

iam quæſita ipſi fratri defuncto, in quo præfertur plus coniunctus: hîc autem loquitur de ſucceſſione nondum ipſi defuncto quæſita, aliis deferenda per ius accreſcendi. quo caſu non attenditur maioritas coniunctionis. pro quo facit l. ſi. D. ad Treb. Dynus tamen tenet contrarium. vt notat in l. coheredi. §. qui diſcretas. & l. iam hoc iure. D. de vulg. & pupil.

Viſo de hæredibus videndum ſupereſt de legatariis, an inter eos ſit locus iuri accreſcendi. De quo per Cy. in d.l.1.§.his ita. C.de cad.tol. & l.ſi Fortidianum fundum. C. de leg. & per Bart. pleniſſimè, in d.l.re cõiuncti. D.de leg.3. Pro cuius facilioris introductione ſciendum eſt, quòd quidam ſunt diſiuncti re & verbis, quidam autem vtroque modo coniuncti, quidam verò coniuncti re tantùm, & quidam verbis tantùm cõiuncti. 26 Dicũtur † autẽ illi omnino diſiuncti, quando in diuerſis orationibus vni legatur vna res, & alii alia res, vt verbi gratia, *Lego Titio fundum, Item lego Sempronio domũ.* & inter iſtos non eſt locus iuri accreſcendi. vt l. Proculo. D. de leg. 2. & d.l.1. in prin. & ibi per glo. D. de vſufru. accreſ. 30 Coniuncti † verò vtroque modo dicuntur illi, qui ſimul copulantur in eadem re, verbi gratia, *Titio & Sempronio lego fundum*, vt notatur per glo. in l. 1. de vſufru. acer. quod exemplum reprobatur per Petrum, licèt malè, ſecundùm Bar. quia per glo. eſt text. in Inſtit. de leg. §. ſed ſi eadem res. & ibi notatis, coniuncta l. triplici. D. de verb. ſig. Verbis tantùm coniuncti dicuntur, quando perſonæ copulantur in oratione, & in re legata diuidantur, verbi gratia, *Titio & Sempronio lego fundum æquis portionibus, vel ſingulis pro dimidio*, aut, *vni pro tertia parte, alii pro duab.* vt l. ſi ita quis de hæred. inſtit. & l. Mæuio. D. de leg. 2. Re autem tantùm coniuncti ſunt, quando perſonæ ſeparantur in diuerſis orationibus, & in eadem re inuicantur, verbi gratia, *Titio lego fundum, item Sempronio lego eundem fundum*, vt l. ſi ſeparatim. D. de condit. & dem. & l. ſi pluribus. D. de leg. 1. Quo caſu videtur in dubio legando ſecundo adimere primo. ſecundùm gl. in d.l.1. de vſuf. accreſc. quæ in hoc malè dicit, ſecundùm Dy. & Bar. vt notatur in d.l. ſi pluribus, & l. ſicut. D. de adim. leg. & pro eis facit d. l. Re coniuncti. & l. 1. §. fin. cum ſua gl. D. de ſtip. ſeruo. Quibus ſic præmiſſis reſpondeo ad quæſtionem diſtinguendo. 31 Aut † ſunt pariter coniuncti re & verbis, & habet locum inter eos ius accreſcendi ſi velint, non autem eis inuitis. vt l. 1. §. vbi autem legatarii. C. de cad. tol. & ibi per Cy. & procedit hoc ius accreſcendi modo de quo infrà dicetur. Aut ſunt cõiuncti verbis tantùm, & tunc ſubdiſtingue ſecundùm Bart. 32 Aut † in verbis eſt coniunctio, ſed in re totalis & ſeparata diuiſio, vt *Lego Titio & Sẽpro ſingulos boues*, & ſimiles: & non habet locum inter eos ius accreſcẽdi. vt D. de vſu & accreſc. l. 1. in. 2. reſponſo. facit l. rectè dicimus. §. ſi. D. de verbo. ſig. Aut in re non eſt totalis diuiſio, verbi gratia, *Lego Titio & Sempronio fundum æquis portionibus pro indiuiſo.* & tunc, quia res eſt indiuiſa nec poſſunt partes ad oculum demonſtrari (vt l. Mæuius. §. duobus. D. de leg. 2.) erit locus iuri accreſcendi ſi velint. vt d. l. re coniuncti. Aut ſunt coniuncti re tãtùm,

& tunc subdistinguitur. aut sunt coniuncti in vsufructu tantùm, aut in dominio. 33 Primo† casu aut portio vnius deficit ante acquisitionem vsusfructus, & habet locũ ius accrescendi, quia à principio totidem singulis est collatum. Aut deficit post acquisitionem, & tunc habet locum etiam ius accrescendi inter volentes. vt probatur in d.l.1.§. interdum. D.de vsufru. accresc.

34 Secundo† casu cùm sunt coniuncti in dominio, tunc habet locũ ius non decrescendi, quia à principio cuilibet ipsa res fuit in solidum attributa, sicque per solum concursum faciebant tibi partes. quo concursu cessante remanet res ipsa in solidum apud alium. vt habetur in d.l. Si Fortidianum. C.de leg. & ibi notatis per Cynum, & probatur in d.l.1.§.fin autem à deficientis. C. de cad. tol. Et cum hac distinctione & tali modo veniunt simul ad hoc ius accrescendi, qui coniuncti sunt vtroque modo, scilicet re & verbis: licèt in hoc sint aliqui qui contrarium sentiant. vt notatur per Bar. in d. l.re coniuncti. Ad quæ vide quæ habentur in l.planè. §. si coniuncti. D.de leg. 1. & in §. si eadem res. Instit. de leg. 35 Aduerte† tamen ad vnum, quòd si aliquis ex coniunctis fuerit admissus ad partem suã de iure speciali, non vtetur iure accrescendi: vt l.mulieri & Titio, D. de condit. & demon. & ibi notatis per Bar.

Porro quia superiùs visum est quibus casibus pars deficiens aliis accrescat, videamus an in legatis accrescat cum suo onere, vel sine, sicut suprà dictum est in hæreditate. 36 In† quo articulo sic distingue. aut pars deficiens est pro non scripta, & accrescit sine onere. vt d. l.1. in primo. C.de cad. tol. aut erat caduca vel quasi, & tunc aut sunt cõiuncti verbis tantùm, aut vtroq; modo. Primo casu distinguit Bar. aut onus erat impositũ nominatim, aut simpliciter, vt ꝫ.dictũ est in hæredibus. Vel dic, secũdùm Cy. quòd in legatariis considerãdum est hoc, aut enim est onus consistens in dato, & tunc accrescit cum tali onere. d.l.1.§.ne autem. C. de cad. tol. aut consistit in faciẽdo, & tunc aut non inhæret personæ, & idem aut inhæret personæ, & tunc non accrescit cum onere, sed sine eo. vt habetur in d.l.1. §. fin autem. & §. si verò talis. Vbi autem sunt vtroque modo cõiuncti, tunc aut pars deficiẽs est pro non scripta, & idem quod ꝫ. distinguendum est, per d.l.1. §. in primo. aut est caduca vel quasi, & cũ, licèt in hoc sint diuersæ opiniones, tamẽ veritas est quòd sine onere accrescit. quinimò non decrescit, cùm cuilibet in solidum res ipsa à principio fuerit attributa, sicut in coniunctis re tãtùm dictum est. & cum ista determinatione intelligendus est præallegatus §. Vbi autem legatariis. & ibi per Cynum.

Nunc restat discutere articulum, qui est an inter plures contrahentes locus sit iuri accrescendi? In quo sic distingue secundùm Bar. Aut quæritur de iure accrescendi, quod procedit ex coniunctione hominis, aut ex coniunctione legis. 37 Primo† casu aut quæritur de vsufructu accrescendi, & in eo locum habet ius accrescendi. l.1.§ fin. D.de vsufru. accresc. Aut quæritur de dominio vel proprietate, & tunc aut loquimur in diuiduis, & locum habet ius accrescendi. vt l.1.§.1. D. de vsufru.

ſtitu.accreſc.& l.proprium.D.cõmunia prædio.& dic vt ibi notatur. Aut loquimur in individuis,& tunc aut loquimur de diſpoſitis à principe, & habet locum ius accreſcendi. vt l. 1. C. ſi ſub.imperi.loc. libro x. aut in diſpoſitis per alium inferiorem. & tunc aut intereſt contrahẽtis quòd locus fiat iuri accreſcendi, & habebit locum,etiam aduerſario inuito. vt probatur in l.fundus ille. D. de contrah. emp. & ibi notatur. aut eius non intereſt. & tunc ceſſat ius accreſcendi. vt l.ſi mihi & Titio. D.de verb.obl.& ibi notatis per Bar. & dd.ſi duo patroni. in princ. D. de iureiur. Fallit in aſſignatione liberorum.vt D.de aſſig.lib.l.fin.

38 Per† quæ colligitur [a] determinatio ad illam quæſtionẽ, quando eadem res duobus eſt data in feudum vel emphyteuſim,an ſit locus iuri accreſcẽdi inter eos. In qua quæſtione Bartolus in l. ſi mihi & Titio. ſic diſtinguit. Aut res ipſa data fuit ambobus præſentibus acceptantibus, & tunc morte vnius nõ fit locus iuri accreſcendi. per d.l.ſi mihi & Titio. quia per acceptationem & requiſitionem ceſſat ius accreſcendi. vt l. circa. D.de ſuſt.leg. & ad hoc bene facit c.1. de duobus frat.de no. benefic. inueſt. collat. x & de grad.ſuc.in feud. c.1. niſi eſſet emphyteuſis paterna. Si autem data fuerit vni præſenti & alteri abſenti,tunc non valet niſi pro dimidia regulariter.vt d.l.ſi mihi.fallit,ſi eſſet talis perſona quæ poſſit abſentiquærere vel ex forma ſtatutorum vel iuris eam punis.Item quæreretur ſoli præſenti in ſolidum, ti eſſet contractus oneroſus. vt dict.l. fundus ille.

39 Sed† quid dices [b] ſi ſit patri res aliqua in feudum conceſſa vel emphyteuſim, recipiendo pro ſe & filiis ſuis, quo mortuo alter ex filiis deceſſit ſine hærede, an accreſcat alteri portio ſua, vel redeat ad dominum? Dic (ſecundùm Bart.) quòd accreſcit.quia hęc acquiſitio eſt paterna, ideo fit locus iuri accreſcendi.vt d. c.1.de duob.frat.de no.benefic. inueſt. & in c. cũ verò Corradus.qui feudatario poſſ. Tangitur per Cyn.in l.1. C. quando non per.par.& per Spec.in tit. de loc.§. nunc aliqua.ver.69. & per Dyn.in l.codicillis.D.de vſufr.leg.

40 Poſtremò† quæritur, an ius huius reciprocæ ſubſtitutionis trãſeat ad hæredes ipſius ſubſtituti? Dic breuiter quòd non. vt d.l. Lucius.§.fi.& l.qui plures & l.qui liberis.§.hęc verba.D. de vulg.& pupil. Niſi fortaſſe & hæredes eius eſſent pariter cum eo ſubſtituti,vt plerunque vidiſieri. Et eſt optimum conſilium..vt teſtator dicat, *Titium & filios ac hæredes ſuos eius ſubſtituo.* Ius autem accreſcendi tranſit in quoſcunque.vt l. ſi ex pluribus. D.de le. hærodi.& hæc ſufficiant.

SVMMAR.

1 *Exemplaris dicitur, quia ad exemplum pupillaris introducta eſt.*
2 *Muto, ſurdo & prodigo filio ſubſtitui poteſt exemplariter.*
3 *Aſcendentes ex linea paterna vel materna poſſunt ſubſtituere exemplariter.*

[a] *Obſtitur.* Adde Bald.in c.de eo dẽti qui feuda poſ.in vſi.feu.Bal.in l.ſi qua.C. ad ter.do§.in l.ſi mihi & Titi.de ver.ob.teu.ver.36.Paulus de Ca. conſ.156.& ſeq.

[b] *Dices.* Vide Abba.in c.Raynutius de teſtam.

4 *Omnibus liberis substitui potest exemplariter.*

5 *Substitutio facta impuberi filio furioso, operatur vt pupillaris, non vt exemplaris.*

6 *Substitutus exemplariter à patre filio qui est in potestate, præfertur in bonis paternis & adventitiis, & substitutus à matre in materna. Sed si non erat in potestate, æqualiter admittuntur in adventitiis. Idem in auo & auia.*

7 *Mater quæ transit ad secundas nuptias non potest filio substituere exemplariter.*

8 *Extantibus proximioribus consanguineis, extranei non possunt exẽplariter substitui.*

9 *Si duo sint proximi eodem gradu, debent æqualiter substitui, nec alter excludi potest: nisi subsit iusta causa præteritionis vel exheredationis.*

10 *Exemplariter substituendi sunt ij soli qui admittuntur ad quærelam.*

11 *Si tempore substitutionis filius non patiebatur defectum, substitutio vulgaris non comprehendet exemplarem. Sed si patiebatur, primùm comprehendet pupillarem vsque ad pubertatem, postea verò exemplarem.*

12 *Expressa pupillari includit exemplarẽ, nisi facta sit cum limitatione temporis, & semel valuerit tãquam pupillaris.*

13 *Expressa exemplaris excludit matrem, non tamen.*

14 *Sex requiruntur vt exemplaris substitutio valeat fieri possit.*

15 *Cessante vitio ante cui substituitur, cessat hæc substitutio. & liberis ab ipso susceptis.*

16 *Cessante vitio cessat (sed nõ finitur) exemplaris substitutio, veruntamen perseverat ex Bartoli sententia.*

17 *Exemplaris finitur, si furiosus sui muris in dilucido intervallo sana mẽte fecerit testamentum, vel si ante furor emanserat.*

18 *Superveniente liberorum, etiam naturalium tantùm, vel legitimorum tantum, extinguit hanc substitutionem.*

GLOSSA V.

EXemplarie. Hæc substitutio est de raro contingentibus. Cuius forma talis est, *si filius meus mente captus vel furiosus antequam redeat ad sanas mentes decesserit, substituo sibi tale pronium.* 1 Hæc enim exemplaris dicitur, quia ad exemplum pupillaris est inuenta, vt qua ratione fit substitutio pupillaris ei qui defectu ætatis testari non potest, sic & ei qui defectu sensualitatis impeditur testari. vt traditur in l. humanitatis. & & ibi per Cyn. C. de impub. & alios subst. & in l. ex facto. & ibi per Bar. D. de vulg. & pup. & in §. qua actione. Inst. de pupil. substit. 2 Sed circa hanc quæritur, an mente, modo, & prodigo possit substitui exemplariter? Videtur quòd non, quia de furioso & mentecapto loquitur lex. ergo ad alios non extenditur. arg. in l. ti verò. §. de viro. D. soluto matrim. nisi de speciali gratia principis. vt d. l. ex facto. & hanc partem sequuntur alii, quos refert Cyn. in d. l humanitatis. Alii tenent contra, quia in eis est eadem ratio, ergo idem ius. vt l. illud. D. ad leg. Aquil. Adquod facit l. Gallus. §. & quid si tantum. D. de lib. & post. l. 1. C. de curat. fur. & l. si furiosi. C. de nupt. Nec obstat quòd lex humanitatis loquitur de solo mentecapto, quia illud

illud ſolùm eſt poſitum gratia exempli, quod non habet regulam reſtringere. vt l. damni infectum ff. lu. D. de damn. infec. & hæc verior. Non ergo eſt opus pro hac ſubſtitutione hodie principem adire, cùm omni iure liceat cuicunque hanc ſubſtitutionem facere propria authoritate, & quòd ad hoc remaneat correcta lex ex facto, prælegata.

3 Deinde† quæritur [a] qui poſſint exemplariter ſubſtituere? Dic breuiter quòd ſoli aſcendentes vtriuſque ſexus, videlicet pater & mater, & alii ſuperiores. vt dicit textus in d. l. humanitatis. & d §. qua ratione. Per quod colligitur vna differentia inter hanc exemplarem ſubſtitutionem & pupillarem: nam mater non poteſt pupillariter ſubſtituere, quia non habet filium in poteſtate. vt lege ſi mater. D. de vulg. & pupil.

4 Tertiò† principaliter quæritur, quibus poteſt exemplariter ſubſtitui? Dic quòd liberis tantùm (non extraneis) patientibus aliquod vitium de prædictis, ſiue ſint in poteſtate, ſiue ſint ſui iuris, ſiue ſint naturales & legitimi, ſiue naturales tantùm, ſiue legitimi tantùm. vt d. l. humanitatis. & l. ex facto. Per quæ patet alia differentia inter hanc & pupillarem, quia pupillaris non ſit naturali tantùm, vel emancipato, vt ſupra dictum eſt. & probatur in d. l. Lucius. cum ſimilibus. Eſt etiam alia differentia, quia hæc ſubſtitutio nõ fit impuberi. 5 Si† enim fieret pupillo furioſo operaretur hæc ſubſtitutio tanquam pupillaris potiùs quàm exemplaris, attento vitio, ſeu defectu naturali potius quàm accidentali. arg. in l. qui habet. D. de tut. niſi pupillus eſſet emancipatus. quo caſu, cùm non poſſet operari vt pupillaris, operaretur vt exemplaris, ſecundùm doct. & Bartolũ. vt notatur in d. l. ex facto. & per Cyn. in d. l. humanitatis.

6 Quartò† quæritur, quoniam dictum eſt patrem & matrem poſſe hanc facere ſubſtitutionem, pone quòd pater filio furioſo dedit vnũ ſubſtitutum, mater dedit alium, quis eorum præfertur? Dic, quòd licèt in hoc diuerſæ ſint opiniones, illa tamen æquior eſt qua diſtinguitur: aut filius erat in poteſtate patris, & tunc præfertur ſubſtitutus datus ab eo in paternis bonis vel aduẽtitiis, quia ius paternæ poteſtatis potentius eſt iure matris. In bonis autem maternis præferendus eſt ab ea ſubſtitutus. argumento eius quod dicitur de filio arrogato. in l. ſi arrogato. D. de adopt. & l. ſi plures. §. in arrogato. D. de vulg. & pup. Facit etiam quod dicitur de tutore, in l. matri. C. de teſta. tut. & l. mulier. & l. ſi patronus. D. de confir. tut. Si autem filius erat emancipatus, tunc in bonis paternis præfertur ſubſtitutus à patre: In bonis maternis præfertur ſubſtitutus à matre: in aduẽtitiis æqualiter omnes admittuntur. quod totum operatur diuerſitas parentũ & patrimoniorum, ſicut aliàs dicitur in d. l. ſi arrogator, quæ dicta ſunt in patre & matre, locum etiam habent in auo & aura, & aliis ſuperioribus. vt plenè tradit Bartol. in d. l. ex facto. Miror tamen quòd docto. non cõſiderauerint in hac quæſtione qualitatem perſonarum ſub-

[a] *Deinde quæritur.* adde Bart. in l. ex facto, de vulg. & pup. Bald. & doct. in l. humanitatis.

stitutarum.arg.d.l.humanitatis.credo quòd hoc posuerũt pro cõstanti.

7 Sed † quid si mater transiuit ad secunda vota,an priuatur hoc priuilegio substituendi exemplariter ipsi filio? Dic quòd sic. quia tunc cessat illa humanitas, de qua in d.l. humanitatis. arg.in l.omnem.C.ad Tertyl.& l.sciant.C. de legit.hær.& quod habetur in l.lex quæ tutores. C.de admin.tut.& in Auth. Hoc sacramẽtum.C.quando mul.tut.offi. fun.pot.& l.r.C. vbi pup.educ.deb.

8 Sextò † quæritur,quæ sint illæ personæ quæ possunt exemplariter substitui? Dic quòd illæ solæ quas verisimile esset ipsos liberos sibi substituisse,vel instituisse,si fuissent sanæ mentis,& potuissent testari. vt puta ipsorum filios, nepotes, & alios similes proximiores. Extranei autem illis extantibus substitui non possent. vt probatur in d.l. humanitatis. Et ex hoc colligitur etiam alia differentia inter hanc substitutionem exemplarem, & pupillarem.quia in pupillari omnes possunt substitui. vt in l.2.§.quos possunt. D. de vulg. & pupil.at in hac illi soli,de quibus dictũ est. Quanquam quidã voluerunt dicere,quòd d.l.humanitatis corrigat.d.§. quos possunt.cum similibus, vt sit hodie idem quò ad hoc in vtraque substitutione. quę opinio nõ est communis,vt refert Cy.in d.l.humanitatis. & Bar.in d.l.ex facto.

9 Quid † igitur si iste filius,cui fit hæc substitutio,habeat plures filios vel fratres, an liceat patri eius, vel matri vnũ ex eis eligere,& illum solum substituere aliis exclusis, vel præteritis? Dic breuiter, quòd licèt quò ad hoc sint contrariæ opiniones doctorum, attamen verior est opinio vt distinguatur. aut non subest iusta causa præteritionis vel exheredationis & tunc tenetur æqualiter eos substituere.& ratio est, quia pater & mater pari modo debẽt se habere in hac substitutione, sicut verisimiliter se habuisset ipsius filius, si testamentum condidisset. vt probatur per textum in d.l. humanitatis.

10 Post † quæritur, quid si filius habet fratres vtrinque coniunctos, & alios vterinos tantũ, an pater teneatur ipsos æqualiter substituere? Quidã (quos refert Bart. in d.l.ex facto) dicunt quòd solùm vtrinque coniuncti sunt substituendi, quia hi soli sunt substituendi, qui admittuntur ad querelam. vt probat textus in d.l. humanitatis. & quia vterini soli non admittuntur ad querelã. vt l. si fratris. C.de inoff.testa. ergo non sunt substituendi. Alii autem distinguunt: aut substitutio fit à patre vel à matre. si à patre, tũc præferendi sunt in substitutione vtrinque coniuncti, vel consanguinei tãtùm. Si verò à matre, tunc sunt æqualiter substituendi omnes, de quo plenius vide in d.l.ex facto.

11 Rursum † quæritur, si pater substituerit solùm vulgariter, vel pupillariter tantùm, filio suo impubere, & meante capto, an in hac vulgari & pupillari contineatur exemplaris substitutio? Dicunt quidam quòd in vulgari expressa non continetur tacita exemplaris, nec similiter in pupillari, ne duo specialia in eodem concurrere videantur. vt notatur in l.1.D. de dot. promiss. & l. cùm post. §. gener. & ibi notatis. D. de iure dotium. Bartolus vbi suprà, distinguit. aut tempore quo pater substituit, filius nullum

nullum patiebatur defectum, tunc nõ contineretur in ea exemplaris propter ſuperuenientem defectũ, quia ad caſum inexcogitatum non ſunt extendenda verba ſubſtitutionis. arg.in l.inter ſtipulatorem. §. ſacrã. D. de verb. obli. Aut tempore teſtamenti filius patiebatur defectũ furoris, & tunc in vulgari continebitur tacita pupillaris infra tẽpora pupillaris ætatis, & ceſſabit exemplaris, attento potiùs naturæ vitio quã accidentis, vt ſuprà dictum eſt. poſt verò pupillarem ætatem continebitur exemplaris, vt ſic prouiſio teſtatoris videatur relata ad omne tempus, ſecundùm qualitatem perſonę, ſi tamen perſona ſubſtituta fuerit de his quę continentur in d. l. humanitatis. & hoc dictat æquitas, & humanitas dictæ legis. facit in arg. l. qui neq; & l.ſi prędia. D. de reb. eor.

12 An † autẽ [a] in expreſſa pupillari contineatur tacita exemplaris? Voluerunt quidã dicere quòd ſic, ratione ſimilitudinis quam habent inter ſe vt plurimùm iſtæ duę ſubſtitutiones. Ideóque de vna ad aliã facilior eſt trãſitus. arg.in l.in rẽ. §. itẽ quęcunque. D. de rei ven. & l.ſi accepto. cũ ſimilib. eo. ti. Alii diſtinguunt, an hæc pupillaris ſit facta cũ limitatione temporis, verbi gratia, *Si filius meus decefferit in pupillari ætate talem ſubſtituo*: & tunc ſi ſemel valere potuit vt pupillaris, poſtea in aliã non reſoluitur ac obliquatur. vt l.ſi ita quis D. de her. inſtit. Aut eſt facta ſimpliciter. & tunc aut eſt facta filio in poteſtate, & valet vt pupillaris vſque ad pubertatem, & poſt valet vt exemplaris. arg.in l. centurio. D. de vulg. & pup. Aut eſt facta filio emancipato, & tunc valet vt exemplaris. arg.in l. Gallus. §. 1. D. de lib. & poſthum.

13 Vltra † quæritur [b], an prædicta tacita exẽplaris excludat matrẽ? Dic (ſecundũ doct.) ℘ nõ, nec alias perſonas quas nõ excluderet tacita pupillaris. ſapit enim hęc ſubſtitutio in multis naturã pupillaris, vt ſtatim ſubiiciã, cũ ſit ad ipſius exemplũ inducta & reperta. vt in §. qua ratione. Inſtit. de pup. ſub. ergo, &c. vt l.1. D. de leg. 1. l. 2. C. com. de leg. Sed expreſſa exẽplaris bene matrẽ excluderet eadẽ ratione qua pupillaris expreſſa, qđ tenet Bart. vbi ſ.

14 Itẽ † quæro quot ſunt neceſſaria ad hoc, vt exemplaris ſubſtitutio fiat & valeat? Dic breuiter ℘ ſex. Primò videlicet, ℘ is cui fit ſubſtitutio ſit de liberis. Secũdò ℘ ſit mẽte captus, vel in ſimili vitio cõſtitutus, tẽpore teſtamẽti ſeu mortis ipſi⁹ teſtatoris. arg. in d. l. 2. ſi extraneus. D. vulg. & pup. Tertiò ℘ morte teſtatoris nõ reincidat in alterius poteſtatẽ. quia ſi reincideret, qđ nõ põt ℘ ſe, nõ poterit per aliũ. arg.in l. neque. C. de hęr. inſti. ſicut de pupillari ſuperiùs dictũ eſt. Quartò, ℘ teſtator faciat ſibi teſtamentũ. vt d. l. humanitatis. Quintò, ℘ ſit inſtitutus ſaltẽ in legitima, nõ autẽ exheredatus, nec prętertus. vt d. l. humanitatis. Sextò, ℘ ipſius teſtatoris adeatur hereditas expreſſè, vel habeatur pro adita ipſo iure per exiſtentiã ſui heredis, vt ſ. dictũ eſt de pupillari. vt l.ſi filius qui patri. D. de vulg. & pup. & l. ſi. §. 1. C. de cũrat. fur. Hoc ſequitur Bar. vbi ſuprà. ex quib⁹ pa-

[a] *An autem vltra.* adde Bald. in l. humanitatis. C. de impob. verſ. tertiò quæritur, & Alex. conſi. 25. in 1. volum.

[b] *Vltra quæritur.* adde Bar. in l. Lucius. D. de vulg. & pupil.

ter differentia & consonantia inter has substitutiones.

Septimò quæritur [a], quando hæc substitutio exemplaris finiatur & vitietur? Ad hoc sic respondeo, q̃ generaliter vitiatur, vbicunque aliquid ex prædictis substantialibus defecerit. 15 Finitur † etiã ex superuenière cõualescentia, & qualitercũque vitiũ cessauerit. Itẽ finitur si filios quos priùs nõ habuerat, suscepozit hic furiosus, vt d.l. humanitatis.

16 Sed † circa hoc quæritur, si per conualescentiam superuenientem extincta sit substitutio exemplaris, postquam remeidit in furorem, an substitutio reuiuiscat, seu conualescat? Et quidam distingũt. aut vterque actus furoris cessantis, & redeuntis contingit in vita testatoris, & tunc conualescit substitutio. arg. l. posthumus. D. de iniu. rup. & irrit. testam. iuncta l. 2. D. de pecit. hæred. aut contingit post eius mortem, & tunc non reconualescit, per iura prælicta. Bartolus autem in d.l. ex facto, aliter distinguit. aut enim furor & dementia perseuerat, & tunc planum est quòd substitutio firma stat: aut furor cessat, & eodẽ modo cessat substitutio, non autem extinguitur. Ideoque si iterum superueniat furor, ipsa substitutio vires assumit quę priùs cessauerat, & tali verbo *cessat*, vtitur cum ministerio d.l. humanitatis.

17 Ex † quibus (secundùm eum) colligi potest decisio ad quæstionẽ, si filius post reditum ad sanos mores testamentum fecit (quod facere potuit, si erat sui iuris. vt l. furiosus. C. qui testam. fac. possi.) si post reincidet in furorem, quòd non reuiniscat vlterius substitutio exemplaris, quia per eius propriam prouisionẽ satisfactum est in bonis eius, vnde superflua est aliena, ne per indirectum sublata esset sibi testandi facultas, quod esse non debet vt l. stipulatio hoc modo. D. de verb. obli. Decidit etiam & aliud, videlicet quòd si talis filius, qui priùs nunquã fuerat furiosus in sua perfecta salute fecit testamentum, deinde superuenerit sibi furor, quòd non poterit sibi exemplariter, vel à patre, vel à matre substitui ratione prædicta. ad quod facit l. si arrogator, cum ibi notatis. D. de adoptionibus. videtur tamen opinio Bartoli, in eo quod dicit substitutionem cessare, contra dicere tex. in d. l. ex facto.

18 Postremò † quæritur, an superuenientibus liberis finiatur substitutio exemplaris? Et dic q̃ sic. siue sint filii naturales tantùm, vel legitimi tantùm, vel simul legitimi & naturales. vt probat textus in d.l. humanitatis in ratione sui. licèt ille textus loquatur in filio suo. & hoc tenet Bartolus in d.l. ex facto. Pro quo facit, quia præsumptio est ipsum furiosum, si foret sanæ mentis, ipsos filios cæteris in institutione prætulisse. vt l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. & l. cũ aut. D. de condit. & demon.

SVMMAR.

1 *Compendiosa substitutio nomen habet ab Imperatore impositum.*

2 *Compendiosa fit per aduerbium* quãdocunque, *vel similia.*

3 *Cõpendiosa (nisi in milite) non est species substitutionis distincta, sed vim habet vulgaris & pupillaris.*

a *Septimò quæritur.* adde Bart. in l. ex facto. D. de vulg. & pup.

aut in fideicommiſſariũ reſoluitur.

4 *Compendioſa fit per verba directa, obliqua & communia, vt hic exemplis illuſtratur.*

5 *De directa ſubſtitutione nulla detrahitur quarta: de fideicommiſſaria ſecus.*

6 *Compendioſa facta à milite eſt ſemper directa.*

7 *Compendioſa à pagano facta puberi eſt fideicommiſſaria: impuberi, pupillaris vſque ad pubertatem, poſtea verò finitur.*

8 *Pupillaris contenta in compendioſa eſt tacita quoad formã, ſed expreſſa quoad effectũ, quia matrẽ excludit.*

9 *Hæc verba,* Sine liberis, *ſubſtitutionem compendioſam faciunt fideicommiſſariam, poſt pubertatem.*

10 *Illa verba,* in pupillari ætate, *non reſtringunt iſta,* Sine liberis.

11 *Subſtitutus filiæ non poteſt revocare datem, ab eius marito qui eam ditauit eſt ex pacto, niſi excedat legitimam: vel ſit dos maior quam conueniat marito, inſpecta eius conditione, & patriæ conſuetudine.*

12 *Subſtitutio facta à pagano filiæ,* Si decefferit antequam nupſerit, *eſt fideicommiſſaria, & impleri poteſt hac conditio ſolis ſponſalibus celebratis.*

13 *Verbũ* lego, *in ſubſtitutione poſitum operatur ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*

14 *Subſtitutio facta per verba mere obliqua eſt fideicommiſſaria, nec per eam excluditur mater à legitima & Trebellianica filij.*

15 *In ſubſtitutione verbũ directum (vt eſt,* accipiãt,*) ſupplari poteſt ex ſenſu congruo orationis, vt ſic ſubſtitutio ſit directa intra tempora pupillaris ætatis.*

16 *Subſtitutio compendioſa pauperum, includit pupillarem, quæ habetur pro expreſſa ad excluſionem matris, ex coniectura pietatis teſtatoris in Deum.*

17 *Verba mere obliqua non trahuntur ad directã fauore pauperũ: vt verba,* detur bona, detur pretium.

18 IIII *differentes effectus notandi, ſubſtitutionis directæ & fideicommiſſariæ.* I *quòd in directa non detrahitur Trebellianica.* II *quòd venit legitima.* III *quòd non veniunt fructus, niſi extantes, vel percepti tempore quo ceſſit dies ſubſtitutionis.* IIII *quòd mater excluditur à legitima. At in fideicommiſſaria ſecus.*

19 *Subſtitutio quæ fit per verbum commune (vt eſt,* Subſt tuo,*) cum expreſſa temporis adiectione, valet vt pupillaris intra tempus pupillaris ætatis: poſtea verò vt fideicommiſſaria.*

20 *Subſtitutio facta per verbum commune cũ ſigno diſtributiuo,* quandocũq; *ſemper eſt fideicõmiſſaria.*

21 *Vt fauore matris ſubſtitutio compendioſa reſoluatur in fideicommiſſariam oportet eam eſſe ſuperſtitem tempore quo ſubſtitutio aperitur.*

22 *Hæc verba,* Sine liberis, *faciunt ſubſtitutionem omni tempore fideicommiſſariam, licèt verbum,* impuberis, *adiiciatur.*

23 *Regulariter ſubſtitutus præfertur cõiuncto, tamẽ ſi legato quàm hereditate.*

24 *Subſtitutio vulgaris facta pluribus coniunctim non habet locum, niſi cum nullus eſt heres.*

25 *Fideicommiſſaria facta pluribus coniunctim ſine adiectione nominis collectiui, locum habet conditione exiſtente in vno. Niſi ſubſit præſumptio contraria voluntatis*

testatoris, vt vno ex liberis coheredibus superstite.

26 *Fideicõmissaria facta pluribus cum adnectione nominis collectiui locum non habet, nisi conditione in omnibus existente, vel cùm substitutus est de liberis.*

27 *In compendiosa facta pluribus substitutis iudicandum est prout casus aduenerit vulgaris, pupillaris, vel fideicommissariæ.*

28 *In vulgari contenti (quasi vnum corpus) præferuntur substituto: in pupillari & fideicommissaria secus.*

29 *Si vnus ex coheredibus decedat post adtam hereditatem in dubio locum sit substituto. Nisi aliud sensisse testatorẽ appareat, quod præsumitur cũ coheredes sunt de liberis, aut cùm substitutioni additũ est signum vniuersale relatiũ ad bona, vel heredes: vel addita copula inter omnes coheredes: aut ex aliis coniecturis.*

30 *Liberi liberorum possunt poni in conditione, licèt ex nihil relictũ sit, at grauari non possunt de restituenda hereditate.*

31 *Testator grauando videtur legare.*

32 *Compendiosa quando complectatur, vulgarem.*

33 *Verbum, Substituo, relatum ad vltimam rem certam vim habet legati duntaxat.*

34 *Substitutio in re certa habetur loco legati, eóque non complectitur pupillarem.*

35 *Substitutio in quota vim habet legati duntaxat, nisi totus as distributus sit.*

36 *De legato quotæ per modum substitutionis nihil detrahit heres grauatꝰ.*

37 *Cùm verba merè directa & merè communia simul coacernantur in substitutione, electio est substituti quæ substitutiua vti v. in, dicitur an fideicommissaria.*

38 *Variæ formulæ quibus directa & communia verba coacernantur.*

39 *Verba, perueniat, pineat, habeat, Remaneat, redeat, succedat, reuertatur, deuoluatur, sunt cõmunia: accrescat, moriatur, directa.*

40 *Substitutio compendiosa fit variis modis quibus simmitur substitutiones in ea comprehensæ.*

GLOSSA VI.

COmpendiosæ. Aduertendum est multum circa hanc substitutionem, quia est in quotidiano vsu. vt l. legauit. D. de lib. & leg. Quæ ideo cõpendiosa appellatur, quia secundum quosdam fit sub quodam verborum compendio, includens in se multas substitutiones, & plura tẽpora. Quæ quidem deriuatio seu denominatio non est concludens, quia & reciproca substitutio est huiusmodi, sicque esset denominanda compendiosa.

1 Et † ideo melius dic. quòd ideo sic appellatur, quia Imperator eam sic baptizauit. vt l. precibus. C. de impuber. & aliis substi. nec super hoc est insistẽdum, quia plura sunt negocia quæ vocabula. vt l. natura. D. de præscrip. verb. & sunt talia pertinacibus relinquenda. vt l. 2. C. de constit. pec. & Glo. in rubrica. D. solo. matri.

2 Circa † hanc substitutionẽ de pluribus est quærendum, & primò quæ sit eius forma. Vbi respondetur quòd talis est, *Quãdocunque filius vel hæres meus sine liberis decesserit, semper proximum eidem substituo*, vt habetur in l. centurio. D. de vulg. & pup. & ibi plenè per Bart. & in d. l. precibus. vbi per Cyn. & per hoc nota quòd hæc substitutio fit per hoc aduerbium, *Quandocunque*, vel similia.

3 Inde

3 Inde † quæritur, an hæc ſubſtitutio compendioſa ſit ſpecies ſubſtitutionis diſtincta, & ſeparata ab aliis? Dicunt doctores aut hæc ſubſtitutio fit à milite, qui poteſt directò ſubſtituere, & tunc eſt propriè ſpecies ſubſtitutionis diſtincta ab aliis. vt d. l. centurio. & l. precibus. aut fit à pagano, & tunc quia paganus non poteſt ſubſtituere directò, niſi vulgariter & pupillariter, ideo vltra hos caſus & eorum tempora talis directa ſubſtitutio non porrigitur, ſed reſoluitur in fideicommiſſariam. Vide in pagano eſt adiectio quædam infra tempora pubertatis: poſtea verò eſt ſpecies diſtincta, quia tranſit (ſecundùm aliquos) in fideicommiſſariam, (vt infra dicetur, & ſupra dictum eſt de reciproca.) & non ſubſtitutio per ſe ab aliis diſtincta, niſi fortaſſis per ſtatuta terrarum reperiretur aliud diſpoſitum, quia tunc idem in pagano, quod in milite eſſet cenſendum.

Tertiò quæritur, quas ſpecies ſubſtitutionum comprehendere habeat compendioſa ſubſtitutio, ſi fiat à milite vel pagano? Dic quòd ſi quidem fiat à milite, tunc attenta perſona eius cui fit ex forma ſubſtituendi, aliquando comprehendit vulgarem tantùm, aliquando pupillarem tantùm, aliquando ſimul vtramque. Et idem dico in pagano, in quo comprehendit aliquando etiam fideicommiſſariam, vt d. l. centurio, & apertiùs demonſtrabitur in ſequentibus. Quæro igitur ad eorum declarationem, quando comprehendat vulgarem vel pupillarem aut fideicommiſſariam? 4 Caius † gratia præſciendum eſt, quòd aliquando hæc ſubſtitutio compendioſa fit per verba merè directa, aliquando per verba merè obliqua, & aliquando per verba communia. Verba autem directa appellantur illa, quæ ita directò referuntur ad perſonam ſubſtituti, quòd in acquiſitione hæreditatis, ipſius factum & miniſterium (& non alterius perſonæ) requiritur. Verbi gratia, ſi teſtator dixerit, *Caium filium meum hæredem inſtituo, & quandocunque ipſe filius meus deceſſerit, talis ſit hæres ſibi*, vt notatur per Glo. ſuper verbo *directas*. l. eam quam. C. de fideic. & l. omne verbum. C. cómu. de leg. & in l. precib⁹. C. de impub. & aliis ſubſtit. Per hoc enim quòd dicit, *ſit hæres*, agit teſtator, vt ſubſtitutus à ſeipſo capiat, ſine alteri⁹ miniſterio, & idè ſi dixerit, *eadem inſtituo, & quandocunqu⁹ filius meus deceſſerit, talis ſubſtituo*. Verba autem obliqua appellantur illa per quæ teſtator in acquiſitione fienda per ſubſtitutum exigit alterius miniſterium. Verbi gratia, ſi teſtator dixerit, *Quandocunque filius meus deceſſerit, reſtituat hæreditatem Caio*. nam iſto caſu, & ſequentibus, non poteſt Caius à ſeipſo intrare & apprehendere hæreditatem, niſi præcedente & interueniente facto hæredis teſtituentis. vt l. cohæredi. §. cum filiæ. D. de vulg. & pup. & l. ex facto. §. fi. & l. recuſare. §. Titius, & l. reſtituat. & quaſi per totū. D. ad Treb. Idem ſi dixerit, *Rogo, vt faciat Caium hæredē*, vt d. l. ex facto, in prin. in l. filius ſa. §. vt quis hæredē. D. de leg. 2. Idem ſi dixerit, *Reddat hæreditatem Caio*. vt l. cùm quidam. D. de leg. 2. & l. verbum reddendi. D. de verb. ſign. verbum ergo, *reſtituas*, *reddas*, *reſtituat*, *reddat*, & *ſatisfaciat*, ſunt obliqua, vt patet ex prædictis. Verba autē communia ſūt illa quæ ſe poſſūt habere

ad vtrunque significatum, videlicet quòd hæres capiat à seipso, vel ab alio: & sic possent esse directa & obliqua, de quibus ponuntur exempla per Gloss. in d.l. precibus. Et primò in verbo, *substituo*, vt puta si testator dixerit, *Quandocunque hæres meus decesserit sempronius substituo*, hoc autem verbum, *substituo*, aptum est referri tam ad directã quàm ad obliquam substitutionem, propter ipsius verbi generalitatem, nam vnusquisque dicitur substitutus, qui in locum alterius subrogatur. arg. in l. Titius. cum seq. D. de hæred. instit. & l.1.§. in primo, & §. pro secundo. Cod. de cad. tol. Sunt etiam alia exempla de verbis communibus, & alia de quibus dubitatur an sint directa, vel obliqua, vel communia, de quibus omnibus infra declarabitur. Nec mireris de hac inuestigatione, quia inter directam substitutionem, & obliquam multiplex est differentia, maximè illa, quia de directa nulla detrahitur quarta, de fideicommissaria sic, vt infra patebit.

His itaque sic præmissis rediens ad propositam quæstionem concludo tres casus principaliter examinandos. aliquando sic substitutio compendiosa per verba merè directa: aliquando per verba merè obliqua: aliquando per verba communia. Circa primum articulum, cùm fit per verba merè directa, quæritur de pluribus quæstionibus. & primò quæ species substitutionum comprehendat in se hæc tacita substitutio compendiosa? Et distingue. aut hæc substitutio fit à milite, aut à pagano. 6 Primo † casu, omni tempore est directa. vt d. l. centurio. & sic comprehendit vulgarem, pupillarem, & aliam quancunque directam pro toto tempore.

7 Secundo † casu, subdistingue. aut fit impuberi, & resolutur in fideicommissariam, & secundùm illam operatur pro toto tempore, quia paganus vltra ætatem pupillarem non potest directè substituere. text[9] est in l. Scæuola. D. ad Treb. fi cit ꝙ notatur in l. verbis ciuilib[9]. & in l. in pupillari. D. de vulg. & pup. Aut fit pupillo, & tũc, secũdùm communẽ opinionẽ Gl. & Doc. infra tẽpora pupillaris ætatis fungitur vice pupillaris substitutionis, & tanquam de pupillari disponitur. postea autem finitur. vt d. l. verbis. & d. l. in pupillari. Quam opinionem sequitur in hoc Glossa, in d.l. centurio. & in l. precibus, & Inst. de pup. subst. in Gl. magna. & idem Azo in Summa. cod. titu. & idem Cynus in d.l. precib[9]. in Gl. in c. Raynutius, ext. de testam. & Ioan. And. in Glo. in c.1. ext. de testam. lib. vi. Alij autem sunt, qui dicunt quòd valet infra tempora pubertatis vt pupillaris, postea autem trahitur ad fideicommissariam, quam opinionem sequutus est Io. An. mutato proposito in nouella sua super d. c.1. & alij quidam idem sentiunt, & mouentur præcipuè ex coniecturata mente testatoris, qui comprehendendo omne tempus videtur substitutionem hanc voluisse operari omni tempore, prout melius posset ad quam mentem verba sunt in quantum possunt trahenda. vt in l.3. in fin. Cod. de lib. præte. & in l. in conditionib[9]. D. de cõdit. & demonstratio. etiam impropriando ipsa verba. vt l. si alij. & ibi notatis. D. de vsufr. leg. & l. insulã. D. de præscrip. verbo. Bar. autem in l. centurio, voluit pro

pro cõcordia diſtinguere. quę truſa eſt.

Sed circa prædicta quæritur, an pupillaris contenta in hac ſubſtitutione compendioſa ſit tacita vel expreſſa? Et quidem gloſſa magna in d.l.centurio. & in l.precibus. videtur ſentire quòd ſit tacita, quod etiam videtur probari per textum in d. l. precibus. 8 Tu † tamen, ſecundùm Bart. die quòd quantùm ad formã verborum eſt tacita, ſed quantùm ad iuris effectum expreſſa. quod patet, quia matrem excludit. vt in c.1. ext. de teſtam. lib. vi. & d.l.precibus. & notatis per Bart. in d.l.centurio. in 4. opinione.

9 Quid † autem dices de quæſtione quotidiana. Pone quòd in hac ſubſtitutione facta per verba directa, teſtator adiecerit verbum *ſine liberis*, verbi gratia, *Quandocunque deceſſerit filius meus ſine liberis, ſẽproniꝰ ſit hæres*, an idẽ hoc caſu erit cenſendum quod in proxima quæſtione dictum eſt? Aducrte quòd ſicut in præcedenti quæſtione ſunt opiniones contrariæ, ſic in iſta. & quidem gloſſa in d.l. precibus. dicit quòd omni tempore hæc ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, propter illa verba *ſine liberis*. & idem ſequitur gloſſa in d.c.Raynutius. Doctores tamen communiter tenent idẽ quod in præcedẽti, videlicet quòd infra tempora pubertatis valeat vt pupillaris, poſtea trahatur ad fideicõmiſſariam. per d l.centurio. Quidam autem dicunt quòd opinio gloſſæ eſt verior, quia propter illa verba *ſine liberis*, ſubſtitutio videtur relata ad id tempus principaliter quo liberos habere poſſit. arg. in l. 1. in princ. D. de ſuis & leg. ſicque debet iſta ſubſtitutio pro omni tẽpore eſſe vniformis, & eodem iure cenſeri. arg. l. eum qui ædes. D. de vſuc. Quæ opinio reprobatur, eò maximè quia ille ſermo indefinitus *quandocunque deceſſerit*, &c æquiparatur vniuerſali. vt l. ſi pluribus. D. de leg 2. vnde debet per ſe tantum operari, quantum cum verbis illis adiunctis, *ſine liberis*. &c. Patet igitur ex præmiſſis quòd hæc verba, *ſine liberis* faciunt ſubſtitutionẽ fideicommiſſariam poſt tempora pubertatis, ſecundùm opinionem communem: vel omni tempore, ſecundùm opinionem gloſſę. cuius effectus eſt maximus, vt per te dignoſcere potes.

10 Et † hęc faciunt ad quęſtionem quam habui de facto. Teſtator habens filium pupillum ſic dixit, *Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate ſine liberis, Caium ſibi ſubſtituo*. quęritur an hęc ſubſtitutio ſit pupillaris tantùm, vel fideicommiſſaria tantùm, vel ſimul vtraque? Dubium autem oritur ex eo, quia iſta verba, *ſine liberis*, determinationem habent ab illis verbis, *in pupillari ætate*, ſicque videtur quòd ſit pupillaris. nec in hac ſubſtitutiõne eſt appoſita aliqua alternatiua vel copulatiua, quę habeat denotare hãc ſubſtitutionem debere in tempus poſt pubertatem extendi: imò magis oppoſitum, quia teſtator tempus limitauit & deſignauit, dum dixit *in pupillari ætate*, &c. & per hoc ſubſtitutionem ipſam reſtrinxit ad hoc tempus. arg. in l. ſi ita quis. D. de vulg. & pup. In contrarium eſt veritas, quia hęc talis ſubſtitutio eſt pupillaris infra tempora pupillaris ętatis, poſtea eſt fideicommiſ-

saria.nec videtur restricta ad tēpus pupillaris ætatis tantùm, sed vltra protensa, & hoc per illa verba *sine liberis*,quæ natura sui significati important vt ad tempus potentiæ habēdi liberos substitutio referatur, quod est post pupillarem ætatem: & illa verba, *in pupillos*,magis causa demonstrationis personæ quàm limitationis temporis videntur apposita. Et hęc omnia interpretari benignius est,attenta mente defuncti, qui bene sciebat ipsum in pupillari ætate filios generare nō posse. alioquin verba illa, *sine liberis*, frustratorię erunt prolata, & nihil operarentur contra l.si quando.D. de leg.1.vt ergo aliquid operentur dicendum est hanc substitutionem. vltra pupillarem ętatem extendi. Idem fortius est tenendum si testator dixerit. *Si filius meus decesserit impubes,sine liberis*, &c. & ita clare determinat Bartolus in d.l.centurio. & Innocentius in c.Raynutius ext. de testam.

11 Deinde † de alio quęritur. ecce testator habēs filiam pupillā, ipsam hęredem instituit, & si sine liberis decederet quandocunque, eidem Caium substituit. pręmoritur testator.hęc filia nupsit & dotē de bonis paternis eius marito dedit,pacto apposito,quòd ipse lucretur dotem,si ipsam sine liberis pręmori contigerit in matrimonio.de inde casus contingit, quòd ipsa filia sine liberis pendente matrimonio decessit.propter quod substitutus vult revocare bona paterna in dotem tradita. quæritur an sit audiendus? Hic aduertendum, quia quæstio est quotidiana, & distinguenda sic, secundùm Bartolum. Aut bona in dotem tradita sunt ęque ad legitimam,& non vltra. & tunc non auditur substitutus volēs illā revocare, quia in legitima nō tenuit substitutio.vt in l. quoniam in prioribus,& l. quoniā in nouella C.de inoffic.testam. Aut sunt vltra legitimam,& tunc aut dos erat talis quę conueniebat matrimonięta eius conditione, & patriæ cōsuetudine:& tunc non auditur substitutus. textus est notabilis in l. mulier. §. cùm proponeretur. D. ad Treb.coniuncta Authentices quæ C.cōmu.de leg.Aut erat talis dos quę nec filię nec marito conueniebat,& tunc auditur substitutus. de qua quæstione plenius vide quod notat Bart.in l.Lucius Titius.§.maritus. D ad Treb.coniuncta Authentices quę C.comm.de leg. & per Cy. in l.1,§.videamus.C.de rei vxo act.

12 Insuper † quęritur de occurrenti sępe quæstione.ecce quod pater habens filiam eam hęredem instituit, & sibi hoc modo substituit, *Si filia mea decesserit antequam nupserit,sibi Caium substituo*. quęritur qualis sit hęc substitutio, an compendiosa vel fideicōmissaria? Die quòd in pagano est fideicommissaria, quia habet extensionem vltra ętatem pupillarem. nam hęc conditio potest impleri quādocunque & sufficit simplex desponsatio,nec est necessaria ductio in domū mariti.vt habetur in l.hęc cōditio.& l. an fuerit. cū similibus ibi notatis. D.de condit.& demon. Et per hoc sequitur, quòd si filia moritur post mortem patris in pupillari ætate, quòd substitutus potest ex pupillari substitutione contenta in fideicommissaria substitutione,ipsi filiæ

directò ſuccedere.vt notatur infrà, in a.glo.verſ.*amplius quæritur*.

13 Quid † autem dices ſi teſtator fecerit hanc ſubſtitutionẽ per verbum *Lego*, & nõ per verbũ *Subſtituo*. verbi gratia dixit teſtator, *Quandocunque deceſſerit filius meus ſine liberis, lego vniuerſa bona mea Caio*, erit-ne iſto caſu ſubſtitutio tãcùm, vel legatum, vel quid aliud? Videtur quòd ſit ſubſtitutio, & non ſimpler legatum. per textũ ſecundùm Bar. in l. verbis ciuilibus. D. de vul. & pup. & l. filium. §. legata. iuncta l. 1. in prin. D. de leg. præſt. An autẽ ſit directa vel fideicõmiſſaria, Bart. tenet quòd ſit omni tẽpore fideicõmiſſaria per l. Iulianus. §. fin. D. ad Treb. cùm ſecundùm ſtrictã ſignificationẽ, & propriã, ipſum verbũ *Lego* ſit ſpecies diſtincta à verbo *Subſtituo*, ideo diuerſos habet titulos. dic latiùs, vt tangit Bartolus in d. l. centurio.

14 Venio † nunc ad ſecundum articulũ, qui eſt quãdo ſubſtitutio ſit per verba merè obliqua. Quo caſu dic breuiter (ſecundũ omnes) quòd eſt fideicõmiſſaria pro omni tempore, tam in milite quàm in pagano. Nec mater per talẽ ſubſtitutionẽ excluditur à legitima filii & Trebellianica. vt l. cohęredi. §. cùm filię. D. de vulg. & pup. & facit l. fũdi Trebatiani. D. de vſufr. leg.

15 Inde † quæritur de quęſtione quotidiana. Teſtator dixit, *Quãcunque deceſſerit filius meus ſine liberis, volo quòd bona mea diſtribuantur inter pauperes per meos fideicõmiſſarios & executores infra ſcriptos*. quæritur an talis ſubſtitutio ſit fideicõmiſſaria, infra tẽpora pupillaris ætatis? & videtur quòd omni tempore ſit fideicommiſſaria. arg. d. l. fundi Trebatiani. pro qua facit glo. in d. l. precibus. In contrarium determinat Bart. in d. l. cẽturio. dicẽs quòd eſt directa infra tempora pubertatis. & ſit ratio (ſecundùm eũ) quia in hac diſpoſitione ſubintelligitur verbũ, *Accipiant*, vt ſit ſenſus, Si filius meus deceſſerit ſine liberis, tũc executores accipiant bona mea, & dent pauperibus. vt l. alio hærede. D. de alim. & cib. leg. & ibi plenè per eum de materia iſtorũ executorum. Ad quod etiã facit l. denique. §. interdum. eo. tit. & in Auth. de eccleſ. tit. §. ſi quis autẽ. quod quidem verbum *Accipiant*, eſt verbũ directum. vt probatur in c. 1. ext. de teſtam. lib. vi. & ibi notatis. & in l. his verbis. in prin. D. de hæred. inſtit. Et pro hoc videtur textus in c. cùm tibi. ext. de teſtam. vbi tales executores nullo alio hærede inſtituto pro hæredibus reputantur. prout etiam ſequitur Goffredus in ti. de teſtam. verſ. quid erit. & Spe. in tit. de inſtr. edit. §. nũc aliqua. verſ. item pone.

16 Et † notãdũ (ſecũdùm Bart.) q̃ hęc talis cõpẽdioſa in caſu iſto matrẽ excludit, quia pupillaris in ea incluſa magis eſt expreſſa quàm tacita, attẽta præſumpta volũtate defuncti. quę præſumitur ex diuerſis cõiecturis, & maximè ex hac, quia p̃ ſalute animæ ſuę inſtituit pauperes Chriſti, & per hoc ipſũ Deum, qui eſt ſalus omniũ. Ideóque præferri debet ſalus animę proprio amori filiorũ. vt l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. Iuxta illud Euangelij, *Niſi dereliqueritis patrẽ, matrẽ, vxorem & filios, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ*.

17 Vltra † quæro, quid ſi teſtator nullos nominauit executores,

sed simpliciter dixit, *Si filius meus quandocunque sine filio decesserit, volo quòd bona mea deuenturpauperibus.* an hoc casu talis substitutio erit fideicommissaria? Et videtur quòd sit directa, eo modo quo proximè dictum est, quia hoc casu Episcopus loci est ordinarius executor. vt l. nulli.& l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. ergo locum tenebit hæredis. In contrarium determinat Bart. in d. l. centurio. dicens quòd omni tempore est fideicommissaria: quia hęc verba, *deuenturbona mea pauperibus*, sunt verba merè obliqua. Ergo, &c. vt d. l. cohęredi. §. cùm filię. D. de vulg. & pup. Et idē esset si testator dixisset, *Volo quòd bona mea vendantur, & pretium detur pauperibus, quos elegerint mei executores*, secundùm eum.

18 Vlterius † quæritur quis sit effectus, an substitutio sit directa vel fideicommissaria, Respondeo, multiplex. nam ex directa nulla detrahitur quarta, quia institutus vel substitutus capit à seipso, vt dictum est: sed in fideicommissaria detrahitur quarta. vt Instit de fideicom. hęred. §. sed quia. & in l. fideicommissaria. D. ad Trebel. & in c. Raynutius & in c. Raynaldus. ext. de testam. Item propter legitimam debitam iure naturæ, quæ in fideicommissaria substitutione non cadit in restitutionem, nec substituto queritur, sed detrahitur de hæreditate. vt l. quoniā in prioribus, & l. omni modo. & l. ex tribus. C. de inoffi. testam. & in prælegato c. Raynutius. & in c. Raynaldus. & in c. ſi pater. de testam. lib. vi. & notatis in d. §. cùm filię. Sed in directa veniret legitima, applicanda substituto, si filius decederet in pupillari ęta. e. postea non. vt in l. sed si plures. §. ad substitutos. D. de vulg. & pupil. & l. centurio. Ité propter fructus, qui non restituuntur ipsi substituto in directa substitutione, nisi extarent, vel pendente tępore quo cedit dies substitutionis. vt d. l. centurio. in fi. At in fideicōmissaria aliter distinguitur, vt infrà dicā, in gl. seq. Ité propter matrē, quę in directa excluditur à legitima, sed non in fideicommissaria, vt dictum est de his in d. l. precibus.

Nunc autē videndū est de tertio articulo, quoniā fit hęc substitutio per verbū cōmune, vt est verbū *substituo.* & quęro, si testator habens filiū impuberē, dixit, *Quandocunque decesserit, talem substituo*, an talis substitutio erit omni tempore directa, an fideicōmissaria. Super quo varię sunt opiniones. Tamē, secūdùm cōmunē & veriorē opinionē, sic concludo. 19 Aliquādo † hęc substitutio fit cum quadā expressa tępori divisione, seu distinctione: verbi gratia. *Se filius meus decesserit infra pupillarem ætatem, vel postea quandocunque, Caium substituo.* & in hoc cōcordāt omnes, quòd infra tępus pupillaris ætatis valet iure directo vt pupillaris: postea verò trahitur ad fideicōmissariā vt habetur & notatur per gl. & Cy. & alios scribentes in d. l. precibus.

20 Aliquādo † fit substitutio simpliciter cū signo distributivo, *Quandocunque*, verbi gratia, *Quandocunque filius meus decesserit, Caium substituo.* & in hoc casu reperio quatuor opiniones. Prima fuit quòd omni tempore sit fideicōmissaria. quā tenet glo. in d. l. precibus. & l. centurio. &

Alio

Azo in ſumma. C. de imp. & aliis ſubſti. gl. in d. c. Raynutius. & Io. An. in glo in d. c. ſi pater. hūc ſi. ſimiliter opinionē ſequūtur Dynus, Martinus & Raynerius, & quaſi cōmuniter oēs. Secunda fuit opinio alterius gl. poſitę Inſtit. de pup. ſub. in glo. magna, quæ tenet q infra tempora pupillaris ætatis valet iure directo, poſtea verò obliquatur & trahitur ad fideicōmiſſariam. quā opinionē propoſito mutato ſequitur Io. An in nouella ſuper d. c. ſi pater. Tertia eſt opinio Iacobi de Arretio & Cyni in d. l. precibus, diſtinguētiū. aut hęc ſubſtitutio eſt facta cum termino antecedēto vel ſimili diſtributiuo in tempus. & tunc habet locum opinio gl. Inſtit. de pup. ſub. & eius ſequacium: aut eſt facta ſimpliciter, & hūc procedit opinio gl. in d. l. precibus. & ſequacium. Quarta eſt opinio Bartoli in d. l. cētutio, diſtinguētis ſic. Aut ex aliquibus cōiecturis vel præſumptionibus cōſtare poteſt de mēte teſtatoris, q voluerit eam valere iure directo infra tēpora pupillaris ętatis: & tūc verū dicit d. glo. Inſtit. de pup. ſub & qui ſequuntur eā. aut de his non cōſtat, & tunc aut mater eſt in medio: & ſic interpretatio pro matre, vt ſit omni tēpore fideicōmiſſaria. vt d. l. precibus arg. in l. qui duos. D. de rebus dub. aut mater non eſt in medio, & tunc aut filius moritur in pupillari ętate: & iudicabitur directa pro eo tēpore. aut moritur poſtea, & tūc iudicabitur fideicōmiſſaria. & ſit ratio (ſecundū eū) quia quādo verbū poteſt ſe habere ad plura tēpora, debet iudicari pro latiū eſſe ſecūdū futuros euētus. vt l. 3. in fi. D. de adim. leg & l. hęc cōditio. D. de cōdit. & demon. Vnde ſequitur q ſi cōtigerit ipſum filiū decedere in pupillari ætate, iudicabitur prolatū in hūc caſum pupillaris ſubſtitutionis, ſi verò deceſſerit poſteà, iudicabitur prolatū in casū ſi ſecōmiſſarię ſubſtitutiōis. quia lex tēper eſt certa vt l. vēre. & l. cū quidā. D. de acquir. hered. ideo facit preſumi talē fuiſſe ab initio ſubſtitutū, qualē ſequēs euētus demōſtrat. Verūtamē in iudicādo nō eſt recedendū à cōmuni opinione, de qua latiūs vide Bartolū in d. l. cētutio. Nā ego Ioānes Petrus huius opuſculi & nouę practicę cōpoſitor, ſolis concluſionibus intendo, ſermonibus prolixioribus reſecatis.

21 Hic † autē dubitatur de vno, videlicet quādo mater dicitur eſſe in medio, an ſufficiat fuiſſe tēpore mortis teſtatoris, licēt nō ſit tēpore quo cedit dies ſubſtitutionis. Dic breuiter q debet eſſe ſuperſtes & viuens tēpore quo cedit dies ſubſtitutionis. vt probatur in d. l. precibus. in fi. coniuncta gloſſa magna in prin. & ſit ratio, quia cùm fauor matris ſit cauſa reſolutionis, & alterationis ſubſtitutionis, vt dictū eſt, ſi ipſa defuncta ſit eo tēpore, ceſſare habet ipſe fauor, & per cōſequēs remanet ſubſtitutio in ſuā propria natura. & de hoc eſt textus expreſſus, in l. fi. in fi. C. de inſtit. & ſub.

22 Deinde † quæritur de eo quod ſuperius aliqualiter tetigi. ecce quòd teſtator ſic dixit, *Si filius meus impubes deceſſerit ſine liberis, eum ſubſtituo*, vtrum eo decedente poſt pupillarem ætatem ſine liberis, locus fiat ſubſtitutioni? Videtur quòd non, quia non deceſſit im-

pubes per hoc enim quòd testator dixit, *impubes*, videtur substitutionē limitasse ad tempus pupillaris ætatis. arg. in l. si ita quis. D. de vulg. & pup.

Dicit Innocētius distinguēdum, an illud verbum, *impubes*, adiiciatur verbo dispositiuo, an executiuo? Primo casu sit locus substituti oni, quia verbum illud videtur appositum potiùs gratia demonstrationis quam limitationis. secundo casu repellitur substitutus. argumētum ad hāc distinctionem in l. 2. D. de auro & arg. leg. & l. in delictis. §. si extraneus D. de noval. & l. Si Titius. D. de testam. mili.

Sed Io. And. in d. c. si pater. tenet simpliciter quòd locus fiat substituto propter illa verba, *sine liberis*, quæ respiciunt tempus, quo liberos procrearet, & illud verbum *impubes* videtur non gratia limitationis appositum, sed gratia demonstrationis. patet ergo quòd hæc substitutio. *si sine liberis decesserit*, facta simpliciter sine signo distributiuo *quandocunque* &c. omni tempore est fideicommissaria. quod etiam in dubio sequitur Iacobus de Aretio & omnes, vt suprà tactum est in proxima quæstione.

Amplius quæritur de quotidiana quæstione. Ecce quòd testator habens quatuor filios, eisdem substituit hoc modo: *Si filij mei decesserint in pupillari ætate, vel postea quandocunque, Caium substituo vulgariter, pupillariter & per fideicommissum.* deinde vnus ex eis sine liberis decessit, vel hæreditatem repudiauit, quæritur in eius successione quis præferatur, an cohæredes, an Caius substitutus? Et videtur quòd Caius substitutus cæteris cohæredibus præferatur. 23 Nam † regula est iuris, Quòd substitutus præferatur coniuncto tam in legato quàm in hereditate. vt in l. 1. §. in primo & §. fin autē si quis. C. de cad. tol. & in Authen. hoc amplius. C. de fideicom. & ille sermo pluralis. *si filij mei decesserint*, resoluitur in singulariratem. vt l. falsa demonstratio. §. 1. D. de condit. & demonstr. & l. quamuis. C. de impuber. & aliis substit.

In cōtrarium autem facit l. pen. C. de impub & aliis substit.

Pro quorum omnium cōcordia sic distingue, secundùm Bar. vt per eum notatur in l. hæredes mei. §. cùm ita. D. de vulg. & pup.

Aut substitutio est facta pluribus seperatim, aut coniunctim. Primo casu locus est substitutioni in persona cuiuscunque substituti, cùm euenerit conditio substitutionis. vt l. pen. D. de inio. rup & irrit. test. & l. pater filium. §. fi. (secundùm primam lecturam) D. ad leg. Fal. Secundo verò casu cùm fit pluribus cōiunctim, tunc subdistingue. aut substitutio fit simpliciter sine adiectione nominis collectiui, aut cum eā adiectione. Primo casu subdistinguitur: aut fuit substitutio vulgaris, aut pupillaris, aut fideicommissaria. 24 Si † fuit vulgaris (verbi gratia, dixit testator, *si filij mei vel tales per me instituti hæredes non erunt, talis sit hæres, vel talem substituo.*) tunc requiritur nullum esse hæredem, vt sit locus substituto. vt probatur in dict. l. quamuis. C. de

C.de impub. & aliis ſubſtit. & notatur in d.l.hoc articulo. D. de hæred.inſtit & d.l.fulſo.§.ſi. Si autem fuerit pupillaris ſubſtitutio, tunc dic per omnia, vt infrà dicetur in fideicommiſſo.

25 In † qua ſic eſt dicendum, q̃ regulariter morte vel repudiatione cuiuſcunque hæredis extat conditio fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis, ſicque fit locus ſubſtituto in perſona illius qui deceſſerit vel repudiauerit. vt l.Lucius.§.Cæio.D.ad Trebel.ſecũ l.fin § filium D. de leg.2.

Quæ regula fallit quando præſumptio eſt teſtatorem aliud voluiſſe, quod quidem præſumitur quando voluit inter ipſos hæredes ſuum eſſe & locũ habere ius accreſcendi. arg.in l. vel ſingulis. D. de vulg. & pup. vel natura rei hoc inducit, vt patet in vſu & habitatiõ.l.in conditillis. D.de vſufr.leg. Item fallit ſi ſupereſt aliqua perſona, quæ ex præſumpta voluntate defuncti excluderet fideicommiſſarium ſubſtitutum. vt puta aliquis de liberis. vt l.is qui ducẽta.§.item ſi pater. D. de reb. dub.l. cùm acutiſſimi. C.de fideicom. & l.generaliter. C.de inſtit. & ſubſtit. 26 Secundo † caſu principali, videlicet cùm ſubſtitutio eſt facta cum adiectione nominis collectiui, verbi gratia, ſi teſtator dixerit, *Si omnes hæredes mei, vel ſi vterque, vel ambo deceſſerint*, &c. tunc autem attendis propriam ſignificationem vocabuli, & repellitur ſubſtitutus. vt d.l. hæredes mei. § cùm ita.in prin.aut interpretationem quæ ex defuncti voluntate colligi poteſt. & tunc aduerte, an ſupereſt aliquis de liberis, qui extraneum ſubſtitutum ſolent excludere: & tunc repellitur ſubſtitutus vt d.l.fin. C.de impub. & ali. ſubſtit. aut non eſt aliquis de liberis, vel fortaſſe ipſemet ſubſtitutus eſt de liberis, & tunc admittitur ſubſtitutus. vt d. §. cùm ita.

27 Quid † autem ſi facta fuerit ſubſtitutio compendioſa pluribus inſtitutis, quæ continet vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam (vt idem Bart. notat in d.l. centerio. & dixi ſuprà) an vt ſubſtituto locus fiat, erit adhibenda dicta diſtinctio, *Si fuerunt plures hæredes*, vt prædicitur, Inſtitutus. Ad quod reſpondet idem Bart. quòd ſi quidem extiterit conditio vulgaris, iudicabitur vt de vulgari, & diſtinguetur, prout de ea ſuperiùs dictum eſt. Et eodem modo, ſi contigerit conditio pupillaris aut fideicommiſſaria.

Hic autem occurrit quærendum de ratione diuerſitatis, quare in vulgari exigitur implementũ conditionis in perſona omnium inſtitutorum, hoc eſt nullum eſſe hæredẽ, vt fiat locus ſubſtitutoin aliis autẽ ſubſtitutionibus diſtinguitur prout ſuprà? 28 Reſpondeo † (ſecundùm eum) quia in ſubſtitutione vulgari, quæ locum habet ſolùm ante aditam hæreditatem (vt l.poſt aditam. C.de imp. & al.ſub.) fit locus iuri accreſcendi in perſona cohæredis, & tanquam vnum corpus, ſimul iuncti præferuntur. & ideo omnium concurſus in omittenda hæreditate requiritur, vt ſubſtituto ſit locus. argument. l.1. §. his ita, ibi, *Hæ ua*

tam varie, &c. C. de cad. tol. & talis videtur fuisse mens defuncti. Ideo, &c. Sed substitutio pupillaris & fideicommissaria locum habet solùm post aditam hæreditatem, & & sic post ius quæsitum ipsi substitutis. quo casu cessat ius accrescendi. vt l. si ex pluribus. D. de suis & leg. hær. & l. 1. in fi. D. de vsufr. accresc. & per consequens desinunt ipsi instituti esse vnum corpus, & tanquam de singulis iudicatur. Merito ergo in persona singulorum locus est substitutioni, ex præsumpta voluntate defuncti, alio non apparente. sin autem vel secundùm voluntatem testatoris aliter constaret, quòd post aditam hæreditatem locus fieret iuri accrescendi, tunc, secundùm eum, requireretur conditionem extare in persona omnium hæredum, vt locus fieret ipsi substituto. vt in l. codicillis. in prin. D. de vsufr. leg. & ibi notatis.

29 Deinde † quæritur de vno in practica sæpius occurrente. ecce quòd testator tribus vel pluribus hæredibus institutis, sic dixit, *si prædicti hæredes mei sine filiis decesserint, volo quòd bona mea distribuantur inter pauperes christi.* contingit casus quòd vnus ex hæredibus decessit sine liberis, quæritur an pauperes Christi ad ipsius portionem admittantur? Vbi ante omnia pro decisione quæstionis aduertẽdum, an ipse hæres decesserit ante aditã hæreditatem, & tunc cohæredes debent in ipsius portione pauperibus anteferri, per ea quæ dicta sunt suprà proximè, circa substitutionem vulgarem. Aut decessit post aditam hæreditatem: & tunc aut isti hæredes erant de liberis testatoris, & tunc cohæredes præferuntur pauperibus, quasi testatoris intentio fuerit inter eos conferre voluisse inuicem ius succesſionis, & in vnum casum voluisse tantùm pauperes admitti, scilicet si omnes sine filiis decederent. arg. in d. l. vel singulis. cum ibi notatis. D. de vulg. & pupil. & d. l. si is qui decentra. §. item si pater. & l. cùm accutissimi. C. de fideic. & l. generaliter. C. de institut. & substitu.

Aut erant hæredes penitus extranei, & tunc aut in substitutione apposicum fuit signum vniuersale relatum ad omnia bona totius hæreditatis, verbi gratia, *Volo quòd omnia bona mea dentur pauperibus*: vel fuit apposita copula inter personas hæredum, relata ad casum futurũ, verbi gratia, *Si Titius & caius ac Sempronius hæredes mei*, &c. vel signum vniuersale fuit appositum determinans & respiciens ipsum nomẽ hæredis, verbi gratia, *si omnes hæredes mei decesserint*, & similia. quibus casibus requiritur cõcursus omnium, videlicet omnes in institutos sine liberis, vt pauperes admittantur, & non aliter. vt notatur in l. ita Seia. D. de leg. 2. & ex his quæ singulariter notat Bar. in l. non potest. & l. vel singulis. D. de vulg. & pupil. & hoc operatur coniecturata voluntas defuncti, quæ sumitur ex prædictis.

Aut substitutio fit simpliciter sine aliquo signo, & tunc vbi non potest per coniecturas constare de mente testatoris, in dubio substitutus præfertur cohæredibus. & per consequens isti pauperes in parte præmortui præferũtur, virtute substitutionis,

ſtitutionis, aliis cohæredibus. vt probatur in l. hæredes mei. §. cùm ita. D. ad Treb. nam regulariter vbi de mente teſtatoris in contrarium non apparet, ſubſtitutus præfertur coniuncto. vt traditur in l 2. §. ſi duo. D. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tab. & in l. 1. in §. 1. & §. ſin autem. aliquid ſub condi. C. de ca. tol. & in auth. hoc amplius. C. de fideic. vbi autem per aliqua ſigna, vel indicia ſeu coniecturas de mente cõtraria appareret, tũc cõiunctus præfertur ſubſtituto. vt eſt textus notabilis. ſecundùm Doct. in l. quidam teſtamẽto. D. de vulg. & pup. & ibi per Bart.

30 Rurſum † quæritur. ecce quòd teſtator filium ſolum ſibi hæredẽ inſtituit, deinde ſic ſubſtituit, *ſi filius meus deceſſerit ſine liberis vel eorum filij ſint filijs, Caium ſubſtituo.* an hæc ſubſtitutio teneat in filiis filiorum? Videtur quòd non, quia eis nil reliquit teſtator. Ergo grauare eos non potuit. vt l. ab eo. C. de fideic. facit l. Lucius. & quod ibi notatur, D de hæred. inſti. & l. ſi ſic. D. de leg. 2.

Tu verò, ſecundùm doc. diſtingue, aut fideicommiſſum relinquitur ab ipſo primo filio, & ſic ſubſtitutio aſſumit principium in eo, licèt ſub duplici cõditione & euentu concipiatur, & tunc valet ſubſtitutio in perſona omnium, vt in hac quæſtione. quia ille grauatur principaliter qui oneratur, quãuis conditio eueniat in perſona nepotum vel filiorũ hæredis. vt l. cohæredi. §. cùm filiæ. D. de vulg. & pup. & D. de condit. & demon. l. legato ſub conditione.

Aut fideicommiſſum nominatim & determinatè relinquitur ab ipſis neporibus, & ſic ſubſtitutio & grauamẽ principium habet in eis, & tunc non valet. per d. l. ſi ſic. cum ſimilibus. 31 Licèt † habeat obſtare quędã regula, quæ habet, Quòd teſtator grãuando videtur legare. vt in l. denique. §. interdum. D. de pecul. & ℣ notatur in l. alio. D. de alim. & cib. leg. & l. ſi ita ſtipulatio. in prin. D. de op. lib.

32 Amplius † quæritur, an hæc compendioſa ſubſtitutio facta per verbum commune contineat ſubſtitutionẽ vulgarẽ? Circa quod breuiter ſic diſtingue. aut cõpendioſa continet pupillarẽ (vt in caſibus ſuperiùs expreſſis) & tunc in conſequentia continet vulgarem. vt in l. iam hoc iure. in prin. D. de vulg. & pup. aut non continet pupillarem, vt quia facta maiori vel extraneo. & tunc aut hæc compendioſa facta eſt per verbum merè obliquum, & tunc non continet vulgarem. imò non adita hæreditate in totum euaneſcit dicta ſubſtitutio obliqua. vt l. ille à quo. §. ſi de teſtamento, in fin. D. ad Trebel.

Aut eſt facta per verbum commune (vt præſupponitur in quæſtione) vt eſt verbum *ſubſtituo*, (vt ſuprà tactum eſt) & tunc dic, ſecundùm opinionem, quòd continet vulgarem. vt plenè notatur in d. l. precibus. & per Bart. in d. l. centurio. Et hoc importat ſignificatio verborum & mens teſtatoris, quæ eſt, vt ſine deceſſat inſtitutus in vita ipſius teſtatoris, ſiue poſt mortem, ſiue ante teſtamentum, ſiue poſt, quòd in omnem euentũ ſubſtitutus habeat hæreditarem, præp-

ter illud verbum *Quandocunque*, quod de sui natura importat omne tempus. & pro hoc facit in arg. l.3.in fi. D. de adim. leg. & l. hæc. condicio.§.si conditioni.D.de cõd. & dem.

33 Quæritur † vlterius. pone quòd hæc compendiosa substitutio fiat in re certa,per verbum commune, verbi gratia. *Quandocunque filius meus decesserit, Caium substituo in tali domo.* quæritur an talis substitutus in re certa, nullo alio dato cohærede generali, admittatur ad solidam hæreditatem, in euentum conditionis? Videtur quòd sic. arg. in l. quoties. C. de hær. instit. Bartolus & Raynerius dicunt contrà. nam verbum commune adiectum rei particulari nunquam trahitur ad institutionem,sed importat simplex legatum. & sic verbum *substituo* hoc casu sumitur impropriè. vt l.cogi. §. generaliter. D.ad Treb.facit in Auth. vt cùm de ap. cog §.aliud quoque.vers.cæterùm.

34 Et † ex hoc(secundùm eos) infertur decisio ad hanc quæstionem. ecce quòd testator filiam instituit in re certa vel quantitate, & subiunxit quòd si decederet sine filiis quandocunque, quòd dicta res vel quantitas perueniat in talem. an hæc substitutio contineat pupillarem substitutionem? Et determinant ipsi quòd non. & idem in similibus. quia habetur loco simplicis legatarij,vt dixi. sed multùm obstat d l.quoties.& l. i.§.si ex fundo. D. de hæred. instit. & quod ibi notatur,& in l.his verbis. D.eo. tit.sic enim (secundùm eos)sequeretur quòd hoc legatum debeatur huic substituto, ab hæredibus dictæ filiæ, siue sint hæredes ex testamento,siue ab intestato.q.nota quia pòt facto cõngere.

Quid igitur dices si hæc talis substitutio fiat per verbum commune incerta quota hæreditatis, verbi gratia, si testator dixit. *Illum substituo in certa parte hæreditatis*, an hoc casu erit vera substitutio vel legatum? 35 Bartolus † vbi supra, sic distinguit. Aut testator facit alios substitutos inter quos hæreditatem diuisit per quotas. verbi gratia. *Si filius meus decesserit substituo eidem Caium in tertia, Sempronium in quarta*,& sic de similibus. & tunc erit propriè substitutio,& talis particulariis substitutio consequitur illos effectus quos consequeretur vniuersalis.arg.l.1 §. diuus. D de hæred. instit. cum similibus Aut nullam partium distributionem facit, sed vnum solum incerta quota substituit,& de reliquis partibus nil dixit. & tunc hæc particularis substitutio non trahitur ad institutionem . sed ad legatum. vt l.cùm autem. D. de leg 3. 36 Sicque † ab hæredibus ipsius filij petitur tale legatum absque vlla detractione quartæ (vt prædixi) & apud eos remanebunt reliquæ partes hæreditatis. quod est notãdum. Ex quibus patet differentia inter institutionem particulatem quotæ & substitutionem. Nam prima institutio quotæ certæ particularis trahitur ad reliquas partes, alio nõ dato cohærede.vt d.l.1 §. si duo.D. de hær.instit.sed non sic particularis substitutio, quia in hac distinguitur,vt prædictum est.

Et quoniam prædicta procedũt quando substitutio est facta per verbum merè directũ, vel per verbum merè obliquum, vel per ver-

bum merè commune, ideo ſuper eſt quærendum quid iuris, ſi vtrumque verbum tam directum quàm commune apponatur in ſubſtitutione. Verbi gratia, ſi teſtator dixerit, *Si filius meus deceſſerit quandocunque ſine liberis, talis ſit hæres, & talem ſubſtituo, & volo quòd mea hæreditas perueniat in talem.* & ſimilia. (prout ſæpe faciunt notarij, qui multiplicant in verbis, credẽtes euitare errorem, & incidunt in illum) an talis ſubſtitutio iudicabitur directa vel fideicommiſſaria. Dicit Bart. diſtinguẽdum. Aut iſta verba ſunt ſeparatim relata ad diuerſas perſonas ſubſtitutas, & tunc quodlibet verbũ operabitur ſuum effectum, ſecundùm qualitatem perſonæ inſtitutæ, cui fit ſubſtitutio. 37 Aut † iſta verba ſunt ſimul relata ad vnam perſonam tantùm inſtitutam (vt in quæſtione præſupponitur) & tunc eſt in electione ſubſtituti capere vel ex directa, vel ex fideicommiſſaria ſubſtitutione. arg in l. teſtamento. D. de manum. teſtam. & l. recuſare. §. Titius. D. ad Treb.

38 Et † idem eſt tenendum per omnia (ſecundùm eum) ſi teſtator dixerit. *Volo hanc ſubſtitutionem valere, vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum.* aut ſi dixerit, *Casum ſubſtituo vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum.* vt ſit ſemper in electione ſubſtituti capere ex qua ſubſtitutione voluerit. Vel dic de hoc vt notatur per Cyn. in d.l. precibus §. reſtat. verſ. quid ſi. Idem eſt etiam (ſecundùm Bar.) ſi teſtator dixerit, *Si deceſſerit ſine liberis, Casum inſtituo & ſubſtituo.* vel ſi dixerit, *Volo bona mea peruenire ad Casum iure inſtitutionis & ſubſtitutionis.* arg. in l. pen. D. de ven. inſpic. & in d.l. recuſare. §. Titius.

Amplius quærendum eſt de ſignificato quorundam verborum, an ſint directa, obliqua, vel communia, quia aliquoties talia verba apponi ſolent in huiuſmodi ſubſtitutionibus. 39 Et † primò quæritur de verbo *Peruenias* [a] an ſit directum, aut obliquum, vel cõmune? Et quidã dicunt quòd eſt obliquum. l. hæredes mei. §. cùm ita. & l. hæredibus. §. ſi. D. ad Treb. Sed Innocentius in d. c. Raynutius tenet q̃ ſit directum. Pro cuius opinione facit d. l. hæredes mei. in prin. & l. cùm virum. C. de fideic. & l. Baliſta. cum l. ſeq. D. ad Treb. Bartolus verò dicit quòd eſt commune, quia eius ſignificatũ eſt cõmune, vt colligitur ex iuribus præallegatis.

Deinde quæritur quòd de verbo *Pertineat?* [b] Et (ſecundùm eum) idẽ dicendum eſt, quòd eſt commune, cũ reperiatur in iure habere vtrunque ſignificatum, videlicet directũ (vt in l. licet. C. de pact.) item obliquum. vt in l. fideicommiſſa §. ſi filio. D. de leg. 3. & l. 1. C. de pact. int. emp. & ven. & d. l. Lucius. §. filiũ D. de leg. 2. & ibi notatis. Idem dic per omnia, ſecundùm eũ, in verbo *Habeat*, quod reperitur aliquando eſſe directum. vt l. ſtipulatio iſta. §. habere licere. D. de verb. oblig. aliquando reperitur eſſe obliquum. vt in l. fideicom. §. ſi filio. D. de leg. 3. idem eſt in verbo *Remaneat*, & in

[a] Verbo *Peruenias*, an ſit obli. Adde Bar. in l. centutio de vul. & pu. Bar. in l. hæreditatis. C. de hær. inſtit. Bal in l. ſi. C. de ſacroſanct. eccl.

[b] *Pertineat* Adde Bart. in l. 1. in fi. D. de dona. & in l. Sey. in fi. C. de don. cauſa mor. Cyn. Bar. & Bal. in l. 1. in fi. C. de pact. inter emp. & vendito.

verbo *redeat*. vt in l.si cùm ante nuptias. C. de don. ante nupt. & l. si duobus. D. de testam. mil. Idem est per omnia in verbo *succedat*. vt in l.non tantum. in princ. D. de fideicomm. libert. & l. restituta. § fin. in prin. D. ad Treb. Et videtur casus in d.c. Raynutius. ext. de testamen. quod verbum aliquando reperitur esse directum. vt l.1 &2. C. commu. de succeff. & l. quanquam. & l. si in personam. C. de fideic. Idem dicendum in verbo *reuertatur*, quod aliquando reperitur in significato obliquo. vt in l. 3. C. de pact. inter emp. & vend. aliquãdo in directo. vt notatur per gl. in l.1. D. de dona. in fine gloss. Ad quod facit l. Lucius. §. tres hæredes. D. ad Trebellianic. Idem similiter de verbo *deuoluatur*, quod est commune, quia reperitur in significato obliquo. vt l. 2. & quod ibi notatur. D. de alim. & cib. leg. & etiam reperitur in directo. vt l. emancipatus. C. de leg. hær. & in l. si infanti. C. de iur. dot. Quid autem [4] dices de verbo *accrescat*, an sit directum vel obliquum? videtur quòd sit obliquum. arg. in l. codicillis. D. de vsufr. leg. In contrarium determinat Bar. quòd sit directum, per textum in l.1. C. quando non petent. par. & in l.1 §. his ita. C. de cad. toll. ideóque hoc verbum aptum est comprehendere pupillarem substitutionem. vt in l. qui patri. in princ. D. de acquir. hæred. Nec obstat d. l. codicillis. quia loquitur quando hoc verbum fuit prolatum in codicillis. ideo ad solum fideicommissum (& sic ad casum obliquum) potrigitur. arg. in l. Scæuola. D. ad Trebel. Sed quid de verbo *moriatur*. verbi gratia, si testator dixit (& ita multoties practicatur vltra montes) *si filius meus decesserit sine filio, moriatur Caio*, an est directum vel obliquum? Dic quòd est directum, & per consequens substitutio est directa. per textum in c. si pater. ext. de test. lib. vi.

40 Postremò † quæritur qualiter & quando hæc substitutio finiatur? Ad quod respondeti po est, quòd aut fit à milite, & tunc finitur defecta conditione in ea apposita: aut fit à pagano, & tunc cùm eo casu non sit propria species substitutionis per se, sed quædam adiectio ad aliam, dicendum est eam finiri his modis, quibus finiri solet illa quæ includitur in ea, siue sit pupillaris inclusa, siue vulgaris, siue simul vtraque, aut alia, prout suprà dictum est, secundùm omnes.

SVMMAE.

1 *Mutè fideicommissaria non continet vulgarem tacitam.*

2 *Formulæ concipendi substitutionē fideicommissariam.*

3 *Fideicommissaria fit purè sub conditione, post mortem hæredis, in diem certum.*

4 *Heres grauatus per fideicommissariam detrahit quartam.*

5 *Trebellianica (non Falcidia) potest in vna re sola detrahi, licèt aliquæ contra feminæ.*

6 *Filius grauatus purè de restituenda hereditate detrahit vnam quartam duntaxat pro legitima vel*

4 *Quid autem.* Adde Bart. in l. codicillis. D. de vsufr. leg.

Trebel.

Trebellianicam, prout elegerit: gravatus in diem vel ſub conditione, detrahit duas.

7 *Clauſula codicillaris effectus eſt, vt filius aut alius ab inteſtato ſuccedens, teneatur hereditatem reſtituere puro heredi ſcripto.*

8 *Heres gravatus in diem vel ſub conditione fructus perceptos in Trebellianicam imputat, ſuperfluos non reſtituit. At liberi primi gradus non imputant. Excipe filium qua in cauſam ſuæ dotis imputat fructus cùm ipſa hereditatem minuit dote.*

9 *Fructus ab herede percepti negligentia fideicommiſſarij non pereuntis, non imputantur in quartam, nec reſtituuntur. Secus ſi ſint percepti interuniente mora heredis non reſtituentis.*

10 *Rogatus reſtituere,* Quicquid ex hereditate ſupererit, *non reſtituit alienata nec fructus: modo ſuperſit quarta hereditatis.*

11 *Subſtituens poteſt cogere heredem ſcriptum ad faciendum inventarium de bonis hereditatis.*

12 *Subſtituens poteſt cogere heredem (qui non ſit pater, aut frater) ad ſatisfaciendum de reſtituenda hereditate, niſi teſtator prohibuerit.*

13 *Res reſtitutioni ſubiectæ alienari non poſſunt: niſi ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, & forte alimentorum.*

14 *Maſculus gravatus poteſt alienare cauſa dotis, pro ſe & liberis ſuis, & fœmina, pro ſe tantum. Et procedit alienatio tam pro dote conſtituenda, quàm alij reſtituenda, cùm gravatus non habet alia bona vnde reſtituat.*

15 *Filius gravatus alienare poteſt uſque ad legitimam.*

16 *Dos redacta ex bonis reſtitutioni ſubiectis non redit ad fideicommiſſariam mortua filia.*

17 *Heres ſcriptus poteſt cogi adire, & ſi adeat invitus, amittit Trebellianicam (niſi cogatur infra tempus deliberandi) & commodum medij temporis.*

18 *Ante reſtitutionem factam actiones hereditariæ non tranſeunt, niſi certis caſibus.*

19 *Prælegata coheredi facta veniunt in reſtitutionem. Non donata vxori, nec in dotem data.*

20 *Inſtitutus & ſubſtitutus tenentur pro rata ad æs alienum. At ſolus ſubſtitutus ad legata.*

21 *Subſtitutus vulgaris non admittitur ad prælegata inſtituti. Pupillaris & exemplaris admittuntur ad omnia: fideicommiſſarius admittitur ad prælegata. Niſi cùm teſtator vtitur verbis præteriti temporis, prælegatúmque ſit poſt ſubſtitutionem, & niſi in ſubſtitutione vtatur verbo* hereditatis.

22 *Subſtitutus ſimplex, non concepta verbis generalibus, non extenditur ad legata.*

23 *Legatarius non poteſt cogere inſtitutum adire.*

24 *Legatarius quota gravatus non detrahit Trebellianicam.*

25 *Qua forma fiat reſtitutio fideicommiſſaria.*

26 *Reſtitutione facta omnia intra tranſeunt, tam actiuè quàm paſſiuè. ipſa etiam obligationes naturales tamen: exceptis quibuſdam caſibus.*

27 *Bona heredis non veniunt in restitutionem nisi impubillari.*

28 *Dotem datam inter vivos filia grauata de restituenda hereditate, non refiluit. Nec datam in testamento, nisi specialiter & expresse grauata sit, & alunde habeat legitimam.*

29 *Grauatus testando & legando in causam dotis filia vel donationis propter nuptias filio, potest minuere bona substitutioni subiecta.*

GLOSSA VII.

Ac *per fideicommissum.* Hæc quidem substitutio est merè obliqua, & in communi vsu, & de ipsa traditur in d. l. precibus. C. de impub & al.sub.& d.l.centutio.vt suprà dictum est.Differt autem à præcedēti, prout superiùs declaratum est. Insuper differt in alio multum notando. nam compendiosa aliquando continet vulgarem,vt suprà dictum est, in vers. his itaque. 1 sed † ista fideicommissaria si fiat per verba merè obliqua non continet vulgarem,nisi sit expressa.per textum in l. recusare. §. Titius hæres. & in l. ille à quo. §. si de testamento.in fi.D.ad Treb.Cuius ratio est manifesta,nam si vulgarem cōtineret frustra prouisum esset substituto, vt institutus cogeretur adire, ne fideicommissum euanesceret. quia ex vulgari adire substitutus posset cuius contrarium est dispositum. in l. quia poterat. & l. recusare §.1.& l.cogi. cum similibus. D. ad Trebel. Imò si sit substitutus expressè vulgariter, & per fideicōmissum, potest eligere quam viam voluerit.vt d.§. Titius heres.

2 Fit † autem à pagano hæc substitutio per verbum commune hoc modo, *Quandoque filius meus decesserit, Caium substituo.* fit etiam per illa verba, videlicet, *Rogo & grauo heredem meum,vt Caio restituat hereditatem*, & hæc forma verborū est propriè & strictè forma fideicōmissariæ substitutiones, vt habetur in l.ex facto.§.ex facto.& §.fi.& l.si quis rogatus. cum similibus. D.ad Treb.

3 Ad † huius autem fideicommissariæ substitutionis. pleniorem notitiam sciendum est, quòd quādoque hæres instituitus grauatur hæreditatem restituere purè:quandoque sub conditione:quandoque post mortem ipsius heredis: quandoque in diē certam. vt traditur in l.Lucius.§ hæredum. & §. rogatus. & §.fi.& l.recusare. §. fi. & l.sciendum.D.ad Treb.& l.post mortem. C. de fideic. & Instit. de fideicomhær.§.potest autem.

4 Item † est sciendum quòd inter certetos effectus huius substitutionis ille est: nam hæres de restituendo grauatus detrahit quartam, ne repertatur habere inane nomen hæredis. vt in §. sed quia. Instit.de fideic.hæred. & in l.1.& 3. & l. non iustam. cum l.seq. C.ad Treb.& in l.fi.D.ad Treb.facit cap. Raynutius. & c. Raynaldus.ext.de testam.

5 An † autem in vna sola re possit hæres hanc quartam Trebellianicam detrahere? Dicit fac.Bur. in l. filium quem habentem.C.famil.erciſc. quòd sic. Cynus autem ibi tenet contrarium,& idem Bart. in l.in quartam.D.ad leg.Falc.dixi suprà in forma libelli pro legato rei singularis,circa princ.

Sed circa hoc inſurgit dubium, an filius grauatus [a] de reſtituendo poſſit detrahere duas quartas, videlicet legitimam debitam iure naturæ, & Trebellianicam? Super quo fuit apud gloſſatores & doctores antiquos ingens diſputatio. vt traditur in l. Papinianus. §. meminiſſe. D. de inoffic. teſtam. quæ altercatio hodie eſt ſopita, vt in prælegato cap. Raynutius. & cap. Raynaldus in quibus diſtinguitur. 6 Aut † filius eſt grauatus reſtituere purè, & tunc detrahit vnam ſolam quartam: aut ſub conditione vel in diem, & tunc detrahit duas quartas. Quod tene menti, quia quotidie occurrit de facto. Nam videmus quotidie ſubſtitui filiis ſi deceſſerint ſine liberis, idcóque caſu aduenientes proximiores ipſi filio, puta mater vel patruus, aut alius hæres eius poterunt ex perſona defuncti detrahere duas quartas, & reliquum reſtituere ſubſtituto. Patet ergo ex præmiſſis quòd in legitima non poteſt filio ſubſtitui per fideicommiſſum, ſed pupillariter ſic. vt notatur in d. l. quoniam in prioribus. & l. ex tribus. C. de inoff. teſtam. & in d. c. ſi pater. de teſtam. in vi.

7 Patet † ſimiliter & aliud memoriæ commendandum, videlicet quòd ſi hæc ſubſtitutio fideicommiſſaria facta fuerit purè filio, & in teſtamento ſit appoſita illa clauſula codicillaris, [b] *Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*, &c. & contingat teſtamentum infringi vel annullari vitio præteritionis, vel exhæredationis, aut ſolennitatis, quòd ipſe filius vel hæres eius, & quilibet ab inteſtato defuncto ſuccedens tenetur hæreditatem purè ſubſtituto reſtituere. Et ob hoc, quia reperitur purè rogatus, non poteſt niſi vnam quartam detrahere, vel Trebellianicam vel legitimam, prout elegerit. & ita etiam determinat, & tæpius ſe conſuluiſſe dicit Bar. in d. §. meminiſſe. & dixi plenè ſuprà in tit. de forma libelli pro legato rei ſingularis. in glo. *Valere debeat iure codicillorum*, &c.

Quid autem computetur in legitimam vel Trebellianicam plenè notatur per glo. & doct. in l. in quarta. D. ad leg. Falc. & in l. quoniam in nouella. cum ſimilibus. C. de inoff. teſta. Et adde de his duabus quartis quod notatur per Cyn. & Iac. Bu. in l. quanquam. C. ad leg. Fal. & per Ia. de Bel. in Auth. de hæ red. & Falcid. § ſi verò. 68 Sed † quid dices de fructibus per hæredem perceptis ante diem reſtitutionis, an illos imputabit in quartam Trebellianicam? diſtingue. aut illos percepit hæres iudicio & voluntate teſtatoris (quod eſt quando grauatur reſtituere in diem, vel ſub conditione) & tunc ſibi imputat & computat in quartam, quod nota, quia malè practicatur. ſi tamen fructus ipſi quartam excederent, non per hoc ſuperfluum reſtitueret. vt l. vxorem. §. ſorori. cum ibi notatis. D. de legat. 3. Fallit

[a] An filius grauatus poſſit detrahere duas quartas.

[b] De clauſula codicillari vide Angel. in l. verbis ciuilibus. D. de vulg. & pupil. quod vbi eſt clauſula codicillaris ſubſtitutio facta, videtur fideicommiſſa. & ſic poterit detrahere duas quartas quæ codicillaris clauſula communiter apponitur de conſuetudine tabellionum. no. Bal. in l. 2. D. de iure codicill.

in filiis primi gradus, qui hos fructus non computant sibi in quartam Trebellianicam. vt habetur in l.iubemus.C.ad Trebel.& notatur per gl.& Doctores in l.In fideicommissaria.in prin. D.ad Trebel. Computant tamen hi filij fructus extantes in causam dotis,per quam diminuta est hereditas, cõsumptos verò non sibi compensant. vt notatur per Bar.& ibi textus in l.mulier.§.cùm proponeretur.D.ad Trebel. coniuncta l.Titius rogatus. & quod per eundem notatur in l.qui quadringenta.D.eo. tit.

9 Aut † eos percepit interueniente negligentia fideicommissarij non petentis,& tunc illos non computat in quartam. Aut eos percepit interueniente mora ipsiusmet hæredis non restituentis. & tunc sibi illos imputat in quartam, & quod supererit restituit.vt habetur & notatur in l.in fideicommissaria.& l.mulier.§.hæres & l.ita tamen. §.hæres existit ex asse. D. ad Treb.& notatur in d.l.iubemus.

Et prædicta locum habent quãdo hæres grauatur simpliciter restituere hæreditatem. 10 Quando† verò grauatur restituere quicquid supererit ex hæreditate tempore mortis suæ, & tunc veniunt solùm in restitutione illa bona, quæ non sunt alienata per hæredem, sed non fructus eorum. veruntamen hodie reseruatur per hæredem quarta integra ipsi fideicõmissario.vt hęc habentur & notantur in l. Titius rogatus. & l. deducta.§.pen.& fin.D.ad Trebel. coniuncta Auth. contra rogatus. C. ad Trebell. licèt olim non cogeretur aliquid dimittere fideicommissario, sed distinguebatur an alienatio esset fraudulenta vel non. vt d. l.Lucius,cum similibus.

Ex quibus deciditur illud quotidianum. ecce quòd extraneus est institutus, & eidem facta substitutio, de qua suprà: deinde hic hæres decedit sine liberis, & sit locus huic substituto, qui auocat hæreditatem volunt hæredes defuncti hæredis retinere quartam. certè poterit substitutus eis imputare fructus quos defunctus hæres percepit et hæreditate dum vixit. licèt multi apud plurimos super hoc aduertatur. 11 Et † per hoc etiam aliud sequitur, quòd substitutus iste potest compellere scriptum hæredem ad faciendum inuentarium de bonis ipsius hæreditatis, quia de eis & de fructibus eorum tenetur facere rationem debitam ipsi substituto. vt probatur & ibi notatur in l.cùm tale.§.1.D. de condit. & demon. & scribitur per Cy. in Auth. sed cùm testator. C.ad leg.Falc.in 8. quæst. & in hoc errant multi.

12 Potest † etiam & ipsum hæredem compellere ad sibi satisfaciendum de hereditate restituenda,aduenientе die vel conditione, nisi esset grauatus restituere fratri suo aut filio. vt habetur & notatur per glos.& Cy.in l.cùm Archimedoris. C.vt in poss.leg.& in d.l. iubemus. Nisi testator satisdare prohibuerit. vt ibi notatur per textum in l.1. C. eo.ti.quibus casibus à satisdatione excusatur.

13 Die † verò, & conditione restitutionis pendente, interdictus est regulariter hæredi alienatio rerum ipsarum hæreditariarum, nisi pro

pro dote filiarum, & pro donatione propter nuptias. vt in Authen. res quæ. C.communia de leg. Et ſi facta fuerit alienatio in caſibus prohibitis, tunc aduenientę die & conditione reuocatur. vt ibi habetur per Cy.& notatur per Bar. in. l. ſeruo legato.§.1. D. de leg.1. & l. ſi fundum.D.de condit.& dem. & in l.fin.§.fin autem. C. communia de leg.& per Bar.in l.Marcellus.§.res quæ.D.ad Treb. Saluo quòd in dictis duobus caſibus exceptuatis,firma remanet & durat alienatio. Et eodem modo tenet irreuocabiliter facta alienatio in cauſam ſuorum alimentorum,ſecundùm Iacobum de Rauenna, licèt glo.contrarium teneat.vt refert Cyn. in d.Auth.res quæ.

14 Inde † quæritur, an quod dicitur de dote locum habeat tam in ea conſtituenda, quàm in iam conſtituta exigenda? Dic ſecundũ Cyn.vbi ſuprà,quòd ſi grauatus eſt maſculus, tunc poteſt conſtituere dotem,& cauſa dotis alienare, tam pro ſe quàm pro filiis ſuis. vt d. Authen.res quæ.ſi verò ſit fœmina, tunc poteſt ſibiipſi tantùm dotem conſtituere, non autem filiis eius: quia non eſt officium maternum dotare filiam.vt l.fi. C.de dot.promiſſ. Item habent locum in dote aggrauata per alium exigenda. & ſic poteſt ſoluere ſuæ nurui, quando alia ipſius grauati bona non ſufficiunt, ſecundùm docto.vbi ſuprà. 15 Et † ſi filius grauatus alienet extra dictas cauſas, tenet alienatio vſque ad eius legitimam, vt ibi notatur. 16 Et † ſi filia dotata poſtea moriatur (& ſic ſoluatur matrimonium) non propterea dos reſtituitur fideicommiſſario, ſecundùm doctor. vbi ſuprà. quod eſt notandum. licèt fructus per eam ex hæreditate percepros computare debeat in cauſam ipſius dotis,ſi extant, aliàs non,vt prædixi. An autem in quarta Falcidia, quæ detrahitur de legatis particularibus computentur fructus, tangitur per Cyn.in d.l.Iubemus.

17 / Sed † pone quòd hæres ſcriptus recuſet hæreditatem adire,an ſubſtitutio euaneſcat? Et dic breuiter quòd ſuccurritur ſubſtituto, & obuiatur hæredis dolo, vt mediante iudice compellatur adire & reſtituere. vt l. apud Iulianũ. §. Antiſtia. & l. nam quod. §. qui compulſus.& l.cogi.in princ.D.ad Trebell. cum ſimilibus. Quinimò pœna amiſſionis quartæ Trebellianicæ afficitur hæres, qui inuitus & compulſus adiuit. vt in d. §.qui compulſus. Fallit ſi fuit compulſus infra tempus deliberandi, quia tunc quartam retinere poterit. vt in l.omnes. D. ad Trebell. Habet autem locum huiuſmodi compulſio,ſiue hæres fuerit grauatus reſtituere purè, ſiue in diem, vel ſub conditione. Non autem ante diei vel conditionis euentum cogi poterit adire. & ſi paſſus eſt ſe cogi adire,priuatur quarta, & commodo medij temporis, quia ſtatim reſtituit. vt hæc habentur in d. l. apud Iulianum.§. verum.& §.Antiſtia. & ibi notatis.D.ad Trebell. Nec obſtat l.ſed ſi alio loco. §.fin. & l.ſed ſi ante. D.eod.tit. quia loquuntur, quando hæres ſponte adiuit, vt ibi notatur.

18 Ante † autem factam reſtitutionem non tranſeunt actione

hæreditariæ in hunc ſubſtitutum, nec agendi vlla poteſtas, niſi in certis caſibus. vt habetur & notatur in l. pen. C. ad Treb. & l. 1. verſ. ſed quoties. D. eo tit. Et ſi forte ſi deceſſerit ſubſtitutus ante reſtitutionem ſibi factam, an hæres eius ſit audiendus? Dic vt infrà dicam, & notatur per Bart. in d. l. cum filio. D. de leg. 1. Et quid iuris ſit ſi inſtitutus prædecedat ante aditam, & reſtitutam hæreditatem? Dic vt infrà dicam. & notatur per gloſſ. & doct. in l. eum quem. C. de fideic. & l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. D. ad Treb.

19 Poſt † hæc quæritur, an in hac ſubſtitutione veniant prælegata facta ipſi cohæredi grauato? Dic quòd ſic, ſecundùm diſtinctionem traditam in l. cùm virum. C. de fideicom. & l. Marcellus. §. quidam. D. ad Treb. & ibi per Bart.

Fallit in donatione facta vxori. vt l. ſequens quæſtio. D. de legat. 2. Et in dote. vt l. à filia. in princ. & l. mulier. §. cùm proponeretur. & l. Lucius. §. Maritus. D. ad Treb. quæ duo non reſtituuntur, vt infrà habetur.

20 Quis † autem facta reſtitutione teneatur ſoluere legata, an inſtitutus vel ſubſtitutus? Dic quòd regulariter ad ſolutionem legatorum tenetur ſubſtitutus in totum. ad ſolutionem autem ærerorum creditorum tenetur quiliber eorum pro rata, videlicet hæres pro ſua quarta, ſi illam retinuit, & ſubſtitutus pro aliis partibus. vt Inſtit. de fideicom. hæred. §. ſed quia ſtipulationes. in fin. & notatis per Bartol. in l. qui quadringenta, & l. Marcellus. D. ad Treb. & per Cyn. in l. 2. in fin. §. penult. D. ad Trebell.

21 Ad † pleniorem tamen doctrinam poteſt ſic diſtingui. Cùm quæritur an ſubſtitutus admittatur ita ad prælegata facta inſtituto ſicut admittitur ad hæreditatem, dic quòd aut loquimur in ſubſtituto vulgari tantùm, & ille non admittitur ad prælegata inſtituti. vt l. miles §. pro parte. D. de leg. 2. & l. ſextilia. D. de leg. 3. Aut loquimur in ſubſtituto pupillari tantùm: & ille admittitur ad omnia. vt l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. D. de vulg. & pupil. l. cùm pater. in princ. D. ad leg. Falc. Idem per omnia in ſubſtituto exemplariter. vt l. humanitatis. C. de impub. & al. ſub. & in §. qua ratione. Inſtit. de pup. ſubſtit. Aut loquimur in ſubſtituto per fideicommiſſum, & tunc aut teſtator vtitur verbis generalibus & præteriti temporis, aut verbis futuri temporis. Primo caſu, aut primò rogat hæreditatem reſtitui, & poſtea prælegat, & tunc talia legata non ſunt ſubſtituto præſtanda. vt l. Titia. D. ad leg. Falcid. Aut econuerſo priùs prælegat poſtea rogat, & tunc aut facit mentionem hæreditatis, quia mandat hæreditatem reſtitui. & tunc non cedunt legata ſubſtituto. vt l. ſi Titius. D. de leg. 3. Aut nullam facit mentionem hæreditatis, ſed generaliter loquitur. & tunc cedunt legata ſubſtituto. vt l. Marcellus. §. quidam. Si autem teſtator vtitur verbis futuri temporis, & generalibus, tunc indiſtinctè legata cedunt ſubſtituto. vt l. cùm virum. & l. cùm pater. §. fidei tuæ. D. de legat. 2.

22 Quid

22 Quid † autem ſi teſtator dixit ſimpliciter, *Talem ſubſtituo per fideicommiſſum*, an veniãt prælegata? Puto quòd non, per d.l.cùm virum, cum ſimilibus.

23 Sed † pone quòd hæres recuſat adire, nec ſubſtitutus curat ipſum compellere, an ad inſtãtiam legatariorum ſingulorum cogendus ſit adire? Dic breuiter quòd non, per textum in l. non eſt cogendus, & in l.nam quod.in fin.& l.cogi. verſ. & generaliter. D. ad Treb. Quid autem ſi teſtator dixerit, *Lego tertiam partem bonorum meorum*, vel, *lego tertiam partem hæreditatis meæ*, an his caſibus poterit hæres compelli adire per ipſum legatarium? Dicitur plenè per gloſſ. & Bart.o.in l.mulier.§.fin.D.ad Treb. 24 Et † nota quòd ſi iſte legatarius partis hæreditatis ſit grauatus ipſam partem alij reſtituere, non poterit quartam Trebellianicam retinere.vt in d.§. fi. & ibi ratio aſſignatur.

25 Deinde † quæritur, qua forma ſit talis reſtitutio hæreditatis? Dic quòd ſit dupliciter, videlicet re, & verbo. Re ſit, cùm hæres inducit ſubſtitutum in poſſeſſionem corporalem rerum hæreditariarum, ſiue omnium, ſiue vnius rei. Verbo autem ſit, ſi hæres dicat, *Reſtituo tibi hæreditatem, & illam tibi relaxo.* vt hæc probantur & notantur in l.facta.& l.reſtituta.D.ad Trebell.

26 Qua † quidem reſtitutione facta etiam ſolo verbo, ſtatim tranſeunt omnia iura hæreditaria in ipſum fideicommiſſarium, tam actiuè quàm paſſiuè. vt dd. ll. & l. quamuis.eod.tit. Et etiam obligationes naturales tantùm.vt l.ſi eius pupilli.D.ad Trebel. Quod tamen fallit in certis caſibus, qui habentur & notantur in l.quia perinde. §.reſtituta.& l.patroni.in princ. D. ad Trebell. 27 Bona † autem propria ipſius hęredis non veniunt in reſtitutionem, quia in eis non poteſt hæres aggrauari per fideicommiſſum. vt in l. cohæredi. §. cùm filiæ.poſt princ. D. de vulg.& pup.& l.ex facto.in princ. & §.1. D. ad Trebel.& notatur per doct.in l. ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos. D.de vulg.& pup.Niſi in vno caſu, vt dixi ſuprà in gl.in verbo *pupillariter*.

Quid in dote prælegata filiæ grauatæ de reſtituenda hæreditate, ſi deceſſerit ſine liberis, an erit dos reſtituenda fideicommiſſario ſimul cum hæreditate? Die ſecundùm doct. (vt notatur per Bart. in l.Lucius.§.ſi maritus D.ad Trebel. & per Cyn.in l.1 §.videamus. C.de rei vxor.act.) 28 Aut † pater filiæ dotem dedit inter viuos, & tunc cùm filia habeat dotem iure ſuo & non hæreditario, ideo non cadit in fideicommiſſum. vt l. pater filiam. in princ. D. ad leg.Falc. Aut pater ipſi filiæ dotem in teſtamento legauit. & tunc aut ſimpliciter & generaliter ſubſtituit, & tunc dos non includitur in fideicommiſſo, niſi aliud appareat teſtatorem ſenſiſſe. vt l.à filia. & l. mulier.§.cùm proponeretur.D.ad Trebel.Aut ſpecialiter & expreſſè eam grauauit de dote reſtituẽda.& tunc aut filia habet aliunde tantum de bonis patris, quod ſufficit ad legitimam,& tunc venit ad reſtitutionem.quia poteſt hoc caſu in ea grauari. vt l.fin. §. filiæ. D. de legat.1.

Aut non habet tantum quod sufficiat ad legitimam, & tunc non tenet grauamen: ideo non cadit in fideicommissum. vt l. quoniam in prioribus. & l. quoniam in nouella. C. de inoff. testam. Aut ipsa filia per seipsam sibi dotem de hæreditate ipsa constituit (quod facere potest per d. Auth. res quæ.) & tunc alio non apparente non cedit dos fideicommissario. vt d. §. cùm proponeretur. vbi de hoc casu.

Vltetius quæritur. dictum est suprà, quòd permissa est alienatio rerum quæ subiacent restitutioni, in causam dotis & donationis propter nuptias. hoc est verum quando fit hæc alienatio per grauatum inter viuos. 29 Quid † autem si fiat in vltima voluntate. verbi gratia, si grauatus de restituendo facit testamentum, in quo specialiter dotem constituit & assignauit filiæ suæ, de bonis quę restituere grauatus est. quæritur an valeat talis alienatio, & habeat minuere fideicommissum? Bartolus determinat quòd sic. in l. à filia. D. ad Trebell. & per textum in d §. cùm proponeretur. & quia si sibi licet inter viuos, ergo in vltima voluntate. Ex quibus patet quòd sicut natiuitate filij in totum euanescit fideicommissum. vt d. l. cùm auus. & d. l. cùm acutissimi. ita euanescit pro parte, quando pro filia dos aut pro filio donatio propter nuptias constituitur, vel soluitur de bonis hæreditatis, vel aliter in causam alimentorum alienatur. vt suprà dictum est.

SVMMAR.

1 *In substitutione quæ fit à patre liberis suis, semper subauditur hæc conditio, si sine liberis.*

2 *Legitimi tantum non excludunt substitutum.*

3 *In dubio naturalis tamen non excludit substitutum: nisi natus sit patre seruo existente, vel patre in nulla dignitate constituto.*

4 *Liberi naturales & legitimi, cuiuscunque sint gradus, excludunt substitutum.*

5 *Spurius non excludit substitutum, imò ne nominandus quidem: nec etiam alendus de iure ciuili.*

6 *Conditio, si sine liberis, auicllę sacerdoti instituto interpretanda est de ecclesia, ex Bartolo.*

7 *Distinctio liberorum supra scripta locum habet in herede grauato, siue sit masculus, siue femina.*

8 *Liberi mortui ante grauatum non excludunt substitutum.*

9 *Conditio, si sine liberis, extitisse dicitur, etiam si vnicus fuerit.*

10 *Nepotes heredis ex filio vel filia excludunt substitutum.*

11 *Pupillo herede mortuo vno testatore, substitutus per fideicommissum ita demum admittitur, si substitutio complectatur vtrumque.*

12 *Clausula codicillaris efficit vt substitutus præferatur venientibus ab intestato, cùm heres decessit post mortem testatoris.*

13 *In illis substitutionis verbis, si decesserit sine herede, verbum heredis idem sonat quod filij. Nisi substitutio fiat legatario.*

14 *Verba dicta substitutionis, sine herede, exigunt vt filius hereditatem adeat.*

GLOSSA

GLOSSA VIII.

Decederet ſine filiis. 1 Hic † aduerte q. òd licèt hæc conditio ſit expreſſa à teſtatore, tamen ſubintelligitur in hac ſubſtitutione tacitè ex iuris interpretatione. vt habetur in l. cùm auus. D. de cond.& demon. & l. cùm acutiſſimi.C.de fideic. & in l. generaliter. C.de inſtit.& ſub. facit l. iubemus. §.ſin autem. C.ad Trebell. cum ſimilibus.

Quæritur de quibus liberis hæc conditio intelligitur, vt per hoc intelligamus propter quos liberos hæc ſubſtitutio finiatur? Vbi reſponderetur quòd aut hæc conditio ſimpliciter apponitur ſine aliquo ſigno demonſtratiuo ipſorum liberorum,aut cum aliquo ſigno demonſtratiuo eorum. Si quidem ſignum aliquod fuit appoſitum (vt verbi gratia patet in forma iſta, cũ dixit,*ex ſuo corpore legitimè procreatis*, vel ſimilia) tunc intelligitur,prout verba ſonant, de filiis naturalibus & legitimis, vt dicam infrà. Vbi autem nullum ſignum interuenit, tunc aut hæres deceſſit ſuperſtitibus ſibi filiis legitimis tantùm, aut naturalibus tantùm, aut naturalibus & legitimis. 2 Primo † caſu, dic quòd filij legitimi tantùm non excludunt ſubſtitutum, ſed excluduntur à ſubſtituto per textũ in l. fideicommiſſum. D. de cond. & demon.& l.ſi ita quis. D.de leg. 2. 3 Secundo † caſu ſubdiſtinguitur,ſecundùm aliquos. aut iſti naturales tantùm, fuerunt concepti in ſeruitute paterna, & tunc ſubſtitutum excludunt & ei præferuntur.l.ex facto.§.ſi quis rogatus, & l.1.in prin.D.ad Treb.& optimè probatur in l. Lucius. §. Damæ & Pamphilo. in fin. D. de leg. 2. Aut fuerunt concepti in libertate paterna.& tunc aut apparet de voluntate teſtatoris, & ea ſeruabitur, aut non apparet: & tunc aut hæres patris erat homo in dignitate poſitus, & tunc de his filiis non videtur teſtator ſenſiſſe, cùm talis ſoboles apud conſtitutos in dignitate ſit abominabilis,& ideo non excluditur ſubſtitutus,aliter autem ſi non erat in dignitate poſitus. tunc excluderetur. vt d. §. ſi quis rogatus,vlt. reſpon. & ibi notatis per gloſſ. & Bart. Tu autem potes attentare aliter intelligere illum. §. hoc modo. aut filius naturalis erat iam natus tempore teſtamenti, & tunc excluditur ab eo ſubſtitutus, ſiue fuerit naturalis ex ſeruitute ſiue ex libertate, & ita intelligatur principium d. §. ſi quis rogatus, cum ſimilibus. aut natus eſt poſt teſtamentum,&tunc ſubdiſtingue, vt ſuprà dictum eſt. 4 Tertio † caſu dicendum eſt filios naturales & legitimos indiſtinctè excludere ſubſtitutum, ſiue ſint liberi primi gradus,vel vlterioris. vt d.l. iubemus. §.ſin autem. C. ad Treb. cum ſimilibus.

Circa præmiſſa occurrit tale dubium. filius legitimus tantùm, in poteſtate conſtitutus præteritus, olim rumpebat teſtamentum, ac ſi eſſet naturalis & legitimus. vt l.certum,de iniu.rup.& irri.teſtam.licèt hodie aliter diſtinguatur.vt l.cũ in adoptiuis.§.ſed ne articulum.C.de adop.& Inſtit. de ſucceſſ.ab inteſt. §. ſed ea omnia. quare ergo non excludit ſubſtitutum, ſicut legiti-

mus filius & naturalis, vt dictū est. Responderi potest, quòd non est par affectio quò ad testatorem in filio alieno, quæ est in suo proprio, ideóque testator non videtur cogitasse de filio legitimo tātùm ipsius hæredis, quò ad excludendum substitutum de suo autem proprio præsumptum est ipsum cogitasse. vel dic quòd ratio est in proprio filio illa, de qua traditur in l. in suis. D. de lib. & posth.

5 Quid † autem dicemus in filio spurio, an excludat substitutū? Dicunt docto. quòd non, quia non est nominandus filius, nec alendus de iure ciui. vt in Authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin. & in Auth. ex complexu. C. de incest. nup.

6 Sed † posset hīc quęri, si testator habēs filium religiosum, vel in sacerdotio constitutum, decesserit ipso hęrede instituto, sub ea conditione, *Si sine liberis decesserit*, de quibus liberis intelligetur hæc conditio? Dic vt disputat Bartol in l. hæredibus §. Titius. D. ad Treb.

7 Et † prædicta, quæ dicta sunt de hęrede masculo sub prędicta cōditione grauato, locum habent in muliere etiā taliter instituta. per d. l. hæredibus. §. fi. D. ad Treb. licèt Bar. sub dubio fortè voluerit aliter distinguere. arg. Instit. de suc. cogn. §. quæ vulgo.

8 Quæritur † si hæres taliter grauatus habuit liberos, qui tamen decesserint ante mortē ipsius hęredis an substitutus excludatur? Dic q̄ non. nā vt excludatur oportet q̄ filij supersint tēpore quo moritur ipse hæres. quod patet dum dicitur, *si decesserit sine liberis*, quæ verba ad tempus mortis relationem habent. vt d. l. ex facto. §. si quis autem. D. ad Treb. licèt contra facere videtur l. hęredibus. in prin. D. ad Treb. Sed ibi fuit alia forma, videlicet, *si nec habuerit filios*, quæ condicio, *si nec*, limitationem temporis significat, & dispositionem restringit ad tempus, sicut dictio *quo vsque*, vel *quò ad*. vt notatur per Bar. in l. fi. filius. D. ad Tertyl. ad quod facit l. cui vsusfructus, & l. generali. §. duas filias. D. de vsufr. leg. & l. legatum est. in prin. D. de an. leg. & l. fi. § fin. D. de rescin. vend. Merito ergo ibi, in casu adueniente quo liberos habeat, impletur conditio statim, quę postea non infringitur si liberi moriantur, quia tempus natiuitatis eorum fuit in conditione, hīc autem tempus mortis hæredis & existentiæ ipsorum filiorum.

9 Quid † autem si hæres moriatur vno solo filio superstite, an deficiat conditio vel purificentur dictæ substitutiones? Videtur quòd cessat conditio, & fiat per cōsequēs locus substituto. Sermo enim ille, *si sine liberis* pluralis est, sicq. exigit cōcursum saltem duorum. arg. in l. vbi numerus. D. de testib. Tu autem dic contra. per textum in l. nō est sine liberis. D. de verb. sig. & l. pater Seuerinam. D. de condit. & demon. ille autem sermo resoluitur in singularitates. arg. in l. falsa demonstratio. in fi. D. de condit. & demō. & d. l. cùm tale. §. falsum. D. eod. tit. Et de prędictis notatur per Archidiaconum in c. fi pater. ext. de testā. lib. vi.

10 Deinde † quæritur, quid si hęres decesserit solis superstitibus nepotibus ex filio prędefuncto vel ex filia, an excludatur vel admittatur sub-

tur ſubſtitutus? Dic quòd excluditur.per textum.in l.r C. de condit. inſtit.& ibi notatis.&in l.in.bonus. §.1 C.ad Treb. Nã appellatione filiorum continetur nepos tam ex filio quã ex filia. vt l.liberorum. & ibi per Bart.D. de verb.ſig. per Cy. in l.ſi teſtamentum.C. de quæſtio.

11 Amplius † quæritur ſi filius pupillus hæres inſtitutus, cui facta etiã eſt hæc ſubſtitutio,moriatur in vita teſtatoris,an ſubſtitutus admittatur virtute ſubſtitutionis? Videtur quòd non.per textum in l. apud Iulianum.§.verum.& §. Antiſtia. & l. ille à quo.§.ſi de teſtamẽto.in fi.D. ad Treb.& l.tutores §.heres.D. admin.tut.Alij dicunt contrà vt notatur per Cy.in d.l.precibus. & p Bar tolum in l.1.D.de vulg.& pup. Pro ſolutione huius eſt decurrendum ad ea quæ ſuprà ſunt tacta in præcedẽti gloſſa,in illa quæſtiõequa quæritur quas ſpecies ſubſtitutionũ in ſe contineat hæc ſubſtitutio fideicõmiſſa vel compendioſa. Vnde dic quòd aut hæc ſubſtitutio eſt facta per verba merè obliqua,&quia tuc in ea,(vt prædixi,) non continetur vulgaris,expirat in totum ſubſtitutio iſti filio mortuo in vita teſtatoris,& ſic excluditur ſubſtitutus. ita loquitur d. l. ille à quo. § ſi de teſtamento.& §.verum.& §.Antiſtia. cum ſimilibus.Aut eſt facta per verbum cõmune,vt ſunt, *ſubſtituo talẽ*, & tunc quia in ea includitur vulgaris vel pupillaris, inſpecta mẽte defuncti,per talem ſubſtitutionem videtur ſibi in omnem caſum prouidiſſe.arg.in l.3.in fi. D. de adimen. & l.hæc conditio. §. ſi conditioni. D.de condit.& demon.

12 Quid † autẽ ſi teſtamentũ in quo hic filius defunctus, (vt ſuprà) minor vel maior,& taliter de reſtituẽdo grauatus,habet clauſulã codicillarẽ inſertã,(vt cõmuniter apponũt notarij in omnibus teſtamẽtis) an ſubſtitutus audiatur contra hæredes ab inteſtato ipſius filij? Videtur quòd non.per d §. verũ.& d. § Antiſtia.cum ſimilibus.Et hoc ſe quuntur qui tã Alij dicunt contrà. quia virtus illius clauſulę hoc habet importare ſecundũ ea quæ habentur in l. 1. D. de iure codic. ad quod etiã faciunt notata in l.cohęredi §.cùm filię D.de vulg.&pupil. Sed tu diſtingue.aut filius deceſſit in vita teſtatoris, & tũc locũ habet prima opinio: aut poſt mortẽ eius, & tunc locũ habet opinio ſecũda, de qua dictũ eſt ſuprà in præcedẽti gloſſa & in hãc parte videtur inclinare Bar.in d.l.1.arg.ad hoc,in d.l. Sequola.D.ad Treb.& l.fideicõmiſſum.D.de l.g 1.& l.qui duos. in fi. D.de vulg.& pupil.

13 Sed † quid ſi hæc ſubſtitutio facta ſit ſub alio nomine quàm filiorũ,verbi gratia,*ſi deceſſerit ſine hæred*, *Caiũ ſubſtituo*,quid cõtinebitur appellatione *hæredis*? Videtur quòd omnes tam filij quàm extranei.vt l. ſciendũ.& l.hęredis.cum ſimil.ibi notatis D.de verb.ſig.& per hoc videtur quòd quilibet qui ſit hęredis hęres, ſiue ex teſtamẽtò ſiue ab inteſtato, ſiue ſit de liberis ſiue non, excludat ſubſtitutũ.In cõtrarium [a] eſt veritas,quantùm ad hunc caſum, quo appellatione hęredis continetur ſolùm filius,& cęteri qui appellatione filiorũ continentur.per textum notabilem in l.ex facto.§. fin. D.ad Treb.& ibi notatis par Bart. Et hæc verba quãdo hæc conditio

[a] Quid autem dicemus adde Bal.con.406.in fin.in 3.parte.

adiicitur hæredi instituto in hæreditate. Quid autē si adiiciatur simplici legatario? Videtur quòd idē, à paritate rationis. credo contrà. & sto in isto casu regulæ d l. hæredis, cum similibus. quia casus speciales cōtra regulā non debent ad alios casus extēdi, sed restringi. vt l. si verò. §. de viro. D sol. mat. & l. q verò D. de legib. cū similibus. Est enim major dilectio quò ad substitutum in hęreditate, quàm ad simplicē legatarium, ideo fauore substituti appellatio hæredis restringitur ad solum filium: & ad omnem hæredē in legatario porrigitur. De quo vide quod pulchrè notatur per Bar. in l. Gallus §. etiā. D. de lib. & posth.

14 An † autem sit necessarium hoc casu, quando dixit testator, *sine hærede*, quò ad excludendum substitutum, quòd filius fiat hæres re & nomine, vel sufficit quòd reperiatur filius superesse? Dicit Bartolus quòd est necesse ipsum filium eius patris hæreditatem adire. & hoc habet importare sensus illorum verborum, *sine hærede*. vt notatur per glo. in d. §. fin. Est ergo melius q testator dicat, *si sine filijs decesserit*, &c. quantùm ad fauorem hæredum.

SVMMAE.

1 *Illa verba*, de suo corpore, *excludant legitimū tātùm: & illa*, ex legitimo matrimonio *naturalem tantùm*.

2 *Naturalis à Principe legitimatus excludit substitutum, non obstantibus illis verbis*, ex legitimo matrimonio. &c.

3 *Per illa verba substitutionis*, ex suo corpore &c. *substitutus excludit monasterium in quo hæres sit monachus.*

4 *Olim Imperatores habebant vtrunque gladium, temporalem, & spiritualem, & conferebant omnia beneficia, & eligebant Papam.*

5 *Priuilegia indulta ecclesijs versa sunt in perniciem populi.*

6 *Monasteria rapinis & auaritia destruxerunt mundum, & sunt vetera contexta ad capiēda laicorum bona.*

GLOSSA IX.

Ex *suo corpore & legitimo matrimonio procreatis.* Ista verba multùm sunt notanda, & ea semper debent apponere & exprimere notarij in talibus substitutionibus.

1 Nam † ex hoc tolluntur multa dubia, & etiam euitantur scandala absurda, vt patet ex sequentibus. Notanter ergo dicitur, *suo corpore*, vt per hoc videatur legitimū tantùm, qui natus est ex alieno corpore excludere. quanquam & si non essent apposita ista verba, tamen excluderetur, vt dictum est per l. fideicommissum. D. de condit. & dem. cum similibus. Patet etiam quòd per illa verba, *ex legitimo matrimonio*, noluit testator à filio naturali tantùm excludi substitutum, (quoniam expressè hoc non dixerit) sed substitutum eum excludere. Sic ergo collige, quòd quantum ad fauorem instituti melius est tacere & omittere ista verba, *ex legitimo matrimonio &c.* quā illa exprimere. quò autem ad fauorē substituti melius est

iſt exprimere quàm tacere, quòd tota,tu notatie.

2 Quid † ſi dixerit, *ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore & legitimo matrimonio natis*, & deceſſit filio naturali tãtùm nato, ſed poſtea per principẽ legitimato, an per eũ excludatur ſubſtitutus? Videtur quòd non, quia nõ eſt natus legitimus ſed naturalis tãtũ, ideo ceſſant verba ſubſtitutionis,& per cõſequens eius effectus.arg.in l.ſi verò § de viro.D. ſcl.mat.& l.adigere.§.quãuis.D.de iu.pat. In cõtrariũ facit,nã tãtum operatur legitimatio ſequens,quãtũ natiuitas legitima precedens. vt in l.a.D.de natal.reſti & ibi textus ſicque de æquipolentibus idẽ debet eſſe iudiciũ. vt in l. ſi mater. C. de inſtit.& ſub.& in c. tua nos.ext. de cõſang.& affin.& ibi notatis, & per Bart.in l.Gallus.§. & quid ſi tãtum.D. de lib.& poſth. Facit quod notaui ſuprà, in gl. *pupillariter*.verſ. Quid autem dices.

3 Quid † autẽ dices [a] de quæſtione multotes occurrente, ecce ꝙ facta huiuſmodi ſubſtitutione, hæres ingreſſus eſt monaſterium, an excludatur ſubſtitutus? Et videtur quòd ſic.quia monaſterũ loco filij reputatur. vt eſt textus in c. in preſentia. ext. de prob. & in Auth. niſi rogati.C.ad Treb.& ibi de hoc per Cy.facit in Auth. de ſanctiſſ.epiſc.§.ſed hoc in preſenti.collat.ix. & ibi plenè de hoc per Ia.de Bel.Et hæc verba, *ex ſuo corpore*, conueniũt huic caſui,quia ingrediẽdo monaſterium, videtur ex ſuo corporeo actu ſibi filiũ procreare. ſicque cùm verba cõueniant, ergo & effectus. arg.l.adigere.§.quãuis.D.de iu.pat. In cõtrariũ facit mẽs & intentio teſtatoris, ad quã verba in quãtũ poſſunt sẽper ſunt trahẽda.arg.in l.in cõditionibus.D.de cõdit.& demõ. l.3.in fi.C.de lib.præt.Nã ipſe teſtator dicẽdo,*ex ſuo corpore*, videtur in mente geſſiſſe de filiis qui producũtur per generationem naturalẽ. Sic enim eſt cõmunis vſus loquẽdi & interpretãdi,cui eſt adhærẽdum. vt in l.cũ de lanionis.§.aſinã.D. de fun.inſtruc.& inſtru.leg. Qui autẽ ingreditur monaſteriũ, quærit ſibi filiũ fictũ & præſũptũ.nõ procreatum vel naturali miniſterio productum. Meritò ergo ad talẽ filium verba huiuſmodi nec teſtatoris intentio porrigitur.ſicque per monaſterium nõ excluditur ſubſtitutus, ſed ipſe ſubſtitutus monaſteriũ excludit, eíque anteferetur.arg.in d.l. fideicõmiſſum.D.de condit. & demon.& l.ſi ita quis.in fi. D. de leg. 2.Ad quod etiã facit quod in ſimili traditur in l.1. § ne autẽ.C. de cad. tol.Cõfirmatur etiã per textum in l.Lege xii. tabularũ.in princ.C.de leg.hær.Præterea ſi teſtator ſimpliciter dixiſſet, *ſi deceſſerit ſine liberis*, &c.legitimus tãtùm filius, (vt eſt monaſterium vel adoptatus) non excluderet ſubſtitutũ.per d.l.fidei cõmiſſum.multò minus ſi expreſſit,*ex ſuo corpore*,&c.Et hãc partẽ tenet Ia.Bu.in d.§.ſed hoc in præſenti.& Baldus in l.Deo nobis.C.de epiſc.& cler.Quæ opinio vera eſt,& omni æquitati & iuri conſentanea, multúmque laicis fructuoſa.

4 Nam † ſcire debes,tu ignare, laice,quòd Imperium aliquãdo ha-

[a] Quid autem dices.adde & vi.Fe.diffuſè in c.in præſentia,de proba. & Ale. de Imo.conſi.120.in 2.volum.

buit vtrunque gladium,[a] temporalẽ scilicet & spirituale. adeò quòd tũc Imperatores cõferebãt omnia beneficia ecclesiastica per vniuersum orbẽ & amplius eligebãt Papam. vt habetur in c. Adrianus. 63. dist. cum c. seq. & notatur per Innocentium in c. 2. ext. de maior. & obed. 5 Vnde † eo tempore quo studebãt Imperatores ampliare fidẽ Christianã. (quæ tunc modica erat, & in paruo statu) oportuit cõferre multa priuilegia ecclesiis, & his qui se ad fidem catholicã conuerrebãt. vt patet per tit. C. de sacrosanct. eccles. & in tit. C. de episc. & cler. & in Auth. de sanctiss. episc. & in tit. de eccles. tit. cum multis similibus. Inter quæ priuilegia fuit istud, videlicet, Quòd bona ingredientium monasteria applicarẽtur ipsis monasteriis. 6 Propter q priuilegium multiplicata & fundata sunt monasteria infinita per vniuersum orbem, olim causa deuotionis, licèt hodie causa rapinæ & auaritiæ. in tantum quòd destruxerunt hodie mundum, & annihilauerũt statum Imperij, & omnium laicorum. Possunt ergo dici meritò talia loca facta vel fienda, retia contexta ad capienda laicorum bona. Surgat ergo bonus Imperator & dicãt omnes: Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Redeũdo autem ad propositam quæstionem, die quòd quãdo in dispositione adiiciuntur verba sequentia, scilicet, *ex legitimo matrimonio procreati*, cessat prędicta disputatio. quia inter hæredẽ & monasterium nullum contrahitur matrimonium. vt patet ex diffinitione matrimonij. de qua traditur Instit. de nup. in princ. cum ibi notatis.

SVMMAR.

1 *Cùm substitutus decedit ante substitutum, non transmittit ad hæredem suum ius substitutionis. Nisi cùm fideicommissaria facta est pure, vel in diem qui venit, vel sub conditione quæ extitit, ante substituti mortẽ.*

2 *Vt transmittatur ius substitutionis, optimũ est substituti filios nati & nascituros substituere.*

GLOSSA X.

Q*Vi ex eis superuiuerit.* Hæc est substitutio reciproca, de qua traditur in l. Titius & Seius. cum l. seq. D. de vulg. & pup.

1 Hic † autem quæritur quid si substitutus decesserit ante hæredẽ, vel antequã sibi facta fuerit hæreditatis restitutio, an vacuata & nulla remaneat substitutio. Videtur quòd sic. quia hæreditas nõ adita ad hæredes non transmittitur. vt in l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. tol. cum similibus. In contrariũ facit l. 3. & l. si in personam. C. de fideicom. Sic distinguendũ. Aut loquimur in substitutione directa, & illa nõ transmittitur. vt d. §. in nouissimo. Aut loquimur in substitutione fideicõmissaria. & tunc subdistingue. aut hæres fuit rogatus de restituẽdo puræ, vel post mortẽ suã, vel sub conditione. 2 Primo † casu substitutus transmittit in eius hæredem ius petẽdi hoc fideicommissũ. vt d. l. 3. & l. si in personam. & probatur

a Imperator habuit vtrumque gla. doc. in c. nouit, de iudi. & diffusè per do. Ant. Rosellum in sua monarchia, opus aureum ac diuinum.

in l.

in l.cogi.§. idem Metianus. & ibi gl.& in l.apud Iulianum. l.vtrum. cum ſimilibus. D.ad Treb. Secundo autem & tertio caſu, cùm fuit grauatus poſt mortem, & ſub conditione, tunc euacuatur ſubſtitutio, nec fit per ſubſtitutũ vlla tranſmiſſio ſi nondum ceſſerat dies petendi fideicommiſſa, vel ſi conditio nondũ euenerat. vt l.4.D.quando dies leg. ced. & notatis per glo. in l. poſt mortem. C. de fideic. Si verò ante mortem ſubſtituti extitiſſet conditio, quinquam nulla facta eſſet reſtitutio, fieret tamen eo caſu tranſmiſſio, nec euacuaretur ſubſtitutio. vt l.fi.C quando di.leg. ced. & notatur per Cyn.in d. l.3. & plenius per Bart. in l. filio. D. de leg.1.

Nec obſtat d §. nouiſſimo. quia illa regula procedit in ſubſtitutione directa, (puta vulgari & pupillari, vt ſupra dixi) quæ non tranſmittitur in hæredem. vt l.liberis. §. hæc verba.& l.Lucius. § fi.& l. qui plures. D.de vulg.& pup.& l. ſi ex pluribus, in fi. D.de ſuis & legit.& notatis per glo.& Cyn. in l.1. §.his ita. C.de cad. tol. Differentiæ autem ratio poteſt aſſignari. quia in hac fideicõmiſſaria ſubſtitutione hęres eſt obligatus ipſi ſubſtituto, quàm citò ceſſit dies fideicommiſſi petendi, & ipſi quæſitum eſt ius ad rem. vt l. cogi. & l. poſtulante. D.ad Treb. quam obligationẽ trãſmittit in ſuum hæredem. arg. in l.1. C.vt actio, ab hęr. & contra hær.& l.1.C.de hæred.actio. Quę quidem obligatio & ius ad rẽ ceſſat in ſubſtitutione directa. meritò ergo finitur cum perſona, nec tranſmittitur. arg. eorũ quæ notantur in glo. ſeq.& quia nemo trãsfert in alium quod non habet penes ſeipſum. vt l. nemo plus iuris D.de reg. iur. & adde quod infrà notabitur in vltima glo.

Et prædicta ſunt multùm notanda, quia quotidiana. Videmus .n. quòd teſtatores filios grauant hęreditatem reſtituere aliis perſonis, ſi contigerit ipſos decedere ſine filiis & ſæpe occurrit ipſos ſubſtitutos filiis p̃decedere. Certè ſi poſtea moriantur filij ſine filiis, hæredes ſubſtituti præmortui à petitione huius hæreditatis,& fideicommiſſi penitus excluduntur: & ideo notarius debet dicere, *Subſtituit Caium, & eius fidos mares, & naſcituros.*

SVMMA.

1 *Quando heres grauati cogatur adire.*

GLOSSA XI.

Deceſſit adita per ipſũ hæreditate. Quid igitur ſi deceſſit iſte Bernard. antequã adiret hæreditatẽ, an ipſius hęres cogẽdus erit adire& reſtituere? 1 Breuiter ſ in hoc diſtinguitur, vt notatur per glo. & Cyn. in l.eam quam. C. de fideic. Aut hæres grauatus deceſſit infra tempus deliberandi,& tunc hæres eius cogẽdus eſt adire & reſtituere. arg. l.cum antiquioribus.C.de iure delib. Aut deceſſit poſt tempus deliberandi:& tunc aut præceſſerat coactio ſeu compulſio in perſona grauati.& tunc hęres eius cogitur adire. vt l.non iuſtam.C.ad Treb.Aut nulla præceſſerat cõpulſio, & tunc non cogitur adire, vt l.ille à quo. §.ſi de teſtamento. in fin.& ibi notatis. D. ad Treb. Aut hæres ſpon-

te adiuit, sed antequam restitueret decessit. & tunc hæres eius cogitur restituere. vt probatur in l. si eius. §. si quis. D. ad Treb. & notatis per gl. in d.l. ille à quo. § 1. in fi. & per Cyn. in l. 3 C. de fideicom.

GLOSSA XII.

Quæ cùm prædicta vera sint. Hæc est conclusio petitionis & libelli, ad quam omnia reducuntur, ideóque ad eam semper aduertere, vt aliàs scripsi.

SVMMA.

1 *Fideicommissarius ante restitutionem factam non potest exercere actiones singulares, nisi in quatuor casibus.*

GLOSSA XIII.

Quóque condemnetis dictum Zanellum. Hic quæritur an possit agi cõtra dictum Zanellum, ante restitutionem factam saltem verbo dicto Iacobo substituto? Dic breuiter quòd aut agitur ad vniuersum fideicommissum consequendum: & tunc etiam ante restitutionem factam agi potest, vt fiat. vt l. cogi. & l. postulante. & l. nam quod. §. 1. D. ad Treb. cum similibus.

1 Aut † agitur contra eum pro re aliqua singulari, vel cõtra alium possessorem: & tunc non potest agi ante restitutionem factam. vt l. fi. in fi. cum ibi notatis. D. de fideic. hær pet. & suprà dixi. Fallit in certis casibus, in quibus ipso iure potestas agendi transit in fideicõmissarium sine alia restitutione. vt notatur per glo. in l. pen. C. ad Treb. & l. quia perinde. §. restituta. & l. si patroni. in prin. D. ad Treb. Primus est. si hæres grauatus fuerit contumax in restituendo. per quod patet quòd frustra suprà quæritur est an hæres hæredis post compulsionem teneatur restituere. Secundus casus est si grauatus decesserit sine hærede. Tertius, si fideicõmissarius alteri secundo restituere sit grauatus. Quartus, quando grauatus alienauit hæreditatem in toto vel pro parte. quia in alienatione non est necessaria restitutio.

SVMMAE.

1 *Partem quam institutus retinet, substitutus nõ potest repudiare: ideo cõsubstituto non potest accrescere.*

2 *Spes substitutionis donari non potest, sed fortè vendi potest.*

3 *Spes substitutionis vendita transit cum sua causa. ideóque cum persona substituti finitur.*

GLOSSA XIIII.

Dimidiam partem hæreditatis. Quid si Franciscus eius frater & cohæres repudiet partem suam vel aliter sit exclusus ab ea, morte vel defectu conditionis non impletæ, an accrescet ipsi Iacobo?

1 Videtur † q̃ sic. quia in inter substitutos fit locus iuri accrescendi. vt l. 1. §. his ita. C. de cad. tol.

Sed in contrarium determinat glossa & Cy. in d. §. his ita. per l. fi pluribus. D. de suis & leg. & l. si plures

plures.in prin.de vulg.& pup.iũcta l. ſubſtitutio. & quod ibi notatur D.de acquir. rerum dom.Ad quod facit l.1. §. ſed & quoties. & l. cogi.§. ſi quis autem. & §. Merianus. & §.idem Merianus. D. ad Treb. Nec obſtat.§. his ita. quia loquitur in ſubſtitutione directa. ſecus autem in fideicommiſſaria. & huius eſt ratio manifeſta, quia in directa ſi non fieret accrementum,ſuccederet abſurdum , vt quis decederet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, quod ius noſtrum non patitur.vt in regulã, Ius noſtrum. D. de reg.iur.Quæ ratio ceſſat in fidei commiſſaria.Nam ſubſtitutus partem repudiatã in ſe retinet, cùm ſit hæres, idéoque alteri nõ accreſcit, quia teſtator in ea parte hæredem habet.vt l.1.in fi.D.ad Treb. & l. fi. C.de eo.facit Inſtit. de fideicom. hæt.§.ſi quis ex vna.

2 Poſtremò † circa materiam prædictarum ſubſtitutionum formo talem quæſtionem , quàm vidi de facto, Ecce quòd ſubſtitutus vulgariter,aut pupillariter,vel alio modo , antequam caſus ſubſtitutionis eueniat, vult vendere ipſum ius ſubſtitutionis,aut cedere alicui perſonæ , quæritur an poſſit,& an teneat talis iuris ceſſio vel venditio? Et videtur quòd ſic. per textum in l.ſpem.& quod ibi notatur. C.de don.& l.nulla. C.de contrahen.emptio.

In contrarium facit textus in l. conſtantiæ. C.de don. Quod autem non valeat talis donatio, probatur per textum in l.1. D. de hæred. vel actio.vendi. Sed quòd ipſa venditio teneat,eſt tex.nõ violando literã in l.2. §.2. D. eod.ti. licèt ſecundùm intellectum glo. ſit textus pro prima parte.

3 Sed † hic inſurgit aliud dubium. Dictum eſt ſuprà quòd ſubſtituto directo decedente ante cõditionis euentum, ius huiuſmodi directæ ſubſtitutionis extinguitur.pone ergo quòd facta huius iuris alienatione in aliam perſonam, decedat ſubſtitutus, ante conditionis euentum , & ſupereniat emptor vel ceſſionarius, an expirabit ius ſubſtitutionis quantum ad emptorem vel ceſſionarium, poſito quòd vẽditio teneat?Videtur quòd non.arg. eius quod dicitur de vſufructu tranſlato à perſona filij in perſonam patris. vbi mors vtriuſque requiritur vt vſusfructus finiatur.vt habetur in l. fin. verſ. ſi verò. C. ad Tertul. & notatis per glo. in l.2. in fi.C.de bon.mat.& l.quod ſcitis.C. de bon.quæ lib.

In contrariũ facit,quia per talem iuris alienationem impugnatur voluntas defuncti, qui voluit illum ſolum quem nominauit ſibi eſſe hæredem. ergo ad alium tale ius transferri non potuit, & translatum extinguitur morte ſolius ipſius ſubſtituti. arg. eorum quæ habentur & notantur in l.qui liberis. §. hæc verba. D. de vulg. & pupil. Et ex hoc ſequitur quòd ius dictæ ſubſtitutionis vendi vel cedi non poſſit alteri, vt dixi ſuprà,ſed tu cogita latiùs ſuper his.& pro prima parte facit,quia alienatio tranſit cum cauſa ſua.vt l. alienatio. D. de contrahen.empt.nec debet conditio diſpoſitionis teſtatoris immutari facto ſucceſſoris. vt l.qui fundus.in fi D.de condi.& dem.& D. de verb.obl.l.2. §.1.cum ſimilibus.

FORMA LIBELLI *pro hæreditate vel re singulari dividenda.*

TITVLVS LI.

CORAM vobis, &c. agit & in iure proponit dominus Augustinus de Salerna legum doctor, cõtra & aduersus Dominicum de Salerna eius fratrẽ, & contra quamcunque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem.

I. Dicens quòd quondam egregius & spectabilis legũ doctor dominus Franciscus de Salerna eorum genitor, à plori tempore decessit, superstitibus sibi etiã hæredibus vniuersalibus institutis, prædictis fratribus eius filiis.

II. Qui post mortem dicti eorum patris, & adita per eos hæreditate, communiter & pro indiuiso tenuerunt & possederunt, ac hodie tenent & possident totam & vniuersam hæreditatem prædictam.

III. Insuper dicit & proponit præfatus dominus Augustinus, quòd Bernardus de Salerna in suo vltimo testamento legauit & reliquit fratribus memoratis, pro æqualibus portionibus, domum vnam positam & iacentem in Papia, cui cohæret, &c. quam domum iidem fratres pluribus annis post mortem dicti Bernardi communiter & pro indiuiso tenuerunt & possederunt, & hodie tenent & possident.

IIII. Verùm quia iure cautũ est quòd omnis cõmunio pariat discordiã, & negligi soleat quod cõmuniter possidetur, præfatus dominus Augustinus sæpe & sæpius requisiuit suprascriptum Dominicum quatenus diuisionem simul cum ipso domino Augustino faceret de hæreditate & domo prædictis quam tamen facere vsque nunc neglexit ac recusauit, licèt indebitè & iniustè.

Idcirco cùm prædicta vera sint, præfatus dominus Augustinus petit & requirit à vobis domino Vicario antedicto, quatenus omni modo via, iure & forma quibus melius fieri potest, per vestram diffinitiuam sententiã cõdemnetis, & condemnatũ iuris

iuris remedijs compellatis, ſuprafcriptum Dominicum, ad faciendum ſimul cum dicto domino Auguſtino diuiſionem rerum hęreditariarum & domus. Ampliúſque eundem Dominicum condemnetis forma prædicta in omnibus & ſingulis fructibus, per eum habitis & perceptis, & in futurũ percipiendis, de & pro parte & partibus tangentibus & pertinentibus ipſi domino Auguſtino ex dictis domo & hæreditate: ſimul cum cæteris damnis, intereſſe, & expenſis paſſis & factis, & fiendis & patiendis per ipſum dominum Auguſtinum.

Et prædicta petit, &c. Deducẽdo in præſenti iudicio, &c. Non aſtringens ſe, &c.

SVMMA.

1 *Familiæ erciſcundæ ſignificatio.*

GLOSSA I.

Coram vobis. ¶Aduerte hîc in forma præſentis libelli: nam in eo duplex actio intẽtatur, videlicet actio familiæ erciſcundæ (quę competit pro hæreditate diuidenda. vt in toto titulo D. & C. famil. erc.) & actio communi diuidundo. quæ pro re ſingulari, puta domo vel fundo, datur, vt in toto tit. D. & C. communi diuidundo. 1 Hoc †autem nomen familiæ erciſcundæ compoſitum eſt, vt exponatur, familiæ. i. hæreditatis, & erciſcundæ. i. diuidendę vt notatur per gloſſam in rub. D. famil. er. Et quæ ſit differentia inter has actiones infrà patebit. Nec eſt abſonum dicere q̃ in eodẽ libello plures actiones ſimul proponantur, vt ſcripſi in primo libello. & tangitur per Dy. in regula, Nullus pluribus.

GLOSSA II.

Dominus Franciſcus. Iſte vir fuit frater matris meę, & ſic auunculus meus. & dicti eius filij mei conſanguinei germani fuit auum mihi genitor dominus Auguſtinus & eius frater mihi patruus dominus Auogarius legum profeſſores. à quibus ipſe minimus inter eos ortum habui, quem mihi dedit prouidentia Creatoris.

SVMMAE.

1 *Actio familiæ erciſcundæ locum habet in omni hæreditate quomodocunque delata.*

2 *Omnia bona quæ fuerunt defuncti tempore mortis eius veniunt in hanc actionem.*

3 *Hanc actionem ſemel tantùm licet experiri: at petitionem hereditatis pluries.*

4 *Actio communi diuidundo competit pro rebus ſingulis diuidẽdis.*

5 *Per petitionem hæreditatis poſſumus conſequi diuiſionem vniuerſalem.*

6 *Inter fratres, qui longo tempore ſeparatim coluerunt quiſque certa bona hæreditaria non præſumitur diuiſio inter eoſſiſſe. At inter extraneos præſumitur.*

7 *Ex longæua poſſeſſione rei ſingularis non præſumitur titulus.*

8 *Actiones familiæ erciſcundæ & communi dividendo non præſcribuntur, licèt ſi atres longiſſimo tempore ſteterint in communione.*

9 *Diviſioni facta à patre, ſive in teſtamento, ſive inter vivos, filius ſtare debet niſi habeat minus legitima.*

10 *Aſcendentes, collaterales, & penitus extranei ſuccedendo nihil conferre tenentur.*

11 *Emancipati ſoli ſuccedentes patri vel auo, aut cum ſuis, aut cum collateralibus vel extraneis, tenentur conferre ſola profectitia. Eadem ſui conferunt viciſſim emancipatis.*

12 *Donatio ſimplex conferri debet. Non donatio quæ vim habet legati: niſi tribus caſibus.*

13 *Donatio facta filio ob bene merita non confertur, ſed naturam ſortitur peculij aduentitij.*

14 *Verba inſtrumenti, quibus narrantur benemerita fuiſſe præſtita, non probant.*

15 *Peculium profectitium cõfertur caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, & aduentitium non confertur.*

16 *Donatio facta quadam iuris neceſſitate (vt dotis & donatio propter nuptias) confertur.*

17 *Si pro filio habente aliquod peculium pater pœnam ſoluerit, quia præſumitur ſoluiſſe de illo peculio, ita demum pœna ſoluta confertur ſi peculium conferri debeat.*

18 *In dubio pater præſumitur ſoluiſſe pœnam pro filio (qui non habet peculium) pietatis cauſa. idcóque non confertur.*

19 *Pecunia quam pater ſoluit pro acquirenda dignitate filio non confertur, nec fructus qui ex ea dignitate percipiuntur, neque in legitimam imputantur, ſed quaſi caſtrenſe peculium cenſentur. Niſi talis dignitas ſit alienabilis, & in hæredes tranſitoria.*

20 *Ea quæ pater dedit filio, aut quæ emit eius nomine, ſunt conferenda. Niſi argumentis appareat id eum feciſſe ob bene merita, vel vt filius ea haberet in peculio caſtrenſi vel quaſi.*

21 *Libri empti & traditi filio à patre pro ſtudio literarum, non conferuntur.*

22 *Arma & leges fratemiſant.*

23 *Qui nondum dignitatem conſequuti ſunt, non debent dignitatis beneficio gaudere.*

24 *Pater tenetur ſolvere pecuniam quam filius mutuo accepit ſtudiorum cauſa, vſque ad probabilem modum. Niſi prohibuerit dari ne daretur.*

25 *Lucrum ex pecunia profectitia confertur. ſed detrahitur pars lucri quæ tribui debet induſtriæ perſonæ quæ in dubio cenſetur eſſe mediocris.*

26 *Pactum inter duos, vt ſe tractare debeant tanquã pater & filius, hanc habet vim vt quæſita ab eo qui filio munera implere debet conferre debeant, ſi ſapiant naturam profectitorum, vt in ſuperiori diſtinctione.*

27 *Expenſa facta in ſcholis non imputatur in legitimam, nec confertur, ſed bene imputatur in aduentitia, caſtrenſia, vel quaſi.*

28 *Frater nõ tenetur cõferre veſtes & iocalia vxoris ſuæ à patre donata.*

Niſi

Nisi valet pretiosa & festiua, quæ conferri debent talia qualia sunt.

29 *Iocalia missa vxoribus a viris, videntur magis ad vsum concessa quàm donata. ideóque vxoribus non acquiruntur.*

30 *Fratres non tenentur fratri ministrare de communi expensas, quas paret exiguo tempore ei ministrauit studiorum causa, sed bene tenentur exolucre as alienum, ab eo in eam causam moderatè contractum, viuente patre.*

31 *Alienatio ab vno coherede facta non nocet alteri.*

32 *Quæsita ab altero coherede communi nomine sunt ulteri communicanda, non autem quæsita proprio nomine. Sed si societas inter eos fuerit, omnia de bonis communibus quæsita sunt communicanda.*

33 *In dubio non præsumitur societas esse contracta inter coheredes. Nisi omne lucrum in causam communem conferretur.*

34 *Cùm coheredes non sunt socij quilibet eorum tenetur agnoscere sumptus se respicientes.*

35 *Si coheredes remaneant in communione, quæsita ab vno communicanda sunt. Nisi de sua industria quæsita sint vel sui contemplatione donata, legata: vel suo proprio nomine acquisita.*

36 *Donatio vel legatum præsumitur factum in fauorem personæ nominatæ.*

37 *Acquisitio præsumitur facta ex industria hominis industrij. alioquin ex rebus hæreditarijs, si vires earum id suadeant.*

38 *Imputatio vel collatio fieri debet de rebus quæ extant non de consumptis.*

39 *Dotem vxoris frater fratri non confert.*

40 *Fratres qui in communione remanserunt, non tenentur restituere dotem, vxori fratris, de bonis communibus: nisi eam dotem omnes receperint, vel in communem vtilitatem versa sit.*

41 *Quæsita ex stipendijs non communicantur, nisi quatenus processerunt ex rebus communibus.*

42 *Dos soceri vel nepti ex fratre soluta in diuisione bonorum omnibus fratribus imputanda est.*

43 *Dotem quam vnus frater solvit filiæ suæ (licèt de consensu alterius fratris) in partem suam imputat.*

44 *Cùm alter frater in domo remansit, alter alteri vixit, neuter conferret quæsita ex industria sua.*

45 *Officium iudicis in iudicio familiæ erciscundæ latissimè patet, adeò vt vnus rem, alteri pecuniam assignare possit.*

46 *Diuisione facta, coheredes inter se tenentur de euictione.*

47 *Diuisio a testatore facta valet dummodo per eam filio non minuatur legitima.*

48 *Tam in successione ex testamento quàm ab intestato locus est collationi. Nisi aliter testator disposuerit.*

GLOSSA III.

Communiter & pro indiuiso. Ex his verbis, & aliis quæ inferius subiiciuntur, colligitur qualitas vtriusque actionis: videlicet eius, quæ pro hæreditate diuidenda à iure tribuitur, quæ familiæ erciscundæ appellatur, vt dixi. & probatur in l. 2 in prin. D fam. ercis. Et alterius, quæ Communi diuidundo

dicitur. vt l.1.&2. D.Com. diuid.& l.1.cum seq.eo.ti. Differétia autem inter vtranque actionem infernus apparebit.

1 Sciendum est ergo, quòd actio familiæ erciscundæ locum habet in quacunque hereditate vel bonorum possessione quouis modo debita, siue ex testamẽto siue ab intestato, siue de iure prætorio siue de iure ciuili, vel aliter quouis modo. vt l.2.in prin.& §.1.& l. sed & eius. in fi.& l.si ex asse. D.fam.erc.

2 Deinde † sciendum est quòd per hanc actionem diuiduntur omnia bona, mobilia & immobilia iura & actiones, & nomina debitorum quæ fuerunt in bonis ipsius defuncti tempore mortis suæ vt l. planè, & l.cæteræ, & l.venitur. cum l.seq.D. de fam. erc. Licèt nomina debitorum magis assignanda sint, quàm dividenda, cùm sint ipso iure diuisa, vt inquit textus in l. ea quæ. C.fam. erc. & in d.l.2.in fi. & l.cæterę in prin.

3 Rursum † sciendum quòd hæc actio non potest nisi semel in iudicio intentari. vt l. si filia. §. familiæ erciscundæ. D.eo.tit & notantur per glo.in l.1.C.eo.ti. Sed petitio hæreditatis bene potest pluries intentari. vt l.licet. D.de peti. hære. Et quæ sit huius differentiæ ratio tangitur per Cy.in d.l.1.

4 Quarò † & vltimò sciendũ est, quòd pro rebus singularibus & hæreditariis vna vel pluribus dividendis, agendum est actione Communi dividundo vt l. inter coheredes.in prin.D.eo.tit.quia familiæ erciscundæ agi non posset, cùm semel actum fuerit, vt dictum est. Si tamen actum non esset, nec quis agere vellet hoc iudicio vniuersali familiæ erciscundę possent coheredes eo omisso agere iudicio singulari communi dividundo pro rebus singulis dividendis. vt d.l. inter coheredes.in prin.& §.1.& l. in hoc iudicio.cum similibus.eod. ti. 5 Et † notandum quòd hanc diuisionem vniuersalem hæreditatis, posset quis consequi per actionem petitionis hæreditatis, quam consequitur per actionem familiæ erciscundæ. vt dixit textus in l.non podumus. D. si pars. hær. pet. & quæ sit huius ratio declara. vt ibi notatur.

6 Sed † pro declaratione prædictorum quæro quid econtra? Pone enim quòd isti fratres longo tempore pro diviso tenuerunt ita bona, habitando separatim.& quilibet eorum faciendo colere partem hæreditatis, non tamen apparent testes nec instrumenta de ista diuisione, sed solùm apparet quòd longo tempore quilibet eorum seorsim & pro parte sua ipsam hæreditatem possidet. quæritur an possit peti inter eos diuisio per actionem familiæ erciscundæ? In huius solutione est aduertẽdum, quia de facto plerunque occurrit ista quæstio. Nam solent aliqui ita secretè facere diuisionem hæreditatis, quia nolunt vt in notitiã transeat aliquorum. quam quæstionem formauit glo. in l.si maior. C. communi divid. & ibi per Cy. & Odof. & alios & in ea reperiuntur variæ doctorum opiniones, tam antiquorum quàm modernorum. Dicunt autem quidam quòd præsumitur facta divisio, & ideo amplius peti non potest. arg in l.cùm de in rem verso. D.de vsufr. conjuncta l. 2.C.de acquir. poss. & quod habe-

tur in l.si quis diuturno. D si seruit. vend. & in l.1. in fin. D. de aqua plu. arcen. cum similibus. Et hanc partem sequitur Odofredus. Alij verò (vt Iacobus de Rauenna & Petrus) tenent contrarium. dicentes quòd de diuisione non præsumitur, nisi probetur per testes vel instrumenta. vt d.l.si maior. cū similibus. Nec obstat. d.l. cùm de in rem verso. quia ibi loquitur in actu solutionis, vel alterius præstationis frequentato, quæ fieri solet de difficili, nisi subsit iusta causa quę ad hoc cogit. arg in l. cùm de indebito. in fi. D. de prob. Vnde de causa præsumitur, tali solutione interuenien te. Sed hic loquitur in actu diuisionis, in quo sola patientia interuenit, qui actus communiter de facili fieri solet. ideo sola patientia nō facit præsumi causam præcessisse diuisionis, nec alium titulum, nisi aliunde probetur. Sed posset hic iuuenis contradicere. nam si in quæstione supponitur quòd isti fratres steterunt separati, & separatim terras coluerunt, nonne cadit præsumptio diuisionis? arg. optimum ad hoc, in l. itaque cùm separatim. D. pro soc. nisi forsitan quis respondeat quòd ista separatio videtur facta potiùs gratia commoditatis vsus quàm diuisionis. Nec obstat d.l.si quis diuturno. cum similibus. quia illa iura loquuntur cùm quis obligatus erat ad patientiam præstandam, de qua obligatione præsumitur ex temporis diuturnitate, etiam si aliter non probetur. Et hãc opinionem Iacobi & Petri puto veram inter fratres, inter quos consuevit, gratia commoditatis potiùs quàm diuisionis, quilibet colere vnam partem bonorum. inter extraneos verò putarem opinionē Odofredi veriorem. per l. itaque. quā ipse nescivit allegare.

7 Sed † quid dices in præscriptione rei singularis, an ex longæua possessione præsumatur de titulo, si titulus allegatur? glossa dubitat, in d.l.si maior. Dicunt quidam quòd sic. arg. d. l. cùm de in rem verso. Iacobus & Cynus in d. l.si maior, tenent contrarium. quia in præscriptione rerum corporaliū requiritur probatio veri tituli non præsumpti. vt l. nulli. C. de rei vend. & hæc verior. Ad l. cùm de in rem verso, respondet vt suprà.

Vlterius quæritur quid si isti duo fratres steterunt (vt plerunque de facto vidi) in communione paternæ hæreditatis, & possessione spatio xxx. annorum, an poterit alter alterum ad diuisionem prouocare. Videtur quòd non, quia omne ius omnisque actio tollitur spatio xxx. annorum. vt l. omnis. & l. cùm notissimi. C. de præscrip. xxx. annorum. Vnde obstante præscriptione alter alterum ad diuisionem non poterit prouocare. Aduerte quòd glo. in l.1. §. ad hæc. C. de ann. excep. & in l. fin. C. communi diuid. distinguit. Aut quæritur an sit præscriptum dominium rerum, & dicendum quòd non. ideóque commune erit dominium hæreditatis & bonorum vtriusque. Aut quæritur an sit præscriptum actioni competenti pro diuisione fienda, & dicendum est quòd sic. Ex quo sequitur quòd necesse habebunt perpetuò stare in communione. Et hanc partem sequutus est Raynerius in l. si non sortem

§. si centum. D. de condict. indeb. Et est ratio (secundùm eum) quia præscriptio solum illud ius perimit & aufert, in quo reperitur adhibita negligentia, sed in proprietate nulla intercessit negligentia, quia dominio & proprietate cõtinuò vsi sunt. ergo cõtra dominiũ non erit cursa præscriptio. Manebunt ergo in tali cõmunione, vt dixi. & in hoc etiam residet Cynus in d. §. ad hæc, Quæ opinio mihi multùm videtur æquitati & benignitati contraria, cùm per eam remoueatur naturalis charitas inter fratres, quia toleratur inter eos materia communionis. 8 Quare † alij dicunt, & longè melius. Aut isti fratres steterunt diuisi, aut steterunt communiter in possessione. Si diuisi, tunc obstat præscriptio in omnibus, tam quò ad actionem quàm quò ad dominium. Aut steterunt continuè in communi possessione & indiuisi. & tunc minùs habebit obstare præscriptio, nec quò ad actionem, nec quò ad dominium, duplici ratione. primò quia possidenti non currit præscriptio vt l. malè agitur. C. de præscrip. lon. temp. secundò, quia per pactum non potest tolli actio quæ pro diuisione datur. vt l. in hoc iudicio. §. si conueniat. D. commu. diuid. Ergo nec præscriptione. arg. in l. nam satis. §. sed si is. D. quemad. ser. amit. Quam opinionem tenet Iacobus de Aretio, Guillermus de Cuneo & plures alij. quæ communis est, & eam sequitur Baldus in l. fi. C. fin. reg. & ipsam puto veriorem. maximè cùm nemo præscribere intenderet, sed tanquam de re communi vtendum putauit.

Denique ad pleniorem doctrinam præmissorum, quia in hæreditate diuidenda quædam sunt bona quæ inter fratres conferuntur, quædam sunt quæ deducuntur, de singulis videamus. Eo tamen præmisso ad euidentiam, quòd aliquando pater facit testamentum solenne, inter liberos diuidendo bona sua, & singulis assignando illam partem bonorum quæ sibi videtur. 9 Et † huic diuisioni standum est, nisi pars assignata esset minor legitima. quia tũc agi potest ad supplementũ. vt probatur in l. qui volebat. D. de hær instit. conuincia l. quoniam in prioribus. & l. ex tribus. & l. scimus. §. repletionem. C. de inof. testam. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. D. eod. tit. Et idem per omnia si fecerit testamentum minùs solenne, defectu numeri testium, quia ei standum est. vt l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Aliquando pater diuidit bona sua, inter viuos assignando cuilibet filiorum partem suam, & tali diuisioni etiam est standum. vt plerunque vidi fieri à prudentibus & à viuentibus patribus. vt habetur in l. fin. C. fam. ercisc. & l. si filia. §. si pater. & l. ex parte. §. fin. D. famil. ercisc. dummodo non sit minor legitima, portio cuilibet assignata. vt ibi notatur. Aliquando pater non diuidit, nec testamentum facit, sed ab intestato decedit. & tunc omnes æqualiter succedunt. vt in authent. de hæredit. ab intest. in princip. & Instit. de hæred. ab intest. in prin. & § 1.

Ex in omnibus casibus prædictis dubitari consueuit de collatione

tione bonorum inter hæredes & ſucceſſores fienda, & quando, & qualiter, & per quos. Itaque de tribus principaliter eſt quærendum & diſſerendum. Primò qui ſint illi hæredes qui ſibi inuicem bona conferre teneantur. Secundò quæritur quæ bona ſint inuicem conferenda. Tertiò an hæc bonorum collatio locum habeat tam ex teſtamento quàm ab inteſtato. Circa primum ſciendum eſt, quòd quò ad præſens attinet quatuor ſunt ſpecies hæredum. ſunt enim quidam aſcendentes, alij deſcendentes, alij collaterales, alij extranei. Deſcendentium duæ ſunt ſpecies. nam quidam ſunt in poteſtate patentis, quidam emancipati. 10 Circa † hæredes aſcendentes illud eſt concluſiuè tenendum (ſecundùm ſententiam omnium) quòd ſiue ipſi ſuccedant eorum liberis emancipatis, vel in poteſtate conſtitutis, non tenentur inter ſe inuicem aliqua bona conferre. Et idem per omnia dic in collateralibus, & extraneis, qui ſimiliter non aſtringuntur ſibi inuicem conferre, ſiue tales perſonæ ſuccedant ex teſtamento ſiue ab inteſtato. quia hoc non reperitur aliquo iure cautum. ſecundùm quod determinant Iac. de Aret. Cyn. & alij. in l. emancipati. C. de collat. ſicque ille titulus locum nõ habet in perſonis ſupradictis.

Relinquitur ergo ſola dubitatio in hæredibus deſcendentibus, qui liberi appellantur. 11 Vbi concluſiuè dic, quòd aut ſoli emancipati ſuccedunt patri vel auo. & tunc ſola profectitia tenentur conferre ſibi inuicem, ſecundùm omnes. vt probatur in l. vt liberis. C. de collat. & notatur plenè per Cyn. in d. l. ſi emancipati. Aut ſuccedunt cum collateralibus vel extraneis, & idem quod ſuprà. Aut ſuccedunt eum aliis exiſtentibus in poteſtate. & tunc (licèt ſit diuerſitas opinionum) tamen ſecundùm veritatem emancipati conferunt ſuis in poteſtate conſtitutis ſola profectitia: & econtra ſui emancipatis. & ſic eſt æqualitas inter eos in modo collationis, ſecundùm doctores vbi ſuprà. Quam opinionem ſequitur Iaco. Bu. in l. certum. C. fam. erc. & l. ſi. C. de collat. Vnum tamen aduerte, quòd olim filij ſuccedentes ex teſtamento paterno, non tenebantur quartam conferre. vt in l. 1. C. de collat. Hodie autem ſiue ſuccedant ex teſtamento ſiue ab inteſtato, tenentur inuicem conferre modo quo ſuprà. vt in auth. ex teſtamento. C. de collat. niſi teſtator aliud diſpoſuerit. vt ibi.

Hic autem inſurgit aliud dubium, per quod declarabitur ſecundum quæſitum, quod erat quæ bona ſint conferenda. 12. Vnde † quæro, an ſimplex donatio facta filio in poteſtate vel emancipato, à patre vel auo, debeat conferri, ſicut cõferuntur alia bona profectitia? Quam quæſtionem examinat glo. ac Dyn. & Cy. in d. Auth. ex teſtamento. & plenius Bar. in l. 2. §. nec caſtrenſe. D. de collat bon. Dic ergo diſtinguendum ſecundùm eos. Aliquãdo hæc donatio ſit filio emancipato, & tunc eſt conferenda. vt l. ex liberis in fi. C. de collat. Cuius ratio eſt, quia hæc donatio tenuit in vita patris donantis, & ex

ea fuit filio ius quæsitum. meritò ergo venit conferenda. sic intelligitur quod habetur in d. auth. ex testamento. Aliquando sic hæc donatio filio existenti in potestate. & hic subdistinguitur Aut pater post ipsam donationem filium emancipauit, sicque ipsa donatio, quæ à principio non valuit, in vita patris confirmatur: & tunc debet conferri, sicut si à principio fuisset facta filio emancipato, vt dictum est. argumentum ad hoc. in l. siue emancipatus. C. de donat. D. eo. l. donationes. § si pater. coniuncta l. vt liberis. in fin. C. de collat. Aut pater non emancipauit ipsum filium, sicque in eius vita confirmationem non recipit, sed post eius mortem confirmationem assumpsit: & hoc casu, quia solis donatio legatorum naturam assumit (vt in l. in donationibus. C. ad leg. Falcid.) & sic incipit mortuo patre dominium eius quæri filio, meritò in collationem non venit. vt l. à patre. & l. ea demum. C. de collat. & in l. 1. §. si ab ipso. D. de collat. bon. & l. filię. C. fam. ercis. Fallit hoc in tribus casibus. Primò si emergeret inæqualitas, quo casu donatio quæ morte confirmatur conferri deberet, vt l. pen. § fin. C. de collat. Secundò fallit si pater hoc ordinauerit. arg l. si quando. § & generaliter. C. de inoffi. testam. Tertiò si pater donasset, vt haberet filius in peculio profectitio. vt l. si donatione. C. de collat.

Post hæc quæritur, quid si pater filio donauerit, ob aliquam certam causam in donatione expressam, an talis donatio sit conferenda? Dic (secundùm Barto. vbi suprà) quòd donandi causa potest esse multiplex, & secundùm diuersitatem causæ diuersificabitur modus collationis. ideóque sic distingue. 13 Aliquando † pater donauit filio tanquam benemerito, quia se habuit in exhibitione bonorum plurium versus patrem multùm affluentes: aliquando donauit filio, vt habeat in profectitio peculio: aliquando donat ex aliis causis, quæ variæ sunt, vt infrà dicetur. Si quidem donatio facta fuerit filio tanquam benemerito, hoc expresso (vt communiter fit in instrumentis donationum) tunc, licèt glossæ sint variæ, tamen conclusiuè secundùm veritatem dicendum est, talem donationem tenere. & dicetur talis donatio peculium aduentitium, non profectitium, ideóque non conferetur. vt notatur per gloss. in Authent. vnde si patens. C. de inoffi. testam. quod sequitur Guillelmus de Cuneo & Iacobus Butrigarius. 14 Et † aduerte ad vnum, quòd in hoc casu non sufficit quòd notarius dicat in instrumento quòd pater donat tali eius filio propter multa eius seruitia ab eo recepta, & similia, quia ista verba narratiua non probant merita præcessisse, sed est opus aliunde probari, secundùm Bart. in l. quod si forte. D. de castren. pec. & l. is qui. § pen. D. de leg. præstan.

15 Si † verò pater donet, vt filius habeat in peculio profectitio, tunc debet hæc donatio conferri, vt dictum est. Peculium autem castrense, vel quasi, & aduentitium, nullo modo conferuntur. vt traditur in l. certum. C. famil. ercisc.

etc.& l.1.§.nec castrense.D. de collabon.& l.fi.C.de collat.cum similibus.

16 Vbi † autem donat ex alia causa, tunc secundùm Bart. considera. Aut est talis causa propter quã cogitur pater filio donare: puta ex causa dotis vel donationis propter nuptias.vt l.fi.C. de dot.prom. & l. qui liberos.D de rit.nup.& tunc debet talis donatio conferri. vt D. de col.dot.per totum.& l.filiæ.& l.illam.C.de collat.cum similibus. Cuius ratio est, quia cùm pater det ex iuris necessitate, videtur velle quòd cõferat. & etiam quia hæc donatio quæritur filio in vita patris, ideóque conferenda est,vt dixi suprà. & probatur in l.Pomponius Philadelphus.D. fam.erc. Et hoc nota pro sororibus maritatis & dotatis, quæ volunt venire ad successionem hereditatis paternæ simul cum fratribus,quæ tenentur dores suas cõferre.& eodem modo frater alteri fratri donationem propter nuptias, quam pater eius contulit,dum frater ipse vxorem duxit.Aut causa donationis est talis quæ non necessitabat patrem ad donandum, & tunc distinguitur an dederit vt habeat in peculio profectitio.vel aduentitio aut castrensi vel quasi, vt dictum est.

17 Sed † circa prædicta quæritur,secundùm Bartolũ.Pone quòd pater soluit pecuniã ob condẽnationẽ filio impositam, propter aliquod eius delictum. an in diuisione paternę hæreditatis,debebit hęc pœna soluta conferri, & ipsi fratri imputari? Et secundùm eum sic est distinguendũ,vt plenè scripsi in l. Stichus. D. pec. leg. & per Gui. de Cu.in l.frater à fratre.D.de cõdict. indeb. Aut filius nẽpote solutionis habebat solum peculium profectitium.& de eo præsumitur facta solutio. & ob hoc de ipsa tali pecunia soluta fienda est collatio,vt suprà sæpius dictum est.& ita intelligitur d.l.Stichus.quod ibi notatur. Aut habebat solũm peculium aduentitiũ,& tunc præsumitur de eo facta solutio.arg.in l. Nefennius. D.de neg.gest. & quia pater videtur magis administratorio nomine soluisse, quàm proprio (arg.in l. post mortem.D. quãdo ex fac.tur. & l cùm vnus §.fin.D.de administ. tut.) ideóque nulla collatio fiet.vt aliàs dictum est. Aut soluit condẽnationẽ hanc ex necessitate,quia per statutum ciuitatis erat ad hoc astrictus,vel fideiusserat pro ipso filio, & tunc quia talis solutio imputatur in legitimã filio, (vt l.hæredes §.si filius. D. fam.er.) ideóque confertur & imputatur.arg. in l.illud.C.de collat. 18 Aut † soluit ex voluntate simpliciter,& tunc videtur facta solutio causa pietatis. vnde non audiretur pater volens talem impensam à filio repetere. arg.in l.1.C.de neg.gest.& l.filius. cum ibi notatis. D. de neg. gest. sícque ideo non confertur.vt suprà dictum est de simplici donatione. Et eadem conclusio locum habet si pater soluerit pecuniam pro redemptione filij captiuati. nam in dubio talis solutio videtur facta causa pietatis, alio non apparente, & ob hoc non confertur. quia nec à filio repeteretur, vt suprà proxiqẽ dictum est. Facit l. liber captus. ff. de cap. & postlim.

seuer. & notata per Guil. in d. l. frater à fratre.

19 Item † die per omnia in donatione facta filio, seu expensa pro eo facta, pro aliqua militia vel doctoratu, præbenda vel episcopatu, aut alia dignitate sibi quæsita, secùdùm aliquos. Sed secundùm Bart. vbi suprà, dicendum est locum esse collationi duplici ratione. Prima, quia talis expensa facta est ex necessitate, cùm pater obligetur iure naturę quęrere filio honorē & dignitatem. vt in Auth. constitutio quæ de dignit. Secunda ratio est, quia hęc pecunia filio quæritur in vita patris. ergo, &c. vt dictū est. Sed an fructus & redditus huius dignitatis conferantur? Dic secundùm eundē. Aut talis dignitas est transitoria in hæredes, vel alienabilis in quēcūque, & tunc tam dignitas quàm eius redditus conferri deber. iuxta formam l. omnimodo. in fin. C. de inoffi. testam. cùm talis militia in quartā filio imputetur, vt ibi. & sic locum habet illa regula, Quòd ea quæ cōputantur in quartā, conferūtur sed non conuertitur. & habetur in l. illud. in prin. & §. 1. C. de collat. Aut hæc dignitas non est transitoria in hæredes, vel non est alienabilis, vt dignitas episcopatus, vel abbatiæ, vel doctoratus. & tunc nō cōfertur ipsa, nec ius redditus, nec in quartā filio imputatur. vt d. l. omnimodo. quasi hęc dignitas in peculio castrensi vel quasi fore censeatur. vt l. sacrosanctæ. C. de epi. & cle.

20 Aliquādo † cōtingit quòd pater dat pecuniam filio, & ignoratur quo animo dederit, an vt illam habeat in peculio, vel eam habeat in mera donatione. quo casu, secundùm Bartol. considerandum est, an præcesserint aliqua merita, & tunc præsumptio est meræ donationis propter merita præcedentia filij. arg. in l. si donatio. C. de donat. Aut merita nulla præcesserunt. & tunc aut illud quod filio dedit ipse pater emit nomine ipsius filij, & tunc præsumitur dedisse animo donandi. vt arg. in l. filiæ. C. fam. ercis. & l. a. C. si quis alteri vel sibi. Aut solū tradidit, sed non emit. & tunc in dubio videtur dedisse filio vt habeat in peculio profectitio. vt l. quod fructuarius. in prin. D. de acqui. re. do. Nisi per aliqua alia indicia cōtrarium appareret. puta si dederit pecuniam filio existēti in militia, vel in studio: nam tunc videtur dedisse vt habeat in peculio castrensi vel quasi. arg. in l. 1. C. de castren. pec. lib. XII. & hoc sequitur Dy. & Cy. post eum. vt notatur in l. si donatione. C. de colla. Aut econtra emit nomine filij, sed non tradidit. & tunc videtur emisse vt habeat in peculio profectitio. Aliquādo contingit quòd pater non emit nec tradidit filio, sed ex promissione acquirit, quia filio promittit. & in hoc Iacobus de Aretio & Bartol. post eum, in l. si pater. D. de donat. sic distinguit. Aut quandoque ab extraneo pater stipulatur pecuniā nomine filij, & tunc videtur stipulari vt filius habeat in peculio profectitio. vt probatur in l. fi. D. de pecul. Aliquando non ipse pater, sed filius stipulatur de iussu patris, & tunc ex numero filiorum, & quantitate pecuniæ in stipulationem deductæ persumitur donatio, vel quòd habeat in peculio profectitio.

tio.arg.l. quæſitum.§.ſi pater.D.de fun.inſtruc. & l.ſi filio.D.de leg.3. & l.ſi licitum. D. de donat. inter vir.& vxor.

21 Deinde † pro latiori præmiſſorum doctrina quæro de nota. bili queſtione. Ecce quòd pater emit filio ſuo libros pro ſtudendo in iure, vel in medicina,in ſtudio Bononiæ vel Papiæ,nunc quæritur an mortuo patre iſti libri debent conferri? quam queſtionem plenè ponit Cy.in l.filiæ licèt maneat.C. de collat.& Bart.in d.§.nec caſtrẽſe. Et ibi ea ſunt variæ opiniones. Nam gl.in l.filiæ.C.fam.erc. tenet quòd non conferantur, per illum textum,quam opinionem ſequuntur Dy.& Cy vbi ſuprà. Alij (vt Odofredus) dicunt quòd debent cõferri,ſicut alia ſimplex donatio, vt ſuprà dictum eſt.Hubertus verò de Bobio doctor antiquus tenet opinionem Dyni (licèt eum præceſſerit ætate) tali ratione. certum eſt enim quòd ſi pater donet filio militanti arma & equos, quòd iſta nõ conferuntur,tanquam bona caſtrẽſia vel quaſi. vt d. §. nec caſtrenſe. Ergo nec filius libros. nam militãt cauſarum patroni, & ſtudentes in iure,vt l.fori.C.de aduoc.diuer.iudic. 22 Nam † arma & leges fraternizant. vt Inſtit.in proœmio. & C.de offi.diuer. iudic. l. ſcimus. Bartolus autem vbi ſuprà ſic diſtinguit. Quandoque pater libros pro filio emit, nec tamen adhuc tradidit eos ſibi, nec expreſſit quòd filio donaut vel donare propoſuit, & tunc quia remanſerunt in pleno dominio & hereditate patris, diuidendi ſunt & conferendi. arg.in l. 1.C.de caſt.pec.lib.xii. Nam vt donatio perficiatur requiritur traditio.vt l.2 C.ſi quis alteri vel ſibi. & l.filij.C.de donat.inter virum & vxor.Quandoque pater emit nomine filij,& expreſſit ſe donare ipſi filio,& hìc diſtingue.aut eo tempore filius erat in dignitate doctoratus vel aduocatus, & tunc tãquam peculium quaſi caſtrenſe non conferetur.vt d.l.1.in 2.reſpon. C.de caſtrenſi pecu. & D. eod.l. caſtrenſe. ad quod facit l.ſi filius.C.fam. ercſ.Aut eo tempore filius erat in actu ſimplici ſcholaſtico.& tunc aut ante patris obitum filius compleuerat ſtudium ſuum, & tunc quia incepit quaſi militare, illi tales libri efficiuntur quaſi caſtrẽſe peculiũ, & talis donatio cõfirmatur.arg. C. de don.l.ſiue emãcipatus. & D. eo. l.donationes.§.pater. ideóque ceſſare debet collatio. vt d.§. nec caſtrenſe. Aut pater eſt præmortuus ante ſtudium complerum,ſeu ante quam doctoratum aſſumpſiſſet, & tunc non poteſt dici peculium tale eſſe quaſi caſtrenſe, quia qualitas perſonæ demonſtrat nullam in ea eſſe dignitatem, ex his de quibus habetur in l.fin. C. de dignit. lib. xii. 23 Non † enim iure caurum reperitur quòd nudi ſcholares habeant peculium caſtrenſe vel quaſi, nec eſt conueniens eos gaudere beneficio dignitatis qui nondum dignitatem ſunt aſſequuti.arg.in l. 1.C.de exc.artifi.lib.xii.& l. fin. C. de iuriſ.om.iud. Vnde cõcludẽdũ eſt idem in hac donatione, quod ſuprà dictum eſt in ſimplici donatione,quæ ſi morte patris cõfirmetur non confertur, maximè fauore ſtudentium.arg.optimum.in l.qui pater.D.fam.erc.

24 Sed † pone q̃ filius de voluntate vel præter voluntatem patris init ad studium, & pro eius expensis mutuò sumpsit pecuniã à personis extraneis, an pater & eius hæredes teneantur ad solutionẽ & ad restitutionẽ huius pecuniæ? Breuiter dic vt plenè notatur per gl. in l. sed Iulianus. § quod dicitur. D. ad senatusc. Maced.

25 Amplius † quæritur, Pone q̃ filius ex pecunia ꝓfectitia aliquid est lucratus, an hoc lucrũ sit fratribus suis cõferẽdũ? Et cõclusiuè determinat gl. quòd sic. in l. cũ oportet. in prin. C. de bon. quę lib. Quã opinionẽ sequitur Spec. in tit. de iudic. §. sequitur. Bartolus autẽ in d. §. nec callidè se, aliter distinguit. Aut filius lucrũ consequitur ex tali pecunia, sine aliquo onere suo vel psonę exercitio, & tunc procedit opinio prędicta. Aut lucrũ cõsequitur eius exercitio mediãte, & tunc debet considerari lucrũ quod potest ex pecunia prouenire per se, & lucrũ quod potest prouenire ex exercitio personę, & attribuere cuique portionẽ suã, & lucrum pecuniæ cõmunicare tanquã profectitium: lucrum autẽ personę tanquã aduẽtitium non tenetur cõmunicare. hoc modo debet intelligi quod traditur in d. l. cùm oportet. per glo. & Instit. per quas pers. post prin. Et si forsitã dubitetur quę sit portio cõdigna attribuenda personæ. & quæ attribuenda pecuniæ, dicendũ est, secundùm generalem consuetudinem, nisi quantitas esset nimis magna, quòd medietas est attribuẽda personæ, & alia medietas pecuniæ. de quo notatur in l. 1. C. pro soc.

26 Circa † prędicta quęritur de alia quæstione sępe occurrente in Montisferrato. Ecce q̃ Titius donauit partẽ dimidiam omnium bonorum suo-rũ Caio, hoc pacto quòd simul cum eo deberet habitare. eũque nutrire & alimẽtare, & tanquã patrem tractare & tenere: versaque vita idẽ Titius tenere deberet & habere Caium tanquam filium modò contigit quòd dictus Caius viuente dicto Titio aliqua bona acquisiuit. deinde moritur Titius eius hæredes petunt ab ipso Caio partẽ bonorum per eum acquisitorum, quæritur an sint audiendi? Respondeo breuiter ante omnia considerãdum esse, quòd per verba prædicta non sunt facti inuicem pater & filius, cùm in filij arrogatione & adoptione requiratur auctoritas superioris, vt alias dixi. ideo sequitur q̃ nec aduentitia, nec castrensia, vel quasi, quò ad dominiũ vel vsũfructũ, fuerunt quæsita ipsi Titio. nec ratione societatis omnium bonorum inter eos cõtractę tacitè vel expressè dici potest ipsa bona cõmunicari debere, quia verba donatiõis hoc non exprimunt. Dici ergo posset q̃ aut ista bona sũt acquisita ex rebus ambornm, tam donatis quàm terentis. & tunc hæredes sunt audiendi, vt partem ferant. Aut sunt quæsita ex propria persona ipsius Caij, & ipsius industria, vel aliunde. & tunc non sunt audiendi. argumento eorum quæ dicuntur de filio naturali, suprà proximè. nam licèt nõ sint inuicem pater & filius, tamen quia se obligauerunt tractare tanquam tales, sequitur quòd quantùm ad se in casu isto pro talibus sunt habendi. cogita super hoc.

27 Item †

27 Item † quæritur [a] Pone q̃ pater filio existenti in studio, (vt moris est,) fecit expensas singulis annis pro eius victu & vestibus. patre mortuo volũt fratres sibi istam expensam imputare in quartam, & volunt quòd eam conferat, quæritur an talis expensa sit filio computanda & conferenda? Bartolus vbi suprà, sic distinguit. Aut iste filius nulla bona habebat, & tunc nõ imputabitur nec conferetur. sic intelligatur l. quæ pater. D fam. erc. Aut filius habebat aduentitia vel castrẽsia, seu quasi, & in pecunia consistẽtia. & tunc præsumitur in dubio, (alio non apparente,) quòd pater miserit & dederit de pecunia ipsius filij potiùs quàm de sua. arg. in l. Neseonius. D. de neg. gest quia potiùs administratorio nomine quã proprio misisse præsumitur. vt l. post mortem. D. quoniam ex fact. tuto. & videtur calus in l. fi. D. de peti. hær.

28 Deinde † quæritur de quæstione quotidiana. Ecce quòd pater habens duos filios, vni ex eis dedit vxorem, & eam duxit in domũ, & pro ea fecit, (vt moris est) varias expensas in nuptiis, vestibus, & iocalibus. mortuo patre vult alter frater ducere vxorem, & petit ab alio fratre vt alterum de duobus faciat, vel patiatur de cõmunibus bonis fieri pro eius vxore similes expẽsas, vel conferat omnes expensas p̃ vxore sua factas. quæritur quid iuris? Dicit idẽ Bartolus vbi suprà, q̃ iste frater qui hoc petit non est audiendus, quantum ad expẽsam de communibus bonis fiẽdã, sed illã facere debet de suo proprio, nisi cõtrariũ pater ordinasset in eius testamẽto. arg. ad hoc, in l. 3. § fi. D. de mun. & hon. & ibi notatis p̃ gl. Quo autem ad collationẽ faciẽdam, distinguendũ est secundùm eũ: Aut sunt vestes viles & aliæ pro quotidiano vsu necessariæ, & tales non sunt cõferẽdæ: quia ab initio tenuit in eis donatio inter socerũ & nurũ. vt l. ex animo. in prin. de dona. inter viũ & vxo. & D. ad leg. Fal. l. sed si vsusfructus. §. fi. cũ gl. (sua. Facit l. peculiũ nascitur. D. de pecul. Aut sũt vestes & alia preciosa iocalia & festiua, & tunc veniunt conferẽda talia qualia sunt, quia ista remãserũt in dominio socceri, cùm in his non tenuerit donatio. vt l. mortis suæ causa §. fi. D. de don. inter vir. & vxo. & D. de pecul. l. id vestimentũ, & ibi textus notabilis. Nec obstat si dicatur quòd hęc donatio saltem morte socceri confirmatur, quia respondetur quòd à principio nõ fuerunt donatæ, sed ad solũ vsum concessæ. vnde non habet locum illa regula. vt d. l. mortis causa. in fi.

29 Ex † his patet, secũdùm Bartolũ, q̃ ista iocalia quæ à viris mittuntur vxoribus, dũ sunt in domo parentũ, antequã ducte sint ad domũ mariti, videantur magis ad vsũ concessa quã donata. ideóq. morte viri nõ confirmatur talis donatio. multóq. minùs cõfirmatur morte socceri, stãte adhuc matrimonio inter eos. vt p̃batur in l. cũ hic status §. oratio. cu seq. D. de do. inter vir. &

a *Item quæritur.* Adde Bal in authen. ex parte. C. de col. Bart. in l. 1. §. nec castrense. D. de castr. p. & Franc Potce. in trac. de duob. fratri. in 2. tre. in 36. quæstio.

vxor.& facit quod notatur in l. pē. §. i. D. solu. mat.

30 Item ¶ quæritur. Ecce quòd pater in vita sua misit filium suum ad studiū. posteáque decessit ipse pater. quo defuncto requirit ipse filius ab aliis fratribus quòd sibi prouideatur de expensis de communibus bonis hæreditariis. an bene dicat? Dynus tenuit quòd sic, quia munus cœptū debet perfici de cōmuni. vt l. si filia. §. idem scribit. D. fam. erc. & d. l. 2. §. nec castrense. ver. sed si adhuc. & per. gl. notabilem in l. qui originem. § fi. D. de mun. & hon. & l. Lucius. §. idem respondit. D. ad munic. & ibi notatis per Dyn. Facit in arg. D. pro soc. l. hęres socij. D. de hered. tut. l. 1. & l. furti. §. fi. D. de his qui not. infam. Sed Bartolus vbi suprà tenet contrariū: quia factum patris ita demum obligat hęredes, si ad illud explicandum pater fuerat necessariò obligatus. vt l sed si filium. D. de mun. & hon. coniuncta l. honores. §. his qui. D. de decur. Sed non reperitur iure cautum, quòd pater necessariò astringatur tenere filium in studio. ergo, &c. Nam aut dices istos fratres obligatos ad hoc, ratiōe paternæ obligationis in eos transfusę. & hoc non, ratione prædicta. Aut dices eos teneri ex sua propria obligatione, & idem multò minus. quia nec ex lege, nec ex eorum voluntate fūt ad hoc astricti. Aut dices eos teneri vigore donationis paternæ eius morte confirmatæ. & hoc non attēdat: quia pro futuro tempore nulla interuenit traditio, quæ est necessaria vt morte debeat confirmari. vt l. Papinianus. D. de donat. inter vir. & vx. Si tamen ipse filius in vita patris stando in studio aliqua debita ex honesta causa contraxerit, soluenda erunt per fratres de communi pecunia, tanquam res alienum. l. Macedoniani & l. sed & Iulianus. D. ad Maced. Aduerte, quia ego aliter sentio in præcedenti casu. & distinguo sic concordando opiniones omnium. Aut iste filius in vita patris per modicum tempus fuit in studio, & tunc procedit opinio Bartoli. Aut fuit ibi longo tempore, ita quòd iam perfectus est in multis. & tunc aut portio contingens ipsi filio de bonis paternis est sufficiens sibi facere consuetas expensas, & adhuc procedit opinio Bartoli. aut non est sufficiens sibi facere expensas, & tunc procedit opinio Dyni. Et ratio differētiæ potest assignari, nam quando stetit longo tempore in studio, nec habet de parte sua quicquam sufficiens ad solitas expensas, tunc pater per tam longam patientiam videtur alligasse se ad talem expēsam. & equitas etiam suggerit (ne tempus in vacuum perdidisse appareat, si studium non perficiat, & ne in derisum cadat) quòd de communi suppleatur expensa. quæ ratio cessat cùm ibi stetit modico tempore, vel sufficientem partem hæreditatis habet ad supportandum expensas.

31 Insuper ¶ quæritur. Pone quòd mortuo patre isti fratres hæreditatem paternam cōmuniter & indiuisè tenuerunt & possederūt, & vnus ex eis aliqua bona alienauit sine alterius consensu, an talis alienatio ei nocebit? Dic quòd nō regulariter. vt in l. 1. & 3. C. de com. ter. ali. & plenè notatur per glo. & doct.

doct. in l. in familiæ. C. fam. erc.

32 Sed † quid si vnus ex eis aliqua superlucratus fuerit vel emit, an talia superlucrata vel empta sint inter eos communicanda? Distingue breuiter sic. Aut fuit inter eos contracta societas omnium bonorum & hæreditatis, aut ipsius hæreditatis tantùm. Primo casu bona vndecunque quæsita, etiam aliunde quàm ex hæreditate, sunt communicanda. vt l. cum duobus. §. si inter fratres. aliàs incipit l. Papianus. D. pro soc. Secundo casu sunt cõicanda ea sola, quæ sunt ex hæreditate quæsita. vt in d. § si inter fratres & probatur in l. si patruus. C. cõia vtri. iud. cum ibi notatis. Aut nulla fuit inter eos societas specialis vel generalis contracta. & tunc aut ille quæsiuit ex rebus cõibus suo proprio nomine tantùm, & nõ tenetur cõicare. aut quæsiuit nolẽ omniũ, & cõicare tenetur. vt hæc probantur in d. l. si patruus. cũ ibi notatis. de quo statim plenius dicã.

33 In † dubio autem non præsumitur inter eos contracta aliqua societas. vt l. ex patre. § filius. D. famil. erc. & notatur per Bar. in l. Titium & Mæuium. §. altero. D. de admin. tut. Nisi omne lucrum ponerent in commune. quo casu præsumitur tacitè contracta societas inter eos: non generalis, sed illius tantùm negociationis, secundùm eum. Sed Bald. in l. si patruus. & in quodam tractatu de duobus fratribus, dicit, siue nullus fratrum negocietur, siue alter tantùm, siue omnes, quòd si ponant omnia lucra in cõi, quòd ex hoc & aliis actibus seu circunstantiis præsumitur inter eos tacitè contracta societas generalis. arg. in l. cum duobus. § cùm duo. D. pro soc. & sic omnia bona qualitercunque quæsita erunt inter eos cõicanda. 34 Vbi † autem certum sit eos non esse socios, tunc omnes sumptus quos alter ex eis fecerit circa suam personam, stando puta in studio, vel circa filiam in eam maritando, vel in ducendo proptiam vxorem, tenetur ipe solus agnoscere & subire. arg. in l. socius pro filia. D pro soc.

Quod autem dixi tacitè societatem præsumi & tacitè contrahi, nõ est inconueniens. quia in contractibus (maximè bonæ fidei) tantùm operantur cõuentiones tacitæ quãtum expressæ. vt l. item quia conuentiones. D. de pact. &c. cũ quid. D. si cer. pet. & l. triticũ. D. de verb. ob. cum similibus. Pro tanto bonũ est consilium, quòd mortuo patre, superstitibus sibi pluribus filiis, si intẽdant stare simul & fugere quæstiones, quòd statim faciãt & ineãt societatem inter se omnium bonorum, aut saltem totius hæreditatis, & pacisci simul quòd quæcunque quærenda cõicentur inter eos. ex hoc enim tolletur omnis materia iurgiorum. 35 Quid † ergo si processerint in cõione, cũ illo cõi errore (vt solent cõiter facere) nulla facta conuentione, nec vlla contracta societate, quid erit de quæsitis per alterum ex eis? Dic plenius, quòd aut bona vel pecunia sunt quæsita ex personæ industria. & ista in dubio non sunt communicanda. Instit. per quas person. nob. acquir. §. 1. in fin. Aut sunt quæsita à fortuna ex causa donationis vel legati. & tunc aut donatio vel legatum processit solùm contempla-

tione illius cui donatum vel legatum est,& tunc non debet communicari.vt d.§.1. & in l.cùm oportet. & ibi notatis.C.de bo.quæ lib. Aut processit donatio vel legatum contemplatione omnium ipsorum fratrum & domus eorum,& tunc debent communicari. vt habetur in lege Lombarda. in tit.de succes. l. si fratres. 36 Vbi † autem non apparet cuius contemplatione fuerit facta donatio vel legatum,tunc præsumitur facta contemplatione personæ nominatæ in legato ipso vel institutione. arg. D. pro soc. l. nec adiecit.. 37 Si † verò de causa vel titulo acquisitionis non apparet,tunc contemplari oportet an persona quæ quæsiuit sit industriosa, & præsumetur tunc fore quæsitum ex eius industria, considerata tamen quantitate lucri & qualitate exercitij. arg. in l. si defunctus. C.arb.tut.cum similibus. Aliàs autem præsumendum erit quòd sint quæsita ex rebus hæreditariis, dum tamen ipsæ res hæreditariæ sint tales quæ deductis expensis possint tantum superfluisse,ex quo tale lucrum sequi poterat.argumento eorum quæ notantur per gl. in d. §.1. & in d. l. cùm oportet. §. 1. & in l. Quintus Mutius. D. de don. inter vir.& vx.ad quod etiam facit quod habetur in d.l.si fratres in Lombarda.& in Auth.de eccles.tit. §.interdicimus.de quo pulchrè notat Bartolus in l. Titium. §. altero. D. de admi.tut.facit l.si patruus. C. com. vtri.iud.Aut constat ipsa bona esse acquisita ex rebus communibus,& tunc distingue vt suprà proximè, an acquisierit suo proprio nomine tantùm,an nomine communi per d.l.si patruus.& per d.l.t. C. si quis al. vel sibi. & l. si ex ea pecunia. C. de rei vend.& l.si de tua.C.de don. inter vir. & vx.

38 Et † quæ dicta sunt de imputatione,detractione.& collatione fienda,locum habent(secùdùm Baldum) in rebus extantibus de præsenti.in consumptis autē nulla fienda est detractio, sed cedere debent communi vtilitati & damno. per textum in c.fin.de frat.de not. ben.inuest.collat.x.& ibi per eum.

39 Vlterius † quæritur [a], an frater fratri teneatur dotem surum vxorum communicare?Super qua quæstione Cynus in l. 2. C.famil.ercisc.determinat quòd sic,patre viuente. secus eo mortuo. pro quo facit l.dotem.D.de castren.pecul.& l.actione. §. fin. cum seq. D. pro soc.& l.si filia §.1. fam.ercisc. quam distinctionem Bartolus in l. si cùm dotem. §. transigit.diamur. D.sol.matr.dicit procedere de iure antiquo. Hodie autem non procedit,cùm dos dicatur iure nouo peculium aduentitium.vt d.l.cùm oportet.& l.cùm non solùm. sicque indistinctè non conferenda, nec communicanda. vt l.fin.C.de collat.

40 Ex † his patet decisio ad quæstionem sæpissimè occurrentem. Ecce quòd mortuo patre filij eius perseuerant in eadem bonorum communione, quorum vnus accepit vxorem, deinde mortui-

[a] *Vlterius quæritur.* Adde Pet.de Perusio in tract.soci.in 3. parte, 15. coll. & in 6. parte,in 9.q.& Fran.Porcc.in tract.de duob.frat.q.51.& 64.quæst.

ste fra-

ste frater maritatus. vxor eius petit dotem sibi restitui de communibus bonis, dicunt alij fratres, Nos non tenemur de bonis nostris seu de parte nostra aliquid ad tuæ dotis restitutionem contribuere. quæritur quid iuris? Distingue. Aut omnes receperunt dotem ipsam, & omnes tenentur. vt l. fin. C. de dot. cau. non num. Aut ipse solus vir recepit. & tunc aut conuertit illam (& hoc constat) in vtilitatem communem omnium: & tunc alij tenentur de in rem verso, ipse verò actione de dote. arg. in l. iure societatis. D. pro soc. Et qualiter dicatur versa in communem vtilitatem, vide notata per textum in l. quod si seruus. § & generaliter. cũ seq. D. de in rem verso. Aut non constat esse versam in communem vtilitatem, & tunc ipse vir solus & eius pars sola hæreditaria tenetur. nam sicut non cedit bæc dos in communione & contributione, sic nec debet cedere in communi obligatione, vt suprà dictum est. Et ad præmissa faciunt quæ notabiliter ponit Bartolus in d. l. Titium & Mæuium. § altero ex duobus. D. de admin. tut. vbi videas. & vide etiam Spec. in § sequitur. cum versic. seq. tit. de iudic.

41 Amplius † quæritur. Pone quòd vnus ex fratribus est stipendiarius, & in stipendio aliqua quæsiuit, an teneatur illa communicare? Dicit Bart. in d. l. cum duobus. § si inter fratres D. pro soc. aut fuerunt quæsita ex rebus communibus, puta ex equis & armis communibus: aut ex aliis rebus. Primo casu considerandum est quid & quantum ex ipsis rebus communibus potuerit proficisci, & ea portio debet communicari. alia verò aliunde quæsita communicari non debent. arg. in l. quia solidum. § si ex causa. D. de leg. 2. melius facit d. c. fin. de duob. fratr. de no. benefic. inuesti.

42 Item † quæritur [4] de quotidiana quæstione. Ecce quòd fratribus stantibus in communione, alter ex eis (fortè maior domus) dotauit eorum sororem, vel filiam alterius fratris, & eam nuptui tradidit, posteáque in diuisione bonorum vult ipse frater computare huiusmodi dotem alteri fratri, quæritur an p ssit? Videtur quòd non. per l. 1 § accedit. C. de rei vxo. act. vbi patet quòd videtur donare. ergo non poterit compensare vel computare. In contrarium facit l. vxorem. § pater naturalis. D. de lega. 3. & l. Nesennius. D. de neg. gest. & hanc partem tenuit Iac. de Aret. vt refert Cy. in d. § accedit. & l. fin. D. de dot. promi. Alij tenent primã partem, quia caulà dotis & alimentorum exequuntur, vt ibi.

43 Quid † autem si vnus ex fratribus de rebus communibus dotauit eius propriam filiam, altero eius fratre consentiente, an in diuisione poterit iste frater, patruus dictæ filiæ, computare fratri suo dictam dotem? Dic quòd sic. nec eius consensus sibi præiudicabit, vt videatur per hoc sibi quicquam de suo donasse, vt ex prædictis patet. Concludendo ergo quæritur de expenditis vel acqui-

4 *Item quæritur.* Adde Paul. de Castr. consil. 120. & Pet. de Peru. in tract. societatis. in 6. pane, quæst. 10.

sitis per aliquem ex fratribus, quid fieri debeat: Distingue duos casus. Aut quæritur de expenditis vel acquisitis in vita patris, aut post eius mortem. primo casu dic vt suprà, vers. Sed pone quòd filius. cum pluribus versiculis præcedentibus & sequentibus. & per Bart. in d. §. altero. Secundo casu dic vt suprà, versiculo insuper, cum aliis versic. seq. & per Bart & Bald. in d. tractatu de duobus fratr. & per Spec. in d. § sequitur.

44 Sed † quid dices de eo quod plerunque vidi. Ecce duo fratres erant. vnus domi remansit & curam domus & bonorum egit. alius per orbem vagando transiuit. & vterque eorum aliqua superlucratus est. modò qui stetit extra domum non vult nec tenetur quæsita per eum conferre, nisi modo quo suprà dictum est. is autem qui domi remansit, ad collationem eorum quæ quæsiuit ex communibus bonis compellitur. quæritur quid iuris? Breuiter dico quòd sic considerandum est, quid & quantum quærere potuit ex persona & cura sua, & attribuere huiusmodi acquisiti partem personæ suæ, & reliqua attribuere bonis: & partem attributam personæ non conferre. iuxta ea quæ superiùs dicta sunt in alia quæstione.

45 Postea † quæritur quale esse debeat iudicis officium in hac diuisione hæreditatis? Dic quòd est latissimum, quia in re qualibet potest cuique hæredum dare partem suam. & si viderit commodius, aliter diuidere poterit, & vni assignare vnam rem in solidum, & alij aliam. vel vni fundum, & alij pecuniam. vel alia similia facere quæ vtilitati ipsorum hæredum viderit expedire. vt probatur in l. item Labeo. §. 1. & l. hęredes §. pen. & l. officio. & l. Mæuia §. pen. & fin. D. fam erc. & in l. inuicem. D. com. diui. & Inst. de off. iud §. fi familię erciscũdæ. Debet etiam iudex facere cauere de euictione sibi inuicem. vt d. l. hæredes. §. pen.

46 Reuoco † in dubium, si facta diuisione inter cohæredes aliqua res euincatur, an agi potest de euictione, Breuiter dic, quòd aut diuisio fuit facta à testatore, aut ab ipsis cohæredibus, aut à iudice. primo casu dicit glo. in l. si cogitatione. C. fam. erciscę. quòd non potest agi de euictione. arg. in l. cum pater. §. euictis. D. de leg 2. Sed hæc de Are. & Cyn. & communiter alij, tenent contrarium. vt per eos in d. l. cogitatione. arg in d. l. si pater. D. fam. erc. & pro hac parte facit, quia diuisio est similis venditioni. vt l. C. com. vtriusq. iudic. Vnde sicut in venditione agitur de euictione. vt D. & C. de euict. per totum. sic erit in diuisione. Secundo & tertio casu. in dubio agitur de euictione. vt l. si familiæ. & ibi per glo. & doct. C. fam. erciscę.

47 Vltimò † nota quòd si facta fuerit diuisio vniuersalis bonorum per patrem inter filios, etiam in testamento minùs solenni, vel inter viuos (vt solent facere viri prudentes ad tollendũ omnẽ materiã dissentionũ inter filios) quòd eo casu standum est tali diuisioni omnino, nisi forte diminuerit legitimam alicui eorum. vt audit & habetur in l. si cogitatione. & l. quoties. & l. fin. C. famil. erciscę. & l. qui

l.qui pater.& l.si filia.§.si pater.& l. ex parte.§.fi.cum similibus. D.eod. tit. Licèt pactum simpliciter à filio interpositum, & factum ipsi patri, de non succedendo sibi, non nocet ipsi filio.vt l.pactum.C.de colla.

48 Circa † tertium principale quæritũ, quod fuit an ex testamento vel ab intestato locus sit collationi. Die concludẽdo quòd siue quis succedat ex testamento siue ab intestato, quod locus est collationi, nisi contrarium sit per testatorem dispositum.vt hodie est determinatum, per textum in Auth. ex testamento.C.de collat.

SVMMAE.

1 *Actio communi dividendo competit pro omni re communi dividenda. Nisi esset communis ex causa inhonesta.*

2 *In actione communi dividundo cadit evictio.*

3 *Pactum ne res communis dividatur, non valet, sed ne pars petatur, valet.*

4 *Res emphyteutica dividi non potest, sed consuetudine contrarium observatur.*

5 *Landimia debetur pro re emphyteuticaria in vnũ translata per divisionẽ pro parte quæ fuerat alterius.*

6 *In judicio communi dividũdo index potest assignare vni vnam rem, & alij aliam pecuniam.*

7 *Hæc actio communi dividundo non præscribitur.*

GLOSSA IIII.

Omnium rerum. 1 Hic† intentatur actiõ singularis, quæ pro re singulari dividenda competit, siue sit incorporalis siue corporalis. & appellatur Cõmuni dividũdo. vt plenè traditur in l. in hoc iudicio. in prin. & in l. iudicium. & l. communi.§. cùm de vsufructu. D. com. divid. siue ipsæ res dividendæ sint communes ex societate, vel ex vltima voluntate. vt l.2. D.com.divid. dummodo sint communes ex causa honesta. alias autem cessaret hæc actio.vt l.communi dividũdo. §. inter prædones.D.com.divid.An autẽ pro communi pariete agatur hac actione, dicam †. in alia glo.

2 Sed † an pro hac divisione singulari de evictione agi possit? Die quòd sic.vt habetur in l.item quanuis.in fi.D.eod.tit.

3 Quid † autem si habentes rem communem convenerunt & pacti sunt, quòd res ipsa nullo tempore dividatur, an poterit peti divisio? Die quòd sic, quia tale pactum est nullum. vt in l.In hoc iudicium.§. si convenerit.D.com.divid. Secus si alter alteri pactũ faciat de non petendo partem suam, quia per illud inducitur remissio totius quod habet in parte sua. vt probatur in l. in hoc iudicium. §.si paciscatur. D. com.divid.

4 Item † quæritur quid si ista domus est emphyteutica seu vectigalis, an poterit peti eius divisio? Die quòd non, vt ipsa dividatur in partes, ne confundatur præstatio fisci vel canonis. sed debebit ipsa domus in totum integraliter vni assignari, & alteri attribuere tantam pecuniam parti suæ æquivalentem, vel aliam rem.vt habetur in l.communi dividundo.in prin. & ibi notatis.D.com.divid. Cuius contrarium plerunque observatur.

5 Et † aduerte quòd si coheredes inter se dividundo hanc rẽ emphyteuticam, in totum attribuant

vnoex eis rem ipsam, quod tenentur domino denunciare. & ei laudimium soluere, pro parte quæ fuerat aliorum, quorum respectu hæc diuisio continet alienationem pro eorum partibus, sicut venditio cui hęc diuisio comparatur. vt habetur in l. 1. C. com. vtriusiud. Quod multum nota, quia multi sępe decipiuntur.

6 Et † si fiat diuisio plurium rerum inter eos communium, tunc poterit iudex vel arbiter super hoc electus res singulares in solidũ vel pro parte singulis assignare, prout vtilitati partium viderit melius expedire. vt d. §. ti familiæ. in fi. & d.l. in iudicium. D. com. diuid. & l. 2. & l. ad officium. C. comm. diuid. cum similibus: quod nota contra illos sic proteruos qui dicunt se velle habere in singulis rebus partem suam. vt dixi supra in verticulo, postea quæritur. 7 Sed † an huic actioni cõmuni diuidũdo præscribatur? Dic vt ꝫ. plecè dixi. & notatur per glo. & doc. in l. i. §. ad hæc. C. de anna. excep. & l. fi. C. communi diui. Quid autem si hęc res fuerit per vnum longo tempore possessa pro diuiso, an ex hoc præsumatur facta diuisio? dic vt supra dixi. de quo notatur per glossam & docto. in l. fi maior. C. communi diuidundo.

SVMMAE.

1 *Communio inter laicos parit discordiam.*

2 *Inter clericos communio parit concordiam: quia concorditer studeunt rapere bona Laicorum.*

3 *Lex clericorum. Ne possint à se quæsita alienare, breui subuertet eorum dominio omnia bona Laicorum: nisi Imperator prouideat.*

4 *Papa non potest dici christi Vicarius, nisi eius paupertatem & exemplum imitetur.*

5 *Causæ destructionis status laicorum sunt, nimia multitudo clericorum, peruersitas & auaritia Principum, pompa, superfluitates, nouæ prohibitæ vsurarum, frequentes mutationes status dominorum.*

GLOSSA V.

Omnis communio † parit discordiam. 1 Probatur † in l. cum pater. §. dulcissimis. D. de leg. 2. & l. in re cõmuni. D. de seruit. vrb. præd. & d. l. fin. C. com. diuid. cum similibus.

2 Sed † aduerte quòd licèt inter laicos talis communio parit discordiam, attamen inter clericos & religiosos parit concordiam. qui concorditer vadunt ad vnam mensam, concorditer incedunt & habitant, & per eandem domum & ecclesiam concorditer tractant & student rapere & ad se trahere laicorum substantiam, & suam ipsorum clericorum augere & nullo modo diminuere. 3 Et † propter hoc fecerunt pro se legem, Quod non possint vendere nec alienare nec diuidere eorum bona. sicque in breui necesse est quòd omnia bona laicorum subiiciantur dominio clericorũ. nisi bonus Imperator prouideat, qui donationem Constantini reuocet, & legem faciat vt omnium clericorum status ad statum mendicitium fratrum penitus reducatur: & Papa cum Cardinalibus similiter ad vitam Christi & Apostolorum citò deueniat. 4 In † cuius terra est

Omnis communio. Adde Doct. in l. 2. C. quando & quib. Spec. in tit. de iudi. in 4. circa principium.

gemalis

generalis vicarius, vnde seruare debet gesta eius, quia omnis Christi actio & Apostolorum eius debet esse exemplum & regula viuendi ipsi Papæ & Cardinalibus eius. alioquin non videretur eius esse perfectus vicarius, qui deuiare velit in statu & vita à moribus & exemplis eius.

Hæc itaque bonorum diuisio tam frequens in laicis, est vna de causis per quam status singulorum laicorum consumitur & annihilatur. ¶ Sunt † etiam aliæ plures causæ quæ idem operantur, videlicet nimia multitudo clericorum, peruersitas & auaritia principum, dominorum pompa propria & vxorum, partialitas vicinorum, indifferens prohibitio vsurarum, & frequentes etiam mutationes in statu dominorum.

GLOSSA VI.

ET nec liga solas. Hoc probatur in l.a.C.quando & quib. quar.part deb.lib.x.

GLOSSA VII.

Idcirco. Hęc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est, vt sæpius dixi.

SVMMAE.

1 *Petitio fructuũ locum habet tam in actione familiæ erciscundæ quàm communi diuidundo.*

2 *Alienatio voluntaria interdicta est statim mota lite in iudicio familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo.*

GLOSSA VIII.

IN omnibus & singulis fructibus. ¶ Hic † notandum est, quòd pro omni actione quæ pro diuisione competit, siue generali, vt est actio familiæ erciscundæ, siue speciali, vt est actio communi diuidundo, locum habet petitio fructuum, quorum semper habenda est ratio. vt habetur & traditur ad literam, in l. fundus qui. & l.pen.D. fam.erc.& l. per hoc iudicium.§.fi.D.com. diuid.

¶ Illud † autem non est omittendum, quòd mota lite in actione familiæ erciscundæ, interdicitur omnis rerum hereditariarum alienatio voluntaria. sed necessaria permittitur. vt habetur in l. alienationes.D.fam.erc.& l.diuus.D.de petit. her. Idem in actione communi diuidundo.vt l.1.& ibi notatis.C.communi diui.

SVMMAE.

1 *In pariete communi socius potest inuito socio facere ea quæ sunt necessaria ad vsum domus.*

2 *Socius inuito socio potest reficere communem parietem qui ruinam minatur, & expensum à consorte repetere pro rata sua.*

3 *Parietem communẽ possum incrustare, albare, scalas ad eum apponere, & balneum: ac non in eo fistulas figere.*

4 *Sterquilinium ad parietem communem ponere licet, modò id fiat sine alterius damno.*

5 *In refectione communis parietis ille præfertur qui maluit vsui reficere pro communi vsu.*

6 *Reficiens communem parietem tenetur cauere socio damni infecti.*

7 *Cogere possum vicinum vt reficiat parietem suum qui ruinam minat in domum meam deuolui pede.*

8 *In pariete meo possum vsum facere, citra tamen incommodum publicum vel vicini.*

GLOSSA IX.

Et in *futurum percipiendis*. De istis futuris fructibus tenebitur eo modo quo distinguitur de aliis possessoribus, de quibus plenè dixi in primo libello in glo. super verbo, *fructibus*. & per doct. in l. certum. C. de rei vendic.

1 Post † præmissa, ad altiorem indaginem eorum quæ ad domus diuisionem pertinent, quæro si in pariete communi domus alter sociorum velit trabem imponere, vel aliquid simile in eo facere, an possit alio inuito? Videtur quòd non, quia in re communi potior est conditio prohibentis quàm facientis. vt in l. Sabinus. D. com. diui. & in regula, In re communi. de reg. iur. lib. vi. & ibi plenè per Dynum. Contrarium est veritas, per textum in l. si ædes. D. com. diui. Nō obstat l. Sabinus, quia ibi loquitur quando volebat aliquid facere, quod non pertinebat ad eum vsum ad quem res ipsa erat destinata & disposita. hic autem fit. dic vt ibi per Dy.

2 Vltrà † quæritur, pro declaratione communis parietis, si vnus ex sociis velit parietē reficere, an possit? Distinguēdum vult eundem reficere de consensu aliorum, & tunc potest, & hoc est clarum. aut contra voluntatem eorum, & tunc subdistingue. Aut paries nō erat idoneus ad onera sustinenda, vel minabatur ruinam, & tunc poterit reficere aliis inuitis, & ipsum demoliri in eorum vel pro parte, prout necessitas exigit. vt probatur in l. si ædes. D. com. diuid. & in l. parietis cum l. seq. & ibi notatis per Bar. D. de dam. inf. Quo casu iste reficiens agere poterit contra consortes ad repetitionem expensarum, pro parte illos tangente. vt habetur in l. si vt proponis. C. de ædi. priua. De qua quidem expensa fieri deductio omnium rerum quæ ex primo pariete in nouum sunt immissa. vt traditur in l. eū emptore. in fi. & in l. inter quos. §. fi. D. de damno infect. Aut paries erat de se idoneus & sufficiens ad omnia onera sustinenda, & tunc non licet alteri consorti ipsum demoliri & reficere. vt l. parietem. D. de seruit. vrb. præd. & sic potest intelligi d. l. Sabinus. 3 Licèt † hoc casu quilibet eorum possit talem parietem incrustare, & dealbare, & pingere. vt habetur in l. quidam liberus. §. fin. de seruit. vrb. præd. Ac etiam scalas ibi apponere. vt l. fistulas. §. fin. D. de seruit. vrb. præd. Et insuper apud parietem communem balneū facere, dum tamen ex eius humore paries ipse non lædatur. vt d. §. fi. & l. fistulas. & d. l. quidam liberus. in prin. Non autem liceret alicui in pariete communi affigere aliquod canale, per quod aqua pluuia recipiatur. vt d. l. fistulas. in prin. Nec etiam licet ibi in eo facere fenestras ad aërem recipiendum. vt l. eos quō. D. de seruitu. vrb. præd.

4 Sed † an in ipso pariete, vel apud ipsum communem parietem liceat facere sterquilinium, quod in vulgari appellatur Necessarium? Videtur quod sic, per ea quæ habentur & notantur per gl. in l. si quando. §. fi. D. si ser. vendi. Tu autem sic distingue. Aut ex eo sterquilinio nullum consortibus infertur damnum, & licitum est ipsum facere & habere. vt d. §. fi. Aut ex eo infertur damnum consorti, vel in ipso pariete qui marcescit propter humorem & malum odorem, vel in-

dis pu-

dit puteum consortis, & similia. & tunc dico quòd non licet habere talem sterquilinium. Quod probo, quia non licet tenere tubulos, nec canale, vel fistulam, iuxta communem parietem. ergo multò minus tale sterquilinium. vt d.l.fistulas. in prin. & in fi. & d.l.quidam Iberus. in prin. Pro quo etiam facit, quòd non licet facere in proprio (ergo multò minus in communi) quod noceat alieno. vt in l.ficut. §. Aristo. vers. idemque ait. D. si ser. ven. & l. 1. §. idem aut aquam. cum ibi notatis. D. de aqua pluuiarcen.

5 Sed † quid si plures consortes concurrant in refectione communis parietis, sed vnus vult reficere vno modo, & alter alio, quid erit? Dic quòd ille præfertur in refectione, qui magis idoneè vult reficere. & vtiliùs pro communi vsu. vt habetur in l. in reficiendo. D. de dam. infec.

6 Sed † quid dices si vnus ex consortibus reficit communem parietem, & alius consocius timet ex ea refectione sibi damnum inferri, qualiter sibi prouidebitur? Dic quòd per cautionem damni infecti. vt plenè notatur per Bart. in l. inter quos. in prin. D. de dam. infect. ad quod etiam facit d.l. in parietis. & l. si ædibus. & l. Si ex damni. §. 1. D. de dam. infec. & l. Damni infecti. §. qui eũ parietem. D. eo. tit.

7 Denique † illud est notatu dignum, quòd si paries alicuius super dimidium pedem inclinauerit in domum alterius, potest contra eũ agi vt ipsum erigat & reficiat. vt est textus in l. si cùm meus. in fi. & l. si quando, in prin. D. si ser ven.

8 Sed † an in pariete proprio liceat ostium de nouo facere versus viam, contra vicini voluntatem? Distingue breuiter sic. aut lædit ius publicum vel vicini, & tunc nõ potest. aut non lædit, & tunc potest ostium facere. vt habetur in l. si. D. de ser. vrb. prædio.

SVMMA.

1 *In iudicium communi diuidundo veniunt damna & expensæ.*

GLOSSA X.

D*Amnis interesse & expensis.* 1 Aduerte † quòd in hac actione communi diuidundo habenda est ratio damnorum illatorum in re ipsa. vt in l. & si non omnes. §. venit, & l. item quamuis. in prin. D. com. diuid. Ac etiam expensarum in ea factarum. vt l. in hoc iudicium. §. impendia. & l. si quis cùm æstimaret. D. communi diuidun.

GLOSSA XI.

ET *prædiis.* Hæc clausula cum sequentibus declaranda est eo modo quo habetur suprà in primo libello.

FORMA INquisitionis.

TITVLVS LII.

HÆc est quædam inquisitio & titulus inquisitionis, quæ fit & fieri intenditur per spectabilem virum Raynaldum de Beccaria, de plebe, ciuitatis Mediolani honorabilem Potes-

teſtatem, contra & aduerſus Petrum de Roſario, & Guillermũ de Abiate, in eo, de eo, & ſuper eo quod ad aures & notitiam prefati domini Poteſtatis, fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſubſequente, peruenit, nõ quidem à malevolis & perfidis, ſed à fide dignis perſonis, non vno, ſed pluribus.

I. Quòd ſuprà ſcripti Petrus & Guillermus Deum præ oculis non habẽtes, ſed humani generis inimicum, vnus alteri, & alter alteri opem, auxilium, conſilium, & fauorem ad infrà ſcripta maleficia committenda & perpetranda ſibi ad inuicẽ præſtantes, per eorum ſuperbiã & audaciam, ſcienter, tractatè, & appenſatè, & dolosè, percuſſerunt & vulnerauerunt, cum armis & enſibus euaginatis, Albertum de Boſco, pluribus percuſſionibus, cum maxima ſanguinis effuſione, videlicet vna percuſſione in capite ipſius Alberti, & alia in pectore: ex quibus percuſſionibus idem Albertus fuit & eſt mortuus.

II. Item in eo, de eo, & ſuper eo quòd præfati Petrus & Guillermus, eodem peruerſo ſpiritu inſtigati, ſibi inuicem præſtantes opem, conſilium & fauorem, ſcienter & doloſè furto & per furtum ſubtraxerunt de domo Iacobi de Ferrariis florenos centum, in moneta argenti, & amplius capellum vnum plumarũ pretij & valoris florenorum quinquaginta, & cinctum vnum argenti pretij & valoris florenorũ duodecim: dictam pecuniam & res cunctando, & amouendo de loco ad locum, & in eorum vſus conuertendo, præter & contra voluntatẽ dicti Iacobi, & in ipſius maximam iniuriam.

III. Quæ omnia & ſingula commiſſa & perpetrata fuerunt per ſuprà ſcriptos Petrum & Guillermum, videlicet dictum homicidium de anno præſenti; & menſe Februarij proximè præteriti, in ciuitate Mediolani, in ſtrata publica, in vicinia ſeu parochia ſancti Michaelis, cui cohæret ab vna parte, &c.

IIII. Dictum autem furtum commiſſum & perpetratum fuit anno præſenti, & menſe Maij proximè præteriti, in domo dicti Iacobi poſita in Papia, in parochia ſancti Georgij, cui cohæret, &c. præter & contra formam iuris &

ris & statutorum dictæ ciuitatis Mediolani & Papiæ.

Super quibus omnibus & singulis, ab eis dependentibus, emergentibus, & connexis, prefatus dominus Potestas procedere intendit, & culpabiles punire, debita forma iuris & quocunque alio modo, via, iure & forma, quibus meliùs poterit & debebit, sic & taliter quòd ipsorum delinquentium pœna cæteris transeat in exemplum.

SVMMAE.

1 *Quatuor modis proceditur in causis criminalibus.*

2 *Regulariter nemo sine accusatore puniendus est.*

3 *Olim in criminalibus libellus erat offerendus, in quo accusator se subscribebat ad pœnam talionis: sed hoc recessit ab vsu.*

4 *Excipiens ad impediendum, non tenetur se subscribere ad pœnam talionis, secus si excipiat ad puniendum.*

5 *Quibus casibus subscriptio ad pœnã talionis locum habet, debet vterque accusator & reus carcere detineri, si crimen corporale supplicium meretur.*

6 *Omnia crimina hodie puniuntur per Inquisitionem, quia interest Reipublicæ ne maleficia remaneãt impunita.*

7 *Iudicum auaritiã causam esse maleficiorum, quia licentiam furandi, latrocinandi, adulterandi sibi permittunt, qui eorum habent vti de iure emant.*

8 *Quilibet non potest accusare, neque accusari.*

9 *Semel accusatus amplius non potest accusari de eodem crimine.*

10 *Propter qualitatem criminis omissam vel non probatam in vno iudicio, potest de nouo rem accusari alio iudicio.*

11 *Si factum non desinat esse crimen, qualitate non probata semper nihilominus sequitur condemnatio.*

12 *Hæc exceptio, Fui semel de hoc crimine accusatus, potest esse dilatoria, & peremptoria.*

13 *Cùm lex propter singulas circunstantias duplicari pœnam iubet, pluribus circunstantiis concurrentibus pœna pluries duplicabitur, modò quadruplum non excedat.*

14 *Crimis actio potest incidenter simul tractari cum criminali, causa euitandi circuitus.*

15 *Forma procedendi in reos criminis.*

16 *Bona rei annotata ob eius contumaciam confiscantur, nisi intra annũ compareat.*

17 *Si reus sponte fatetur crimen, condemnãdus est: sed si fatetur metu tormentorum, confessio geminari debet.*

18 *Reus negans crimen nihilominus condemnandus est, si conuincatur probationibus clarissimis.*

19 *Reus negans, interim dum iudex querit de crimine, debet carcere detineri, si crimen sit atrox: vel dato fideiussore relaxari, si sit leue. Mulieris tamen grauidæ cautio admittitur.*

20 *Iudex tenetur infra mensem reum carcere detentum condemnare vel absoluere.*

21 *Nemo torqueri debet nisi extantibus indicijs.*

22 *Liber homo non debet torqueri, nisi in gravioribus criminibus.*

23 *Quæ indicia sufficiant ad torturam relinquitur arbitrio iudicis.*

24 *Fuga est indicium sufficiens ad torturam.*

25 *Ad torturam plura indicia remota requiruntur: sed unum proximum sufficit.*

26 *Indicium proximum probatur per unum testem omni exceptione maiorem: remotum vero per duos.*

27 *Reo permitti debet impugnare indicia, quæ nō valent, si recepta sunt eo non citato.*

28 *Iudex non debet excedere modum in applicanda tortura.*

29 *Iudex tenetur, si reus in tormentis defecerit, eiſorte membrum debilitando, vel aliàs nimium torquendo.*

30 *Quæſtio repeti non debet, nisi cùm indicia sunt valde urgentia, vel cùm alia de nouo emergunt.*

31 *Confeſſio in tortura non præiudicat, nisi reus ſequenti die in ea perſeueret.*

32 *Noua indicia dicuntur quæ differunt à prioribus ſpecie & ſubſtantia.*

33 *Quæſtio repeti non debet ex indicio ſemel purgato, licet eius aliæ emergant probationes.*

34 *Iudex ex officio poteſt in criminalibus teſtes audire, ſine partis productione.*

35 *Detineri carcere debet reus criminis, quod lex punit alternatiuè pœna pecuniaria vel corporali: vel conditionaliter penali.*

36 *Primatus poteſt criminis capitalis reum capere in flagranti delicto, dummodo eum quamprimum ducat ad iudicem.*

37 *Iudex per ſe vel ſuos apparitores poteſt quemlibet reum criminis capere, & captum carcere detinere. Niſi ſit mulier, quæ pro crimine pecuniario fidei ſuæ cautione committenda eſt.*

38 *Iudex poteſt pro debito ſſi. alii debitorem capere, & detinere in palatio vel platea.*

39 *Ob debitum primatum nemo poteſt in carcerem detrudi, niſi condemnatus per ſententiam, vel ſpreto iudicis mandato.*

40 *Incarceratus poteſt ob aliā cauſam diuerſam carceribus commendari. ſed commendatio non remittit pœnam capitalem.*

41 *Si reus citatus non comparet, de iure communi bona eius ſunt annotanda, & poſt annum confiſcanda.*

42 *Contumax pro confeſſo de crimine habetur, ex ſtatutis Italiæ.*

43 *Contra reum qui ſuſcipit iudicis ſiſti & iudicatum ſolui, iudex mal ſtam indicet, primum capi & diſtrahi iubebit, de iure communi.*

44 *Citatio verbalis in alieno territorio valet, iure ciuili, ſed non canonico.*

45 *Multa Decretales compoſita ad tuendam plactum, de conſilio bonorum imperitorum.*

46 *Bartolus Papæ ſubditus & fautor, putauit iudicem alicuius territorii Imperij, non poſſe citare reum in territorio papali, quia (inquit) Imperator eſt ſuppoſitus Papæ.*

47 *Eccleſia non debet ſontibus aſylum præbere (id enim eſt contra ius diuinū) vt ſit in Francia & Germania. At non in Italia, quæ quam Papæ ſit vicinior.*

48 *Niſi in arbitrio iudicis citato fidu-*

ciam

cium publicum (id est saluũ conductum) concedere vel negare.

49 *In crimine quod puniri debet pœna pecuniaria, reus per procuratorem specialem comparere potest. Secus si puniri debeat pœna corporalis.*

50 *Bartolus tenuit (& hoc iure vtimur) procuratorem non admitti pro reo criminis, nisi ad allegandum causas absentiæ & innocentiæ.*

51 *In criminibus pecuniariis procurator admittitur.*

52 *Pater non admittitur ad defensionem filii rei capitis.*

53 *Procurator admittitur in processu de vulnere, in quo non potest sequi condemnatio ad mortem.*

54 *Crimen in exceptione oppositum ad repellendũ tantùm, non punitur. secus si ad accusandum.*

55 *Exceptione falsi instrumenti reiecta, non potest idem instrumẽtum postea de falso accusari.*

56 *De iure ciuili soli procuratores fiscales ad denunciandũ admittuntur: at de iure canonico omnes.*

57 *Eadem exceptiones opponi possunt contra denunciantem, quæ contra accusatorem.*

58 *Denunciator calumniator pœna extraordinaria & litis expensis mulctandus.*

59 *Denunciationi creditur eorum qui commissi sunt ad seruanda prata, vineas, messes, nemora.*

60 *De iure ciuili non proceditur per inquisitionem, nisi in certis criminibus. In ciuilibus rebus nunquã, nisi de moribus principis agatur.*

61 *Duplex est inquisitio delictorum & delinquentium, vna generalis, altera specialis.*

GLOSSA I.

HAEc est quædam inquisitio. Viso in superioribus, de iudiciis, de contractibus vel quasi & de vltimis voluntatibus, facis conueniens est aliqua subiicere de maleficiis seu causis criminalibus: quia omnes ius nostrum pertinet ad hæc quatuor. 1 Sciendũ est †, quòd in maleficiis seu causis criminalibus procedi potest altero de quatuor modis, videlicet per accusationem, per exceptionem, per denunciationem, & per inquisitionem.

2 Regulariter † autẽ procedẽdum est per accusationem, quia seriũ est, Quòd nemo sine accusatore punitur. vt l. rescripto. §. si quis accusatorem. D. de mune. & hono. Iuxta illud dominicum, *mulier, vbi sunt qui te accusat?* Facit quòd habetur. 2. q. 1. c. nihil & c. de manifesta. cum similibus ibi notatis. Nisi in certis specialibus casibus, quibus ex officio procedi potest. de quibus traditur per gl. & Bar. in l. 2. §. si publico. D. de adul. & per Bindinum in suo libello maleficiorum, in prima rubrica, & per Goffredum in summa Decretalium. in tit. ext. de accus. Cuius regulæ ratio fuit, vt nullus facilè de crimine infamaretur, nisi cum plena causę cognitione: & vt audacia accusantium compesceretur, ne facilitèr prorumperẽt ad iniuriam & infamiam alicuius, metu similitudinis supplicii. vt habetur in l. 1. in prin. cum ibi notatis. D. ad Turp.

3 Ideóque † de iure cõmuni in causis criminalibus est libellus offerendus, in quo plura solennia requiruntur. Inter quę illud præcipuè est fiendum, quòd accusator se subscribat ad pœnam talionis, quæ est similitudo supplicii. vt in l. libellorum. D. de accus. & ibi plenè per Bar. in l. fi. C. de accus. cum similib. Quę quidem inscriptio ad pœnam tali-

onis.g cõsuetudinẽ iã diu obtẽtam, recellit ab aula & est penit' abolita. vt refert Gandin' in suo libello maleficiorũ. sub rubrica, Qualiter fiat accusatio. & idẽ firmat Bar. in d.l. libellorũ. & l.si cui in pr. eo. tit. & hoc ratione de qua infra proximè.

4 Sed† quid dices de iure communi, si crimen opponitur per viã excipiendi, an debebit excipiens se inscribere ad pœnam talionis? Videtur quòd sic, per l.fi. C. de fi. instr. Nam qui excipit agit. vt l. 1. D. de excep. In contrarium determinat Dynus & Petrus, quos sequitur Cy. vt per eum notatur in l. qui crimen. C. qui accus. non pos. Bar. in dict. l. si cui. in princ. D. de accus. distinguit. Aut opponitur exceptio criminis, solùm ad impediendum, & tunc nõ est necessaria inscriptio, & sic procedit opinio Dyni: Aut opponitur hæc exceptio ad puniendum crimen, & tunc erit necessaria hæc inscriptio. a.g. eorum quæ habẽtur in c. super his. ext. de accus. Non obstat d.l. fi. quia loquitur in accusante, secundum Dyn. vel potest dici quòd loquitur in excipiente ad puniendũ, sequendo distinctionẽ Bart.

5 In† casibus autẽ in quibus agens vel excipiens tenetur se subscribere ad pœnam talionis, iudex considerabit qualitatem criminis: & si ex eo venit imponenda pœna corporalis, tunc accusator & reus ponentur ambo in carceribus, aliàs autem relaxabuntur, datis fideiussoribus. vt d.l. fi. C. de acc. & ibi per Cy.

6 Verũ† hodie per statuta Terrarũ & decreta Principũ de casibus exceptatis à regula est facta generalis & vniuersalis regula, Quòd de omni crimine possit cognosci sine accusatore, iudicis officio, per inquisitionẽ. Quod ideo (secundùm aliquos) adinuentum est, ne maleficia remanẽant impunita, quæ plerumque defectu accusatoris impunita remanebant. quod repugnabat bono statui Reipublicę. vt l. Si ita vulneratus. §. fi. D. ad leg. Acquil. Status enim Reipublicæ confunditur, si locus delinquẽtibus præbeatur: ideóque summũ remedium in peccantibus est acceleratа correctio. Aliam super ratio dedit causam huic edicto. videlicet vt pecuniæ ad se traherẽt officiales & Principes, 7 quorum† manus deberẽt esse ab omni auaritia & pecuniæ cupiditate remotæ. iuxta illud Valerii: Prætoris nõ solùm manus à pecuniæ lucro, sed etiã oculus à libidinoso aspectu cõtinẽs esse debet. probatur in Auth. Vt iud. sine quoquo suffr. §. 1. in fi. & in. §. magis autẽ. in fi. coll. 3. Si enim auaritia iudicũ & officialiũ animabus inhęreat, quis non sine periculo farabitur. quis non latrocinabitur? quis non homicidiũ faciet, adulteriũ, cæteráque similia cõmittet, ad illũ iudicẽ respiciẽs qui auro omnia vendit? Cessent igitur his iudicibus immiscere profanus ardor auaritiæ, & omnis cura & cũ puritate studeant iustitiã & puritatẽ atque veritatem ministrare. vt in l. 1. §. iubemus. D. de offi. præfec. prætο. Africę. Sintque etiã iudices & iustitiæ ministri constantes, super omnimoda exhibẽda iustitia; quia iustitia est cõstãs & perpetua voluntas &c. vt l. iustitia, D. de iust. & iure Inst. de inst. & iure. in pr. Nec enim amore vel timore debent animũ à veritate & iustitia declinare: nam, vt inquit Tullius, Profectò non est iustus iudex, qui mortẽ, qui exilium, qui egestatem timet.

8 Vltra† quęritur nunquid cũ de iure

de iure cõmuni quo per viã accusationis regulariter proceditur, quilibet ad accusandum admittatur? Et breuiter dicendũ est ꝙ non. Sunt enim certę personæ quę ab accusando repelluntur, quæ cõnumerantur ꝙ Gand. in rubric. qui accu. pos. & ꝙ Azo. in Sũma. C. qui accu. nõ pos. & ꝙ Gof. in Sũma. eẽ de accu. Sunt etiã quædã aliæ personæ quę nõ possunt accusari, quas cõnumerat idẽ Gandinus in ti. qui accu. pos. & qui non. & per Azo. & Gof. vbi suprà. ꝙ Inter ☩ quas personas est ille homo qui semel accusatus est: nã vlteriùs de eodẽ crimine accusari nõ poterit. vt in c. de his. ext. de accu. & l. liceat. in fi. D. nau. ca. sta. & per Cy. in l. negãda. & l. qui de crimine. C. qui accu. non poss.

10 Sed ☩ circa hoc insurgit tale dubiũ. ecce ꝙ aliquis fuit accusatus. ꝙ Titiũ vulnerauit, cũ sanguinis effusione, vel cũ spata, aut adiecta alia qualitate: vel cõuerso fuit accusatus simpliciter, sine expressiõe qualitatis. & quia illa qualitas nõ fuit adiecta, vel nõ fuit ꝓbata, ipse fuit absolutus. quæritur an de nouo poterit accusari, qualitate detracta vel adiecta. Videtur ꝙ nõ, quia pro delicto eiusdẽ hominis nõ debet sæpiꝰ queri. vt d. l. licet. in fi. Hanc quæstionẽ disputat Bar. in l. denunciasse. §. quid tamẽ. D. ad leg. Iul. de adul. & in l. Senatus. D. de accu. breuiter sic cõcludit. Quandoq; prima sentẽtia fuit absolutoria: quandoq; fuit condemnatoria. Primo casu distingue. aut talis qualitas, adiectio, vel detractio facit alterari delictum. secundũ maiꝰ vel minꝰ, & tũc põt de nouo accusatio ꝓponi. quia alia res censetur esse. arg. in l. cũ quæritur. D. de excep. rei iu. Si verò nõ alterat delictũ, sed alter ac condemnationẽ, tũc aut sentẽtia fuit absolutoria super ipso principali facto (quia nõ fuit ctũ seu cõmissum delictũ) & tũc nõ põt de nouo iterũ accusari. aut fuit absolutoria, quia illa qualitas quę erat necessaria fuit omissa. & tũc poterit de nouo accusari. arg. in l. qui habebat. in pr. D. de instit. & in l. t. §. 1. D. si fam. fur. fec. di. Fallit si ex alterius delicto cõuenitur. vt in l. in delictis. §. si detract. D. de noxa. Secundo casu, quoniã sentẽtia fuit condẽnatoria, tũc dicit Spe. in ti. de accusatore. §. 2. ꝙ nõ põt vlteriꝰ accusari ꝙ tex. in l. prætor edixit. §. 1. D. de iniuriis. ꝙ cuius op. videtur textus in l. qui seruũ. in fi. D. de act. & obli. In contrariũ videtur esse casus, in l. inde quæritur. in fi. D. cõmod. Finaliter dicit Bar. propter omissã qualitatem posse repeti accusationẽ, & eodem modo inquisitionẽ. ꝙ d. l. inde quæritur. in fi. & ꝙ l. Iulia. D. ver. obl. & l. huiusmodi. §. ædes. D. de solut. & arg. eorũ quæ notantur in l. eleganter. §. nõ solũ. D. de dol. Erit autẽ iudicis officium (secundũ cũ) in hoc nouo processu hoc modo: nã si vtraq; pœna est solũ pecuniaria, tũc fiet cõdemnatio in secunda quantũ defuit in prima. arg. d. l. vnde quæritur. in fi. & arg. d. l. Iulia. Si verò prima fuit pecuniaria & secũda corporalis, tũc secũda pœna imponetur in totũ, & prima pœna si nõ est soluta nõ soluetur. Sin autẽ fuerit soluta, tũc repetetur, quia prima condẽnatio deuenit ad nõ causã. arg. in l. si Fullo. D. de condic. sine cã. & l. in cõmodato. §. si. D. cõmod. si autẽ vtraq; pœna est corporalis, tunc si prima fuit imposita nõ est locꝰ repetitiõi. ideo dicit Bar. dubito qd fiendũ, seu cogitandũ. Ego dicerẽ ꝙ hoc casu locũ

haberet opinio Specula.cum iuribus per eum allegatis. Vbi autē ſuper prima accuſatione nondum eſſet lata aliqua ſententia, tunc ſiue fuerit nomen receptum inter reos, ſiue non, poterit proceſſu tali pendēte de nouo accuſari, propter qualitatem omiſſam in priori accuſatione, ſecundùm Bart. in l. per minorem. D.de iudic. & l.1.C. qui accuſ. non poſſ.cum ſimilibus.

11 Amplius † pro declaratione prædictorum quęritur, pone quòd aliquis accuſauit Titium de percuſſione facta cum ſanguine,vel in palatio, vel de nocte, vel cum aliqua qualitate quæ habet grauare pœnā. modò probatur de percuſſione, ſed non de ſanguine vel alia qualitate. quæritur an ex hoc proceſſu poſſit ſequi condemnatio? Et breuiter Cynus in l.3.C.de proba.tenet quòd non. per l.prætor.§.docere.D.vi bo. rap. & d.l. meminiſſe.§.quid tamē. Guillermus autem de Cuneo in l. quid ergo.§.pœna grauior.D.de his qui not. infa. tenet contrarium, dicens quòd poteſt fieri ſententia cōdemnatoria ſuper facto, arg. l.bonem.§.aliquando.D.de ædil.edic. Alii ſunt qui dicunt quòd vt poſſit ferri ſententia, debet iudicio pendente detrahi de libello accuſatorio illa qualitas propoſita in eo,qua detractione facta poterit ferri ſententia. vt d. l. in delictis. §. ſi decrera. Bart.autem poſt omnes voluit aliter diſtinguere. in d.§. quid tamen. dicit enim quòd aliquando talis qualitas non probata facit ceſſare accuſationem, & tunc debet ſequi abſolutio. per d. l. prætor. §. docere. quandoque illa qualitas non probata nō facit per hoc ceſſare accuſationem. & tunc aut illa qualitas habet alterare factū & crimen, & tunc ea non probata non poteſt ſequi condēmatio. vt d.§. quid tamen.aut nō habet alterare factū & crimē. & tūc poteſt condemnatio ſequi, ſi prędcte iudicio fiat detractio illius qualitatis. aliàs ſecus. vt d. §. ſi detracta. Nec obſtat §.aliquando.qua ibi loquitur quando verba petitionis adaptantur ad vtranq; actionē.hic autē ſecus.de quo plenius dic vt ibi.

12 Præterea † quæritur. an hæc exceptio, *Aut ſemel de hoc crimine abſolutus*, ſit impeditiua proceſſus ſecundæ accuſationis. & ſic dilatoria, an verò ſit exceptio peremptoria? Quā quęſtionē diſputat Glo. & Bar. in d. l. ſenatus. & nota ℘ hęc quæſtio procedit tā ante latam ſententiā in prima accuſatione, quā poſt. Dicēt quidam quòd habet impedire proceſſum.p rex d.l.Senatus.& l.pea.nō cau.Rab.in fi. Alii aliter dicunt vt ibi.Sed Bar.in hoc ſic diſtinguit.Aut iſta exceptio proponitur formaliter ad impediendū proceſſū, & tūc eā impedit. & ſic procedit dicta opinio.Aut proponitur ad abſolutionē ſuper crimine obtinendā,& tunc erit hæc exceptio peremptoria. & ita eā habet alia opinio. Facit ad hoc, ℘ habetur in c.1.ext.de lit.cont.lib. vi. & quod notatur ℘ Bar. in l. nam & poſtea. in prin. D.de iureiur.

13 Item † quæritur.videmus poſſtatuta Lōbardiæ pœnas ℘ delictis duplicari vel triplicari,ſecundū qualitatem perſonæ, temporis, vel loci commiſſi delicti, cùm alia ſit pœna impoſita delinquenti in palatio, alia delinquenti de nocte, alia in perſona officiali, & ſic de ſingulis. modò dubitatur ſi aliquis percuſſit Titium de nocte,& in palatio, an pro qualitate fiat duplicatio

plicatio pœnæ? Dixerunt quidam quòd sufficit vna duplicatio, quia senatus censuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus puniatur. vt d.l.senatus. Bar. autē in l. sanctio legum. D. de pœn. hic distinguit. Aut istæ pœnæ imponuntur per simplicem numerum. puta x. vel xx. & tunc pro omnibus qualitatibus pœna duplicabitur & imponetur. vt l. Aut fictū. D. de pœnis. Et sic punietur, quia deliquit de nocte vna pœna, & alia pœna, quia deliquit in palatio. Aut istæ pœnæ imponuntur per nomina multiplicativa, videlicet duplum, triplū, & quadruplum: & tunc idem respectus erit habendus, vt pro omni qualitate duplicetur: sic tamen vt nulla quadruplum excedat secūdū eum. vt Insti. de act. §. omnes. Sed si diceres quomodo respondebitur ad d.l. sanctio legum? Die (secundùm eum) quòd diuersis respectibus & qualitatibus potest quis vario modo puniri, ita loquuntur præcedentia: eodem autē respectu nequaquam, vt in contrario. post hæc quæritur, an simul & semel eodem tempore, pro eodem delicto, possit agi ciuiliter & criminaliter? Et breuiter dic quòd non. per textū in l. interdum. D. de public. iudi. & in l. §. t. D. vi bo. rap. Diuersis autē respectibus an agi possit distinguitur, vt plenè notatur per Gandinum in tit. qualiter fiat accusatio. ver. sed pone. & per Cy. in l. t. C. quando ciui. acti. præiu. crim. Aut ambæ actiones competunt pro re familiari, id est pro eo quod abest ex substantia actoris: aut competunt simpliciter ad vindictam. Primo casu, vna intentata potest alia intentari, nec vna tollitur per aliam. vt d.l.t. Secundo autē casu vna tollitur per aliam: sicque vna intentata, remanet alia subtata. vt d.l. senatus. & l. prætor ait. §. t. D. de iniur. Nec præmissis obstat l. interdum. §. qui furem. D. de fur. vbi textus probat, quòd ciuilis & criminalis possunt eodem libello proponi: quia respondetur (secundùm Cy. in d.l.t.) quòd ille est casus specialis & singularis, vt ibi notatur. regula autem est in contrarium. Alij autem dicunt quòd sic ibi de facto contingit, non de iure. Alij dicunt, quòd ibi fuit deprehensus cum re furtiua, & iudex statim præcepit iuris ordine prætermisso rem restitui, sicque de facto potiùs quàm de iure fuit præstitus auditus per iudicē super vtroque. Quam solutionem sequitur Gādinus. 14 Sed † Barto. in d.§. qui furem, dat nouam practicam ac nouum intellectum in hac materia. Dicit enim quòd aliquando ciuilis & criminalis proponuntur principaliter, & tunc non possunt succeßiuè intētari. vt dictū est, nec simul proponi eodem tempore. vt d. l. interdum. D. de public. iudi. Aliquando criminalis proponitur principaliter, sed ciuilis incidenter, & tūc vtriusque concursus admittitur & toleratur. sicque loquitur d. §. qui furem. secundùm eum. Quam opinionē confirmat per textū in l. 3. §. si dicatur. D. fini. regund. vnde per hoc, secundùm eum, sustinetur libellus quo dicitur, *Peto talem puniri de tali furto vel rapina rei mihi subtractæ & ipsam rem mihi restitui*: nam hæc restitutio venit incidenter iudicis officio. vnde ille qui fuerat priùs iudex solius causæ criminalis. (vt l. solemus. §. latrūculator. D. de iudi.) erit huius incidenter iudex competens, licēt sit ciuilis, secundùm eum. arg. in l. medicus. D. de var. & extra.

cogni. & l. pen. D. de calum. & l. quod cuitandi. C. de condic. ob tur. cau. Quæ omnia locum habent, etiam si iudex procederet per viam inquisitionis, secundùm Martinum de Fano. vt refert Cy. in l. si quis homicidij. C. qui accus. non poss. Quam opinionem Bar. credo omni æquitati cõsentaneã causa dirimẽdarum litiũ. vt l. quidã existimauerunt. D. si cert. pet. vt circuitus & pluralitas, processus euitetur vt l. dominus testamento. D. de condic. inde.

15 Vlterius quæritur, iudex accusatione porrecta, vel inquisitione formata, qualiter procedere debeat? Respõdetur q̃ citare debet reum, vt veniat respõsurus inquisitioni vel accusationi. vt C. de requir. rei. l. 1. in fi. & D. de custo. & exhibẽ. re. l. 1. & per totum. Et siquidem comparuerit, tunc audiet iudex eius exceptiones tam declinatorias quàm peremptorias, sicut fit in ciuilibus causis. vt traditur in l. exceptionẽ. C. de proba. & l. fi. C. de excep. & l. si marius. §. præscriptiones. D. de adulte. Si verò cõtumax fuerit, tunc, secundũ ius commune, faciet descriptionem & annotationem omnium bonorũ suorum, secundum formam l. inter pœnas. D. de interd. & releg. de qua Præscriptiõe postea fiet ipsi reo notitia per iudicem, per eius literas. 16 Et † si quidem comparuerit infra annum, volens iuri parere, tunc ipsa bona recuperat, & auditur ad omnem eiusdem defensionem. Si verò comparere contempserit, tunc elapso anno illa bona perdit, & applicantur fisco iure pleno, in pœnã suæ contumaciæ. Non tamen per hoc reputatur pro confesso de crimine, sed super eo ad eius excusationem fienda auditur perpetuò. vt hæc omnia habentur & plenè tradantur in l. 1. D. de requir. re. & in l. diu. D. de custodi. & exhib. re. & per Gandinum in ti. quid sit agẽdum reo absente & per contumace. Duo ergo sunt antecedenti examinandi: primus est quid fiendum sit pro reo comparente. Secundus quid seruandum sit ipso reo in contumacia perseuerante.

17 Circa † primum, quando reus comparet, debet iudex vltra præfecta quærere ab eo veritatẽ super crimine de quo inculpatur. Et siquidẽ confiteatur crimẽ, & se culpabilem, non est aliter disputandum, sed in eum ferenda est sententia, quia in confessum nullæ sunt partes iudicii nisi in condemnando. vt in l. proponde. D. ad leg. Acquil. & l. 1. C. de confes. & l. si debitori. D. de iudic. similibus. In hoc tamen oritur tale dubium, an sufficiat ad condemnationem vnica confessio rei? Super qua gl. sunt cõtrariæ. nã glossæ in l. 3. D. cust. & exhi. re. & l. si quis in ea. C. eo. ti. tenẽt q̃ vnica confessio non sufficiat, sed requiritur secunda per quã perseueretur in prima. Idẽq; sentit gl. in l. 1. §. Diu⁹ Seuerus. D. de quæstio. Tu autem, secundũ doc. plenius distingue. Aut quis cõfiteatur ſpõte, aut metu tormentorum. Si ſponte, tunc sufficit vna cõfessio. & sic loquitur pro hac parte superiùs allegata. Si verò metu tormẽtorũ, ꝛúc requiritur secũda cõfessio ſpõtanea prima cõfirmatoria. vt probatur in l. si confessus. D. de custo. & exhib. re. & l. 1. §. quæstioni. & §. sed an vltro. D. de quæst. Quã opinionẽ sequit Azo in Sũma. C. de cõfes. §. ité habetur. in fi. & Bar. in l. 1. in fi. de cust. & exhi. re. & plenè p eũdẽ in d. §. Diu⁹ Seuer⁹. & p Gãdinũ in ti. q̃ sit effect⁹ q̃stionis.

18 Vbi † aũt reꝰ negat se culpabilẽ de-

de delicto, tũc procedet iudex ad recipiendum probationes & indicia. & ſi quidem probabitur plenè & claré de delicto, condemnabit eum. Nã in criminalibus quo ad cõdẽnationem debent eſſe probationes luce clariores. vt l. ſciant. C. de probationib'. facit l. 2. cũ ibi notatis. C. quorũ ap. nõ rec. 19 Si † aũt probationes nõ ſint plenę & claræ, ſed quædam indicia & ſemiplenę probationes, tunc cõſiderabit iudex qualitatem criminis, an ſit leve vel grave, quæ & qualia ſint indicia, & an ſufficiant ad torturam vel non. vt l. abſentem. in prin. & in l. aut facta. D. de pœnis. & infra dicam. Interim autem, pendente huiſmodi proceſſu, ſi tit pro delicto imponenda pœna corporalis, tunc reus detrudetur in carcerem. Sin autem ſit ſolùm imponenda pœna pecuniaria, tũc datis idoneis fideiuſſoribus relaxabitur. vt hæc habentur in l. ſi confeſſus. & l. 1. & l. diuus. D. de cuſto. reo. Fallit autem in muliere, quæ ſi non poteſt dare fideiuſſorem, ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni. vt in Authent. vt nul. iudic. §. neceſſarium. 20 Cùm † autem pro delicto quis eſt carceratus, tenetur iudex infra menſem cauſam expedire, ipſum relaxando vel condemnando. vt in l. fin. Cod. de cuſto. re.

21 Supereſt † nunc quærere, an pro omni crimine poſſit quis torqueri, extantibus indiciis contra eum. quia non extantibus legitimis indiciis, non debet quis regulariter ſubiici tormentis. vt l. 1. poſt princ. & l. vni'. §. in ea cauſa. D. de quæſtionib. Et breuiter dic, q; ſi loquimur in ſeruo, tũc ille põt arbitrio iudicis ſubiici tormentis, tã in cauſa pecuniaria quã criminali. licèt nõ ſic de liberis in cauſa pecuniaria ſicut in criminali. vt habetur & notatur in l. Diuus. D. de quæſtio. Si verò loquimur in libero homine, tunc in cauſis ciuilibus nullo modo torquendus eſt. 22 In † cauſis autem grauibus & criminalibus tã: dùm torqueri poteſt in leuibus autem criminibus nequaquam. vt habetur in l. edictum. D. de quæſtio. & Gãdin' in d. tit. de quæſtio. & de tormẽtis. ver. ex quib. aũt cauſis. & notatur in l. 1. C. de æſtionib. cũ ſimilib. q. aũt ſint levia crimina traditur in l. leuia. C. de accuſ. Vnde malè facũt nõnulli officiales, qui vt rapiant pecunias & extorqueant, pro quibuſdam leuibus iniuriis verbalibus vel etiã actualibus (putà detractione capillorum, vel rebutatione, aut emanatione alicuius leuis lapidis ſine percuſſione) faciunt inculparum poni ſub tortura.

23 Poſt † hoc quæritur, quæ & qualia ſint & eſſe debeant indicia, vt quis per illa poſſit ſubiici quæſtionibus & tormentis? Dicendum eſt (ſecundùm doc.) quòd in hoc non poteſt dari certa regula, ſed hæc omnia relinquuntur diſcretioni & arbitrio iudicantis. arg. in l. 111. verſic. tu magis. D. de teſtib. Bar. tamen in l. qui ſine. D. de quæſtio. & Gandinus in tit. quid præſcr. debe. quæſtio. & in tit. de præſump. & in tit. de indic. Cyn. in l. fin. Cod. de quæſtioni. dant aliqua exempla. 24 Inter † quæ ponitur illud, quando reus fugam arripit: nam fuga facit eum ſuſpectũ. & ideò (ſecundùm Dynum.) eſt ſufficiẽs indicium ad torturã. vt per eum notatur in l. impuberibus. §. ſi. D. de ſuſpect. tu. & pro eo facit l. 2. & 2. de reg. re. & in auth. de collat. §. ſuper hos ſimiliter cũ §. ſeq. cod. tit.

In contrarium tamen tenet Iac. de Bel. in §. iubemus autem: in fi. in d. Auth. de collato. opimo autem Dyni verior est, secundùm Bar. & doc. vt per eum notatur in l. lege Cornelia. D. ad Sillan. & per Cy. in l. 2. C. de rap. vir. & d. l. qui sine. & l. Ex libero. D. de quæstio.

25 Dubitari † autem consuevit, an requirantur plura indicia copulatiuè, vt quis possit subiici torturæ, an sufficiat vnum indicium? Super quo idem Bar. in d. l. qui sine, ita distinguit. Aliquando indicium est propinquum negocio de quo quæritur, respiciès principaliter ipsum factum (verbi gratia, vnus testis de visu, vel confessio facta per ipsum reum extra iudicium) & tunc sufficit vnum tale indicium ad torturam. vt notatur per Glo. in l. capite quinto. D. de adulte. Aliquando indicium est remotum, nec respiciens principaliter ipsum factum. (verbi gratia, quòd reus est homo malæ famæ, & similia) & hoc casu requiruntur plura indicia, nec sufficeret vnum. Et ita loquuntur omnia illa iura, quæ de indiciis in plurali loquuntur, de quibus in d. l. 1. in prin. & l. vnius. §. 1. & l. qui sine. cum similibus. D. de quæstionib.

26 Quæritur † autem per quot testes debeat probari indicium? Dic quòd vbicunque indicium est propinquum facto, tunc probatur per vnum testem, qui deponat de visu. si verò sit remotum, tunc requiruntur duo, secundū Bar. Et intellige quòd vnus testis facit indicium si sit omni exceptione maior, per ea quæ notatur per eundem Bar. in l. 1. §. diuus. & in l. maritus. in prin. & l. diuus. D. de quæstio. arg. in l. admonendi. D. de iureiurand. per. vnio ad quartū &c.

27 Sed † nunquid de his indiciis sit danda copia ante torturam? Dic quòd sic, & eidem terminus assignandus ad faciendum defensionem eius, ne tormentis subiiciatur. Licèt hoc malè obseruent isti moderni Latrōculatores. vt hæc habentur & notantur in c. qualiter & quando ext. de accus. & ibi notatur per Inno. & Io. And. & per Bar. in d. l. qui sine. Facit l. vnius. §. cognitum. D. de quæstio. & per Gandinum in ti. vtrum torquendo sit danda defensio. Et si quidem ista indicia fuerint super generali inquisitione recepta, non præiudicabuntur ipsi reo contra quem postea specialis inquisitio est formata: quia eo non specialiter citato vel admonito fuere recepta. arg. in l. quando. C. de testib. secundum Bar. vbi supra. 28 Licèt † autem iudiciis arbitrio communiter sit, præcedentibus legitimis indiciis posse procedere ad torturam, non tamen sic inconsultè procedere debet, vt dignus fieri possit reprehensione: sed cum magna temperantia torturam adhibere. vt in l. quæstionis modus. & l. de minore. §. tormēta. D. de quæstio. Nam si debitum modum excederet, litem suam faceret, & puniendus esset pro qualitate criminis, dolo & culpæ, secundùm Guidonem de Suza, & per Gandinum, vt per eos plenè notatur.

29 An † iudex teneatur si reus defecerit in tormentis, vt quia membrum debilitauit, vel simile quid? Arg. ad hoc, quòd sic. in l. apud Labeonem. §. quæstionis verbo. D. de iniuriis. & §. sed & si iussit. quorum opinionem sequitur etiam Bar. in d. l. quæstionis modus. & Cyaus in l. Graccus. C. de adulte.

30 Quid † igitur dicendum, si reus

reus adhibita semel tortura nihil voluit de crimine se culpabile confiteri: die autem sequenti iteratò iudex vult eum torquere, quæritur an possit? Doct. communiter (vt refert Cy. in d.l.fin.C.de quæstioni. & Gandinus in tit. vtrum possit quæstio repeti) sic distinguunt. Aut post primam torturā superuenerunt noua indicia fortiora prioribus, & tūc poterit iterum torqueri. aut nulla superuenerunt noua indicia, & tunc non poterit torqueri amplius. vt traditur & notatur in l. repeti. D. de quæstio. & l. vnius. §. fin. D. eod. Sed Bart. in d.l. vnius. §. 1. voluit aliter distinguere, & ita dicit seruari in practica. Aliquādo sunt contra reū plura indicia leuia & remota, & tūc habet locum distinctio antedicta. Aliquando sunt contra eum plura indicia propinqua & manifesta, puta testes de visu, & similia, & tunc licèt super istis indiciis fuerit semel tortus, tamen super eisdem, etiam non superuenientibus aliis, torqueri poterit. & sic debet intelligi d. l. repeti. & l. diuus. §. 1. Semper tamē cum debito moderamine, vt dictum est.

31. Et si in tortura crimen confessus fuerit, non ex hoc confessio sibi præiudicabit, sed necesse erit postquam depositus fuerit à tortura, quòd die sequenti sponte persteret in ipsa confessione. vt habetur & notatur per Bart. in l.1. §. Diuus Seuerus. & §. si quis vltro. D. de quæstioni. Facit quod notatur in l.2. C. de cust. & exhib. reo. & l.21 C. quor. ap. non recip. & plenè per Gand. in tit. vtrum torquendo sit danda defensio. & in ti. quando dicatur confessio facta formidine tormentorū. & per Cy. in l.fi. C. de quæstio.

32. Et † quia in superioribus dictum est, quòd ex superuenientibus iudiciis nouis reperi potest tortura, quæritur quæ dicantur noua indicia? Ad quod breuiter respōdeo, quòd noua indicia dicūtur illa quæ differunt à prioribus specie & substantia. verbi gratia, priora erant de mala fama rei, quòd erat inimicus occisi, & similia: superuenit postea vnus testis, qui dixit se vidisse illū percutere reum, vel aliud dicit se vidisse illum aufugere cum gladio euaginato. talia enim indicia appellantur noua, quia differūt à prioribus specie vel substantia, sicut diximus in capitulis nouis & antiquis. vt traditur in l. per hāc. C. de temp. ap. & in c. fraternitatis. ext. de testib.

33. Et † ex hoc reprobata fuit de facto fatuitas cuiusdam iudicis, qui post primam torturam adhibitam propter indicium famę, dum superuenissent noui testes qui deposuissent famam esse contra eum, adhuc repetit contra eum torturam. Nam isto casu non superuenit nouum indicium, sed sola probatio præcedētis indicij nouiter facta, quod indicium famæ fuerat ex præcedenti tortura purgatum. quod tenē mentri, tu iudex.

34. Nunquid † autem iudex ex officio suo, parte negligente testes producere, poterit in his causis criminalibus ad probationem criminis à seipso testes recipere? Determinat Bar. quòd sic. vt per eum notatur in l.1. in fi. D. de quæstio. & in l.2. §. fi publico. D. de adul. & in l.4. §. hoc autē indiciū. D. de dam. infec. facit l.2. C. de abolitio. etiā post dicta alia testificata. arg. in c. cū clamor. ext. de testib. & ibi p. Inn. & Io. And. in d.c. fraternitatis. de testib.

35 Rursum † quia (vt in præcedentibus tactum est) reo comparente debet in carcerem detrudi, si pro delicto est imponenda pœna corporalis (aliàs secus) quæritur apud aliquos, quid si pro delicto imponenda est pœna duplex alternatiuè (non dico copulatiuè, quia tunc non haberet quæstio dubium) quarũ vna est pecuniaria, alia corporalis. verbi gratia dicit statutũ, Quòd qui percusserit aliquem in palatio, condemnetur in mille florenos vel in amputationem manus. an hoc casu detrudetur reus in carceribus? Dy. & Bar. determinant quòd sic. vt notatur in l. 2. D. de pub. iudic. quia in alternatiuis vtrumque est in obligatione, licèt reus solutione vnius liberetur. vt l. illud. D. de constituta pecu. & l. cùm ita. & l. cùm illud. quando di. leg. ea. cum seq. Idémque determinat vbi suprà, quando pœna corporalis est imponenda conditionaliter, in defectũ pecuniariæ. verbi gratia, si disponat statutum, Si nõ soluerit centum amputetur sibi pes. nam isto casu succedere habet in obligationem pœna corporalis, non soluta pecuniaria: ideóque spectatur quod euenire potest. vt probatur in l. l. §. item si ita. D. ad leg. Falc. & l. l. D. de pe. lega.

Verùm vt huius articuli, quando & quibus casibus possit quis in carcerem detrudi, plenior habeatur notitia, distingue sic, secundùm Bar. vt plenè per eum notatur in l. sacrilegii. §. cum eo. aliàs incipit l. Labeo. D. ad leg. Iul. peculatus. Aliquando quæritur an quis possit capi personaliter, & detrudi in carcerem à priuata persona. Aliquando quæritur an possit capi personaliter & detrudi in carcerem à iudice vel per nuncium de eius mandato.

26 Primo † casu subdistinguendum est. aut quis priuatus vult illum capere pro debito priuato, vt quia est eius debitor ex causa mutui vel depositi in centum, nec vult ipsi satisfacere: & tunc non poterit sua auctoritate ipsum capere, nec detinere. vt in l. quon est singulis. D. de reg. iur. Fallit in casu speciali, quando debitor est in fuga. vt in l. aut prætor. §. si debitorem. D. de his quæ in frau. credi. Aut vult ipsum capere propter delictum ab eo commissũ, & tunc si sit crimen capitale, vel ex quo est tibi imponenda pœna sanguinis, tũc in flagranti crimine licitum est capere, aliàs secus. vt probatur in l. 1. C. de rap. vir. & in l. in seruitutem. in fi. D. de fur. & in l. capite quinto. D. de adul. Dum tamẽ postquam cepit ducat ipsum ad iudicem infra x x. horas, si fieri potest. vt d. l. capite quinto. ad quod facit l. fi. C. de malefi. & mathe. & l. 2. C. de fal. mone. 27 Secundo † autem casu principali, cùm quæritur an hoc iudici liceat, subdistingue. Aut vult iudex ipsum capere seu capi facere pro delicto per eum commisso, aut pro debito per eum contracto. Primo casu poterit ipsum capi facere, etiamsi esset in domo propria. C. de offi. diuer. iudi. l. 1 & l. domus. D. de reg. iur. & in l. plerique. D. de in ius vocan. Fallit in muliere, quæ committitur fideiussoribus in crimen pecuniario. vt d. l. 1. de offi. diuer. iudi. & in Authentica ibi posita. 28 Si † autem vult ipsum capere pro debito contracto, tunc aut debitum est fiscale, & poterit capi personaliter. vt d. l. Labeo. §. cum eo. ad l. Iuli. pecu. Sic tamen quòd non includatur in carcerem, sed solùm detineatur

detineatur in platea vel in palatio. vt Laemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 1. nisi forte persistat in nimia contumacia, vt ibi habetur. 39

Aut † est debitum priuatum, & tunc aut ipse debitor semel promisit sistere in iudicio, & non stetit, & tunc debet capi. vt in Auth. de exhi. re. §. si verò quidam. C. quomodo & quando iudex in l. consentaneum. & ibi notatis. Aut nunquam fuit in iudicio nec sistere promisit, & tunc iudex non debet facere ipsum capi, nisi prius citato vel admonito. vt d. l. consentaneum, cum ibi notatis. Si tamen velit, potest ipsum reali citatione ad se duci facere, non vt eum detrudat in carcerem, vel de domo extrahat inuitum. vt d. l. plerique. de in ius vo. sed vt eum respondere compellat. Sicque regula est, Quòd pro debito priuato nullus est in carcerem detrudendus, nisi prius fuerit per sententiam condemnatus. quo casu poterit in executione sententiæ detrudi in carceribus, donec soluerit aut bonis suis cesserit. vt habetur in l. 1. C. qui bo. ce pos. Idémque poterit detineri, si iudicis mandato non obtemperans, fuerit per iudicem de inobedientia condemnatus: nam cùm pœna applicetur fisco (vt l. mulctarum. C. de modo mulc.) poterit hoc casu de domo extrahi, & in carceribus poni. vt notatur in d. l. plerique. & l. nemo. D. de reg. iur. Propterea sunt quidam assumentes cautelam, quòd quando debitor latitat in domo, nec ad mandatum iudicis vult comparere, faciunt ipsum condemnari de præcepto spreto seu de inobedientia: & deinde faciunt ipsum extrahi de domo, & incarcerari. & hoc facto, poterit pro debito priuato postea recommendari & requestrari. vt notatur per Bart. in l. 2. in fi. D. de custo. & exhi. re.

40 Quid † autem dices, si aliquis fuit in carceribus positus, & ex vna causa ad vnius instantiam, an poterit ad alterius instantiam recommendari seu saltem in eisdem carceribus, ex alia causa? Distingue. Aut prima causa fuit iusta, aut iniusta. & si fuit iusta subdistingue. vt plenè notatur per Bar. in l. 2. D. de custo. & exhi. re. & in quæstione per eum disputata, quæ incipit Lapus.

41 Videamus † autem de secundo articulo, qui est quid fiendum sit reo non comparente, sed in contumacia perseuerante. Et breuiter respondetur quòd citandus est. & si non compareat bona eius annotantur, vt suprà dictum est. & hoc de iure communi. 42 Sed † est forma statutorum omnium ciuitatum Italiæ (secundùm quæ contumax habetur pro cõfesso de crimine) cessat dicta annotatio, & fertur contra eum sententia. vt per ipsum Bartol. notatur in d. l. 2. de requirendis. & per Gandinum vbi suprà, in tit. quid sit agendum reo absente.

43 Sed † hîc quæritur, pone quòd reus citatus comparuit, & dedit fideiussores de iudicio sisti & de iudicato soluendo, vt moris est, & relaxatus est. deinde iudex iterum citauit eum ad aliquem articulum causæ, qui comparere contempsit. quæritur quale erit officium iudicis? Respondet Bartolus in l. pen. D. de quæstionib. quòd si exstat statutum de quo suprà, videlicet quòd contumax habeatur pro confesso, quòd tunc perinde erit ac si nunquam comparuisset in iudicio.

& sic habebitur pro confesso de crimine.arg.d. l.cõsentaneum.C.quomodo & quando iud. l. properandum.§.fin autem reus.C.de iudi.sed iure communi (non subsistente dicto statuto (secundùm quod nõ potest absens diffinitiuè condemnari. vt l.absentem.D.de pœnis.& l. 1. in prin.D.de requi. reis. deberet iudex contra eum procedere pignoribus captis,& mulcta indicta. vt notatur per glo.in d.l.pen.

44 Sed † pone quòd reus aufugit super alieno territorio,an poterit iudex criminis ipsum citare? Videtur quòd nõ, per textum in clem. pastoralis. de re iudi. sed debebit scribere litteras illi iudici,super cuius territorio habitet, vt eidem percipiat quòd coram suo iudice compareat.vt d.l.1. D.de requir. re. Cynus tenet quòd verbalis citatio fieri possit in alieno territorio,sed non realis.vt l.omnes.§ in hac autem.C. de episc. & cler.l.2.C.de offi.præto. coniuncta Auth. vt nulli iudi. §. si verò.quę est Authetica, Si verò criminis, posita C.de adul. quam opinionem sequitur Gandinus in ti.de citatione reórũ. 45 Ad † clem. pastoralis respondet Cy. quòd illa est ad beneplacitum composita, vt sunt multæ aliæ Decretales quæ non habuerunt in earum deliberatione & compositione philosophos legales, videlicet Africanum, Papinianum, Vlpianum, Iulianum, & alios similes. 46 Bar.†autem(qui erat homo ecclesię) voluit aliter dictæ clementinæ respondere.in d.l.1. Dicit enim quòd ibi loquitur in eo, qui citauit in territorio illius cui ipse citans erat suppositus: nam Imperator (de quo ibi loquitur) est suppositus Papæ: sed si esset aliquis iudex qui non esset suppositus, tunc procederet opinione prædicta.

47 Ex†his potest nõ improbabiliter quæri, de eo quod seruatur in partibus Franciæ & Alemaniæ, an reus confugiens ad ecclesiam (puta homicida, vel latro, & similes) possint inde extrahi, & realiter per iudicem secularem etiam? Et videtur quòd non, per textum in l.1. C.de his qui ad eccle. confu.& in. fi. ext. de immu. eccle. cum similibus. Ego dico (salua tenerentia) prout dicit Cynus supra, quòd hęc iura facta sunt sine ratione & ad beneplacitum,imò & contra ius diuinum, quo cautum est, *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Si enim Deus noluit tolerare ementes & vendentes in ecclesia, sed eos eiecit, quanto magis non vult recepiari in eius ecclesia latronet & homicidas & similes? Quia ergo minor in maiore non habet imperium nec iurisdictionem, dico quòd nullo modo mles personę possunt nec debent in ecclesia recipi, nec eius suffragio defendi,imò totaliter sunt ab ecclesia & extra ecclesiam eiciendi, & potestati iudicis secularis puniendi transmitti. Et ita bene & prudenter obseruat Italia, quæ est omnium prouinciarum domina, in qua residet monarchia, omnisque virtus, scientiarum & fructuum affluentia, & locorum & ciuitatum pulchritudo,& magna copia. 48 Amplius † quæritur ecce quòd reus citatus dicit quòd libenter comparebit, sed vult ante omnia quòd iudex det sibi fidentiam & saluum conductum, an dari debeat? Bar. in l.is qui reus. D. de pub. iudic. & in l.1.

D.ad leg. Iul. Maiest. determinet, quòd sit in iudicis arbitrio dare vel denegare, inspecta qualitate personæ & delicti.arg.d.l.is qui reus.cum glo. de qua quæstione tangitur per Cy. in l.præsenti.in fi. C. de his qui ad eccl.confu. & per Guil.de Cu.in l.1. D. de dolo. & per Ia. de bel. in Auth.de man.prin.§.sed neque.coll.3.Insuper quæritur.ecce quòd citatus est reus, nec venit sed procuratorem mittit.quæritur an sit excusatus? Vbi breuiter conclude, quòd licèt in caulis ciuilibus sufficiat regulariter mittere procuratorē (vt l.1.§. vlus. D.de procur.cum multis ll. seq.) attamen in criminalibus aliter distinguitur. 49 Aut † est tale crimen ex quo venit imponenda pœna maior relegatione, & tunc non excusatur mittendo procuratorem, sed ipse personaliter debet venire. Aut est imponenda pœna minor relegatione, & tunc excusatur.vt plenè traditur per textum & per glo.& doc. in l.seruum quoque. § publicè. D.de procur. & l.pe.§.ad crimen.D de publi. iudi.& per Gandinum in ti. vtrum procurator in maleficiis interueniat. & per Cy. & alios in l.reos. de accus. Nec sufficeret in causis criminalibus,quòd procurator haberet generale mandatum, sed debet esse speciale & expressum ad causas criminales. vt notatur per In.in c. super his. in vlti. glo. ext. de procura. & Ioannem An.in clem.2.ext.de proc. Sic ergo in crimine in quo esset imponenda pœna pecuniaria tantùm, bene admittitur procurator. vt d. §. publicè.Secus autem si imponenda esset pœna corporalis.& prædicta locum habent de iure communi, secundùm quod absens non potest damnari. vt *L.* absentem. D. de pœnis.

Quid ergo dicemus hodie, secundum statuta ciuitatum per quæ absens in causa corporali & capitali potest condemnari, an poterit procurator admitti & comparere ad plenam defensionem ipsius rei? Dynus (vt refert Cy.in d.l. reos. de accus.) determinat quòd sic. quia hoc casu cessat ratio iuris communis, quæ est quòd absens nec eius procurator possunt condemnari; nam (vt dictum est) hoc casu ex forma statuti potest damnari; & sic per consequens debebit eius procurator admitti. Et pro hac opinione facit textus ad literam. in d.§.publicè.*ibi vbicunque absens condemnari potest* &c. 50 Bar. † autem in d.§. ad crimen, dicit quòd nullus procuratorio nomine huius absentis admittēdus est. per textum d.§.ad crimen. sed tanquam quilibet de populo ad allegandum causas absentiæ & innocentiæ bene admittendus est.vt d.§.publicè.& idem notatur in l. ad reprimendum. in gl. super verbo,*vel legitimè*. Tamen iudices maleficiorum nolunt aliquem audire,qualitercunque veniat.

51 Sed † quid si per statutum imponitur pro crimine homicidii pœna pecuniaria tātùm (vt est in aliquibus tertis) an admittetur pro absente procurator? Videtur in dubio quòd sic.per textum in d.§. publicè. vbi regula traditur, Quòd in pœnis pecuniariis procurator admittitur. De qua quæstione plenè traditur per Gandinum in ti.vtrum procurator in maleficiis interueniat. & per Bar. in d. §. ad crimen. Secundùm quem & Dy. in hoc sic est distinguendum, Aut per statutū

imponitur hæc pœna pecuniaria pro homicidio purè & simpliciter, & tunc admittitur procurator per rationem prædictam. ergo pari ratione debet admitti in quæstione proxima præcedenti. & sic erit vera opinio Dyni. Aut hæc pœna imponitur purè, & corporalis sub conditione, vel econtra corporalis purè & pecuniaria sub conditione, & tunc non admittitur procurator, cùm his casibus pœna dici possit capitalis, secundùm doctrinam Bartoli tradità in l. 2. D. de publi. iudi. & ſ. dixi.

52 Amplius † quæritur, quid si pater compareat ad plenam defensionem filii in causa capitali, an debeat audiri? Videtur quòd non, per textum in dicto §. ad crimen. Gandinus autem in dicto tit. refert opinionem Guillermi de Suza, qui tenet patrem debere audiri, si satisfecerit de filio repræsentando, si eum contigerit in causa succumbere, & aliter non. vt plenè notatur ibi.

53 Postremò † circa præmissa quæritur, quid si iudex formauit processum de sola percussione, & de ipsius percussi morte dubitatur, an procurator poterit interuenire? Dicunt quidam quòd sic, cum protestatione si non apparuerit vulnus esse mortale. Bartolus autem in l. prætor ait. §. damni. in princ. D. de dam. infec. dicit quòd aut ex eodem processu potest sequi condemnatio de morte, & tunc non est audiendus procurator, aut non potest sequi super morte condemnatio, & tunc absolutè audiri debet, sine protestatione. vt ibi.

Sequitur nunc videre qualiter de crimine cognoscatur per exceptionem. Vbi aduertendum quòd variis modis opponitur exceptio criminis. Quandoque enim opponitur contra accusatorem, allegando ipsum esse homicidam, vel adulterum, aut lenonem, & similia. vt habetur in l. 2. §. ſi publico. & l. vxor. §. ſi iudex. D. de adulte. Quandoque opponitur contra testes: quandoque contra instrumenta: quandoque contra electum ad officium aliquod vel dignitatem. In quibus casibus quæritur, an probato crimine sit ille condemnandus?

54 Circa † quod sic distingue. Aut exceptio criminis fuit simpliciter opposita, ad finem & intentionem repellendi criminosum ab accusatione, vel ab officio seu dignitate, vel testem à testimonio, aut instrumentum à probatione. quod est cùm forma opponendi ita se habet: Domine iudex dico quòd talis qui me accusauit non est audiendus in sua accusatione, quia est leno, vel adulter, & similia: vel dico quòd tali testi non est præstanda per vos fides, vel tali instrumento, quia ipse est falsarius, vel periurus, aut homicida, & instrumentum est falsum, & similia. & sic solùm exceptio opposita tendit ad repellendum. & tunc licèt probetur crimen, tamen criminosus non condemnabitur, sed solùm ab accusatione vel testimonio & probatione repelletur. Aut exceptio criminis fuit opposita etiam ad finem & intentionem criminosum puniendi vel condemnandi. quod est si dicatur: Domine iudex ille non est audiendus in sua accusatione, vel eius testimonio, aut tali instrumento fides præstanda, tali de causa (vt suprà dictum est) petens & requiras per vos ipsum puniri de crimine

mine per me obiecto &c. hoc casu non solùm crimine probato repelletur, verùm etiam punietur. vt hęc omnia habentur & traduntur in c. cùm dilectus. §. fin. ext. de ordi. cog. & in l. Lucius. & ibi per doct. D. de his qui not. infa. facit cap. ex parte. ext. de testib. & ext. de symo. c. licet hely. secundùm quam distinctionem potest intelligi d. §. fi publico. & l. quoniam Alexandrum. C. de adult. De quo articulo vide plenè per Barto. in d. §. fi publico. & per Cynum in l. vbi. C. de fal. & quod habetur in cap. 1. & 2. ext. de except.

55 Sed † pone quòd contra instrumentum (quo mediante à me petebantur mille) opposui exceptionem falsi, ad finem puniendi, iudex tamen me condemnauit super debito, sed super falso vel vero instrumento nil declarauit, quæritur an agendo criminaliter, possim accusare instrumentum iterum de falso? Dyonis determinat quòd nõ. quia super eodem delicto non est sæpius quærendum & disputandum. vt l. licet. in fine. D. nau. cau. fœ. & xxiii. q. v. c. quid ergo. Et eodem modo si in executione sententiæ velit quis adhuc postea repetere quæstionem falsi, non debet audiri. secundùm cum. argu. in l. qui agatis, cum ibi notatis. D. de excep. & eorum quæ notantur in l. 1. C. si ex fal. instrum. & in l. fi. C. de fid. instrum. & vide super hoc quæ plenè notat Gandinus in titul. qualiter de crimine cognoscitur per exceptionem. & per gloss. in cap. licet. ext. de proba. & per Bartol. in d. §. fi publico. & per Cyn. in dict. l. vbi & l. qui sepulchra. C. de sepul. viola.

Si autem (secundùm aliquos) fuisset opposita hæc exceptio falsi, ad finem tantùm repellendi actorem, & non puniendi, tunc sententia lata contra me in principali negotio, non impediret criminaliter de falso agi in alio iudicio. argum. in l. 2. §. 1. D. vi bon. rapt. & quod notatur in l. 1. C. quando ciuil. acti. præiu. crim.

Transeamus nunc ad articulum, quando proceditur super crimine per denunciationem. De cuius materia plenè tangitur & notatur in l. diuus. D. de cust. & exhi. re. per Batt. in l. ab accusatione. §. nunciatores. D. ad Turpil. & l. 1. C. de exeu. lib. xii. & l. ea quidem. & ibi per Cyn. C. de accus. 56 Vbi † aduertendum q ód de iure canonico quilibet qui bono zelo mouetur ad denunciandum, audiendus est, si priùs denunciatum admonuerit vt se corrigat. vt traditur in cap. qualiter & quando. ext. de accus. & in c. cum I. & A. extra de re iudic. & in c. licet hely. ext. de symo. De iure autem ciuili admittuntur ad denunciandum soli officiales specialiter & ad hæc deputati. vt d. l. diuus. & notatur. per Cy. in l. ea quidem. C. de accus. quia eo iure nemo sine accusatore inculpandus est. vt l. fin. C. de accusat. & l. referipto. §. si quis accusatorem. D. de muner. & ho. Cùm autem quis denunciatur de crimine, tunc de iure ciuili super denunciatione formanda est per iudicem inquisitio, in qua narrabit iudex, quomodo propter denunciationem per talem officialem factam procedere ex officio intendit &c. vt communiter seruatur in practica. vt plenè per Cy. in d. l. ea quidē.

De iure autē canonico potest iudex dupliciter procedere, videlicet per inquisitionem modo quo supra, vel super simplici denūciatione acsi accusatio esset producta. vt habetur in d.c.licèt hely. quod sequitur Bar. in d.l.diuus. 57 Eo† autem casu quo procedit iudex super sola denunciatione, tunc contra denunciātem possunt opponi omnes illę exceptiones, quæ possent opponi cōtra accusatorē, secundùm Bar. vt probatur & notatur in c. in omni negotio. ext. de testib. & in cap. super his. ext. de accus. cum simil. 58 Et† si apparuerit denunciantem calumnioſè denunciasse, puniēdus erit per iudicem pœna extraordinaria. vt d. l. ab accusatione. §. nūciatores. D. ad Turp. & d.l.ea quidem. & in c.fi.ext. de calum. & amplius in expensis litis. vt notatur per Cy. in l. seueriter, C. de exec. tut. & per Bart. in l. senatus. §. an & eos. D. ad Turpil. & per Bart. in l. sanctimus. C. de iudic. Facit quod habetur in l. 1. C. de sump. recupe. lib. x.

59 Nunquid† autem istis officialibus deputatis ad denunciandū sit credendum? Bar. in d.l.diuus. sic distinguit. Quædam sunt crimina grauia, & in illis non creditur eis: 59 Quædā † sunt crimina leuia, & in his credendum est eis, sicut in officialibus deputatis ad custodiam pratorum. & vinearum. Tamen in hoc attendi debet forma sui officii: nam quandoque sunt deputati ad referendum ea quæ de ipsa inuenerint, & tunc creditur eorum relationi. arg. in l. 1. §. quies. D. de offic. præfec. vrb. Quandoque sunt deputati ad referendum delicta, quæ auditu vel fama percipiunt, & tunc non creditur eis, nisi eatenus vt iudex possit super tali relatione inquisitionem suam formare. vt d.l. diuus. & l. ea quidem. Quam distinctionem tetigit Gandinus in titul. qualiter de malefi. cognoscitur per denūciationem. & Cy. in d.l. ea quidem. ibi vide.

60 Descendo† ad quartum articulum, qui est cùm de crimine cognoscitur per inquisitionem. Vbi notandum, quòd (vt prædictū est) omnis inquisitio in causis criminalibus regulariter est prohibita de iure communi, licèt ex forma statutorum sit regulariter permissa. Nisi in certis casibus notatis in d.l. 2. §. si publico. In ciuilibus autem casibus est omni iure prohibita, cùm in eis procedēdum sit per viam actionis. vt Instit. de actio. per totum. & l. edita. C. de eden. D. eod. l. 1. in princ. secundùm quod determinat Innoc. in c. ad nostram. ext. de iureiur. nisi in aliquibus casibus specialibus ibi per eum notatis. Inter quos est ille quando inquiritur de iuribus principis. vt l. 1. & pen. C. de bon. vacan. lib. x 1.

61 Est† insuper sciēdum, quòd inquisitio quæ fit in causis criminalibus est duplex. vna generalis quo ad personas & delicta, quam facit officiales in ingressu sui officii. de qua loquitur l. congruit. D. de offi. præsi. cum similibus ibi notatis. Alia est inquisitio specialis, quo ad personam & delictum. de qua loquitur præsens forma, & plenè per Bartol. in dict. §. si publico. & per textum & gloss. & Innoc. in c. qualiter & quando. & c. inquisitionis. ext. de accusat. & in dicto c. licet hely. ext. de simonia. & per Gandinum in dict. tit. quomodo de malefi. cognosc. per inquisitionem. In qua quidem

quidem speciali inquisitione procedendum est per iudicem, ordine inferius annotato, in glo. super verbo, *fama publica.*

SVMMAR.

1 *Morte rei extinguitur delictum & pœna, ante sententiam latam.*

2 *Etiam post sententiam reo mortuo pœna extinguitur, si appellatum fuerat, nec pœna pecuniaria expresse per sententiam inflicta erat.*

3 *Minor 25 annis non debet respondere super crimine, nisi curatore authore: nec filiusfamilias sine patris authoritate.*

GLOSSA II.

Contra & aduersus Petrũ & Guillermum. Aduerte quòd si isti inculpati viuunt, planè procedit inquisitio contra illos, ex forma statutorum. quia de iure communi iste casus non est de illis in quibus per inquisitionẽ procedi possit. 1 Vbi† autem essent mortui, an possit procedi contra eos? Dicendum est quòd non. quia regulariter mortuo delinquente ante sententiam latam, extinguitur crimen, tam quo ad personam quàm quo ad pœnam corporalem & pecuniariam. vt ibi. Licèt quo ad pœnam pecuniariam aliqui voluerunt dicere cõtrarium. per textum in dict. l. defuncto. §. 1. cum similibus. De qua diuersitate plenè refert Bartol. in dict. l. defuncto. & Dyn. in l. 1. C. ne ex delic. defunct. Sed secundùm Barto. tenendum est crimen extingui, etiam quo ad pœnam pecuniariam, quãdo reus est mortuus ante latam sententiam. 2 Vbi† autem decesserit post latam contra eum sententiam, tunc distinguitur, aut per eum fuerat appellatio interposita, aut non. Si quidem fuerat appellatum, & pendente appellatione decessit, tunc quo ad pœnam corporalem extinguitur crimen: quo autem ad bona & pœnam pecuniariam, considerandum est an bona in totum vel in partem fuerint expressè adempta in sententia. & tũc remanet firma in causa bonorum. Aut fuerunt adempta tacitè in consequentia criminis, & tunc extinguitur crimen quo ad omnia. vt habetur & notatur in l. 1. C. si reus vel accusat. mort. fue. & l. si is qui. C. si pen. ap. mors interue. Excipiuntur tamen certi casus, in quibus mortuo reo ante latam sententiam, remanet potestas procedendi firma. de quibus notatur in d. l. 1. C. si reus vel accusa. mor. fue. & d. l. defuncto. & l. Ordo exercendorum. in fi. ff. de publi. iudi.

3 Quid† autem si isti inculpati sunt minores XXV annis, an poterunt per se respondere inquisitioni, & stare in iudicio sine patris authoritate? Die quòd non, sed dandus est eis per iudicem curator. vt probatur in l. clarum. C. de autho. tut. licèt iudices hoc malè seruent.

Quid autem si fuerit in patria potestate constitutus, an poterit respondere, & in hoc iudicio stare, sine patris authoritate? Die quòd non. vt l. cùm oportet. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. quod etiam malè seruatur per iudices.

SVMMAR.

1 *Fama vel alia indicia precedere*

debent inquisitionem.

2 *Inquisitionis titulus, & nomina testium edi debent reo, antequàm respondere cogatur.*

3 *Inquisitio nulla est, si opponatur & appareat nulla indicia praecessisse.*

4 *Copia inquisitionis & dilatio ad eam impugnandam dari debet reo, nisi inquisitio facta sit officio iudicis.*

5 *Superveniente accusatore non cessat inquisitio, de consuetudine generali.*

6 *Mora inquisitionis per iudicem, nunquid pars civiliter agere possit aduersus reum, ad id quod interest.*

GLOSSA III.

FAma publica praecedente. 1 Nota† dicitur, *praecedere*, quia de ordine debito inquisitionis est, quòd fama praecedat inquisitionem, vel alia indicia sufficientia, quae probentur per testes idoneos, non malitiosos seu inimicos, sed fide dignos, vt sequitur. 2 De† quibus testibus & inquisitione danda est copia ipsi reo. vt d. §. qualiter. cum similibus.

3 Quid† ergo si nulla fama nec indiciis praecedentibus, processit iudex ad inquisitionem (vt fit per officiales Montisferrati) an tunc vitiabitur processus & inquisitio? Dic, aut reus opponit contra inquisitionem quòd fama non praecessit, & tunc ipsa inquisitio vel processus vitiatur, aut ipse reus tacuit & nihil opposuit, & tunc sibi imputetur & tenebit inquisitio & processus. vt haec habentur in c. fin. ext. de accusa. lib. vi. Per quod patet quòd iudex debet dare ipsi reo copiam indiciorum & inquisitionis, antequam cogat eum respondere, vt possit infra terminum sibi assignandum suas exceptiones & defensiones proponere contra processum. Quod tamen malè seruatur in practica per istos latrunculatores auaritiae deditos, in animarum suarum maximum praeiudicium & detrimentum.

4 Quid† autem si nullo super hoc dato termino, sed praecipitanter reus super inquisitione examinatus fuerit, & confessus sit simpliciter se deliquisse, an poterit postea contra inquisitionem vitium nullitatis opponere? Dic quòd non, per textum in cap. 2. ext. de accus. lib. vi. Et sic per hoc etiam patet, quòd pessimè faciunt ipsi iudices reos compellere inquisitioni respondere, nullo praecedente nec assignato eius termino ad accipiendum copiam indiciorum & inquisitionis. De hac autem fama plenè notatur per Bar. in d. l. qui sine. & in l. de minore. §. tormenta. D. de quaestionib. & ego scripsi supra in tractatu positionis. Et praedicta procedunt (secundùm Gandinum, vt per eum notatur in dict. tit. qualiter de malef. cognos. in qui. &c.) quando inquisitio formata est ad alicuius instantiam & promotionem. Vbi autem esset formata ex solo iudicis officio, nullo promouente, tunc non tenetur iudex de necessitate reo priùs copiam facere de praedictis, sed posset aliâ dilatione non data ipsum compellere inquisitioni respondere: & si quidem confiteatur delictum, planum est. si verò neget, tunc procedere debet ad informationes & testes reci-

recipiendos, de quibus postea debet dare copiam ipsi reo, & eidem terminum defensionis assignare. vt d.c. qualiter & quando. cum similibus. quam practicam observant iudices in omni casu, vt suprà dixi.

¶ Post† hæc quæritur de illa vulgari quæstione an superueniente accusatore post formatam inquisitionem, cessare debeat ipsa inquisitio, & procedi debeat solùm super accusatione? Quam quæstionem plenè disputat Cy. in d. l. ea quidem. & Bart. in l. si maritus. D. de adul. & Gandinus in d. tit. & Dy. in c. actus legitimi. ext. de reg. iur. lib. vi. Finaliter & concludendo duæ referuntur opiniones, vna Dyni, quę est quòd cessare debeat inquisitio, & procedi debeat super accusatione per regulam quæ habet quòd auxilium ordinarium cessare facit extraordinarium. vt in l. in causæ. & ibi notatis. D. de mino. Quam opinionem sequitur Bar. in d. l. si maritus. & Gandinus vbi suprà. Alia fuit Cyni & sequatium. vt notatur per eum in l. ea quidem. qui tenent contrarium. dic vt ibi. Veruntamen licèt hæc disputatio procedat de iure cõmuni, tamen per statuta terrarum ista quæstio est sopita, secundùm Bartolom. quia per illa statuta omnis inquisitio est remedium ordinarium: sicque ex superuenienti accusatione non habebit cessare, sed locus erit præuentioni, per regulam, quæ est, Qui prior est in tempore potior est in iure.

¶ Vltra† quæritur, pone quòd pro delicto agi potest ciuiliter ad interesse partis, & criminaliter ad pœnam applicandam fisco, & super eo iudex formauit inquisitionẽ criminaliter, an poterit pars offensa, criminali iudicio pendente, agere ciuiliter pro suo interesse, vel eo finito? Et videtur quòd nõ, quia regula prohibitiua quę traditur in l. 1. C. quando ciui. act. præiu. cri. locũ habet, quando est vnus & idem promotor iudici criminalis & ciuilis: quo casu sibi potest ascribi culpa, si nescient eligere iudicium ciuile antequã criminale. Sed quæstio præsens loquitur quando vnus, videlicet iudex, est promotor criminalis, & pars vult mouere ciuilẽ. Vnde factũ iudicis non debet ipsi parti nocere. arg. in regula iuris, Non debet. ext. de reg. iur. & ibi per Dy. lib. vi. In contrarium facit l. 1. C. quando ciui. ac præiu. cri. & quia factum iudicis repræsentat factum partis. vt l. si ob causam. C. de euic. maximè cùm hodie per statuta terrarum inquisitio sit remedium ordinarium. vt suprà dictum est. Ego in hoc dubito, vnde cogita.

SVMMA.

1 *Fama quæ mouet iudicem ad inquisitionem non debet trahere originem ab inimicis rei.*

GLOSSA IIII.

Non quidẽ à malevolis. Hoc est secundũ necessarium, ad dictam inquisitionẽ formandã. 1 Si † enim haberet exordium ab inimicis & odiosis ipsius rei, non deberet iudex ad inquisitionẽ procedere, imò deberet reum relaxare. Ideóque solet reus, volens inquisitionem impugnare, probare quòd illi à quibus fama traxit originem sunt eius inimici & odiosi. vt traditur in d. c. qualiter & quando. & c. licet Hely. cum similibus, & per Gand. in d. tit. Sequitur in litera.

SVMMA.

1 *Quatuor sunt causæ cur homo hominem odit.*

GLOSSA V.

NOn vno sed pluribus. Meritò sic dicitur, quia vox vnius vox nullius. vt in l. iurisiurandi. C. de testib. maximè quia indicium regulariter à duobus testibus est probandum, vt suprà dictum est. Et hoc est tertium quod requiritur ad formandam inquisitionem, videlicet quòd sint homines bonæ conditionis.

1 Quero † hîc de vna quæstione morali, quæ sunt illę causæ, & quot, per quas homo ad odium alterius incitatur? dic, prout ipse comprehendo, q̃ sunt quatuor. Prima, offensiones. secunda, mali mores. tertia, denegata seruitia. quarta, communis inuidia. Sequitur in litera.

SVMMAE.

1 *Præstans opem & causam delicti, tenetur eadē pœna qua delinquens. Is qui non præstitit causam, tenetur pœna media.*

2 *Opem præstare quis dicitur largo & speciali modo. Speciali quidem, ante maleficium, in maleficio, & post maleficium.*

3 *Ex consilio nemo obligatur, nisi fraudem adhibuerit.*

4 *Mandans committi delictum, sicut ipse delinquens punitur.*

5 *Ratum habens delictum an puniatur sicut mandans.*

GLOSSA VI.

OPem, auxilium, consilium & fauorem. Aduerte q̃ ista sunt quatuor quæ videntur idem, & tamen differunt in aliquibus, vt infrà demonstrabitur. De auxilio itaque & ope quid significent & importet traditur in §. ope. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. & in l. in furti actione. §. ope. & in l. is qui opem. D. de fur. & ibi plenè per Bart. Faciunt quę habentur in l. sæpe. §. fi. D. de verb. signif. & in c. 1. ext. de offic. deleg.

1 Sed † hîc quæritur an ille qui præstat auxilium vel opem delinquenti, teneatur eadē pœna qua ipse delinquens? Aduerte quòd Dy. determinando, sic distinguit. Aut præstans opem suo ministerio dedit causam delicto, & sic fuit causa vel furti vel homicidii: & tunc tenetur eadem pœna, qua ipse faciēs seu occidens. vt in l. nihil interest. D. ad legem Corneliam de sicca. Aut non dedit causam homicidio eius ministerio: & tunc tenetur media pœna qua delinquens in totum tenetur. vt d. l. is qui opem. Quam opinionem sequitur Gandinus in tit. de homicid. §. item pone quòd Titius. & plenè tangitur per Cyn. in l. 1. C. de Nili aggerib. non romp. Bart. autem in d. l. is qui opē. tenet simpliciter & indistinctè q̃ teneatur eadem pœna. per textū in l. in cuius ope. D. ad leg. Iul. de adul. & in l. 1. C. de rap. vir. credo opinionē Dyni esse veriorē. per d. c. sicut dignū. cū ibi notatis.

2 Vlterius † quæritur, quādo dicatur quis præstare opē vel auxiliū? Solutio, dicit Bartolus, in d. l. in furti. §. ope. Aut auxilium ponitur ratione alicuius actus indeterminati. verbi gratia, si statutum disponat, quòd bannito non præstetur auxilium, sub certa pœna: aut auxilium ponitur ratione alicuius

cuius actus notorij & determinati. verbi gratia, dicit statutū, quòd qui cunque præstiterit opē vel auxilium furi vel homicidæ puniatur tali pœna. Primo casu auxilium dicitur præstari largo modo, qualitercunque eidem in al quo succurratur, siue præstādo sibi pecuniam, siue eum alloctando, siue alios fauores ei præstando, quæ eidem habeant vtilitatem vel honorem afferre. arg. in l. 1111. post princ. D. ad leg. Iul. maie. & l. si fuerit. D. de reb. dub. & l. diu⁹. & l. in metallum. D. de pœn. Secundo autem casu considerandum (secundùm eum) quòd tale auxilium dici potest præstari altero de pluribus modis, videlicet ante maleficiū, & in ipso maleficio, & post ipsū maleficiū. Ante maleficiū dicitur præstari, verbi gratia, si quis præstiterit scalas, vel ferramenta, aut arma ad maleficiū cōmittendū. & de tali auxilio loquitur l. si pignori. §. qui ferramēta. D. de fur. cū similib⁹. In ipso autem maleficio dicitur auxilium præstari, verbi gratia, cùm quis est præsens in maleficio, & suadet vel hortatur vt id committatur. de quo loquitur l. 1. C. de rāp. virg. & ea quæ habētur in l. is cuius ope. D. de adul. cum similibus. Post verò maleficium dicitur præstari auxilium, videlicet quando reo præstatur ad fugam arripiendam de quo auxilio loquitur l. 1. & l. fi. C. de his qui latro. Et si forsan malefactor fuerit captus per famulos officialis seu iudicis, & alius cum armis violenter arripuerit de manibus eorum, tenetur leg. Iulia de vi publica. vt habetur in l. lege Iulia. D. ad leg. Iul. de vi pub. Si verò arripuerit sine armis, tunc tenebitur lege Iulia de vi priuata. vt l. legis Iuliæ. D. ad leg. Iul. de vi priua.

3 Post † hęc quæritur apud scholasticos, an quis de solo cōsilio teneatur, sicut de solo auxilio? Super quo solet distingui (secūdùm quosdam) an consilium sit fraudulētum, vel non: & an ille cui præstatur consilium erat aliàs delictum commissurus vel non. vt plenè disputat Dy. in c. nullus ex consilio. ext. de reg. iur. lib. vi. & tangitur per Innoc. & per Glo. in d. c. sicut dignum. & per Glo. in d. §. ope. Insti. de obli. quæ ex delict. & per Bar. in l. non solùm. §. si mandato. D. de iniur. & per Glo. in l. consilium. D. de reg. iur. vbi videas.

4 Quid † autem dicemus in eo qui expressè mandauit homicidium vel aliud delictum committi, an pariformiter punietur sicut homicida. Dic quòd sic. per textum in d. §. si mandato. & ibi notatis. & in c. mulieres. de sen. excom. & l. non eo minus. C. de accus. & ibi plenè per Cy. Dubium tamen insurgit ex hoc, an mandans teneatur vt principalis, vel vt præstans opem & auxilium? Et concluditur determinat Cyn. in d. l. non eo minus. & Bart. in d. §. si mandato. quòd tenetur tanquā principalis. Sed an is qui mandauit dicatur verè vel fictè delictum commisisse? Textus in d. c. mulieres. videtur dicere quòd verè. Alij, quòd solùm fictè dicitur committere. per textum in l. ita autem. in §. gessisse. C. de admi. tu. Cynus & Bart. vbi supra volunt distinguere. Sed cùm eadem pœna teneatur qua delinquens, non est multum curandum de tali distinctione, nisi in iuris subtilitate, de qua ibi vide, quia (vt sæpius dixi) opusculum hoc pro notarijs & procuratoribus est compositum.

5 Vlterius † quæritur de eo qui à principio non mandauit committi delictum, nec opem & auxilium præstitit, sed cùm alius eius nomine & contemplatione homicidium fecerit, illud ratum habuit, an tenebitur sicut ille qui fecit? Item quid si illum qui à principio mandauit, postea ante delictum cõmissum mãdati pœnituit, an teneatur secuto delicto? Vide de his omnib⁹ (quæ sunt de iuris apicibus) quæ notantur per Cy. in d.l. non eo minus. & per Gl. & doc. in d.c. mulieres. quib⁹ adde quæ notat Bar. in l. sed si vnius. §. ferunt meus. D. de iniur.

SVMMAE.

1 *In dubio dolus potius præsumitur quàm casus.*

2 *In maleficijs potius attenditur animus quàm actus: & æquè punitur conatus atque actus, iure ciuili. Secus ex statutis Italiæ.*

3 *Homicidium tribus modis committitur, voluntate, necessitate, consensu.*

4 *Circunstantia multæ considerandæ sunt in delictis.*

5 *Pœna corporalis non infligitur nisi ex dolo: pecuniaria autem etiam ex lata culpa.*

6 *In contractibus & quasi lata culpa dolo æquiparatur. Et in delictis quæ pœna pecuniaria multantur, nisi lex nominatim dolum requirat. Secus in delictis pœna corporalis plectentis.*

7 *Statutum punions alternatiuè pœna pecuniaria aut corporali aliquod delictum, quomodo interpretari debeat.*

8 *In delictis dolum exigentibus, lata culpa nihilominus punitur, iudicis arbitrio, qui consuetudinem obseruabit.*

GLOSSA VII.

Appensatè & dolosè. Non vetbu, *dolosè*: quod secus esset si culpalitet. vt notatur in c.1. ext. de homi. in cle. & in l. respiciendum. §. fin. D. de pœn. 1 In † dubio tamen potiùs in maleficijs præsumitur dolus quam casus. vt notatur in l. 1. C. ad leg. Cornel. de sic. & l. 1. in fin. cum similibus. D. eo. 2 Et † attenditur principaliter animus delinquentis, magis quàm actus. vt l. respiciendum. in fin. D. de pœn. Adeò quòd si quis alium insequitur cum gladio animo & intentione ipsum occidẽdi, licèt enim non percutiat nec occidat, tamen de iure communi tenetur ac si occidisset. vt l. si is qui cum telo. C. ad leg. Cor. de sic. & in l. 1. §. diuus. D. eo. & in l. aut facta. §. euentus. D. de pœn. Sed de iure municipali statutorum Italiæ potiùs attenditur actus quàm animus: ideóq; pro solo animo nõ tenetur qt de occiso, nisi ipsa occisio sit secuta, secundùm Bar. In hoc corrigitur (& meritò) iura cõmunia. vt per eũ notatur in l. 1. in prin. & in l. fi in fin. D. ad leg. Cor. de sica.

3 Sciendũ † tamen est quòd homicidium de iure cõmuni dicitur cõmitti trib⁹ modis: videlicet voluntate, necessitate, & cõsensu. Quod aũt cõmittitur voluntate, fit tribus modis: videlicet facto, mandato, & cõsilio. quæ omnia plenè declara vt notatur per glo. & doc. in d.c. sicut dignum. ext. de homi. & in d. cle. 1. eo. ti. & d. l. respiciendum. §. 1.

4 Præterea † secundum est quòd in maleficijs multa sunt consideranda. videlicet causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus. quæ omnia ponuntur & declarãtur per textũ in l. aut facta. de pœn. & per

& per gl.in d.c.sicut dignum. Dein de sciendum est quòd aliquãdo homicidium cõmittitur extra rixam, aliquãdo in rixa: inter quæ est differentia, vt notatur per Bart.in d.l.ii in rixa.D.de iust.& iur. aliquando committitur impetu, quod lex interpretatur propter ebrietatem. vt in d. l. respiciendum.§.fi.ver.impetu.licèt Bart. ibi notanter quòd latiùs quandoq; sumitur hoc verbum *impetus*, videlicet quando inter aliquos subito concitato rumore cõmittitur delictum. vt in d.l.ii in rixa.& facit quod habetur Inst.ad leg. Aquil. in §. impetu. nec enim aliud est impetus quã quidam subitus motus. vt in l. illud.in fi.D.ad l.Aquil.

5 Post † hæc autem quæritur,an in omnibus delictis,quo ad pœnam delinquenti imponendã, requiratur dolus in ipso delinquente.vel sufficiat lata culpa vel leuis? Circa quod Glossa posita in l. in actionibus. D. de in litem iur. & in l.magna negligẽtia.D.de verb.signi. & l.in l.lege Cornelia.D.ad l.Cor. de sica. distinguunt sic. Aut pro delicto est imponenda pœna corporalis,aut pecuniaria. Primo casu requiritur dolus, nec sufficit lata culpa: licèt dolus in dubio præsumatur affuisse, nisi per circunstantias probetur defuisse, vt dictum est, & notatur in d.l.i.C.ad leg.Corn. de sic. Secundo autem casu sufficit lata culpa: & sic in hoc casu lata culpa eqparãtur dolo. quod non accidit in casu præcedenti,

Vnde, gratia huius, latiùs videndum est quando & quibus casibus lata culpa dolo equiparetur. In qua quæstione sic distingue, secundùm Bart. vt per eum notatur in l quod Nerua. D. depositi. & in l. i. §. D. si quis testam. lib. esse iuss. fue. Aut loquimur in contractibus, vel quasi: aut in delictis, vel quasi. 6 Primo † casu lata culpa dolo equiparatur. vt in d. l. quod Nerua. cum similibus ibi notatis. Secundo casu subdistingue. Aut tractatur de pœna corporali imponenda pro ipso delicto, & tunc lata culpa non equiparatur dolo, siue sit pœna ista ordinaria. vt d. l. lege Cornelia. siue sit pœna extraordinaria. vt l. iii. in princ. D. de crim. stel. & hoc modo procedit Glossa. quæ est in dict. l. in actionibus. Aut tractatur de pœna pecuniaria imponenda, & tunc subdistingue. Aut enim lex specialiter & expressè pro ipso delicto requirit dolum intercuenire, & tunc lata culpa non equiparatur dolo.vt in l.2.§. hæc actio. D. vi bon. rapto. & in l. 2. §. si quis ideo. D. ne vis fiat ei.& quod notatur in d.l.magna negligentia. Aut lex non requirit expressè dolum, & tunc lata culpa equiparatur dolo.vt l.i.§.i.D.si mens. fal.mo.dixe.& l.i.§. non autem.D.si quis testam.lib.esse iuss. fue. Nec huic intellectui in præcedenti casu repugnat textus.in d. §. non autem. & l.i.in prin.D.eo. tit. vbi dicitur q lata culpa dolo equiparatur.nam ibi ideo hoc est, quia iurisconsultus illam extensionem expressè facit, & sic lex ibi expressè prouidit in casu illo.aliàs aut secus esset, vt dictum est supra.

7 Ex † quibus (secundùm Bart. vbi.) decidi potest quæstio quotidiana. pone q statuto cauetur quòd pro tali delicto sit pœna pedis vel mille florenorum,an requiratur dolus in ipso delinquente, vel sufficiat lata culpa? Et secundùm eum est sic

distinguendum. Aut in statuto fit expressa & specialis mentio de dolo (verbi gratia, si dicatur in eo, Quicũque fecerit vel commiserit dolosè tale quid, puniatur in mille, vel in amputationem pedis,) & tunc requiritur dolus, nec sufficeret lata culpa, quia à verbis statuti non est recedendum. vt in l. quod constitutum. D. de testam. mil. & l. 1. §. is qui nauem. D. de exer. cum similibus. Aut nulla doli fit expressa mentio in statuto, sed simpliciter in eo disponitur qui tale quid commiserit puniatur, vt s. & tunc aut per statutum imponitur pœna corporalis, & tũc in dubio requiritur dolus, nec sufficiet lata culpa. per l. lege Corn. cum ibi notatis. D. ad leg. Cor. de sic. Aut imponitur pœna pecuniaria, & tunc aut statutũ loquitur per vocabula importantia crimen quod sui natura requirit dolum (vt verbi gratia, si statutum dicat, Quicunque commiserit falsum, vel fecerit furtum, vel homicidium, puniatur tali modo. nam falsum, furtum, & homicidium, non committitur nisi dolosè. vt l. 1. D. de fur. l. nec exemplum. C. de fal. & d. l. lege Cornelia, cum similibus.) & hoc casu requiritur dolus, nec sufficit lata culpa. Aut statutum loquitur per verba importantia crimen, quod sui natura non habet requirere dolum, & tunc considerandum est an statutum puniat actum criminosum, prout infertur principaliter in personam patiẽtis. (verbi gratia, si statutum dicat, Qui aliquem percusserit, &c.) & tunc requiritur dolus, nec lata culpa sufficit: quia iniuria non potest inferri in personam, sine voluntate & affectione delinquentis. vt in l. 111. D. de iniuriis. An ponit actum simpliciter, prout infertur in re aliqua (puta si dicat statutum, Qui intrauerit domum alterius &c.) tunc sufficiet lata culpa. & sic hoc casu lata culpa dolo equiparatur. Et hoc modo debet intelligi §. non autem, prælegatus. & l. 1. §. 1. D. si mens. fal. mo. dix. Et ex hoc infertur decisio ad aliam quæstionem. si statuto cauetur, Quòd quicunque turbauerit aliquem in sua possessione, vel alterius possessionem turbauerit, condemnetur in. an requiratur dolus vel sufficiat lata culpa. de qua vide supra in rub. de turba. poss. & per Barto. in d. §. non autem.

8 Nunquid † ergo in casibus, in quibus quis non tenetur de delicto, dolo non intercueniente sed sola lata vel leui culpa, dicemus eum excusari in totum à crimine commisso per latam culpam vel leuẽ? Dicit Cynus quòd non. vt notatur per eum in l. si quis non dicat. C. de epise. & cler. Idemque determinat Bart. vbi supra. Vnde (secundùm eos) erit puniendus pœna extraordinaria, iudicis arbitrio imponenda, secundùm qualitatem criminis. vt probatur in l. 1. versic. sed & si claui. & ibi notatis. D. ad leg. Corn. de sic. In qua pœna extraordinaria imponenda considerabit iudex consuetudinem hactenus in similibus obseruatam. vt habetur in l. si quis reum. in fi. D. de custo. exhib. re. & notatur per Gl. in l. hodie. D. de pœn. & in l. respiciendum. in prin. eo. titu. & plenè per Barto. in l. lege Cornelia. D. ad leg. Corn. de sic. & in d. l. respiciendum. §. fi. D. de pœn.

SVMMA.

1 *Armorum appellatione continentur fustes & lapides.*

2 *Ex signo dolus arguitur.*

GLOS-

GLOSSA VIII.

Cum armis & ensibus. 1 Appellatione †armorū continentur lapides & fustes. vt in l. armorum. D. de verb sig. & l. 3. §. armis. D. de vi & vi ar. cum similibus ibi notatis.

2 Et †per hoc quod hîc dicitur, *ensibus cogitatu*, patet manifestè de animo dolosè delinquētis, quia per talia signa & similia discernitur †propositum eius. vt notatur per Bart. in l. 1. in fin. D. ad leg. Corn. de sica. & per gl. in c. signi. fi. asti. de homi. & ibi per Innocentium.

SVMMAE.

1 *Occidere volens tenetur de occiso (iure ciuili) licèt tantùm vulnerauerit.*

2 *Cùm quis à pluribus in rixa occisus est, si apparet cuius ictu, is de occiso tenetur. Sin minus omnes tenentur de vulnerato tantùm: reprobata Dyni, Cyni, & Bartoli opinione.*

3 *In rixa in qua vnus à pluribus cæsus est, si omnes habuerunt animum occidendi, omnes de occiso tenentur.*

4 *Plures pro vno reputantur, cùm ex eorum facto, alius debet timeri.*

5 *Mandator & mandatarius plurium, ad delictum committendum, vnica pœna punitur.*

6 *Plures eiusdem muneris consortes, delinquentes in officio, simul vna pœna puniuntur.*

7 *Plura crimina in vnum actum confusa, punientur vnica pœna, secus si sint distincta.*

8 *Crimina metienda sunt ex parte pœnæ.*

9 *Vno ictu faciens plures percussiones, pro pluribus percussionibus punitur.*

10 *Plura committia vno actu proferens, vel inferens pro pluribus punitur.*

11 *Plures percussiones in eadem corporis parte puniuntur pro pluribus, nisi aliud statuto cautum sit.*

12 *Cùm in inuasione rei alienæ aliquis occiditur, percussor, & ii qui gentes coadunarunt, tenentur de occiso.*

GLOSSA IX.

Pluribus percussionibus. Ecce aliud signum, videlicet pluralitas percussionum, per quod demonstratur eorum malevolū & dolosum propositum. Et si fuerint omnes percussiones mortales, ambo tenentur de homicidio. 1 Imò †fortius, de iure communi, etiam si non fuerint mortales, tamen de occiso tenentur, quia effectus demonstrat eos habuisse animum occidendi. & hoc sufficit. vt in d. l. si quis cum telo. Quanquam ex forma statutorū non sufficiat propositum dolosum, nisi factum sit consumatum, vt suprà dixi.

Quid autē dicemus de illa quæstione antiqua, & sæpiùs contingēte in practica. Ecce quòd pluribus coadunatis in vna magna rixa, interficitur vnus, qui percussus reperitur pluribus percussionibus, quarum vna sola est mortalis, aliæ verò non, & ignoratur à quo vulnus mortale sit illatum, quæritur an delinquentes omnes vel nullus teneantur de occiso, vel de solo vulnerato? Quam quæstionem tetigit Dynus in cap. in obscuris, ext. de regulis iuris, lib. 6. & Cyn. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi pub. in vltima quæstione. & Bartolus in

in d.l.ſi in rixa.D.de ſica. 2 Dicit † Albertus Papiensis, quòd aut apparet ex cuius ictu vel percussione mortuus eſt, & tunc ille ſolus de occiſo tenetur,ceteri autem de vulnerato. per textum in d.l.ſi in rixa. Aut hoc non apparet,& tunc nullus de homicidio tenetur,ſed omnes de vulnerato, & pecunialiter iudicis arbitrio (de iure communi) veniẽt puniendi. vt in l. Si ita vulneratus. in fi.D.ad leg.Aquil. nec obſtat l.i tẽ Mela §. ſi plures.D.ad leg. Aquil. quia (ſecundùm eum) loquitur quando ciuiliter agitur,ad emendationem damni ſerui occiſi: hic autem cùm agitur criminaliter, ad pœnam corporalem (vt puta homicidii) vbi debent probationes eſſe luce meridiana clariores.vt l.ſciant) C.de proba. & quo caſu nemo condemnandus eſt ex præſumptionibus.vt in l.abſentẽ. in fi.D. de pœn. pro qua opinione eſt glo. in d. §. ſi plures. 3 Bar.† verò & Dy.& Cy. vbi ſ. & Inno. in c. ſignificaſti. de homic. ſic diſtingunt. Aut omnes habebãt propoſitum committendi homicidium, aut vnus tantùm, vel nullus. Primo caſu de iure communi (ſecundùm quod magis attenditur animus quàm actus facti) tenẽtur omnes de occiſo.vt in d.l.is qui cum telo,cum ſimilibus. Et intelligam eos fuiſſe talis propoſiti, maximè ſi clamabant, *Ad mortem,ad mortem*, vt Iudæi fecerunt contra Chriſtum.quod ſequitur Inno.in d. c.ſignificaſti.De iure autem ſtatutorum Italiæ (ſecundùm quod attenditur factum & non propoſitum, vt prędixi) eſt diſtinguendum, vt ſ. proximè. Secundo caſu,quando vnus tantùm vel nullus habebat propoſitum homicidium committendi,tunc contemplari debet ictus cuiuſque per ſe, & ſiquidem apparuerit cuius ictu vel percuſſione ſit mortuus, ille ſolus de occiſo principaliter tenebitur: alii verò ponentur condemnari de ope & auxilio præſtito ad homicidium committendum, ſecundùm eum. vt in l. in actione.§.ope.cum ſimilibus. D. de fur.ac etiam de vulnerato & coadunatione. vt l. 3. D.ad log. Iul. de vi pri. Si verò non apparet cuius ictu fuerit mortuus, tunc aduertendum quòd hoc poteſt contingere dupliciter. vno modo, quia nullum vulnus erat per ſe mortale, ſed omnia ſimul iuncta faciunt vulnus eſſe mortale. & hoc caſu puniuntur omnes de occiſo, quia verum eſt dicere omnes occidiſſe. vt in l. item Mela. §. ſi plures trahem. D.ad leg. Aquil. & in l. Si ita vulneratus in fi. D. eo. ti.& in l.ſi plures. D. arb. fu. reſ.quod ſequitur Inno. in d.c.ſignificaſti. Alio modo contingit non apparere de perſona eius qui intulit vulnus mortale,ſi conſtat vnum ſolum vulnus eſſe mortale,& alia eſſe non mortalia:& tunc,propter ignorantiam perſonæ quæ intulit illud vulnus mortale,præſumitur omnes ſimul vulneraſſe, ſecundùm Bar. & per conſequens tenentur omnes de occiſo. & ſic intelligitur d.l. item Mela. §. ſi plures trahem. & §. ſed ſi plures.2. reſpon. ſicut in ſimili dicitur, quando plures ſimul deceſſerunt, & ignoratur de ordine, quia præſumitur omnes in dubio paritèr deceſſiſſe. vt in l.ſi inter virum.& l. ſed de illo. D.de reb.du. Quam opinionem in caſu iſto ſequitur Dy. & Cy. vbi ſupra. Sed reuera opinio Alberti eſt æquior, quia in dubiis eſt inclinandum in benigniorem partem. vt

tem.vt in l. benignius. D. de legib. maximè in pœnis.vt in l.si de interpretatione. D. de pœnis. licèt pro priore opinione faciat textus in c. significasti. in vers.quod si discerni.

4 Sed † pone, statuto cauetur, Quòd villa teneatur capere homicidam, quod si non fecerit, tunc soluat pro pœna florenos mille. accidit quòd plures homines occiderũt simul aliquem, qui capi non potuerunt, vel capti non sunt.quæritur an villa teneatur soluere, pro singulis eorum florenos mille? Et quidem Dynus (vt refert Bartol. in d. l. si rixa) determinat quòd non, sed sufficit vna pœna pro omnibus: nam ipsi omnes pro vno reputantur (secundùm Bar.) quando ex facto eorum alius debet teneri, puta Commune, seu villa. vt in l. tertia. §. fin. D. de publicanis. l. 1. & per totum. D. si fam. fur. fec. dica. Et licèt statutum loquatur in singulari, quia tamen sermo ille indifinitè proferetur, vniuersali sermoni æquiparatur, sicque resoluitur in pluralem, vt sit sensus, Si omnes homicidas non ceperit. arg. in l. si plures. D. de leg. 3. & l. si pluribus. de. leg. 2. Per quod sequitur quòd vno solo ex homicidis capto, & sibi capite detruncato, quòd Commune seu villa liberabitur, si alios homicidas non ceperit: quia quantum ad liberandum villam sufficit pro homicidio quòd alter eorum pœnam impositam patiatur, licèt in contrarium faciat ille verborum sensus, dum dicitur, *si omnes homicidas non cepit*, qui requirere videtur omnium simul concursum. arg. in l. si. D. in ius vo. vt eant vel facit. & in l. seruus. §. si plurium. D. si quis caut. cum ibi notatis.

5 Et † ex his etiam deciditur alia quæstio. Vnus præstitit opem & auxilium tribus personis, ad cõmittendum aliquod maleficium seu homicidium, numquid iste punietur pro singulis eorum, ac si separati vnicuique opem præstitisset & auxilium? Et breuiter secundùm Dy. debet solùm puniri vna pœna pro omnibus, per rationem prædictam. Et eodem modo puniendus esset vnica pœna tantùm pro omnibus, ille qui mandasset vulnerari vel occidi vnum per plures personas: nam istæ personæ plures pro vna sola reputantur, per rationes prædictas, secundùm Bartolum in dicta l. si in rixa.

6 Quid † autem in casu econuerso, si plures personæ deliquerunt in vnam personam tantùm, an ipsi omnes debeant vna pœna communiter, vel diuersis pœnis singulariter puniri? Dic (vt §. dixi) quòd disputatio, de qua supra, procedit, quando erant plures delinquentes, non officiales. Vbi autem essent officiales, tunc omnes reputantur pro vno, quando delinquunt in his quæ pertinent ad officium eorum, vt sic omnes simul vna pœna puniantur. vt habetur in l. si multi. D. de publicanis. & l. tres tutores. D. de admi.tut.

7 Rursum † quæritur, pone quòd vnus alium percussit, vnico ictu pluribus percussionibus, putà cum bidente vel tridente, an percussor sit puniendus pro singulis percussionibus? Bar. distinguit, in l. senatus. D. de accus. & plenius in l. si gemina arbor. D. arb. fur. cæ. & in l. nunquam plura. D. de priua. delic. Aliquando lex vel statutum punit actum criminosum, prout ab agente infertur simpliciter & in-

determinatè (verbi gratia, ſi diſponat ſtatutum hoc modo, Si quis ſagittauerit per ciuitatem, vel ſi quis extraxerit gladium in platea, puniatur tali pœna) & tunc ſi vnico actu ſagittauerit plures ſagittas, vel extraxerit plures gladios, puniendus eſt pro vnico delicto & vnica pœna tantum. arg.l.tria onera. D.de excuſ.tu. Aliquando lex punit actum criminoſum determinatè, reſpectu perſonæ patientis (verbi gratia, dicit ſtatutum, Si quis percuſſerit aliquam perſonam puniatur in tantum) & hoc caſu conſidera, quòd aut ex eodem actu criminoſo reſultant duo tituli criminis, ſe inuicem habentes tanquam genus & ſpecies, ſicut eſt homicidium & parricidium (nam parricidiũ eſt ſpecies homicidii) & tunc punitur parricidium commiſſum vna tantùm pœna, & vna lege. vt in d. l. ſenatus. D.de acti. Et eodem modo ſi vnum crimen ſit pars alterius, voce vel præſũptione, vt ſũt arma ad percuſſionem, vel inſultum & euaginatio ad percuſſionem. Idem ſi vnum crimen in alio confundatur. verbi gratiã, quando ex vna percuſſione vel pluribus ſtatim ſequitur homicidium, tũm pro ſolo homicidio punietur delinquens, & in aliis præcedentibus caſibus etiam pro vno ſolo delicto punietur. vt determinat glo. in l. qui dẽ crimine. C. de accuſ. & ibi per Cy. in 4. q. & per Bar. in l. nunquam plura. D. de priua delic. pro quo facit l. illud. in fi. D. ad leg. Aquil. & notatur per Bar. in l. libellorum. & in d. l. ſeqatus. D. de accuſ. Aut ex eodem facto reſultant duo crimina, quorum vnum non eſt pars alterius, nec alterum confunditur in alio, ſed ſe habent vt ſpecies ſeparatæ (puta verba iniuria ſa, cum percuſſione) & tunc pro omnibus punietur. vt in l. ſi adulterium cum inceſtu. D. de adul. 8 Nam † regulariter actus criminoſi ſunt conſiderandi reſpectu patientis. vt l. 1. in fi. D. de iniur. & l. quoniam multa. C. ad leg. Iuli. de vi pub. quia ex illis plures reſultant effectus. vt in d. l. nunquam plura. 9 Ideóque † in propoſita quæſtione, cùm quis alium percuſſit cum tridente pluribus percuſſionibus, nec ex eis ſtatim ſecutum eſt homicidium, punietur pro pluribus percuſſionibus. arg. in l. Titia. in fi. & l. pluribus. in prin. D. de verb. ob. Et idem erit (ſecundùm eum) ſi vnico actu & inſtrumento facta ſunt plures eidem percuſſiones in diuerſis membris, verbi gratia, ſi cum enſe quis vnico ictu ſit percuſſus in capite & in manu, vel ſi debilitati ſunt & vulnerati plures articuli eiuſdem membri, puta duo vel tres digiti eiuſdem manus. nam pro pluribus percuſſionibus percutiẽs punietur. arg. in l. de pupillo. §. ſi quis nuncia. D. de no. ope. nun. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. D. ad legem Aquil. imò (quod amplius eſt, ſecundùm eum) & ſi percuſſio facta ſit in vno loco, & caro putrefacta ſit & aperta in alio loco, punietur delinquens pluribus percuſſionibus. arg. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi nulli. D. ad leg. Aquil.

10 Ex † quibus deciditur illa quæſtio, ſi quis vnico actu dixerit aliqui plures iniurias, vel dederit plures alapas, an pro omnibus ſit puniendus? Vbi dicitur quòd ſic, licèt teneatur ſimul omnes proponere in eodem libello, & non in diuerſis. vt habetur in l. prætor edixit. §. ſi plures, a-

res. aliàs, si verò plures. D. de iniuriis. Facit l. nunquam plura. D. de priuil.delic. & notatur per Barto. in d. §. si plures. & per Cynum in l. si non conuitii. C. de iniuriis. & per Bart.in l.item apud Labeonem.in §. conuitium.D.de iniur.

11 Sed † quid erit si in eodem loco corporis quis fuerit pluries ab eadem persona percussus, an percussor punietur pro pluribus vulneribus,an pro vno tantùm? Breuitur distingue,secundùm eum.Aut statutum imponit pœnam pro vulnere, aut pro percussione. Primo casu, cùm sit vnicum vulnus, licèt ampliatum ex multiplicatione ictuũ, punietur solùm pro vno vulnere. Secundo autem casu punietur pro pluribus, cùm sint plures actus percutiendi. vt in d. l. nunquam plura. Quid autem dices, quando vnus committit delictum in pluribus, vel plures in pluribus, qualiter fiet punitio? Dic vt notat Barto.in l. 2. §. si ad plures. D. de sepul. vio. Quando autem plura delicta committuntur circa rem aliquam, notatur per eundem Bar. in l.inficiando. §. infans. D. de furtis. Quandoque committuntur plura delicta, non facto sed verbo. & de his vide quod per eum notatur in l. item apud Labeonem. §. conuitium. D. de iniur.

12 Vltimò † ex prædictis colligi potest decisio etiam ad aliam, quæstionem quę his temporibus sępius de facto occurrit. Ecce quòd aliquis congregauit gentes, ad capiendum aliquod castrum, villam, vel ciuitatem, vel aliam possessionem, & in tali insultu vel rixa aliquis de ciuitate vel terra occisus est, quæritur nunquid omnes tenentur de occiso, vel ille solus qui occidit, si de eo constet? Et videtur quòd ille solus tantùm, secundùm opinionem Alberti & Dyni, & aliorum vt supra dictum est. In contrarium quòd omnes teneantur, vel saltem ille qui gentes coadunauit, simul cum ipso percussore, faciunt quæ habentur in textu & per Cy. in l. quoniam multa. C.ad. leg.Iul.de vi publi. vel priua. Et sic in dubio, si iustitia.vires haberet, multorum capita essent truncanda. Nec obstat disputatio & opinio Alberti & sequatium:quia loquitur quando homicidium est commissum sine proposito vel coadunatione inuadendi locum alterius, vel possessionem, sed simplici proposito offendendi personam.vnde sequitur quòd grauius est delictũ locum alienum inuadere,quàm personã. Quod nota.

SVMMA.

1 *In libello accusatorio exprimi debet pars corporis vulnerata, & qualitas vulneris.*

GLOSSA X.

VNa percussione in capite. 1 Aduerte † quòd in accusatione & inquisitione debet exprimi locus vulnerum, & qualitas eius, & alia de quibus notantur in d. l.libellorũ.de accus. & ibi per Bar.

SVMMAE.

1 *Mortuus intra* XL *dies ab illato vulnere,præsumitur ex eo mortuus, nisi aliud medici attestentur.*

2 *Medici plerumque falsa attestantur.pecunia vel gratia corrupti.*

GLOSSA XI.

EX quibus percussionibus idem Albertus mortuus est. 1 Quæritur † vvv. iij.

an in dubio præsumatur mortuus ex vulneribꝰ? Vbi sic distingue. aut percussus mortuus est infrà paucos dies post vulnus illatũ, aut post longum tempus. Primo casu præsumitur esse mortuus ex eo vulnere. secundo non. vt in glo. in c. 2. ext. de cle. percuss. In quo tamen stanoũ est iudicio medicorum, vnius vel pluriũ, si haberi possunt. vt in l. semel. C. de re mi. lib. 12. & ibi per Bart. & in c. significasti. de homi. & notatur per Bar. in d. l. si in rixa. D. de iurar. Sed quid dicetur breue vel longum tempus? Dicunt communiter medici si moriatur infra quadraginta dies à tempore vulneris illati, tunc dicitur & præsumitur mortuus ex vulneribus. aliàs autem præsumitur mortuus ex solo malo regimine.

2 Et † quia circa attestationes medicorum solent committi fraudes, cùm multi corrupti pecunia vel gratia, attestentur cõtra veritatem. Pro tanto in aliquibus locis promissum & declaratum est, quòd si vulneratus decesserit infra tot dies, præsumatur ex vulneribus fuisse mortuus. aliàs secus.

SVMMAE.

1 *Papiensis mottei tempore Longobardia rapinis & latrociniis infesta.*

2 *Furti definitio.*

3 *Pœna furti hodie est arbitraria, nec debet esse corporalis, nisi fur sit famosus, vel furto pacem ruperit.*

4 *Quæcunque pœna fur puniatur sit infamis.*

GLOSSA XII.

FVrto & per furtum subtraxerunt. 1 Debes † scire quòd moderno tempore, & à tempore mortis magni ducis Mediolani citra, fuerunt & sunt plures fures quàm vnquam fuerint, quia de millo vouem centum viuunt de furtis, rapinis, latrociniis, & robariis. Quod quidem furtum est contra ius diuinum & humanum. vt notatur in l. 1 in fi. D. de fur. 2 Est † autem furtũ cõtrectatio rei alienæ fraudulosa, inuito domino, animo lucrandi. vt in d. §. fin. Et committitur hoc furtum in rebus mobilibus tantùm, non autẽ in immobilib⁹. vt l. versi. D. de fu.

Sciendum præterea est, quòd furtum aliquãdo incipit à delicto simpliciter, vt puta cùm quis clam ingressus domum alterius pecuniam subtraxerit, vel quid simile. Aliquando incipit à contractu, & inde vertitur in delictum. vt puta si depositarius vel commodatarius vtitur re ad alium vsum. vt l. qui res sibi commodata. & l. fullo. in prin. & in l. si pignore. in princ. & l. qui iumenta. cum similibus. D. de fur. Facit quod habetur in §. itaque. & in §. placuit. Instit. de oblig. ex quasi malef. 3 Pœna † autẽ furti de iure communi est hodie extraordinaria, arbitrio iudicis, tam pecunialiter quàm corporaliter imponẽda: ita tamen quòd de furto nemo mortis nec abscisioni membri tradatur. vt in Auth. sed nouo iure. C. de ser. fu. & ibi notatis. Nisi sit fur famosus, qui debet furca suspendi. l. capitalium. §. famosos. D. de pœn. Vel nisi furãdo pacem ruperit, quo casu pro furto quinque solidorũ potest furca suspendi. vt in lib. feu. ti. de pace iura. fir. c. 1. §. si quis quinque solidos. & notatur p doct. ind. Auth. sed nouo iure. Veruntamen ex forma statutorum totius Italiæ & omnium prouinciarum, aliter est super furto

furtis & aliis criminibus prouisum, quibus statutis est deseruiendum. vt in l.omnes populi.D.de iust.& iure.

4 Quouis † tamen modo quis cõdemnetur de furto, siue pecunialiter siue corporaliter, siue leui culpa siue graui vel magna, est infamis. vt l.non potest. D. de fur. Et hoc de iure communi, quando processum est contra furem per accusationem & condemnationé, & secũdùm formam iuris communis. vbi autẽ esset condemnatus secundùm formam statutorum, vel per viam inquisitionis contra eum formatæ (vt fieri videmus quotidie) tunc contrariæ sunt opiniones gl.& doc. vt refert Bart. in d.l. infamem. D.de pub.iudi. N.m dicũt quidam quòd nes aliquis cõdemnatus publico iudicio per inquisitionẽ infamis efficitur. vt notatur per gl.in l.2. §.præterea. D.de suspect.tu.& in l.fi.C.eo. tit.& ibi per Cy. Nec est damnatus ex forma statutorũ, & sic per cõditionem ex lege, quia nulla condictio habet infamare. vt l. cessat. D. de acti.& ob.cum similib. Bar. autẽ in d.l.infamẽ. Oldradus & Andreas de pisis tenent contra, quia cùm inquisitio ex forma statutorũ sit remedium ordinarium (vt suprà dictum est) & succedat in locũ accusatiõis, sapiet eius naturã. arg.in l.si eum.§. qui iniuriarũ. D.ũ quis cau.eũ simi. est enim verum dicere, eum qui damnatus est per inquisitionẽ, fore damnatũ publico iudicio. Ergo habet locum legis dispositio, de qua in l.1. D.de his qui not.infa. Et eadẽ ratione dicit Bart. in damnato ex forma statuti, qui infamis efficitur, quia nõ ordo vel modus processus, sed rei effectus debet attendi. vt in l. ordo. D.de pub.iudic. De hac materia infamię plenius vide per Bart.in d.l. infamem.

SVMMA.

1 *Plures res eodem tempore ablatæ vnicum furtum faciunt, secus si diuersis temporibus.*

GLOSSA XIII.

Locenos centum. Vides hic quòd plures res furatæ fuerũt. 1 Vnde † quæritur an tot sint furta quot sunt res? Et in hoc sic distingue. Aut plures res furãtur vno & eodẽ tempore, & tunc dicitur vnũ furtum tãtùm pro omnibus rebus, & nõ plura furta. vt habetur in l.eũ qui. §. idem dicit. & ibi notatis per Bart. D. de fur. Aut plures res fuerũt diuersis temporibus furatæ, & tunc quot erunt res tot erunt furta. vt in d.l.eũ qui. §. Pomponius tractat. Quod nota, propter statuta quæ disponunt quòd pro quolibet furto condemnatur fur in tanta pœna.

SVMMAR.

1 *Sine contrectatione furtũ non committitur.*

2 *Ex iterata cõtrectatione non nascitur aliud crimen.*

3 *Consuetudine approbatum est, vt animal quod repertum est damnũ dans retineri possit, donec damnum sit solutum.*

GLOSSA XIIII.

Contrectando & amouendo de loco ad locum. 1 Nota † quòd hæc cõtrectatio est de substãtia furti, qua cessante furtũ non cõmittitur: quia sola cogitatione, verbóue, vel alio simplici actu non cõmittitur furtum, nisi secuta amotione & portatione rei de loco ad locum. vt in l.1. §. sola cogitatione. & l. ũ quis vxori. §. neq; verbo. D. de furtis.

2 Sed† nunquid quot interueniunt contractiones tot committantur furta? verbi gratia, fur rem furtiuam contrectauit Placentiæ, deinde Cremonæ, deinde Ferrariæ, & postea in Ast. an puniatur pro omnibus contrectationibus eiusdem rei? Videtur quòd non. per textum in l. eri q̃ furti. in princ. D de furtis. Et per hoc patet quòd si fur commisit furtum in ciuitate Papiæ, & postea rem furtiuam contrectauit Mediolani, & ibi reperiatur cum re furata, quòd Potestas Mediolani non possit eum punire. vt in dict. l. eum qui. In contrarium tamen determinat Bart. in l. si dominium. D. de fur. & hoc tali ratione: Ex mutatione noui domini rei subtractæ nascitur noua actio furti ex sequenti contrectatione ipsi nouo domino. vt d. l. si dominium. & l. inter omnes. §. fin. D. de fur. ergo pari ratione ex mutatione noui territorii, & noua cõtrectatiõe debet nasci noua actio furti ad vindictam publicam. si quæ ibi (secundùm eum) poterit puniri. Quæ opinio licèt sit æqua (vt compescantur delinquentium maleficia) tamen non est communis, nec per modernos de iuris subtilitate approbata. de qua quæst one tangitur per Gandinum. in tit. quæ sit pœna furi imponenda. ver. sed iterum pone.

3 Deinde† quæro, secundùm Gandinum in tit. prælleg. to Ecce dum boues mei darent damnum in pratis Caii, ipse Caius dictos boues meos sua authoritate cepit, & ad domum suam eos duxit, contrà meam voluntatem detinendo. quæritur, an possim ipsum accusare de furto? Determinatur quòd non, secundùm Martinum de Fano: quia furtum sine animo doloso furandi & lucrandi non fit. vt d. l. in fine. D. de fur. & in dict. l. si quis vxori. §. cùm creditores. D. ad leg. Aquil. l. si quis. §. fi. Et consuetudo admittit talem detentionem, vsque ad emendam damni. sicque peccare non dicitur quòd fit consuetudine approbata. argum. l. quid si fugitiuus. §. apud Libeonem. D. de ædil. edict. & in l. scire oportet. §. Lucius. D. de admin. tutor. & l. 1. in fin. D. de vsuris inspic.

SVMMAR.

1 *In dubio semper præsumitur contrectatio facta inuito domino.*

2 *Furtum passus non potest suis accusationem circumducere, fatendo rem sibi fuisse subtractam de sua voluntate. Nisi id verum esse constet aliquibus indiciis.*

3 *Fur non excusatur, si dicat se credidisse dominum permissurum, nisi cùm furtum cœpit a contractu, vel alia indicia apparent.*

GLOSSA XV.

PRæter & contra voluntatem dicti Iacobi. 1 Aduerte† quòd in dubio semper præsumitur quòd dominus fuerit inuitus, & contra voluntatem eius fuerit res subtracta. vt in l. qui vas. §. vetare. D. de fur. & notatur per gl. in l. inter omnes. in §. rectè. D. de fur.

2 Quid† ergo si formato processu inquisitionis per iudicem contra furem, veniat dominus rei furatæ coram iudice, & dicat & protestetur quòd ipse accepit rem ipsam de eius consensu & voluntate, an liberabitur fur, & circũ lucretur processum? Videtur quòd sic, quia scienti & volenti non fit iniuria nec dolus. vt

lis. vt lege cùm donationis. C. de transac. & probatur per. textũ in d. §. rectè. Quam sententiam disputando tenuit Iac. Bu. quia inquisitio & officium iudicis succedit in locum accusationis partis. vt in l. si ob causam. C. de cuict. vnde cessante accusatione & partis voluntate, debet cessare iudicis officium in tali inquisitione. Sed Bar. in dict. §. rectè, non approbat hanc opinionẽ, quia sequeretur absurdum, quòd esset in potestate domini liberare, vel non, ipsum furem. Vnde (secũdùm eum) considerandum est quòd ex furto & quocunque alio delicto nascuntur duę obligationes & duo iura. vnum personæ iamnum vel iniuriam seu furtum passę: aliud Reipublicæ cuius interest ne delicta remanent impunita. vt l. licitatio. §. quod illici tè. D. de public. & l. si ira vulneratus in fi. ad leg. Aqui. & l. §. meritò. in fine. D. depo. Vnde licèt ius partis remittatur per hãc protestationem, non tamen remittitur ius Reipubli cæ: sicut confessio vel protestatio filii vel serui non nocet patri vel domino, nisi appareant aliqua legitima indicia per quæ conualideturipsa confessio. vt in l. quæro. in fi. D. de ędil. edic. & l. cùm probatio. D. de proba. Ita in proposito talis protestatio domini non nocebit iuri publico, nisi appareant aliqua indicia propter quę dici posset quòd cõsensum & voluntatem præbuerit. verbi gratia, quia est eius consanguine⁹, vel proximus & amicus. vel consuetus talia cõcedere. & similia. quibus apparẽtibus iudex non procedet vlterius. Quod est notandũ. & habui semel de facto. Pro hac determinatione facit quod habetur in c. 1. & 2. ext. de colluſ.

3 Sed† pone econuerso, quòd dominus dicat se habuisse consensum, fur autem dicat quòd credebat ipsum dominũ permissurum, & sic non commisisse dolosè furtum, an excusatus erit ipse fur, & suæ assertioni in hoc credatur? gl. in d. §. rectè, videtur tenere quòd sic. Pro qua facit quod notatur per gl. in §. aliæ. Inst. de act. Alibi verò melius distinguit gl. in §. placuit. Inst. de obl. quę ex delic. Aut fur habuit rem ipsam ab initio domini volũtate, & sic furtũ incepit à contractu (verbi gratia, quia rem sibi commodauerat. vt iret Mediolanũ, & iuit Romam) & tunc est credendũ assertioni furis dicẽtis se credidisse dominũ permissurum. Aut furtum cœpit à sola contrectatione & exportatione, & tunc nõ erit eius assertioni credendũ: quia cõtra eum est præsumptio iuris, cùm nemo videatur sua bona velle iactare seu perdere. vt l. cùm de indebito. in fin. D. de probat. nisi ex aliquibus indiciis contrarium appareat. Quod sequitur Bar. in dicto §. rectè.

SVMMAE.

1 *Rei reperta furtum fit, nisi sit habita pro derelicto, vel reperit & putauit habitam, vel si eam iacentem collegit domino redditurus.*

2 *Fur puniri non potest in loco vbi furtum non commisit, nisi eò rem furtiuam deferat & contrectet.*

GLOSSA XVI.

IN domo dicti Iacobi posita in Papia. Non quòd furtum erat cõmissum in domo, in qua erant res furatæ.

1 Quid† ergo si repertæ fuerũt ipsæ res extra domũ, puta in via, vt aliquando accidit quòd sacculus pe

cuniæ vel annulus, aut corrigiũ auratum cadit in terra, & alius inde trasiens illum accipit, & in suos vsus cõuertit, an furtum committat? Distingue, vt habetur in textu notabili in l. falsus creditor. in §. qui alienum. D. de fur. Deinde aduerte hic quomodo iudex vel Potestas Mediolani procedit pro furtõ facto in Papia. Quod an facere possit dixi supra.

2 Vnum† autem aduerte, quòd si rem furatam non detulit Mediolanum, licèt sola persona eius reperiatur, non poterit (etiam secũdùm Bart. opinionẽ de qua supra) in Mediolano puniri, quia in eo loco nulla interuenit noua contrectatio. & sic habet cessare ratio ipsius Bartol. Quòd multũ nota.

SVMMAE.

1 *In libello accusationis saltem annus & mensis commissi delicti exprimi debent.*

2 *Dies exprimi debet si eo non expresso auferatur reo defensio, vel si delictum sit puniendum respectu diei.*

GLOSSA XVII.

Anno præsenti, mense Maii.

A1 Hoc† tempus ideo ponitur, quia in criminalibus causis tempus delicti commissi (scilicet annus & mensis, non autem dies) apponi debent, in causa & inquisitione. vt in l. libellorum. D. de accus. & ibi plenè per Bart. 2 Nisi† fortè per diei omissionem reo auferretur defensio, quia tunc cogeretur accusator exprimere diem delicti commissi. vt determinat Bar. in l. is qui reus. D. de pub. iudi. & in l. 2. §. fi. D. de eo q̃ cer. lo. Item tenetur etiã diem exprimere (secundùm Bar. vbi supra) quando delictum non vniformiter esset punibile in qualibet die, sed solùm in aliqua die, puta nundinarũ, vel in festo sanctę Mariæ. Et eodem modò debet exprimi hora qua delictũ est commissum, quando non est vniformiter punibile qualibet hora. arg. in l. cùm actum. D. de nego. gest. & in l. actor. C. de probat. & in l. nõ solum. §. sed vt probari. D. de no. ope. nun. Ad quod facit c. fi. ext. de referip. in elem. & l. 1. §. fi. D. de iu cen. ru. nauf.

SVMMA.

1 *Locus loci exprimi debet in libello accusatorio, cùm delictum grauius puniendum est ratione loci.*

GLOSSA XVIII.

IN domo dicti Iacobi. Ecce aliud substantiale, quod est exprimendum in accusatione & inquisitione, videlicet locus in quo delictum est commissum. vt in d. l. libellorũ.

1 Sed† quæritur an locus loci debeat exprimi, puta in camera dom' prædictæ? Distinguit Bar. vbi supra: aut delictũ est punibile in vtroque loco, & tũc sufficit generaliter locũ exprimere, videlicet domũ simpliciter: vbi autem non esset æqualiter vbique punibile, tunc debet exprimi locus loci pari ratione, sicut dictum est supra de hora & die.

SVMMA.

1 *Locus delicti confusibus saltem duobus demonstrari debet, nisi sit notorius, vt palatium, &c.*

GLOSSA XIX.

Cui coharet &c. 1 Hìc† nota quòd loc' delicti cõmissi certificandus est, saltẽ per duo cõfinia. vt l. forma. D. de cens. Nisi forsasse locus ipse esset notorius, secundùm Bar. vbi suprà. vt (verbi gratia) pala tiũ ciuitatis, vel platea cõmunis, & ecclesia maior, quia notoria alia demonstra-

monstratione non indigent. vt l.1. circa fi. D. de dote præleg. & in l. certũ. D. fi cer. pet.

SVMMA.

1 *Est in arbitrio iudicis reo imponere pœnã statuti vel iuris communis.*

GLOSSA XX.

Contra formam iuris & statutorũ. Hîc dubitari potest, an vtraque pœna tam iuris cõmunis quã statutorũ puniri possint delinquẽtes? Et breuiter Bar. in d. l. 2. §. fi publico. D. de adul. tenet ℣ nõ: 1 sed † in arbitrio iudicis redebit imponere quam pœnam voluerit, vel legis cõmunis, vel municipalis: sicut accusator potest eligere quam viam voluerit intentare, vel iuris communis, vel municipalis, vt per eũ notatur in l. sanctio legũ. D. de pœn. Et vide quod infra dicã in Glo. super verbo, *debita forma iuris.*

SVMMA.

2 *In criminalibus lex supplet conclusionem.*

GLOSSA XXI.

Vt per quibus omnibus Hæc est cõclusio inquisitionis, quæ tamen in causis criminalibus nõ est necessaria, secundùm doctores, vt notat Bar. in d. §. fi publico. & in di. l. libellorum. & per Cy. in l. nec exemplũ. C. ad leg. Cor. de fal. & in l. in causa. C. de causis. 1 Et † est ratio, quia lex ipsa supplet conclusionẽ. vt l. 1. in prin. vers. si verò in euidenti. D. ad Turpil. Licèt aliud sit in ciuilibus, vt dixi in primo libello. & notatur per doctores in l. 1. in prin. D. de eden.

AGLOSSA XXII.

Ac ab eis dependentibus. Quæ dicãtur dependẽtia, incidẽtia, emergentia, & connexa, notat Spe. plenè in ti. de incid. quæstioni. & per doc. & Glo. in l. quod iussit. D. de re iudi. & in l. quotiens C. de iudic. & in l. 2. C. de ordi. iudi. & ext. de ordi. cog. c. 1. & 2. Et nota ℣ bona est cautela inserere hanc clausulã in inquisitione, propter multa quę possunt inciderenter occurrere, super quibus opponi possent ea omissa in inquisitione.

SVMMAE.

1 *Quando pro vno delicto vnica vel plures pœna imponenda sint.*

2 *Pœna quædam sunt ordinaria, quædam extraordinaria.*

3 *Pœnas ordinarias iudex non potest augere vel minuere.*

4 *Pœna extraordinaria est quæ imponitur arbitrio iudicis.*

5 *In pœnis arbitrariis iudex sequi debet consuetudinem obseruatam.*

6 *Delegatus non habet ius mulctã imponendæ, nisi id ei specialiter mandatum sit.*

7 *Maiores iudices imponunt maiores mulctas: minores autem minores.*

8 *Si citatus non compareat, non idem debet protinus mulctari: sed iterum citari causas absentiæ allegaturus.*

GLOSSA XXIII.

Debita forma iuris. Iste sermo, *forma iuris*, est generalis & aptus referri tam ad ius municipale quàm ad ius commune. vt in l. pen. & l. omnes populi. D. de iust. & iu. & in §. constat. Instit. de iu. na. gen. & ci.

1 Nunquid † ergo poterit iudex

istos delinquentes punire pœna iure communis, ac etiam municipalis? Dixi aliquid suprà, sed nunc dicam latiùs. dixerunt quidã quòd non, quia senatus censuit ne quis pluribus legibus reus fiat. vt in l. Senatus. D. de accus. Alii dicunt quòd vtraque pœna ligantur isti delinquẽtes: sed est in arbitrio iudicis imponere quam velit, tamen vna imposita cessat alia. vt in d.l. Senatus. Et hanc opinionem sequitur Bart. in d. §. si publico. vt suprà dixi. Alii dicunt quòd vtraque potest imponi, nisi per legem municipalem fuerit lex communis correcta. quod in dubio non præsumitur, secundùm eos. arg. ad hanc opinionem in l. quotiẽs. & D. de act. & obli. & ibi notatis. Alii latiùs & plenius sic distingũt, vt notatur p Bar. in l. sanctio legũ. D. de pœn. & per Cy. in l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. Aut vna est pœna generalis, & alia specialis. aut vtraque pœna est specialis. Primo casu est distinguendũ, aut pœna generalis est incerta & arbitraria, & tunc sola specialis pœna erit imponenda: quia talis dispositio pœnalis incerta non extenditur ad specifica, si ue sit dispositio specialis in ea lege vel diuersis legibus. vt in d.l. sanctio legum. secundũ lecturã Glossæ. Aut vtraque pœna est certa. & tunc aut vtraque pœna imponitur in eadem lege vel statuto: & tunc sola specialis imponitur, quia dispositio generalis ad specificata non trahitur. vt in d.l. sanctio legũ. secundùm lecturã Dyni. Aut vtraque pœna imponitur in diuersis legibus vel statutis, & tunc aut vna imponitur à lege, alia imponitur ab homine ministerio legis (vt quia eius arbitrio lex pœnã concedit imponi, vel dicit iudex eũ puniri in tanto) & tũc vna non tollitur per aliam, sed ambæ pœnę erunt imponendæ. arg. l. non dubiũ. C. de legib. iuncta l. habemus. C. de sacrosan. ecc. Aut vtraque pœna est imponenda per hominẽ, & tunc inspecta origine vtraq; pœna est in obligatione & impositione: sed inspecta executione sufficit alterã imponi. vt in l. præter edixit. §. 1. D. de iniuriis. & in l. Senat⁹. D. de accusa. Aut vtraque pœna imponitur per legem simpliciter, sine ministerio hominis: & tunc specialis pœna tantũ erit imponenda, per dictã regulã, Generi per speciẽ, de qua traditur per Dy. in c. Generi per speciem. de reg. iur. lib. vi. Sed huic repugnat textus in l. 1 §. vnde quæritur. D. de public. die vt ibi. Secũdo autẽ casu principali, quando vtraq; pœna est specialis, tunc est in iudicis arbitrio imponere quã voluerit, nisi lege cautũ esset q̃ vtraque imponeretur, vel appareret ex aliquib⁹ præsumptionibus & cõiecturis q̃ statuentes voluerunt corrigere ius cõmune, vel ab eo discedere. quod in dubio nõ præsumitur. quibus casibus cessaret pœna iuris cõmunis, & locus esset tantũ pœnæ municipali, per ea quæ habentur in d.l. quotiens, & notatur per Bar. vbi suprà. & in l. 1. D. vi bo. rap. & per Cy. in d. l. qui sepulchra.

2 Postremò † circa huiusmodi pœnas est sciendum, quòd duo principaliter sunt genera pœnarum: quædam sunt pœnæ ordinariæ, quædam extraordinariæ. Ordinariæ quidem pœnæ appellantur illæ, quæ habent à iure certam & limitatam taxationem eius pœnæ quam sustinere debet delinquens pro suo delicto. vt verbi gratia, si lege vel statu-

10

to caueatur, quòd quicunque fecerit vim publicam tit pœna deportationis, vel qui percusserit aliquem sit pœna abscisionis manus, vel alia pœna etiam pecuniaria, puta librarum mille. vt patet in iphinitis exemplis diuersarum pœnarum tam corporalium quàm pecuniariarũ. vt D. & C. de pœn. & D. & C. ad leg. Iul. maiest. & ad l. Iul. de ficar. & ad leg. Iul. de vi pub. &c. & in statutis omnium ciuitatum & terrarum.

3 Quarum † quidem pœnarum natura & condicio est, vt in eis augendis & diminuendis nullum arbitrium iudex habeat. vt traditur in l. 1. post prin. ver. nam vt Papinianus. D. ad Turpil. nisi fortè ex magna causa. secundùm ea quæ notãtur per glo. & doc. in l. quid ergo. §. pœna grauior. D. de his qui no. infa. Et si fortasse iudex pronunciauerit super delicto tãtùm, nec de pœna aliquid expressit, tamen sententia tenebit, licèt incerta quantum ad pœnam fuerit, cùm lex sit certa de pœna, & iudicis defect' suppletur per legem. vt habetur in d. l. 1. ver. fin autem. & ibi per Bar. D. ad Turp. 4 Pœna † ve. ó extraordinaria appellatur illa, quæ imponitur arbitrio iudicantis, super qua imponenda nulla reperitur taxatio vel limitatio facta. vt habetur in l. 3. §. pen. D. de crim. ilel. Quæ pœna extraordinaria appellatur propriè & strictè mulcta. vt habetur in l. aliud est fraus. §. inter mulctam. & in l. si qua pœna. D. de ver. sig. Verumtamen Barto. in d. l. si qua pœna, ad pleniorem cognitionem huiusmodi pœnarum traxit talem doctrinam, per quam (secundùm eum) cognoscitur quæ dicatur pœna & quæ mulcta. Dicit enim quòd vbicunque lege communi vel statuto pœna imponitur pro delicto nominato. (vt est furtum, homicidium, & similia) tunc illa propriè est pœna, siue sit ordinaria siue extraordinaria. vt in d. §. inter mulctam. Vbi autem imponitur pro alio crimine innominato. (vt pro contumacia, vel p̃ aliquo clamore, & simili) tunc est propriè mulcta.

5 In † harum autem pœnarum extraordinariarũ seu mulctarũ impositione, debet iudex obseruare cõ suetudinem hactenus in simili obseruatam, vt supra dixi. & habetur in l. 1. §. si quis reum. in fi. D. de cust. & exhib. reorum. & notatur per gl. in l. hodie. & in l. respiciendum. in prin. D. de pœn.

Nec tamen credas quòd cuicunque iudici liceat mulctam indicere, nec quantum voluerit indicere vel imponere. 6 Iudex † enim simpliciter in causa delegata nõ habet ius indicendi mulctam, nisi super hoc habeat speciale mandatum. vt l. 2. in fi. D. de iudi. & in d. §. inter mulctã. Quod expressè determinat Bart. in l. 1. D. si quis ius di. nõ obtẽp. Quod multùm nota pro istis iudicib' quibus quotidie delegãtur quæstiones. In contrarium tamen facit l. fi. D. de off. eius cui mã. est iur. cum similib.

7 Sed † nec iudices ordinarij possunt in quacunque quantitate mulctam imponere: nam fienda est differentia inter maiores iudices & minores. Et quidẽ maiores possunt magnas mulctas imponere: iudices verò minores non possunt nisi paruas mulctas imponere. vt l. maiores. C. de modo mulc. & in l. defensores. C. de defens. ciui. & sic debet intelligi l. 1. D. si quis ius dic. non ob. cum similibus ibi notatis.

8 Sed † circa p̃dicta quæritur de

vno quotidiano, videlicet vtrum eo ipso quòd pars citata non cõparuit, possit statim à iudice mulctari, absque noua citatione? Dicit Bart. q̃ non. imò iterum citandus est, & eidem terminus assignari debet, ad faciendum suam defensionem, cùm plures sint iustæ causæ quibus excusandus est si non venit. vt probatur & ibi notatur per Bart. in l. ex quacunque causa. D. si quis in ius voca. non ierit. facit l. 2. D. si quis eautum similibus.

SVMMAE.

1 *Pœna vnius debet esse metus multorum.*
2 *Hodie bona punitorum fisco non applicantur iure communi.*
3 *Cum ex statuto bona publicantur, legitima reseruatur liberis & parentibus.*
4 *Damnatus ad mortem post sententiam non potest facere testamentum. In exilium damnatus potest, secundùm formam iuris communis, non statutorum.*
5 *Bona illius qui sibi mortẽ conscisit hodie non confiscantur.*
6 *Regulariter nemo puniri debet pro alieno delicto. excipe Maiestatis crimen.*
7 *Dominus tenetur pro famuli delicto commisso in re quam ipse dominus possidebat & custodire tenebatur.*
8 *Dominus tenetur pro famuli delicto commisso in officio ipsius domini.*
9 *Pro serui delicto dominus tenetur actione noxali & de peculio.*
10 *Iudices tenentur pro delictis famulorum suorum, vel eos exhibere.*
11 *Dominus non excusatur exhibendo famulum suum, qui primum aliquod officium exerceat.*
12 *Cum quis sibi sumet ab alio, quomodo sibi cauere possit.*

GLOSSA XXIIII.

Transeat in exemplum. 1 Sic† vt pœna vnius metus sit aliorum. vt habetur in l. 1. C. ad legem Iul. rep. & in l. aut facta. in fin. D. de pœn.

2 Quid † autem erit de bonis istorum damnatorum, de iure communi? Dic quòd vbi quis damnatur de crimine ex quo perdit vitã vel ciuitatem, aut libertatem, tunc eius bona deferuntur in fiscum iure Digestorũ, secundùm distinctionem positam per glossam & tenũ in l. 1. D. de bo. dam. & ibi plenè per Bart. De iure autem nouissimo Authenticorum reseruantur venientibus ab intestato. vt in Auth. bona damnatorum. C. de bon. præscript. Vbi autem vita, ciuitas vel libertas non amittitur, tunc nullo iure deferuntur in fiscum, sed remanent apud delinquentes & eius hæredes. vt D. de interdic. & releg. 1. relegati.

3 Sed † quid si statuto vel decreto simpliciter caueatur, Quòd bona homicidæ publicentur, an filius poterit petere eius legitimam? Dic quòd sic. vt probatur in l. 1. & ibi notatis per glo. & in l. cùm ratio. in prin. & in §. ex bonis. cum seq. ff. de bon. dam. & idem credo versa vice si filius fuerit damnatus: nam patri reseruanda est sua legitima. arg. in d. l. cùm ratio. §. fi in liberorum. Super quibus, & aliis notatur per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. D. de dam. infec. & per Dy. in regula, Indukum. & per Cy. in l. fin. C. de nup.

4 Nũquid † autẽ de iure nouissimo

mo hi qui per condemnationem amittunt vitam, possint testari? Videtur quòd sic, per d. Auth. Bona damnatorum. In cõtrarium determinat Bart. & doc. quando post cõdẽnatio nẽ nõ debet cõdẽnatus superuiuere. per l. eius qui. §. si cui. & ibi notatis p Bar. D. de testam. cũ similib. & sic quo ad hoc iura antiqua remanent incorrecta. Et per hoc sequitur (secundũ eam) q illi qui hodie per ciuitates Lombardię ex forma statutorum damnantur ad mortẽ & ad furcam, postea suspenduntur vel decapitantur, post sententiã (etiã pendente tẽpore ad appellandũ) nõ possunt facere testamẽtu. Cuius ratio est, quia statim lata sententia facti sunt serui pœnę. vt l. qui vltimo. D. de pœnis. & idem sequitur Bar. in l. qui certa forma. C. de iure fisci. & plenè per Bal. in l. & in priuatorũ. C. si non à competẽti. Secus autem si damnatus vitam remaneret. (vt quia deportaretur, vel in confinibus remaneret, vel aliter exbannireturr.) quia tunc posset testari secundũ formam iuris cõmunis: non autem secundũ formam statutorum ciuitatis, à qua bannitus esset, secundùm Bar. vbi ſ. Et vide p eum in d. l. i. de bo. dam. Et ita debet intelligi. Auth. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxo. secundùm Dy.

§ Viterius † quæritur, an bona eorum qui seipsos interfecerunt publicentur hodie, sicut olim, vel agnatis reseruentur, per Auth. bona damnatorum ſ. allegaram. Dicunt doc. quòd hodie non publicantur, sed agnatis deferuntur. Et sic iura antiqua etiam in hoc casu per d. authenticam remanent correcta. vt determinat Bar. in l. qui rei. in fi. D. de bonorum. qui mor. sibi conſciue. & per Gloſſ. in l. fin. Cod. de iure fiſci. cum ſimilibus. Quod nota, quia habui bis de facto.

Et quia in ſuperioribus ſatis compendioſè eſt tactum, qualiter procedatur & puniatur quis pro eius proprio delicto, ſupereſt videre an, qualiter, & quando quis puniendus ſit pro alieno delicto. ¶ Circa † quod breuiter aduertendum quòd regulariter nullus debet ex facto ſeu delicto alterius grauari vel puniri, ad quod committendum, nullum præſtitit auxilium, cõſilium, vel fauorem. vt C. ne fil. pro pa. per totum. & C. ne vxor pro mari. per totum. quia pœnæ debent ſolùm tenere ſuos authores. vt in l. ſancimus. C. de pœnis. Nec ad agnatos, vel affines innocentes, debent extendi. vt dicit ibi textus. & habetur in c. quæſiuit. ext. de his qui fi. à ma. parte ea. abſurdum enim eſt vt alteri per alterum poſſit afferri iniqua conditio. vt l. rem hæreditariam. in fin. D. de euic. & in electio. §. fin. D. de noxal. & plenè per Dyn. in regula, Non debet. de reg. iu. lib. vi. Verumtamen in certis caſibus ſpecialibus reperitur aliquando contrarium. Inter quos eſt quando pater committit crimen læſæ maieſtatis: quo caſu filius ſuſtinet illas pœnas, de quibus in l. quiſquis. C. ad leg. Jul. ma.

Vnde pro huius pleniori declaratione reuoco in dubium, an quis pro delicto ſui famuli poſſit cõuenirí? In qua quæſtione, eſt ſic cõcluſiuè diſtinguendũ. Aut ille famulus eſt homo liber, aut ſeruus. Primo caſu, aut famul⁹ deliquit in re q̃ dominus eius ſimpliciter tenebat. cui⁹ tamẽ dominiſi vel quaſi erat alteri⁹. vt qa res ſua erat cõmodata vel locata ipſi domino, aut deliqt in re alteri⁹ tãtùm.

7 Primo † casu subdistingue. aut dominus famuli ad rei custodiam erat obligatus ex contractu præcedenti, & tunc tenetur pro delicto famuli re ipsa commisso. vt l. insulam. §. fi. D. loc. & eō. Aut non erat obligatus ad hoc, & tunc non tenetur dominus. vt in l. fi vēdita in prin. D. de pericu. & com. rei ven. nisi lex ipsum dominū obligaret, ꝓpter cōmunē cōtractu vel cōuentionē, quadam suadente æquitate, ne tertia p̄sona dānū incurrat. vt in l. fluminū. §. quāquā. D. de dā. infe. facit. l. si fundus. in fi. & l. sed de damno. D. loca. quo casu tenetur pro famulo, vt ibi.

Secūdo autem casu, quando deliquit in re alterī⁹, & ab alio possessa, tunc dominus nō tenetur. vt in d. l. i vēdita. in prin. & d. l. quotiēs. in prin. & §. fi. D. de noxal. & notatur ꝑ doc. in l. i D. si fa. fur. fe. 8 Tertio † casu quando deliquit in persōnā alterius (vt puta vulnerādo, aut rapiēdo, vel aliter delinquēdo,) tunc aut iste famulus deliquit in officio commisso domino suo: & tūc tenetur domin⁹. vt l. 2. D. fur. aduer. nau. cau. sta. per totū. l. i. §. familię. D. de public. & ibi plenè de hoc ꝑ Bar. facit D. nau cau. sta. per totū. Aut deliquit extra officiū, & tunc dominus nō tenetur. vt in d. l. quotiens. in prin. & §. fin. D. de noxal. nisi dominus mandasset, vel opem aut auxilū præstitisset, vt supra dictū est. 9 Si verò † famulus erat seruus, tūc tenetur dominus noxaliter, & de peculio. vt D. de nox. ꝑ totū. & de pecul. per totū. Faciūt quę notātur & habētur in l. fi in familia. D. de iurisd. om. iud. & D. si fa. fur. fe. dic. per totum.

10 Et † prędicta faciunt ad quęstionē Potestatū & officialiū, qui in officio eorū ducūt famulos: nā si tales famuli deliquerūt in officio, ipsi officiales tenētur, put s. & probatur in l. i C. ad leg. Iul. repe. & l. nullus. C. de assess. Si tamē ipse officialis exhibeat delinquērem famulū, liberatur, secundū Bar. & Raynerium arg. d. l. nullus. & l. i. in §. nouissimè. D. de publica. & ibi notatis. 11 Secus † si dominus famuli exerceret officium priuatū, putà tabernā, vel hospitariā siue hospitū, quia tunc nō excusatur ipsum exhibendo, secundū Bar. arg. d. §. nouissimè. Cui⁹ ratio esse posset, quia isto casu ex quasi cōtractu dominus tenetur ad diligentiā & custodiā, ideo regitur v. s. dictū. est.

12 Postremò, † quia offensiones quotidie insurgunt, quæro si quis timeat ne ab aliquo offēdatur, an possit petere quòd sibi caueatur de non offendēdo? Quā quæstionē format Spec. in ti. de pig. in §. sequitur. in ver. quid si timeo. Dic cōcludit (secūdū Bar. & Guil. de cu.) quādoque timetur dānū inferri, de re adrē. & tunc pręstanda est cautio. vt in toto ti. D. de dam. infec. Quandoq; timetur de persona in personā: & tunc idē. vt in l. denūciamus. C. de his qui ad eccle. confu. Quandoque timetur de re in rem & tunc nulla prætatur cautio. vt in l. qui bona. §. qui damni. D. de dam. infec. & ibi per Bar. Pōt tamen officio iudicis is cuius res est cogi ficere. vt in l. præses. D. de offi. præsi. Quādoq; timetur de persona ad rē & tunc præstabitur cautio. vt in l. si fideiussor. in fi. D. q̄ satisda. cogā. & in l. Imperatores. D. de appel. cum similib. De hoc etiā notatur per Cy. in d. l. denūciamus. & plenè per Bar. in l. illicitas. §. qui potentiores. D. de offic. præti. & ibi omnino videas. Et sic est finis huic operi. Deo gratias agens infinitas.

APPEN-

APPENDIX EX PETRO IACOBI AVRELIANENSI,

qua supplentur rubricæ, quæ videbantur deesse in Praxi Papiensis.

RVBRICA I.

De actione furti manifesti.

SVMMAE.

1 *Libellus actionis furti manifesti, quomodo formetur, & quibus in-ribus probetur. & nu. 2.*

3 *In actione furti, res furata designari debet.*

4 *Furata res si fuit Actoris, vera & communis æstimatio sibi quadruplari debet à Reo. & nume. 10. Si verò sua saltem interfit, illud quod interesset, quadruplandum est. Si ob mutatum vsum, vsus æstimatio quadruplari debet.*

5 *Fur vt quis manifestus sit, sufficit cum cum furto deprehensum, vel visum à domino, vel ab alio. Quod tamen aliquando non procedit, vt ibi.*

6 *Furtum vt sit manifestum, an furem eo die, quo furtum commisit, deprehensum esse necesse sit.*

7 *Dies naturalis quot horas habeat.*

8 *Fur manifestus vt quis sit, deprehensus vel visus esse debet, antequam ad locum destinatum perueniat.*

9 *Fur si intrauit domum suam cum equo furato, & statim, non diuertens ad alios actus, accepto calcari, vel calcaribus, duxit equum ad mercatum, causa eum vendendi: nunquid si infra illum diem deprehensus fuerit, fur manifestus erit.*

11 *Sententia formula, in actione furti manifesti.*

IORAM vobis domino iudice † Monti[s] Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus furatus fuit dicto Actori quendam equum pili mauri, habentem stellam albam in fronte, qui equus pertinebat ad dictum Actorem iure dominij. Item proponit, quòd dictus Reus fuit deprehensus vel visus cum dicto equo, eo die, quo dictum furtum commisit, antequam perueniisset in loco, in quo destinauerat dictum equum ducere ac deponere. Item

proponit, quòd dictus equus valebat communi æstimatione decem lib. Turo. Quare agit dictus Actor, contra dictum Reum, & petit ab eo, vt sibi det quadruplum æstimationis dicti equi. & petit à vobis dicto domino iudex, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori quadruplum æstimationis dicti equi, scilicet ad dandum dicto Actori xl. lib. Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatū ad dandum iuris remedijs compellatis. & petit expensas &c.

¶ Probatur 1 † Instit. de ac. §. ex maleficiis. & de ob. quæ ex ma. na. §. manifestus. ¶ Rectè dicitur, quod furatus fuit. vt sub illo verbo continetur diffinitio furti quæ est D. de furt. l. i. §. fin. ¶ Item rectè dicitur, pili mauri, &c. designari 3 † enim debet res. vt D. e. l. in actione. ¶ Item rectè dicitur, quòd equus erat 4 † dicti actoris. & quia tūc debet sibi quadruplari vera & communis æstimatio dicti equi, à dicto Reo. vt D. eo. l. si vendidero. circa prin. & l. in furti actione. & l. furtivam ancillam. aliàs, si ageret aliquis actione furti, quia sua interesset. de quo habetur C. de furtis. l. fi. in princi. tunc quadruplaretur illud tantùm, quod interesset. vt in l. superius alleg. Si tamē dominus ageret propter muratum vsum, non quadruplaretur sibi æstimatio equi, sed solùm æstimatio vsus. vt not. Instit. e. §. furtum autem fit. & D. e. l. qui iumenta. Et sic apparet ex prædictis, quòd nisi Actor probet se dominum dicti equi, ipse ex prædicto libello cadet ab actione tanquā inepta, & succūbet, quia perijt quadruplum æstimationis equi. ¶ Item, rectè dicitur, quòd Reus 5 † fuit deprehensus, vel visus cum equo &c. & sufficit, siue à homine, vel alio. vt D. e. l. in. & Instit. e. § manifestus. visio tamen domini nō faceret eum manifestū furem, si cùm dominus vidit, abscondit se pre timore furis: vt D. e. l. si quis in seruitute. § cæterùm. vel noluit loqui, propter verecūdiam furis. vt D. e. l. pe. & tenet agere dominus actione furti nec manifesti ad duplum, vt ibi. alias ipse caderet ab actione tanquam inepta. Ego quidam videntur sentire. quòd sola visio non facit quem furem manifestū, nisi vel deprehendatur, vel ad deprehendendum fuerit concursum, forte clamando ad furem, & tunc fugeret, ne posset apprehendi. vt D. eo. l. si quis in seruitute. in fin. Sed contrarium est verum. vt Instit. eod. §. manifestus. & sic formatus est libellus prædictus, & bene. ¶ Item rectè dicitur, eo 6 † die, quo dictum furtum commisit, &c. vt D. eo. l. quòd definauerat. Et intelligitur de die 7 † naturali, qui habet xxiiij. horas. vt D. de fer. l. more Romano. plerunque enim furtum fit de nocte. vt D. eo. l. in princ. & Inst. eo. § furtum. Nox ergo, & dies artificialis, potestum cōcurrere in illa die, quantum ad illam deprehēsionem vel visionem. ¶ Item, rectè dicitur, antequām perueniret 8 † ad locum, in quo equum ducere ac disponere destinauerat: quia si in illo loco deprehensus vel visus esset, non esset fur manifestus. vt Instit. eod. § manifestus. in fin. Si ergo furto commisso, statim ante deprehensionem seu visionem duxisset equum

ad eo-

ad domum suam, & ibi deprehenderetur, non esset fur manifestus, in dubio: cùm ille locus præsumi debeat destinatus esse. arg. D. de in ius vocando. l. plerique. & C. de inco. l. ciues. lib. x. licèt supererssent adhuc plures horæ dici naturalis, seu de xxiij horis diei, quo furtum factum fuit. Attamen, si fur intrauit 9 † domum suam cum equo ferato, & statim, non diuertens ad alios actus, accepto cabardo, vel calcaribus, duxit equum ad mercatum, causa vendendi eum, non diceremi, domum, locum destinatum fuisse ad deponēdum equum illa die. argumen. D. de cap. & postlim. re. l. nihil. & de hæred. instit. l. ex facto ij. §. rerum. & C. de ædif. priuat. l. si quis post. potissimè, quia parum ibi steterit. & ideo, si infra illam diem deprehensus fuerit, antequam veniat ad mercatum prædictum, ipse erit fur manifestus. § Item, rectè dicitur, quòd equus 10 † valebat decem libras Turonenſ. communi æstimatione. quia cùm equus sit dicti Actoris, verum precium debet quadruplari. vt D. de fur. l. in furti actione. verum autem precium non est, ex singulari affectione singulorum, sed ex communi æstimatione. vt D. ad legem Aquil. l. si seruum meum. & ad legem Falcid. l. precia rerum.

SENTENTIA.

Cvm dictus 11 † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis quadraginta libris Turonen. dandis & soluendis dicto Actori, &c.

RVBRICA II.

De actione furti nec manifesti.

Svmmae.

1 *Libellus actionis furti nec manifesti, quomodo formetur, & quibus scribus probetur. nu. 2.*

3 *A furto an excusetur, qui errore ductus, existimat rem esse suam, vel cuilibet esse licitum rem suam propria authoritate accipere, & sic inuito domino accipiat.*

4 *A furto, an & quando excusetur, qui scit rem esse alienam, & eam accipiat, vel ea vtatur, credens id dominum permissurum.*

5 *Actione furti nec manifesti agit aliquis, testes deponunt, quòd Reus fur fuit deprehensus in ianua stabuli, dum recedebat cum equo. Vel contrà, agit quis actione furti manifesti, nec probatur, quòd Reus fuit deprehensus in furto, vel visus: quæritur, an Actor debeat succumbere.*

6 *Pro re furata inuenienda, an iudex ad requisitionem alicuius, domum alterius perquiri facere debeat. Et quid, si fama laboret contra aliquem, quòd res furtiua penes eum sit, & verisimiliter timeatur, quòd cum ea aufugeret, vel alias eam dissiparet. nu. 7.*

1 CCoram vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus subtraxit per furtũ dicto Actori quendam equum pili mauri, ad dictum Actorem iure dominij pertinentem, & valentem communi æstimatione x. libr. Turon. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit, vt sibi det duplum æstimationis dicti equi, s. xx. lib. Turon & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictas xx. libr. Turon. pro duplo æstimationis dicti equi, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum, &c.

2 ¶ Probatur † Instit. de act. §. ex maleficiis. & de ob. quæ ex male. nasc. §. pœna. ¶ Et est notandum, quòd si aliquis erro- 3 † ductus, æstimans rem esse suam, & credens etiam, esse licitum cuilibet, rem suam propria authoritate accipere, accipiat eam inuito domino, ipse excusatur à furto: vt Instit. de vi bon. rapt. §. ita tamen. Item, qui scit 4 † rem esse alienam, & eam accipiat, vel ea vtatur, si probabiliter credat dominum permissurum, excusatur etiam à furto: vt Instit. de ob. quæ ex ma. nasc. § placuit. Si autem credat stultè, dominum permissurum: aut habuit rem voluntate domini, alio tamen vsu vsus est: & tunc etiam excusatur à furto, sed tenebitur tunc domino alia sua actione: vt D. eod. l. qui re sibi commodata. in princ. si autem non habuit rem voluntate domini, in accipiendo credidit stultè dominum permissurum, ipse non excusatur à furto: vt D. eod. l. qui vas §. vetare. & facit quod no. D. de rebus cred. l. si quis nec causam. §. res pignori.

¶ Modo ponamus, agit 5 † aliquis actione furti nec manifesti testes deponunt, quòd Reus fuit deprehensus in ianua stabuli, dum recedebat cum equo. Vel ponamus contrà, agit quis actione furti manifesti, nec probatur, quòd Reus fuerit deprehensus in facto, vel visus, &c. quæritur, an Actor debeat succumbere? Et credo, quòd debeat succumbere in vtroque casu, & cadere ab inepta actione. Sunt enim furtorum duo diuersa genera, scilicet manifestum, & nec manifestum: vt D. de furtis. l. 2. & Instit. eod. §. furtorum. & separatorum separata debet esse tractio. vt C. de don. inter virum & vx. l. si maritus Et etiam sunt contraria. vt Instit. de ob. quæ ex ma. nasc. §. nec manifestum. contrariorum autem eadem est disciplina. vt Instit. de his, qui sunt sui vel alie. iur. circa princ. & intelligitur eadem esse disciplina, scilicet per contrarium. vt Instit. de act §. tempore. & D. de pact. do. l. inter socerum. §. cùm inter. similium autem eadem est disciplina, scilicet per simile. vt Instit. quod cum eo, qui in alie. est potest. negoc. gest. esse dic. circa princ. & D. de legi. l. non possunt. Item, diuersitas eorum apparet ab authore: quia actio furti manifesti proficiscitur à prætore. vt Instit. de perpet. & tempo. act. §. furti quoque. sed furti nec manifesti actio est à iure ciuili. vt Instit. de noxa §. sunt autem constitutæ. Item, diuersitas

uersitas apparet ex eorum natiuitate: quia actio furti nec manifesti oritur statim, cùm fit furtum, seu res incipit contrectari: sed si postea contigerit, quòd fur deprehendatur vel videatur, &c. tunc oritur actio furti manifesti, & fingitur actio furti nec manifesti non nata: vt simile habetur de numeratione pecuniæ ex causa mutui facta, & statim stipulatione subsecuta: vt D. de noua. l. cùm enim pecunia.

¶ Modò quæritur, an ad requisitionem 6 † alicuius, iudex debeat facere perquiri domum alterius, pro re furata inuenienda? & fiet, vt in domo del' cauſit factum fuit, in qua cùm fieret inuentarium ex parte Regis de bonis eorum, quidam missus ad hoc, cùm inueniebat sacculum plenum grossis & margaritis, ponebat in sinu, & non in inuentario. Item, cùm capta fuerùt bona Iudæorum, ipsis expulsis de regno, quidam, qui erat ex parte Regis, cùm inueniebat laminam magnam argenti, faciebat eam deportari ad domum suam, ac si esset plumbum, nec faciebat poni in inuentario: quia de minimis non erat curandum. Et seruientes curiæ, si permittatur eis perquirere domos subditorum, facient idem, & peius. Et dico, quòd non debet fieri: quia prædæ occasio est curialibus auferenda. vt C. de fru. Alex. l. j. lib. xj. Item, durum & inhumanum est, quòd sic perquiratur domus aliena, & sic vilitas paupertatis detegatur. vt C. quando & quibus quar ta pars. l. 2. §. mobiles autem res. lib. x. Item, occulta sunt Dei iudicio reseruanda. vt xxxij. distinct. cap. erubescant. & vj. quæst. j. cap. si omnia. & D. de mun. & hono. l. rescripto. §. si quis accusatorem.

Item, in vanum esset inuenta ad exhibendum actio, & aliæ actiones multæ ordinariæ contra furem, si ita extraordinariè posset perquiri domus eius: vbi enim habet locum ordinarium auxilium, non est recurrendum ad extraordinarium. vt D. de mi. l. in causæ. ij. Item super hoc videtur l. Instit. de obl. quæ ex ma. nas. §. sed hæ actiones. vbi requisitio rei furtiuæ prohibetur. Item est speciale in seruo fugitiuo, vt pro eo perquiratur aliena domus. vt C. de ser. fug. l ij. & D. eod. l. j. §. hoc autem. ergo in contrarium sit ius commune. & facit C. de aquæduct. l. omnis seruitus. in fin. lib. xj. Attamen, si fama laboraret 7 † contra aliquem, quòd res furtiua esset penes eum, & timeretur verisimiliter, quòd aufugeret cum ea, vel eam aliàs dissiparet: dico, quòd ex qualitate talis personæ, posset res perquiri per iudicem, & sequestrari. arg. D. quæ in fraudem creditor. l. ait prætor. §. si debitorem. & de appell. l. Imperatores. §. fin. Caueat tamen iudex, vt non prorumpat sine bona causa & magna, ad faciendum perquiri domum alienam, cùm sit contra l. vt dictum est. & sic debet esse tardior. Item, quilibet præsumitur bonus, & bonæ fidei possessor. vt D. de probat. l. veriùs. Item, iudex iniauit facere, quod iustum videtur secundùm legem. vt C. de iudi. auth. hodie. Et

si damnum ibi datum fuerit, ipse tenebitur illud emendare, vel facere emendari: vt dicetur infrà, in ti. de condic. ex le. Insti. de ac. § qua drupli. Item, debet cauere iudex, ne in talibus occultis perturbet iurisdictionem Dei: quia in occultis sua est, vt statim dictum est. Item, præcogitet iudex, quantam verecundiam patietur, & quantam debebit habere, si faciat inquiri domum, & res illa ibi non inueniatur: & quantam iniuriam fecerit tunc homini, forte innocenti.

RVBRICA III.

De accusatione furti Libellus.

SVMMAE.

1 *Libellus super accusatione furti quo modo formetur, & quibus seruibus probetur. nu. 2.*

3 *In accusatione, præponi debet nomen Domini, annus natiuitatis eiusdem. Item debet inseri dies dati libelli, nomen Imperatoris vel regis, annus Imperij vel regni, & indictio. num. 4. Item ciuitatum tempora, si hoc est cõsuetum. Mensis commissi criminis. nu. 5. & consules. Locus. num. 7. Subscriptio. 13. & 14.*

6 *In accusatione, an consules ciuitatum nostri temporis apponi debeant.*

8 *Furem accusare an possit, qui non prætendit equum furatum esse suum, vel cuius non interest. Et quid in extremo.*

9 *Pur quod condemnetur in duplum, vel in quadruplum, priuatorum vtilitas postulat: sed quid in pecunia fisco applicanda, vel alias corporaliter extra ordinem puniatur, vigor publicæ disciplinæ postulat.*

10 *In furto pœna criminalis, est extraordinaria, & an extendatur ad mortem, vel membri mutilationem.*

11 *Pur si fuit semel castigatus pro furto & postea iterato furtum committat, nunquid statim pro secundo furtò moriatur.*

12 *Pœna cur facinerosis infligatur.*

15 *Libellus hic, super accusatione furti, quid ab abigeatu differat.*

16 *In accusatione criminali quomodo iudex iudiciabiliter procedendum.*

17 *Ex indicijs & præsumptionibus, nemo damnandus est.*

IN nomine domini nostri Iesu Christi, amen. Anno natiuitatis eiusdem M. cc. xj. vltima die mensis Martij, domino Philippo Rege Francorum regnante, ac regni eius anno xxvij. indictione nona. Coram vobis ✝ domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum de Aureliaco, quòd dictus Martinus mense Februarij proximo præcèdenti, consulibus Colino, Bertrando, & Geraldo Raueni existentibus in Monte Pessulano, per furtũ subtraxit de domo, quã dictus Actor inhabitat, in carreria de lafabraria, quendam equum pili mauri, stellatum in fronte, ad dictum Actorem iure dominij pertinen-

tinentem. Vnde cùm Respublica interfit, ne maleficia remaneant impunita, dictus Actor accusat dictum Martinū, & eum de prædicto facto Reum defert. Et petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad competentem castigationem seu animaduersionem vestro arbitrio per vestrā sententiam condemnetis, & ipso condemnato, vestram sententiam executioni demandetis in pœnam eius, & vt de cætero talia non committat, & vt cedat cæteris in exemplum. Petit etiam expensas &c. implorans vestrum officium, domine iudex &c. Et ergo dictus Petrus huic accusationi meæ innanu mea me in hoc libello subiscribo, & vsque ad finem seu sententiam me in ea perseueraturum promitto, & pro lite exercenda Iohannem Ruffi hic præsentem in fideiussorem præbeo.

¶ Probatur 2 † D. de accus. l. libellorum. & C. e. l. pe. & de prima. delict. fi. ¶ Rectè dicitur, In nomine 3 † Domini: vt in cor. vt præpo. no. Imper. §. si qua verò. col. v. ibi, dum dicit, & inchoetur mox authore Deo. & facit in cor., de. quæstore, in prin. & de armis in princ. colum. vj. & C. de offic. præfect. præto. Afri. l. ij. in prin. ¶ Item rectè dicitur, Anno nativitatis eiusdem &c. quia apponi consuetum est: vt in prædicto §. si qua verò. & facit quod no. C. de indictionib. in rub. lib. x. ¶ Item, rectè dicitur, vltimo die mensis, &c. quia in accusatione diem dati libelli oportet in scriptis non tamen diem, nec horam commissi. criminis. vt D. de accus. libellorum. ¶ Item, rectè dicitur, domino 4 † Philippo Rege &c. & regni eius &c. & indictione ix. &c. vt in cor. v. præponatur nomen Imperatoris. §. vnde sancimus. col. v. & omittimus nomē Imperatoris & loco eius ponimus nomē Regis Franciæ quia nos nō subsumus Imperatori de facto, nec cui de iure est dictum est suprà, in tit. de præiudicialibus in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus. Item, 5 † tempora ciuitatum deberent apponi, si esset consuetum. vt in prædicto § si qua verò. & tempus conditæ ciuitatis Romanæ, & Constantinopolitanæ, quæ hodie nominationes suas perdiderūt: vt notauit Pileus C. de ſtu. lib. vr. Ro. in rub. lib. xi.

¶ Item, rectè apponitur mensis commissi criminis: vt in l. libellorum. ¶ Item dicitur, consulibus Colino, Bertran. &c. vt in c. l. libellorum. & Pla. in libello suo accusatorio, quem formauit in Summa sua C. de accusa. posuit, consulibus 6 † existentibus in Monte Pessulano, Raymundo de Narbona, & Embramio. Sed non debet intelligi de talibus cōsulibus. consules enim solùm erant in ciuitate Romana. vt D. de orti. iur. l. ij. §. deinde cùm plucuisset. & postmodum fuerunt consules in ciuitate Constantinopolitana, postquàm Imperator ibi se transtulit; cùm donasset Romam domino Papæ. de qua donatione no. D. de offi. præfec. vr. l. j §. cùm vrbem. & in cor. quomo. oportet epi. circa. princ. col. j. & Imperator aliquādo erat vnus de cōsulibus: vt in constit. D. in fi. & C. de emen. Codi. Insti. §. his ergo. & de vete. iu. enu. † ii circa fi.

& publicæ lætitiæ. l. vna. lib. xij. Quia consules, eo quòd erant consules, habebant iurisdictionem voluntariam. D. de offi. consul. l. vna. & etiam contentiosam. vt D. ad Tre. l. ille à quo. §. tempestiuum & not. D. de appel. l. j. §. denique. & erant superilustres, vt ibi notatur. Consules autem Montis Pessulani. possunt dici consiliarij villæ iuxta id quod no. C. de decu. in tub. lib. x. Item, etiam id, quod dicitur de consulibus, hodie non obseruatur: quia nec sunt hodie alicubi tales consules, quales erant in prædictis duabus ciuitatibus, nec etiam Tholoſæ, licèt ibi consules omnimodam iurisdictionem habeant. ¶ Itè, rectè dicitur, de 7 † domo &c. quia locus commissi criminis debet inferi in libello: vt in l. libello: vt in l. libellorum. Item, non oportet dicere, quòd Reus fuerit deprehensus &c. imò reputo satuum, si accusator restringat se ad vnum genus furti: quia tutius est sibi, generaliter loqui. ¶ Item, rectè dicitur, quòd equus 8 † est est accusatoris: aliàs si non esset suus, vel aliàs non interesset sua: ipse non posset accusare furem. furtum enim nõ est crimen publicũ, sed priuatum: vt D. de fur. l. fi. & sic fur prædictus per extraneum non posset accusari de furto: vt no. D. de pri. delic. l. fi. ¶ Item, rectè dicitur, Vnde cùm Reipublicæ interfit, &c. vt D. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. Quòd. n. fur 9 † condemnetur in duplum, vel in quadruplum postulat hoc vtilitas priuatorum, sed quòd puniatur extra ordinem pecuniariter in fiscum, vel aliàs corporaliter, fortè vt fustibus cædatur seu castigetur, hoc postulat vigor publicæ disciplinæ: vt D. de publi. vectig. & commiſſ. l. licitatio. §. quod illicitè. ¶ Item rectè dicitur, ad castigãdum. Quia pœna 10 † in furto criminali, est extraordinaria: vt in prædicto §. & D. de fur. l. fi. Non tamen castigabitur morte, vel mutilatione membri. C. de ser. fugi. auth. sed no no iure. Sed videtur, quòd fur debeat laqueo suspendi, si furtum transcendat valorem quinque solidorum. vt de pa. te. & eius violat. §. si quis quinque solidos. vbi videtur esse lex, cùm habeat signa legis: vt C. de leg. l. humanum. & nota. de pace iur. fir. §. iniuria. Sed dico, quòd dato, quòd illa lex haberet millefies signa legis, nos tamen ea non astringimur, nec subsumus Imperio, nec ea vtimur. & lex illa permittit duellum, quod est contra Deum, & contra ius Romanorum: vt dicetur infrà. suo loco. Item contrà, D. de condic. causa da. cau. non secu. l. cùm seruus. vbi præfectus vigilum quendam furem summo supplicio affecit. Sed illud fuit ita de facto. ¶ Sed quid si fur 11 † foit semel castigatus pro furto, & posteà iteratò committat furtum: nunquid statim pro secundo furto morietur? Et dico, quòd non. nec aliquid sibi abscinderetur: sed sufficit, quòd iterum castigetur seu fustigetur. quia soluto eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. vt Instit. quibus mod. rol. ob. in prin. Nec obstat C. de epis. audi. l. nemo deinceps. nec D. de pœnis. l. relegati. quia nó dico, quin in aliquo possit aggrauari pœna. non tamen mors vel membri

bri mutilatio debebit infligi, cùm lex aliqua hoc nõ dicat. & quia difficilis eſt articulorum diminutio, & lex indiſtinctè hoc prohibeat, in cor. vt nulli iudic. §. quia verò nos oportet. col. ix. ¶ Item, rectè dicitur, in pœnam eius, &c. vt C. de pœnis. l. ſancimus. 12 Item, infligitur † alicui pœna, vt ſimilia de cæteris non attentet: C. eo. l. ſi operis. & de fur. l. ſi quis ſeruo alieno. in fin. Item, vt ſit metus multorum. vt C. ad legem Iuliam. repe. l. j. Item, vt fit cæteris in exemplum. vt C. de hære. l. quicunque. §. ſi verò ignorante domino. Item, ad terrorem aliorum. vt D. de pœnis. l. capitalium. §. famoſos. Item, ad correctionem: vt C. de ſen. paſ. l. final. circa finem. Item, ad emendationem: vt D. de pœn. l. ſi pœna. ¶ Item, rectè dicitur, Et ego 13 † dictus Petrus manu mea, &c. ſi ipſe ſciat ſcribere, aliàs per alium debet ſubſcribere: vt D. de accu. l. libellorum. ¶ Item, rectè dicitur, & vſque 14 † ad finem &c. & pro lite exercenda &c. vt D. de accu. l. ſi cui crimen. in prine. & C. ad Turpil. l. j. & ij. & qui accuſ. non poſ. l. iij. Non autem eſt neceſſe, quòd accuſator inſcribat ſe ad pœnam talionis, ſeu ſe ſubiturum eandem pœnam, ſi non probauerit: vt not. C. de fide inſtru. l. ij. ſubintelligitur enim: vt C. de accu. l. fin.

¶ Sed videnti 15 † prædictus libellus, ineptè formatus: quia cùm de equo furato de ſtabulo dicat, deberet accuſatio fieri ſuper crimine abigeatus. vt D. de abi. l. ſi. circa prine. & poſſet fieri ſine aliqua inſcriptione: vt C. e. l. j. Sed poteſt dici, quòd ita accidit, quòd Martinus furatus fuit equum illum & de ſtabulo ex ſuo infortunio, nõ tamen exercebat ſtudium, velut artem ſeu curam, ad equos de ſtabulis furandos. & grauiùs puniretur, quàm fur: vt ibi in d. l. final. & eodem titul. l. j. §. quanquam. & in cor. de nup. §. mitiores. col. iiij.

¶ Tradito prædicto 16 † libello, & accuſatore & Reo ſub ſimili cuſtodia poſitis: vt C. de accu. l. ſi. & de exceptionibus dilatoriis tractato, iuxta l. D. de adult. l. ſi maritus. ff. §. præſcriptiones. lite poſteà conteſtata, & iurato de calumnia: vt C. de iura. calum. l. j. datis etiam dilationibus, ad probandum ſuper crimine: vt D. de feriis. l. in pecuniariis. & examinatis teſtibus, & eorum atteſtationibus publicatis, & eorum reprobationibus auditis & examinatis. ſi non inueniat iudex plenè probatum contra Martinum, inueniat tamen ipſum eſſe ſuſpectum de illo furto, vt quia indicia aliqua ſint contra ipſum, tunc ipſe non condemnabitur: quia quis 17 † ex præſumptionibus damnari non debet: vt D. de pœnis. l. abſentem. in prine. licèt ſit contrà, D. de extraordi. criminibus. l. ſæculari j. §. ſunt quædã. nec abſoluetur, ſed ex indiciis, ſi ſufficientia ſunt, quæſtionabitur.

RVBRICA IIII.

De actione de pauperie.

SVMMAE.

1 *Libellus actionis de pauperie quomodo formetur, & quibus verbis probetur. nu. 2.*

3 *Actione de pauperie directa agitur, quando quadrupes damnum dedit: vtilis, ex mente Legis, quando bipes.*

4 *In actione de pauperie designari debet animal quod damnum dedit. & nu 14.*

5 *Actio de pauperie an & quæ detur pro fera bestia, vel ex natura sua generis existente, si damnum dederit.*

6 *Actio de pauperie, an & quando detur, vbi mulus ab aliquo commotus damnum dedit.*

7 *Actio aliqua an locum habeat, si dum porcus prior mordebat mulum, mulus porcum occidit.*

8 *Actione de pauperie dominus muli, an dominus canis teneatur, si canis mordebat mulum, & mulus inde commotus recalcitrans calce porcum occidit.*

9 *Lupus si in sua libertate existens momordit mulum, vel forte musca eum instimulauit, ad damnum per.e contra dominum muli an agatur: & an etiam contra aliquem pro lupo vel musca.*

10 *Canis si curialiter mulum in pede lambebat vel osculabatur, & mulus porcum calce occidit, an dominus muli, vel dominus canis teneatur.*

11 *Mulier si dum mingebat, exinde ex illo sono canis irritatus porcum momordit & occidit, vel aliud damnum dedit: an dominus canis vel mulier, qua actione & quando teneatur.*

12 *Dormiendo si aliquis surrexerit, & gladio socium interfecerit, an & quando is teneatur.*

13 *Versus in damnis circa materiam de pauperie contingentibus relati & explicati.*

15 *In actione de pauperie venit ipsius rei communis æstimatio, si fuit ipsius agentis; aliquam ad interesse tantum agitur.*

16 *Nouæ caput sequitur.*

17 *Actio de pauperie per insistitium an crescat, & an sit quotidie qui respiciat annum retro, sicut in Aquilia. Et quid in actione noxali.*

18 *Actio de pauperie pro omni quadrupede damnum dante, siue gregatim pascatur, siue non, locum habet. Et quid, si fera sit bestia. Et quid de cane ligato, vel non ligato, & alijs.*

19 *Actio de pauperie, an locu habeat, si mulus sine missione alterius fundum intret, & ibi damnum, herbam vel hordeum depascendo, det. Vel si porcus domum alienam intret, & subito panem vnum comedat. Vel ajians transiens per carreriam panem comedentis in tabula damnum det.*

20 *Sententiæ formula in actione de pauperie.*

21 *In actione de pauperie, si reus pro noxia mulum dare velit, an ipse hoc facere possit, & se a prestatione æstimationis damni liberare, & an de hoc mentio sem fieri in libello oporteat. Et quid in stipulationibus & alijs obligationibus, in quibus sub alternatiue quis ad duo obligatus est. num. 22. Et in ob-*

tione generali. num. 23.

24 *In actione de pauperie si Reus mentitus fuit, dicendo se dominum animalis non esse, quod damnum dedit, an in solidum sine noxæ deditione teneatur.*

25 *In actione de pauperie si post litem contestatam mulus, qui damnum dederat, ab aliquo occisus esset, sine mora tamen & sine dolo domini ipsius muli, an sufficiat, quòd reddat actionem domino porci, contra illum qui mulum occidisset.*

26 *Noxæ deditio nedum habet locum in actione de pauperie, sed etiam si pro bonno seu pro pœna iuxta legem saltus datam aliquid debeatur.*

27 *Statuere an aliquid possint ciues seu decuriones, seu populus, sine Principis confirmatione.*

28 *Bannizare, est de mixto imperio.*

29 *Infunde suo si quis pecus alienum inuenerit, quod damnum dat, an id ui percutere, capere, seu includere, seu retinere possit.*

30 *Curia plus solito sunt prompta ad faciendam inquæstam, forte magis ex cupiditate & auaritia, quam amore iustitiæ: & maximum illud apparere faciunt, quod est nihil vel parui ssimum, accipientes occasionem, vt facit lupus agno de turbatione aquæ.*

31 *Greges ouium vel equorum si quis in saltus rei dominicæ immiserit, illos amittit.*

COram vobis domino iudice 1 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd mulus dicti Rei, cuius muli pilus est albus, occidit feritate sua commotus quendam porcum colore bruno & nigro petassatum, ad dictum Actorem iure dominij pertinentem, & communi æstimatione xx sol. Tur. valentem. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum dicti muli possessorem, vt sibi prædictos xx. sol. Tur. det & soluat in emendam dicti porci. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum possessorem dicti muli, ad dandum dicto Actori prædictos xx. sol. Tur. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum, &c.

¶ 2 † Probatur Instit. si quadru. pau. fe. dica. in prin. Rectè dicitur, quòd mulus &c. & fic quia 3 † est quadrupes, agitur directa actione de pauperie: vt D. eo. l. j. in prine. Attamen pro bipede ageretur vtili actione de pauperie, scilicet ex mente legis. verbi gratia, si gallus alicuius perfodisset oculos dicti porci: vt D. eo. l. pen. ¶ Item rectè dicitur, cuius pilus est albus, &c. 4 † Designari enim debet animal, quod damnum dedit. arg. D. de dolo. l. sed & ex dolo. in fi. & de pub. vec. & commissis. l. iij. §. antè. ¶ Item rectè dicitur, feritate sua. quod intelligitur, id est, crudelitate propria, & non sui generis. 5 † Pro fera autem bestia, quia crudelis est ex natura sui generis, si fuerit à vobis inclusa, vel mansueta accidentaliter facta, si damnum dederit, non competit hæc actio de pauperie directa: vt Inst. si quad. pau. fe. di. §. j. & D. e. l. j §. in bestiis. daretur tamen vtilis actio: vt Instit. e. §. fi. ¶ Item rectè dicitur, feritate sua commotus. Quia si fuisset 6 † cõmotus alia aliquo, quia fortè posuisset sibi spinas subtus cau. li, vel

aliquis fuisset in culpa illius damni dati: non haberet locum hæc actio, sed ageretur lege Aquilia contra illum, qui fuisset in culpa: vt D. eo. l. 1. §. quòd si propter loci iniquitatem. & §. & generaliter. & ad legem Aqui. l. item Mela. §. item & cum eo. Tamen si aliquis palpasset mulum suauiter & benignè cum manu in costis, vt communiter fit, & mulus tunc recalcitrans occidisset porcum: certè palpans non teneretur, sed haberet locum hæc actio de pauperie contra dominum muli: vt D. si quadru. pau. fe. di. l. 1. §. at si cùm equum. palpare enim in loco sic solito, non est commouere. Esset tamen respiciendum, an ille palpans fuerit in culpa. Si enim sciebat, quòd ille mulus, cùm palpabatur, statim recalcitrabat, ipse teneretur. Item est notãdum, quòd si dum 7 † porcus prior mordebat mulum, mulus occidit porcum, non haberet locum aliqua actio: vt D. eo. l. 1. §. cùm arietes. Item, si aliquis canis 8 † mordebat mulum, & mulus inde commotus recalcitrans calce occidit porcum: tunc dominus muli nõ tenebitur, sed dominus canis tenebitur actione de pauperie: vt D. eo. l. 1. §. & si alia quadrupes. Item, si lupus 9 † in sua libertate existens momordit mulum, vel fortè musca eum instimulauit: non ageretur ad dãnum porci contra dominum muli, quia mulus fuit commotus à lupo vel musca. nec etiam contra aliquem, pro lupo vel musca: cùm non essent alicnius. 10 † Item, si canis curialiter lambebat vel osculabatur mulum in pede, & mulus calce occidit porcũ: dominus muli tunc tenebitur, & nõ dominus canis: vt D. eo. l fin. ¶ Item ex prædictis satis potest colligi, quòd si dum 11 † mulier mingebat, & canis de ex illo sono irritatus canis momordit & occidit porcum, vel aliud damnum dedit: dominus canis non tenebitur, quia canis fuit commotus seu irritatus ab illo sono. nec mulier teneri debet, quia mingendo rem naturalem faciebat. arg. D. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. si fortuitus. Nisi probaretur, mulierem fuisse in culpa: quia sciebat, quòd aliàs accidit sibi, quòd quando mingebat, canis irritabatur contra hominem. tunc enim ipsa teneretur actione legis Aquiliæ, vel actione in factum: vt D. ad le. Aqui. l. item Mela. §. item & cum eo. debuit enim prouidere sibi illa mulier, vbi & quando mingebat, si poterat: quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. D. e. l. qui occidit. §. in hac. ¶ Item prædicta faciunt ad quæstionem, si aliquis 12 † dormiens dormiendo surrexerit, & gladio interfecit socium, quòd ipse non tenetur: quia dormiens æquiparatur furioso. nec enim intelligit: vt D. de acqui. poss. l. 1. §. furiosus. & de actio. & oblig. l. 1. in fi. Amamé, si aliàs consueuit surgere dormiendo, & accipere gladium, vel armare se, esset fortè sibi imputandum: quia non præcauit sibi, ne in lecto haberet gladium de propè, vel ne iaceret in camera, vbi iaceret alius: quia tunc videretur in culpa. ¶ Item circa materiam de pauperie sæpe quasi à casu euenerunt multa damna, quæ in sequentibus versibus continentur: Nexus 13 † ouem

gentem

geminam ſupra ſpinã duxit equinam. Læſus ſurgit equus, pendet vtrunque pecus. Adóque molendinũ põdus portatur ouinum. Spargendóque focum ſe cremat atque locum. Cuſtodes aberant, & ſua dãna ferant. Dominus molendini cõbuſti petit emendam damni à domino equi, qui equus ſparſit focũ, & exinde combuſtum fuit molendinum. Et non poteſt agi cõtra dominum equi: quia equus fuit commotus à pondere ouium. Item & alia ratio, ſ. quia equus fuit combuſtus. Item, dominus equi petit dãnum equi mortui & combuſti à domino ouium: quia oues commouerunt equum ad intrandum molendinum, & exinde combuſtus fuit. Sed nõ poteſt: quia oues ſunt mortuæ & combuſtæ. vt D. ſi quadru. pau. fe. di. l. 1. §. planè ſi ante litem. Si autem prædictę oues ſupereſſẽt: tunc tam dominus equi, quàm dominus molendini baberent actionem de pauperie cõtra dominum ouium. ipſe tamen dando eas pro noxia poſſet ſe liberare à damnis reſarciendis ſeu emendandis: vt eo. l. in prin. & Inſtit. eo. in prin. Sed ſi dominus ouium inueniretur fuiſſe in culpa: tunc non haberet locum hæc actio de pauperie, & ſic ceſſaret dario pro noxia: ſed ipſe teneretur ex lege Aquilia. & ſic in ſolidũ: vt D. eod. l. 1. §. quòd ſi propter loci iniquitatem. Item, ſi dominus molendini fuit negligens ſuper cuſtodia ignis, dum equus intraſſet molendinum: fortè non poſſet agere contra dominum, licèt oues ſupereſſent: vt D. lo. & condu. l. item quę ſcitur. §. exercitu. & commo. l. ſi vt certo. §. ſed interdum. Volenti enim dolus non infertur: vt C. de tranſac. l. cùm donationis. & de reg. iur. l. nemo videtur fraudare. Item, qui a dãnum, quod quis ſua culpa tenuit, ſentire non videtur: vt eo. tit. l. quod quis ex ſua culpa. ¶ Item rectè dicitur, porcum petaſ ſatum &c. oportet 14 † enim eum deſignari. arg. D. de dolo. l. itẽ exigit. & de rei vend. l. ſi in rem. 1. §. & ſi veſtimenta. ¶ Item rectè dicitur, ad Actorem iure 16 † dominij &c. quia ſic venit ipſius rei communis æſtimatio. Alij autem, qui non eſſent domini, agerent tãtùm ad ſuum intereſſe: vt D. ſi quadru. pau. fe. dic. l. ij. ¶ Item rectè dicitur, valentem communi æſtimatione &c. vt D. ad leg. Fal. l. precia rerum. & ad leg. Aquil. l. ſi terrenum meum. ¶ Item rectè dicitur, Reũ poſſeſſorem: quia noxia 16 † caput ſequitur: vt D. ſi quadru. pau. fe. di. l. 1. §. & cùm etiam in quadrupedibus.

¶ Item, eſt notãdum, quòd hæc actio 17 † de pauperie non creſcit per inficiationem, nec eſt pœnalis, quòd reſpiciat annum retrò, ſicut reſpicit lex Aquilia. Et licèt prædicta ſint & inueniantur in noxali actione, quæ datur, quando ſeruus dedit damnũ: certè illud eſt, quia tunc ibi agitur actione legis Aquiliæ, quæ creſcit per inficiationem, & eſt pœnalis. ſed hæc actio de pauperie eſt alia per ſe, & pœnæ ſunt molliendæ. vt D. de pœnis. l. interpretatione. Sed Pla. dixit in Summa ſua, Inſtit. ſi quadru. pau. fe. di. quòd in actione de pauperie fortè, ſicut in lege Aquilia, habetur ratio retrò plurimi, & dupli ex inficiatione. ¶ Item eſt notã-

dum, quòd hæc actio 18 † de pauperie habet locum pro omni quadrupede damnum dante, siue congregatim pascatur, siue non: cùm in hoc lex aliqua non distinguat. nisi sit fera ex natura sui generis: sed & tunc daretur vtilis actio de pauperie: vt Instit. si quadru. pau. fe. di. §. 1. Et sic pro cane soluto & non ligato, si sine culpa alicuius damnum dederit, habet locum actio directa: quia quadrupes est, nec est fera bestia ex natura sui generis: vt Instit. de leg. Aquil. §. capite tertio. Nec obstat Instit. si quadru. pau. fe. di. §. hæc quidem. vbi canis numeratur inter quasdam feras bestias: quia ibi non intendit tantùm dicere de feris bestiis, imò & de omni animali, quod nocere posset verisimiliter, si haberetur in loco, in quo iter fit: vt D. de ædil. edic. l. & generaliter. & sic potest illud, quod ibi dicitur, intelligi, de equo nimium feroci, & de tauro, licet non sint feræ bestiæ, si nocere ibi possent. & etiam ibi fit expressa mentio de verre, de quo constat, quòd non est fera bestia. Quidam tamen dicunt, quòd pro cane non datur actio de pauperie directa, sed vtilis, si damnum dederit. & idem dicunt de catto non silvestri, quod non credo. Attamen pro cane ligato damnum dante, non habet locum actio directa de pauperie: vt D. si quadru. pau. fe. di. l. 2. §. fi. sed tamen tunc daretur vtilis. ¶ Item est notandum, quòd si mulus 19 † sine millione alicuius intret fundum, & det ibi damnum, forte depascendo herbam vel hordeum, forte habet locum actio de pauperie: vt no. D. de præscrip. verbis. l. qui seruandarum. §. 1. Item ergo, & si porcus intret domum alicuius, & subito comedat vnum panem, vel asinus escubillarum, transiens per carreriam, det damnum comedendo panem in tabula: quia tunc etiam habebit locum actio de pauperie, eadem ratione. Sed mirandum est valde de illa glo. quia cùm mulus comedit hordeum, vel porcus, vel asinus panem, illud non est ex seruore suo, nec ex ferocitate, vel crudelitate sua propria, nedum nec sui generis: quia omnia animalia ad cõseruationem vitæ suę appetunt naturaliter, & perquirunt alimentum. Vel fortè intellexit dicere glo. quòd detur vtilis de pauperie. Nec multùm placere debet. videtur tamen debere agi tunc actione in factum, ex quadam æquitate: vt D. de præscrip. ver. l. quoties & l. qui seruandarum. §. fi. vbi etiam videtur ar. quòd actio de pauperie non habeat ibi locum.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor 20 † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis xx. solid. Turonen. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto Actori &c.

¶ Et est notandum, quòd si Reus 21 † velit dare mulũ pro noxia, ipse poterit hoc facere, & se liberare à præstatione æstimationis dicti damni: vt D. à quadru. pau. fe. di. l. 1. in princip. cum similibus.

libus. Nec oportuit de hoc facere mentionem in libello: quia æstimatio damni est tantùm in obligatione. ergo illa tantùm fuit petenda: vt Instit. de act. in princip. & de reb. credi. l. vinum. & de verbo. oblig. l. si seruum Stichum stipulatus fuero. §. fi. Sed Reus habet facultatem à lege dãdi animal pro noxa. & sic dato animalis est insolutione tantùm. vt D. de re iudi. l. miles. §. decem. & de dam. infec. l. prætor. ait. § hoc edictum. & de noxalib. l. 1. quæ facultas est infra quatuor menses post sententiam, qui dantur condemnatis. & post prædictos quatuor menses, antequam lis contestetur super actione iudicati: vt D. de pe. hære. l. item veniunt. §. idem rectè. In stipulationibus 22 † autẽ, & in aliis obligationibus, in quibus quis est obligatus super alternatione ad duo: vt quia aliquis simpliciter promisit se daturum Stichum, aut Pamphilum: tunc vtrunque est in obligatione. vt D. de verbo. ob. l. si duo. in fi. & ideo vtrunque est etiã in petitione, & vtrunque debet peti in libello, disiunctiuè tamen. vt Instit. de ac. §. huic. Licèt tamen tũc vtrunque sit in obligatione & petitione, vt dictum est, Reus tamen non tenetur vtrunque soluere. & sic intelligitur D. de verb. ob. l. si duo. in fi. vtrunque tamen bene est in solutione, scilicet quia vnius solutio interimit obligationem super vtroque. vt D. de ac. & ob. l. obligationum ferè. §. modus. Et super vtroque fiet petitio & condemnatio disiunctiuè. sed in electione, Rei erit, quid illorum soluat: vt D. de eo, quod certo loco. l. non vtique. in princip. & §. 1. & de iure do. l. plerunque. in fi. & poterit variare vsque in executione sententiæ. & si etiam in executione sententiæ variet, iudex æstimabit, quantum valet actio, & in tantum executionem fieri faciet, captis pignoribus. vt de hoc D. de verb. ob. l. enim qui certatum. § fi. Sed in legatis non admittitur talis variatio, postquam semel erit facta electio. vt D. de leg. 1. l. huiusmodi. §. Stichum. & de optione le. l. apud Aufidium. Sed si homo 23 † in genere debeatur, nullus homo singulariter est in obligatione. & ideo debet peti homo in genere: vt Instit. de ac. §. præterea. si quis generaliter. & sententia ferri in homine in genere. vt no. Instit. eo. §. curare. sed in solutione hominis in genere debiti sunt singuli homines: quia vno homine soluto, tollitur obligatio hominis in genere: vt D. de leg. 1. l. cùm incertus. & de lega. 2. l. Mæuius. §. duobus. & facit D. de condic. indebiti. l. cùm is. §. fi. ¶ Item est notandum, quòd in 24 † actione de pauperie, si Reus fuit mentitus, dicendo se nõ esse dominum animalis, quod dãnum dedit: ipse tenebitur in solidum sine noxæ deditione. vt D. si quadru. pau. fe. di. l. 1. §. interdum.

¶ Item est notandum, quòd si post litem contestatam 25 † mulus ille esset occisus ab aliquo, sine mora tamen & sine dolo domini ipsius muli: sufficeret, quòd dominus muli cederet actionem domino porci, contra illum, qui mulum occidisset: vt D. eo. l. 1. §. si post litem. & §. planè. & de noxalibus. l. electio. §. si is quem.

¶ Item est notandum, quòd noxæ 26 † dedito nedum habet locum in actione de pauperie, imò & si pro bannо aliquid debeatur, seu pro pœna iuxta legem saltui datam. dominus enim poterit se liberare propter liberalitatem, quæ est, quòd animal non potest nos damnificare vltra noxæ deditionem: vt D. si quadru. pau. fe. di. l. 1. in princip. & de dam. infec. l. prætor ait. §. hoc edictum. & C. de noxa. l. ij. Ciues enim quandoque imponunt bannum seu pœnã in talibus. vt ibi no. de quo etiam notatur. D. atb. fur. cæ. l. si gemina. & facit D. de decre. ab. or. fa. l. fi. & de iusti. & iure. l. omnes populi. & quod no. C. de decretis decur. in rubrica. libr. x. Quidam tamen dicunt, quòd 27 † ciues, seu decuriones, seu populus, non possunt aliquid statuere, nisi illud confirmetur per Principem: vt C. de legationibus. l. pen. lib. x. Quod non est verum, nec lex illa dicit hoc. hodie tamen ita seruatur, quòd ciuibus seu consulibus locorum conquerentibus & supplicantibus, domini terrarum habentes altam iurisdictionem imponunt & imponere debent bannum & bannearios in hortis, & pratis, & similibus, iuxta voluntatem ciuium. bannizare 28 † enim est de mixto imperio, vt suprà dictum est in tit. de cõfessoria actione. & facit D. de decretis ab ordin. fa. l. 1.

¶ Nunc est notandum, quòd si quis in fundo 29 † suo inuenerit pecus alienum, dans damnum, ipse non debet illud percutere: vt D. ad leg. Aquil. l. Quintus Mutius. etsi contuderit ibi pecora sua percutere. arg. D. sol. mat. l. si constante. § si maritus. sed nec debet illud capere, seu includere, seu retinere: vt in l. illa, Quintus Mutius. expressè in clusio prohibetur. sed debet pecus abigere, vel dominum admonere, vt suum pecus recipiat: vt ibi à qua lege durum est recedere, & periculosum valde. Quidã tamen dicit, quòd dominus fundi non debet tale pecus includere extra fundum, sed in fundo fie. ar. D. in quib. cau. pig. ta. contrahitur. l. est differentia. Alij dicunt, quòd ipse potest pecus includere, donec caueatur sibi à domino de damno dato emẽdato. vt D. de incen. ruina nau. l. ratis. & de dam. infec. l. prætor ait. §. fio. & l. hoc amplius. in prin. & §. Neratius. Alij dicunt, quòd potest pecus retinere, donec damnũ sibi fuerit emẽdatum. arg. D. de cõdic. inde. l. si nõ sortem. § fi centum. & commo. l. in rebus. § fi. & de sol. l. si cùm aurum. & C. in qui. cau. pig. ta. contrahitur. l. si non inducta. Alij dicunt, quòd si dominus pecoris imm. su illud in fundo, tunc dominus fundi videtur habere talem qualẽ causam ab eo: & ideo tunc potest pecus retinere, donec damnũ fuerit ei plenè emendatum. secus, si pecus non fuit immissum. iuxta id, quod notatur in prædicto § si centũ. & in prædicta l. si non inducta. Alij dicunt, quòd ipse poterit retinere pecus 8 xx. horas solùm, vt interim habeat testes super designatione pecoris. arg. D. de adulte. l. capite quinto. in principio. Alij dicunt, quòd ipse poterit retinere pecus, si ignorat, cuius est: cum protestatione tamen, quòd si dominus venerit, ipse restituet ei pecus: vt argum. D. de fur.

de fur. l. falsus. §. qui alienum quid iacens. Alij dicunt, quòd poterit pecus capere, vt illud ad iudicem ducat: vt arg. D. de furtis. l. interdū. §. qui furem. Sed licèt quædam de prædictis satis de iure colorari possent, & etiam sustineri: consulo tamen, quòd dominus fundi non imbriget se cum curiis: sed faciat iuxta illam, Quintus Mutius. & quòd intendat ad ea, quæ necessariò habebit probare, scilicet, quòd habeat testes super damno dato, & de pecore designato, & quòd prædictum pecus damnum illud dederit, & sufficit sibi: quia benè inueniet pecoris possessorem vel dominum. & nisi probet prædicta, in vanum laborabit, imò succumbet in causa. Item, si retinet pecus, imponetur ei, quòd ipse propria authoritate pignorauit, & sic officio magistratus functus est & quòd cō misit vim priuatam, & quòd incidit in l. extat. D. quod metus causa. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & veniet ad inquæstam, ad quā faciendam 30 † curiæ hodie plus solito sunt promptæ, fortè magis ex cupiditate & auaritia, quàm amore iustitiæ: & faciunt maximum apparere illud, quod est nihil vel parui ssimum, accipientes occasionem, vt facit lupus agno de perturbatione aquæ. de quo notatur in corpo. de defensori. ciuitatum. circa principium. collat. 3. ¶ Item est notandum, quòd si quis greges 31 † ouium vel equorum immiserit in saltus rei dominicæ, amittit illos: vt C. de fundis & saltibus rei dominicæ. l. 2. lib. 11.

RVBRICA V.

De actione in factum ædilitia.

SVMMAR.

1 *Libellus actionis in factum ædilitiæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. num. 2.*

3 *In actione in factum ædilitia non quæritur, an equus emptus sit in redhibitione, nec an tempora redhibitoriæ actionis sint lapsa, cùm venditor equum recepit: quòd recipiendo equum redhibitionem agnouit.*

4 *Venditor si noluit recipere equū, cùm sibi redderetur, tanquam calcitrosum, & tunc emptor ligauit equum ad ianuam venditoris, & recessit. Venditor autem timens ibi posse equum perire propter frigus, vel timens, quod si deligaret eū, & abire dimitteret, equus discurrendo daret dānum gentibus, vel destrueret se, & quòd sibi imputari posset: recepit eum infra domum suā. an ob hoc redhibitionem agnouisse videatur.*

5 *Actio in factum ædilitia, quanto tempore duret.*

6 *Emptor, redhibito equo calcitroso. licet post quadraginta dies, actione in factum ædilitia agere non possit ad precium, sibi tamen certi cōditione generali, vel sine causa, consulitur.*

CORAM vobis 1 † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus vendidit & tradidit dicto Actori quendam equum calcitrosum pilli mauri, precio decem librarũ Turonen. de quibus fuit dicto Reo plenariè satisfactũ. Vnde cùm dictus Actor præsentaret dicto Reo postea dictũ equum, & diceret ei, dictum equũ esse in redhibitione, dictus Reus recepit eum. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi prædictum precium reddat, scilicet prædictas decem libras Turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori prædictas decem libras Turon. per vestram sententiam condẽnetis & condemnatum &c.

¶ Probatur 2 † D. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. in factum actio. Nec erit 3 † quærendum, an dictus equus fuerit calcitrosus, vel an fuerit in redhibitione: quia iam redhibitus est. Nec quæritur, an tũc, cùm venditor dictum equum recepit, tẽpora redhibitoriæ actionis essent lapsa: venditor enim, quia recepit equum, cùm sibi redhiberetur, præiudicauit sibi, & videtur redhibitionem agnouisse: vt ibidem habetur.

¶ Quid, si venditor 4 † noluit recipere equum, cùm sibi redderatur, tanquam calcitrosus: & tunc emptor ligauit equum ad ianuam venditoris, & recessit. venditor autẽ timens ibi posse equum perire propter frigus, vel timens, quòd si deligaret eum, & dimitteret eum abire, equus discurrendo daret damnum gentibus. vel destrueret se, & quòd posset sibi imputari: recepit eum infra domũ suam. an ob hoc videatur agnouisse redhibitionem? Et credo, quòd sic. in dubio consulerem, si difficiet equum, quòd recta via duceret eum ad emptorem. & si nollet eum recipere, quòd ligaret eum ad ianuã eius, vel quòd duceret eum ad iudicem vel si venditor velit equum difficare, & recipere eum infra domũ suam, quòd protestetur, quòd equum recipit infra domum, ne pereat, & non ex alia causa: & tunc erit in tuto venditor. ar. D. de religio. & sumpt. funer. & si quis impediat. §. plerique. fin. vel quòd dicat, saluo iure suo. vt ar. D. quibus modis pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. 1.

¶ Item est notandum q hæc actio 5 † in factum non durat nisi xl. diebus, vt notatur. D. de ædil. edic. l. ædiles autem. in prin. Sed videtur, quòd hæc actio in factum duret perpetuò, licèt sit prætoria: quia & ipsa est rei persecutoria. Prætoriæ autem rei persecutoriæ, sunt perpetuæ. vt D. de actio. & ob. l. in honorariis. Sed est dicendum, q ædilitiæ actiones, licèt sint rei persecutoriæ, tamen ipsæ sunt temporales: vt ibi no. Credo tamen, quod 6 † post prædictos xl. dies, emptor licèt non posset agere ad precium hac actione in factum, ipse tamen poterit agere certi condictione generali, vel sine causa.

RVBRICA VI.

De actione in factum ex albo corrupto.

SYMMAC.

SVMMAR.

1 *Libellus actionis in factum ex albo corrupto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur num 2.*

3 *Inl si quis id quod. D de iurisdict om iud inpœna ibi sancita, quia diuersa est lectio, melior interpretatio accipienda est.*

4 *Actio in factum ex albo corrupto est annalis.*

5 *Pœna albi corrupti applicatur illi, qui admittitur ad agendum.*

6 *Actio & pœna albi corrupti, an habeant locum, si quis dolo malo furcas diruat, vel saccos, in porticu Curiæ positos subtulerit.*

7 *Iurisdictionis perpetuæ causa quæ hodie proponuntur, non in albo seu in muro Curiæ, sed in quaterno seu in papyro Curiæ, an in eis actio & pœna albi corrupti habeant locum, si quis ea dolo malo deleuerit.*

8 *Inquestu in papyro scriptis, si quis eas corrupit dolo malo, an pœna & actio albi corrupti locū habeant.*

9 *Baiulus si præcepit facere cridam, quòd nullus vēderet agrestū, vel quòd dextrales nō moraretur infra muros: si aliquis procurauit, quòd præco taceret de dextralibus, an saltem actio utilis albi corrupti locū habeat.*

10 *Statutum si factum est per verbū, si quis, vel per verbum, nullus, an masculinum concipiat fœminum*

11 *Litigantibus duobus inter se, si alter acta inter eos habita corruperit, vel falsauerit, an ille cadat à causa.*

12 *Sententiæ formula actionis in factum ex albo corrupto.*

13 *Baiulus vel Præses prouinciæ de iure scripto, an possit talia statuta vel cridas facere sine expresso consensu populi.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm Baiulus mōtis Pessulani fecisset scribi in pariete seu muro curiæ, perpetuæ iurisdictionis causa, quòd quicunque probaretur dextralis, vel dextra largis diffamatus, quòd ſcoparetur seu fustigaretur per villam fortiter & atrociter, vſque ad ſanguinis effuſionem: dictus Martinus sentiēs se esse fortè dextralem, timens prædictam pœnam, dolo malo corrupit verba illa, fortiter & atrociter vſque ad ſanguinis effuſionem. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad dandum dicto Actori quinquaginta aureos per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur 2 † Instit. de act. §. pœnales. & D. de iur. omnium iudi cũ. l. si quis id quod. in prin. vbi in quibusdã libris, est pœna 3 † quingentorum aureorum, & in quibusdam aliis, est pœna quinquaginta aureorum. sed in libello prædicto petiti sunt quinquaginta aurei: quia pœnæ sunt molliendæ in dubio. vt D. de pœnis. l. interpretatiõe.

¶ Est autem hæc 4 † actio temporalis & annalis: quia pœnalis est prætoria. vt D. de act. & ob. l. in honorariis & Instit. de perpe. & temp. ac. circa princ. ¶ Item, pœna illa 5 † applicatur illi, qui admittitur ad agendum. vt ar. D. de verb. sig. l. si cui exempto. & de popu. ac. l. 2. & l. populares. in fine.

¶ Item, dicunt quidã, quòd prędicta actio 6 † & pœna habent etiam locum, si quis dolo malo furetur eos dirnat, vel saccos in portiu curię positos subrulerit. & satis potest adaptari textus in l. si quis id quod. in prin. ¶ Item, hodie ea, quę per petuæ iurisdictionis 7 † causa proponuntur, nõ in albo seu in muro curiæ, sed in quaterno seu in papyro curiæ. & ideo potest dici, quòd prędicta actio & pœna habeant ibi locum, si quis ea dolo malo deleuerit: cùm sit eadem ratio. ergo & idẽ ius. & tunc talis papyrus est hodie subrogata loco albi prętorij, ad prędicta scribenda. ergo &c. ¶ Idem fortè posset dici, de inquestis 8 † in dicta papyro scriptis, si quis eas corrupit dolo malo: largè enim intelligitur. & no. hæc materia D. de albo scri. in rubrica. & in l. prædicta, si quis id quod. in prima gl. Idẽ, posset dici, si Baiulus 9 † præcepit facere cridã, quòd nullus vẽderet agrestũ, vel quòd dextrales nõ morarentur infra muros: quòd si Martinus procurauit, quòd præco taceret de dextralibus, videretur habere locum hęc actio vilis, scilicet ex sententia, licèt non ex verbis edicti: vt in d. l. si quis id quod. §. quòd si dum proponitur. & eũ tunc præco teneretur. vt ea. l. § fin.

¶ Item, in cridis, quæ fiunt hic, ponitur masculus & fœmina. sed fortè in statutis factis 10 † per verbum, si quis, vel per verbum, nullus, posset dici probabiliter, quòd masculinum concipiat seu complectatur fœminã, si ad fœminas pertinere possit. ar. D. de verb. sig. l. & l. in lege centoria. & de adm. tut. l. fine hærede. § Lucius.

¶ Item est notandum, quòd si duo 11 † inter se litigent, & alter actu inter eos habita corrumpat, vel falsauerit, ille cadet à causa. vt D. de iure fisci. l. in fraudẽ. §. quoties.

SENTENTIA.

Cvm dictus 12 † Actor sufficiẽter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitiõe sua: ideirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis quinquaginta aureis dandis & soluendis dicto Actori &c.

¶ Non tamen inuenio, quòd Baiulus 13 † vel Præses prouinciæ de iure scripto possit talia statuta vel cridas facere sine expresso consensu populi vel consonum

RVBRICA VII.

De actione in factũ, edi-

cto,

&o, De eo per quem factum erit, quo minùs quis in iudicio sistat.

SVMMAE.

1 *Libellus actionis in factum, ex edicto, De eo per quē factum erit, quo minus quis in iudicio sistat, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

2 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. non habet locum, nisi post satisdationem de sistendo in iudicio.*

4 *Dolus probatur per designationē, & ex perspicuis indicijs.*

5 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. vt competat, dolum malum interuenisse necesse est: secus est, in dolo bono. & ibi vtriusque doli exempla. num. 4. & 6.*

6 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. locū nō habet, si nihilominùs venissēt bona hæ ra, vel venire potuissēt.*

7 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c datur ad interesse: quod in facto seu probatione consistit.*

8 *In actione ex edicto, De eo per quem factum erit, &c impense itineris debentur. Et quid in ratione huiusmodi impensarum sit inquirendum, & deducendum.*

9 *Artifex, lucri cessans æstimari facere potest, quod illa die lucraturus esset in domo, qua se sistere in iudicio impediebatur.*

10 *Sumptus, qui expēduntur in Aduocatum, Notarium, & similes, venint in iudicio, De eo per quē factum erit, &c & qualiter eorum ratio sit inquenda.*

11 *In actione ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. si quis nō fuit vocatus per executorē, sed per simplicē denunciationē aduersarij, cui satisfecit, quòd veniret ad causam, quia tamen non venit, sit tempore liberatus ab actione, qua conuenichatur in decem: an illa decem veniēt in hac actione, contra eum qui dolo malo hoc effecit, tanquam verum interesse. Et libellus quomodo tunc formandus sit.*

12 *Executor si fuit missus ad citandū, tunc interruptio facta fuit, & actio perpetuata, & ideo decem petita in ista actione, De eo per quem factū erit, &c. nec vt interesse, nec alio modo venirent: secus in actione, ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.*

13 *Interesse, quod venit in actione, De eo per quem factū erit, &c. per iuramentum Actoris contra dolosum probari potest. Et quale illud sit iuramentum, & quid ab eo differat, quod præstatur in actione, ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus &c.*

14 *Sententiæ formula actionis in factū, ex edicto, De eo per quem factum erit, &c.*

15 *Sententia est nulla, qua quis condemnatur in parte debiti, nisi de residuo absolutio fiat.*

16 *Sententia qualiter de expensis facienda, remissiuè.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Montis Pisulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm Titius esset vocatus in ius coram vobis, ad instantiam dicti Actoris, & post datas ab eo satisdationes debere sistere in iudicio coram vobis: tunc dictus Martinus dolo malo fecit, quo minùs dictus Titius sisteret in iudicio coram vobis, die & hora sibi assignatis. Vnde cùm dictus Actor fuerit exinde damnificatus, & interfit sua in c. solid. Turon. agit contra dictum Martinum, vt sibi det & soluat prædictos c. solid. Turon. petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinum, ad dandum & soluendum dicto Actori prædicta c. solid. Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum, &c.

¶ Probatur 2 † D. de eo per quem fac. erit. l. j. in princ. & l. fi. in princ.

POSITIONES ACTORIS.

Ponit & probare intendit dictus Actor, quòd ipse fecit vocari in ius Titium pro x. lib. Turon. quas ei debebat. & post datas à dicto Titio satisdationes, fuit eidem Titio assignata dies & hora certa, vt sisteret in iudicio. & hoc probatur per acta curiæ. Effectus: quia sic 3 † post satisdationes habet locum hæc actio, & non ante. vt D. de eo per quem fact. erit. l. j. in princ. & apparet ex ordine tituli. & no. in rubric.

¶ Item ponit Actor, quòd Martinus audiens, quòd dictus Titius ibat ad Curiam, prout promiserat, dixit, quòd estrenaret eum, & induxit eum in domum suam, & inebriauit eum, ponendo sibi vinum album in vino rubeo pro aqua. Effectus: quia sic probatur 4 † dolus, scilicet per designationem. vt D. de dolo. l. sed & si ex dolo. §. fi. & l. seq. Item, ex perspicuis indiciis. vt C. de dolo. l. dolum. Sed si dolus 5 † fuisset bonus, scilicet quia cùm Martinus sciret homines armatos in itinere, quia volebant dictum Titium interficere, inebriauit eum, vt non iret nunc Martinus non teneretur. vt D. eod. l. j. §. dolum.

¶ Item ponit Actor, quòd Titius 6 † sic inebriatus, non venit ad curiam, nec venire potuit. Effectus: quia si nihilominus veniisset bona hora, vel veniisse potuisset, quia ebrietas iam cessauerat, non haberet locum hæc actio. Verba enim cum effectu sunt accipienda. vt D. ne quis eum, qui in ius. l. penult. §. docere. & facit D. si quis cautionibus. l. ij. §. si quis tamen cùm posset.

¶ Item ponit Actor, quòd interest sua, quia dictus Titius non venit ad iudicium, in centum solid. Turonen. Effectus: quia hæc 7 † actio ad interesse datur. vt D. de eo per quem fac. erit. l. j. §. si plures. & l. fin. in princip. Interesse autem consistit in facto seu in probatione. vt D. de regul. iur. l. quatenus.

¶ Item

¶ Item ponit Actor, quòd ipse morabatur 8 † tunc in castro Mõtis Ferrarij, & venit eques illa die in Mon.e Pessulano, & expendit xx.solid. Turon. Effectus: quia impensę itineris debentur. vt C. de iudic. l. tanctmus. & de fruct. & lit. expens. l. non ignorat. ¶ Inquiretur tamen super isto articulo, an dictus Actor solebat ire eques, & facere tantas expensas in vna die. vt in eor. de man. prin. § illud. collat. iij. Itẽ, si debebat & poterat eas facere. secũdùm facultates suas, & se cũdùm cõditionẽ personę suę arg. D. de vsufr. l. sed & si quid inędificauerit § j. & in cor. vt determinatus fit nu. cleri. §. cùm verò Deo amabiles. collat. j. & de leg. iij. l. seruis vrbanis circa princ. & D. vbi pupillus edu. debe. l. iij. in princ. & C. de fm. vr. Constan. l. j. lib. xj. Item inquiretur. si verè illas expensas fecit: quia interesse continet, quod in veritate est. arg. D. ne quis eum, qui in ius. l. pe. §. j. & de reg. iur. l. quateus. Attamẽ de illis expensis deducetur illud, quod Actor erat expensurus in domo sua. arg. D. ad exhib. l. sed & si hæreditas. § j.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse est 9 † artifex talis, quòd illa die fuisset lucratus in domo sua v. solid. Turon. Effectus: quia tale lucrum cessans debet æstimari. arg. D. quemadm. test. ape. l. sed & si quis ex signatoribus. interesse enim, & lucrum cessans, & damnũ emergens. vt no. C. de sent. quæ pro eo quod interest. l. vna.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse habuit illa 10 † die in Aduocatum, quendam vocatum Fornier, & dedit ei quinque solid. Turonens. Item, de sit N. tario duos denarios pro scribendo contumaciam, & defectum dicti Titij in non veniendo, seu in iudicio non comparentis. Effectus: quia tales sumptus debentur: vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. & Insti. de pœna temere. litig. § hanc autem omnia. Attamen si præbaretur, quòd vna die consueuit haberi dictus Fornier pro xij. denar. certè non fieret æstimatio in plus: quia & secundùm consuetudinem taxãtur salaria: vt D. de va. & extraor. cog. l. j § in honorariis. vel si dictus Fornier conuenit de vna summa pro tota causa, æstimaretur tunc illa dies pro rata temporis & dierũ ipsius causæ & salarij. ar. D. de annale. l. Scio. circa prin.

¶ Item est notandum, quòd si Titius non fuit 11 † vocatus per executorem, sed per simplicem denunciationem aduersarij, cui satisfecit, quòd veniret ad causam: quia tamen non venit, fuit tempore liberatus ab actione, qua conuenichatur in decem solid. Turon. tunc illa decem venirent in hac actione contra Martinum, tanquam verum interesse. Formaretur tunc tamen alio modo libellus, nec diceretur, quòd Titius fuisset vocatus in ius per executorem. Item & si Martinus esset tunc non soluendo, restitueretur actio contra Titium: licèt esset tempore liberatus. & sic intelligitur D. de eo per quem factum erit. l. fi. in prin & § planè.

¶ Secundo est notandum, quòd si executor 12 † fuit missus ad citãdum, vt in libello supponitur, tunc

interruptio facta fuit, & actio perpetuata: vt C.de præscrip.xxx.an.l. sicut in rem. §. nec sufficiat. & l. cùm notissimi. in prin. & facit quod no.D.si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. & in cor. de exhi. reis.§.in medio.collat.v.& tunc nõ venirent prædicta x.in ista actione, nec vt interesse, quia non interesset, nec alio modo: vt D. de eo per quem fac.erit.l.fi.in prin.à contrario sensu. Item quia est pœna, & pœnæ sunt moliendæ: vt D.de pœnis.l.interpretatione. Secus in materia D.ne quis eum, qui in ius vocavi eximat.quia ibi venirent illa x. siue Titius esset tempore liberatus, siue non: vt in dicto tit.l.pe.§.j.

¶ Item est notandum, quòd interesse, 13 † quod venit in hac actione, poterit probari per iuramentum Actoris, contra Martinũ, quia fuit dolosus: vt D.quod vi aut clam.l.semper.§.in hoc interdicto. & Insti.de ver.obli.§.fi. erit tamen nihilominus iuramentum veritatis,& vocabitur impropriè iuramentum in litem. sed in titulo, ne quis eum, qui in ius vo. non est sacramentum veritatis,sed magis arbitrij seu affectionis.& ibi est propriè iuramentum in litem: vt appareat ex superioribus. & D. de in li. iur.l.in actionibus.§.fi.

SENTENTIA.

CVM dictus 14 † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, excepto,quòd non probat interesse suum, nisi in xxx. solid. Turo.& in duobus denarijs: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum in prædictis c.solid. Turo.& in duobus denarijs,dandis dicto Actori. & dictum Martinum absolumus à residua summa,de prædictis c.solidis Turonensibus,in prædicta petitione contentis &c.

¶ Rectè fit absolutio 15 † à residuo dictorum c. solid. alias sententia esset nulla: vt D.de doli except.l.apud Celsum. § item quæritur.Item, quia Reus in parte condemnatur, & in parte absolvitur: qualiter 16 † fiet de expẽsis, dicetur infrà in tit.de actione ex locato.

RVBRICA VIII.

De actione in factum ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.

SVMMAE.

1 *Libellus actionis in factum, ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat, quomodo formetur, & quibus verbis probetur. num.2.*

3 *Actio ex edicto, Ne quis eum, &c. habet locum post vocationem in ius, & ante receptas solidationes, & non post.*

4 *Iudiciorum prima pars est, vocatio in ius.*

5 *Actio ex edicto, Ne quis eum, &c. quando & in quibus personis locum non habeat.*

6 *Actio ex edicto, Ne quis eum, &c. non habet locum in vocationem pedaneis iudicibus.*

7 *Actio ex edicto, Ne quis eum, &c. vt habeat locum in ius vocatum,*

&c.

dolo malo exemptum esse necesse est.

8 *Vocatus in ius si venit bona hora, vel per eum stetit, quo minus non veniret, non videtur retentus per eximentem.*

9 *Iuratur in litem ad delationem Iudicis.*

10 *Iuramentum in litem, licèt sit iuramentum affectionis, & si possit iurari in infinitum: tamen Iudex potest taxare, antequam per eum fiat iuramentum delatum, vel etiam post.*

11 *In iuramento in litem potest Actor immisceri illud, quod exemptus sibi debebatur, & actio contra illum sibi duret.*

12 *Sententiæ formula actionis in factum ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Actor fecisset vocari in ius coram vobis Titium, dictus Martinus dictum Titium per vim & dolo malo exemit, intantum, quòd ad diem & horam dicto Titio assignatos per executorem, dictus Titius non venit, nec venire potuit coram vobis. Vnde cùm ex hoc dictus Actor fuerit damnificatus, agit contra dictum Reum, vt sibi det & soluat, quanti ea res est, ab eodem Actore æstimanda, scilicet inquantum ad delationem vestram idem Actor in litem iurauerit. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, inquantum ad delationem vestram dictus Actor iurauerit, dando dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis. &c.

¶ Probatur 2 † Instit. de act. §. pœnales. ¶ Rectè dicitur, quòd Titius fuit vocatus in ius: quia ista 3 † actio habet locum post vocationem in ius, & ante receptas satisdationes, & non post. vt D. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi. in rubro. ibi, dum dicitur, in ius vocatur. & l 1. in princ. ibi, dum dicitur, in ius vocatos, &c. & satis apparet ex ordine illius tituli. & est 4 † prima pars iudiciorum, vocatio in ius. vt Instit. de pœna temerè litig. §. fin. Sed cùm vocatus in ius 5 † est talis, quòd in ius vocari non debuit: fortè quia parens, vel patronus fine venia fuit vocatus in ius, vel seruus, & sic de quibusdam aliis: tunc non haberet locum hæc actio. vt D. ne quis eum. l. j. in fi. & l. ij in fi. & l. iij. in princ. ¶ Item, rectè dicitur, quòd Titius fuit vocatus in ius coram iudice Montis Pessulani: quia secus, si coram suo 6 † Baiuo, vel coram Viguerio: quia illi sunt quasi pedanei iudices. & sic non haberet locum hæc actio. vt D. eod. l. iij. §. j. & C. de pedan. iu. l. fi. ¶ Item, rectè dicitur, per vim exemit. vt D. ne quis eum. l. j. in princ. & l. iij. in fin. ¶ Item, rectè dicitur, dolo malo. vt D. ne quis eum. l. j. in princ. & l. iij. in fin. ¶ item, rectè dicitur, dolo 7 † malo. vt D. eo. l. sed eximendi. in fin. secus ergo, si dolo bono. vt D. de dolo. l. j. §. dolum. vel si aliàs eum per vim licitè exemit, fortè eum vulnerando iustè. vt est exemplum. D. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. j. vel fortè eum, vt adulterum cum vxore sua deprehensum, per vim retinuit per viginti horas,

quod de iure potuit. vt D. de adult. l. capite quinto. in prin. & plura alia possunt dari exempla. ¶ Item, rectè dicitur, quòd vocatus non venit: quia si venit 8 † bona hora, vel per eum stetit, quo minùs non veniret: non videretur retentus per eum: quia verba cum effectu sunt accipienda. vt D. ne quis eum, qui in ius. l. pen. §. docere. ¶ Item, rectè petitur, quantum Actor in litem iurauerit. vt D. eod. l. pen. §. j. ¶ Item, rectè dicitur, iurari 9 † in litem ad delationem iudicis. vt D. de in lit. iur. l. videamus. §. deferre. & licèt iuramentum in litem sit 10 † iuramentum affectionis, & sic posset iurari in infinitum: tamen iudex poterit taxare, antequam per eum fuerit iuramentum delatum, vel etiam post. vt e. l §. iurare. & tandem C. de iudi. auth. post iusiurandum. & de in lit. iur. l. ij. Item, in illo iuramento 11 † poterit Actor immiscere illud, quod Titius exemptus sibi debebat: licèt actio sibi duret contra illum Titium. vt no. D. ne quis eum, qui in ius. l. penult. §. j.

SENTENTIA.

CVM dictus 12 † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & à nobis ei delato iuramento in litem, iurauerit super sancta Dei Euangelia, quòd ipse nollet pro c. solidis Turon. dictum Titium debitorem suum fuisse per vim dolo malo exemptum per dictum Martinum, quo minùs ad iudicium venisset, die & hora, quibus citatus venire debuit. Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum in prædictis c. solid. Turon. dandis dicto Actori, &c.

RVBRICA IX.

De actione iniuriarum ex lege Cornelia.

SVMMA.

1 *Libellus actionis iniuriarum ex lege Cornelia, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. numero 2.*

3 *Iniuria non malicioſè, ſed cauſa luai ſacta, iniuriarum non agitur. & quid tunc Reum probare oporteat.*

4 *Correctio ſeu caſtigatio debita nõ habet iniuriam. & quibus hæc permiſſa ſit.*

5 *Excuſatio iuris, non habet iniuriam.*

6 *Vim vi repellere, non habet iniuriam.*

7 *Iniuriam non facit, qui iure ſuo vtitur.*

8 *Iniuriarum non agitur ex lege Cornelia, ſed actione prætoria, cauſa percutiendi manum tantum lata.*

9 *In iniuriarum actione locus iniuriæ deſignari debet.*

10 *Iniuria in facie facta aggrauatur. & quare.*

11 *Iniuriam ſtatim ad animam reuocatam eſſe, & adhuc reuocari poſſe in libello. vt conſtet eam diſſimulatione abolitã non eſſe. & ubi, quomodo illa abolitio ſit.*

12 *Iniuriarum actio cauſa & prædi-*

ta ac-

ta accusatio licèt dissimulatione aboleatur: secus tamen est in accusatione publica.

13 *Iniuria quando visu non aboleatur.*

14 *Iniuriam passus, suam iniuriam æstimare debet, & eius æstimationem iudicis æstimatio seu mitigatio subsequitur.*

15 *In iniuriæ æstimatione dicitur, quòd eam passus tantùm de suo proprio amittere velit.*

16 *Iniuriarum actione instituta, condemnatio qualiter fieri debeat, iniuriæque æstimatio an ad tempus factæ iniuriæ, petitionis, aut sententiæ referenda sit.*

17 *Pro iniuria vbi agi potest lege Cornelia ex lege XII. tab. an etiam agi possit actione prætoria ex edicto Prætoris.*

18 *Iniuriarum actio ex lege Cornelia descendens est ciuilis ex lege XII. tab. & an perpetua sit, vel anno, vt prætoria tollatur. num. 20.*

19 *Vulneratus aliquis extitit, qui ex officio suo inquisiuit, & accusatus extitit condemnatus. Vulneratus post duos annos vel tres vult agere pro iniuria sibi facta, quæ ex lege Cornelia descendit: quæritur an possit.*

21 *Iniuriarum actio prætoria, annalis & sic temporalis est. Et quomodo perpetuetur.*

22 *Ex iniuria ciuiliter & criminaliter agi potest; & vtroque modo ad vindictam. & criminalis an tollatur per ciuilem.*

23 *Iniuriarum actio vendi & cedi potest.*

24 *Iniuriarum actio ad hæredem non transit, nec contra hæredes datur: nisi lite contestata.*

25 *Sententiæ formulæ in actione iniuriarum ex lege Cornelia, ad æstimationem Agentis, Iudicis taxatione accedente. num. 26. Item, si in minori summa condemnatio facienda sit. nu. 27. Et an tunc, si in reliquo absolutio non fiat, sententia sit ipso iure nulla. nu. 28. Item, si Reus absolui debeat. nu. 29.*

CORAM vobis domino iudice I † Montis Pessolani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus malitiosè percussit cum pugno in facie dictum Actorem, quam iniuriam dictus Actor reuocauit statim ad animum, & adhuc reuocat, & æstimat eam in x. lib. Tur. & nollet eam sibi factam fuisse per dictum Reum pro prædictis x. lib. Tur. imò potiùs vellet eas de suo proprio amisisse. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in prædictis x. lib. Tur. dandis & soluendis dicto Actori, salua vestra iudiciali æstimatione, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remediis compellatis. Petit etiam expensas factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciendis, quas omnes declarabit suo loco & tempore, prout fuerit rationis. Implorans, domine iudex, vestrum officium in omnibus illis, in quibus circa præsentem causam est vel fuerit implorandum.

2 ¶ Probatur † Insti. de iniu. §. j. & § pœna. Rectè 3 † dicitur malitiosè. quia si causa ludi fact: m esset, non posset agi iniuriarũ actione: vt D. de iniur. l. iij. Oportebit

tamen probare Reum, quòd causa ludi illud fecit. ar. C. e. l. si non convicij. & ad leg. Corne. de sic. l. j. & D. de leg. iij. l. non aliter. in princ. Item nedum ludus, imò & debita 4 † correctio seu castigatio non habet iniuriam: vt D. de iniur. l. item apud. §. adiicitur. Modica autem castigatio est concessa patri, in filium: vt C. de bonis, quæ lib. l. cùm oportet. §. cùm autem. & de pa. po. l. iij. Item, senioribus, in iuuenes propinquos: vt C. de emen. propin. l. vna. Item, patrono, in libertum: vt D. de iniur. l. prætor edixit. §. prætereà. Item, domino, in mercenarium. ar. D. de pœnis. l. respiciendum. §. furta. Item magistro, in discipulum: vt D. ad leg. Aquil. l. sed & si quemcunque. §. fi. Item dominó, in seruum suum: vt C. de emenda. seruo. l. vna. Item marito, in vxorem: quia & sibi operatur: vt D. de dona. inter vi. & vx. l. sed si vir ex lana & de ope. liber. l. sicut. & etiam cum flagellis & fustibus potest eam cædere, in casu, in quo potest ei mittere repudium: vt in cor. vt liceat matri & auiæ. §. si quis autem propriam vxorem, col. viij. & arg. D. ad Sillania. l. iij. §. si tamen maritus. Item marito, in seruos dotales: vt D. solut. mat. l. si constante. §. si maritus. Item vsufructuario, in seruum, in quo habet vsumfructum: vt D. de vsufru. l. sed & si quid donetur. aliàs l. itémque si acceptum. §. quoniam. Item creditori, in seruũ sibi pignori datum: vt D. de pig. ac. l. eleganter. §. fi. Item, quicunque inuenerit seruum destruentem viam publicam ciuitatis, ipse potest eum fustigare: vt D. de via pu. in l. Græca, ædiles ciuiles. Item. iuris executio 5 † nõ habet iniuriam: vt D. de iniu. l. iniuriarum. j. §. j. Item, vim 6 † vi repellere, non habet iniuriam: vt D. de iusti. & iu. l. vt vim.

Itẽ generaliter, qui iure 7 † suo vtitur, non facit iniuriam: vt D. de reg. iur. l. nullus videtur dolo facere. & ad le. Aquil. l. scientiam. § qui cùm aliter. ¶ Item rectè dicitur, quòd percussit. quia si tantùm causa percutiendi 8 † manum leuauit, non ageretur leg. Cor. de iniur. sed prætoria actione: vt D. de iniu. l. iij. apud. §. j. ¶ Item rectè dicitur, in facie: quia certum locum 9 † debet actor designare: vt D. eo. l. prætor edixit. in prin. & §. quod autẽ. Item & in facie 10 † aggrauatur iniuria: vt D. e. l. vulneris. & Instit. e. §. atrox. Facies enim hominis est ad similitudinem pulchritudinis cœlestis figurata: vt C. de pœnis. l. si quis. ¶ Item rectè dicitur, quòd iniuriã statim 11 † ad animum reuocauit. non quòd sit illud necesse dicere: sed dicitur in libello ad illũ finem, & ex abundanti, s. quòd Actor iniuriam passus nõ aboleuit eam dissimulatione. Si enim percussus risit, bibit, vel comedit statim cũ percussore, ipse non posset postea agere actione iniuriarum: vt D. de iniur. l. nõ solùm. §. j. & Insti. e. §. fi. Est ratio: quia actio iniuriarum nascitur ex contumelia: vt D. de pac. l. si vous. §. sed si pactum. sed quando statim cõtumeliam sequitur risus, seu aliud signum familiaritatis & amicitiæ cum iniuriante, illud videtur inesse in percussione: vt D. de reb. credi. l. lecta. in vers. dicebã. & sic non videtur iniuria facta, vel potest fingi remissa. volenti enim

non

non fit iniuria: vt D. de iniur. l. j. §. vsqueadeo. Sed si interuallo risit, vel simile quid fecit cum iniuriante, nõ videbitur ob hoc remissa iniuria. & sic etiam superfluè dictum est in libello, & adhuc reuocat. Item est aduertendum, quòd si risus 12 † statim interueniat, vel pactum, statim, vel ex interuallo: licèt tunc tollatur actio in iure ciuilis, & etiam accusatio priuata: tamen accusatio publica non tollitur, si ibi locum habeat: vt D. de pactis. Iuris gentium. §. si paciscar. & l. ius publicum. & no. D. ad Silla. l. diuus Marcus. Item super risu est aduertendum, quid enim, si alicui 13 † esset mutilata manus vel pes iniuriosè, & statim arrisit iniurianti? certè tristis est valdè talis risus, nec est præsumendum, ipsum verè ridere, sed magis rechinare. Imò & si statim pactum fecit de non agendo actione iniuriæ, non credo in tanto damno suo & dolore summo, ipsum dixisse vel fecisse illud gratis, sed potiùs timens, ne plus offenderetur, & ideo ei præiudicare nõ deberet. ¶ Item rectè dicitur, & eam æstimat &c. quia iniuriam 14 † passus debet suã iniuriã æstimare: vt Insti. de iniur. §. pœna. Quidã tamen dixerunt, quòd vbi agitur ex lege Cornelia de iniur. æstimatio debet fieri à iudice, iuramento in litem delato iniuriam passo. & ita no. Instit. de iniur. §. sed & lex Cornelia. Alij dixerunt, quòd non iuratur in ea: sed fit æstimatio iniuriæ officio iudicis: vt D. eod. l. constitutionibus. & notatur eo. tit. l. lex Cornelia. in prin. nec æstimatur ab iniuriam passo, quando agitur ex lege Cornelia prædicta: vt notatur D. eo. l. iniuriarum æstimatio. sed vbi agitur in iure prætoria, tunc fit æstimatio ab iniuriam passo: vt Instit. eodem. §. pœna. & notatur per Columbum de pace iura. fir. §. iniuria. Sed dicendum est indistinctè, siue agatur lege Cornelia, vel actione prætoria, quòd iniuriam passus debet suam iniuriam æstimare. Et cùm inuenitur dici, quòd iudex æstimat eam: vt D. de iniur. l. constitutionibus. debet intelligi, sc. post æstimationem factam ab iniuriam passo, qui fortè in immensum iurauit. Item cùm inuenitur dici, quòd iniuriam passus eam æstimat: vt Insti. eo. §. pœna. debet intelligi, quòd etiam æstimatio iudicis sublequatur, ad refrenandam seu moderandã æstimationem factam ab iniuriam passo. Iniuriam enim passus eam æstimat, & quod æstimat, petit, quod posteà iudex ex officio suo mitigat. vt no. Inst. de ac. in prin. Pla. etiam dixit indistinctè, quòd iniuriam passus debet æstimare suam iniuriam. Item dominus Azo expressiùs locutus est, dicens, q, siue ex lege Cornelia, siue ex edicto prætoris agatur, iniuriam passus suam iniuriam æstimat taxatione à iudice facta, nequis iurauerit in infinitum. ¶ Item rectè 15 † dicitur, imò vellet eas potiùs de suo proprio amisisse: vt not. D. de iniur. l. iniuriarum æstimatio. ¶ Itẽ rectè dicitur, salua vestra iudiciali æstimatione &c. quia inquantum 16 † eam Actor æstimauerit, debebit fieri condemnatio, vel in minus, prout æstimabit iudex: vt Inst. e. §. pœna. Aestimabitur autem iniuria, relatione facta ad tempus

quo iniuria facta fuerit : non ad tempus petitionis, nec sententiæ. vt D.e.l.iniuriarum æstimatio.

¶ Item est notandum,quòd vbi potest agi pro 17 † iniuria lege Cor.ex lege xij. tab. potest etiam agi actione prætoria,scilicet ex edicto prætoris. vt prætor videatur ampliasse viam agẽdi.vt & aliàs viam succecendi : vt Insti.de bo.pos.§. j. & no.D.de iniur.l.lex Cornelia.in prin. ¶ Item est notandum, quòd actio 18 † iniuriarum ex lege Cornelia descendens est ciuilis ex lege xij.tabu.& sic debet esse perpetua.vt Insti.de perpe.& temp.ac.in prin. Et pro hoc facit, quod nota. D.quod me.cau.l.si cũ exceptione §.j. Sed pone, aliquis 19 † extitit vulneratus, cui ex officio suo inquisiuit, & accusatus extitit condemnatus vulnerasúsq; post duos annos vel tres vult agere pro iniuria sibi facta, quæ descẽdit ex lege Cor.opponitur contra eum, & dicitur,quòd nõ potest.colligitur omninò secundùm opinionem Ioannis & Bulgari.Martinus contrà, cúmque sequuntur Ia. & Ia.de Ra. vt no. in prælleg. l. si non conuicij.& hoc verum.& ita obtinuit de facto pluries in iudicio.

Non obstat,si dicatur,quòd inquisitum est per curiam.& de delicto vnius hominis non debet sæpius quæri. vt l. licèt. §. possumus. D.nau.cau.stab.dico, quòd verum est, eodem modò & eadem via. quòd nõ est in casu præsenti. aliud est enim officium curiæ, & aliud actio instituta per partem.vt l.non solùm. & quæ ibi scripsi. D.de rei ven.& arg.l.licitatio.§.quod illicitè D. de; pu. & ve. & videtur casus in l.fi.D.de pu.& ve. & videtur casus in l. fi. D. de fur. nam per acta facta in criminali probaretur in ciuili.vt l. quod euitãdi.C.de cõdic. ob turpẽ cau.Et prędicta habẽt locum, vbi quis fuit condemnatus. Sed vbi fuisset absolutus, & vulnerato sciente, fortè esset prędusa via dicto vulnerato.vt l.fi ma.ios. in fi.quæ est l.iiij. D.de adulter.nisi doceret de prævaricatione primæ sententiæ.vt l.ij. D. de præuari. & ita etiam obtinuit in iudiciis, cuz est ipsa veritas. licèt plura possent dici circa prędicta. Glossa tamẽ sequẽdo 20 † dominos Bul.& Pla. & Ioan. & Azonẽ, & quasi omnes Doctores, excepto Martino, tenet ibi contrarium, per l. si non conuicij.C.de iniur.vbi dicitur indefinitè, quòd actio iniuriarum tollitur anno. Sed illud ibi posset intelligi de prætoria tantùm:quia & de illa loquitur lex illa in sui prin. cùm ibi de conuicio loquatur. & ita tenet glo.D.e l.lex Cornelia.in prin. & hoc videtur verius. licèt sit durum recedere ob opinione prædictorum dominorum. ¶ Item est notandum quòd actio 21 † iniuriæ prætoria est annalis, & sic est tẽporalis: sed perpetuatur per executorem in xxx.an.vt C.de præscrip.xxx.an.l.sicut.& l.cùm notissimi.in prin. Item per litis contestationem in xl.an.vt e. ti l.fi. Item si preces fuerunt Principi porrectæ super ea.& iudex datus fuerit, illa faciunt litis contestationem, sic vt detur hęredi & contra hęredem.vt C. quando libellus princ. dat.l. j.& ij. ¶ Item est notandum quòd ex iniuria 22 † potest agi ciuiliter & criminaliter. & vtroque modo

est

est ad vindictam. vt D. de collat bo. l. cùm emancipati. §. emancipatus. & ideo criminalis tollitur per ciuilem. Item actio 23 † iniuriarum potest vendi & cedi. vt D. de hære. vel ac. ven. l. si nomen. Item, quia 24 † est ad vindictam, non transit ad hæredē: licèt regulariter pœnales sint trāsitoriæ ad hæredes: vt Insti. de perpe & temp. ac. §. non autem. in vers. sed hæredibus. litis tamen contestatio facit eam transire ad hæredem. vt D. de iniur. l. iniuriarum actio. & facit D. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriatū. Item non datur contra hæredes. vt Instit. de perpe. & temp. ac. §. non autem. in vers. est enim certissima, litis tamen contestatio facit eam dari contra hæredes. vt C. ex delic. defunc. l. vna. & facit Insti. de perpe. & temp. ac. §. pœnales.

SENTENTIA.

Cvm dictus 25 † Actor sufficienter probauerit intētionem suā, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis, taxatione seu æstimatione nostra iudiciali præcedente, condemnamus dictum Reum in prædictis decem lib. Turon. dandis & soluendis dicto Actori in emendam & satisfactionem dictæ iniuriæ, cùm delato ei à nobis iuramento iurauerit ad sancta Dei Euangelia, se nolle sustinuisse prædictam iniuriam pro prædictis decem lib. Turonen. imò potiùs vellet eas de suo proprio amisisse. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. solid. Turon. dandis dicto Actori pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ, cùm ad delationē nostrā, taxatione nostra præcedente, idem Actor iam iurauerit se expendisse prædictos c. sol. Tur. occasione præsentis causæ. ¶ Item potest sic formari sententia.

ALIA SENTENTIA.

Cvm dictus 26 † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: & nihilominus æstimata per eum iniuria in prædictis decem lib. Turo. vt apparet in libello, ipse ad delationem nostram iurauerit se nolle fuisse passum pro prædictis x. lib. Tur. imò vellet eas potiùs de suo proprio amisisse, & nobis visum sit æstimationem prædictam fore iustam & conuenientem: idcirco per sententiam in his scriptis cōdemnamus dictū Reum in prædictis decem lib. Turo. dandis dicto Actori pro emenda & satisfactione prædictæ iniuriæ.

¶ Item si videatur iudici in minori summa debere fieri condemnationem, ferat ita sententiam.

ALIA SENTENTIA.

Cvm 27 † dictus Actor sufficienter probauerit intētionē suam seu cōtenta in dicta petitione sua: & nihilominus æstimata per eum in libello prædicto iniuria in prædictis decem lib. Turon. iurauerit ad sancta Dei Euangelia ad delationem nostram, nulla tamen taxatione seu æstimatione nostra iudiciali præcedente, se relatione habita ad tempus sibi illatæ iniuriæ nolle fuisse passum prædictam iniuriam pro prædictis x. libr. Turon. imò vellet eas potiùs de suo proprio amisisse: nobis autem, inspecta qualitate prædictæ iniuriæ quia constat nobis, ipsam fuisse factam in carreria calida, & constat

nobis dictum Actorem commouisse prius ad iram dictum Reum, visum sit sufficere dicto Actori, sibi dari c. sol Turo. tantùm pro emendatione iniuriæ: Ideirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis c. sol. Turo. dandis & soluendis dicto Actori pro satisfactione & emendatione iniuriæ, & etiã pro vindicta &c. ¶ Probatur Insti. de iniur. §. pœna. & facit. quod not. D. de in lit. iur. l. videamus. §. iurare, & C. e. l. iij. & de iudiciis. auth. post insiurandũ. Sed videtur, quòd sententia 28 † sit nulla ipso iure: quia x. lib. Tur. fuerunt petitæ: & licèt iudex condemnationem facerit in c. sol. Tur. non tamen condemnauit nec absoluit in aliis c. sol. Tur. qui restabant de x. lib. Tur. in libello petitis, quod iudex debuit facere, vt sententia valeret: vt D. de excep. doli. l. apud Celsum. §. item quæritur. Sed respondeo, quòd illę x. lib. Tur. non fuerunt petitæ præcisè, sed salua taxatione iudicis: vt apparet in libello. Propter enim illa verba, salua æstimatione &c. non videtur petisse tota x. sed solùm illud, quod iudex taxauerit: vt arg. D. qui. modis. pig. vel hypo. sol. l. si debitor, §. j. Item dato, quòd illa verba non essent apposita in libello, tamen ipsa semper subintelliguntur de natura actionis iniuriarũ: vt satis apparet ex supradictis. quod autẽ subintelligitur, non deest: vt D. de rebus credi. l. cùm quid. ¶ Si, autem Reus 29 † debeat absolui dicetur ita.

SENTENTIA ABsolutoria.

CVm dictus Actor 30 † nõ probauerit intentionem suam, sed contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis dictum Reum absoluimus à dicta petitione, & à contentis in ea. & nihilominus condemnamus dictum Actorem in c. solid. Turo. dandis dicto Reo pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ: cùm idem Reus, delato sibi à nobis iuramento, iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos c. sol. Tur. occasione præsentis causæ.

RVBRICA X.

De actione iniuriarum prætoria.

SVMMA.

1 *Libellus actionis iniuriarum prætoriæ quomodo deformetur, & quibus moribus probetur. num. 2.*

3 *Iniuriarum nedum filius, matri meretrici filius appellatus, agere potest, sed & eius mater.*

4 *Iniuriarum actio an locũ habeat, si in veritate quis appellatus filius meretricis. num. 8 & 10*

5 *Iniuriarum an teneatur, qui aliquem diffamat, vt debitorẽ suum, qui non est.*

6 *Iniuriarum non tenetur, si quis dicat causa infamandi aliquem esse seruum suum, si probet illud.*

7 *Furandi causa quo accipit rem alienam mobilem, non tenetur actione furti, si non sit aliquis, an furtum fiat.*

9 *Pro iniurioso verbo cucubita fit duellum de iure Lombardorum, sed illo probato, duellum fabrè nõ cogitur, & iniuria cessat.*

61 *Ab iniuriarum actione an se excusare possit, qui iniuria affectus infert iniuriam. Et an iracundiae calor excusationem mereatur. num. 14.*

62 *Sententia in actione iniuriarum proferri quomodo formanda sit remissiue.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus vocauit dictum Actorem malitiosè filium meretricis. quam iniuriam dictus Actor statim reuocauit ad animum, & adhuc reuocat, & eam æstimat in centum sol. Turo. & nolet eam sibi dictam fuisse per dictum Reum pro prædictis centum solidis Turonen. imò potiùs illos eorum solidos de suo proprio amisisse. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in centum solid. Turon. dandis dicto Actori, salua vestra iudiciali æstimatione, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum, &c.

¶ Probatur 6 † Instit. de iniur. §. primo. Et super isto libello videantur ea, quæ dicta sunt in præcedenti. Et est notandum, quòd ex prædictis 3 † verbis iniuriosis, non dum potest agere ille Actor, imò & mater eius: quia vocata fuit meretrix: vt arg. C. ad Orficia. l. si qua illustris mulier. Iniuria enim fit aliquando absenti & ignoranti: vt D. de iniur. l. item apud. §. comitium autem. ¶ Item est notandum, quòd si aliquis 4 † vocet alium filium meretricis, & verum sit, non habet locum actio iniuriarum. vt D. de iniur. l. eum qui nocentem. in prin. Licèt enim ille animum iniuriandi habuit, veritas tamen excusat ab actione iniuriarũ. Forma enim iniuriæ non inuenit ibi materiam paratam, ad recipiendum iniuriam. & ideo ille alter, qui & verè est filius meretricis, non habet, de quo conqueratur. Et facit ad hoc, quia si quis vocat alium 5 † debitorem suum, diffamat eum: quia & sic detegitur paupertas eius. arg. C. quando & quibus quar. pars. l. 2. §. mobiles. lib. x. debitor etiam dicitur quodammodo seruus creditoris: vt C. de noua. l. 3. & tamen si verum sit illum esse debitorem, veritas excusat ab iniuria. vt D. de iniur. l. item apud. §. si quis nõ debitorem. & Instit. e. §. i. à contrario sensu. Item facit ad hoc: quia si quis 6 † dicat causa infamandi, aliquem esse seruum suum, si probet illud, ipse non tenetur actione iniuriæ: vt C. e. l. si quidem. Item facit ad hoc: quia qui accipit 7 † rem alienam mobilem causa furandi, ipse non tenetur actione furti, si non sit aliquis, cui furtum fiat: vt D. de fur. l. falsus. §. qui alienum quid iocans. & Instit. de ob. quæ ex delic. §. placuit. & D. de fur. l. inter omnes. § pen. Sic 8 † ergo & in casu prædicto, cùm materia deficiat, & actio debet deficere, nec potest oriri: sicut econtra, si materia adesset, & forma deficeret, non haberet locum actio iniuriarum. vt de iniur. l. item apud. §. si quis Astrologus. Item facit C. vt infrà cer. tem. criminal. quæst. termini. l. 2. §. quòd si quis sit filius meretricis, non est ei iniuria, si sibi dicatur, vel ita vocetur. Itẽ facit ad hoc: quia pro iniurioso § † verbo cucurbitæ, sit dict.

lum de iure Lombardorum: vt suprà, in tit. de duello dictum est. sed si ego, qui vocaui Martinum cucurbitam, paratus essem probare illud esse verum, certè nullus dicet, quòd ego cogar subire duellum cũ eo. Et sic apparet, quòd illo probato habet cessare iniuria. & ita tenebat dominus Bermundus. ¶ Quidam tamen 10 † dicunt contrarium, dicentes, quòd veritas in casu nostro non excusat dicentem à prædicta iniuria, plurib. rationib. Primò, quia non interest Reipub. quòd aliquis dicatur filius meretricis. interesse autẽ Reipubl. requirit l. illa, cum qui nocentem ad hoc, quòd quis excusetur ab iniuria: vt ibi. Sed dico quòd non requiritur interesse Reipublicæ necessariò. Item aliquando potest interesse. arg. D. de decu. l. generaliter. §. spurios. Item dicunt illi, quòd ex talibus verbis iniuriosis possent oriri discordiæ & damna. arg. D. de suspec. tu. l. tutor. §. 1. quod debet vitari & restringi. Sed dico, quòd non sunt verba in personam illius, nec debet habere pro malo: vt dictum est. Item adducunt: quia qui affectatur aliquem claudum claudicando, ipse tenetur actione iniuriarum. l. item apud. §. aliud. & tamen verum erat, illum esse claudum. Sed fortè assiduitas seu frequẽtatio cum hoc, quia claudicando ad factum quoddam procedebatur, induceret ibi actionem iniuriarum. & secus, si vocaret eum claudum frequenter: quia tunc veritas excusaret eum ab actione iniuriarum. Item facit pro eis in ead. l. §. generaliter. Item dicunt, ad quid vocabitur fur ille, qui de furto satisfecit, & fustigatus est? solutione enim eius, quod debetur, tollitur obligatio: vt Insti. qui. mo. tol. ob. in princ. Sed dico, quòd adhuc expedit illud scire. vt arg. D. de re mil. l. non omnes. §. à barbaris. & etiam ille remanet semper infamis: vt D. de fur. l. non potest. & potest dici fur. nec ipse habet causam conquerendi. Item adducunt C. de sup. l. imperialis. §. præsenti sanctione. ibi. dum dicitur, nam omni macula penitus deleta &c. Sed dico, quòd ibi lex illa specialiter illud disponit. Item adducunt l. vt. dist. c. vndecunque. & c. nasci. Sed illud ibi, quantum ad Deum. & aliud est, quantum ad ius ciuile. vt D. de decu. l. generaliter. § spurios.

¶ Sed quid erit, Titius 11 † vocauit Martinum cucurbitã. & Martinus ita motus vocauit statim dictum Titium filium meretricis, vel furem. Quæritur an Martinus possit se excusare ab actione iniuriarum? Et videtur, quòd sic. arg. D. de iust. & iu. l. vt vim. & ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cùm aliter. & de vi & vi ar. l. 3. §. eum igitur. & C. unde vi. l. 1. & ad leg. Iul. de vi pu. vel priva. l. quoniam multa facinora. Sed dicẽdum est, quòd Martinus non est excusatus ab iniuria: quia negare non potest, quin iniuriam fecerit dicto Titio, l. vocando eum filium meretricis, vel furem, cùm verum non esset. Et leges prædictæ in contrarium allegatæ loquuntur, cùm violentia infertur personæ simpliciter, vel personæ pro rebus. & talem violentiam licitum est propulsare incontinẽti: quia melius est ante tempus occurrere &c. vt ibi. & ar. C. in qui. cau. in inte. resti. non est ne. l. si. hîc autem in quæstione nostra non fuit aliqua violentia, quæ propulsatione indigeret, ad conservationem iuris

iuris ipsius Martini, ſ. quia nihil factum fuit ipſi Martino, per quod offenderetur in perſona, vel in rebus: ſed ſolùm facta fuit ſibi verbalis iniuria, quę aliquam propulſationem non habet. Credo tamen, quòd mitiùs ageretur cum Martino ſuper illa iniuria per eum dicta & facta: quia iuſtum dolorem habuit, cùm vocatus eſt cucurbita, qui dolor non potuit citò, refrenari: vt ar. D. ad Sil. l. ſi quis in grauj. §. ſi tamen maritus. & de adul. l. ſi adulterium. §. Imperator. et. Sed videtur, quòd Martinus non teneatur ꝛꝛ † tunc, nec debeat in aliquo condemnari, pro eo: quia iratus illud dixit ſeu fecit. arg. D. de dinor. l. 3. & de reg. iu. l. quicquid calore. & de publica. l. licitatio, in prin. Sed dicendum eſt, quòd calor iracundiæ, ſeu irá, non defendit aliquẽ ab actione iniuriarum. vt habetur C. de iniur. l. ſi non conuicii. & D. de pœnis. l. aut facta. §. cauſa. in fi. licèt, vt credo, minor ſit iniuria, mitiusque debebit agi cum dicto Martino, quia vocabatur cucurbita: vt dictum eſt ſtatim.

¶ Super ſententia 13 † ferenda in iſta actione iniuriarum prætoria recurratur ſuprà in præcedenti actione in iure ciuili: quia iam fraternizant quàm plurimùm: vt apparet ex ſuperioribus.

RVBRICA XI.

De actione legis Aquiliæ.

SVMMAR.

1 *Libellus actionis legis Aquiliæ quomodo formetur, & quibus verbis*

probetur. numer. 2.

2 *Legis Aquiliæ caput primum pro quibus rebus locum habeat.*

3 *Legis Aquiliæ actionem vt locum ſit, an neceſſarius ſit dolus.*

4 *Adulterantem ſeruum cum vxore ſua ſi quis inuenit, an iuſtè eum occidere poſſit.*

5 *Occidere an ſeruum quis poſſit, qui ſibi vt latro inſidiatur.*

6 *Seruum volentem me interficere, an & quando interficere poſſim, aut fugere teneat.*

7 *Seruum an iuſtè interficere poſſim, deprehenſum in furto rerum mearum. Et an fugere teneat. numero 9.*

8 *Occidens numquid trahi poſſit ad inquaſtam.*

9 *Accuſari numquid criminaliter poterit, ſi aliquis alium occiderit.*

10 *Condemnari criminaliter numquid quis ex eiſdem actis ciuilibus poſſit.*

11 *Acta facta in cauſa ciuili, numquid fidem faciant in cauſa criminali, & ex eiſdem actis criminaliter qui condemnari poſſit.*

12 *Actio legis Aquiliæ directa, & vtilis, quibus competat.*

13 *Actio de pauperie datur cuique, cuius intereſſet.*

14 *In actione legis Aquiliæ communis æſtimatio quando & quomodo locum habeat.*

15 *Legis Aquiliæ primum caput reſpicit annum vtrò: in tertio capite non reſpicitur pluris valor per annum vtrò, ſed ſolùm per triginta dies.*

16 *Actio legis Aquiliæ datur contra negantem in duplum.*

17 *In actione legis Aquiliæ in ea-*

dem libello duplum qualiter peti debeat.

20 In actione legis Aquiliæ, si servus post vulnerationem vixit per aliquot dies, veniunt expensæ in medicos factæ, & etiam damna & interesse. Et an & quando ex inflictis vulneribus mortuus præsumatur.

21 Actio legis Aquiliæ datur similiter ad damnum, damno privato considerato. Et eadem consideratione, quia privatum est delictum, cujus interest, criminaliter accusare permittitur, ad pœnam extraordinariam imponendam. Et quando & à quibus de crimine publico, vt homicida, accusari possit.

22 Homicida punitur, non habita differentia conditionis personæ hominis occisi, sed bene ipsius occidentis: licèt alias dupliciter in pœnis personæ spectatur.

23 Causa civili pendente, interim dormit criminalis & econtra.

24 Servus vulneratus si surrexerit post triduum, & super baculum suum ambulaverit, an vulnerans teneatur de occiso.

25 Cautela pro vulnerante, vt de occiso non teneatur.

26 Credendum an & quando sit chirurgis, medicis, & aliis in sua arte. Et an contrarium probare liceat.

27 Vulnerans vel percutiens alium animo interficiendi, vel ad actum propinquum occidendi veniens, vt homicida, an lege Cornelia de sicariis teneatur. Et animo interficiendi an percusserit, num præsumatur, & quid astendi debeat.

28 In homicidio voluntas inspicienda de iure. & quid de generali consuetudine.

29 De homicidio tenentur omnes, qui animo interficiendi interfuerunt, sive omnes percusserint, sive unus tantum, sive plures de illis. Secus, si non ex proposito occidendi. sed casu, vel rixa facta, aliquis occisus inventus sit. Nam tunc distinguendum, vt ibi.

30 Rixantes si clament, moriatur, moriatur ille servus: an eo percusso, teneantur omnes de homicidio. Et ibi de quæstionibus similibus. nu. 31.

32 Homicida an reputari debeat, quòd teneatur lege Cornelia de sicariis, qui cum rixaretur cum quadam in via publica, & posuisset malitiosè gladium ad gulam scindendam, cùm posset, nolui eum occidere, sed elegit eum cum gladio in tibia vulnerare, & ille cum manu tibiis occurrens, manum ei abscidit. Paulo post moritur, quia vulneratus stupefactus subito cecidit supra lapidem scindentem, & caput sibi rupit, relex aliis accidentibus ibi enumeratis.

33 Vulnerans an imputabitur casus mortis, si ex medici negligentia mortuus sit vulneratus, aut dolo. Et quid, si vulneratus ex malo suo regimine, aut dolo moriatur. nume. 34.

35 Vulnerans an teneatur de occiso, si vulneratus perit incendio, vel ruina, vel fulgore, vel alias aliquo occasu fuit.

36 Vulnerans aliquem, numquid teneatur lege Julia de vi publica. nu 41.

37 Legi Julia de vi publica an ipse regularium

galiter teneatur de iure, qui ies domo ſua arma tenet. Secus de conſuetudine. nu. 40.

38 *Lege Iulia an teneatur, qui in publico fert cum armis. Et quid de conſuetudine. nume. 40.*

39 *Legis Iuliæ de vi publica pœna quæ ſit.*

41 *Vulnerans aliquem in loco publico, vbi quis cum armis in publico eſſe poteſt, qua lege accuſari, & quomodo puniri debeat.*

43 *Sententiæ formula in actione legis Aquiliæ, contra negantem.*

44 *In actione legis Aquiliæ, Reus negans ſe occidiſſe ſeruum, quandiu in inficiatione perſiſtere poſſit, & duplæ condemnationem euitare.*

COram vobis domino iudice 1 † Montis Peſſulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus per iniuriam occidit quendam ſeruum nomine Stichum, ad dictum Actorem iure dominii pertinentem: qui ſeruus valuit communi æſtimatione retrorſum infra annum, ab occiſione ſeu à vulneratione, ex qua mors dicti ſerui ſecuta fuit, cõputandum, x. lib. Turon. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt ſibi dictas x. lib. Turon. det pro æſtimatione dicti ſerui, ſi confiteatur dictum ſeruum occidiſſe: vel ſi diffiteatur, quòd ſibi xx. lib. Turo. det. ſcilicet æſtimatione ſerui duplicata. & petit à vobis dicto domino iudice, vt præfictum Reum in prædictis x. libris Turonen. dandis & ſoluendis dicto Actori, ſi idem Reus confiteatur dictum ſeruum ſe occidiſſe: vel in duplum, ſcilicet in xx. lib. Turonen. dandis & ſoluendis dicto Actori, ſi idem Reus negauerit ſe dictum ſeruum occidiſſe, per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur 2 † Ioſti. de act. §. ex maleficiis. Rectè dicitur, occidit quendam ſeruum &c. quia primum 3 † caput legis Aquiliæ, ex qua hîc agitur, habet locum pro homine occiſo. & etiam habet locum pro morte quadrupedum, quæ numero pecudum habentur, & gregatim paſcuntur, vt ſunt boues, & ſimiles. vel eorum, quæ iumentorum operam nobis præſtant, licèt gregatim non paſcantur. vt ſunt elephantes, & cameli: vt D. ad legem Aquiliam. l. 2.

¶ Item, rectè dicitur, per iniuriam, id eſt, iniuſtè, ſeu nullo iure permittente: vt Inſtitu. eo. §. iniuria. nec enim 4 † neceſſarius eſt dolus, imò ſufficit culpa: vt D. eod. l. in lege Aquilia. 2. ¶ Iuſtè autem 5 † potuit Martinus illum ſeruum interficere, ſi inuenit eum adulterantem cum vxore ſua: vt D. eod. l. qui occidit. in princi. ¶ Item, ſi inſidiabatur † 6 oi, vt latro: vt D. eod. l. itaque. in prin. & C. quando licet vnicuique ſine iudi. vindi. l. 1. & D. de iuſtit. & iure. l. vt vim. ¶ Item, ſi dictus ſeruus 7 † conabatur Martinum interficere, Martinus debuit fugere, ſi commodè potuit, nec tunc debuit dictum ſeruum interficere. vt ar. D. ad legem Aquiliam. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. Sed ſi ſeruus volebat eum de poſſeſſione ſui fundi expellere, tunc Martinus non habuit neceſſariò fugere, ſed ſuam poſſeſſionem potuit defendere, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ: vt C. vnde vi. l. 1. &

ad legem Iuliam de vi pub. vel pri. l. quoniam. & D. de vi & vi ar. l. 3. §. eum igitur. In primo tamen casu, scilicet quando ille seruus conabatur Martinum interficere, si erant in platea dominæ nostræ de tabulis, cùm Martinus esset consul, vel alias nobilis homo reputatus, & sic esset sibi dedecus, si fugeret: tunc non debuit fugere, nec se retrahere, sed licitè potuit tunc illum seruum interficere. vt quidam dicunt. argum. D. ex quibus causis ma. l. in eadem causa. in fin. Quod non credo verum: quia non est dedecus, euitare homicidium. potissimè, vbi quis non sentit damnum in rebus suis. imò est virtus humilitatis, quæ maior est in maioribus. Item, se retrahere. si potuit, non reputo humilitatem: sed magis debitum, postquam in rebus damnum non timet. per prædictã l. scientiam. §. qui cùm aliter. D. ad legem Aquiliam. Nec per arg. l. debilia debemus determinare, permitti, aliquem interficere, de quo expressè cautum non inuenitur. ¶ Item, potuit 7 † eum iustè interficere, si deprehẽdit eum in furto rerum suarum. Et si fuerit fur nocturnus, potuit eum interficere, duobus intercedentibus: scilicet si fugiebat cum rebus furatis. Item, si Martinus altè clamabat, Als layros. als layros. vel, à la mort à la mort. als layros. qui est clamor cõsuetus fieri vulgò in talibus. Si autem fur fuit diurnus, potuit occidi, tribus intercedentibus: scilicet si fugiebat cum rebus furatis, & quòd telo se defendebat, item quòd clamor prædictus ibi factus fuit per Martinum: vt D. ad legem Aquiliã. l. itaque. §. lex duodecim tabularũ. & l. si ex plagis. §. tabernerius. & ad legem Corneliam de sicar. l. furem. ¶ An quis 9 † deberet fugere, vel non. Tu dic, quòd sufficit terror armorum: vt l. 3. §. qui armati. & §. eum igitur. & §. armis deiectum. D. de vi, & vi ar.

QVÆSTIO. Quæro, nunquid 10 † occidens possit trahi ad inquæstã? Dico, quòd sic, pro morte hominis: & hoc, si dolosè facit. Sed quid, si est in lata culpa, nunquid poterit trahi ad inquæstam? Videtur quòd non: quia lata culpa in delictis dolo non æquiparatur. Dico, quòd opinio Doctorum est, quòd sic. Sed si sit in leui vel leuissima culpa, tunc est communis opinio Doctorum, quòd non possit trahi ad inquæstam.

QVÆSTIO. Quæro, nunquid si 11 † aliquis occiderit aliũ, poterit accusari criminaliter? Et dic, quòd sic. & per cõsequens posset trahi ad inquæstam. glo. tenet, quòd sic, in l. fin. de priuil. delic. Doctores sic modificãt illam glossam, scilicet quòd si quis interfecerit dolosè, puta quia reperit in cãpo suo: & tunc poterit accusari criminaliter, & per consequens trahi ad inquæstam. non quòd teneatur lege Cornelia de sicariis, sed de arbitrio iudicis. Sin autem non dolosè, sed culpabiliter: & tunc non potest accusari criminaliter, nec per consequens trahi ad inquæstam. & id practicatur sæpè: quia quando curia procedit contra delinquentes ex officio, vel fine aliqua accusatione, vt in Authent. de collat. §. pen. collat. 9. sic semper trahit delinquentes ad inquæstam.

QVÆSTIO. Quæro, nunquid ex eisdem 12 † actis similib⁹ possit quis condemnari criminaliter? Vi-

liter? Videtur, quòd non. quia ſententia debet eſſe conformis libello. quod non eſſet, ſi ex actis ciuilibus condemnaretur quis criminaliter. Contrà, D. de variis & extraordin. cog. l. ſi medicus. & in Authent. de mand. princ. col. 3. in §. quòd ſi delinquentes. & l. quod euitandi. C. de condictio. ob turp. cau. Dico, quòd non, communiter, ſi pars hoc non dicat. ita loquuntur iura allegata in contrarium: ſed ſeruatur in practica, quòd facta condemnatione, iudex inquirat ex officio ſuo: & iſta eſt concluſio.

QVÆSTIO. Quæro, nunquid acta 13 † facta in cauſa ciuili, fidem faciant in cauſa criminali, & ex eiſdem actis poſſit quis condemnari criminaliter? Diſtinguendum eſt. nam quandoque agitur criminaliter ad inſtantiam partis, & tunc acta facta in cauſa ciuili, non faciunt fidem in cauſa criminali. & probatur, quia in criminalibus probationes debent eſſe &c. l. ſciant. C. de proba. cum ſimil. Si autem curia vult procedere ex officio, & eiſdem actis condemnare, cùm hodie curia ex officio procedere poſſit per viam inquiſitionis: vt l. congruit. D. de offic. præſi. & in §. ad hæc prohibemus. in Auth. de collat. coll. IX. & tunc dicunt quidam idem, per iura allegata. & per l. denunciaſſe. §. pen. in fin. D. de adult. Quod non credo verum, quia imò ſi ad inſtantiam partis eſſet probatum crimen ciuiliter, quòd etiam iudex poſſet eum punire ex eiſdem actis criminaliter. quia iudex quandoque ſuper eo, quod eſt diuerſum, pronunciat. ergo multò magis, quando eſt idem. vt l. 2. §. ſi publico. de adulte. & l. bouem. §. aliquando. D. de ædi. edic. & hoc videtur expreſſum. D. de offic. præſi. l. fin. & de publican. l. licitatio. §. quod illicitè. & de fur. l. interdum. 2. § qui furem. & eſt caſus C. de condic. ob tur. cau. l. quod euitandi. Econtrà autem nō eſt dubium, quòd acta facta in criminali faciunt fidem in ciuili, quo ad hoc, vt fiat reſtitutio damnum paſſo, ex officio iudicis, ad partis requiſitionem: vt in §. quòd ſi delinquentes. in Auth. de mand. princip. coll. 3. & in l. ſi medicus. D. de var. & extraordin. cognit.

¶ Item, rectè dicitur, quòd ſeruus erat Actoris: quia actio 14 † directa legis Aquiliæ competit domino. vt D. ad leg. Aquiliam. l. item Mela. §. legis autem Aquiliæ. licèt & vtilis detur vſufructuario. vt e. l. §. fin. Sed actio 15 † de pauperie largiùs patet. & datur cuique, cuius interſit: vt D. ſi qua. pau. fe. dic. l. 2.

¶ Item, rectè dicitur, quòd ille ſeruus valuit x. communi æſtimatione. Communis 16 † enim æſtimatio habet locum in hac actione: vt D. ad leg. Aquiliam. l. ſi ſeruum meum. Attamen, ſi eſſet bos, vel aliud animal, cuius partes poſt occiſionem valerent, & eſſent vtiles ad aliquem vſum, vt corium & caro bouis, & corium aſini, & oſſa elephantis: illud deduceretur de totali æſtimatione, ſi dominus haberet ea. vt D. de condic. fur. l. ſi ſeruus. §. boue ſubrepto. Sic & ſi amphora, quæ valebat 4. denarios eſſet ab aliquo per iniuriam rupta, & dominus haberet petias vitri, quæ valerent vnum denariū, dominus nō petit niſi tres denarios. Sed in præ-

dicto seruo mortuo nihil posset deduci de tali æstimatione: quia homo mortuus ad nullum vlum valet. ¶ Item dicitur, retrò infra annum: quia 17 † lex Aquilia in primo capite respicit annum retrò. vt D. ad leg. Aquil. l. 2. & Instit. eo. in princip. In tertio autem capite legis Aquiliæ, in quo veniunt cætera damna data in prædictis, scilicet in homine, & animalibus sub primo capite repositis, & cætera damna data in cæteris rebus omnibus, non respicitur pluris valor per annum retrò, sed solùm per xxx. dies retrò. vt D. eo. l. si seruus seruum. §. tertio autem capite.

¶ Item dicitur, ab occisione vel vulneratione, vnde mors secuta est, retrorsum computandum &c. vt D. eod. l. ait lex. ¶ Item, rectè 18 † dicitur, quòd si negauerit &c. vt D. eo. l. 2. & l. inde Neratius. §. hæc actio. & C. eo. l. contra negantem. & D. de seruo cor. l. doli. §. hæc actio. Item, rectè petitur 19 † duplum in eodem libello sub conditione, si negauerit se occidisse dictum seruum. vt simile not. C. loca. & conduc. l. conductores. Item est notandum, quòd si ille seruus 20 † post vulnerationem vixit per aliquos dies, & expensæ factæ fuerunt in eo curando, fortè in mediis, & nihilominus mortuus est ex illis vulneribus: illud venit in hac actione. venitur etiam in ea, cætera damna & interesse. vt D. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si in collusatione. & facit eod. titul. l. ait lex. in fine. & si quadru. pau. fe. dic. l. ex hac lege. & de his qui dese. l. fin. & de pecul. l. sed si damnum. §. sed si à se vulneratum. Et duplicatur, quod est simplandum: si tamen peratur. vt D. quod me. causa. l. si cum exceptione. §. 1. & de seruo cor. l. in hoc iudicium.

¶ Sed an ex istis vulneribus præsumatur mortuus, ex infrà scriptis potest apparere. & licèt non appareat bene, tamen videtur esse determinatum in l. huic scripturæ §. si seruus. ibi, hac ita tam varie. ibi, quod mortuo eo apparuit, scilicet si vulneratus mortiferè ibi demum decesserit.

¶ Item est notandum, quòd considerato 21 † damno meo priuato, datur mihi actio legis Aquiliæ ad damnum. & sic ciuiliter. & ex eadem consideratione, quia priuatum est delictum, ego, cuius interest, & non alter, potero Martinum accusare criminaliter, vt pœna extraordinaria imponatur ei: vt D. de pri. deli. l. fin. cum ibi not. Sed considerato, quòd seruus erat homo, & fuerit dolo occisus: poterit Martinus à me, vel ab alio quocunque de populo, accusari de crimine publico, vt homicida, scilicet lege Cornelia de sicariis. vt D. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. si dolo. & Institut. eo. §. liberum. Homicida enim 22 † punitur, non habita differentia conditionis personæ hominis occiß. vt D. ad leg. Cor. de sic. l. 1. §. & qui hominem. sed bene haberur differentia personæ ipsius occidentis. vt eod. tit. l. 3. §. pen. licèt & aliàs spectetur duplicitèr persona in pœnis. vt D. de pœn. l. aut facta. §. persona. & de iniu. l. fin. Causa tamen 23 † ciuili pendente, interim dormiet criminalis, & econtrà: vt C. quando ciuilis actio criminali præiud. l. vnacum ibi notatis.

¶ Item dicunt quidam, quòd si prædi-

prædictus seruus 24 † vulneratus surrexit post triduum, & super baculum suum ambulauerit: non tenebitur aliquis de occiso. iuxta illud, quod not. C. de emen. seruorum. l. vna. Sed illud non est verum. multos enim audiuimus mortuos vulneratos, vel potionatos, extra post triduum, etiam sine baculo, & tamen sanari non poterant, sed ex illis vulneribus moriebantur, vel ex illa potione mala eis dolo malo data. non dico, quin multum possit operari breuitas, vel longinquitas temporis seu spatii, ad præsumptionem inducendam: vt argum. D. de priui. cre. l. si ventrio fin. & de diuor. l. 3. in fin. & facit extra de cler. percus. c. 2. Item esset bona 25 † cautela, cùm aliquis est vulneratus, quòd authoritate curiæ amici vulnerantis facerent inspici & iudicari vulnera per chirurgos: qui si deponerent, vulnera non esse mortalia, & postea vulneratus moreretur: præsumeretur mortuus ex alia causa, forte ex incuria seu negligentia seruitorum, vel ex eius malo regimine: & sic qui vulnera intulit, non teneretur de occiso: vt D. ad leg. Aquil. l. qui occidit. in fine. & l. si ex plagis. in princ. Crederetur 26 † enim chirurgis seu medicis. vt C. de re milit. l. semel. lib. xii. & argum. in cor. de non alien. per mut. reb. eccleſiaſt. §. quod autem dictum est. collat. 2. & Instit. de rerum diuis. §. præterea. & C. de proxi. sac. scri. l. in sacris 3. lib. xii. Et sufficiet, eos iurare de credulitate secundùm artem medicinæ. argumen. D. de statu hom. l. septimo mense. & de vent. inspi. l. 1. §. 1. & quod not. C. de testi. l. testium. Item, debebunt adhiberi duo vel tres: vni enim non crederetur. vt C. eo. l. iurisiurandi. & D. eod. l. vbi numerus. Item, debebunt eligi tales chirurgi seu medici, qui secundùm suam artem non fallant, nec fallantur. argum. C. de pondera. & auri illatio. l. 2. lib. x. Posset tamen probari in contrarium, per alios medicos. argum. D. de mun. & honoribus. l. vt gradatim. §. reprobari.

¶ Nunc restat notandum, quia de homicidio & de vulneratione facta est mentio, quòd si aliquis 27 † vulnerauit seu percussit alium animo interficiendi: siue postea ille vulneratus exinde moriatur, siue non, ille vulnerans tenebitur vt homicida. l. Corn. de sic. Idem, si nec vulnerauerit, nec percusserit, sed ad aliquem actum propinquum venit, & fecit, quod potuit, vt occideret. voluntas enim, non exitus, spectatur. vt D. ad leg. Corn. de sic. l. diuus Adrianus. & C. eod. l. is qui cum telo. Animus autem interficiendi præsumitur in eo, qui non percussit. sed insecutus fuerit alium cum telo, & fecit quod potuit, vt ibi. Sed in eo, qui percussit, an animo interficiendi percusserit, attenditur: quia si percutiens, cum percutiebat, posset percutere de cuspide gladii, magis voluit percutere de plato: vel cùm posset percutere de cuspide in ventre, elegit percutere in pede: tunc licèt exinde mors fuerit insecuta, non tamen præsumitur, quòd fuerit animus interficiendi, sed solùm vulnerandi: vt D. eod. l. 1. §. diuus. & ideo ita talis percussor non est ho-

micida tunc hodie. Et licèt in homicidio 28 † voluntas multum debeat inspici: attamen & euentus spectatur de consuetudine generali. quia licèt quis animum interficiẽdi habuit, & percusserit, vt peiùs potuerit: si tamen mors non fuerit subsecuta, ipse non puniretur vt homicida: licèt aliàs puniatur de vulnerato.

¶ Item est notandum, quòd si plures, 29 † fortè decem, interfuerunt, dum ille seruus interficiebatur: si omnes venerunt vel fuerunt ibi animo interficiendi eum, siue omnes percusserint, siue vnus tantùm, siue plures de illis: tunc omnes decem tenebuntur de homicidio: vt D. ad leg. Cor. de sic. l. 1. in princ. Si autem illi decem non venerunt, nec erant ibi ex proposito occidendi illum seruum, nec vulnerandi eum, nec animo in corpore eius aliquod damnum inferendi: sed rixa facta inter eos, ille seruus inuentus est occisus. & est rixa, exempli gratia. si illi decem non ex proposito malum faciendi, sed fortè vnus modò, deinde alter, & sic de singulis, intrauerunt tabernam de Riſiuada causa potandi: & ille seruus etiam intrauit ibi. & cùm potassent, quidam de illis rupit vitrum vel amphoram, & ignorabant quis erat ille, & rixa facta seruus inuentus est occisus. Vel illi decem homines venerunt à casu in herbaria, vnus post alium, & ille seruus etiam: & cùm emerent aliquid de incantu, qui ibi fiebat, rixa facta est inter eos super quadam mappa, quam quilibet intendebat se debere habere pro precio, ad quod incantor eam deliberauerat, ille seruus inuentus est occisus: tunc dico, quòd aut omnes decem percusserunt dictum seruum, aut non. Si omnes rixantes gladio percusserunt eum, & apparet, cuius ictu periit, seu quis eorum animo occidendi percussit eum: ille solus tenebitur de occiso, & alii solùm de vulnerato. Si autem non apparet, cuius ictu periit, seu non apparet, quis est ille, qui ictum fecit, vnde periit tũc, quia omnes gladio percusserunt, omnes tenentur de occiso: vt D. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. & ad leg. Corn. de sic. l. fin. Si autem non percusserunt omnes rixantes, & fortè tria vulnera inuenta sunt in dicto seruo: tunc si apparet, qui sunt illi tres, qui percusserunt, alii, qui non percusserunt, non tenebuntur de occiso, nec de vulnerato. sed de illis tribus qui percusserunt, si appareat, cuius ictu eorum periit dictus seruus: ille solus tenebitur de occiso, & alii duo de vulnerato. Si autem non appareat, cuius ictu illorum trium seruus periit: tunc omnes illi tres, qui percusserunt, tenebuntur de occiso. per ll. superiùs allegatas. Ex prædictis dico, quòd si homo inuentus fuerit occisus in rixa, nec inueniatur in eo, nisi vnum vulnus, vel duo, & sic certum est, quòd non fuit percussus ab omnibus rixantibus: si non apparet, à quibus fuit percussus, non dico, quin aliquis eorum teneatur de occiso, scilicet ille qui illum hominem occidit. Attamen, quia non probatur, quis est ille: & quia fuerunt plures, nec apparet, quis eorum occidit:

occidit: & quia illi non erant in hoc ex proposito occidendi seu vulnerandi, sed à casu venit inter eos rixa: certè omnes debebunt absolui in dubio. vt D. de pœnis. l. ab semem. C. de probat. l. fin. Sed quod dictum est suprà, scilicet quòd omnes tenentur in dubio, quando non apparet, cuius ictu in rixa periit ille seruus: certè illud est speciale, ex eo, quòd constabat ibi omnes rixantes gladio percussisse, & sic debent teneri. vel constat, qui erant illi, qui percusserant: & illi etiam omnes in dubio tenentur, & non alii. Hîc autem nec omnes percusserunt, nec apparebat, quis. vel qui de illis percusserant: & sic omnes in dubio absoluentur. Quidam tamen dicũt, quòd si pluribus rixantibus vnus inueniatur occisus, non habens nisi vnum vulnus seu vnum ictum: si appareat quis est ille, qui percussit, ille solus tenebitur de occiso, & alii non. & in hoc bene dicunt. Si autem non potest inueniri, quis est ille, qui percussit, seu illum ictum seu vulnus fecit: tunc in illo dubio omnes tenebuntur de occiso. Sed istud vltimum non credo verum. quia sic sequeretur, quòd vnus in rixa percutiens & occidens, faceret teneri de homicidio suo omnes alios, fortè x. vel xx. qui licèt rixarentur, & verba iniuriosa inter se dicerent, & fortè rixando gladios in manibus tenerent, timentes quilibet ab altero offendi in persona, tamen ipsi non percusserunt: quia noluerunt, nec percutere mandauerunt, nec fortè vnquam magis insimul fuerunt, nec fortè se inuicem cognoscebant. quod non est dicendum. Sed quando omnes percusserunt, nec inuenitur, cuius ictu seruus periit: tũc percussio illa ex qua periit, damnat quẽlibet, & eos teneri facit in dubio de homicidio: quia omnes percusserunt. & ne maleficia remaneãt impunita. & sic intelligitur D. ad leg. Aquil. l. item Mela. sed si plures. & ad leg. Cornel. de sicar. l. fi. & facit xxiii. quæstio. vlt. c. fin.

Sed fortè opinio illorum quorundam posset habere locum, scilicet quando plures singulariter rixantur contra vnum, & quilibet pro iure suo, vt sibi videtur. vt quia cùm illo seruus teneret mappam, dicens eam sibi deliberatam ab incantore, & alii fortè tres, vel quatuor eodem modo dicerent, quilibet pro se eam sibi deliberatam: & per quemlibet eorum rixa facta cum seruo, ille seruus mortuus est, habens solùm vnum ictum cum gladio ad gulam, sed nescitur à quo fuit percussus: quia sic omnes debebunt teneri de homicidio. Sed illud non videtur placere de iure, vt dictũ est. Vel posset habere locum eorum opinio, scilicet si cùm rixaretur Martinus cum illo seruo pro prædicta mappa, tres vel quatuor immiscuerũt se in rixa prædicta, iuuando Martinum, & seruus inuentus est mortuus, solũ percussus vno ictu, & animo occidendi, sed nescitur, quis percussit: & sic omnes teneantur de homicidio. Sed nec istud cadit bene in animo meo, licèt videatur habere colorem, ex eo, quòd tunc illi omnes, vt vnus, seu vnam partem facientes, fuerunt in rixa contra illum seruum. ¶ Sed quid, si rixantes † clamabant, moriatur, moriatur il-

le seruus? Credo, quòd tunc omnes clamantes, appareat, vel non appareat, qui percussit, videntur mandasse: & sic tenentur de homicidio. vt C. de accu. l. non ideo. ¶ Ite, prædicta omnia faciunt ad multas 32 † quæstiones, s. si plures vadant spaciatũ, & rixa facta, vnus est mortuus: vel pluribus ludentibus ad ludum alearum, rixa facta, vnus est mortuus: vel si inter plures alio modo rixantes, rixa facta, vnus fit mortuus, & sic de similibus. & facit ad materiam rixæ, D. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. & l. scientiam. §. cùm stramenta. & si quadru. pau. fec. dic. l. 1. §. cùm arietes. & ad leg. Cor. de sic. l. 1. §. diuus. in fi.

QVÆSTIO. Martinus 32 † cùm rixaretur cum quodam hodie in via publica, & posuisset ei malicioſè gladium ad gulam scindendam, cùm posset, noluit eum occidere, sed elegit eum cum gladio in tibiis vulnerare: & cùm ille homo cum manu occurreret tibiis, abscidit ei manum, & paulò postea mortuus est ille homo, pro eo, quia statim vulneratus stupefactus subitò cecidit supra lapidem scindentem, & rupit sibi caput, vel quia erat ebrius, vel propter dolorem turbatus, nesciuit sibi prouidere de aliquo adiutorio. vel erat in pemore Valenz, & non fuit qui sedaret ei fluxum sanguinis. vel si erat hîc in villa, erat in media nocte, & antequam veniret medicus, amisit totum sanguinem. vel ex summa paupertate non habuerit necessaria pro consolidandis plagis. vel erat homo multum debilis complexionis. in tantum quòd beneficio medicinę iuuari non potuit, quin exinde moreretur, licèt exinde aliquis alter mortuus non fuisset. vel erat in mense Augusti, in feruore calotis æstiui, & propter plagas arripuit eum febris continua, & mortuus est exinde, quod non euenisset in alio tempore. vel facer ignis arripuit eum in plagis, & exinde mortuus est. Quæritur, an Martinus debeat reputari homicida, scilicet quòd teneatur lege Cornelia de sicariis? Et dico, quòd non, cùm non videatur habuisse animũ occidendi: vt dictum est. vt D. ad legem Cornel. de sicariis. l. 1. §. diuus. Attamen debebit puniri extra ordinem officio iudicis: vt D. de iniu. l. fin. & Instit. eo. §. in summa. & facit eo. tit. §. pœna. & §. atrox. & D. eo. l. vulneris. & de pœnis. l. respiciendum. in prin. & puniretur magis propter casum mortis subsecutæ. licèt enim in l. Cornelia de sicariis spectetur voluntas, non exitus: tamen in talibus vulneribus iniuriosis inspiciendus est euentus mortis, & etiam puniendus, propter culpam præcedentem, ad casum mortis, quę postmodum subsecuta est, ordinatam. arg. D. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. & ad l. Cor. de sic. l. 1. §. diuus. in fi. & l. lege Cor. §. 1. ad legem Aquiliam. l. quæ actione. §. sed si quis seruum ægrotum. & l. qui occidit. §. in hac. & l. si curator. cum similibus. & facit D. de pœnis. l. respiciendum. §. delinquunt.

QVÆSTIO. Sed quid, si ille 33 † homo mortuus est ex medici negligentia? Posset dici, quòd Martino non imputabitur casus illius mortis: vt D. ad legẽ Aquiliam. l. qui occidit. in fine. & l. si ex plagis. in prin. Sed ibi loquitur quãdo agitur

agitur ad damnum seu ad interesse, quod cùm possit tolli : quia & si plures fuerint, tamen vnus soluendo liberat alios. quod non esset ita in pœna: vt co.tit.l.item Mela.§.sed si plures. Posset ergo probabiliter dici, quod si ex negligentia, vel culpa medici mortuus est, quòd medicus ille puniatur extra ordinem de culpa sua: vt D.de offic.præs.l.illicitas.§.sicuti medico.& ad leg. Aquil. l.qua actione. in fin. & l. sequen. in princ.& nihilominus pœna Martini grauabitur, qui primus occasionem mortis præstitit. Duo enim teneri possunt de morte alterius : licèt in ea operam dederint separatim diuersis temporibus: vt D. ad leg. Aquil.l.ita vulneratus.§.rursus.

Item, si ex dolo medici mortuus fit, vt quia animo occidendi posuit ei venenum in plagis, quia etiam mors imputabitur ex culpa ipsi Martino: quia culpa vulnerum, in qua ipse est, fuit ordinata ad casum mortis, qui postea accidit. nisi enim fuissent vulnera, medicus non potuisset ibi venenum. Medicus tamen punietur tunc lege Corne. de veneficiis, vt homicida : vt D. ad leg. Corn.de sic.l.j.& iij.§.legis Cornelię.& C.de maleficiis.l.j. Si autem 34 † mortuus fit ille homo ex male regimine suo, quia affectauit & comedit de anguillis & de boue plenum ventrem : tunc nihilominùs mors imputabitur Martino, qui fuit in maiori culpa. Si autem ille homo fuit in dolo : quia cùm diceretur ei, ne comederet bouem, nec anguillas, quia medicus prohibuerat illud: ipse dixit, non curo, quia si ego morior, Martinus suspendetur: tunc satis videretur, quòd mors non deberet grauare Martinũ, propter dolum illius hominis, qui dolus videtur præponderare.

QVÆSTIO. Sed quid si ille 35 † sic vulneratus perit incendio, vel ruina, vel fulgure, vel aliàs fuit occisus ab aliquo ? Dico, quòd pœna Martini non erit grauior in aliquo ex illa morte : quia culpa eius, quæ fuit in vulnerando, non fuit ordinata ad illum casum mortis : vt apparet ex supradictis.& facit D. ad leg. Aquil.l.item Mela. §. Celsus. & ad leg. Rho. de iact. l.fi.§.fi.& penul.

QVÆSTIO. Sed numquid 36 † Martinus tenebitur lege Iulia de vi publica ? Circa quod est aduertendum, quòd qui tenet 37 † arma in domo sua, tenetur eo ipso regulariter lege Iulia de vi publica. vt D. ad leg.Iuliam de vi publi. l. j. item, & qui 38 † fuerit in publico cum armis: vt co.ti.l.iij §.j.excepto, quòd permittitur priuatis portare paruos cutellos, ad reparandum pennam, seu ad scindendum panem. vt in corpo. de armis.§.solos.col. vj. & multò fortiùs permittitur portare fustes & lapides : vt no. C. de fabricen.in rub. lib.xj. Cùm ergo Martinus fecerit illa vulnera cum gladio magno : ergo portabat arma in publico. ergo & c.& est 39 † pœna legis Iuliæ de vi publica, deportatio: vt C.ad leg. Iuli. de vi publi. vel prius.l.quoniam. & not. co.tit.l.ij. & D.de regulis iur.l. hoc iure. Hodie verò 40 † cessat lex Iulia de vi publi. in villa ista, in prædictis duobus capitulis. Primum capitulum cessat hic quia ad magnum honorem reputatur in villa ista alicui, si habeat aulam domus suæ ornatam diuersis generibus armorum, & cum eis ornant carrerias circumquaque, quando contingit Regem vel

Papam facere transitum per locum istum. Item cessat secundum capitulum: quia cùm aliquis vadit hic in publico cum armis, non punitur aliàs, nisi quòd si curia inueniat eum ea portantem, statim aufert ea sibi, & sunt ipsius curiæ sine aliqua sententia, & aliqua ponit in pertica, & aliqua in arca quadam, & computantur inter alia emolumenta curiæ. Et ita per desuetudinem sublata est hic lex Iulia de vi publica, & eius pœna in illis duobus capitulis, quod & potest esse: vt Iusti. in procemio. §. igitur. Non ergo 41 † tenetur Martinus, secundùm thema propositum, lege Iulia de vi pub. nec lege Corn. de sic. sed accusabitur leg. Corn. de iniur. & punietur extra ordinem. & iudex arbitrabitur pœnam corporalem, ex causa, ex persona, ex tempore, & ex loco, & ex re ipsa: vt D. de iniu. l. fin. & l. prætor edixit. §. atroc. cum l. seq. & Iusti. eo. §. atrox. Vel ex causa, si iudici videatur, poterit condemnari pecuniariter in fiscum: vt not. Iustit. eo. §. in summa. & facit quod not. D. de pu. vect. ig. & commiss. l. licitatio. §. quod illicitè. Non tamen abscinderetur ei membrum. arg. Iustit. de iniu. §. pœna. & multò minùs infligetur ei pœna mortis naturalis. & facit D. ad leg. Corn. de sic. l. j. §. diuus. in fin. ibi, dum dicit, leuiandam pœnam &c. Ibi enim ex ictu seu percussione secuta fuit mors: & quia non fuit animus occidendi, ideo dicitur ibi leuiandam pœnam. Non ergo erit pœna mortis naturalis.

SENTENTIA.

CVM dictus 42 † Reus negauerit se occidisse dictum seruum Suighum, & ipso negante, & in sua inficiatione existente, dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & specialiter probauerit per testes idoneos, dictum Reum occidisse dictum seruum: ideirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in duplum æstimationis prædicti serui quondam, scilicet in x x lib. Tur. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus eum in c lib. Turo. dandis dicto Actori pro expensis &c.

¶ Probatur God. de leg. Aquil. l. contra negantem. Rectè dicitur, quòd Reus 43 † negauit se occidisse, & eo in sua inficiatione persistente, Actor probauit per testes: quia si post negationem, & ante probationem per Actorem inductam, Reus confessus fuit se occidisse dictum seruum, vel detulisse iuramentum dicto Actori, & Actor iurasset dictum Reum occidisse dictum seruum: tunc Reus tantum condemnabitur in simplum, scilicet in x. lib. Tur. vt D. de iniur. l. eum qui in prin. & in cor. de trien. & se. §. hæc autem dicimus. col. ij. & facit quod no. in l. illa, contra negantem. & D. de rei ven. l. fi. licet aliter no. D. ad le. Aqui. l. inde Neratius §. hæc actio. vbi no. quòd vsque ad litem contestatam est licitum pœnitere, & confiteri. vel vsque ad publicationē testium, & q̄ satisfaciat tunc expēsis refusis: vt in cor. de trī. & se. §. studiū. in ver. hęc aūt dicimus. col. j.

RVBRICA XII.

De actione legis Aquiliæ noxali.

SVM

SVMMAR.

1 *Libellus actionis legis Aquiliæ noxalis quomodo formetur, & quibus modis probetur. num. 2.*

3 *Libellus actionis legis Aquiliæ noxa in formatus est super primo capite legis Aquiliæ, prout noxaliter agitur. Et est arbitraria, quòd Reus ad iudicis arbitrium dando seruũ pro noxa, se à præstatione ætimi dati liberare possit. Aliquando tamen in solidum tenetur, vt ibi.*

4 *In libello actionis noxalis an sit necesse mentionem facere de seruo dando pro noxa.*

5 *Agens actione noxali si habet certum ætimi occisi, an deducatur de æstimatione ætimi.*

6 *Actio legis Aquiliæ licèt sit personalis, attamen, cùm noxalis est, quodammodo est in rem scripta.*

7 *Sententiæ formula in actione legis Aquiliæ noxali.*

8 *Ex noxali causa si seruus exhibeatur in iudicio, vel non fit, qui eum defendat. & missio in possessionem eius ex decreto iudicis.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd Stichus Niger, seruus dicti Martini, per iniuriam occidit quendam ætinum pili albi, ad dictum actorem iure dominij pertinentem, quem tenebat ad deportandum lescuuilles, valentem communi æstimatione xxx. sol. Tur. in eo anno retrò. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum possessorem dicti serui Stichi in prædictis xxx. lib. Turo. dandis dicto Actori, vel in duplum, scilicet in lx. sol. Tur. si idem Reus negauerit dictum ætinum per dictum seruum Stichum fuisse occisum, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ probatur 2 † Inst. de actio. §. præterea quasdam. Prædictus libellus 3 † formatus est super actione legis Aquiliæ capite primo, de quo dictum est supra suo loco. Hic tamé est formatus, prout agitur noxaliter, & sic est arbitraria actio, pro eo, quia iudex habebit arbitrari, an Martinus dando seruum pro noxa, possit se liberare à præstatione damni dati, quod est regulare in noxalibus actionibus: vt D. de noxalib. l.j. & Inst. e circa prin. & C. e. l. ij. & Inst. do offi. iudi. circa prin. Si tamé sciente domino, & non vetante, cùm id vetare potuit, seruus occidit ætinum: dominus tenebitur in solidum siue noxæ deditione: vt D. de noxa. l.ij. in prin. & l. in delictis. in prin. Item, si dominus neget falsò, se posse seruum exhibere, vel dolo fecit, quo minùs ipsum exhibere posset: vt D. si ex noxali cau. aga. l. ij. §. si verò falsò.

¶ Item est notandum, quòd non est necesse facere mentionem 4 † in libello de seruo dando pro noxa: quia vbi seruus deliquit ignorante domino, vel sciente & prohibente: si dominus fuerit condemnatus, ipse habet facultatem à lege, quòd antequam conueniatur actione iudicati post quatuor menses, potest se liberare dando seruum pro noxa: vt D. de re iudi. l. miles. §. decem. & de peti. hæredi. l. item veniunt. §. idem rectè. sed non post modum acceptum actione iudicati. vt ibi. ¶ Item est notandum, quòd si Actor ha-

buit ¶ † corium asini valens v. sol. Turon. tunc illi v. sol. deducentur de æstimatione dicti asini, scilicet de prædictis xxx. sol. Tur. vt arg. D. de condi. fur. l. ij. seruus. ij. §. boue subrepto. ¶ Item est notandum, quòd licèt actio 6 † legis Aquiliæ sit personalis, attamen cum est noxalis, ipsa est quodammodo in rem scripta. Noxa enim caput sequitur. vt Insti. de noxa. §. omnes. & C. eo. l. j. & no. D. si seruus vendi. l. & si fortè. §. etiã.

SENTENTIA.

CVM dictus 7 † Actor sufficienter probauerit intentionẽ suam, seu contenta in dicta petitione sua: & cùm dictus Reus negaret dictum seruum Strichum occidisse prædictum asinum, & ipso in sua inficiatione persistente, dictus Actor ipsum conuicerit per testes idoneos: cõstat autẽ nobis, dictum Actorem habuisse corium dicti asini valentis v. sol. Tur. Ideirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in duplum xxx. sol. Tur. scilicet in l. sol. Tur. dandis dicto Actori, de prædictis lx. sol. in dicta petitione contentis, & prædictum Reum absoluimus à residuis x. sol. Turon. de prædictis lx. sol. Turon. in dicta petitione contentis. & nihilominùs condemnamus dictũ Reũ in xx. sol. Tur. dandis dicto Actori pro expensis &c.

¶ Et est notandum, quòd ex noxali 8 † causa si seruus exhibeatur in iudicio, vel non sit, qui eum defendat, fit missio in possessionem eius ex decreto iudicis: vt D. ff. ex noxali causa agatur. l. ij. in fi.

RVBRICA XIII.

De actione quod metus causa.

SVMMAR.

1 *Libellus actionis quod metus causa, quomodo formetur, & quibus moribus probetur. nu. 2.*

3 *Actio quod metus causa competit pro vi compulsiua, non pro alia vis lenitia.*

4 *Metus iustus est, mors.*

5 *In actione quod metus causa, in triplo æstimatur seruum, quod vix posso abest.*

6 *In actione quod metus causa, valor rei ablatæ exprimendus est, vt in plum æstimationis in sententia declarari possit.*

7 *Actione quod metus causa an agere possit qui ex intervallo, cessante metu, rem tradidit.*

8 *In actione quod metus causa, dominio rei iam translato, an tale petatur res restituta.*

9 *Actione quod metus causa conuentus & condemnatus, tenetur eadem de fructibus perceptis, sed et iam percipiendis.*

10 *Actione quod metus causa conuentus, tenetur de dolo repromittere.*

11 *In actione quod metus causa petitur restitutio rei, & si Reus rem restituere recusauerit, quòd tucin quadruplum condemnatio fiat. Et ibi de aliis similibus iudicijs.*

12 *In actione quod metus causa, an duæ ferantur sententiæ. ab his an appelletur. & an, & quomodo executiones fiant. nu. 15. 17.*

13 *Actio quod metus causa, an sit personalis, aut in rem scripta. nu. 14.*

16 *Sententiæ formula in actione quod metus causa.*

18 *Ad iudicem pertinet, iuris dictionem.*

19 *De verbo, eis nunc vt ex tunc remissiuè.*

20 *Agens quod metus causa actum est, si non curaverit de quadrupla in libello, nec post primam sententiam, nec Reus velit rem restituere: tunc Actor, si velit, in litem iurare potest.*

CCoram vobis domino 1 † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Martinus compulit eum per metum, ponendo ei gladium ad gulam, quòd donaret sibi quandã vineam suam sitã in territorio de Coldefi, sic & sic cõfrontatam, valentem c. lib. Turon. quam vineam ibidem dictus Actor sola vi coactus, donavit & tradidit dicto Reo. Vnde cùm dictus Reus eidem Actori dictam vineam restituere contradicat, agit contra eum, vt eam sibi restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad restituendum dicto Actori prædictam vineam, cum fructib' perceptis & percipiendis, seu quos dictus Actor percipere potuisset, quos æstimat x. lib. Tur. necnon & quòd de dolo repromittat, ne dicta vinea deterior facta sit, per vestram sententiam condemnetis. & si post vestram sententiam, infrà tempus arbitrio vestro statuendum, prædictam vineam cum fructibus restituere distulerit, ipsum ad quadruplum omnium prædictorum, scilicet ad restitutionem prædictæ vineæ, & in x. lib. Tur. pro fructibus, & etiam in triplum eorum ob contumaciam eius, scilicet in cc c. & xxx. lib. Tur. dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis, &c.

¶Probatur 2 † Insti. de ac. §. quadrupli. §. item actio. & §. præterea, & D. quod me. cau. l. 1. in prin. ¶Rectè dicitur, quòd cõpulit. actio 3 † enim ista, quod metus causa, cõpetit pro vi cõpulsiua. Secus, si esset alia violentia. & de hoc C. e. l. 1. ¶Item rectè dicitur, ponendo gladium, &c. Est enim 4 † iustus metus, mors: vt D. e. l. 3. in fi & C. de transac. l. interpositas. ¶Item dicitur, vineam suam. aliàs 5 † nõ æstimaretur in triplo dominium vineæ: sed solùm alia, quæ abessent vim passo: vt D. quod me. cau. l. si mulier. §. qui possessionem. ¶Item rectè 6 † dicitur, valentem c. lib. Tur. s. ad sciendum & declarandum triplum æstimationis dictæ vineæ, quod est necesse in sententia: vt Insti. de ac. §. curare. & C. de sen. quę sine cer. quanti. quasi per totum. ¶Item rectè dicitur, quòd ibidem vineã tradidit. Si enim 7 † ex interuallo, cessante metu, eam tradidisset, ipse non posset agere: vt C. de his quæ vi me. cau. l. 2. ¶Item rectè petitur 8 † restitui vineã: licèt translatum fuerit dominium vineæ in Martinum. & sic videtur, debere agi ad dandum seu ad reddendum. tamen sufficienter petitur restitui: vt D. e. l. purat. in prin. aliàs l. metũ autem. §. item Iulianus. & §. ex hoc edicto. & l. si cùm exceptione. §. 1. & sic verbum, *restituere*, habet significationem reddendi, & vnum ponitur pro reliquo. arg. D. de aur. & arg. lẽ. l. species auri. & dicetur infrà in tit. de ac. de dolo. ¶Item rectè dicitur, cum fructibus 9 † perceptis & percipiendis: quia ad percipiendos tenetur, qui vim intulit: vt D. quod met. cau. l. sed & pare'. in prin. & sic titulus donationis eum non excusat à percipiendis: licèt quidam alium titulus excusaret: vt C.

de rei ven. l. si fundum.

¶ Item rectè dicitur, quòd de 10 † dolo repromittat. vt D. quod me. cau. l. metum. §. ex hoc edicto. ¶ Item rectè petitur, quòd si 11 † restituere recusauerit, quòd in quadruplum fiat condemnatio: vt D. eod. l. si cum exceptione. §. 1. & §. hæc autem actio. Videmus enim, quòd in eodem libello potest agi ad exhibendum, & rei vendicationem. vt C. ad exhi. l. fi. Item petitorio & possessorio: vt no. C. de interdi. l. incerti. Item querela inofficiosi testamenti & petitione hæreditatis. vt D. de inof. test. l. qui de inofficioso. & facit melius C. lo. & conduc. l. conductores. vbi agitur insimul ad restitutionem rei petitæ, & sub conditione, Si Reus distulerit rem restituere, petitur, quòd etiam det rei æstimationem.

¶ Item notandum, quòd duæ 12 † feruntur sententiæ in hac actione. Prima super re & fructibus restituendis. & in ea habet ille condemnatus quadrimestre tempus ad restituendum, cùm sit 13 † actio personalis: vt Institu. de ac. §. præterea. In actione enim personali habet locum quadrimestre tempus, pro executione facienda, licèt per eam quis petat aliquando rem suã sibi restitui: vt D. de vsur. l. 3. in prin. sic & in actione quod metus cau. vt no. C. de except. rei iudi. l. fin. quod fortè non esset malè dictum.

Sed dicamus, sicut 14 † maiores nostri dixerunt, quòd quia ista est in rem scripta: vt D. quod me. cau. l. metum. §. cùm autem. certè Martinus in prima sententia 15 † non habebit tempus quadrimestre: vt in hoc magis sapiat naturam realis, quàm personalis. Fiet ergo statim executio: vt Instit. de offi. iudi. §. 1. habebit tamen ille condemnatus decem dies ad appellandũ, infra quos cessabit executio sententiæ: vt D. nihil nouari ap. interposita. l. vna. in princ. & not. D. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. & §. quòd si homo. Sed & secunda sententia fertur: quia si iussu iudicis non restituatur res, condemnabitur tunc Reus in quadruplum: vt eadem l. §. 1. hæc autem actio. & quadruplabitur, quod erat simplandum: vt ead. l. §. quadruplatur. Et in ista secunda sententia habebit condemnatus quadrimestre tempus. tũc enim propter triplum, ipsa actio magis sapit ad personalem. Item à prima sententia poterit appellari infra x. dies: vt C. de ap. Auth. hodie. Item à secunda sententia poterit appellari, si lata fuerit infra tempus, quo potuit appellari à prima. & aliàs non: quia cùm ipsa sit quasi executio primæ sententiæ, non debet nec potest posteà appellari: vt D. de ap. l. ab executore. nisi excederetur modus: vt C. quorum ap. non re. l. ab executione. & facit, quod no. D. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. & §. quòd si homo.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor 16 † sufficienter probauerit intentionem suã seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in hac scriptis condemnamus dictum Reum, vt infra xv. dies dictam vineam dicto Actori restituat, & quòd det & soluat eidem Actori x. lib. Tur. pro fructibus perceptis, & qui percipi poterunt. Item, si dictus Reus prædicta distulerit, seu infra prædictos quinde-

quindecim dies restitutionem eorum non fecerit, ex nunc vt ex tunc condemnamus eum in quadruplum, scilicet vt dictam vineam dicto Actori restituat, & vt prædictas x. lib. Turo. pro fructibus ei det & soluat: vt supra dictum est. & in triplum prædictorum nomine pœnæ & ob eiusdem Rei contumaciam, scilicet mccc. & xxx. lib. Turo. dandis & solutendis ab eodem Reo dicto Actori. & nihilominus condemnamus dictum Reum in centum solid. Turo. dandis dicto Actori, pro expensis &c.

¶ Quidam dicunt, quòd super re & fructibus infra certum tempus restituendis est ferenda sententia per se vna, & postmodum transactio illo certo tempore, Actor faciat euocare Reum coram iudice: & tunc iudex ad requisitam Actoris interrogabit eum, si restituit vineam, & prædictas x. lib. Turon. & si non restituit, quare non restituit. & tunc, si Reus iustam causam proponat, audiat eum: & si iustè causam non habet, iudex dicet ita: Quia arbitrio nostro iuxta sententiam nostram infra tempus à nobis taxatum vineam prædictam & dictas x. lib. Turo. pro fructibus non restituisti, condemnamus te in quadruplum &c. Sed illud non est reprobandum. Attamen credo, quòd sententia superius 17 † formata procedit de iure. & sic, vt lata est, fuit de iure necessariò formanda: quia sententia ferenda est iuxta petitionem: vt D. de neg. gest. l. Pomponius. 2. in fi. Cùm ergo in libello petitum fuit purè simplum restitui, & sub conditione, si Reus distulerit restitutionem facere, petitum fuerit accessoriè triplum: restè de vtroque simul petitio fieri debet, insimul sua quæque sententia, sicut de vtroque insimul facta fuit petitio. & sic erunt duæ sententiæ. Prima erit super principali, s. super simplo, seu s. per re restituenda, cum fructibus, seu cum sua causa. Secunda sententia erit super quadruplo, id est, super re restituenda, cum sua causa, vt dictum est: & accessoriè super triplo. Cuius sententiæ secundæ effectus debet differri, vsque transactis prædictis xv. diebus in sententia per iudicem statutis. quod apparet, propter verbum, si distulerit, quod est conditionale. & propter verbum, ex nunc vt ex tunc, ibi adiunctum, quæ suspendunt vigorem sententiæ secundæ, vsque ad extremum tempus prædictorum xv. dierum. vt D. de ver. ob. l. huiusmodi stipulatio. & de condi. & demon. l. 4. in fi. Item ¶ † ad iudicem pertinet, liten dirimere &c. vt D. de reb. cre. l. quidam existimauerunt. in fi. Et de verbo, 19 † ex nunc vt ex tunc, habetur C. de codicil. l. 1. in glo. ¶ Item est notandum, quòd si Actor 20 † nō curauerit de quadruplo in libello, nec post primam sententiam, nec Reus velit rem restituere: tunc si Actor velit eligere iurare in litem, ipse poterit illud facere: vt D. de dolo. l. arbitrio. circa principium.

RVBRICA XIIII.

De actione rerum amotarum.

SVMMA.

¶ *Libellus actionis rerum amotarum quomodo formetur, & probetur. nu. 2.*

3 *Actio rerum amotarum quando competat. Et cur, amissa directa actione, super viri formatus sit libellus. nu. 5.*

4 *Divortium quid sit, & an de iure Canonico locum habeat. Et an Canones legibus prævaleant in matrimoniis.*

6 *Actione rerum amotarum agi non potest, ubi matrimonium legitimè non constitit.*

7 *Actio rerum amotarum quodammodo ex furto pendet, & ideo in ea insolidum pæna condemnatur.*

8 *Verbum, amovere, in actione rerum amotarum largè accipitur, sive subripuit, sive subtraxit, sive celavit, sive res aliquas mariti comedit, sive donavit, vel vendidit, vel alias consumpsit.*

9 *Actio rerum amotarum locum habet pro rebus constante matrimonio amotis. Nec furtum facere dicitur uxor ante hereditatem adita, nec etiam tunc furti, aut crimine expilatæ hereditatis contra eam agi potest. Secus, si post mortem mariti, & post aditam hereditatem res amoveris.*

10 *Actio rerum amotarum an detur venienti eo, cui res amota est.*

11 *Sententiæ formula in actione rerum amotarum.*

12 *In actione rerum amotarum condemnatus, si non restituit rem amotam, an juramento in litem locus sit. & hæc actio naturam arbitrariæ actionis habeat. Et sententia quomodo tunc ferenda sit. nu. 13.*

14 *Actio rerum amotarum an locum habeat, mortuo viro si uxor, cùm de vita viri desperaret, vestes sibi à viro factas amovit. Et an uxor relicta vestes præcipuas habere debeat, an ad heredem viri pertineant num. 15. 19 21.*

16 *Donationes factæ inter virum & uxorem, vel à parentibus in liberos, & eorum potestate constitutos, præmoriente donatore non confirmantur, nisi traditione roboratæ fuerint. nu. 23.*

17 *Donatio inter virum & uxorem licèt regulariter non valeat, tamen si sit res, quæ fructum habeat, donatarius pro culura fructus suos facit.*

18 *Donatio causa mortis facta inter conjuges in sui natura valet & servatur: sed dominium non transfertur, nisi re tradita, aut morte donatoris subsecuta.*

20 *Contractus alii à donatione inter virum & uxorem non sunt prohibiti, nisi in fraudem donationis fiant.*

22 *Donatio in dubio non præsumitur. & quomodo hoc sit intelligendum.*

COrã vobis domino iudice i Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus contra Marietam de Corrali, quòd cùm Pontius Rabassa maritus legitimus dictæ Marietæ quadam g. aut infirmitate detineretur, & ipsa de vita eius desperaret, ipsa dolo malo quædam asinum pili nigri ipsius Pontii de domo eius amouit, constante matrimonio. Vnde cùm dictus Pontius ex illa infirmitate decesserit, & dictus Actor Martinus sit hæres eius, agit dictus Actor contra dictã Marietam, vt sibi dictum asinum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam Ream ad restituendum dictum asinum dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Pro-

¶Probatur 2 † ex quadam æquitate seu mente legis. & sic intelligitur D. de ac. re. amo. l. si propter. §. fi. in glo. & l. rerum quidem. in glo. & per Azo. in Summa sua eiusdem tituli. Et est notandum, quòd actio 3 † rerum amotarum compertit, cum diuorti consilio res sunt amotæ, & postea diuortium est secutũ. vt D. eod. l. rerum quidem. & C. eod. l. 2. Diuortium autem 4 † est, repudium missum in scriptis, septem testibus adhibitis seu rogatis in scriptura, dicendo, Res tuas tibi habeto: vt C. de repudiis. l. consensu. & D. e. l. 2. & l. nullum.

Sed de iure Canonico non habet locum tale diuortium: quia quod Deus coniunxit, homo non separet. vt 33. q. 2. c. quod Deus coniunxit. In coniunctionibus autem seu in matrimoniis, Canones sunt seruandi, & prævalent legibus. & not. Insti. de nup. in prin. & D. de concubi. l. in concubinatu. in fi. Et ideo, quia tale 5 † diuortium non habet locum inter virum & vxorem, & sic cessat inter eos directa actio rerum amotarum, formatus est libellus super vtili actione rerum amotarum, s. quia cùm dicta Marieta desperaret de vita dicti mariti sui, amouit dictum asinum. & secuta fuit mors dicti mariti, & sic solutum fuit matrimonium morte mariti: alias si maritus viueret, non haberet locum hæc actio. vt D. re. amo. l. rerum quidem. ¶ Rectè dicitur, cùm Pontius 6 † legitimus: quia alias non posset agi actione rerum amotarũ. vt D. eod. l. si concubina. in prin. ¶ Item rectè dicitur, dolo malo. pendet 7 † enim hęc actio quodammodo ex furto: vt D. eod. l. si mulier. in fine. & ideo in ea fit condemnatio in solidum: vt D. de re. iudi. l. si rerum. ¶ Item rectè dicitur, amouit. hoc enim sonat nomẽ ipsius actionis, s. rerum amotarum. & accipitur 8 † largè nomen, amouere. s. siue subripuit, siue subtraxit. vt D. e. l. si mulier. & l. nihil. in prin. & l. rerum quidem. siue celauit: vt e. tit. l. si concubina §. 1. siue comedit aliquas res mariti, siue donauit, vel vendidit, vel aliàs consumpsit: vt eo. tit. l. & ideo. §. 1. ¶ Item rectè dicitur, quòd constante 9 † matrimonio amouit: quia si post mortem mariti amouisset, non haberet locum hæc actio, nec etiam diceretur dicta Marieta facere furtum ante aditam hæreditatem: quia rei hæreditariæ nõdum possessæ non fit furtum: vt D. eod. l. contra. & de cri. expi. hæ. l. 2. in fi. nec etiam posset agi tunc contra eam crimine expilatæ hæreditatis. vt D. eod. l. vxor. & C. eod. l. 2. & l. aduersus. Sed si post mortem mariti, & post aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem amouisset prædictum asinum, ipsa faceret furtum. Et idem, si non constante, sed per diuortium soluto matrimonio amouit: quia & tunc ex noua contrectatione facta pòst, ipsa faceret furtum, & teneretur actione furti: vt D. de ac. re. amo. & l. & ideo. in prin. ¶ Item rectè dicitur, Vnde cùm dictus 10 † Pontius decesserit: quia si viueret, non posset agi hac actione: vt apparet ex supradictis. Licèt videatur contrà, D. eod. l. si mulier in princ. vbi dicitur, quòd etiam si conualuerit vir, danda est prælicta actio vtilis. Sed ibi diuertit vxor à viro. Quia diuortium non habet hodie locum, vt dictum est, & sic in ista vtili. ad hoc, quòd Actor obtineat, vel actio locum habeat, o-

portet, quòd dicta Marieta fuerit verè vxor, & quòd mortis causa dolo malo amouit dictum asinũ constante matrimonio, & quòd solutum sit postea matrimonium morte mariti.

SENTENTIA.

Cùm dictus 11 † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictam Marietam, ad restituendum dictum asinum dicto actori, & nihilominus condẽnamus eam in viginti solidis Turon. dandis dicto Actori pro expensis, &c.

¶ Item, si dicta 12 † Marieta non restituat postea dictum asinũ, locus erit iuramento in litem. & sic hæc actio habet naturam arbitrariæ actionis; vt D. de ac. re. amo. l. si cùm dos. in fi. & tunc ferri poterit talis alia sententia.

SECVNDA SENtentia.

Cvm dicta 13 † Marieta non restituerit, iuxta tenorem nostræ sententiæ primæ prædictæ, prædictum asinum dicto Martino, & delato à nobis iuramento in litem dicto Martino, ipse iurauerit ad sanctæ Dei Euangelia per eum tacta, taxatione nostra præcedente, se nolle prædictum asinum non fuisse sibi restitutum pro triginta quinque sol. Turon. idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictam Marietã in prædictis triginta quinque sol. Turon. dandis dicto Martino, &c.

¶ Prædicta 14 † Marieta cùm de vita viri desperaret, vestes sibi à viro factas amouit. Quæritur, an mortuo viro habeat locum rerum amotarum: & hoc est quærere, an Marieta debeat habere prædictas vestes præcipuas, an ad hæredem prædicti viri pertineant? Et videtur dicendum, quòd ad hæredem pertineãt: quia cùm necessitas vestiendi vxorem incumbat marito, quia ipse tenetur eam alimentare, & alia onera matrimonii sustinere, & sic debet eam vestire: vt D. soluma. l. si cùm dotem. §. si autẽ in fi. & C. de jure do. l. pro oneribus. & D. de ali. & cib. leg. l. legatis alimentis. ideo ratione præsentis vsus tãtùm videatur & possit intelligi vestes ei donasse seu tradidisse: vt D. de don. inter vir. & vxo. l. sed si vir ex lana. in prin. cum sua glossa. Non ergo habebit eas vxor præcipuas. & facit D. de pecu. l. id vestimentum. Sed contrà, D. ad legem Falcidiam, l. sed vsusfructus. in fin. vbi videtur, quòd debeat eas habere præcipuas. Sed ibi fuit donatio. & talis, quæ starim tenuit: vt ibi not. & C. e. l. in donationibus. de qua donatione not. C. de don. inter virum & vxorem. l. si quidem. in fi. Item contrà, D. e. l. cùm hic status. §. ait oratio. & C. e. l. donationes. vbi dicit, quòd donationes inter virum & vxorem factæ confirmantur, si sub silentio earum donator præmoriatur. Ergo in casu nostro, quia præmortuus est maritus donator, videntur vestes esse prædictæ vxoris. Sed ibi loquitur de donatione vera, facta inter virum & vxorem: quia illa ibi confirmatur morte donantis præmorientis. Hic autem non fuit donatio, sed quædam necessitas in vestibus parandis pro vxore. nullus autem in necessitatibus

bus liberalis exiſtit : vt D.e.l.ſi quis pro vxore. & de adimendis legatis. l.item legatam. Item contrà, D. de lega.3.l.hoc legatum. & l.ſeq. & de auro & argen. lega.l. Quintus Mutius. 1. vbi videtur, quòd vxor habeat veſtes præcipuas pro ea paratas à marito. Sed ibi nõ habeat eas vxor, eo, quòd paratæ fuerunt pro ea, ſed quia maritus in ſua vltima voluntate ita diſpoſuit, quæ voluntas eſt ſeruanda: vt in cor.de nup.§. diſponat. col.4. Et ſic apparet ex prædictis, quòd dicta vxor non poteſt retinere præcipuas prædictas veſtes. & facit ad hoc D. ſol.mar. l. pen.§ 1. vbi eſt argumentum, quòd debeat eas reſtituere tales, quales erant tempore ſoluti matrimonii. Item facit D. de leg 3.l. qui concubinam.in princ. vbi habetur, quòd maritus veſtem paratam pro prima vxore dedit vtendam poſtea ſecundæ vxori. & ſic apparet, quòd talis veſtis eſt ipſius mariti, nec curatur, quis moriatur primò de coniugibus. Morte enim non confirmatur, cùm nõ ſit donatio : vt dictum eſt. Item apparet, quòd tales veſtes non ſint vxoris, nec vxor debeat eas habere præcipuas, per l. ſuprà in contrarium allegatam, ſcilicet. D. de leg. 3. l. hoc legatum. quia cùm valeat legatum de prædictis veſtibus ſibi factum: ergo apparet, quòd non erant ipſius vxoris : vt Inſtit.de leg.§.ſed ſi rem legatarii. ¶ Et in ſumma, aut is † vir fecit vxori veſtes neceſſarias, aut ſuperfluas. Item ſi fecit ei ſuperfluas : aut ex cauſa donationis, aut ex alio contractu, aut ex nullo contractu, ſed ſolùm parauit eas ad eius vſum. Si maritus fecit vxori veſtes neceſſarias, ſcilicet ſine quibus vxor non poterat commodè ſe tueri, ſeu viuere ſecundùm ſtatum ſuum : certè illas fecit neceſſariò, quia ad eum onera matrimonii ſpectabant, vt ſuprà dictum eſt. Et tales veſtes maritus viuens poſſet vendicare vel donare alteri, ſed neceſſariò ipſe teneretur tunc alias veſtes idoneas eidem vxori facere : quia onera matrimonii debet ſuſtinere. & ſi præmoriatur vxor, tunc maritus tales veſtes vt ſuas occupabit. Sed & ſi præmoriatur maritus, hæres eius eodem modo, & eodem iure habebit eas : vt ſatis apparet ex ſuperioribus. Dicerem tamen circa illud, quòd ſi præmoriatur maritus, quòd nec æquitas, nec vulgi opinio ſuadet, quòd vxor ſuperuiuens debeat reddere rationem hæredi ipſius mariti de camiſia, vel de tunica, vel de aliis ſimilibus fortè ſemiruptis, ex neceſſitate ſibi à marito factis : licèt aliud eſſet in viro, ſi viueret, vt dictum eſt ſtatim. Si autem maritus fecit veſtes ſuperfluas vxori ex cauſa donationis expreſſæ : dico, quòd donatio inter viuos non valet regulariter inter virum & vxorem, iure prohibente : vt D.de dona. inter virum & vxorem. l.1. nec transfertur dominium traditione facta. vt C.e. l.à marito.transfertur tamen poſſeſſio traditione ſecuta: vt D. de acquir. poſſ.l.1.§.ſi vir. Et ſic poſſunt tales veſtes per virum vendicari, tales quales erunt : vel per eius hæredem, ſi appareat maritum, dum viuebat, tacitè, vel expreſſè dictam donationem reuocaſſe. ſed ſi ſub ſilentio moreretur maritus, donatio videtur confirmata: vt D. de dona.inter vi.& vxo.

l. cùm hic status. §. aut oratio. & C. eo. l. donationes. 1. & facit cod. titul. l. si maritus tuus. & D. de legat. 2. l. sequens quæstio. & sic tunc haberet vxor prædictas vestes præcipuas, si sibi traditæ fuerint à viro donatore. Donationes 16 † enim factæ inter virum & vxorem, vel à parentibus in liberos & eorum potestate constitutos, non confirmantur premoriente donatore: nisi etiam traditione donatio fuerit perfecta seu roborata: vt D. de donat. inter vi. & vxor. l. Papinianus & notauit dominus Azo in Summa sua eiusdem titul. in fine. Item est notandum, quòd licèt regulariter 17 † non valeat donatio inter virum & vxorem, tamen si sit res, quæ fructum habeat, donatarius facit fructus suos pro cultura: vt D. eo. l. de fructibus. Item est notandum, quòd donatio 18 † causa mortis facta inter coniuges valet & seruatur in sui natura: vt D. eod. l. si eum. in fine. excepto, quòd etiam re tradita dominium non trãsfertur, nisi cùm mors donatoris subsecuta fuerit: vt D. eo. l. sed interim. licèt aliàs transferatur dominium ex donatione causa mortis re tradita: vt D. de donat. l. 1. §. item cùm ipse. & de dona. cau. mor. l. 2. Si autem 19 † maritus fecit vestes superfluas vxori, ex causa vẽditionis, vel ex alio contractu, aliq; tamen à donatione: tunc seruabitur illa contractus in sua communi natura. Contractus 20 † enim alij à donatione non sunt prohibiti inter virum & vxorem: nisi fierent in fraudem donationis: vt D. de donat. inter vi. & vxor. l. si sponsus. §. circa. Et sic si vxor habuit vestes à viro, ex causa vendicionis, vel permutationis, & sine fraude donationis: ipsa habebit eas præcipuas. nec enim est licitum à contractu rehire regulariter: vt C. de act. & obl. l. sicut. Si autem maritus fecit 21 † vestes superfluas vxori, non ex aliquo contractu, sed solùm ad vsum vxoris, seu vxoris causa parauit eas, forte vt esset pulchrior, vel vt videretur honorabilior, seu ad pompam: certè tales vestes non poterit vxor retinere, siue viuo. siue mortuo viro, vt apparet ex superioribus, & facit. C. commod. l. si vt certo. §. interdum planè. & de pecul. l. id vestimentum. & sol. ma. l. pe. §. 1. Si autem dubitetur, an maritus 22 † donauit vxori prædictas vestes, an eas ei tradidit solùm ad vsum: dicendum est, quòd non est præsumenda donatio, cùm non fuerit expressata: quia quilibet præsumitur auarus in donando. vt D. de probat. l. cùm de indebito. §. 1. & facit, quod not. D. de doct. inter virum & vxo. l. vtrum negotium. & sol. ma. l. quæ dotis. & de verbo. obhg. l. Iulianus. in fin. Illud enim est potius præsumendum, quod de iure potest fieri. vt not. D. sol. mat. l. Gaius. in dubio ergo præsumatur donatio vestium facta super vsu tantùm, quod potest fieri de iure. vt D. de do. inter virum & vxo. l. si vir. nec est præsumẽda proprietatis vestium donatio facta, cùm sit à iure prohibita, licèt aliàs amarè donatio inter virum & vxorem non sit tractanda: vt D. eod. l. si id quod. §. si quid.

ADDIT. Item licèt ex superioribus satis liqueat, non esse præsumendam donationem in dubio, si vir superflua parauerit, vel emerit causa vxoris, vel ad opus eius, vel ad vsum eius, quæ idem sunt. vt ere do: attamen si vir 23 † aliqua emit

emit nomine vxoris, & vxor illud ratum habuit, forte vir videbitur eidonasse vxori. arg. C. fam. hercis. l. filię. & si traditione facta vxori vir sub silentio præmortuus fuerit, cõfirmata erit morte donatio, vt dictum est.

RVBRICA XV.

De actione vi bonorum raptorum.

SVMMAE.

1 *Libellus actionis vi bonorum raptorum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. n. 2.*
Actione vi bonorum raptorum non agitur, si dolus malus non intercesserit.

2 *In actione vi bonorum raptorum, si equus raptus erat Actoris, concluditur ad quadruplum, scilicet ad equum, & ad triplum æstimationis equi. Sed si agitur ad interesse, concluditur similiter ad interesse. & ad triplum æstimationis ipsius interesse.*

3 *Furtum est improbum, crimen expilatæ hæreditatis improbius, & rapina furtum improbissimum. Et quomodo hæc differant.*

4 *Raptor, quando teneatur lege Iulia de vi publica vel priuata, quando vi bonorum raptorum, quando actione furti manifesti. & nec manifesti. Et alia vna intentata, tollitur alia.*

5 *Actione vi bonorum raptorum si actum est ad quadruplum, quod est, re computata in vno simplo, an agere possim actione furti manifesti, ad id, quod in ea plus est, hoc est, ad vnum simplum de pœna quadrupli.*

CORAM vobis domino iudice II † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus dolo malo rapuit seu abstulit dicto Actori quendam equum pili mauri, stellatum in fronte, ad dictum Actorem iure dominii pertinentem, & valentem communi æstimatione x. lib. Tur. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum ad quadruplum. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad quadruplum, videlicet ad restituendum dictum equum dicto Actori, & in triplum æstimationis dicti equi, scilicet in x x x. lib. Turon. dãdis dicto Actori, per vestram sententiam condemneris, & cõdemnatum ad prædicta iuris remediis cõpellatis &c.

¶ Probatur 2 † Instit. de act § ex maleficiis. Rectè dicitur, dolo malo: aliàs non ageretur actione vi bonorum raptorum. vt Instit. de vi bo. rapto. §. ita tamen competit.

¶ Item, rectè dicitur, quòd equus erat dicti Actoris: quia ideo concluditur 3 † ad quadruplum, scilicet ad equum, & ad triplum æstimationis equi. Sed si ageretur, quia interesset aliàs, equum non esse raptum, aliàs quàm ratione dominii: tunc concluderetur ad interesse, & ad triplum æstimationis ipsius interessę, & non ad triplum æstimationis equi: vt Instit. eod. §. sanè in hac actione. & D. eo. l. 2. §. in hac actione.

¶ Item est notandum, quòd furtum 4 † est improbum: sed crimen expilatæ hæreditatis est impro-

bium: sed rapina est furtum improbissimum: vt not. C. de his, qui not. infa. l. si te expilasse. Attamen crimen expilatæ hæreditatis, non est propriè furtum: vt not. D. de effract. l. 1. §. expilatores. nec agitur actione furti: vt D. de crim. expi. hæred. l. 2. & si is, qui testamento liber esse iuss. l. 1. §. Scævola. Item aliquando potest agi vi bonorum raptorum, & non habet locum actio furti: vt D. de vi bo. rap. l. 2. §. in hac actione. 2. in vers. vtilius.

¶ Item est notandum, quòd raptor 5 † tenetur lege Iulia de vi publica vel priuata. vt D. eo. l. 2. §. hoc edicto. Et sic apparet, quòd si consideremus rapinam, prout est ibi violentia, habet ibi locum accusatio publica l. Iul. de vi publica vel priuata. Sed considerata rapina, quia res mobilis rapta est, locum habet actio vi bonorum raptorum in quadruplum, re computata in eo: & nihilominus, eodem respectu habet locum accusatio priuata vi bonorum raptorum ad pœnam extraordinariam: vt D. de pri. delic. l. fi. cum ibi no. Et considerato, quòd raptor contrectat rem raptam inuito domino, à quo eam rapuit, habet locum actio furti: vt Instit. de vi bon. rap. in princ. & quandoque furti manifesti: vt D. de fur. l. si vendidero. §. cùm raptor. & quandoque nec manifesti: vt eod. titul. l. si quis ex domo.

Item. si fuerit actum actione furti, tollitur actio vi bonorum raptorum. & econtrà. & in eo, quod plus est in vna, quàm in alia: vt D. de vi bo. rap. l. 1. cum similibus. Ponamus 6 † ergo, quòd actum sit actione vi bonorum raptorum ad quadruplum, quod est re computata in vno simplo: nunc volo agere actione furti manifesti, ad id, quod plus est in ea, scilicet ad vnum simplum de pœna quadrupli. certè apparet ex prædictis, quòd possum illud facere, finita prima lite super vi bonorum raptorum.

RVBRICA XVI.

De Authen. Ex causa exhæredationis. C. de liber. præteri. vel exhęred.

SVMMAE.

1 *Auth. Ex causa exheredationis. in intellectu, tres diuersæ opiniones. & num. 2 & 3. Quæ recitantur per authorem. nu. 4.*

4 *Ex causa præteritionis materna, vel paterna: vel ex causa exheredationis paterna, vel materna, cui causa, vel sine causa: sine ipsum testamentum sit nullum ipso iure, vel sit annullandum per querelã, vel per cõtra tabulas, & sic annulletur per sententiam, institutio non valebit: sed cætera firma permanebũt, & sic debebũt adimpleri legata & fideicõmissa. nu. 7. & 18.*

5 *Exheredatio vel præteritio si facta fuerit, cum causa legitima, & in testamento expressa, non tamen causa per heredem probetur, licèt testamentum valuerit, excepto, quando filius suus est per patrem præteritus: an, & quibus alijs in casibus. Auth. ex causa exheredationis, locum habeat.*

6 *Exheredationis causæ legitimæ, ex quibus liberi per parentes præteriri possunt, quæ sint, & quæ.*

9 *Ingratitudinis causas liberi committere non possunt, donec sint dos capaces: nisi tales sint, quæ in impuberem*

pubert nõ cadũt. & quæ sint illæ.

10 *Exheredationis causæ legitimæ, ex quibus parentes per liberos præteriri possunt. quot sint, & quæ.*

11 *Liberi, qui alias testari possunt, si non habent descendentes, & nullam exheredationis causam in testamento expressérint, testamentum erit ipso iure nullum, quò ad institutiones, non quò ad cætera. Secus, vna causa expressa. quia testamentum valebit in omnibus: donec rumpatur per querelam inofficiosi testamenti, vel per contra tabulas.*

12 *Mater, vel alter ascendens per lineã maternam, si fuerint præteriti vel exheredati, cum expressa causa, agere poterunt querela inofficiosi testamenti. & rupto testamento, quia causa per hæredem non probabitur, testamentum non quò ad institutiones, sed quò ad cætera valebit.*

13 *Pater, vel aliquis alter ascendens per lineam paternam vel masculinam, si fuerint exhæredati cum causa expressa, testamentum rumpetur per querelam inofficiosi testamenti, & eo rupto, institutiones non valebunt, cætera subsistent. Et præteriti, causa expressa, venient per cõtra tabulas. Et testamẽto rupto, institutiones nõ valebũt: licèt de iure veteri aliter esset. nu. 14.*

15 *Querela inofficiosi testamenti, & contra tabulas, cessat in castrensi & quasi castrensi peculio.*

16 *Ex causis, ex quibus quis potest exheredari, vel præteriri, an possint etiam alimenta denegari.*

17 *Præteriti, vel exhæredati si impia sint detenti, interim pendente lite præstantur eis alimenta, & sumptus litis, quantum moderato iudicis arbitrio æstimatum fuerit.*

19 *Testator si adiecit in testamento finalem clausulam testamentorum, Si non valet iure testamenti, velo, quòd valeat iure codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis: an valeant legata & fideicommissa, quando testamẽtum impugnatur. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Auth. ex causa exheredationis. an habeat locum in præteritione, vel exhæredatione fraterna.*

26 *Exheredationis causæ, ex quibus potest frater exhæredare fratrem, quot & quæ.*

27 *Frater exhæredando fratrem in suo testamento, an necesse habeat causam exprimere, vel fratrẽ ingratũ esse generaliter dixisse sufficiat. & an illo modo exhæredatus vel præteritus, querelã inofficiosi testamenti agat.*

28 *Hæres à fratre institutus vnam de tribus ingratitudinis causis probare debet. & si testator non dixerit fratrem sibi ingratum fuisse, an liceat hæredi eum nominare, vel probare ingratum.*

29 *Frater vt obtineat in querela inofficiosi testamenti, quæ requirãtur, & quid probare debeat.*

30 *Frater si obtinet in querela, non debebuntur legata.*

31 *Frater, si sit simili turpitudine notatus, in querela succumbere debet.*

32 *Frater, si fuerit in aliquo hæres institutus, vel sibi aliquid legatũ fuerit, turpi persona instituta, nõ potest querela agere, sed solùm ad supplemẽtum quartæ, si eã nõ habet integrã.*

33 *Testator si turpem personam sibi instituit, & fratrem præteriit, nec aliquid ei legauit, nec eum sibi ingratum dixit, quomodo illi fratri sic præterito succurretur. nu. 34. & 35.*

36 *Frater, &, & quando habeat querelã inofficiosæ donationis, pro im-*

mensa donatione turpi persona facta.

37 *Turpis persona quæ dicatur in materia exhæredationis fratris.*

38 *Infames infamia facti licèt faciant admittere querelam inofficiosi testamenti, & repellant hominem à dignitatibus, ipsi tamen non repelluntur à testimonio ferendo, sed minor fides super testimonio eis adhibenda est.*

CIRCA Illud Authent. Ex causa exhæredationis, est aduertendum, quòd super eo plures fuerunt & sunt † opiniones. Quidam enim intelligunt illud, quando testamentum ab initio iure ipso non valet, sed est ipso iure nullum. Verbi gratia: vt cùm per lineam fœmininam filius iam natus est præteritus vel exhæredatus, sine causa legitima & expressata. vel cũ per lineam masculinam filius emãcipatus sit præteritus, sine causa legitima & expressata. vel filius suus sit præteritus, cum causa, vel sine causa. vel emancipatus, vel suus sit exhæredatus, sine causa legitima & expressata. Tunc enim, & in prædictis casibus tantùm, testamentũ est nullum. ex causa præteritionis vel exhæredationis. & ipso iure testamentum est nullum, & sic institutio non tenet. tamen legata bene tenent & valent: quia tunc non dependent ab institutione. nec dependere possunt: quia ipsa institutio est nulla: vt dictum est. sed dependent & valent per se, & ex se, per dictam Auth. Si verò per lineam fœmininã filius esset præteritus vel exhæredatus, cũ causa legitima & expressata vel per lineam masculinam filius emancipatus esset præteritus, cũ causa legitima & expressata. vel emancipatus, vel suus esset exhæredatus cum causa legitima & expressata. tunc valeret testamentum seu institutio, donec rũperetur testamentum per sententiam, causa nõ probata per hæredem: & tunc rupto testamento seu cassata institutione, quę de iure tenebat, legata firma remanere non possunt, etiam hodie, cùm tunc ab institutione dependeant, quæ institutio est caput testamenti: vt Instit. de lega. §. ante hæredit. Sic etiam videtur, ratione viua & naturali, secũdùm opinionem illorum, quòd posthumus non rumpat testamentum, donec nascatur. & sic interim testamentum validum est: vt D. de iniusto rupto testa. l. §. ex his. Cùm tamen nascetur, & nascendo rumpet testamentum seu institutionem, quæ tenuit: rumpẽtur etiam necessariò legata, & cętera omnia, quę dependebant & sustinebãtur ab institutione postea cassata. quia cùm principale cadit, & accessorium, seu illud, quod ab eo dependet, debet cadere: vt arg. D. de vsufruc. l. 2. & de pecu. lega. l. a. & de regul. iur. l. cùm principalis. & de iniusto rup. testam. l. nam & si sub conditione. § fi. & facit quod no. D. de lib. & posth. l. 3. §. fi. Et in summa, secundùm hanc opinionem, vbi testamentum est nullũ ipso iure, tunc valent legata & fideicommissa, per prædictum Authen. Si autem testamentum valet, & rumpatur ex causa præteritionis vel exhęredationis, tunc legata etiam cadent, nec valebunt, nec tunc habebit locum illud Authen. Prædictam autem opinionem videtur tenere dominus Azo in Summa sua. C. de libe. prætę. vel exhæreda. & recitat eam in Summa

Summa sua, Cod. de inoffi. testa. §. effectus. licèt ibi non resideat in ea. & dominus Odofre. tenet eam in lectura sua, quæ facit super hoc multos errare, non aduertentes ad textum in cor. vt cùm de appellat. cog. §. aliud quoque capitulum. circa principium. & §. siue igitur [illegible] §. si tales igitur. coll. [illegible] vi. dicetur inferiùs. Dominus autem Azo tenet expressè in summa Cod. de contra tabu. quòd testamentum euacuato testamento per contra tabulas, habet locum authent. ex causa exhæredationis. quod est contra Odofre. & suos sequaces, & dicetur infra in titulo, de ac. in factum ex interdicto, Quorum bonorum. Est tamen aduertendum, & multùm memoriæ commendandum, quòd illud, quod dictum est statim de præteritione & exhæredatione, cum causa, vel sine causa facienda, & quando testamentum ex hoc dicatur nullum ipso iure, vel dicatur annullandum, est verum, vel etiam verissimum. & potest satis colligi in Gloss. in cor. de hæredi. & Fal. §. exhæredatos. collat. 1. Cod. de libe. præte. vel exhære. authent. ex causa exhæredationis. licèt quibusdam videatur monstruosum, potissimè in præteritione filij emancipati, causam præteritionis in testamento inferi, vel nullam, vel aliquam non legitimam inferi aliquid operari.

¶ Quidam 2 † autem alij, dicunt totum contrarium, dicentes, quòd dictum authent. intelligitur, quando ritè filio præterito vel exhæredato testamentum valet: sed postmodum rumpitur per querelam, vel per contra tabulas, causa per hæredem non probata: vt in cor. vt cùm de appel. eog. §. siue igitur. collat. VIII. vbi dicitur, legata deberi, euacuato testamento. & post modum dicitur ibi, rescisso testamento. Item ibi dicitur, quòd nullum præiudicium liberis exhæredatis generetur, ne liberi falsis accusationibus condemnétur. quod ergo videtur per sententiam, non ipso iure. & testamentum querelatum dicitur rescissum: vt D. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. & euacuatum debet etiam propriè dici per sententiam. Paulus enim dixit: Et euacuaui, quæ erant paruuli &c. Erant ergo illa antè ipsorum paruulorum, quæ euacuabat. licèt verbum, euacuatis, possit se habere ad vtrunque: vt Cod. de decu. l. vacuatis. lib. x. sed euacuatum seu vacuum dicitur, vbi nihil est: vt D. de acquir. hæredi. l. cùm quidam. §. quid si vnum. & Cod. vnde vi. l. fin. Item facit ad hoc: quia in libro Nouellarum dicitur circa hoc, quòd institutiones infirmentur, & non dicitur, quòd sint infirmæ. Dicitur etiam ibi, quòd testamentum refutetur. Item dicitur ibi, sola institutio hæredum tollatur. ergo &c. Allegatur autem liber Nouellarum aliquando: vt in cor. de iureiurando à moriente præstit. collat. v. & de nup. §. soluto. & §. si verò vsus fuerit. & de tabel. coll. IIII. & in pluribus aliis locis. Si autem testamentum sit nullum ipso iure, per præteritionem vel exhæredationem, dicunt isti secundi, quòd nec legata debentur, nisi inquantum de iure veteri inueniuntur deberi: tum quia nihil super hoc est hodie immutatum & quod non mutatur, stare non prohi-

betur: vt Cod. de testa. l. sancimus. tum quia de hoc non cauetur in cor. vnde sumitur prædictum authent. & erubescimus, cum sine lege loquimur: vt in cor. de trien. & se. §. consideremus. collo. 111. Et sic apparet ex prædictis, quòd dictum authent. habet locum, quando testamentum est validum, & rumpitur per querelam, vel per contra tabulas: sed non habet locum, secundùm opinionem istorum, quando testamentum est nullum ipso iure. Quę opinio prima facie videtur colorata. nec obstat verbum, irritum, quod est in illo authent. quia illud verbum non est in cor. vnde fuit extractum, nec Guernerius, qui illud verbum adiunxit, erat cõditor iuris.

¶ Tertij 3 † dicunt, quòd propriè præteritio dicitur per lineam maternam. & exhæredatio propriè per lineam paternam. ar. Instit. de exhæred. libe. §. mater. Cùm ergo dicitur, ex causa præteritionis vel exhæredationis &c. intelligunt præteritionis, scilicet maternæ tantùm: vel exhæredationis, scilicet paternæ tantùm, cum causa, vel sine causa & hoc, quia à significatione verborum non est recedendum: vt D. de lega. 111. l. non aliter. Si ergo pater prętereat filium emancipatum, vel suum, non habebit locum prædictum authenticum: nec hodie debebuntur tunc legata, nisi prout inueniuntur de iure veteri deberi.

¶ Nunc dico, recitatis & reiectis prædictis tribus opinionibus, esse 4 † tenendum, quòd ex causa præteritionis maternæ, vel paternæ vel ex causa exhæredationis paternæ, vel maternæ, cum causa, vel sine causa: siue ipsum testamentum sit nullum ipso iure, vel sit annullandum per querelam, vel per contra tabulas, & sic annulletur per sententiam, institutio non valebit: sed cætera firma permanebunt, & sic debebunt adimpleri legata & fideicommissa. Et hoc quidem apparet: quia lex in cor. super prædictis non distinguit. ergo nec nos: vt D. de publi. in rem act. l. de precio. Quòd autem lex in cor. non distinguat, sed generaliter loquatur, apparet: quia ibi in effectu dicitur, quòd si parentes, qui filios prætermerunt, vel exhæredarunt, causam legitimam inferant in testamento, & hæredes eam probent, testamentum est firmum. & postmodum subiungitur in effectu, quòd si hæc non fuerint obseruata, euacuato testamento, quantum ad institutionem, cætera firma permanent & debent adimpleri. Cùm ergo prætheritio vel exhæredatio sit à parentibus vtriusque sexus, sine causa legitima, vel cum causa legitima, non tamen in testamento expressata, verum est tunc, quia prædicta non fuerunt obseruata omnia: & sic tunc licèt testamentum ipso iure sit nullum, tamen habet locum dictum authentic. Item, si dicta prætheritio § † vel exhæredatio facta fuerit, cum causa legitima, & in testamento expressata, non tamen probetur causa per hæredem, verum est etiam tunc dicere, quòd prædicta non sunt omnia obseruata: & sic licèt testamentum valuerit, excepto, quando filius suus est prætermissus per patrem: attamen habet locum prædictum authent. Et hæc est ipsa veritas. & sic glossa intellexit in prædicto authent. Item, de filio sine

præterito, quòd habeat locum prædictum authentic.no. D. de iniusto, rupto testa.l.filio præterito. Item, de filio emancipato præterito, nota.D.de vsufruc.l.si extraneo. & facit,quod notatur Cod.de contra tabu.l.j.& D. de lega. 2.l. si quis testamento facto. Item, de filio exhæredato no. D. de testa.tu.l. iure nostro.§.fin.& de inoffi.testa.l. nam & his.& l.Papinianus.§. fin.& l.seq. & Cod.de lib.præ.l.maximum. Item, posthumo præterito nascente, & sic testamentum rumpente, debebuntur legata. vt largè & generaliter intelligimus dictum authent. vt probatum est statim. Item, & hoc etiam fauore vltimarum voluntatum,ne in totum subuertantur. Fauores enim suos ampliandi: vt D.de libe.& posthu.l. cùm quidam. & facit D. de regul. iur. l. in testamentis. & facit etiam ad hoc: quia in l. maximum vitium,super qua posita est authen.ex causa exhæredationis.statim facta est mentio de posthumis. Et in ista opinione est glos. D. de fideicommiss. liber.l. si pater duos. & l.generaliter.§. ex testamento.& de to.test.l.j.& l.si pater.& C.de codi.l.j.

¶ Item est notandum,quòd causæ legitimę ♂ ♀ & iustę,ex quibus liberi per parentes possunt præteriri velexhæredari, sunt seriatim in cor. vt cùm de ap.cog.§. causas. col. viij. & sunt quatuordecim, & designãtur per eundem ordinẽ in istis versibus.

Percutit, iniurians, accusat, malè versans,
Insidiæ,coitus,defert, vas non cauet inde,
Sed prohibet , minus , mulier peccans,furor atque,
Captiuusque, fides. Propriam sobolem remouent hæc.

Et in summa, si ♂ ♀ mater vel alter de linea materna , prætereundo vel exhæredando liberos, vnam ex prædictis causis non expresserit in testamento suo, tunc testamentum erit nullum,quantum ad institutiones ; sed cætera valebunt. Sed ff vnam ex prædictis causis expresserit, valebit testamentum in omnibus. Sed si causa non probetur per hæredem , rumpetur testamentum per querelam inofficioſi testamenti, quantum ad institutiones : sed cætera valebunt. Item , si ♂ ♀ pater , vel aliquis de linea paterna, non expresserit vnam de prædictis causis, in prætereundo vel exhæredando filium emancipatum ; tunc testamentum erit nullum , quantum ad institutiones , sed cætera valebunt. Si autem vnam causam expresserit, testamentum valebit , donec rumpatur per contra tabulas , si filius emancipatus sit præteritus : vel per querelam inofficioſi testamenti , quando fuit exhæredatus. petita tamen priùs tunc bonorum possessione causa litis agnoscendæ. quo testamento rupto, institutiones non valebunt , sed cætera valebunt. Si autem nullam causam expresserit in exhæredando suum , vel causam expresserit, vel non expresserit , in prætereundo suum : tunc testamentum erit nullum , quantum ad institutiones: sed cætera valebunt. Si autem vnam expresserit in exhæredando suum , tunc valebit testamentum , donec rumpatur per querelam inofficioſi testamenti , scilicet non probata causa exhæredationis per hæredem. & eo rupto, institutiones non valebunt: sed cætera valebunt. ¶ Item est aduer-

tendum, quòd prædictas causas 9 † ingratitudinis liberi committere non possunt, donec sint doli capaces, seu proximi pubertati. argu. Cod. de inoffic. testamen. l. si quis in suo. in fin. & Institut. de inutil. stipulat. §. pupillus. & D. de iniuriis. l. 111. §. 1. sed postea sic: vt D. de furtis. l. impuberem. & de minor. l. si ex causa. §. nunc videndum. excepta sexta, & undecima causa præteritionis vel exhæredationis, quæ cùm sint ex delicto carnis, non cadunt in impubere, licèt doli capace. vt argu. D. de adulteriis. l. si minor. licèt videatur contrà eo. tit. l. stuprum. in fi.

¶ Item 10 † causæ legitimæ, ex quibus parentes per liberos possunt præteriri, vel exhæredari, sunt seriatim in cor. vt cùm de ap. cog. §. & hæc quidem. & sunt octo. & designantur per eundem ordinem in istis versibus:

Tradit, & insidians, coitus, vetat, insidiæque, Atque furor, captiuus, transgressor fideique. Ex istis liberi possunt remouere parentes. Et cùm dicatur C. ad Tertullia. authen. in testamento. quòd prædictæ causæ sunt septem, potest intelligi, respectu habito, quòd secunda causa, & quinta, sunt super insidiis. Et in summa, si 11 † liberi, qui aliàs testari possint, non habent descendentes. si nullam de prædictis causis expresserint in testamento ex hæredando, vel prætereundo parentes, testamentum erit ipso iure nullum, quantum ad institutiones: sed cætera valebunt. Sed si vnam causam expresserint, valebit testamentum in omnibus, donec rumpatur per querelam inofficioli testamenti, vel per contra tabulas. Quòd si 12 † mater, vel alter ascendens per lineam maternam, fuerint prætereti vel exhæredati, cum causa expressata, ipsi poterunt agere querela inofficioli testamenti. vt Cod. de inofficio. testa. l. cùm filium. & tunc rupto testamento, quia causa non probibitur per hæredem, testamentum non valebit, quantum ad institutiones: sed cætera valebunt. Sed si 13 † pater, vel aliquis alter ascendens per lineam paternam & masculinam, fuerint exhæredati, cum causa expressata, rumpetur testamentum per querelam inofficioli testamenti. vt D. de inoffic. testam. l. 1. quo testamento rupto, institutiones non valebunt: sed cætera valebunt. Si autem 14 † fuerint prætereti, causa expressata, tunc venient per contra tabulas: vt D. si à parente quis fuma. l. j. Et testamento rupto, institutiones in totum non valebunt, licèt de iure veteri aliter esset. vt D. eo. titu. l. Pantoniu. Sed in castrensi 15 † & quasi castrensi peculio cessat querela inofficioli testamenti, & contra tabulas. vt Cod. de inoffi. testa. l. fi. & Cod. de epise. & cler. authent. presbyteros. ¶ Item est notandum, quòd ex 16 † causis, ex quibus quis potest exhæredari, vel præteriri, possunt etiam ei alimenta denegari. vt D. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. idem iudex. & C. de alen. li. à paren. l. fin.

¶ Item, prætereti, vel 17 † exhæredati, si inopia sint decenti, interim pendente lite præstabuntur eis alimenta. vt D. de inoffi. test. l. si institutus. §. de inofficioso. & sumptus litis, quantu moderato arbitrio iudicis fuerit æstimatum. vt C. de

C.de or.cog.l.fi.& D.de pe.hære.l. hæres furiosi.§. sed & si quid. & de iure deli.l.filius. ¶Sed ad 18 † illud,quod dicitur in prædicto auth. de filio ex hæredato, videtur cõtrà, D.de inoffi.test.l.Titia.& de lega. iij.l. patronus.§.fi.aliàs est l. Claudius.vbi habetur,quòd rupto testamento per querelam inofficiosi testamenti,non debentur legata,nec fideicommissa,quasi à demente relicta.Sed illud est ius vetus, istud est nouum.

¶ Sed quid, si testator 19 † adiecit talem clausulam, quæ à quibusdam vocatur finalis clausula testamentorum,scilicet : Hæc est autem voluntas mea vltima,quam volo valere iure testamenti. & si non valet iure testamenti, volo, quòd valeat iure codicillorum, vel alterius vltimę voluntatis : An valebunt legata & fideicommissa? Et certè valebunt.non ex isto authen. sed vigore illius clausulæ. vt D.de test.l.ex ea scriptura. §. j. Voluntas enim defuncti facit, quòd in testamento scriptum valeat.vt D.de lega.j.l.si mihi & tibi. in fi.& regit conditiones. vt D. de condition.& demon.l.in conditionibus. in princi.& pro lege seruatur.vt in cor.de nup. §.dispõnat.col.iiij. Et ex prędicta clausula hęres scriptus, poterit etiam petere hæreditatem sibi restitui, à filio veniente ab intestato. Verba enim directa, scilicet, Talis sit hæres. vel Talem hæredem mihi instituo. licèt, si in testamento valido ponantur, non trahuntur ad fideicommissum : vt D.de vul.sub. l. verbis ciuilibus : tamen si in codicillis, vel in testamento inualido, iure tamen condicillorum valente,ponantur,quia tunc nullo modo possunt valere iure directo, ipsa valebunt iure fideicommissi. vt D. de iur.codi.l.illud §. j.& ad Tre.l.Scæuola. & de leg.iij.l.cùm quis decedens.§. Seiam.& facit D.de iniu. rup. test. l. posthumus. in fi. & ad Trebel.l.si quis priore.Et sic, quocunque modo testamentum inueniatur non valere,filius ab intestato veniens, cogetur vigore illius clausulæ restituere hæreditatem hæredi scripto, retenta quarta sua, nisi illud testamentum fuerit inofficiosum, quia tunc, rupto testamento per querelam inofficiosi testamenti, nec debebuntur legata, nec fideicommissa,nec verba directa trahentur ad fideicommissum, vt D.de inofficio.testa.l.Titia.& ita no.in Authent ex causa exhæredationis.in fi.Sed istud non debet placere. quia licèt olim exheredans filium, vel præteriens, quando præteritio habetur pro exhæredatione, reputarentur quasi non sanæ mentis : vt in prædicta l. Titia.& Instit.eo.in principio:Hodie tamen est contrarium, vt manifestè apparet in authen. ex causa. Item, si illa clausula nihil operaretur, & impediret, ne dictum authen.ibi operaretur, ipsa videretur esse ad instar legis Fufiæ Caninæ, quod non dicendũ. Dico ergo, q̃ siue testamentum sit nullum, siue posteà quocunque modo deueniat ad nullum, semper habebit locum hæc prædicta clausula. ¶ Sed videtur, quòd illa clausula nihil possit operari in testamento. quod valet,si postea sit annullatum per cõtra tabulas: vel alio quoquo modo

Quia in illa clausula, verbum, valet, quod est ibi positum, est præsentis temporis. ergo non deberet extendi ad futurum. argu. D. de verbo. obli. l. cùm stipulamur. & sic nihil deberet operari, nisi vbi testamentum est nullum tunc, cùm testator condit, illud: vt quia testamentum deficit in numero testiũ vel quia filius natus, & suus, est in eo præteritus, & sic de similibus. A significatione enim verborũ nõ est recedendum: vt D. de leg. iii. l. non aliter. Ad hoc 20 † ergo, quòd prædicta clausula plenè possit operari, dicatur ita: Hæc est autem voluntas mea vltima, quam volo valere iure testamenti. & si non valet iure testamenti, vel non valebit iure testamenti in futurum, volo, quòd valeat iure codicillorum, vel alterius vltimę voluntatis. ar. ad hoc. C. de leg. ij. l. si ita scripsisset. & de verbo. obl. l. si à colono. Et quòd ita dicatur, s. quòd vtrunque tempus comprehendatur, consulunt aliqui, & est bonum consilium. Vel fortè potest 21 † probabiliter dici, quòd licèt non ponatur in illa clausula, Vel si non valebit iure testamenti &c. quòd videatur satis prouisum, etiam super futuro tempore, quasi verbum, Si non valeat &c. respiciat ad futurum. Præcedit enim clausulam, quam volo valere iure testamenti &c. valere autem est infinitiui modi. & infinitiuus nedum respicit præsens tempus, imò & futurum: vt no. D. de verborum obliga. l. stipulationum. ij. §. stipulatio. & cùm sequitur, & si non valet iure testamenti &c. intelligatur etiam in futurum. licèt verbum, valeat, sit præsentis temporis; vt fiat relatio ad illud verbum, valere, quod præcedit, quod & respicit futurũ: vt dictũ est. Et hoc est dicendum, vt res magis valeat, quàm pereat. quod esse debet vt D. de lega. ij. l. Titia cùm testamento. §. j. Item, quia in testamentis plenius voluntates testatorum debent interpretari: vt D. de regu. iuris. l. in testamentis. Item, secundùm vulgarem modum loquendi, verbum, & si non valet, &c. est idem ac si dicatur, & si valere non potest, &c. & in hoc fiat resolutio. Verbum autem, potest, licèt sit præsentis temporis, attamen in vltimis voluntatibus largam significationem habet, & est extensiuum ad futurum: vt D. de lega. ij. l. si ita quis testamento. Item, ita est vsitatum poni in testamentis, & creditur satis esse prouisum. & dicit Odofredus C. de condi. l. j. quòd hodie ita fiunt omnia testamenta apud nos.

¶ Et in summa, ex illa clausula 22 † debentur legata & fideicõmissa, & verba directa valebunt iure fideicommissi, siue testamentum sit nullum ipso iure, siue sit validum, & postèa rumpatur, vel deducatur ad nullum, etiam si rumpatur per querelã inofficiosi testamenti: vt dictum est. licèt super hoc, scilicet si rumpatur testamentum per querelam inofficiosi testaméti, dicat glossa contrariũ, in authentic. ex causa exhæredationis. Item 23 † in summa, siue testamentum sit nullum, siue valeat, sed postèa annulletur, credo verũ quòd illa finalis clausula testamentorum se habeat & respiciat etiam ad futurum, cùm ibi dicitur, & si non

nō valet &c. licèt nō adiiciatur, vel si nō valebit &c. & illa videtur fuisse intentio glossatoris, C. de codicil. l. 1. & D. de leg. 2. l. codicillis. §. fin. & in authent. ex causa exheredationis. & Odofredus in lectura illius authent. & C. de fideicommiss. l. eam quam. & de codicillis. l. 1. Cautela tamen 24 † est, quæ abundans nō nocet vt in clausula vtrumque tempus expressetur, & erit securius, propter oppositiones, quæ possent fieri.

§ Sed an 25 † in præteritione, vel exhæredatione fraterna, habebit locum authentica prædicta, Ex causa exhæredationis? Et dico, quòd non: quia in cor. vnde sumitur, loquitur de parentibus, & liberis, & non de fratribus. & sic nihil est immutatum in fratribus. Quod enim expressè non mutatur, stare non prohibetur. vt C. de testamen. l. sancimus. & de appellat. l. præcipimus. in fine. § Item, sunt tres 26 † causę, ex quibus frater potest fratrem exhæredare, & turpem personam instituere, vel potest turpi personæ donationem immēsam facere: vt in cor. de nup. §. ingratitudinem. colla. iiij. & continentur in isto versu:

Ingratum fratrem, faciunt mors, crimina, damna.

Et postquam in fratribus nihil est immutatum, per authenticam, ex causa exhæredationis. ergo ad alia iura est recurrendum. Non est ergo necesse aliquam causam ingratitudinis expressare: sed sufficit, q̄ frater 27 † testator dicat in testamēto generaliter, fratrem suum sibi esse ingratum: vt C. de inoffi. testam. l. omnimodo. & fraser illo modo exhæredatus vel præteritus, aget querela inofficiosi testamenti. vt eodem titul. l. fratres. & l. si pater tuus. & l. cùm filium. vbi expressè dicitur, quòd soror præterita habet querelam inofficiosi testamēti. Itē, hæres habet probare vnā 28 † de prædictis tribus causis ingratitudinis. & si testator nō dixerit fratrē sibi fuisse ingratū, nō licebit hæredi eū nominare, vel probare ingratum: vt eodem titulo, l. omni modo. Itē, ad hoc, vt frater 29 † obtineat in querela, oportet, quòd ipse, & testator fuerint ex eodem patre nati, & quòd hæres sit turpis persona: vt eo. tit. l. fratres. & Instit. eo. §. soror. quorum probatio incūbet fratri querelanti: quia ei qui dicit &c. D. de proba. l. ij. Item, si frater 30 † obtineat in querela, non debebuntur legata: vt C. de inoffic. testa. l. cùm duobus. Item, si frater 31 † sit simili turpitudine notatus, ipse succumbet in querela: vt C. eo. l. in arenam. in fi. Item, si frater 32 † fuerit in aliquo hæres institutus, vel sibi fuerit aliquid legatum, ipse turpi persona instituta non poterit agere querela, sed aget tunc solùm ad supplementum quartæ suæ, si eam non habet integram: vt eo. tit. l. omnimodo. nec curarem tunc, dixerit testator, vel non dixerit, fratrem suum sibi fuisse ingratum.

§ Sed quid erit, si testator 33 † turpem personam sibi instituit, & fratrem præteriit, nec aliquid ei legauit, nec enim sibi ingratū dixit, quomodo succurremus illi fratri sic præterito? Et videtur, q̄ posset dicere testamentū nullū ipso iure: quia nulla ingratitudo potest

opponi, postquam testator de ea nihil dixit, nec specialiter, nec generaliter: vt in l. omni modo. quod si sit verum, agat frater recta via petitione hæreditatis ab intestato. & si excipiatur de testamento condito, replicetur, quòd hæres ibi institutus est turpis persona. Vel potest dici, quòd nõ dicat 34 † testamentum ipso iure nullum. quia non inuenitur, quòd qui debet instituui, si prætereatur, quòd dicat testamentum nullum, de iure Codicis, vel D. nisi sit de suis: vt C. de lib. præte. vel exhæred. l. fi. & D. de iniusto rup. test. l. j. & de liber. & posthum. l. inter cætera. & Insti. de exhære. lib. in princ. Veniat ergo frater in casu prædicto per contra tabulas. quia si filius emancipatus prætereat patrem, pater venit per contra tabulas, & turpi persona instituta, rumpit testamentum in totum: vt D. si à parente quis fuerit ma. l. Pantonius. Item patronus, in casu, in quo debet instituì à liberto, si non instituatur, sed fortè prætereatur vel exhæredetur, ipse habet contra tabulas, vt Insti. de suc. & libe. §. si verò testamentum. & C. de bon. poss. contra tabulas liberti. l. j. ergo à simili, frater præteritus, turpi persona institicuta, habeat contra tabulas, & illam solam. Vel est dicendum, & fortè melius, quòd habeat locũ 35 † querela inofficiosi testamenti, & quòd frater, prius rupto testamento per querelam, agat postea petitione hæreditatis. quia indistincte dicitur C. de inof. testa. l. cùm filium. quòd soror præterita potest querelam inofficiosi apud præsidem persequi: licèt quandoque nomen inofficiosi largè accipiatur pro contra tabulas. vt C. famil. ercisc. l. filij. & D. de inoffic. testa. l. pater filium. ¶ Item est notandum, quòd pro immensa donatione 36 † turpi personæ facta, frater habet querelam inofficiosæ donationis: vt C. de inoffi. do. l. fi. & no. eo. tit. l. ij & iiij. nisi donator dixerit in donando, fratrem suum sibi fuisse ingratum, & post mortem donatoris donatarius probet vnam de prædictis causis ingratitudinis. nisi & frater querelans donationem, laboraret simili turpitudine: vt satis apparet ex superioribus. ¶ Item est notandum, quòd turpis persona 37 † dicitur, in materia ista, ille, qui est infamis infamia iuris. Item & ille, qui leuis notæ macula est aspersus: vt C. de inoffi. testam. l. fratres. & est infamis infamia iuris: vt habetur D. de his qui no. infa. l. j. & Inst. de pœna. te. litig. §. ex quibusdam. cum similibus. Sed leuis notæ macula aspersus, dicitur turpis persona, seu infamis infamia facti. vt satis colligitur D. de his qui notan. infa. l. j. in princip. & glos. & est ille, qui est prostibulator: vt D. de fur. l. verum est. Item meretrix: vt D. si à parente quis fuerit ma. l. Pãtonius. Item, qui vt impius vltimam voluntatem defuncti non implet: vt C. de ne. seruis hæred. instit. l. pen. §. illo videlicet. Item, filius increpatus à patre in testamento: vt C. ex quibus cau. infam. irro. l. ea, quæ. Item, increpatus à iudice in iudicio: vt eo. tit. l. verbum. & l. interlocutio. Item ille, qui ex turpi vita sua, & infamia, est ab honestorum cœtu segregatus: vt C. de dig. l. j. lib. xij. Item

&

& omnis ille, qui non infamis est infamia iuris, pro eo, quia in sententia tranſactum videtur cum eo ſuper infamia iuris, iuxta id quod habetur D. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna grauior. vel non est infamis infamia iuris, quia in perſona ſua non est condemnatus, ſed per procuratorem: vt D. eod. l. furti. §. ſi quis alieno nomine. licèt illi tales non ſint infames infamia iuris, ipſi tamen non effugiunt infamiam facti: vt D. de ob. à libe. & libertis paren. & patro. præſtan. l. honori. & per conſequens poſſunt dici turpes perſonæ. Item, omnis ille, vt credo, est infamis infamia facti, cuius opinio ex dolo præſtum pro est apud bonos & graues onerata: ar. C ex quibus cau. infa. irro. l. ea quæ. vel ex dolo vero. argu. C. de tranſactio. l. tranſactione finita, § item, prædicti infames 38 † infamia facti, licèt faciant admittere querelam inofficioſi teſtamenti, & repellant hominem à dignitatibus, tamen ipſi non repelluntur à teſtimonio ferendo: vt no. C. de ſum. Tri. l. j. licèt ſit contra, D. de ſena. l. ij. minor tamen fides est eis adhibenda ſuper ſuo teſtimonio: vt D. de teſtib. l. iij. in princi. & de Car bo. edic. li. ij. §. duæ autē ſunt cauſæ.

RVBRICA XVII.

De ceſſione bonorum.

SVMMAE.

1 *Cedere bonis qui poſſint. & ibi, Cedentium ceſſio, an proſit eorum fideiuſſoribus.*

2 *Ceſſio poteſt fieri extra ius, & per nuncium, & per epiſtolam. Et an & quomodo coram teſtibus.*

3 *Ceſſio bonorum eſt generalis, quo ad bona, & quo ad creditores. Et an omnes vocandi ſint.*

4 *Cedens bonis in plariſque locis, præterquàm quòd coram Iudice ſit ceſſio, ignominia afficitur, vt tardius ad eam decurrat. Et an cedens hoc remedium perſonaliter proſequi cogatur, & ſuſtinendo infamis fiat. nu. 5.*

6 *Ceſſione facta, nihil debet cedenti amoueri, nec per ſe, nec per alium, nec creditores debent bona eius propria authoritate capere, vel inter ſe diuidere, & cedens, antequam bona vendantur, remanet dominus.*

7 *Pro derelicto rem habens, incontinenti deſinit eſſe dominus.*

8 *Amittens pecuniã, vel aliud quid quam, non deſinit eſſe dominus, donec ab alio fuerit apprehenſum.*

9 *Ceſſione facta, an creditores debeãt poni in poſſeſſione bonorum.*

10 *Cedens cogitur indicare bona. Item vxor tenetur indicare bona haredibus: & vaſalli feuda dominis.*

11 *Cedenti bonis datur curator, qui vendit bona, & ſatisfacit creditoribus, & exercet actiones vtiles, contra debitores cedentis bonis.*

12 *Cedens an debeat excuti, vſque ad baculum & peram, ita, quòd vnũ denarium non retineat.*

13 *Cedenti an veſtis relinquenda ſit, & qualis. nu. 14.*

14 *Veſtibus an ſpoliandi, qui vltimo ſupplicio afficiuntur.*

15 *Cedenti bonis, an teneatur reddere*

rationem, qui curator bonis datus est.

16 *Cessio facta, si impedimentum interueniat, quò minus commodè vel citò Curator detur: an iudex possit curare, vt de bonis inuentarium fiat, vel ea ad instantiã creditorum sequestrare.*

17 *Cedens, an bona habere debeat, si aliqua superstitem, postquam per curatorem bonis datum satisfactũ est creditoribus.*

18 *Cedens non liberatur ab actionibus, quibus tenebatur: sed veritatẽ habet, quòd in carcerem non detrudatur.*

19 *Cedens, exceptionem habet in bonis postea acquisitis, vt condemnetur, deducto, ne egeat. Et an id locum habeat in creditoribus, cum quibus post cessionem contraxit.*

20 *Cessio non impedatur, si quis dolosè cedat.*

21 *Cedens dissipans & dissipendens bona sua fraudulenter, quòd apparere non possint, in carcerem detrudendus est.*

22 *Inducia quinquennales habent locum tantummodo, ad euitandam cessionem bonorum, & non aliàs. & nu. 25 in fi.*

23 *Inducie quinquennales, an proficiant fideiussoribus.*

24 *Creditoribus hypothecariis, qui expressè inducijs non consenserunt, an ille quinquennales noceant in hypothecaria actione.*

25 *Pactum de quota parte debiti remittenda, habet locum tantummodo, cùm heres timore creditorum nõ vult adire hereditatem, nisi fiat sibi remissio quotæ partis debiti. Quod pactum hypothecariis creditoribus, expressè non consentientibus, non nocet.*

26 *Inducias aliquando dat Imperator, non habita occasione cessionis bonorum vtendæ, & concedit aliquando dilationem perpetuam ex certa scientia: & an illa concessio, cùm sit iniqua, dãt proficiat fideiussoribus nu. 27.*

28 *Cessionis bonorum, an possit renunciari per pactũ, de iure, & quid de consuetudine nu. 29. 30.*

31 *Cessio bonorum, an valeat in loco, in quo ex consuetudine quis se obligare potest ad captionem personæ suæ.*

32 *Obligans se ad captionem personæ suæ, in loco, in quo valet obligatio de consuetudine, si ille alleget solutionem, vel aliud simile: an & quando interim, dum litigabitur, captus detineri debeat.*

QVIA facta est mentio de cessione bonorum. Et primò notandum, quòd bonis † cedere possunt, paterfamiliãs & filius familiãs, & masculus & fœmina. vt C. qui bonis cedere possunt. l. cùm & filij. Cessio tamen non proderit fideiussoribus eorum. vt D. de fideiusso. l. vbicunque.

¶ Secundò est notandum, quòd cessio † potest fieri extra ius, & per nuncium, & per epistolam. vt D. de cessi. bo. l. fi. & sic fieri potest etiam coram testibus: sufficit enim sola professio. vt C. eo. l. in omni. dum tamẽ clarum sit debitum, per agnitionem, vel per cõfessionem in iure, vel per sententiam. vt D. eo. l. pe. Hodie verò fit cessio in curia necessariò,

sniò, & coram iudice, quæ consuetudo est seruanda. vt D. de legi. l. de quibus. & C. quæ sit longa consuetu. l. 2. ¶ Item, cessio 3 † bonorum est generalis seu in rem, & quo ad bona, & quo ad creditores: nec enim necessariò omnes creditores sunt vocandi coram iudice: sed sufficit vocari illos, qui instant seu contra eum litigant, seu cum quibus causa pendet. arg. D. de cessio. bonorum. l. 3.

¶ Tertiò est notandum, quòd hodie excreuit 4 † malitia hominum, & multi accipiunt pecunias mutuò, bibunt satis, & comedunt, parum in suis negociis vigilantes, & postea cùm impetuntur à creditoribus, ipsi, absconsis his, quæ sibi superfunt, vel maiori parte, non verecundantes cessionem facere, cedunt bonis suis: & ideo vltra hoc, quòd & cessio debeat fieri coram iudice & in curia, introductū est in aliquibus locis, vt cedens bonis vi ruperium accipiat, vt sic tardiùs ad illud decurrat: quòd cedens bonis, bassatis brachiis in curia ter de culo, in quadam tegula percutiat, dicendo qualibet vice, Cedo bonis. Item, in quibusdam aliis locis ducitur in tunica sine capurio, cum rubis, in platea, & ibi dicit. Cedo bonis. & apud Auinionem bassatis brachiis in peyrono curiæ scinditur sibi lumbar. Et prædicta sunt laudāda, quia multis grassantibus, opus est exemplo. vt D. de pœnis. l. aut facta 5 fi. & de extraordin. crimi. l. sacculariij. §. sunt quædam. & arg. D. de rei vendi. l. in fundo. Itē, prædicta cùm sic 5 † fiūt, quia sunt loco cuiusdam pœnæ, cedens debet illa facere & pati personaliter. ar. C. de pœnis. l. sancimus. necaliàs debet audiri, propter statutum seu consuetudinem legitimè præscriptam. non tamen cedens erit in famis. vt C. ex quibus cau. infa. irro. l. debitores. etiam si illud vitupetriū recipiat. vt D. eo. l. ictus fustiū.

Quartò est notādum, quòd cessione 6 † facta, nihil debet cedenti amoueri, nec per iudicem, nec per alium. nec postea creditores debent bona eius propria authoritate capere, vel inter se dividere. vt C. qui bo. ce. pos. l. legis Iuliæ. interim enim, antequam bona vendantur, cedens remanet dominus vt ibi. & D. eo. l. 3. Sed non est sic in 7 † eo, qui aliquam rem pro derelicto habet: quia ille incontinenti definit esse dominus. vt D. pro derelic. l. 2. Ille autem, qui amittit 8 † pecuniam, vel aliud quicquam, non desinit esse dominus, donec ab alio fuerit apprehensum. vt D. eo. l. si id, quod. §. fi.

¶ Quintò est notandum, quòd cessione facta 9 † creditores debebūt poni in possessione bonorum. vt tangitur C. de bo. auth. iudi. pos. in rubrica. & cedens 10 † cogitur indicare bona. vt no. D. de ces. bo. l. 4. & l. pe. & C. eo. l. 2. sic & vxor tenetur indicare bona heredibus, & vasalli feuda dominis: vt not. C. quando & quibus quarta pars. l. 2. §. mobiles. lib. 10. ¶ Item, dabitur 11 † curator bonis. vt D. de cura. bo. dando. l. fi. & facit C. quando fiscus vel priua. l. 2. qui curator vendit bona, & satisfaciet creditoribus. vt D. de cura. bonis dando. l. fina. & exercebit actiones vtiles, contra debitores cedentis bonis. vt D. eod. l. 2. circa principium.

¶ Item, debet excuti cedēs 12 † vsque ad baculum & peram. vt no. D. quæ in frau. credito. l. fina. in fine. ita, quòd nō retineat vnum denarium. vt no. D. de cessio. bo. l. penul. & Azo in Summa dicit, quòd debet excuti vsque ad vltimū quadrantem, & etiam vsque ad subligar. Et sic ex prædictis videtur, q̄ nec vestis 13 † sit ei relinquenda. Victus enim sibi denegatur in bonis, quæ habet, quādo cedit bonis, licèt non in posterū quæsitis. vt Institu. de actio. in fi. vestis autem, victus nomine continetur. vt D. de verbo. signif. l. verbo victus. ergo & illa vestis, quam habebat, quando cessit bonis, non est ei relinquenda, sed per curiam prædictam vendenda. Item, facit ad hoc, quia cùm quis vltimo 14 † supplicio punitus est, eodem momento spoliatur veste: vt D. de bo. dam. l. diuus.

¶ Sed contrà videtur, quòd vestis sibi debeat relinqui: quia in obligatione generali non continetur vestis, imò relinquitur. vt D. de pig. l. obligatiōe. Item, si ille, vel aliquis alter includeretur in carcerem, dimitteretur vestis: vt D. de re iudi. l. fi. victum. ergo &c. Item, condemnato, cùm ducitur ad patibulum, non remouetur ei vestis: vt D. de bonis dam. l. diuus. Item, cùm Petrus dicit, quòd ipse dimittebat omnia, non dimisit vestem. Item facit C. de re mili. l. cùm supra. & de cursu pu. l. non patimur. lib. xij. Ego credo, quòd de vestibus, quas cedens bonis habet supra se, vel in domo sua, quando cedit bonis, q̄ vna sit sibi dimittenda, per iura statim allegata: attamen magis vilis, & abrasa: quia creditores certant de suo seu de sibi debito recuperādo. ¶ Item, curator datus 15 † bonis, non tenebitur reddere rationē illi, qui cessit bonis: sed soliùm aliis, quorum interest. vt D. de curato. dan. l. penul. & tangitur eodem tit. l. si plures. nec tenebitur nisi de dolo: vt D. de bo. auth. iudi. post. l. prætor ait. §. est præterea.

¶ Sextò est notandum, quòd, si impedimentum 16 † interueniat, quòd commodè curator prædictus seu citò dari non possit, non esset malè factum, si iudex faceret fieri inuentarium de bonis, vel quòd ea sequestraret ad instantiam creditorum. & hoc, quia melius est, ante tēpus occurrere, &c. vt C in cui. cau. in integ. restit. nō est necesse l. fi. ītē, quia malitiis hominum est ebuiādum: vt D. de rei ven. l. in fundo. Item, quia consulendum est volenti sibi debitum recuperare: vt D. de eo quod certo loco. l. i. Item, quia videtur æquitas iustitiæ, quę est præcipua: vt C. de iudi. l. placuit. Item, non est prohibitum. ergo satis permissum. arg. D. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. quod eis. Item, quia sequestratio fit aliquādo propter malam suspicionem: vt D. de appel. l. Imperatores. §. fi. Item, cedens non debebit conqueri. Ipse enim videtur quasi hoc voluisse: quia cessit bonis. & sic videtur velle, quòd prouideatur securitati creditorum, taliter quòd eis satisfiat de bonis, quæ inuenientur posteà, sic quòd nō debebit retinere vnum denarium.

Credo tamen, quòd satisfacto 17 † creditoribus per curatorē bonis datū, si aliqua bona superfuāt, quòd illa habebit cedens.

¶ Septimò est notandum, quòd cedens

cedens 18 † non liberatur ab actionibus, quibus tenebatur: vt Ç. qui bo. ce. poſſ. l. 1. ſed vtilitatem habet, quòd non detruditur in carcerem: vt ibi. Item, & exceptionem habebit, quòd in 19 † bonis, quæ poſtea acquiret, cõdemnabitur, deducto, ne egeat: vt D. eod. l. is qui bonis. 2. & Inſtit. de ac. in fi. quam exceptionem, ſaluo meliori conſilio, non habet, vt credo, contra creditores, cum quibus poſt ceſſionem contraxit: vt ar. C. de bo. auth iu. poſ. l. ex contractu. à contrario ſenſu. Item, ſi quis 20 † dolosè cedat, non impeditur ceſſio: vt no. D. de re iu. l. ſi qui dolo. in princ. Attamen, ſi ita 21 † diſſipauit & diſperſit bona ſua fraudulenter, quòd apparere non poſſint: tunc omnimodo detruditur in carcerem: vt D. quæ in frau. cre. l. fi. & not. Inſtit. de ac. §. item ſi quis in fraudem.

¶ Octauò eſt notandum, quòd inducię 22 † quinquennales habent locum tantummodo, ad euitandam ceſſionem bonorum, & nõ alias. de quo habetur C. qui bo. ce. poſſ. fi. Item, illæ inducię 23 † proficiunt fideiuſſoribus: vt D. de pac. l. etiam hæredi. in fine. Creditoribus autem 24 † hypothecariis, qui expreſsè induciis non conſenſerunt, non nocent illæ inducię in hypothecaria actione: vt. arg. D. de pac. l. reſcriptum. & C. qui bo. ce. poſſ. fi. §. nulla. ibi, dum dicit, quãtum ad hanc electionem &c. Sed credo, quòd nocerent prædictæ inducię in hypothecaria. & videtur notari in d. l. reſcriptum. Et eſt ratio diuerſitatis, in illo pacto, ſ. de quota parte debiti remittenda, & in iſtis induciis: quia in induciis, quod differtur, non auferturr: vt ar. C. de preci. impe. offeren. l. 2.

¶ Nonò eſt notandum, quòd pactum 25 † de quota parte debiti remittenda, habet locum tantummodo, cùm hæres timore creditorum non vult adire hæreditatem, niſi fiat ſibi remiſſio quotæ partis debiti. Hypothecariis autem creditoribus expreſsè non conſentientibus, non nocet pactum illud de quo habetur D. de pac. l. & ſuũ. in fi. & l. maiorem. & l. ſi plures. & l. reſcriptum. circa princ Et prædicta, ſcilicet de induciis, & de prædicta quota remittenda, habent locum coram iudicibus. Imperator verò dat aliquando 26 † inducias, non habita occaſione ceſſionis bonorum vitandæ, & concedit aliquando dilationem perpetuam ex certa ſcientia: vt C. de preci. impe. offe. l. quoties. & l. vniuerſa. Prædicta autem conceſſio 27 † per Imperatorem facta, cùm ſit res iniqua, non proficit fideiuſſoribus: vt D. de fideiuſſ. l. vbicunque.

¶ Decimò eſt notandum, quòd ceſſioni bonorum 28 † non poteſt renunciari per pactum: quia contra bonos mores eſſet, & ſic nõ ſeruandum: vt D. ſoluto matri. l. alia. §. 1. Quia ſi pactum teneret, detruderetur debitor in carcerem, ad quẽ nullus poteſt ſe obligare pro debito: vt C. de ac. & ob. l. ob æs. & auth. imò à debito. ibi poſita, cum ſua glo. & facit D. de condi. & demon. l. cùm ſub hac. Hodie verò, de conſuetudine quorundam locorum, ſi debitor pro debito ſoluendo, obliget ſe per captionem perſonæ ſuæ per iudicem faciendam, valet & tenet. Et licèt de

iure non valeat talis obligatio, tamen consuetudo vincit legem in illo loco: vt C. quæ sit longa consue. l. 2. Videmus enim, quòd consuetudo 29 † infligit pœnam mortis: vt D. de extraor. cri. l. saeculari. §. sunt quædam. Item, de iure, pro furto quis non moritur, nec membrum sibi abscinditur: vt C. de ser. fugi. auth. sed nouo iure. & tamen, de consuetudine aliquorum locorum, hodie pro primo furto quis perdit autem, & pro secundo moritur. Multò fortiùs ergo consuetudo possit inducere captionem & detentionem personæ, pro debito, per pactum. & prædicta consuetudo corroboratur, extrà de iureiuran. c. ex rescripto. & de pigno. c. 2. cum sua glo. Ex prædictis credo, quòd quis 30 † per pactum potest renunciare cessioni bonorum, in loco, in quo est consuetudo, quòd quis possit se obligare ad captionem personæ suæ. Item in loco, in quo est illa consuetudo, ille, qui 31 † obligauit se ad captionem personæ suæ, in vanum cedet bonis: quia nihilominus detinebitur captus, propter obligationem suã expressam: quia verba debent aliquid operari. D. de leg. 1. l. si quando. Item, qui se obligauit 32 † ad captionem personæ suæ, in loco, in quo valet de consuetudine, si ille alleget solutionẽ vel aliud simile, credo, quòd interim detinebitur captus, dum litigabitur. & hoc aliàs inuenitur, C. de exac. tribu. l. 3. lib. 10. Secus, si negaret se obligatum ad captionem personæ suæ. vel diceret instrumẽtum esse falsum, vel non tenere in illo articulo: quia tunc non deberet interim teneri captus, donec esset declaratum, obligationem captionis tenere.

RVBRICA XVIII.

De consulibus.

SVMMAR.

1 *Decuriones vocati sunt, propter necessitates municipales. Et sunt caput, & municipes membra.*

2 *Decuriones vnde dicti sint.*

3 *Consules, seu consiliarij ciuitatum nostri temporis, an sint decuriones. num. 4. §.*

4 *Decuriones electi perpetuò curiæ astringuntur, & an à decurionatu liberentur. Et de eorum potestate, dignitate, & priuilegijs*

5 *Decuriones an hodie in veritate habeamus.*

6 *Per consules nostri temporis, res ciuitatis, vel municipij geruntur, & per eos factum per omnes factum videtur*

7 *In consulibus eligendis, per singulos annos, vocantur omnes municipes per tubam, vel per campanam, vel per præconem: & si duæ partes venerint, quod maior pars in creandis consulibus & syndicis fecerit, omnes fecisse videntur.*

8 *Municipibus vocatis, venerunt centum, qui sunt præsentes: quinquaginta autem non venerunt, extra fines consulatus profecti, sunt*

fortè ex causa mercaturæ. alij non venerunt, quia ægritudine, vel vinculis detenti, vel quia sine dedecore venire non poterant. alij verò quinquaginta non venerunt, quia eis venire non placuit: quæritur, an illud, quod factum erit per illos centum, qui venerunt, & præsentes facit, valeat, & an sufficiat ille numerus de centu, qui venerunt.

9 *Tabellio, scribens in instrumento, quod nescit: nisi subiungat, vt credit, vel vt sibi dicebatur, de falso reprehendi potest.*

10 *Vniuersitas, an synd cum creare possit. Et syndico ab ea non creato, an postea consules, vel maior pars municipum, eum creare possit.*

11 *Collegium seu vniuersitatem quot faciant, & per quot retineatur.*

ET est notandum, quòd inueniuntur scriptum in iure quòd quidam vocati 1 † Decuriones sunt, propter necessitates municipales. vt C. ad leg. Cornel. de fal. l. si quis decurio. & sunt caput, & municipes membra, vt no. D. de decurio. in rubrica. Olim enim 2 † decima pars aliquorum eligebatur in coloniis, gratia consilij reipublicæ dandi, & ideo dicti sunt decuriones. vt D. de verb. sig. l. pupillus. §. decuriones. & secundùm hoc, consiliarij ciuitatum, vocantur decuriones: vt not. C. de decurio. in rubrica. & l. 2. lib. 10. Sed potest dici, quod verum credo, quòd consules 3 † seu consiliarij ciuitatum nostri temporis, vulgariter non vocantur decuriones, nec loco decurionum subrogati sunt in aliqua lege, nec verè decuriones sunt. Quod apparet ex electione 4 † decurionum, de qua dictum est. semel enim eligebantur, & perpetuò remanebãt astricti curiæ, quod non est in consulibus nostri temporis. Item, apparet ex morte eorum, quòd si decurio decedat, & hæres eius non sit decurio: tunc ordo decurionum debet habere quartam partem bonorum illius decurionis. vt C. quando & quibus quarta pars. l. 1. lib. 10. Item, apparet in vita, quòd dum viuit intantum est astrictus ordini perpetuò, quòd si ad alium locum migrauerit, Præses reuocabit eum ordini suo: sicut ascriptum glebæ. vt D. de decurion. l. 1. Item, non potest liberari à decurionatu: nisi per aliquam de duodecim dignitatibus. vt habetur C. de decurti. l. fi. vel per sententiam perpetuò infamiam irrogantem. vt D. de decurio. l. ad tempus.

Item, res suas immobiles alienare non possunt, nisi ex necessitate: & tunc cum decreto præsidis. vt C. de prædi. decurio. sine decre. non ali. per totum. libr. 10. Item, quandoque dant tutores, scilicet cùm magistratus absunt, qui dare possunt. vt D. de tuto. & curat. datis ab his. Item, in multis interponunt decreta. vt C. de decre. decuri. lib. 10. & D. de decretis ab ordine fa. per totum. Item, nomina eorum scribuntur in albo: vt D. de albo scriben.

12 Item, præses prouinciæ aliquando est decurio, nihilominus à decreto decurionum appellatur ad eum: licèt sit vnus de decurionibus. vt D. quand. appel. sit. l. j. §. solent. Item, habent multa priuilegia: quia ipsi non debent torqueri, nec eorum filij: vt D. de decurio. l. ij. §. in filijs. & sunt in dignitate. eo. ti. l. fi. Item, non debent fustibus cædi. vt D. ex quib. caus. infa. irroga. l. decuriones. nec bestiis subiici. vt C. de pœ. l. decurionum filij. nec ipsi, nec eorum filij pœnis plebeiorum subiici. vt C. de quæstionibus. l. diuo Marco. Item, plebeius non potest esse magistratus, nec ascendere ad honores, nisi præsens sit decurio. vt D. de dec. & l. honores. §. is qui non sit. Item, si aliquis decurio sit lapsus facultatibus, alimenta debent ei præstari de publico. vt D. eod. l. decurionibus. Item, non debet muneribus extraordinariis inquietari. vt C. de decurio. l. curiales omnium. & D. de mune. & honor. l. honorem sustinenti. & D. de offic. præf. vrb. l. j. §. cùm vrbem. Item hodie in veritate 5 † tales non habemus, nec prædicta in consulibus nostri temporis videntur, nec obseruantur: sed quædam eis attribuuntur, ex legum ratione à simili, & aliqua ex quadam præscriptione, seu ex quadam obseruantia: & sic non est ampliandum. arg. D. de itin. actúque priuat. l. j. §. Iulianus ait. Nec vulgariter vocantur decuriones. & ita non videtur idem. sed vocantur consules, extrà de immun. eccles. c. aduersus. & in glo. nostra. D. si seru. vend. l. testatrix. §. 1. & de mun. & hon. l. honorem sustinenti.

Et quia videmus, quòd per consules 6 † nostri temporis, res ciuitatis, vel municipij geruntur, licèt decuriones non sint, arguimus, quod per eos factum est, per omnes factum videtur. D. de condi. & demonstr. l. municipibus. & D. ad municip. l. municipes intelliguntur.

¶ Et in istis consulibus 7 † eligendis, per singulos annos, vt mos est, vocabuntur omnes municipes per tubam, vel per campanam, vel per præconem: & si duæ partes venerint, quod est necesse, certè sufficit: & tunc, quod maior pars illarum duarum partium fecerit in creandis consulibus & syndicis, omnes videntur fecisse. vt arg. D. de reg. iur. l. aliud. §. referrur. cum sua glossa. ¶ Sed ponamus, vocatis 8 † municipibus, vt dictum est, venerunt centum, qui sunt præsentes, quinquaginta autem non venerunt, extra fines consulatus profecti, fortè ex causa mercaturæ. Alij non venerunt: quia ægritudine, vel vinculis detenti, vel quia fine decore non poterant venire. Alij verò quinquaginta non venerunt: quia eis non placuit venire. Modò quæritur, an illud, quod factum erit per illos centum, qui venerunt, & præsentes sunt, valeat: & an sufficiat ille numerus de centum, qui venerunt? Et videtur, quòd non, quia tunc, qui bene computat, non est præsens, nisi tertia municipum pars, quæ non sufficit de iure: vt dictum est. Sed potest dici, quòd in casu proposito, illud, quod factum erit, valebit, & ab omnibus videbitur factum. Quia illi quinquaginta, qui non venerunt, quia eis non placuit

placuit venire, sunt tertia pars: & centum, qui venerunt, sunt duæ partes, quę assunt. & sufficit. Quinquaginta, qui non venerunt, qui erant in mercatura, non computabuntur in aliquo numero, nec præsentium, nec absentium. Et si dicatur, quòd illi debuerunt relinquere procuratorem, potest dici, quòd hic procuratores non assunt. Quinquaginta verò, qui non venerunt, maiores, vel minores existentes, non faciunt numerum: quia & si venissent, non admitterentur in numero. Quinquaginta verò, qui non venerunt, ægritudine, vel vinculis, vel dedecore detenti, non tenebantur venire, nec mittere. & sic in aliquo numero non ponentur, arg. C. de legationib. l. fi. lib. x.

Sed prædicta non affirmo, sed ea peritioribus relinquo. Ego autem non vidi, quòd super prædictis fieret tanta, seu tam restricta computatio: sed quod maior pars præsentium, pulsata campana omnibus vocatis, facit, videntur omnes fecisse. Tabellio 9 † autem caueat, ne in instrumento, quod exinde facit, asserat duas partes esse præsentes, si illud nesciat. & si contingat, quòd aliud scribat: tùc subiungat, vt credit. vel subiungat, vt sibi dicebatur. aliàs poterit reprehendi de falso. vt C. de fals. l. qui velut. & facit quod notatur C. si cer. petat. l. si ex precio. & de non numerata pecunia. l. si ex cautione. ¶ Et sic vniuersitas 10 † potest syndicum creare: vt D. quod cuiusque vniuersi. l. j. quòd si tunc syndicus creatus non fuerit, consules posteà, vel maior pars duarum partium præsentium poterit syndicum creare. argu. eod. titu. l. ij. & D. ad municipalem. l. quod maior. & facit quod notatur D. ad Trebel. l. ita tamen. in princ. & D. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. Sed istud potest intelligi in veris decurionibus, quòd crearent syndicum: quia aliquando forte erant quinquaginta, aliquando plures, secundùm numerum illorum, de quibus eligebatur decima pars, vnde vocabantur decuriones.

ADDIT. Hodie verò in municipio sunt tres vel quatuor tantùm. & hic in Monte Pessulano sunt duodecim. nec sunt verè decuriones: vt dictum est nec numerus est sufficiens ad syndicum. Vniuersitas ergo congregata, vt dictũ est, debebit creare syndicum, cum authoritate tamen superiorum. vt notatur D. quod cuiusque vniuersitatis. l. nulli. quòd autem authoritate superiorum, non vidi, nec audiui obseruari. Quod autem dictum est, quòd illud, quod maior pars duarum partium fecerit, valet: semper intelligitur maior pars, numero personarum, non ætate, vel dignitate, vel authoritate. notatur D. de tuto. da. ab his. l. vbi.

¶ Item est notandum, quòd vnus, 11 † vel duo, non faciunt, nec incipere possunt collegium seu vniuersitatem: sed tres. vt D. de verbo. sig. l. Neratius. Attamen per vnum solum vniuersitas potest retineri: vt D. quod cuiusque vniuersitatis. l. sicut. in fin. & tunc ille solus poterit creare syndicum. quia tunc in illo consistit nomen & memoria vniuersitatis: vt ibi.

RVBRICA XIX.

De electione consulum.

SVMMAE.

1 *Mulieres an eligi possint in consules. An in eligendo, vocem habeant. nu.3.*
Mulieres nouum opus non nunciant, nec agunt populari actione.

2 *Minores viginti quinque annis, an eligi possint in consules. Et an in eligendo vocem habeant.nu.4.*

3 *Infames,an vocem habeant in eligendo.*

6 *Citare an sufficiat syndicum vniuersitatis,si quis contra eam agat, ad hoc, vt dici possit contumax, vel an ipsa in domo communi, vel alibi,vbi congregari consuevit, citari debeat.*

7 *Vniuersitas si non habet, vnde soluat debita sua, an cogatur facere collectam,vt inde soluat.*

ET est notandum, quòd quia consulibus nostri temporis summa reipublicæ municipij tradita est, & res vniuersitatis gerunt, ideo est,quòd mulieres 1 † nõ debent eligi in consules. Ab officiis enim ciuilibus vel publicis fœminæ remotæ sunt:vt D. de reg. iur.l. ij. ¶ Item, quia consules habent tueri rempublicam, ideo minores 2 † viginti quinque annis non debent eligi in consules.vt D. de decurio.l.non tantùm.nisi consuetudo,vel alia causa subsit.vt ibi. ¶ Item, in eligendo non habent vocem 3 † mulieres: quia quod ad causam publicam respicit, non pertinet ad mulieres, & ideo pto loco publico non nunciant opus nouum.vt D.de opet.noui nunc.l. in prouinciali.§.fin. Nec agunt populari actione. vt D. de pop.actionib. l.mulieri. ¶ Item, minor viginti quinque annis 4 † non habet ibi vocem.vt D.de mun.& hon. l.ad rempublicam. circa princ. nisi fortè sit maior decem septem annis.iuxta id, quod notatur D.de opet.nou.nunciat. l.de pupillo. in princ.Sed nec tunc habebit ibi vocem. vt videtur in illa l.ad rempublicam.vt D.de decurionib. l. spurij. §. j. ¶ Item, nec infames 5 † habent ibi vocem:quia eis per edictum postulare non licet. nec agere pupulari actione.vt D.de popul. action. l. popularis actio. & facit, quod notatur D. de operis noui nunciat. l. in prouinciali. §. finali. ¶ Item, si quis 6 † velit agere contra vniuersitatem,ad hoc,quòd ipsa possit dici contumax,non sufficit citare syndicum,sed vocabitur ipsa in domo communi, vel alibi, vbi consuenit congregari. vt D. de regu..iur.l.non potest dolo cetere. ¶ Item, si non habet, 7 † vnde soluat debita sua, tunc cogetur facere collectam, vt inde soluat. vt notatur D. quod cuiusque vniuersitat.l.j.§.quibus.

RVBRICA XX.

De fossatis & muris.

SVMMAE.

1 *Ecclesiasticæ personæ, an teneantur ad refectionem murorum ciuitatis, vel municipij. Et an & quatenus teneantur*

tenentur ad exactiones & ad tributa. nu. 2.

1 *Muri dicuntur, duobus modis. & quibus.*

4 *Muri quidam publici, quidam priuati & nu. 6.*

5 *Muros, & fortalicium, quatenus cuilibet in suo facere liceat.*

7 *Muri publici sunt sancti, & in nullius bonis, & in auxilium habitantibus constituti, nec illos transcendere, vel violare licet.*

8 *Muros publicos non licet de nouo facere, nec reficere, sine Principis vel Præsidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, nec supponere, nec immittere, nec in eis, nec in portu habitare, nec in eis aliquid facere, per quod damnum seu incommodum irrogetur.*

ET quia superiùs facta est mentio, de fossatis, & muris ciuitatis, vel municipij, qui quandoque indigent reparatione: ideo addendo dico, quòd personæ 1 † ecclesiasticæ non tenentur in refectione murorum. est enim sordidum munus. vt C. de quibus mu. vel præstati. nemi. licet. se excus. l. fin. & ideo ecclesia excusatur. vt no. C. de sacrosanct. eccles. l. ad instructiones. Sed videtur contrà, C. de oper. pub. l. ad portus, vbi dicitur, quòd dignitas non excusat à munere. Sed potest dici, quòd ecclesiasticæ personæ non excusantur propter dignitatem, sed propter officium: quia deseruiunt cultui diuino. Hodie etiam 2 † non tenentur ad aliquas exactiones, nec etiam ad tributa: vt statim dictum est. Nihilominùs tamen Episcopus, consulto priùs Romano Pontifice, si immineat publica vtilitas, & laicorum facultates non sufficiant, faciet Clerum contribuere: vt extrà de immu. eccles. c. aduertius.

¶ Et est notandum, quòd vno modo 3 † dicuntur muri, parietes de lapidibus cum cæmento. D. de verbo. signific. l. paries. aliàs l. quantum. Alio modo dicuntur parietes, circundantes aliqua loca pro defensione & tuitione. Et illi 4 † muri, quidam sunt publici, quidam priuati. Priuati muri sunt, qui à priuato, in loco suo, cuiuscunque, scilicet fundi, facti sunt. Cuilibet enim licitum est, fundos suos, vel loca sua, murali ambitu vallare. vt C. de ædificiis priuat. l. per prouincias. & ita licet 5 † cuilibet facere in suo fortalicium, & muros. Dum tamen non fiat ad æmulationem alterius loci. vel nisi exinde materia seditionis verisimiliter timeretur præberi, fortè cum vicinis. vt arg. D. de oper. publ. l. opus nouum. vel nisi fieret in limine imperij: quia ibi non licet habere fortalicium, nisi illi, cui Princeps concesserit, vel nisi illi, cui antiquitas iudicauit. vt C. de fun. limi. l. ij. lib. xj. Publici 6 † muri sunt, muri alicuius ciuitatis, municipij, vel villæ: Et illi sunt 7 † sancti, & in nullius bonis: vt Institut. de rer. diuis. §. sanctæ quoque res. & D. eo. l. j. §. sanctæ. & §. fin. & sunt publici muri, seu publica mœnia constituta in auxilium habitantibus. vt D. de verb. sign. l. pupillus. §. oppidum. nec muros publicos licet transcendere, vel violare. & est super hoc pœna capitis. & aliàs egredi, quàm per portas, est hostile, & abominandum. vt D. de rerum

diuisione.l.fin.nec eos 8 † licet de nouo facere, nec reficere, sine Principis vel Præsidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, nec supponere, nec immittere. vt D. cod. l. sacra. §. muros. & l. sanctum est. in fi. nec licet in eis, nec in portis, aliquid facere, per quod damnum seu incommodum irrogetur: nec in eis, nec in portis habitare. vt D. ne quid in lo. sacro. l. pe. & fi.

RVBRICA XXI.

De furno. Libellus.

SVMMAE.

1 *Libellus super furno quomodo formetur, probetúrque. nu. 2.*

3 *Seruitus directa ex præscriptione nõ acquiritur, sed quasi seruitus, vel vtilis: sicut nec directum dominium sed vtile.*

4 *Seruitus furni probatur ex concessione, & traditione per patientiam.*

5 *Seruitute empta, si subsequatur vsus decem annorum, seruitus acquiritur ex titulo allegato, licèt titulus non probetur.*

6 *Præscriptio seruitutis furni incipit ab eo tempore, quo alios ædificare prohibuit & nu. 11. 13.*

7 *Præscriptio seruitutis furni pro pane coquendo, quia habet causam perpetuam, completur per decem annos inter præsentes, vel viginti inter absentes. & nu. 10.*

8 *Præscriptio seruitutis furni vt currere incipit vt contra municipes, an sufficiat maiorem partem prohibere, cum omnium cessatione, & an sine prohibi. oxamatoria partis præscripto procedat.*

9 *Præscribi an possit ius habendi furnum, ita quòd nullus alter eum habere possit in dicto loco.*

12 *In consuetudine inducenda super seruitute vel quasi furni, quæ interest inter vniuersitatem & priuatum.*

CORAM vobis domino iudice 1 † de Latis, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, quòd dictus Actor habet quendam furnum pro pane coquendo in castro de Latis, suum in tali carreria, sic & sic cõfrontatum. Item dicit & proponit, quod ipse habet seruitutem, vel quasi, non esse ius alicui alteri in dicto castro & eius pertinentiis habendi seu ædificandi furnum. Vnde cùm dictus Reus ædificauerit de nouo quendam furnum in dicto castro, pro decoquendo panem, suum in tali carreria, sic & sic cõfrontatum, & sic impediat dictum Actorem vti prædicta sua seruitute, vel quasi, scilicet coquendo panem in dicto furno de nouo ædificato, in præiudicium dicti Actoris seu iuris eius: agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Actorem solum habere ius habendi furnum suum prædictum pro pane coquendo in dicto castro & eius pertinentiis, ita quòd nullus alter debeat, nec possit ibi habere furnum pro pane coquendo, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt patiatur dictum Actorem vti prædicta sua seruitute, vel quasi seruitute, & quòd dictum furnum de nouo ædificatum suis sumptibus

bus diruat, & vt caueat, ne dictum Actorem in futurum impediat, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis. &c.

¶ Probatur 2 † D. de seruit. vrba. prædiorum. l. j. ibi, dum dicit, aut non extollendi. & C. de seruit. & aqua. l. altiùs. à contrario sensu. ¶ Rectè dicitur, Actor quòd ipse habet prædictam seruitutem vel quasi, &c. vt generaliter vna peritione comprehendat etiam illam quasi seruitutem, quæ super prædicto furno ex tempore potuit esse acquisita. Ex præscriptiõe 3 † enim non acquiritur directa seruitus, sed quasi seruitus vel vtilis seruitus: vt D. de aqua pluuia. ar. l. j. in fine. sicut nec præscriptione acquiritur directum dominium, sed vtile, vt dictum est suprà in secundo libello, &c.

POSITIONES ACTORIS.

Ponit Actor, quòd municipes dicti castri cõcesserunt 4 † ei prædictam seruitutem, & eam sibi per patientiam tradiderunt. Effectus: quia sic probatur seruitus: vt Inst. de seruit. §. fi. Sic enim seruitutẽ imponendo, ius suum diminuerunt, & ius Actoris auxerunt: vt D. de ope. no. nun. l. de pupillo §. impositiam. Poterunt enim renunciare iuri suo: vt C. de pac. l. si quis in conscribendo.

¶ Item ponit, quòd ipse emit 5 † prædictam seruitutem à municipibus, & postea vsus fuit ea per x. annos. Effectus: quia videtur seruitus acquisita ex titulo allegato, licèt titulus non probetur: vt arg. D. de vsur. l. cùm de in rem verso.

ADDIT. Sed prædicta positio non est multùm necessaria, quòd cùm illa seruitus habeat causam continuam, non est necesse allegare titulum: quia sine titulo posset præscribi. vt D. si seru. vend. l. quis diuturno. Operaretur tamen prædicta positio seu prædicti tituli allegatio: quia tunc acquisita esset directa seruitus. sed aliàs ex præscriptione seu ex tempore sine titulo non acquireretur directa, sed vtilis seu quasi seruitus.

¶ Item ponit, quòd cùm ipsi municipes 6 † volebant ædificare furnum in dicto castro, ipse singulis vicibus prohibebat ædificare eos, vel maiorem partem eorum. & ipsi pòst abstinebant ab ædificando. Effectus: quia tunc actor incepit quasi possidere, & præscribere illud, & non antè. vt no. C. de seruit. & aqua. l. j. & D. de seruit. vrb. præd. l. qui luminibus.

¶ Item ponit, quòd post prædictas prohibitiones 7 † factas dictis municipibus, vel maiori parti eorum, volentibus ædificare furnum, ne ipsum ædificarent, & sic acquisita quasi possessione, ipsis post prohibitiones ædificare cessantibus, ipse habuit & tenuit dictum furnũ suum, & solus in dicto castro propane decoquendo per x. annos inter præsentes, vel xx. inter absentes. Effectus: quia sic probatur prædicta quasi seruitus acquisita ex præscriptione prædicta, ad instar seruitutis altiùs non tollendi, quæ est seruitus vrbana. vt D. de seruit. vrb. præd. l. j. & habet causam perpetuam. vt no. eo. tit. l. qui luminib. & sic potest præscribi x. vel xx. ann. vt D. de ser. l. seruitutes. iij. & C. eo.

l. ij. Et in nostro casu posset accidere, licèt tarò, quòd omnes municipes essent absentes, vel maior pars, missi in exercitu: & sic haberet locum contra eos præscriptio xx. ann. Item, sufficeret, maiorem 8 † partem prohibitam, dum tamen omnes cessassent, arg. D. ad mu. l. quod maior. & de reg. iur. l. aliud. §. refertur. Item, si maior pars non fuit prohibita, non incepit præscriptio contra municipes: imò posset hodie quilibet ædificare furnũ in dicto castro, exceptis illis, quibus specialiter dicta seruitus non ædificandi furnum fuit acquisita singulariter.

¶ Item, quòd prædictum ius 9 † habendi furnum, ita quòd nullus alter eum possit habere in dicto castro, possit præscribi, probatur D. de vsuca. l. fi. vbi cauetur, quòd in locis communibus vel publicis, s. in littore maris, vel in fluuio publico, quis non potest præscribere, vt ibi solus aliquid faciat, ita quòd nullus alter illud ibi facere possit, ergo in priuatis locis in cõtrarium sit ius commune, &c. Item, qui de vno negat, de alio permittit. ergo, &c. Item, in priuatis locis non est prohibitum. ergo, &c.

¶ Quidam 10 † dixerunt, quòd pro illa quasi seruitute præscribenda requiritur tantum tempus, quod excesserit memoriam hominum: quia in tali faciendo furnum, & in pane infurnando, est opus ficto hominis, & non videtur habere causam perpetuam, nec quasi, sed interpolatam: quia manu habet fieri. vt. D. de serv. vrb. præd. l. foraimen. Sed dico, quòd illud est secundario, & non principaliter: sicut in seruitute altius nõ tollendi, vel ne luminibus officiatur, in quibus venit factum hominis secundariò, s. fortè factum pellipariorum, vel aliorum, qui operabantur in domo dominante, qui aliàs non essent operaturi ibidem, si alicuius domus seruiens extolleretur: quia tunc nõ viderent ibi clarè, scilicet in domo dominante.

¶ Quidam dicunt, quòd in casu nostro debet agi condictione ex lege non scripta. arg. D de leg. l. de quibus. & communia prædi. l. venditor. §. si constat. & Instit. de iure na gent. & ciui. §. sing scripto. Sed dico, quòd si in prædicto castro nõ fuit aliquis furnus, nisi furnus Actoris. & ita venerunt omnes de castro per x. annos pro pane decoquendo ad dictum furnum, non debet dici, quòd gens seu populus volunt inducere aliquam de non edificando alieno furno consuetudinem, quæ posset dici lex nõ scripta. nec etiam aliqua seruitus 11 † videbitur introducta ante prohibitiones prædictas, etiamsi fuit obseruatum tanto tempore, quòd de contrario memoria non exet. Cessauerat enim fortè, quia nullus erat paratus ædificare furnum, in suo etiam cogi non poterat, vel non placebat eis ædificare, & quilibet est arbiter in re sua. vt C. mandat. l. in re mandata. & credebant ius suum duraturum sibi. vt D. quibus mod. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. non videtur. Erant enim semper in quasi possessione libertatis ædificandi furnum, donec essent prohibiti, & donec post prohibitiones cessassent. vt notatur C. de seruit. l. j. & D. de seruit. vrb. præd. l. qui luminib.

minibus. & facit eo. tit l. cum eo. & de damno infecto. l. Proculus. Sed si post prohibitionem & cessationē amissa sit quasi possessio libertatis, & acquisita quasi possessio seruitutis, potest quis præscribere prædictam quasi seruitutem x. vel xx. an. vt suprà dictum est. nec potest 12 † videri ex parte materiæ, nec ex parte formæ, quasi consuetudo introducta, quæ sit vel dici possit lex nō scripta: quia tacitus consensus vnius non potest inducere consuetudinem aduersus populum, nec aduersus alium quendam. sed vniuersitas facit legem non scriptam, vel ex tacito consensu cum fluxu temporis inducit consuetudinem, quæ etiam est lex non scripta: quæ priuatus non potest facere, vt dictū est superiùs. Vel potest dici probabiliter, quòd quando populus decurrit ad illum furnum, Actor non induxit aliquam consuetudinem, cùm sit quidam priuatus. sed populus potuit eam inducere cum fluxu longi temporis. scilicet, quòd gentes dicti castri possent, vellet aut nollet Actor, ire ad illum furnum, & ibi decoquere panem, aliquo dato pro iure decoquendi. at gentes seu populus non est subtrictus ad veniendum ibi panem decoquere, imò poterit alibi decoquere, dato, quòd ita fuisset decursum ad istum furnum tanto tempore, quòd de contrario memoria non extaret. Et sic rectè fuit in l. venditor. §. si constat. quia priuatus ille, cuius erat lapidicina, cogitur sustinere lapidem cædi in suo, recepto tamen salario. sed illi de populo, qui poterant ibi lapidem cædere, non coguntur ibi venire, imò poterunt ire alibi pro lapidibus. Sed in casu nostro, post prohibitionem 13 † de non ædificando furnum, factam toti populo vel maiori eius parti, si ita fuit obseruatum longo tempore, scx annor. cessat videtur ibi prægnans seu reciproca consuetudo inducta, quæ erit lex non scripta. Primò, ad vtilitatem popularium, scilicet quòd ille priuatus debeat ibi semper habere furnum ad opus popularium, vt ibi possint coquere panem, aliquo per illum priuatum recepto pro furnagio, aliàs non esset consuetudo ex longo tempore. Et hoc dicit l. venditor. §. si constat. Item secundò facit ad vtilitatem illius priuati. scilicet quòd nullus alius habeat ibi furnum pro pane decoquendo, nisi ipse. Et in hac inducenda est potissimùm ipsa prohibitio, aliàs induci non posset & sic posset dici, quòd si ille priuatus, post prohibitionem factam municipibus, vel maiori parti, habuit & retinuit solus prædictum furnum suum, pro pane decoquendo, per longum tempus, in dicto castro, ipse posset agere condictione ex consuetudine contra non obseruantes consuetudinem. & de hoc aliquantulum dictum est suprà in præcedenti libello, & alio præcedenti.

RVBRICA XXII.

De gargeria.

SVMMAE.

† *Contractus emptionis & venditionis an sit licitus, si quis certo pretio mihi*

vendat fructus fundi sui ad decem annos.

2 *Contractus an sit licitus si quis mihi vendat fundum, pacto apposito, quòd sibi eodem precio retinere liceat.*

3 *Contrahentibus quod permissum est, se invicem circunuenire, quomodo intelligendum sit.*

4 *Contractus an valeat, si indigens pecunia me rogat, vt sibi mutuem c. lib. Turon. sub vsuris. Et ego coram Officiali timens de vsuris accusari, colore quasito transitum fieri volo ad venditionem fructuũ fundi ad decem annos pro c. lib. Turon. vel ad venditionem fundi sub pacto reemptionis infra certũ tempus faciendæ pro eodẽ precio.*

5 *Conuentio an valeat si ego mutuauì c. lib. Turon. impignoranti mihi fundum, hoc acto, quod pro vsuris fructus perciperem.*

6 *Fœnerare, peccatum est. & an qui contrarium pertinaciter affirmare præsumit, velut hæreticus puniendus sit.*

7 *Conuentio an valeat, si actum fuit, quòd quandiu fundum tenerem, fructus meos facerem, nec eos in sortem computare tenerer, & de vsuris tacitum fuit, an nihilominùs vsura censeatur.*

8 *Conuentio an valeat, si mutuauì alicui centum, hoc acto, quòd si certa die non solueret, extunc in antea nomine pœnæ ego fundi fructus meos facerem, quandiu mihi de prædictis centum satisfactum non esset.*

9 *Conuentio talis an valeat, si ego mutuauì centum, hoc acto, quod tenerem fundum per decem annos integros & continuos. & quòd in compensationem & solutionem dictorum centum perciperem fructus omnes & res meos facerem.*

ET quia satis cadit hic dicere de quadam barataria, quę vocatur gargeria: ideo est notandum quod si Martinus vendat 1 † mihi ad decem annos fructus fundi sui, quem habet prope sanctum Blasium, precio c. lib. Turonen. talis contractus emptionis & venditionis est licitus. & facit D. de act. emp. & ven. l. si iactum & de verb. oblig. l. interdum. in prin. & l. vbi autem. §. illud. Item, si vendat 2 † mihi illum fundũ, pacto apposito, quòd liceat sibi retinere eodem precio, contractus erit licitus. vt C. de pact. inter emp. & ven. compo. l. ij In prędictis autem ego debeo mihi cauere, quòd habeam puram & bonam mentem seu conscientiam. quia licèt permissum sit 3 † contrahentibus se inuicẽ circunuenire seu decipere. vt D. de mi. l. in causæ §. idẽ Pomponius. illud tamẽ est verum, de deceptione reali seu casuali, nõ de mẽtali, scilicet cùm vnus alium dolosè deciperet. & damnificaret: quia tũc daretur actio ad decipiendum. vt D. de dolo. l. j. & l. si oleum. in fi. & l. seq. cum ibi notatis. Deus etiam respicit ad cor hominis, non ad manum. vt xiiij. q. v. c. si quid inuenisti. & D. de verb. significa. l. fugitiuus.

¶ Secundò est notandum, quòd si Martinus indigens 4 † pecunia rogauit me, quòd ego mutuarem sibi centum lib. Turon. sub vsuris, & ego dixi, quòd timebam accusari de vsuris coram Officiali Magolonensi. & tunc colore quasito transitum

transitum fecimus ad venditionem fructuum dicti fundi, ad x. annos pro c.lib.Turon.vel ad venditionē dicti fundi, sub pacto reemptionis infra certum tempus faciendæ pro eodem precio. tunc, quia fraus videtur facta, vel quidam transitus in fraudem, scilicet de contractu ad contractum.vt & alibi. D.de donat inter vir.& vxor. l.si sponsus.§. circa. & ad Velleianum l quanuis. § si cùm essem. dico, quòd si Martinus inueniatur deceptus,ego saltem non debeo remanere in aliquo lucro. per prædictas ll. & arg. D.de cond.& demonst. l. hoc modo. & quia ad cor respicit Deus, vt dictum est. Item facit ad hoc,quia malitia non debet esse alicui lucro sa.vt D.de dolo.l.j.in princ.& l.ne er dolo. nec dolus alicui prodesse. vt D.de excep.doli.l.j. figmentum etiam seu dolus quæsitus non debet proficere: vt in constitutione imperialem. §. callidis. de prohib. feud.alien.per Frider.& D. ad leg. Iul.de ambi.l.j.§.fi. & ad Velleian. l.vir vxori.§.fi.

¶ Tertiò est notandum, quòd si ego mutuaui 5 † Martino prædictas c.lib.Turon. & ipse impignorauit mihi fundum,hoc acto,quòd pro vsuris perciperem fructus: bene valet prędicta conuentio de iure Codicis.vt C.de vsur.l.si ea lege. cum ibi notatis. Hodie verò talis conuentio non valet, quia de iure ciuili prohibitæ sunt hodie vsuræ. vt in corpo.de ec.iiu.§.j.col.ix. & ibi no.& C.de vsur.authen.ad hæc, qui fructus. est enim 6 † peccatum.fœnerare.vt not. D.de negot. gest.l.at qui natura.§.non tantùm. & qui pertinaciter affirmare præsumit,non esse peccatum, fœnerare, est velut hæreticus puniendus: vt extrà de vsur.c.ex graui.in fin.in Clem.

¶ Quartò est notandum, quòd si fuit 7 † actum, quòd quandiu tenerem dictum fundum, quòd ego facerem fructus meos, nec tenerer eos computare in sortem, & fuit tacitum de vsuris:nihilominus tamen censetur vsura.& sic non valet conuentio. quicquid enim accedit sorti,vsura est.xiiij.q.iij.quasi per totum.& extrà de vsur.eo.consulnit.iuxta ea,quæ notantur.D.de rebus credit. l. rogasti me. §. si tibi decem dedero. & de pact. l. si tibi decem.in princ.

¶ Quintò est notandum, quòd si mutuaui 8 † Martino dicta c.hoc acto, quòd si certa die non solueret,extunc in antea nomine pœnæ ego facerem fructus dicti fundi meos, quandiu mihi satisfactum non esset de prędictis c.dico,quòd prædicta conuentio nō valet, prout excedit legitimam vsuram. vt C.de vsur. l. cùm allegas. & D. de act.empt.l.Iulianus. §.ibidem. nec etiam hodie valet prædicta conuentio in legitima.vt suprà dictum est.

ADDIT. Hodie ergo in nihilum valebit talis conuentio in fraudem vsurarum, quæ ibi in pœna iuxta dationem pecuniæ adiecta semper præsumuntur, siue ego solitus sum fœnerare,siue non. vt ibi no. ¶ Sextò est notandum,quòd si ego 9 † mutuaui prædicta c. hoc acto, quòd ego tenerem prædictum fundum per decem annos integros & continuos. & quòd in compensationem & solutionem

dictorum c. ego perciperem fructus omnes, & eos meos facerem. dico, quòd valet talis conuentio. vt D. de pig act. l. Caius. Et hoc est verum, quando dubitari poterat verisimiliter, vtrum tantum, vel minus, vel plus, quàm esset c. lib. ego essem percepturus de fructibus infra prædictos decem an. aliàs si indubitabiliter videbatur communi opinione, quòd plus eram percepturus de fructibus, quàm essent c. lib. tunc non valeret conuentio. vt dictum est suprà. & facit ad hoc C. de vsur. l. si ea lege. cum ibi not. De iure communi in hoc vltimo casu compensarem mihi saltem fructus, vsque ad quantitatem debiti, & residuum fructuum deberem restituere Martino. vt C. de pignor. act. l. ij.

RVBRICA XXIII.

De munere, quod imponitur personis pro rebus.

SVMMÆ.

1 *Collecta, quæ fit per consules, pro negociis Reipublicæ alicuius loci explicandis: vel quia Princeps mandat eam fieri, pro facto suo: qualis munus sit, & quibus imponatur.*

2 *Collecta pro negociis Reipublicæ explicandis, fraternæ, a cum collecta murorum. Et in quibus differant.*

3 *In collectis, an & quando consules possint cives compellere ad soluendum, captis pignoribus.*

ITEM ista collecta, quæ fit † per consules, pro negociis Reipublicæ alicuius loci explicandis: vel quia Princeps mandat eam fieri, pro facto suo: est munus, quod imponitur personis pro rebus, & vocatur Collecta. Et imponitur tolùm municipibus & incolis. & hoc innuit D. de mun. & hono. l. rescripto. in fi. ibi, dum dicit, vt collecta. Non possunt consules illam collectam imponere ipsis rebus, nisi forte illud haberent ex prærogatiua. argum. D. de mun. & hono. l. fin. §. præterea. forte à Principe, vel ex vetustate, quæ vicem legis habet. vt D. de aqua pluuia arcend. l. j § fi. & tunc eam posset imponere possessoribus, essent municipes, vel non essent. & etiam illis, qui fœnus ibi exercent, vel possessionem non habent: quia ibi tunc ipsum fœnus esset loco possessionis. & ita debet intelligi D. ad municipalem. l. filij § qui fœnus. D. de muneribus & honoribus. l. fin. § patrimoniorum. & C. de anno. & tribu. l. ij. lib. x. Non tamen possum aliquo modo perpendere, quòd collectam, quam faciunt consules, pro negociis vniuersitatis, possint imponere ipsis rebus: quia sic soluerent possessores, qui ibi participes munerum non sunt, nec habent curare de illa republica, nec de muneribus. & hoc videtur dicere illa glo. cùm dicit, vt collecta. debent enim imponi personis pro rebus. & pauperes & diuites debent æqualiter collectas pati, non secundùm numerum personarum, sed secundùm quantitatem patrimonij. vt C. de apoc. public. l. j. in fin. lib. x.

¶ Item,

¶ Item, illa collecta, de qua dictū est, fraternizat cum 2 † collectis murorum, & ideo videantur, quæ ibi dicta sunt. Nisi quod in illa datur fiscus tertiam partem annui tributi illius loci, de cuius muris tractatur. Item, & præses prouinciæ, potest ibi conuertere expensis publicorum ludorum. item. & consules possunt ibi capere res alienas, pro muris, & fossatis. & portis, vtiles & necessarias, quæ in ista collecta non habent locum. Consules 3 † autem, in prædictis collectis, non poterunt ciues compellere, capris pignoribus, ad soluendū: quia ipsi de iure nullam habent iurisdictionem penitus. secus, si iurisdictionem habeant à Principe, vel ex vetustate, sicut Tholosæ & Bononiæ.

RVBRICA XXIV.

De munere, quod imponitur rebus vel locis.

SVMMAE.

1 *Viarum publicarum, & pontium mansiones, an sint munus, quod imponitur ipsis rebus vel locis, & non personis.*

2 *Consules ciuitatis, villæ, vel municipii, debent facere collectam, super reparatione viarum publicarum, pontium, aquæductus & portus, si reparatione indigēt. Et quibus, & quomodo illam imponere debeant. num. 3.*

4 *Consules an barram imponere possint. quòd ibi omnes cum rebus vel mulibus transeuntes soluant.*

5 *Consules, an debeāt soluere collectas sicut alii Et quid de decurionib.*

6 *Consules syndici, & tutores, an ex munere suo salariū habere debeāt.*

7 *Consules, an possint facere legem, vt populus.*

8 *Consules, si alicui collectam indictā vltra vires patrimonii, & is conqueratur. Præsidis officio negotia expiscabitur. Et an gravatus appellare possit. Et an à cōsulibus, si in æstimatione modum excedat, appelletur.*

9 *Contra vniuersitatē, seu consules si quis quæstione moueat, cuius erit cognitio.*

10 *Comitem Baronem, omnimodā iurisdictionē habentem si quis ciuiliter vel criminaliter conueniatur, coram quo is respondere debeat.*

11 *Baro, an possit punire seruientes terræ suæ, remissiue.*

12 *Baro, an possit punire seruientes Principis, qui in terra sua deliquerint. num. 16. 17. 18.*

13 *Criminosus si fugerit, vel alibi degat, an & quando remitti debeat ad forum, vbi deliquit, vt ibi cognoscatur, & punatur. Et si Præses requisitus in remittēdo sit negligēs, an puniri debeat. nu. 14 15.*

19 *Rex Franciæ est Comes Tholosanus & Biterris, & intentio regis, vt Comitatus, quomodo in illis Comitatibus fundata sit.*

20 *Præses si in prouincia commissa sibi delinquat, erit ibi vt priuatus. Et cōtrahens, vel delinquēs, coram quo respondere teneatur. Et de eius potestate. & num. 24.*

21 *Præscribere correctionem an quis possit.*

22 *Præscribi an possit. quòd super muris publicis aliquid f...*

Rex Francie ex vetustate ius sibi vendicat comprimendi seditiones ortas in suo regno, licèt sub aliorum iurisdictione.

ET est aliud 1 † munus, quod imponitur ipsis rebus vel locis & non personis, scilicet munitiones viarum publicarum, & pontium. vt D. de mu & bon. l. honor. §. viarum. & de vaca. & excu. mu. l. sunt munera. & no. C. si propter pu. pensita. in rub. Sed contrà, D. de mu. & ho. l. fi §. si aliquis. vbi dicitur, quòd sternere viam, est munus personale. Sed potest dici, quòd munus habendi curam immutationis viarum, vel sternendæ viæ, est munus personale. vt e. ti. l. j §. j. & l. fi. §. sed & qui ad reficiendum vias. aliàs est patrimoniale: quia indicitur ipsis rebus, vel locis. Item contrà C. de immu. nemini concedendum. l. fi. lib. x. vbi dicitur, pro reparatione publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus, possessores pro numero iugerum, vel capitum animalium, quæ possident, astringi cogantur. Sed non videtur contrà, quia ibi dicitur, possessores. & dicitur ibi, pro numero iugerum. &c. & sic pro munitione viæ publicæ est munus, quod imponitur ipsis rebus. Sed glo. videtur dicere, quòd munus, quod imponitur pro vallis ciuitatis faciendis, & pro portis, & pro via, est munus, quod imponitur personis pro rebus. Quãtum ad valla, seu fossata murorum publicorum, credo, quòd sicut pro muris fit, ita imponitur villis munus pro viribus singulorum. & sic est munus, quod imponitur personis pro rebus. Sed de munitione viæ est aliud, quod denegare non possumus, quia rebus imponatur & non personis. vt expressè dicitur D. de mu. & ho. l. honor. §. viarum. inter quæ est magna differentia. quia quod imponitur rebus, soluũt possessores, sicut municipes: vbi verò imponitur personis pro rebus, solùm municipes. vt l. relicto. § fi. & no. C. de anno. & tribu. l. ij. lib. x. Sed & potest palliari ibi gl. quantum ad viam sic, inspectis numero iugerum & numero capitum animalium, imponitur munus patrimonij personę, id est possessori. persona enim possidet pro rebus, & pro illis certis iugeribus, & capitibus & est tantum, ac si diceret, quòd imponitur ipsis rebus. Non videtur, quicquid dicã, quin glo. loquatur ibi impropriè, & faceret hominem errare, & melancholicum. ideo aliter dico, tamẽ omissa illa, quòd quia consules 2 † electi sunt, vt dent consilium, & vt prouideant reipublicæ ciuitatis, villæ, vel municipij, ipsi debebũt, vel compellentur per superiorem, facere collectam, super reparatione viarum publicarum, pontium, & aquarum ductus, & portus, si reparatione indigent. per legem illam, imponent collectam ipsis rebus, s. possessoribus, pro numero iugerum, & capitum animalium, quæ infrà fines consulatus tenent & possidẽt, quicunque sint illi possessores, sicut sunt municipes, & fortè etiam illi, qui fœnus ibi exercent. vt no. C. de anno. & tri. l. ij. lib. x. & facit D. ad munici. l. filij. §. fi. & de mu. & ho. l. honor. §. viarum. Ex prædictis satis credo quòd qui haberet ibi 3 † domum conductam

ctam, pro oleo, vel pro ſale, vel pannis cõtinuè vendendis, ipſe debet contribuere pro quantitate mercium: vt ſic fœnus, & merces habeantur pro poſſeſſione. Conſules 4 † verò barram non poſſunt imponere, quòd ibi ſoluant indiſtinctè omnes tranſeuntes cũ rebus venalibus. quod concedere pertinet ad ſolum Principẽ. ¶ Sed an conſules 5 † debeant ſoluere collectam, ſicut alii? Et videtur quòd non. C. de decu. l. curiales omnium. lib. x. vbi dicitur, quòd decuriones non debent inquietari pro re priuata Principis, nec oneribus extraordinariis. & facit D. de mu. & ho. l. honotẽ ſuſtinenti. ſuprà no. ar. quòd conſules non debent ſoluere collectam. Sed poteſt dici, & meliùs, vt credo, quòd conſules noſtri tẽporis non vocantur, nec ſunt decuriones, nec loco eorũ ſubrogati per aliquã legem: & decuriones ibi habebant honorem cũ dignitate, vt ſupra dictum eſt: ideo fortè à talibus excuſati. Et facit ad hoc C. de exact. tribu. l. actores. lib. x. vbi dicitur, quòd exactores, & cæteri officiales rei priuatæ Principis, cõpelluntur ſoluere tributa. ergo eadem ratione debet dici, quòd conſules, & qui officium ſuũ præſtant circa collectã, debent ſoluere collectam, ſicut alii. vt ibi no. quòd officiales cõmunis Bononiæ debent ſoluere collectã. & facit C. de offi. magiſtri mili. l. 3. Et decuriones, ſi hodie inuenirentur, tenerentur cõtribuere, non obſtante dignitate, in collecta murorũ. vt C. de ope. pu. l. omnes prouinciarum. ibi, dum dicitur, vt ſciant ordines atque incolas &c. Item, licèt decuriones habeant ſalariũ. vt. D. de decu. l. ſpurii. §. 1. credo ex prædictis, quòd conſules 6 † non debent habere ſalarium, cùm eſſe cõſulem, ſit munus perſonale, ſicut eſſe ſyndicũ, vel tutorẽ. quæ ſunt ex animi ptouiſione & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerẽtis detrimento. vt D. de mu. & ho. l. 1. §. 1. & l fi. Item, conſules 7 † nõ poſſunt facere legẽ. quia lex. quæ dicit. populum poſſe facere legẽ, loquitur de populo ſolùm, & non de cõſulibus. & meliùs ſecundùm verba legũ. D. de leg. 3. l. nõ aliter. D. de exer. ac. l. 1. §. in re igitur dubia. nec poſſunt facere ſyndicũ, vt dictum eſt ſuprà. ¶ Ex ſupradictis apparet, q̃ conſules 8 † quandoque imponunt collectã perſonis, pro refectione murorũ. item, & pro negociis vniuerſitatis, vel pro rebus & iuribus eius cõſeruandis, vel quia Princeps mandat ſibi aliquid dari. & in illis, nec alicui ſupra vires patrimonii cõſules indicant, ad religionẽ præſidis prouinciæ pertinet. Et quandoque ipſi conſules indicunt collectã ipſis rebus, ſcilicet pro refectione viarũ, & pontium, & aquæductus, & portus. & ne vltra modum poſſeſſionũ, quas quis poſſident, grauetur, proſpiciet præſes. Et ſic per officium præſidis, ſi quis cõqueratur, prædicta explicabuntur. vt D. de mu. & ho. l. 3 §. præſes. & de va. & excuſ. mu. l. 2. §. fi. & C. de anno. & tribu. l. 2. lib. x. & quem admo. ciui. mu. indic. l. fi. lib. x. ſed qui ſentiet ſe grauatum, ſimiliter poterit appellare. iuxta id, quod no. de diſcuſſo. l. 1. lib. x. & de cenſi. & peræqua. l. qui grauatos. lib. xi. A conſulibus autẽ po-

terit appellari, si excederet modum in æstimatione facienda, quia ab executore mero appellatur, si excedat modum. vt C. quor. ap. non rec. l. ab executione.

¶ Item, si quis moueat quæstionem 6 † contra vniuersitatẽ, seu collus, forte quia statutum, vel legem ineptam, vel iniquam vel intolerabilem fecerunt, vel quia aliàs deliquerunt, vel quia debent aliquid: cognitio erit præsidis, & ille erit index. vt apparet ex supradictis. Sed si Baro habet omnimodã iurisdictionem in loco illo, vbi aliquis est conuiolatus, coram eo debebunt respondere, nec præses debet se intromittere. quia quãtum ad cognitionem illam, postquam omnimodo iurisdictio illius pertinet ad Baronem, præses probabiliter potest ibi dici quasi quidam priuatus: nisi Baro ille esset in defectu, vel in aliis quibusdam casibus iuris, vel nisi à Barone appellaretur ad illum præsidem. vt de hoc dixi plenius supra, in titu. de condic. ex lege, quæ ori. ex lite. oblig. Itẽ, si quis concueratur 10 † ciuiliter, vel criminaliter, de Barone, ipse respondebit coram præside: quia Baro ille sibi ius dicere non potest, nec vxori suæ, neque liberis, nec cæteris, quos secum habet. vt C. de iurisd. omni. iudicũ. l. qui iurisdictioni præest. & ideo illi remanet de iurisdictione præsidis, cui prouincia regenda est commissa. Item, Baro 11 † poterit punire seruentes terræ suæ. vt dixi supra, de sondi. incerti ex le. Instit. de ac. §. qua drupli.

¶ Sed quid erit, seruientes Principi 12 † deliquerunt in terra Baronis, forte crimen homicidij committendo: quæritur, an Baro possit eos punire, quia puniat seruientes Principis? Et videtur q̃ sic, quia ratione delicti quis tenetur forum. vt C. vbi de cri. agi opor. l. j. & auth. qua in prouincia. immutatum, q̃ si criminosus 13 † fugerit, vel alibi degat, ipse debebit remitti ad forum, vbi deliquit: vt ibi cognoscatur, & ibi puniatur. vt ibi not. nisi interim ab alio iudice fuerit prœuentus, forte in loco domicilij respondendo, vel alibi respondendo, prorogatione legitimè facta: quia tunc ibi iudicium, vbi cœptum.

¶ Est notandum, quòd si Præses 14 † petit ab alio Præside remissionem sibi fieri, de aliquo criminoso, & præses requisitus per literas publicas, sit negligens, nec remittat: ipse debebit grauiter puniri, vt in cor. vt nul. iud. §. si verò quis comprehensorum. colla. ix. nec ibi dicitur, quòd aliqua informatio fieri debeat necessariò: quia lege cautum non est. Et potest esse ratio, quia vtriusque præsidis confiscatio, & tota vtilitas vtriusque iurisdictionis, est eiusdem hominis, s. Principis, & hodie in hoc nihil est immutatum. Hodie verò iurisdictio præscribitur, & est in patrimonio nostro, sicut bos & asinus in patrimonio rustici: & venditur, & alienatur, & transmittitur ad hæredẽ. quod non solet esse. Et sic vtilitas pecuniaria magis in iurisdictione spectatur & inspicitur, quã virtus iustitiæ: licèt iustitia sit perfectiss-

perfectissima virtus omniū virtutum: vt in cor. vt omnes obe. iudi. prouin. in prin.col. v. & est maior inter cæteras virtutes: vt no. in cor. de referen.col.2 Et ideo 15 † quia hodie spectatur & vertitur in iurisdictione commodum pecuniarū, conuenienter potest dici de iure, q̄ nec Baro Baroni, nec Baro Præsidi, nec Præses Baroni, debet facere remissionē alicuius criminosi, requirens eam fieri: nisi priùs informet iudicem, quē requirit, quòd illud delictum seu crimen fuit cōmissū in sua iurisdictione seu territorio, & quòd ille, qui petitur remitti, sit suspectus taliter, quòd de iure vel de consuetudine debeat subire inquestū, vel quòd saltē denunciator ad pœnam talionis insistat. & facit ad prædicta, D. ad Sylla, l.i. §. itē illud. & ad munici. l. de iure omniū incolarum. in prin. cum sua glo. Et prædicta credo de iure procedere, propter interesse, quod hodie in iurisdictione multū attēditur. ¶ Sed quidam dicunt, quando quæritur, an Baro 16 † possit punire seruientes Principis, in sua terra delinquentes, videtur distinguendū: vt C. de appari. magi. mi. l. fi. lib. xij. vbi dicitur, quòd si magister officiorum taxauerit magistris militū certum numerum apparitorum, illi debent respondere coram eo, in omnibus causis ciuilibus & criminalibus: cæteri verò, qui sunt vltra numerum, respondebunt coram præside. & facit C. de offi. ma. milit. l.ij. & l.iiij. Et assumitur exinde ar. quòd si ros taxauerit certum numerum seruientium, pro officiando in terra Baronis, quòd illi sic taxati debeant respondere coram eo in omnibus causis: cæteri verò seruientes debeant respondere coram Barone: quia Baro est ibi loco præsidum, propter iurisdictionem præscriptam, vel aliàs factam suā. Sed dici debet, quòd leges illæ loquuntur in magistris officiorū, & apparitoribus magistri militis, quos hic hodie non videmus, nec habemus. Item, quod ibi dicitur, est speciale: quia esset periculosum, & respublica posset lædi, si illi apparitores, sic taxati à magistro officiorū, corā alio iudice tracti, à suis signis seu numeris seu à suo exercitu discesserunt. Respondebunt ergo seruiētes coram Barone, ad quem omnimoda iurisdictio spectat. nec enim ex hoc respublica læderetur. Item, videmus, quòd legati, qui mittuntur alibi à Principe vel à ciuitatibus, sunt certi numero, & taxati: vt D. de legation. I. seiendu. §. fi. & tamen si delinquant tēpore legationis, ipsi, non obstante suo taxato numero, tenentur respondere in loco, in quo aliàs de iure communi tenentur respondere: vt D. de iudi. l. non aliàs. ¶ Quidam dicunt quòd si seruiens regis 17 † delinquat in officio, Præses punit eum, aliàs Baro debet eum punire. verbi gratia: Præses misit seruientē directè ad capiendum quendā homicidam in terra Baronis, & magistratus iniuriam fecit Baroni, turbando eum in iurisdictione sua. debuisset Præses requisitere Baronem, & informationem ei mittere, & postea in defectu Baronis possit facere capi prędictum homicidam. Seruiens autem ille sic missus, cùm vellet capere homicidam, videns eum fugientem ad eccles[illegible]

proiecit ei telum, & interfecit eũ. ecce quòd ille seruiens deliquit officiando. Dicunt illi, quòd Præses puniet eum. secus, si alias non officiando interfecillet quendam hominem, fortè in taberna, vel in prostibulo, vel in hospitio ludendo. Dicunt etiam illi, quòd si aliquis delinquat in seruitio regis, punitio pertinebit ad præsidem: potissimè, si in eum pro officiando missum quis delinquat. Et arguunt: quia quandoque quis sortitur forum, non inspecta ratione loci seu territorij, sed magis inspecta persona, in qua delinquitur. sic etiã laicus, quando efficitur de foro ecclesiæ: vt C. de epi. & cleri. auth. item nulla communitas. & auth. causa, quæ fit cum monacho. in fi. & clericus efficitur de foro ciuilis iudicis: vt C. de epi. au. l. addictos supplicio. Quæ non credo 18 † vera, & sine lege, & sine bona ratione videntur dicta. ¶ Et in summa, non possũ videre, de iure, quin cognitio seruiẽtum spectet ad Baronem, & remissio debeat fieri: vt dictum est. & illam reputo veriorem, quantum est de præsenti. Item, Comes Tholosanus est spectabilis: vt no. C. de comi. qui prouincias reg. in tu. lib. 12. & rex est ibi 19 † Comes ac Biterris. & cogitent consiliarij, quòd intentio Baronũ super iurisdictione ibi est ita fundata, sicut iurisdictio regis in regno: sed intentio regis, vt Comitis, est magis & altiùs fundata. & sic rex, quia est ibi Comes, & ibi superior, & dominus, & maior de iure in ressorto, & in defectu iuris, & in omnibus, quibus decet aliquem esse dominum, quantum ad iurisdictionẽ & protectionem, sicut Imperator. ¶ Item in summa, si Præses 20 † in prouincia sibi commissa delinquat, ipse erit ibi vt priuatus: vt D. de offi. præsi. l. 3. respondebit igitur ibi coram Barone illius prouinciæ, si in terra Baronis contrahat, vel delinquat. Sed si in prouincia sibi decreta contrahat, vel delinquat, ipse respondebit solùm coram Principe: quia ille in ius est superior, etiam si in terra Baronis prouinciæ suæ contrahat, vel delinquat. Licèt enim Baro omnimodam iurisdictionem præscripserit infra Baroniam, Præses tamen adhuc remanet ibi maior & superior in iurisdictione. Ipse enim in omnibus causis Baroniæ remanet in defectu iuris, & etiam remanet illius Baronis, & eius vxoris, & liberorum, & cæterorum, quos secum habet, vt dictum est. Præmissa autẽ imprescriptibilia sunt. nullus enim 21 † præscribere potest correctionem, scilicet: quin ab aliquo corrigatur. Solus enim Imperator, est ille, qui ab aliquo temporali nõ corrigitur, nec est ab aliquo imperator: vt in cor. de ap. & intra quæ tem. §. ad hæc sancimus. col. 4. & facit in cor. vt diui. iussio. in prin. col. 8 Itẽ, si super tuitione 22 † & custodia murorum, Præses maior, & Baro nihil ibi habet, & muri sunt imprescriptibiles. sunt enim sãctione firmati. & ad solũ Principem, vel Præsidẽ pertinet, ne quid ibi fiat: vt D. de re. di. l. sacra §. muros. & ne quid in lo. fac. l. pe. & l. fi. & in expensis eorum dat fiscus tertiam partẽ annui tributi illius loci, de cuius muris agitur: vt suprà dictum est. Itẽ, si villa 23 † contra villam, vel dominus castri contra alium, vel contra villam

villam insurgat cum armis, & sic de similibus: vel si in villa fiat sedi tio, scilicet quòd minores insurgant contra maiores cum armis: rex Franciæ retinet sibi, & bene, iurisdictionem & punitionem in toto regno suo. licèt illi sint sub iurisdictione alicuius Comitis vel Baronis. Licèt legem expressam pro eo non inueniam, tamen ipse habet illud ex vetustate, quæ vicem legis habet, & pro lege habetur. Et etiam expedit valde reipublicæ totius regni sui, quòd istud retinuerit. Nullus enim alter posset sufficere illi rei, nisi ipse, scilicet ad refrenandũ & compescendum talem illicitam armorum congregationem. & facit D. de offi. præfec. vigi. l. 1. in fi. & l. seq & l. 2. in princ. C. de epi. au. l. addictos supplicio. Ex prædictis satis apparet, & concludo, quòd post quam Præses 24 † est maior in Baronia prouinciæ suæ, in muris, & fossatis, & portis publicis: & est etiam maior, quia appellatur ad eũ, & ad eum recurritur ex defectu iuris: & sunt quasi ix. casus, qui ad eũ pertinent, quos numerauí suprà in ti. de condi. ex lege, quæ ex li. ob. Baro etiam, & vxor, & liberi, & quidam alij, respondent in omnibus coram Præside: & est maior super prædicta deportatione armorum: esset valde inconueniens iuri scripto, dicere, quòd ipse in aliquo casu coram tali Barone subdito suo respondere teneretur, nisi voluntariè ipse se subiiceret iurisdictioni Baroniæ, quod posset facere: vt D. de iu. om. iudi. l. est receptum.

RVBRICA XXV.

De præiudiciali actione in rem, de partu agnoscendo.

SVMMAE.

1 *Libellus præiudicialis actionis in rem, de partu agnoscendo, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur num. 2.*

3 *Filio denegante se filium, agitur præiudiciali in rem, vt declaretur filius: Cæterùm si id non negat, sufficit, quòd per officium Iudicis cõpellatur ad obsequia patri præstanda.*

4 *Actio præiudicialis, de partu agnoscendo, nedum habet locum in filio naturali & legitimo, in potestate existente vel emancipato: sed etiam in filio naturali tantum.*

5 *Filius naturalis tantùm, an possit patrem vocare in ius sine venia.*

6 *Alimentãdi ius, an habeat locum in filio naturali tantùm.*

7 *Mater, in filio etiam vulgò quæsito ius filiationis habet.*

8 *Ad alimenta vbi agitur principaliter per officium iudicis, an sententia alimentorum noceat vel prosit filiationi. Et econtrà, vbi actum est præiudiciali in rem, an sententia faciat ius in filiatione, & eius iuribus. Et ibi, quid in clerico.*

9 *Filiatio licèt verè probari non possit, tamen ex quibusdam coniecturis probari potest.*

10 *Filius tantùm naturalis, quo-*

modo probetur.

11 *Actio præiudicialis, de partu agnoscendo, potest intentari, licèt agens sit in quasi possessione filiationis: dum tamen ille filius, contra quem agitur, impediat vel perturbet actorem in aliquo iure filiationis.*

12 *Filius emancipatus si deneget alimenta præstare patri inopi, pater quid consequatur, agens præiudiciali in rem, de partu agnoscendo, quid verò, simpliciter agens ex officio iudicis.*

13 *Sententiæ formula, in præiudiciali in rem actione, de partu agnoscendo.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Martinus est filius dicti Petri. Vnde cùm dictus Martinus deneget se esse eius filium, nec permittat se tractari vt filium, agit dictus Actor contra dictum Martinum, vt ipsum agnoscat in patrem, & sibi reuerentiam patri debitam, & alia, quæ à filiis patribus debentur, præstet. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinum esse filium dicti Actoris, per vestram sententiam declaretis, & vt sibi reuerentiam patri debitam, & alia, quæ à filiis patribus debentur, præstet, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur 2 Instit. de ac §. præiudiciales. ¶ Rectè dicitur, quòd Martinus denegat se filium: quia si 3 † non negaret, sufficeret, quòd per officium iudicis compelleretur ad obsequia patri præstanda: vt D. de offi. procon. & le. l. nec quicquam. §. de plano. ¶ Item, rectè petitur declarari filius: quia sic est in actionibus in rem. ar D. si serui. ven. l. ficuti. §. sed si quæritur.

¶ Item, hęc actio 4 † nedum habet locùm in filio naturali & legitimo, in potestate existente vel emancipato, imò & in filio tantùm naturali: quia in eo sunt iura filiationis. Naturalis enim filius 5 † non debet patrem vocare in ius sine venia: vt D. de in ius vo. l. parentes. Item, & in naturali 6 † filio, habet locum ius alimentandi: vt D. de li. ag. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. idem in matre. & filio, 7 † etiam in vulgo quæsito: quia in eo mater ius filiationis habet: vt D. de in ius voc. l. quinque. in fi. & l. seq & de lib. ag. l. si quis à liberis. §. virùm autem.

¶ Item est notandum, quòd vbi agitur principaliter 8 † ad alimenta per officium iudicis, sententia alimentorum non nocet, nec prodest filiationi: quia postea per actionem præiudicialem in rem poterit quæri, an sit filius vel non: vt D. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. meminisse. & de his qui sui vel ali. in. sunt. l. si iudex. Sed vbi actum est præiudiciali in rem: tunc sententia facit ius in filiatione, & iuribus eius, & inter omnes: vt D. de li. ag. l. 1. in fi. & l. seq. in princip. vt & aliàs sententia facit ius inter omnes. D. de inof. te. l. Papinianus. §. si ex causa. & de stat. ho. l. ingenuum. & de mi. l. de ætate. & C. de decu. l. quoties. lib. 10. Et idem credo, si quis pronunciaretur

clericus

clericus esse.

¶ Item est notandum, quòd licèt filiatio 9 † verè probari non possit: vt D. de condi. & de l. Lucius. tamen ex quibusdam coniecturis probari potest. Pater enim legitimus est, qui eam nuptiæ demõstrant: vt D. de in ius vo. l. quia semper. in fi. & de his qui sui vel alie iu. sunt. l. filium. & nuptiæ aliquando ex coniecturis habentur. vt C. de nup. l. si vicinis. & D. de ri. nup. l. in liberæ. Item, naturalis 10 † tantùm filius probatur: quia sit natus ex cõcubina vnica, quam quis habet in domo indubitato affectu, quæ cum eo degit: vt in cor. quib. mod. na. ef. sui. §. si quis autem defunctus. col. 7. & de trien. & se. §. consideremus. col. 3. & facit D. de concu. l. pen. & C. eod. l. vna. & fortè, vt credo, satis videretur eam tenere in domo, dum tamen sit vnica, & ex concurrant in ea, quæ requiruntur ad hoc, quòd aliqua dicatur concubina: si eam teneat in alia domo, & consuetudinem liciram ad eam habeat: vt Instit. de nup. §. fin. & C. ad Orfi. l. pen. in fi. sæpè enim & vxores tenentur in alia domo: vt D. de ac. rerum amo. l. nihil in princ.

¶ Item est notandum, quòd prædicta 11 † actio præindicialis in rem potest intentari, licèt agens sit in quasi possessione filiationis. ar. Instit. de ac. §. sed istę quidem. dum tamen ille filius, contra quem agitur, impediat vel perturbet Actorem in aliquo iure filiationis. ar. D. fiser. ven. l. si quis diuturno. in fi.

¶ Itẽ, si filius emancipatus 12 † deneget alimenta præstare patri inopi, pater poterit agere prædicta actione præiudiciali in rem, & formate libellum, vt suprà, scilicet vt declaretur filius. & subiungitur, quòd condemnetur ad alimenta. & postmodum sententia illa faciet semper ius super filiatione. quod non esset, si simpliciter esset actum ad aliménta. ex officio iudicis, vt apparet ex superioribus.

SENTENTIA.

CVM dictus 13 † Petrus Actor sufficienter probauerit intentionẽ suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictũ Martinum Reum esse filium dicti Petri actoris, & ipsum, vt dicto Actori reuerentiam patri debitam, & alia, quæ a filiis patribus debentur, præstet, sententialiter condemnamus.

RVBRICA XXVI.

Econtrà, de præiudiciali in rem actione, quum quis se negat filium.

SVMMARIA.

1 *Libellus præiudicialis in rem actionis econtrà, quando quis negat se alicuius filium, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. num. 2.*

3 *Ex donatione an aliquis simpliciter & per se effici possit homo meus? Et an consuetudine effici possit, vt eiusmodi donatio vel pactum valeat? num. 4.*

CORAM vobis domino iudice 1† Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus cõtra Petrum, quòd dictus Petrus tenet & tractat eum in filium suum, & reuerentiam patri à filio debitã ab eo exigit & obtinet. Vnde cùm dictus Martinus non sit filius dicti Petri, nec tali vinculo sit ei astrictus, agit contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Martinum, non esse filium dicti Petri, per vestram sententiam declaretis, & dictũ Petrum, vt ipsum decætero vt filium non inquietet, nec eum teneat, nec tractet vt filiũ, cùm tali vinculo nõ sit ei astrictus, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis &c. ¶ Probatur 2† Instit. de ac. §. præiudiciales.

¶ Circa materiam præiudicialiũ actionum, quæritur, an aliquis 3† possit effici homo meus, scilicet donando mihi se, seu bona sua? Et videtur quòd non: quia licèt aliquis sit arbiter in re sua: vt Cod. man. l. in re mandata. & Instit. de rerum di. §. per traditionem. tamẽ aliquis non est dominus corporis sui: vt D. ad leg Aquil. l. liber homo. 1. in princ. & de re mili. l. omne delictum § qui se vulnerauit. & de condi. instit. l. quidam in suo. & sic videtur, quòd vnus non possit donare alteri, saltem corpus suum. Item, ex pacto quis non potest effici seruus: vt C. de lib. cau. l. nec si volens. & l. liberos. nec ex confessione sola apud acta: vt eod. tit. l. interrogatam. ergo &c. Item, si sic ex pacto esset homo meus, libertas eius impediretur, & sic esset species seruitutis. arg. D. de lib. ho. exhi. l. 2. quod enim meum est, vendicare possum: vt D. de au. & ar. le. l. Quintus Mutius. § 1. & l. scribit Quintus. in princ. & de rei ven. l. in rẽ actio. in princ. si ergo ille esset homo meus, vendicarem eum in meum hominem, nec posset à me recedere: vt D. de reg. iur. l. id quod nostrum. & sic videretur ibi quædam captiuitas seu seruitus, quod non debet esse de iure. Item, erubescimus, cùm sine lege loquimur: vt in cor. de ttien. & fe. §. consideremus. coll. 3. Item, liberi hominis non est commercium: vt D. de cõtrah. emp. l. si in emptione. §. liberum. & l. sed Celsus. in princ. & Instit. de inuti. sti. in prin. & D. de ver. ob. l. inter stipulantem. § sacram. Item, quis non potest se obligare, vt pro debito seruiat: nec ad carcerem, iuxta id quod no. C. de ac. & obli. auth. imò à debito. & ar. D. de reg. iu. l. non est singulis. & esset cõtra bonos mores: & sic non seruãdum: vt D. sol. ma. l. alia. §. 1. & de verb. ob. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Item, ex præscriptione alicuius temporis certi non posset acquirere, quòd aliquis esset homo meus: cùm talis vsus non habeat causam perpetuam, nec quasi: vt D. de seruit. l. seruitutes. 3. & sic non posset præscribere x. vel xx. annis: cùm in eius vsu sit opus facto hominis: & sic nõ habet causam perpetuam: vt no. D. de seruit. vr. præd. foramen. Item, nec posset præscribi seu acquiri ex vsu tanti temporis, quòd in contrarium memoria non extaret: quia contra certam personam, scilicet contra illum certum hominem. Et qui contrà notauerunt, sine lege scripta locuti sunt,

tisunt, & contra l. cùm satis. §. cùm autem. C. de agrico. & censi. & de fundis rei priuatę. l. eum qui. lib. 11. Nunc dico ex prædictis, quòd aliquis ex pacto non potest effici homo meus. ¶ Sed contrà, C. de sacrosanct. eccles. authent. ingressi. Sed illud est ibi fauore religionis. Summa enim est ratio, quæ pro religione facit. vt D. de reli. & sump. fun. l. sunt personæ. in fi. Et est etiã modus in rebus, sunt certi denique fines: vt no. D. de verb. obli. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. Item, quia seruite Deo, regnare est. Item, quia dixit propheta: Vouete, & reddite domino Deo vestro &c. vt no. D. de offi. præfid. l. illud. ¶ Item contrà, D. de condi. & demon. l. Titio vsus fructus. §. 2. Sed illud fauore religionis Item, & quia ille legatarius erat libertus testatoris.

¶ Item contrà, C. de vsufruc. l. antiquitas. in prin. vbi. no. quòd aliquis potest locare operas suas in perpetuum. Sed & ibi dicitur, quòd ille poterit seruire per alium. Item, nec operabitur diebus Dominicis & festiuis. vt no. C. loca. & condu. l. hi contrà quos. ¶ Item contrà, C. de agri. & cen. quasi per totum. lib. 11. vbi habetur, quòd aliquis potest esse agricola, & censitus, & astrictus glebæ. & sic videtur de iure scripto libertatẽ posse deprimi: vt ibi. Sed illud est lege disponente. nec illi sunt alicuius homines per se, sed cum solo. & est speciale, fauore agriculturæ. nihil enim est agricultura melius, secundùm Tullium: vt ibi no. in rubri. Item, Deus maledicens Adam, dixit ei: Labores manuum tuarum manducabis, & maledicta erit terra in opere tuo. Sed in quæstione nostra quæritur, an simpliciter & per se aliquis possit ex donatione effici homo meus? Nunc dico, quòd aliquis, donando se mihi, nihil agit pro corpore suo, nec etiam eo ipso videtur donasse bona sua: sed vbi donasset expressè se & sua bona, valeret saltem donatio quantum ad bona, iuxta id quod no. C. de sacro sanct. eccles. auth. ingressi. Quidam volentes imbrigare gentes, & fimbrias suas extendere, supponentes, quòd sit de iure scripto ciuili, quòd quis per pactum possit effici homo meus. & malè supponunt. dicunt, quòd liberi illius hominis, qui nascentur postèa, erunt etiam homines mei. & iuxta prædicta faciunt infinitas quæstiones, & eas soluerunt per argumenta debilia, nec ea possunt habere bona: quia fundamentum non est bonum. Attamẽ, si consuetudo 4 † aliqua sit super prædictis in aliquo loco, illa seruetur ibi ad vnguem, nec trahatur ad alia loca: vt C. de legi. l. 2. nec amplietur, sed teneatur strictè, prout scripta est ar. D. de legi. l. quod cõtra rationem. & de iure. actúque priua. l. 1 §. Iulianus ait.

RVBRICA XXVII.

De præiudiciali in rem, per quam quæritur, an aliquis sit libertus.

SVMMAR.

1 *Libellus præiudicialis in rem, per quam quæritur, an aliquis sit libertus, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu.* 2.

3 *Probatio patrono incumbit, qui intẽdit eum suum esse libertum, qui se pro ingenuo gerit.*

4 *Patronus si non habet, unde se alat, an possit à liberto alimenta petere, saltem officio iudicis.*

5 *Baiulus & iudex in Monte Pessulano maior, an possint de libertinitate dignoscere. & quid de subbaiulo & Viguerio.*

6 *Consuetudo specialis licèt nõ vincat legem generaliter, tamen eã vincit in loco, in quo est consuetudo legitimè præscripta.*

7 *Sententiæ formula præiudicialis in rem actionis, per quam quæritur, an aliquis sit libertus.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus est libertus dicti Actoris. Unde, cùm dictus Reus se gerat pro ingenuo, agit dictus Actor contra eum, vt ipsum Actorem habeat & teneat pro suo patrono. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reũ esse libertum dicti Actoris per vestram sententiam declaretis, & vt eundem Actorem pro suo patrono habeat, & obsequia, ad quę libertus patrono suo teneretur, ei præstet, sententialiter condemnetis, & cõdemnatorum &c.

¶ Probatur 2 † Inst. de ac. §. præiudiciales. & D. si libert. ingenuus esse dicatur. l. fi. Et incũbet 3 † probatio patrono: vt D. de prob. l. circa. ¶ Et est notandum, quòd si actor 4 † patronus nõ habeat, unde se alat, & nollet illa præiudicialia in rem agere, ipse posset à liberto alimenta petere per officium iudicis: vt C. de ope. lib. l. 1. & D. de lib. agno. l. si quis à liberis §. solent. & §. alimenta. & §. si impubes sit filius.

¶ Sed videtur non rectè agi: quia deberet agi coram præside provinciæ: vt C. de peda. iu. l. 1. in fin. Sed dico, quòd omnimoda 5 † iurisdictio in Monte Pessulano est penes Baiulum & iudicem. Sũt enim ibi loco præsidis, cùm habeant gladij potestatem, & omnia desiderata hominum ibi explicant, quæ pertinẽt ad præsidem: vt D. de off. præsid. l. illicitas. § qui vniuersas. & l. de omnibus. & l. seq. Item sunt ibi loco proconsulis, cùm post Principem maius imperium ibi habeãt: vt D. de offi procon. & leg. l. fi in aliquã. §. fi. & l. seq. & sic cùm sint ibi maiores iudices, de consuetudine antiqua, quæ pro lege est seruanda, ipsi debent cognoscere de libertinitate. Subbaiulus verò, vel Viguerius, non possent de ea cognoscere, eũ sint de inferioribus iudicibus: vt in l. contraria. Item in Monte Pessulano, in aliquibus negotiis, si baiulus inceperat de causa cognoscere, iudex poterit eam mediare & finire, & econtrà. & sic est ibi de cũ suetudine: licèt sit contra de iure scripto: vt D. de of. consu. l. vna. & de iudi. l. vbi. consuetudo 6 † autẽ specialis, licèt non vincat legẽ generaliter, tamen vincit eam in loco, in quo est consuetudo legitimè præscripta: vt C. quæ sit lon. consuetudo. l. 2.

SENTENTIA.

CVM dictus 7 † Actor sufficienter pro-

ter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictũ Martinum esse libertũ dicti Actoris, & ipsum, vt dictum Actorẽ pro patrono habeat, & ei obsequia, quæ liberti patrono suo præstare tenentur, præster, sententialiter condemnamus.

RVBRICA XXVIII.

Econtrà, de præiudiciali in rem actione, quũ quis asserit se ingenuum.

SVMMA.

1 *Libellus præiudicialis in rem actionu econtrà, quando quis asserit se ingenuum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. num. 2.*

CORAM vobis domino iudice 1 † Mõtis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus contra Petrum, quòd dictus Martinus est ingenuus. Vnde cùm dictus Petrus eum detineat vt libertum, nec patiatur eum morari, nec se gerere pro ingenuo, agit contra eum, vt ipsum nõ inquietet in sua ingenuitate, cùm idem Martinus libertinitatis vinculo ei non sit astrictus. & petit à vobis dicto domino iudice, vt eundem Martinum Actorem esse ingenuum, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dictum Actorem non inquietet decætero, vt libertum suum, & vt patiatur eum pro ingenuo se gerere, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

§ Probatur 2 † Instit. de ac. §. præiudiciales & D. de proba. l. circa. & C. de inge. ma. l. diffamari. & si seruus expor. re. l. monetor. in fi.

RVBRICA XXIX.

De refectione murorum.

SVMMAR.

1 *Muros publicos reficere quando priuatus possit.*

2 *Muros nouos an facere, & veteres firmiùs renouare, vniuersitas possit.*

3 *Expensæ murorum publicorum, quo ordine & qualiter fieri debeant.*

4 *Incolæ ciuitatis pro rata suorum bonorum pro reficiendis muris, an & qualiter conferre teneantur.*

5 *In expensarum collatione de bonis priuatis, vbi muri publici reficiuntur, an es alienum deducatur, & debita quæ & quæ lia computentur.*

6 *Murorum refectio, munus est, quod imponitur personis pro rebus, & quibus illud imponi debeat.*

7 *Incolæ bona, in constructione & refectione operis publici, qua & qualiter æstimẽtur, & ea, si alibi sita sint, contribuere teneantur.*

8 *Incola, si mutauerit domicilium, an soluere cogatur ad murorum publicorum refectionẽ. Et quid si moriatur.*

9 *Communitas an possit accipere domos, & hortos propinquos muris, & eos ibi annexare, pro muris & fossatis firmius reformandis, si vtile, vel necessariũ videatur. Item, an possit propter guerram de proximis nemoribus secare arbores, & de domibus ligna capere, locum palis munire, & palinas facere. num. 10.*

11 *Tributum præstandum propter guerram, si Princeps guerram nõ habeat, an præstari debeat.*

12 *Princeps an teneatur dare aliquid pro refectione murorum, loco tertiæ partis quam solebat ibi percipere ante datam immunitatem.*

13 *Baro, cuius est castrum, vel villa, quia habet in eis commodum iurisdictionis, an & quando teneatur aliquid dare pro murorum refectione.*

14 *Munus aliud, quod imponitur municipibus & incolis, ad expedienda negocia vniuersitatis, & ad conseruandas res, & iura eius.*

15 *Vniuersitas, quæ bona habere possit in suo dominio, vsufructu & vsu.*

16 *Testis in causa vniuersitatis, an quilibet de vniuersitate esse possit.*

CIRCA refectionem 1 † murorum publicorum credo, quòd si sit magna necessitas: vt quia forte inuasores sunt ibi propetiune quilibet priuatus possit occurrere, & eos suo sumptu reficere. Nã rea res agitur, paries cùm proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires. &c. vt D. ad leg. Aquil. l. fi quis fumo. §. 1. Et necessitas nõ habet legem: vt D. de offi. proconsul. l. 1. & C. de ope. liber. l. 1. Item, si deformibus ruinis muri publici decidant, credo, quòd quilibet potest suo sumptu reficere: vt C. de ope. pub. l. intra vrbem. licèt ibi expressè nõ loquatur de muro. Vniuersitas 2 † verò debet sine dubio nouos facere, & veteres firmiùs renouare: vt C. de ope. publi. l. omnes p uinciarũ rectores. licèt glosibi. & C. de diuersis prædiis vrba. & rustic. l. 3. lib. 11. dicat, quòd cum authoritate Principis, vel Præsidis sit faciendum. Sed glos. notat, & melius, vt credo, quòd sine authoritate alicuius, D. de rer. diuis. l. facta. §. muros. & Instit. eo. §. sanctæ quoque res. & D. de ope. publi. l. opus nouum. & hoc notat Azo in Sũma sua. & Inst. de rerum diuis. licèt sub dubio, forte. Et in l. omnes prouinciarum rectores. satis videtur data licentia, aliàs legitima authoritas vniuersitatis: quia ibi dicit, ordines & incolas vrbium singulatim muros, vel nouos debere facere. & verba debent intelligi cum effectu.

¶ Circa expensas 3 † murorum publicorum, dico, quòd tertia pars canonis, qui ex locis fundi sive iuris publici annua præstatione seu annui tributi conferetur, cõceditur in refectione murorũ publicorum: vt C. de ope. publi. l. ne splẽdidissimę. & de vecti. & cõmis. l. fi. & de diuersis prædiis vrban. & rustic. l. 3. lib. 11. & in corpo. de colla. §. iubemus nullã, aliàs incipit, ciuitatũ verò col. 9.

¶ Item

¶ Item, si illa tertia pars non sufficiat, tunc vniuersitas, si velit, potest vendere cum certa solennitate de rebus suis: vt C. de venden. re. ciui. l. fi. lib. 11. ¶ Item, si Præsidi videatur, ipse poterit expensas ludorum publicorum in illa refectione conuertere: vt C. de expensis publi. ludorum. l. i. lib. 11. ¶ Item, si tertia pars illius tributi non sufficiat, nec aliàs inuenitur, vnde fiant expensæ: tunc per rectores 4 † vniuersitatis, vel illos, per quos res vniuersitatis geruntur, ascribuntur expensiæ ordinibus & incolis, pro viribus singulorum: vt C. de oper. publi. l. omnes prouinciarum rectores. Et quia debet fieri ascriptio pro viribus singulorum, apparet, quòd 5 † debet deduci æs alienum: quia vires & bona dicuntur, deducto ære alieno: vt D. de iure doti. l. siue generalis. & de mino. l. si ex causa. §. i. & de verb. sig. l. subsignatum. §. bona. Item, quod debetur alicui, computabitur in bonis eius: quia qui actionem habet, rem habere videtur: vt D. de regul. iur. l. qui actionem. Si tamen illud debitum possit exigi de facto & de iure: vt D. de dona. l. nam ei. & prout no. D. soluto matri, l. facere posse. Item, quia imponitur pro viribus singulorũ, apparet, quòd est 6 † munus, quod imponitur personis pro rebus. & sic solùm debet imponi municipibus, & incolis, & non aliàs. vt D. de mu. & hono. l. rescripto. in fi. Et imponitur eis, licèt habitent extra muros in continentibus ędificiis, vel molendinis, vel mãsis. Si tamen illa loca respondeant, vel sint de iurisdictione seu mandamẽto illius loci, de cuius loci muris tractatur. vici enim videtur esse illius, cui respõdẽt: vt D. ad munici. l. qui ex vico. & l. incola. & de verb. signi. l. pupillus. §. incola. & C. de epi. & cler. l. nulli. § ℘ si in vico. Itẽ, ęstimabuntur bona 7 † incolę, vbicũque sint: quia indistinctè dicitur ibi, ℘ fiat adscriptio pro viribus singulorum. Vires autem vbicunque sunt, sicut bona, etiam sequuntur personam. licèt contrà videatur, C. de mulie. & in quo loco. l. vna. lib. x. vbi videtur gl. innuere, ℘ si personis pro rebus indicatur aliquid in loco domicilij, quòd res alibi positæ æstimari non debent. quod videtur cõtra rationes prędictas. Dico tamen, quòd si in duobus locis, vel pluribus, aliquis habeat domicilium, quod potest esse: vt ad munici. l. Labeo. tunc erit cauendũ. ne eædẽ res ℘ muris vtriusque domicilij ascriptione vexentur. Itẽ, qui habet domũ emptã, vel aliã possessionem in municipio, si ibi domiciliũ non habet, non tenebitur cõtribuere: quia sola possessio non facit aliquẽ munus percipere: vt D. ad muni. l. libertus. §. sola. & licèt illud ibi intelligatur in muneribus personalibus, tamẽ idem est in patrimonialibus, quę indicuntur personis pro rebus: vt D. de de mune. & honori. l. rescripto. in fi. Itẽ, si incola 8 † mutauerit domicilium ante impositum munus, seu ante factam æstimationem, non cogetur soluere. sed si post impositum munus seu ascriptionem, ipse cogetur soluere: vt D. ad muni. l. incola iã muneribus. Et sic apparet, quòd si incola moriatur post ascriptionem, hæres cogetur soluere: licèt sit clericus, seu talis, cui imponi non posset.

¶ Item, si videatur 9 † vtile, vel necessarium, communitas poterit accipere domos, & hortos propinquos murorum, & eos ibi annexare, pro muris & fossatis firmiùs reformandis: quia communis vtilitas præfertur priuatæ. vt D. pro socio. l. actione. §. Labeo. & C. commu. de legat. auth. res quæ. & tempore necessitatis omnia sunt communia. vt C. de naui. non excusandis. l. j. lib. xj. & D. ad leg. Rhodiam de iactu. l. ij. §. itidem agitatum est. Item, eadem ratione, imminente necessitate 10 † propter guerram, poterit de proximis nemoribus scindere arbores, & de domibus capere ligna, & locum palis munire, & palinas facere, cùm eadem sit ratio. Iſ prædictis tamen, debebit damnum passis satisfieri de publico. arg. C. ex quibus causis fer. præ. lib. accip. l ij. & ne quid in loco fa. l. penult. Et idem debet dici de via, fluminis impetu amissa. licèt contrà obseruetur in fossatis ciuitatis Bononiæ. vt no. D. quemadmod. seruit. amit. l. si locus. §. fin. Non tamen satisfiet ei, de damno dato propter refectionem murorum, ab ipso fisco, sed à communitate ciuitatis, vel municipij, ad cuius vtilitatem & auxilium factum est. Et satis est, quòd fiscus soluat tertiam partem annui tributi illius loci, de cuius muris agitur. ¶ Si princeps nõ habet 11 † guerram, & sic quia tributum est propter guerram, non debet præstari: quia cessante guerra, debet cessare effectus. vt C. de episc. & cler. l. generaliter. vel præstamus, quòd Princeps super tributo dedit immunitatem incolis cuiusdam castri, vel villæ.

QVÆSTIO. Modò quæritur, an Princeps 12 † teneatur dare aliquid, in refectione murorum, loco tertiæ partis, quod solebat ibi percipere ante datam immunitatem? Et dico, quòd ad incolas pertinet, muros reficere, & ipsi debent illud facere ad proprias expensas, pro viribus singulorum: vt C. de ope. pu. l. omnes prouinciarum rectores. nec video, quòd fiscus teneatur ad tertiam partẽ tributi, cùm de tributo nihil percipiat. potissimè: quia illud non percipere, cedit in vtilitatem incolarum prædictorum. Sed si de medietate tributi fuit data immunitas illis incolis: dico, quòd tunc medietas tertiæ partis tributi debebit venire in refectionem murorum. arg. sumpto per locum à proportione numeri: prout arguitur argumento C. de iure delibe. l. fi §. si autem à locis. & de sacrosanc. ec. l. illud. Sed si post immunitatẽ datam, Princeps incipiat habere guerrã, & in subsidium guerrę indicat quadragesimam bonorũ, vel deterioret monetã, vt ex illo lucro, maledicto à Deo & hominibus, quæsito colore adinuẽto, possit guerram sustinere: dico, q; ipse tenetur tertiã partẽ subsidij & illius lucri maledicti dare illis incolis in refectione murorũ conuertendi: quia subrogatũ debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. vt D. si quis eau. l. si eum. §. qui iniuriarum. & D. de condi. & demonstr. l. filiæ §. Attia.

QVÆSTIO. Sed an 13 † Baro, cuius est castrũ, vel villa: qui habet in eis commodum iurisdictionis, tenebi-

tenebitur aliquid dare in refectione murorum? Dico quòd non, quia lege disponente refectio pertinet ad incolas: vt suprà dictum est. Sed si ille Baro habet domicilium in illo castro, vel villa, seu in eorum mandato, dico, quòd tenebitur pro viribus patrimonij sui. vt C. de operib. pu. l. omnes prouinciarum rectores. Est enim munus, quod imponitur personis pro rebus. Est & aliud 14 † munus, quod imponitur municipibus & incolis, ad expediendā negocia vniuersitatis, & ad conseruandas res & iura eius. vel quia princeps indicit collectam fieri extraordinariè pro facto suo, seu pro re priuata. vt C. de decurionib. l. curiales omnium. lib. x. vel quia natus est sibi filius. vt C. de sacrosanc. eccles. l. placet.

¶ Et licèt vniuersitas 15 † non habeat muros in suo dominio, quia illi in nullius bonis sunt: ipsa tamē potest habere, vt suprà permittitur habere, bona communia aliqua in suo dominio & vsufructu. Potest etiam habere theatra, & stadia: causa amœnitatis in suo dominio & vsu: vt Institut. de rer. diui. §. vniuersitatis. & D. eo. l. intantum. §. j. & eadem ratione, vlmos, & arbores, cum pratello viridi de subtus, ad choreas exercendas. Item, & statuas in publico positas. vt D. de acquiren. re. do. l. statuas. Item, potest habere legata ad ludos publicos faciendos, vel ad alimenta ob honorem ciuitatis, & relicta infirmæ ætati: puta senioribus, vel pueris, vel puellis. vt D. de leg. j. l. ciuitatibus. Item, & res communes, & arcam communem: vt D. quod cuiusque vniuersit. l. j. § quibus. Item, ex diuersis titulis & causis potest habere res: vt C. d venden. rebus ciuita. l. fi. lib. xj Item, potest habere seruitutes. vt D. si seruit. vendi cetur. l. testatrix. §. j. & vsumfructū. vt D. de vsufruc. legato. l. si vsusfructus municipibus. Item potest habere arma. Postquam enim debet facere, reficere muros, qui sunt in auxilium propter guerram, conuenies est dicere; quòd possit habere arma communia, ad defendēdum muros & portas. Item videmus, quod hodie quilibet priuatus emit & fabricat arma, & per cōsuetudinem, seu per contrariam consuetudinem est derogatum legibus, in contrarium editis. quod etiam potest esse: vt Instit. in proœmio. §. igitur. Ergo & vniuersitas possit, & sit ei licitum, habere arma communia vt prompta inueniat, si necessitas eueniret. ¶ Item est notandū, quòd quia prædictæ res sunt vniuersitatis, & non singulorum: ideo in causa vniuersitatis 16 † quilibet de vniuersitate potest esse testis. iuxta illud, quod notatur D. quod cuiusque vniuersit. l. ij. Quod est verum, si in vsu, vel fructu illarum rerum, singuli directò & euidenter non habeant emolumentum, vel damnum. verbi gratia: Nemus Valenæ est vniuersitatis Montis Pessulani, in dominio, & fructus singuli. tamen de Monte Pessulano pignoratenus ibi, sicut extranei. Sed ipsa vniuersitas vendit ligna quolibet anno, & precium expendit in negociis suis. Item, si habeat prata & vineas, quorum fœnum & vinde-

miam non habent singuli: sed vniuersitas vendit ea. Idem, si esset quæstio super arca communi, & sic de similib. rebus, in quarum vsu seu fructu, singuli directò seu immediatè emolumentum, vel damnum non haberent. Sed si esset quæstio super theatris, & stadiis, & vlmis, & statuis, vbi euidenter apparet, singulos habere vsum, scamœnitatem: vel esset quæstio de fonte, vbi singuli accipiunt de aqua dulci, & animalia sua ibi adaquant: vel de prato, in quo vniuersitas vtilitatem in fructu non habet, sed singuli ibi irent spaciatum, & depascerent ibi animalia sua: vel vniuersitas Montis Pessulani diceret, homines Mõtis Pessulani habere ius depascendi animalia in territorio castri de Latis, & sic de similibus rebus, in quibus euidenter apparet, singulos habere vtilitatem & damnum. Credo, quòd aliquis de vniuersitate nõ potest ibi esse testis. quia in re propria quis non est testis. vt C. de testibus. l. omnibus. & D. eo. l. nullus. Postquam ergo ad singulos, pertinet euidenter emolumentum & damnum, iam videtur propria causa eorum. vt D. quand. app. sit. l. j. §. in propria. ergo, &c. Et ita audiui dici, à domino Bermundo, in cathedra.

RVBRICA XXX.

De seruitute pecoris depascendi.

SVMMARIA.

2 *Libellus pro seruitute pecoris depascendi quomodo formetur, probetúrque. nu. 3.*

3 *Seruitus depascendi, an sit seruitus rustica tantum. & nu. 15.*

4 *Vniuersitas an possit habere seruitutem depascendi.*

5 *Conf. fortia agitur pro seruitutibus, & datur contra impedientem.*

6 *Seruituti depascendi pecoris an & quo tempore præscribatur.*

7 *Seruitus directa ex tempore, & ex præscriptione, non acquiritur: secus est in vtili seu quasi seruitute.*

8 *Sententia non seguitur, nisi super petitis, & an in processu causa quandocunque petitionem factam esse sufficiat.*

9 *Vniuersitas hominum quomodo possit acquirere quasi seruitutem depascendi sua animalia per vsum temporis. & nu. 11. 14. 16. 17. 18. Quomodo item primati. nu. 19.*

10 *In confessoria seruitutis depascendi pecoris, quid operentur verba, Ire, non clam, non precario.*

12 *Seruitus depascendi pecoris an debeatur de prædio ad prædium.*

13 *In seruitute reali debet ex ea esse vtilitas in prædio dominante.*

20 *Consuetudinem introducendi, actus iudiciales tres, in iure depascendi pecoris, & quid in illis ad probandum requiratur. Et quarum exemplificatio. nu. 21 & 23.*

22 *Pro consuetudine introducenda, quomodo consensus tacitus in populo esse possit; cum ius depascendi pecoris sit damnosum.*

CORAM vobis domino I † iudice de Latis dicunt & proponunt in iudicio Collinus Bertrandi & Geraldus Rauent Consules Montis Pessulani, contra Petrum

&

& Guillelmum habitatores castri de Latis, & contra Titium & Sempronium curiales Seij, seruientes dicti castri, quòd homines vniuersitatis villæ Montis Pessulani habent ius seu quasi seruitutem depascendi pecora sua in pascuis & territorio dicti castri de Latis, sic & sic confrontatis, & vsi sunt depascere pecora, quæ habuerunt in Monte Pessulano, in pascuis & territorio prædictis, tanto tempore, quòd in contrarium memoria hominum non extat. Vnde cùm prædicti Rei suprà nominati impediant homines Montis Pessulani vti prædicto iure, seu quasi seruitute prædicta, agunt prędicti consules contra eos nomine vniuersitatis seu hominũ prædictæ villæ Montis Pessulani, & petunt à vobis dicto domino iudice, vt dictum ius seu prædictam seruitutem depascendi pecora pertinere ad dictos homines vniuersitatis prædictæ villæ in prædictis pascuis & territorio, per vestram sententiam declaretis, & dictos Reos dictos homines prædictæ villæ prædicta quasi seruitute vti patiantur, & vt caueant, ne in futurum eos vti impediant, sententialiter condemnetis, & condemnatos ad prædicta iuris remediis compellatis. Petunt expensas, &c. implorantes vestrum officium, &c. vt suprà in pluribus aliis libellis.

¶ Probatur prædictus 2 † libellus: quia seruitus 3 † depascendi, est seruitus rustica tantùm. vt D. de seruitut. rustic. præd. l. j §. in rusticis. & Instit. de seruit. §. inter rusticorum. & potest 4 † eam habere vniuersitas. vt D. si seru. vend. l. testatrix. §. j. & pro seruitutibus 5 † agitur confessoria. vt eo. tit. l. ij. in prin. & datur contra impedientem. vt D. eo. l. si quis diuturno. in fin. Item, cùm prædicta 6 † seruitus non habeat causam continuam, nec quasi: quia in eius vsu opus est facto hominis: oportet enim, quòd homo ducat pecora, & ea reducat: ideo x. annis vel xx. vel xxx. præscribi non potest. vt D. de seruit. l. seruitutes. iij. sed requiritur tempus, quòd in cõtrarium memoria non extet. vt D. de aqua quot. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & de aqua plu. arcen. l. j. in fi. & l. ij. in prin. ¶ Rectè dicitur, homines Montis Pessulani habere quasi seruitutem prædictam: quia consules 7 † inniruntur ex tempore, & sic ex præscriptione, ex qua non potest acquiri directa seruitus, sed vtilis seu quasi seruitus. vt D. de aqua plu. arc. l. j. in fi. ¶ Item rectè petunt eam declarari: vt D. si ser. vend. l. sicuti. §. sed si quæratur. ¶ Item rectè petitur condemnatio fieri, vt prædicti rei pariantur vti, & quòd caueant ne impediant. vt eo. tit. l. harum. & l. egi. aliàs sententia 8 † non posset sequi super prædictis, nisi esset petitum. arg. D. commun. diuid. l. vt fundus. & de nego. gest. l. Pomponius lib. xxvj. in negociis. & fortè sufficeret ea petere in processu causæ quandocunque ex officio deseruienti actioni petuntur. vt in d. l. harum. & l. egi.

¶ Nunc quæritur, quomodo vniuersitas 9 † hominum potuit acquirere talem quasi seruiturem depascendi sua animalia per vsum temporis alicuius? Ad quod potest dici, quòd vniuersitas potest acquirere per liberam personam. vt D. de acquir. poss. l. ij. cùm ergo non ex-

tet memoria in contrarium, quando homines Montis Pessulani indistinctè duxerint animalia sua, nō vi, non clam, non precariò, ad depascendum in pascuis & territorio prædictis, debet dici & haberi loco constituti prædicta quasi seruitus. arg. D. de aqua quotid. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquę. & facit D. quod cuiusque vniuersitatis no. l. sicut. §. j. vbi videtur, quòd per bestias hominum villæ, potest acquiri vsus nemoris.

¶ Item bene dictum 10 † est statim, non vi, non clam, non precariò: quia sic potest agere prædicta vniuersitas, etiam si modò non sit in quasi possessione depascendi animalia sua: aliàs si vi, vel clam, vel precariò vsi fuerunt, forte non possent agere confessoria: nisi essent in quasi possessione. vt arg. C. de prescrip. xxx. annorum. l. si quis emptionis. ¶ Sed videtur, quòd super prædicto libello in † consules debeant succumbere: quia seruitus 12 † talis, siue sit vrbana, siue rustica, debetur de prædio ad prædium. vt Instit. de seruit. §. inter rusticorum. & D. commun. præd. l. j. & licèt in prædicto libello dicatur seruitus deberi à prædio, scilicet à pascuis & territorio prædictis, non tamen prætenditur deberi alicui prædio: nec video bene, quòd Mōs Pessulanus possit dici prædium. Item alia ratione videtur, quòd cōsules debeant succumbere: quia in seruitute 13 † reali debet esse vtilitas ex ea in prædio dominante. vt D. de seruitut. rustic. præd. l. iij. in princ. & l. ergo. in fin. & l. veluti si figlinas. & de operis noui nunciatio. l. de pupillo. §. imposititiam. & facit D. de seruit. legat. l. pater filiæ. Item specialiter in seruitute pecoris pascendi est vtilitas, quòd boues per quos fundus dominans colitur, vel pecora, cum quibus stercoratur, pascantur. vel posset esse vtilitas, & sufficeret: quia forte prædium dominans est inutile, & nullum fructum seu vtilitatem affert, nisi quòd ibi morentur pecora. vt D. de seruitut. rustic. præd. l. iij. & l. pecoris. Sed in casu nostro 14 † non videntur tales vtilitates esse in communibus, seu prædiis, seu macellis villæ Montis Pessulani. & si vtilitates essent, agerent tunc confessoria solùm illi, quorum essent illa prædia seu macelli. Ex im l. testatrix §. j. D si ser. vend. vniuersitas habebat aliqua prædia, quibus vtilis erat prędicta seruitus pecoris pascendi: quod tamen non prætenditur hoc in nostro libello. Sed videretur, quòd etiam illi, quorum essent domus, vel macelli, non possent agere: quia seruitus pecoris 15 † pascendi est seruitus rustica. vt Instit. de seruit. §. inter rusticorum. & D. de seruitut. rustic. præd. l. j. §. in rusticis. Planum est autem, quòd domus & macelli Montis Pessulani non sunt prædia rustica, imò vrbana. vt D. de verb. signific. l. vrbana prædia. Sed dico, quòd seruitus pecoris pascendi esset tunc seruitus vrbana. Seruitus enim denominatur à prædio dominante. vt D. de seruitut. vrban. prædior. l. j. & no. D. de aqua pluu. arcend. l. j. §. apud Labeonem autem. sic etiam seruitus viæ, est rustica. vt D. de seruitut. rustic. præd. l. j. & tamen si seruitus

si seruitus viæ debeatur domui, seu vrbano prædio, ipsa dicetur vrbana. vt no. D. de ser. leg. l. pater filiæ. ¶ Nunc dico, quòd siue prædicta 16 † quasi seruitus pecoris pascendi in casu nostri libelli sit prædialis, vel non, quod dimitto aliis terminandum: quia tamen multùm interest hominum Montis Pessulani, habere illud ius pecoris depascendi, ex eo, quia valdè strictum est eorum territorium, & vt statim habeant pecora pinguiora ad comedendum, vel ad vendendum, vel ad ponendum in sale in hyeme: si ipsi vsi fuerunt, non vi, non clam, non precariò, prædicta seruitute tali quali, tãto tempore, quòd impositio excessit memoriam, & sic possit agi ad instar confessoriæ actionis: sicut dictum est suprà de iurisdictione. licèt non sit prædiũ, cui iurisdictio debeatur, sed in ea prætenditur interesse tempus, quod excessit memoriam. & idem dicitur in decimis, quæ nec prædio debentur. & tamen Doctores super eis formant libellum ad instar cõfessoriæ & in istis & similibus, quæ nec prædio debentur nec ad vtilitatem prædij sunt, posset etiam habere locum allegatio vtilis. si secũdùm bonam conscientiam aliquis posset eam allegare & quòd probatur 17 † vsus x. vel xx. an. iuxta ea, quæ habentur D. de vsur. l. cùm de in rem verso. ¶ Quidam tamen dixerunt, quòd prædicti consules possent agere condictione ex lege non scripta. argu. D. de condictio. ex le. l. vna. & Insti. de iure na. gent. & ciui. §. sine scripto. & D. communia præ. l. venditor. §. si constat. vbi videtur quasi casus legis. & sic sufficeret longum tempus, s. x. annorum præcessisse: vt C. quæ sit longa cõsue. in rubrica. ¶ Sed dico, quòd. si consensissent 18 † & conuenissent expressè ab initio homines de Latis, in prædicta seruitute pecoris pascendi, statim fuisset acquisita hominibus Montis Pessulani, & sic fortè haberet locum vel quasi l. testatrix. §. j. D. si serui. ven. Si autem non consensissent expressè, sed solummodo tacitè, s. non impediendo eos vti, & ita vsi fuerunt homines Montis Pessulani: dico, quòd tunc requireretur vetustas, seu tantum tempus, quod excederet memoriam hominum. & in prædictis duobus casibus haberent locum communes actiones, s. confessoria, & aliæ. & in hoc vltimo casu formatus est prædictus libellus. Si autem homines de Latis consenserunt tacitè, s. non impediendo vsum aliorum, & nihilominus factum eorum interueniebat corrobórans patientiam. s. quia fortè pro quolibet animali accipiebant aliquid quolibet mẽse, vel anno: Tũc dicerem, esse consuetudinem, quæ esset legitimè præscripta, si homines Montis Pessulani, vel saltem maior pars, ita vsi fuissent x. annis vel xx. & sic fuit in prædicta l. venditor. §. si constat. quæ loquitur in municipibus. & si sic esset, posset tunc agi condictione ex lege non scripta. Secus, si esset inter 19 † priuatos: quia si priuatus priuato præstet talem patientiam in casu pecoris pascendi, recepto aliquo salario, fortè singulis mensibus, & rarè non erit consuetudo, nec suffice-

tet longum tempus: sed requireretur ad præscribendum tantum tempus, quod excederet memoriã hominum. Priuati enim inter se non possunt facere legem non scriptam, quæ statim valeat: nec etiã consuetudinem, quæ est lex non scripta, possunt longo tempore inducere. Sed municipes seu vniuersitas posset illud facere, scilicet legem inter se statuere. vt D. de iustitia & iur. l. omnes populi. & Instit. de iure nat. gen. & ciui. §. fine scripto. & C. de constitu. pecu. l. 2. in fine. & hoc super aliquo vniuersso inter se, & valeret statim, vt ibi: sed cus, si constitueret aliquid contrà aliquem vnum priuatum: quia illud non valeret statim: quia vniuersitas non posset hoc facere: vt notatur C. quæ sit longa consuetudo. l. 2. nec etiam ex tempore lõgo possent inducere consuetudinem contra priuatum, eundo fortè per fundum eius, vel ibi depascendo animalia per decem vel viginti annos: nisi fortè ex parte illius priuati intercueniret recepio alicuius salarii, vel aliud simile: sicut fuit D. commun. prædi. l. venditor. §. si constat. ibi enim municipes introduxerunt consuetudinẽ contra priuatum ex longo tempore, illo priuato aliquid recipiente exinde, aliàs consuetudo non fuisset introducta, quæ esset lex non scripta. ¶ Nunc circa prædicta potest dici, quòd si cùm 20 † aliqui homines de Latis cepissent pecora hominum Montis Pessulani, nec permisserent eos vti iure depascendi, & iudex dicti castri de Latis, sciens eos non habere ius depascendi, iudicauit ritè, & sedens pro tribunali more maiorum suorum, eos habere ius depascendi, & pecora capta fecit restitui: quod & præsumuntur omnes scire de municipio, vel saltem pars maior, & sic etiam fuit postea saltem alia vice iudicatum infra decem annos, & sic fluxit tempus longum decem annorum, in quibus vsi fuerunt iure depascendi: certè posset nunc agi condictione ex lege non scripta, seu condictione ex consuetudine. Esset enim tunc consuetudo legitimè introducta. vt D. de legibus. l. nam Imperator. & l. sequenti. ¶ Item, si ille iudex libellum vel querimonias hominum de Latis pluries respuit super prædicto iure depascendi, nec eos volebat audire, & sic illi de Monte Pessulano vsi fuerunt longo tempore: vt D. de legi. l. cùm de consuetudine. & l. seq. Item, si cùm homines Montis Pessulani, & homines de Laris litigarent, an esset consuetudo super prædicto iure depascendi, iudex pronunciauit esse consuetudinem: tunc etiam posset agi postea condictione ex consuetudine, errasset iudex, vel non: res est enim iudicata ritè, quæ pro veritate habetur: vt D. de re iudicata. l. 1. & l. 4. §. condemnatum. & de regulis iuris. l. res iudicata. Prædicti tres casus seu modi introducendi consuetudinem, sunt iudiciales vel quasi. Et in primo casu, ad probandum consuetudinem producentur prædictę duæ sententiæ, cum fluxu longi temporis x. annorum. In secundo, respuitio querimoniarũ pluries à iudice facta, cũ fluxu lõgi temporis. In tertio, producetur senten-

tia ſuper conſuetudinem lata. Item pro inducendo conſuetudinem eſt quartus 21 † modus, & eſt extraiudicialis, ſcilicet per vſum, & quia ius depaſcendi non habet cauſam continuam, nec quaſi, requireretur tantum tempus, quòd de contrario memoria non extet. & licèt tunc deberet dici potiùs vetuſtas, quàm conſuetudo, & deberet agi confeſſoria, & ſic formatus eſt prædictus libellus: Attamen propter tacitum conſenſum hominum de Latis vniuerſitatem habentium, vel maioris partis eorum, poteſt dici conſuetudo. & ſic poſſit agi condictione ex conſuetudine. ¶ Item, ſi quæratur, quomodo poteſt eſſe aliquis conſenſus 22 † tacitus in populo prædicto, pro cõſuetudine ſeu pro lege non ſcripta introducenda, cùm illud ius depaſcendi penitus ſit damnoſum illis de populo. & nulli eorum vtile: & ſic cum ſine idem ſit, non videretur ſaltem lex non ſcripta. Sed poteſt dici, quòd imò poteſt eſſe in aliquo vtilitas, vt quia impinguabitur terra ex ſtercore animaliũ. arg. C. de nundinis & mercation. l. vna. & de curſu pub. l. in omnibus. lib. 12. Vnum autem credo circa iſtum quartum 23 † modum, quòd ſi aliquid aliud interueniret, dictum tacitum conſenſum corroborans, ſcilicet quòd foret pro quolibet animali reciperetur vnus denarius ſingulis menſibus, quòd tunc ſufficeret longum tempus, ſ. x. an. ad conſuetudinem præſcribendam. & ſic poteſt intelligi D. communia prædio. l. venditor. §. ſi conſtat. aliàs requireretur ſuper iure depaſcendi pro inducenda conſuetudine, quæ dicitur lex non ſcripta, tantum tempus, quòd de contrario memoria non extaret.

RVBRICA XXXI.

De condictione ex conſuetudine, [pro iure pecoris depaſcendi.]

SVMMAE.

1 *Libellus condictionis ex conſuetudine ſuper ſeruitute pecoris depaſcendi quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Seruitus depaſcendi pecora, aut habetur ex conſuetudine. aut ex ſeruitute.*

4 *Lex reputari non debet, quæ duellum permittit.*

5 *Conſuetudo legitimè præſcripta dicitur, ſine longo, ſine tanto tempore, quòd in contrarium memoria non extet, præſcripta ſit.*

6 *Ius depaſcendi, & ius ſeruitutis depaſcendi, faciunt differentiam confeſſoria in rem actionis, & condictionis ex conſuetudine. & num. 13.*

7 *Seruitus directa ex tempore non acquiritur, in ſeruitute iuris depaſcendi, & in aliis ſeruitutibus: ſed bene vtilis ſeu quædam quaſi ſeruitus. Vnde non ſimpliciter ſeruitutis declaratio peti debet.*

8 *Ius verum depaſcendi acquiritur ex conſuetudine legitimè præſcripta, propter tacitum conſenſum populi, vel maioris partis.*

4 *Confeſſoria in rem cum agitur, petitur in ea ſeruitutis vel quaſi ſeruitutis declaratio.*

10 *In actionibus personalibus non sit prohibitum petere declarationem fieri, & quomodo petitio illa formetur.*

11 *Municipes, vel maior eorum pars statuere an possint, quòd quicunque extraneus possit depascere animalia sua in pascuis & territorio suis castri, & an consuetudinem inducant.*

12 *Ius depascendi probatur ex conuentione, inuicta traditione iuris per patientiam,*

14 *Consuetudo legitimè præscripta inducitur, si post sententiam per longum tempus, & sine interruptione vsi fuerunt iure depascendi. Et quot sententiæ consuetudinem legitimè præscriptam inducant numer. 18.*

15 *Consuetudo legitimè præscripta probatur, si post reiectionem querimoniarum essluxerit longum tempus, in quo sine interruptione vsi fuerunt iure depascendi. 19*

16 *Consuetudo iuris depascendi probatur, quando index semel vsit pronunciauit, consuetudinem legitimè esse præscriptam.*

17 *Consuetudo iuris depascendi legitimè præscripta inducitur, per tempus, cuius de contrario memoria non extat.*

20 *Consuetudo quando dicatur legitimè præscripta in actibus extraiudicialibus. vbi saluatur opinio Placentini.*

21 *Consuetudo quo tempore inducatur de Iure canonico, in iure depascendi.*

22 *Sententiæ formula in conditione ex consuetudine, pro iure pecoris depascendi.*

23 *Vniuersitatis nomine an duo consules agere possint, pluribus existentibus: & an syndicus vel actor ad agendum constituere debeant, eiusque approbatio per superiorem requiratur.*

24 *Syndicus ex communi opinione, pro vniuersitate experiri, & ius reddere de calumnia potest.*

CORAM vobis domino † iudice dicunt & proponũt in iudicio Colimus Bertrandi & Geraldus Raueni consules Montis Pessulani cõtra Petrũ & Guillelmũ habitatores castri de Latis, & cõtra Titium & Sempronium seruientes curiæ dicti castri, quòd homines vniuersitatis villæ Montis Pessulani habent ex cõsuetudine legitimè præscripta, ius depascendi pecora sua, in pascuis & territorio dicti castri, sic & sic confrontatis. Vnde cũ prædicti Rei suprà nominati impediant homines prædictæ villæ Montis Pessulani in prædicta consuetudine iuris depascendi, agunt dicti consules nomine vniuersitatis seu hominum villæ prædictæ Montis Pessulani, contra prædictos Reos, & petunt à vobis dicto domino iudice, vt dictos homines Montis Pessulani habere ius depascendi pecora sua ex consuetudine legitimè præscripta in pascuis & territorio prædictis, per vestram sententiam declaretis, & dictos Reos, vt prædictam consuetudinem obseruent & custodiant, nec dictos homines Montis Pessulani in vsu prædictæ consuetudinis impediant, sententialiter condemnetis, & condemnatos ad prædicta iuris remediis compellatis. Petunt expensas &c. implorantes vestrum officium &c.

¶Probatur 2 † Instit. de iure naturali

turali, gentium, & ciui. §. fine scripto, & D. de legi. l. de quibus. & l. seq. cum similibus. ¶ Rectè dicitur, habent 5 † ex consuetudine: aliàs nisi haberent hoc ex cõsuetudine, vel aliàs ex seruitute, ipsi non possent ibi depascere pecora sua. vt C. de pascuis pub. vel priua. l. ij. lib. xj. licèt sit contrà, de pace tenenda & eius vio. l. vna. in fi. sed nos non vtimur illa l. nec lex 4 † deber reputari, cùm & duellum permittat. ¶ Item rectè dicitur, legitimè præscripta: 5 † vt generaliter comprehendatur, siue fuerit præscripta longo tempore, scilicet x. an. vel tanto tempore, quòd de contrario memoria non extet, de quo dictum est statim in præcedenti libello. ¶ Item rectè dicitur, ius depascendi 6 †, & non ius seruitutis depascendi, quia si ageretur pro seruitute iuris depascendi, deberet agi confessoria in rem actione. & sic formatus est præcedès libellus: sed nunc in isto libello agitur condictione ex consuetudine. quod apparet & esse potest: quia quando ex aliqua lege scripta oritur noua obligatio, agitur tunc condictione ex lege illa: vt D. de condic. ex l. l. vna. Cùm ergo consuetudo imitetur legem: vt in §. fine scripto, & inducat nouam obligationem: ergo potest agi condictione ex illa consuetudine seu ex illa lege non scripta, quæ condictio personalis est actio: vt Institu. de ac. §. appellamus. ¶ Item, rectè petitur, declarari dictos homines Montis is Pessulani habere ius depascẽdi &c. quia in seruitute 7 † iuris depascendi, & in aliis seruitutibus, non acquiritur ex tempore directa seruitus: sed vtilis seu quædam quasi seruitus: vt D. de aqua. plu. ar. l. j. in fi. & sic tunc non deberet peti declaratio seruitutis simpliciter, sed quasi seruitutis. Sed ex consuetudine 8 † legitimè præscripta acquiritur verum ius depascendi, propter tacitum cõsensum populi, vel maioris partis, quæ in ea præscribenda requiritur: & quia etiam à lege habetur tunc ius depascendi, licèt non à lege nõ scripta. ¶ Item rectè dicitur, declarationem fieri. & satis probabiliter, ad instar seruitutum, cùm agitur 9 † confessoria in rem, in qua petitur declaratio fieri: vt arg. D. si seruit. ven. l. sicuti. §. sed si quæratur. Et si opponatur q̃ ista actio, s. condictio ex lege non scripta, est personalis, & sic nulla debet fieri declaratio: dico, quòd in actionibus 10 † personalibus non est prohibitum petere declarationem fieri. verbi gratia: in certi condictione ex mutuo posset sic dici: Domine iudex, ego mutuaui Martino x. quoniam mihi contradicit reddere: quare peto per vos declarari. d. ctum Reum mihi teneri & esse obligatum ad x. ex causa mutui, & eum condemnari ad reddendum, & condemnatum cõpelli, &c. & certè dico, quòd talis libellus bene procedit de iure.

POSITIONES ACTORIS.

Ponunt prædicti consules, & probare intendunt, quòd municipes 11 † castri de Latis congregati, campana pulsata, duabus partibus præsentib. ipsi, vel maior pars duarũ partiũ præsentiũ, statuerunt, quòd quicunque extraneus posset depascere animalia sua in pascuis

& territorio dicti castri. Effectus: quia sic probatur & sic lex non scripta: vt D. de iustitia & iu. l. omnes populi. & facit D. quod cuiusque vniuersit. l. nulli. & de tutoribus & curatorib. datis ab his. l. vbi & ad municipia. l. quod maior. & de reg. iur. l. aliud. §. refertur, & C. de decurionibus l. nominationum. libro x.

ADDIT. Sed prædicta positio non est bona: quia licèt statutum & consuetudo sit lex non scripta, tamen multùm differunt: quia statutum ligat statim, consuetudo non, nisi cum vsu & fluxu temporis. Item, statutum habet consensum expressum: sed consuetudo tacitum. Vnde cùm prædictus libellus sit formatus super conditione ex consuetudine, si esset verum quòd esset statutum, Actor caderet ab actione tanquam inepta: vt D. si mensor falsum modixit l. j. §. j. & Actor illam positionem faciens, excluderet seipsum, tanquam contrarius: vt D. quando appel. sit. l ij. §. j.

¶Item ponunt, quòd prædicti municipes 12† conuenerunt cũ hominibus Montis Pessulani, quòd ipsi possent perpetuò depascere animalia sua in prædictis pascuis & territorio, & prædictum ius per patiẽtiã eis tradidertũt. Effectus: quia sic probatur eos habere ius ibi depascendi. vt D. de seruit. rusti. prædi l. i. & fin. & Iustit. de seruit. §. fi. Ista positio 13† non proficiet: quia tũc illud ius depascendi esset seruitus, & deberet agi confessoria actione in rem, vt D. si seruit. vend. l. ij. in prin. & l. testatrix. §. i. & sic Actor prædictus caderet ab actione tãquam inepta, vt in præsenti positione.

¶Ponant ergo consules, vt sequitur: Ponunt prædicti consules, quòd cùm quidam homo, qui erat de Monte Pessulano, litigaret cum quibusdam hominibus castri de Latis, coram iudice dicti castri, super prædicto iure depascendi, dictus iudex sciens prædictum hominem 14† nõ habere ius depascendi, ex certa scientia, quia ille homo erat de Monte Pessulano, pronunciauit ipsum posse ibi depascere animalia sua, & eodem modo postmodum iudicatum fuit idem per eundem iudicem infra longum tempus, scilicet x. an. & interim infra illos x. an. homines Montis Pessulani pacificè, & sine interruptione vsi fuerunt prædicto iure depascendi. Effectus: quia sic probatur consuetudo legitimè prescripta, & sufficerent duæ sententiæ, vt nota. C. quæ sit longa consuetudo. in rubrica.

¶Item ponunt, quòd dictus iudex 15† de Latis, sciens homines Montis Pessulani non habere ius depascendi in illis pascuis & territorio, respuit pluries libellos querimoniarum, quæ fiebant per homines de Laris super prædicto iure depascendi. & sic fluxit lõgum tempus in x. annos, in quibus sine interruptione aliqua homines Montis Pessulani vsi fuerunt prædicto iure depascendi. Effectus: quia probatur consuetudo legitimè præscripta, vt ibidem notatur.

¶Item ponunt, quòd prædictus iudex 16† pronunciauit semel ritè & legitimè, esse conuentionem legitimè prescriptã super prædicto iure

iure depascendi. Effectus: quia sic probatur consuetudo. vt arg. D. de ſta. ho. l. ingenuum. & de hoc etiam in præcedenti libello.

Item ponũt, quòd homines Mõtis Pessulani vſi 17 † fuerũt prędicto iure depascendi in prædictis pascuis & territorio, tanto tempore, quòd de cõtrario memoria non extat. Effectus: quia licèt tunc deberet dici potius vetustas, quàm consuetudo, tamen propter tacitũ consensum populi seu municipum castri de Latis, videtur posse dici, consuetudinem legitimè præscriptam, & esse natam actionem personalẽ, scilicet condictionem ex consuetudine seu condictionẽ ex lege non scripta. Et sic potest intelligi dixisse Pla. qui dixit, oportet autem consuetudinem esse longæuam hominumque excedere memoriam. Sed dominus Iohannes & Azo indistinctè dixerunt, quòd sufficiunt 18 † decem anni cum bino actu pro cõsuetudine obtinenda. quod potest intelligi de consuetudine, quæ tempore præscribitur cũ actu iudiciali, scilicet duarum saltem testiariũ ad minus, vel quasi iudiciali, 19 † vt quia iudex non recipiebat libellos querimoniarum. vel quæ præscribitur 20 † cum actu extraiudiciali, ſ. cùm tale ius est, quod habet causã perpetuam: vt quòd nullus ædificans debeat luminibus vicini officere. vel quasi perpetuam: vt quòd quilibet debeat supra suam domũ depressam recipere stillicidiũ proximi vicini: quia tunc sufficit tempus decem annorũ cum tacito consensu populi habito in vtendo. Et idem credo, in iuribus habentibus causam interpolatam, vt est ius depascendi, ſi municipes reciperent aliquid pro singulis animalibus, vt dictum est suprà in præcedenti titulo. aliàs autem in iuribus seu actibus extraiudicialibus requiritur tantum tempus, quod excedat memoriam hominum, ad hoc, quòd consuetudo dicatur legitimè præscripta. Et sic saluatur in aliquo opinio Placentini, & bene. Sed de iure 21 † canonico consuetudo sumitur quadraginta annis. vt extrà de præscriptionibus. c. auditis. Dominus Bernardus dixit mihi semel in palatio, quòd triginta anni erant elapſi, fuerat cõtrouersia super prędictis pascuis de Latis, & nemo fuerat adhuc ausus formare libellum: & quòd fortè nõ esset maleficium, ſi formaretur super condictione ex lege non scripta.

SENTENTIA.

CVM dicti 22 † consules probauerint sufficienter intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per nostram sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, homines villæ Mõtis Pessulani habere ex consuetudine legitimè præscripta ius depascẽdi pecora sua, in prædictis pascuis & territorio de Latis. & cõdemnamus dictos Reos, vt dictam consuetudinem custodiant & obseruent, & dictos homines in vſu prædictæ consuetudinis non impediant in futurum. & nihilominus condemnamus dictos Reos in decẽ libris Turonen. dandis dictis consulibus pro expensis, &c.

¶Sed quomodo possunt 23 † agere illi duo consules soli, cùm sint duodecim consules in Monte Pessulano? Item, vniuersitas villæ deberet constituere syndicũ vel actor-

rem ad agendum. vt D. quod cuiusque vniuersitatis no. l. 1. §. quibus vel ipsi consules nomine vniuersitatis, vt eodem tit. l. nulli. cum authoritate tamen superioris, vt ibi & si fine authoritate superioris iudicis factum esset, nihilominus valeret, si ille iudex superior illum syndicum postea approbasset: vt arg. C. de iure fisci. l. 2. lib. x. ¶Sed potest dici, quòd etiam vnus de consulibus potuisset agere. ar. C. si ex pluribus tuto. vel curat. l. 1. & ibi notatur. & tũc licèt ageret vnus de consulibus, iuraret de calumnia syndicus vniuersitatis, vel maior pars consulum: vt notatur C. de iuramen. calum. l. 2. §. hoc etiam. vel sufficeret, quòd vnus iuraret, vt notatur D. quod cuiusque vniuersitatis no. l. item. §. actor. Consulerem, vt procederetur In tuto, & propter illam intricationem iuramenti de calumnia, quòd vniuersitas, vel saltem consules legitimè constituerent syndicũ: quia secundùm omnes, ille 24 † & poterit experiri, & iurare de calumnia: vt de hoc notatur D. ad Trebel. l. ita tamen. in principio. Item alia glo. quę dicit, quòd vnus de cõsulibus potest agere, non placebat domino Ber. propter prædictam l. nulli. Attamen alias non audiui eam reprobari.

RVBRICA XXXII.

De statu curiarum.

SVMMA.

1 *Tria sunt, quæ statum curiarum deturpant, & quæ sint illa.*
2 *Iudices, an & quando esculenta & poculenta recipere possint.*
3 *Notariorum, & illorum, qui in curiis acta conscribunt, officia emi & vendi non debent. Et quæ vitia ex huiusmodi empione & venditione, quam accensationem vocãt, oriantur. nu. 5. & 6.*
4 *Accensatio, est velut quædam iustitia colorata venditio.*
6 *Accensa, est occasio prædę, quæ vitanda est.*
7 *Ex consistoriis seu curijs, vbi iustitia administratur, an emolumentum quærendum sit.*
Auaritia malum iustitiæ contrarium, nec honor seu virtus cum studio cupiditatis stare potest. nu. 8.
9 *Principes, iustitiarij & iudices, res, super quibus controversia vertitur, ad manum curiæ suæ nunc citò ponere non debent.*
10 *Inventarium de bonis alicuius, sine iusta causa fieri non debet.*
11 *Seruientes siue comestiores sine iusta causa in domibus subditorum poni non debent. Et quam hoc sit iniquum.*
12 *Rescripta iuri contraria refutari debent, nisi Princeps aliquid mandet contra legem. Non obstanti tali lege, & ex certa scientia.*

CVm satis circa statum curiarũ cogitauerim, tria sunt 1 † ibi hodie, quæ summè mihi displicent: & vt de secretis taceam, illa tria sunt magis manifesta. Primum est, circa iudices, s. esculentorum & poculentorum receptio. Secundum est, circa papyros & chartularia curiæ adinuenta accẽsatio. Tertiũ est, circa iustitiam reddendam auaritię, & non virtutis amplectendæ generalis & communis prauæ intentio. ¶Primum est hodie expressè contra ius cinde 2 † scriptum, saltem 3

bem in administratoribus: vt in præside, & proconsule, & similibus, si sufficiens salarium de publico habeant: vt in cor. vt iud. sine quo suffra. §. scriptum exemplar. col. 2. & no. D. de offi. præsi. l. plebiscito. & in cor. iusiu. quod præstatur. circa medium. col. 2. & de mun. princ. §. oportet igitur. col. 3. Idem in iudicibus ordinariis, & in quibusdam delegatis à Principe: cùm sit eadem ratio. Quando autem, & quantum possint recipere, est dictum suprà in ti. de acti. manda. contraria. Sed iudici, quòd secundùm ius canonicò, & secundùm statuta regia Franciæ permittitur, esculenta & poculenta quodammodo & quasi indistinctè recipere, per iudices ordinarios, vel delegatos, si eis offerantur à partibus & malè. Præsumi enim potest, quòd talia esculenta & poculenta facient iudicem claudicare. secundùm Philosophos enim, potentiæ animæ, sunt intellectus, & memoria, & voluntas. Prædicta autem non sunt in anima sine corpore: quia intelligentem saltem cum discursu necesse est phantasmata speculari. Cùm ergo vinum lætificet cor hominis: vt habetur in psalmo Dauid, Benedic anima mea Domino. & no. D. de pericu. & commo. rei ven. l. 2. in princ. si ipsum vinum datum fuerit iudici, vltrà quàm exposcat salarium suum, certè cor eius seu corpus lætificatum habebit animam ad se trahere. Moret enim trahuntur à coniuncto: vt D. de ædil. edic. l. ædiles. §. quid ergo. & C. de numerar. l. ne diutius. lib. xii. Et sic hbra institiæ oblita & omissa erit: quia complexiones animæ, sequuntur complexiones corporum. & sic naturaliter inclinabitur iudex ad illum, qui vinum dederit, vel aliquid aliud, quod gaudium afferat capienti. Sed si esset possibile, quòd vtraque pars daret æqualiter & insimul, fortè par affectionis causa suspecta suspitione amoueret: vt arg. D. de ritu nup. l. non solum. §. 1. Item, non credat quis prædictum vitium palliare: quia si totus mundus veniret. vt ita loquar, dico, quòd si vna pars det, & alia non, certè iudex erit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur in aliquali odio. & si aliud non faciat iudex, saltem aliquando diu stabit, & instruet dantem, & ei dabit gratiosas dilationes, & parti non danti nocuas. Iudex enim erit danti naturaliter obligatus ad antidora: vt D. de peti. hære. l. sed & si lege commissoria. §. consuluit. Item facit ad prædicta: quia contractus sunt prohibiti iudicibus cum subditis: vt C. de contractibus iudi. l. vna. Ideo prohibitum est, ne accusator, vel Reus, pendente accusatione intrent domum iudicis: vt iudex intrãti faueat. & est pœna centum aureorum: vt D. ad legem Iuliã de ambi. l. vna. in fin. ¶ Secundum vitium, scilicet accensatio.

3 † Papyrorum curiæ, est valdè magnum: quia in papyris prædictis, seu in his, quæ ibi scribuntur, quæ acta dicuntur: vt D. de re iudi. l. acta. in princ. & l. sequenti, & C. de dona. l. in donationibus. consistit, & scribitur per Notarium prædictum accensatorem, tota vis intis dicendi, & sententiæ ferendæ pes iudicem: vt D. de offic. præsi. l. illicitas. §. veritas. & C. de re iudi. l. fi. & qui bene vult considerare, prædicta accensatio 4 † est velut quædam iustitiæ colorata venditio.

Cùm enim accensator 5 † cogitat se dedisse vel promisisse magna pecuniam, ipse procurabit per omnem modum, fauore, vel odio, vel per impressionem sui offici, fortè reddendo se difficilem in copiando acta, vel in examinando testes, quomodo possit ille pecuniam datam vel promissam à litigantibus extorquere, & etiã aliquid plus, vt lucretur. & sic rectè habet locum, quod scribitur de iudicibus, qui pecuniam dant pro cingulo suæ administrationis in corpe. vt iudices sine quo. suffragio. §. cogitatio. col. 2. Item, accensator timens perdere in accẽsa, procurabit, quomodo multę causæ, tam ciuiles, quàm criminales, per fas vel per nefas veniant coram iudice. Et si sit causa appellationis, quam iudex respuit audire: fortè, quia constat sibi, quòd contumax talis, qui non auditur appellans, appellauit: vel quia à possessorio est appellatum: vel omisso medio, fortè illo, à quo illa iurisdictio tenetur in feudum. dicet ille Notarius accẽsator: Domine iudex, paucæ sũt causæ modò in curia ista. & ego ex facto vestro amittam in ista accensatione, nec inuenietur in sequenti, qui velit tantum dare. sicut ego do. & sic finaliter iudicem in totum, vel in partem, à suo bono & iusto proposito amouebit. Item, talis accensa 6 † est occasio prædæ, quæ vitanda est: vt C. de fin. Alex. l. 1. l. b. xi. Nullus enim studio cupiditatis lucri debet teneri, seu admitti, ad officium alicuius militiæ: vt C. de cohortalibus. l. per Illyricum. & de diuersis officiis. l. ad splendidioris. lib. xii. Item, si talis accensator delinquat in prædictis, curia sic portabit eum, propter suum officium, licèt accensatum, nec puniet: & sic errabit clauis iustitiæ: vt ibi not. Item, plures substitutos habebit, & lucri participes. & sic maius periculum, & maior prædatio.

¶ Tertium vitium, s. de intentione 7 ¶ auaritiæ, est magnum & virtuti iustitiæ contrarium: quia Baro, vel alter, cuius sunt emolumenta curię, non curat de amore iustitiæ, sed quærit, quantum valent emolumenta, deductis expensis: de quibus expensis malam fidem facit. Item, receptor emolumentorum est in eodem vitio: quia timens dominum suum, cuius sunt emolumenta, conqueritur ad administratore seu de iudice, quia nõ facit plus valere curiam in pecunia: & tunc administrator seu iudex, timens priuari ab officio, facit eam plus valere, quàm prædecessor suus fecerat: & quia ita faciunt ipsi, non colunt iustitiam, prout est virtus, quia intentio eorũ est auaritia, quæ est omnium malorum mater: & maximè in iudicibus vt in cor. vt iudi. sine quoquo suf. §. cogitatio. col. 2. Honor 8 † autem seu virtus, non stat cum studio cupiditatis seu auaritiæ. ar. C. de cohortalibus. l. per Illyricum. & de diuersis officiis. l. ad splendidioris. lib. xii. Et facit ad hoc, quia reprehenditur auaritia: vt D. de offi. prætũ. l. illicitas. §. fi. & honor præferendus est lucro. vt D. si quis omissa causa testamenti. l. Iulianus. Item sola intentio auaritiæ meretur pœnam, quantum ad Deum: vt D. de verbo. sig. l. fi. gitur. & sic meritum iustitiæ, prout est virtus, dependit. quia vnde quis pœnam meretur, non debet meritum seu præmium reportare: vt D. de nego. gest. l. si quis hæreditaria. Valde est ergo in prędictis,

& Ba-

& Baronibus, & in eorum iudicibus inerepandum, & inhonestum censendum, quòd ipsi vocentur iustitiarii, & tamen iustitiam non habent, nec eam colunt, nec eam amant, prout est virtus, & per consequens, non debent habere iustitiæ meritum, quę tamen est perfectissima omnium virtutum: vt in cor. vt ob. iudi. prouin. in prin. col. v. nec etiam debent vocari iustitiarij: sed magis auaritiarii. arg. C. de sum. Trin. l. i.

¶Item est aduertendum, quòd Regales, & Baronea, & eorum iudices nimis 9 † citò ponunt ad manum curiæ suæ res, super quibus vertitur controuersia. non bene cõsiderato, D. de vsufruc. l. æquissimum. aliàs l. si vsufructus. §. sed si inter. & Inst. de interdic. §. commodum, & C. de rei ven. l. ii. ¶Item nimis citò & sine iusta causa prosiliunt ad faciendum inuentarium 10 † de bonis alicuius, non inspecta l. C. quando & quibus quarta pars. l. 2. §. mobiles. lib. x. nec inspecto. nec attento D. de requi. reis. l. fi. ¶Item quandoque seruientes 11 † sine iusta causa in domibus subditorum ponunt, quos vocant comestores. quod ius venit à dæmone meridiano, vel fortè magis ab Aquilone. Ipsi verò deberent sibi cauere. nec facerent contra ius: quia hęc à Principe sunt iuri contraria postulanda: vt C. de preci. Imperat. offe. l. nec damnosa. Item, rescripta contra ius elicita debent ab omnibus iudicibus refutari: vt eo. tit. l. rescripta. Item, rescripta, quæ aduersantur iuri communi, non debent in causis proferri. sed iura communia debent omnimodè obseruari: vt C. si contra ius, vel vti. pu. l. i. Postquam ergo Princeps ita præcepit iura obseruari: multò fortiùs inferiores deberent sibi cauere, ne de capite suo iuri contraria facerẽt, nec admitterent. maximè, cùm ipsi iurauerint se iudicatutos, secundùm quod eis iustum visum fuerit secundùm leges: vt in cor. iusiuran. quod præstatur. §. & æquus in causis. & C. de iud. Auth. hodie.

¶Sumpta occasione ex prædictis, circa rescripta est aduertendum, quòd licèt rescripta 12 † debeant refutari, quando sunt iuri contraria: Attamen, si Princeps mãdet aliquid contra legem, s. dicendo, Non obstante lege. tunc erit obediendum: vt arg. D. de leg. 3. l. si quis in principio testamenti. in princ. & ibi no. & in cor. de testa. imperfec. §. pen. collat. VIII. & C. de testa. Auth. hoc inter liberos. & l. si non speciali. & D. quod quisque iur. l. si quis iniquum. §. si is, pro quo. & C. si contra ius, vel vti. pu. l. fi. & de transl. l. causas vel lites. Quidam tamen dicunt, quòd non oportet dicere, Non obstante tali lege. sed sufficit, quòd Princeps mandet illud ex certa scientia. ar. D. de excu. tu. l. idem Vlpianus. in fi. & de testa. l. si mutus. & de milit. testa. l. ex militari. in prin. & de re iud. l. quidam consulebant. & C. de iure fis. l. prohibitum. in fi. lib. x. & facit, quod not. in cor. de iudi. in princ. colla. VI. & C. de preci. Imper. offe. l. quoties. & l. vniuersis. Sed primum est verius de iure ciuili scripto, s. quòd requiratur scientia Principis, & quòd etiam appositum sit ibi. Non obstante tali lege. & hoc not. D. quod quisque iur. l. si quis iniquum. §. si is, pro quo. verbi gratia: Imperator statuit, quòd testamenta impuberum non valeant: vt

Instit. quibus non est permiss. facere testa. §. præterea. Item & Imperator statuit, quòd si ipse rescribat aliquid cõtra iura, quòd illud rescriptum deboat refutari. Ponamus ergo, Imperator rescribit ita: Volumus & concedimus valere testamentum Martini, licèt impuberis. Dico, quòd tale rescriptum debet refutari: quia licèt ex verbis prædictis facis constat, quòd Imperator sciebat Martinum esse impuberem, & ipse eorum recordaretur de lege dicente, quòd testamenta impuberum non valeant: arg. C. de testa. l. omnium. Attamen, propter statutum seu legem derogatoriam ipsius Imperatoris, in qua continetur, quòd rescripta contra ius elicita debeãt refutari, vt suprà dictum est: non sufficit scientia Imperatoris, nec valet illud rescriptum, nisi Imperator specialiter pœniteat (vt ita loquar) de statuto suo seu de lege sua derogatoria: & sic apponat, Non obstante l. rescripta. C. de precibus Imperatori offeren. vel saltem dicat in genere, Non obstante aliqua lege. Scientia enim Imperatoris scientis Martinum impuberem, non sufficeret, nec faceret valere rescriptum: nisi de derogatorio Imperator in rescripto suo specialiter faceret mentionem. arg. D. de leg. 3. l. si quis in principio testamenti. in prin. Dicatur ergo in rescripto, Volumus & concedimus testamentum Martini, licèt impuberis, valere, non obstante l. rescripta. C. de preci. Impera. offeren. vel credo, quòd sufficeret, si diceretur, Volumus & concedimus, testamentum Martini valere, licèt impuberis, non obstante aliqua lege contraria. Quia satis apparet de scientia Imperatoris, cùm dicit, impuberis. & etiam satis apparet de amotione seu de pœnitentia legis derogatoriæ, quia dicit, Non obstante aliqua lege. Si autem diceretur, Volumus & concedimus testamentum Martini valere, non obstante lege. Instit. quibus non est permissum facere testa. §. præterea. & non obstante l. rescripta. C. de precibus Imperat. offeren. crederem, tale rescriptum refutari debere: quia non apparet, quòd Imperator sciret Martinum fuisse impuberem. & verba, Non obstante aliqua lege, vel non obstante l. rescripta, essent tunc nimis obscura.

RVBRICA XXXIII.

De statu curiæ Romanæ.

SVMMÆ.

1 *Causæ in curia Romana nimis prolongantur, & sunt quasi immortales. Et quæ iura ibi potissimùm tractentur. num. 2.*

3 *Causæ beneficiorum citò & grosso modo expediri & terminari debent. & quare.*

4 *In iudicis impetrari non debent. Priores Conventuales, & canonici ecclesiarum cathedralium, qui scientiam & experientiam causarum non habent. Et cùm hodie sæpè contra fiat, quid inde sequatur incommodi.*

5 *Abbates corrigere debent monachos suos, & vagabundos ad monasterium reducere.*

Monachi & moniales pretium non recipiendi.

recipiendi. Et in hoc frequens abusus tangitur.

6 Episcopi examinationem eorum, qui ad sacros ordines promoueri desiderant, committere non debent: sed aut ipsi eos in propria persona examinare, aut examinationi interesse. Et qui in hoc sint abusus.

7 Ordines paupertatis absorbent ecclesias parochiales, & earū iura. Multa fatua in eorum sermonibus concinnant. Et vnde ille abusus.

8 Permutationes beneficiorum fieri nō debent, nisi ex certa & legitima causa proposita & probata. Et qualiter hæ hodie malè fiant.

9 Curam animarum habentes, in ecclesiis suis residere debent. Et qua te minores ætate ad talia beneficia admitti non debeant, & quibus conferenda.

10 Dies Dominicus quomodo feriandus, & quid in eo fieri prohibeatur.

11 Bella indicta ab Ecclesia, an laicis pauperibus, ob pluralitatem sint onerosa. Et qui inde abusus oriantur.

12 Crux, signum Saluatoris Iesu Christi, in vmitoriis, vbi calcari posset, aut in parietibus, vbi fœdari, poni non debet. In quo hodierna taxatur abusus.

13 Decretalis Bonifaciana in c. vnic. de clericis coniuga. lib. 6. cur reparatione indigeat.

14 Clem. quamuis rigor. de appellat. facta est consecutiuè, non causatiuè, ad imbringandum & impediendum appellantes, plusquam esset antè de iure seu de consuetudine.

15 Decretorum iura, & sanctorum patrum dicta, quibus sanctè & honestè viuere posteramus, ex subreptitiis & adinuentionibus nostris dimittuntur.

16 Prælati cum Capitulis & Conuentibus pacem non habent, subditos in via mandatorum non dirigūt. Et nedum Prælati, sed & Papa thesaurum congregat, suum genus exaltat, & parum super prædictis reformandis studet.

17 Cardinales pensionarij prælatorum, & aliorum esse non debent. & quare. Sed domino Papæ in negotiis emergentibus salubre consilium dare. Et quatenus alijs beneficia procurare possint.

18 Status ecclesiasticus & secularis quo modo pro recuperanda terra sancta felicitus esse debeat. Quid in hunc vsum cōseruari, quidque hos conatus impediat.

19 Imperator Romanus habet ius subdendi Imperio, nedum regnū Hierusalē, sed & omnes nationes, & omnia regna mundi. Quod tamē alij reges sine mandato Imperatoris, vel domini Papæ, facere non possunt. Et quid in Roberto Comite Prouinciæ. num 20.

21 Dona Dei maxima hominibus collata, Sacerdotium, & Imperium.

22 Ecclesiarum vnitas vt seruari debet inturbata, erga Sedem Apostolicam: ita debet esse vnitas in regibus & temporalitate erga Imperatorem.

23 Ecclesiæ vniuersalis gubernatores parum curant Imperium Romanum, & illius vnionem, sed eam semper impediunt, & Imperatore quasi in omnibus postponūt. Et quid inde mali omnibus Christianis hodie proueniat. num. 24.

CAVSAE 1 † in curia Romana nimis prolongãtur & sunt quasi immortales. & in iure 2 † condendo multũ voluntur & revoluntur quatuor iura, scilicet, de electione, & de rescriptis, & de appellationib⁹. & de præbẽdis. nec propter hoc abbreviantur lites, imò magis prolõgantur, nec sunt ibi tuorum ofitates & anfract⁹. & aduocati exinde magis lucrantur. & ecclesiæ quodãmodo damnificantur. Deberet 3 † ergo causa beneficiorum citò & grossi modo expediri & terminari. potissimè, quia pars, quæ beneficium non obtinebit, magis videbitur exonerata, quàm damnum passa. iuxta illud, quod not. D. de mi. l. ait prætor. in princ. & ideo quilibet deberet esse cõtentus breui & grossa diffinitione. Et si beatus Petrus veniret, credo, quòd ipse non sustineret tot litigia tam longa, sicut ibi sunt. ¶ Item Priores 4 † conuentuales, & Canonici ecclesiarum cathedralium impetrantur hodie in iudices, qui pro maiori parte nunquam experientiam causarum habuerunt, nec habent scientiam. Et multi sunt, qui nescirent legere literam rescripti, & audiunt causas in domibus suis, & citò fit, quòd eorum familia fuet alteri parti. Et ideo bonum esset statuere, quòd nullus impetraretur iudex, nisi esset Officialis episcopi, vel archiepiscopi: & quòd non cognosceret in domo sua priuata, sed in curia officialatus. ¶ Abbates nõ corrigunt 5 † monachos suos, nec vagabundos curant ad monasterium reducere. & vt in pluribus monachos recipiunt precio: & indistinctè Abbatissæ moniales suas. Et super hoc dominus Papa deberet remedium apponere. Ipsi sunt nimis molesti subditis suis. potissimè super emolumento sigilli. & magis super hoc diligunt Cancellarium, quàm Officialem. ¶ Item Episcopi 6 † examinationem eorum, qui ad sacros ordines promoueri desiderant, committunt: & ideo multi transeunt, qui nesciunt legere perfectè, Hoc est enim corpus meum. nec sciunt infantes baptizare, super quibus quantum est periculũ, cogitet quilibet. Deberent ergo Episcopi in propria persona eos examinare, vel interesse examinationi. Attamen ipsi intersunt in computo receptorum, & expensarum domorum: & intrant stabulum, ad videndum, si equi sunt bene estrolhati, vel si fœt. vt not. de Cæsare, qui intrant hippodromum. D. ac. emp. l. pen.

¶ Ordines 7 † paupertatis absorbent ecclesias parochiales, super sepulturis, & multis aliis. & multa fatua & inconuenientia immiscent in sermonibus, quæ non decerent, nisi quia sunt nimis priuilegiati, & exempti à iurisdictione Episcoporum. ¶ Permutationes 8 † beneficiorum fiunt hodie, sicut de iure ciuili quandoque permutatur asinus xxx. solid. cum capra v. fol. & malè. Deberet ergo statui, quòd permutationes beneficiorum non fierent, nisi ex certa & legitima causa proposita & probata. ¶ Item, habentes 9 † curam animarum non faciunt residentiam in ecclesiis suis, & malè. Item, ad curam animarum admittuntur adolescentes, cuius ætatis inter omnes constat fragile, & infirmum esse consilium, & multis captionibus suppositum: vt D. de mino. l. i. in princ. Non ergo deberent admitti seu eligi

ligi ad alios regendos. argum. C. de legitima tu. l. ii. Et videtur expediens, statuere cum effectu, quòd nullus adolescens admitteretur ad sacerdotium. Item, quòd nulli cōferretur beneficium ecclesiasticum habens curam animarū, nisi & tunc esset sacerdos, & quòd etiam plures Missas celebrasset, & quòd aliàs collatio nō teneret. ¶ Item, in die bus 10 † Dominicis fiunt nundinæ & mercata in aliquibus locis, & in quibusdam ecclesiis, etiam in cathedralibus, ad iacuam die Dominico venduntur perdrices, & merces, & panni, & vitra, & sotulares, & fructus, intantum, quòd aliquando impediunt liberum introitum ecclesiæ. Et exinde si nos non colimus Sabbatum, sic nec colimus diē Dominicum, qui est loco Sabbati subrogatus. quæ subrogatio potuit fieri, vt colligitur in Melchisedecht. Iudæi poterunt dicere, quòd Christiani non seruant tertium mandatum, quod est in lege Dei: nec recipiunt, nisi nouem mandata, sicut & de choris Angelorum proportionaliter cecidit vnus chorus. Festa 11 † sunt tot indicta ab Ecclesia, & laici, qui habent lucrari panē suum, fortè meritò conqueruntur, & malè ea colunt. & in malè colendo associant diem Dominicum. Sed quic quid in prædictis toleret vniuersalis Ecclesia in festis ab ea indictis, illud nullo modo debet tolerare de die Dominico, qui à Deo est indictus. Esset ergo necessarium super prædictis prouidere, & etiam ad maiorem obseruantiam. & vt apparet, quòd Ecclesia habet istud cordi, adiicere, quòd vinū nō prœconizaretur in die Dominico. & quòd nunquā aliquid venderetur infra Ecclesiam, nec candelę, nec imagines cereæ.

¶ Item in cœmiteriis 12 † insculpuntur cruces, ita quòd gentes eas pedibus calcant. Item ad pedes parietum in carreriis lutosis & fœtidis impinguntur cruces, ne gentes ibidem mingant. Cogitet quisque, quantus honor fertur in prædictis signo Saluatoris nostri Iesu Christi. prouideatur ergo. deberet enim illud grauissima pœna mulctari. vt C. nemini licere signum Saluatoris. l. vna. ¶ Item 13 † decre. domini Bonifa. extrà de cler. cōiug. c. vno li. vi. indigeret reparatione: quia secundùm eam, quis potest esse in die septies & pluries clericus, & septies & pluries laicus. Et talis inconstantia non est bona. sic etenim dixit Iupus: Et modò fim monachus, & modò canonicus. & exinde etiā paratur & oritur materia dissensionis inter iudicē ecclesiasticū & iudicē secularē. propriū autem legum est claritas. vt in cor. de testa. imperfe. §. nos igitur. coll. 8. ¶ Itē 14 † decre. Clementina, quāuis rigor. extrà de ap. est facta non causatiuè, sed consecutiuè, vt credo, qui bene eam respiciat, ad imbringandum & impediendum appellantes, plusquam esset antè de iure seu de consuetudine. ¶ Item, iura 15 decretorum, & dicta sanctorum patrum, quibus sanctè & honestè poteramus viuere, dimittunt nr ex subtilitatibus & ex quibusdam adinuentionibus nostris. Et conditæ sunt plures decretales, & litigia multiplicata. ¶ Prælati 16 † cum Capitulis & Conuentibus pacem non habent, nec subditos in via mandatorum dirigunt. & nedum Prelati, sed & domi-

nus noster Papa congregat thesaurum, & suum genus exaltat, & parum super prædictis reformandis studet. Et timeo, quòd bastardisemus in multis. iuxta illud, quod dixit propheta Dauid, Et claudicauerunt in semitis suis. & alibi: Fornicati sunt in adinuentionibus suis. & alibi: Et irritauerunt Dominum in adinuentionibus suis. Et timeo, ꝙ iam aduenerit in nobis, quod dictum est à Domino populo suo nō audienti vocem eius, propheta Dauid dicente: Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. & sine dubio esset nobis melius, corrigi, quàm nos à Deo in adinuentionibus nostris dimitti. ¶ Item domini Cardinales 17 † non deberent esse pensionarii Prælatorum, nec aliorum: quia exinde ex dulcedine pensionum, seu munerum, & ex obligatione naturali, qua tenentur eis ad antidora, dignitati Cardinalatus detrahendo, reddunt se quasi illorum aduocati. Et forefacta eorū eorā domino Papa palliant, & colorant, & quādoque ea, vt non introducantur, procurant. Qui tamen deberent stare æqua lance, & dare consilium domino Papæ, quid esset in negotiis emergentibus salubriter faciendum. alias si inter Papam & Cardinales, vnus construat, & alter destruat, finaliter parum aut nihil inuenietur ædificatum. Item, si Cardinales quibusdam beneficia eccleſi ſtica procurant, bonum est, si sufficientes & idonei sint: sed si ipsis ea procurare & pluta conculcare, videtur inconueniens. ¶ Item, super terra 18 † sancta vltramarina, in qua Iesus Christus pro nobis passus fuit mortem crucis, quòd reducetur ad manum Christianitatis & ad cultum diuinum, dominus Papa Clemens quintus, qui hodie præsidet, deberet monere Robertum Comitem Prouinciæ, & Regem Hierusalem, vt super hoc præpararent se, terra enim illa non semper fuit hostium. Deus enim tradidit omnem Africam Imperatori Iustiniano, qui & ibi septē prouincias disposuit. vt C. de offi. præfecti præto. Africæ. l. i. §. Deo itaque. & postmodū fuit ibi creatus Christianus in regem Hierusalem, ibi est illa terra sancta, quo rege expulso seu non admisso per hostes Sarracenos, multi gradatim successerunt in iure prædicti regni. Et modò ex successione pertinet ad d. dū Robertum, qui dicitur rex Hierusalem. Et licèt verè ipse non sit rex Hierusalem, rex tamen Hierusalem potest dici propter spem postliminii. argum. D. famil. ercisc. l. propter spem. Tali enim iure postliminii in suspenso retinetur, argument. D. de hæredit. instit. l. illa institutio. §. i. & facit. D. de lega. i. l. id, quod apud hostes. cum ibi notatis. Cùm ergo ad eum deuenire possit regnum illud, & eius emolumentum: ergo & onus sentire debet. Vel quia fortè ille rex Hierusalem non est satis potens ad tantum negotium perficiendum, & potest timeri, quòd Soldanus, qui illud regnum tenet, alliget sibi omnes potentes Africæ deberet moneri Imperator Romanus, vt faceret passagium generale, & quòd alii reges Christiani ei assisterent, & eum iuarent, & potissimè rex Hierusalem, quem magis tangit, quàm reges alios: & quòd Sedes Apostolica nihil teneret ibi earum, sed

sed quasi omnia bona ecclesiastica in hoc exponeret. Et si sic fieret, pro certo recuperaretur terra sancta, & domino concedente, omnia succederent feliciter. Sed cor videtur deficere. & dominus Papa magis tractat & intendit circa vendēda beneficia, & circa exaltationem sui generis, & circa tenenda sua cōsistoria super litigiis beneficiorum ecclesiasticorum. confundantur tot litigia.

Item est notandum, quòd Imperator 19 † Romanus habet ius subdendi Imperio, nedum regnum Hierusalem, imò & omnes nationes, & omnia regna huius mundi: sed alii Reges non habent ius acquirendi seu occupandi seu auferēdi terram seu regna hostium, sine mandato Imperatoris, vel domini Papæ. Sublimatum est enim hodie cornu Christi: vt in psalmo *Annæ*, Exultauit cor meum. ibi, cùm dicitur, Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. & de hoc satis est dictum suprà, in tit. de præiudiciali actione in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus. Credo 20 † tamen, quòd rex Robertus, si sufficienter haberet gentes ad præliandum, ipse posset acquirere seu debellare per se regnum Hierusalem, nec oporteret eum petere necessariò licentiam ab Imperatore, vel à domino Papa. ¶ Cùm satis circa passagium cogitauí, dico, quòd maxima dona 21 † Dei hominibus à superna collata clementia sunt, Sacerdotium, & Imperium. vt in corpo. quomodo oportet episcopos. in princip. collat. 1. Cùm autem 22 † ecclesiarum vnitas debeat seruari inturbata erga Sedem Apostolicam: vt in epistola inter claras. C. de sum. Trinit. & fide catho. sic eadem ratione debet esse vnitas in regibus & temporalitate erga Imperatorem. & si reges Christiani essent vniti per aliqualem obedientiam Romano Imperio, ad arbitrium tamen Sedis Apostolicæ, quod esse deberet: tunc communitates Lombardiæ citò subderentur Imperio: & sic esset vnus pastor, & vnum ouile, sub correctione semper Sedis Apostolicæ. & sic tota Africa posset reduci sub imperio Romano. virtus enim vnita fortior est seipsa dispersa. Sed gubernatores 23 † Ecclesiæ vniuersalis licèt passagium prædicent, ipsi de secundo dono Dei, scilicet de imperio Romano, parum curant. & illam vnionem, & quòd Imperator imperet, non tolerant, & directò vel obliquè impediunt, & Imperatorem postponunt quasi in omnibus. & tamē dicitur, quòd imperium Romanorū durabit vsque in finem mundi, & quòd in aduentu Antichristi, rex Romanorum erit necessarius Christianitati, & pugnabit fortiter contra Ismaeliticos, qui Christianitatē conabuntur cōfundere. Hodie 24 † verò, quia non est vnitas, nec amor charitatiuus inter reges Christianos, nec inter communitates Lombardiæ erga Imperium, nec est, qui eos compescat, & eos reuocet à suis burſalibus & voluntariis opinionibus, & factis iniuriosis & indebitis: & inter se discrepant & debellant, & quot capita, tot sententiæ, nec ex toto obediūt Ecclesiæ in spiritualibus: & etiam hodie reges in actibus suis, ex auaritia, quam quandoque excolunt, plus quærunt vtilitatem suam pecuniariam.

quàm Reipublicæ: in vanum mittet Ecclesia vnum de regibus, quia licèt vocabitur passagium generale, ipsum tamen reuera erit singulare, & per consequès periculosum & infructuosum. erit enim, sicut quando faber spargit parum de aqua in fornace ignis, quia tunc fortificatur ignis. & sic fient expensæ Christianitati damnosæ, & ditabúntur hostes, & exinde alii reges & communitates ridebúnt. Et in summa, non perpendo posse fieri passagium fructuosum, nisi interueniat aliqualis & condecens vnio regum, & communitatum, vel maioris partis cum rege Romanorum.

RVBRICA XXXIIII.

De statutis vniuersitatis.

SVMMAE.

1 *Statutum an facere possit, vniuersitas ciuitatis, vel municipii, quòd pro collecta consules possint pignorare & pignora vendere.*

2 *Statutum an facere possit, vniuersitas ciuitatis, vel municipii, de his, quæ sunt contra ius ciuile, & super quibus priuati, etiam municipes, inter se conuenire non possunt. num. 4.*

3 *Statutum, seu ius etiam pœnale potest facere populus. Et illud an & quando ignorantes ligat.*

4 *Statuta an ligent extra statuentium loca.*

5 *Iudicis locus, vbi agitur, in statutis regulariter spectatur, siue quæratur de lite ordinanda, siue de lite per sententiam decidenda. Et quæ statuta iudex appellationis sequi debeat. num. 6.*

7 *Iudex appellationis, videns processum coram eo habitum esse validum, & ex actis apparet, sibi liquere de meritis causæ illius, nunquid sententiam super primi; aliter per acta coram prima instantia iudice ferre poterit.*

8 *Consuetudo, à statuto vel lege quid differat.*

9 *Statutum facere, vel legem condere, an possit populus, sine confirmatione Principis.*

10 *Consulatum an rex concedere possit de iure, in terra Baronis, non consentiente Barone.*

11 *Consulatum an Baro concedere possit, in terra sua. Et qui ciuitatem, municipium, castrum, oppidum, vel villam esse cõcedant. Et quæ metropolitanæ, & spirituales. num. 13.*

12 *Ciuitas, quomodo communicet, & consulatum amittat.*

14 *Princeps rem meam, seu dominium rei meæ auferre mihi an possit. Et quid de actionibus inter ciuis cõpetentibus.*

15 *Mutuum, quod indicitur in auro, & argento, & ære, per infra, indicitur personis pro rebus, & quod præstatur in annona, rebus ipsis iudicitur. & an consules, aut quales, ad illa exigenda, se intromittere possint. num. 16 & 17.*

SEd an vniuersitas ciuitatis, vel municipii, poterit facere statutum, quòd pro collecta consules possint pignorare, & pignora vendere? Et dico, quòd sic. iuxta illud, quod not. C. de decre. decu. in rubric. lib. x. quia inter priuatos posset fieri, & valeret conuentio, super pignorando, & pignora vendendo: vt C. de pignor. l. 3. & Instit. quib. ali. licet. §. primo.

sed

Sed dicendum est largiùs, quòd vniuersitas 3 † ciuitatis, vel municipij, potest facere statutum, etiam de his, quæ sunt contra ius ciuile: & de his, super quibus priuati, etiam municipes, inter se conuenire non possunt. verbi gratia: Hìc in Monte Pessulano est statutum, quòd filius non potest conqueri, cùm pater ei reliquerit in vltima voluntate ad valorem quinque solidorum, quod est contra ius ciuile, C. de inoffi. testa. authent. nouissima. nec valeret tale pactum inter patrem & filium. vt C. eo. ti. l. si quando. §. j. & de collatio. l. pactum. & tamen nostri maiores dicunt, quòd valuit & valet. & est ratio: quia quod quisque populus ius sibi constituit, illud proprium est ius ciuitatis, & vocatur ius ciuile. & sunt casus legum. vt D. de iusti. & iure. l. omnes populi. & l. ius pluribus modis. circa prin. & Iusti. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autem ciuile. & statuta terrarum, quæ iura municipalia dicuntur, sunt ius ciuile, vt ibi expressè no. Et facit, quòd populus 3 † potest facere ius, seu statutum, etiam pœnale: non tamen ligat ignorantes. vt D. de decre. ab ordi. fa. l. fi. in glo. nisi posset alicui imputari, cur nesciuit: vt ibi notatur. Cùm ergo illa 4 † iura populi sint ius ciuile: ergo possunt tollere aliud ius ciuile, in suis locis seu municipiis, & in illis seruari debebunt: sed non seruabuntur in aliis locis. Locus enim 5 † iudicij, vbi agitur, spectatur regulariter, siue quæratur de lite ordinanda, siue de lite per sententiam decidenda. & de hoc dixi supra in tit. de condic. ex l. omnimodo. pro legitima portione. Et in summa, si aliquis de Monte Pessulano agat ad supplementum legitimę portionis, apud Nemausum, ibi iudicabit. r supplementum, iuxta leges generales. vel si fuerit ibi aliquod statutum circa supplementum, illud ibi seruabitur, repulso statuto prædicto Montis Pessulani. quòd cùm statutum Nemausi vincat ibi legem generalem, multò fortiùs debet ibi vincere statutũ Montis Pessulani, quod non est ius generale, nec speciale, apud Nemausum. Item apparet, quòd si aliquis de Nemauso agit in supplemẽtum in Mõte Pessulano, dum tamen pater reliquerit ei quinque solidos, vel plus, ipse succumbet: seruabitur enim illud statutum, de quo dictum est. licèt nec Actor, nec Reus fuerit de Monte Pessulano. Et si tunc 6 † appellatur à iudice Montis Pessulani, iudex apellationis vbicunque cognoscat, ipse iudicabit sequendo statutum Montis Pessulani. quod apparet: quia forma suæ sententiæ debebit esse, quòd pronunciet prouocationem esse iustam vel iniustam: vt C. de appel. l. eos. circa prin. sed si inueniat processum seu sententiam causæ principalis esse nullam, tunc inseret in sua sententia, sententiam esse nullam, & remittet eam ad iudicem Montis Pessulani denuo tractandam. vt C. quan. prouo. non est necesse. l. j. & quomodo & quan. in. l. si vt proponis. & l. si præses. Sed quid erit, iudex 7 † appellationis videns processum coram eo habitum esse validum, & ex actis apparet, sibi liquere de meritis causæ illius, nunquid poterit ferre sententiam super principaliter petitis coram iudice Montis Pessulani? Et dico quòd sic. nec remittet causam ad iudicem. vt C. de accu. l. absentem. in fi. & de hoc dixi sententiæ formam,

supra in titulo, in causa appella. libel. & credo, quòd ille iudex appellationis, tunc in illa sententia debebit iudicare, iuxta statutum prædictum Montis Pessulani, siue fuerit aditus vt iudex appellationis, siue vt superior in causa nullitatis.

¶ Quidam tamen dicunt circa prædicta, quòd consuetudo 8 † inducitur ex tacito consensu populi: vt D. de legi. l. de quibus. & l. sed & ea quæ in his, quæ frequenter sunt obseruata, vt C. quæ sit lon. consue. l. 1. per plures annos. vt D. de legi. l. sed & ea quæ. scilicet ad minus per x. annos, cum bino actu. vt no. Iosti. de iu. na. gent. & ciui. §. ex non scripto. arg. C. quæ sit lon. consue. in rubri. Et talis consuetudo legitimè præscripta, seruatur vt lex in loco suo. vt D. de legi. l. de quibus. & l. seq. & vincit legem non generaliter, sed in illo loco suo. vt Cod. quæ sit lon. consue. l. 2. & tunc est summa legum interpres. vt D. de legib. l. si de interpretatione. Sed lex seu statutum nõ indiget præscriptione, nec recipit frequentiam, nec annos, nec actus: sed statim, cùm lex facta est, ipsa valet. ¶ Item, illi dicunt, quòd solus Princeps 9 † facit legem, & solus interpretatur legem. vt Cod. de legi. l. fin. & l. 1. & l. cùm de nouo. & de ueiu. enu. l. 2. §. si quid verò. vt supra dictum est in penul. col. Et sic concluditur, & malè, quòd populus non potest condere legem, nec statutum facere, vel quòd indigent confirmari per Principem. ar. Cod. de lega. l. pe. lib. x. Sed responderi non potest ad l. D. de iusti. & iure. l. omnes populi. & Institu. de iure na. gen. & ciui. §. ius autem ciuile. vbi dicitur, partim suo iure vtuntur, & partim communi omnium. & quod quilibet populus ius sibi constituit ius proprium est ciuitatis. & lex imponit illi iuri nomen, & vocat illud ius ciuile. & illud dicitur ibi indistinctè, & absolutè. ergo &c. Et cùm ipsi, & leges per eos allegatæ dicunt, quòd solus Princeps facit legem: dico, quòd verum est, generalem: quia ipse est dominus mundi. nec populus Romanus eam potest facere generalem, nec Senatus. vt no. D. de legib. l. non ambigitur. sed legem specialem potest ibi condere populus Romanus, & quilibet alter populus. & ibi terminatur, & alibi non. & ita debent intelligi leges illæ. promptum est enim leges legibus concordare, & legum correctio est euitanda.

¶ Sed an aliquis 10 † Rex poterit de iure concedere consulatum, in terra Baronis, non consentiente Barone? Et dico, quòd non, etiam si illa terra teneatur in feudum à rege: quia iuri cuiusque detrahi non debet. vt D. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si dominus. detraheretur autem multum iuri vnius Baronis: quia de rusticis, qui inuicem se congregare non poterant, Rex nunc faceret ciues, & quòd possent se legitimè congregare, & creare consules, & facta collecta abundarent in pecunia, quam forte ante tempus acceptare, vel optare non audebant. vt Cod. de agri. & cen. l. domini prædiorum. lib. xi. & exinde inflati ex superbia currerent ad litigandum, & fatigarent Baronem laboribus & expensis. Item, si Baro ibi haberet domicilium, consules imponerent ei collectam, pro muris nouis. vel quia emerent domum communem, & arma communia. & sic forte qui tallabiles erant

erant, licèt adhuc talliabiles erant, tallarent dominum suum. Item, si facerent statutum, Baro ligaretur, vt ibi. Et sic apparet, quod in illis, & in pluribus aliis, Baro posset lædi ex illo consulatu. & sic Rex faceret contra secundum præceptum legis, quod est, alterum non lædere. vt D. de iust. & iur. l. iustitia. §. 1. quod facere non debet. vt Cod. de legib. l. digna vox est. ¶ Sed an Baro 11 † per se poterit cõcedere cõsulatum, in terra sua? Dico, quòd ad consulatum pertinet licita congregatio populi, pro consulibus creandis, & pro pluribus aliis. Item, ad consulatum pertinet ius publicandi aliquas res, pro muris faciendis, & ad théatra & ad stadia designanda, quæ sunt in dispositione solius Principis, vel Senatus. Cùm ergo Baro non possit illa concedere: ergo nec consulatum. Et si dicatur, quòd congregatio ciuitatis est concessa, vt not. quod cuiusque vniuer. l. 1. circa princ. & etiam ciuitas habet ius publicandi: vt no. D. ne quid in lo. pu. l. ij. §. publici. Frustra ergo impetraretur illud à Principe, vel ab alio, postquàm de iure sibi conceditur. vt Cod. de thesau. l. vna. lib. x. Dico, quòd ciuitas, postquam est ciuitas, eo ipso sumit illa, & alia, quæ ad consulatum pertinent. Sed credo, quòd nullus potest concedere consulatum, seu concedere ciuitatem alicubi, nisi Princeps, vel Senatus. quæ concessa habet ex tunc, nisi ex aliqua 12 † causa amittat communionem, & consulatum, sicut amisit ciuitas Claromontésium, in Aluernia, & ciuitas Aniciensis in Vallania. quæ illa amiserunt per sententiam Parisiensiũ in Parlamento. Adhuc tamen remanent ciuitates, quantum ad spiritualia: quia de illo non debuit se intromittere Rex. & cùm Princeps 13 † de ciuitate Beryto, fecit metropolitanam & matrem prouinciæ. vt Cod. de metropo. Beryto. l. vna. lib. xi. illa pertinuerunt ad solum Papam, qui præest in spiritualibus. vt in corpo. quo. oportet epi. in prin. col. 1. Ad Regem autem, prout præest in temporalibus, spectat solùm concedere consulatum, vel quòd alicubi fit ciuitas, vel municipium, castrum, oppidum, vel villa, prout de illis hîc loquimur, scilicet cum cõgregatione hominum illius loci, & cum diffinitione loci, cum aratro, vel alio simili facta. vt D. de verb. sig. l. pupillus. §. vrbs. qua diffinitione loci, ostenditur, clausuram murorum ibi debere fieri. vt D. e. l. 2. Et non dico, quin Comes & Baro possint de nouo facere castrum, cum fortaliciis, vallatum muris priuatis. vt Cod. de æd. priua. l. per prouincias. non tamen poterit ibi concedere congregationem, vel consulatum, hominibus illius loci: quia magna libertas & potestas daretur hominibus ex illo consulatu. vt apparet ex superioribus. intantum, quòd videtur agi, & agitur de statu regni, & est timẽdum de conspiratione, & de multis aliis. Et ideo iustum & rationabile est, quòd concessio consulatus spectet solùm ad Regem. quòd Rex cogitet consilio suo, an concedat, & an concedere expediat consulatum illum, iuxta qualitatem patriæ. & si concedat, quòd fiat sine magno damno alterius. ar. D. ne quid in lo. pu. l. ij. §. si quis à principe. & Cod. de pre. Impera. offe. l. rescripta. ¶ Rem autem 14 † meam.

seu dominium rei meæ, quod habeo de iure gentium, Princeps mihi auferre non potest. licèt actiones, quæ sunt de iure ciuili, ex certa scientia possit auferre. vt not. C. de preci. Impera. offe. l. quoties. adiiciendo tamen, Non obstante aliqua lege. vt D. quod quis. iu. l. si quis. §. si ir. pro quo. simile not. Cod. de aquædu. l. omnis seruitus. lib. xi. Caueat tamen sibi Princeps, cùm auferre mihi actiones competentes: quia non est proprium imperialis maiestatis, auferre ea, quæ concesserat. vt in corpo. de referen. circa princip. colla. 2.

¶ Est aliud 15 † munus, quod indicitur in auro, & agento, & ære, per lustra. & illud indicitur similiter personis pro rebus. vt no. Cod. de anno. & tribu. l. 2. lib. x. & de indictioni. in rub. & hoc satis apparet ex verbis indictionis, cùm dicitur, Exiuit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vel æstimaretur vniuersus orbis &c. vt habetur in glo. Cod. de apo. pu. lib. x. ¶ Sed est aliud 16 † munus, quod præstatur in annona, scilicet quòd quinquagesima frumenti, & quadragesima ordei, & vicesima vini & lardi. & illud munus indicitur ipsis rebus. vt Cod. de suscepto. præpos. & arca. l. modios. lib. x. & not. Cod. de immu. ne conce. l. fin. lib. x. Et de istis duobus 17 † muneribus vltimis, non se intromittunt, nec se intromittere habent consules ciuitatum, vel villarum: quia ad illa exigenda iam mittuntur certi exactores triburorum. nec etiam illi possunt per se illa tributa exigere, sed solùm insistunt præsidi, vt ille faciat eis solui. vt C. de exact. tribu. l. missi opinatores. lib. x.

RVBRICA XXXV.

De condictione ex lege, Insti. de action. §. quadrupli.

SVMMAE.

1 *Libellus condictionis ex lege. Inst. de actio. §. quadrupli. quomodo formetur, & quibus aliis verbis probetur. num. 2.*

3 *In casu §. quadrupli. Insti. de actio. an triplum fisco dandum, priusquam consulatur sit petere, aut de simplo fiat iudex conqueri.*

4 *Baulus, vel iudex Montis Pessulani, an possint & debeant punire seruientes suæ curiæ, in suis officiis delinquentes.*

5 *Seruientes, executoris, & nuncij, si delinquunt in suis officiis, & aliqui de subditis ex illo delicto damnificati inueniantur, an præsidi, Baronis, vel alterius iurisdictionem habentis periculum sit.*

6 *Iurisdictio Comitum, Baronum, & aliorum iurisdictionem habentium, in quibus hodie per Regem iuberetur & derogetur. num. 7. §. 10. 11. 12. 13.*

9 *Fiscum, præter Imperatorem, vel Reges, quomodo habeant alij, merum imperium habentes. Et an priuilegium habeant in iactis in pothecis, vel aliis similibus.*

10 *Priuilegia seu honores aliorum, alijs occasionem damnorum fieri non oportet.*

12 *Legis occasio ad crudelitatem adiicienda non est.*

13 *Possessio clandestina, vel quasi vicio sa, alij se prosequi non debet.*

14 *Litigare cum Rege, vel Principe, grauis est, quod potentioribus pares esse non possumus.*

15 *Iurisdi-*

15 *Iurisdictioni alterius quando detrahitur per curiales Regis, licèt illis restitui possit de iure, nisi de expresso mandato Regis seu Principis constet: tamen hoc ex causis consultum non est. Et ibi multa de Principum abusibus, quibus per Principes providendum erat.*

16 *Iniuriarum occasio nasci non debet, vnde iura nascuntur.*

17 *Principem cur Deus humanis rebus præposuerit.*

18 *Imperialis maiestatis proprium non est, auferre concessa. Princeps, cui Deus plurima dedit, facilè dare debet.*

19 *Princeps sibi cauere debet, ne alios ledat sub coloribus quæsitis, & per curiales suos adimentis.*

20 *Res quamis, colore quæsito colorari & palliari potest: vnde malum est, querere colores, ad damnificandum alios. & quibus his assimilentur.*

21 *Princeps vult, quod leges volunt. Et imperium suscepit, vt secundùm leges viuaret.*

22 *Iustitia, quæ cuique ius suum tribuit, perfectissima omnium virtutum est, ideóque appetenda & amplectenda.*

23 *In dubiis quæ Fiscum bus, contra fiscum respondendum est.*

24 *Princeps non debet velle, iura clara subditorum, per curiales suos occupare.*

25 *Princeps magis debet velle & eligere diminutionem quæstus sui, quàm detrimentum subditorum suorum. Et à quibus alios se Principes abstinere debeant. numero 27.*

26 *Princeps abundabit, habens subsidia sibi incognita.*

